






BIBLIOTHECA
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,

POSTREMA LUGDUNENSI MULTO LOCUPLETIOR ATQUE ACCURATIOR.




Cura & ſtudio ANDREÆ GALLANDII *Presbyteri*
CONGREGATIONIS ORATORII.



TOMUS IX.



VENETIIS CIↃIↃCCLXXIII.



EX TYPOGRAPHIA
JOANNIS BAPTISTÆ ALBRITII HIERON. FIL.
CUM VENETI SENATUS PRIVILEGIO.

PROLEGOMENA.

CAPUT I.

DE

S. ZOSIMO PAPA.

I. Ecclesiæ universalis regimen sanctum Zosimum jam suscepisse ab anno CCCCXVII. mense Martio, edocemur ex ejus epistola I. ad episcopos Galliæ, *data* XI. *Kalendas Apriles*, *Honorio augusto* XI. *& Constantio* II. *coss.* Atque hanc ipsam chronicam notationem confirmat Paschasinus episcopus Lilybetanus, qui ad sanctum Leonem scribens sic ait [1]: *Tempore beatæ recordationis domini mei, prædecessoris apostolatus vestri, Zosimi, anno consulatus Honorii augusti* XI. *& Constantii* II. *Tunc enim, quum declinaretur, ne decimo Kalendas Maii dies paschæ teneretur, celebratum est octavo die Kalendas Aprilis.* Et paullo post: *Sub sanctæ memoriæ domino quondam meo ac beatissimo papa Zosimo, — illa nocte quæ lucescebat in diem dominicam, decimo die Kalendas Maii fons sacer hora competenti repletus est.* Ex quibus ergo primum conficitur, pascha eo anno CCCCXVII. fuisse illegitime celebratum die XXV. Martii, quum peragendum fuisset die XXII. Aprilis. Deinde vero illud quoque consequitur, jam tum sedisse in Petri cathedra Zosimum, recens nimirum ordinatum pontificem die XVII. Martii quæ incidebat in diem dominicam, post sex dierum interpontificium ab obitu sancti Innocentii vita functi die XII. ejusdem mensis, ut ex vetustioribus tabulis ecclesiasticis compertum habemus. In his autem edisserendis viros doctissimos assectati sumus, Norisium in primis [2], Pagium [3], Tillemontium [4] atque Coutantium [5]. Porro quamvis duos tantum annos necdum completos in pontificatu exegerit summus hic antistes, quippe qui e vivis excesserit exeunte Decembre sequentis anni CCCCXVIII. ut ex relatione Symmachi præfecti Urbis ad Honorium augustum missa atque a Baronio evulgata [6] constat; ex ejus tamen rebus præclare gestis ipsum de divina gratia potissimum fuisse optime meritum probe intelligimus.

II. Divinitus scilicet electus beatus pontifex, ut Pelagianorum condemnationi finem imponeret; datis ad universos orbis episcopos litteris, impiam illam hæresim ubique gentium damnavit. Hinc sanctus Prosper [7]: *Beatæ*, inquit, *recordationis papa Zosimus sententiæ suæ robur adnexuit, & ad impiorum detruncationem gladio Petri dexteras omnium armavit antistitum.* Haud exstat quidem ejusmodi Zosimi epistola encyclica, quam *Tractoriam* appellat Marius Mercator [8]; illud præterea testatus, eam *Constantinopolim & per totum orbem missam, subscriptio-*

A *nibus sanctorum patrum fuisse roboratam*: attamen nonnulla ejus fragmenta superant adhuc apud veteres mox indicanda. Eamdem quoque Tractoriam laudat sanctus Augustinus in litteris ad Valentinum ejusque monachos [9], nec non scribens ad Optatum in hæc verba [10]: *Exempla recentium litterarum, sive quæ specialiter ad Afros, sive quæ universaliter de memorata sede* (Romana) *manarunt, ne forte ad vestram sanctitatem nondum pervenerint, vobis curavimus mitti.* Hæc Augustinus, qui & mox pretioso ejusdem encyclicæ Zosimi epistolæ fragmento recitato, sic ait [11]: *In his verbis apostolicæ sedis tam antiqua atque fundata, certa & clara est catholica fides, ut nefas sit de illa dubitare Christiano.*
B Sed rursus hac de re audiendus Marius Mercator [12]: *Atque ob hoc*, inquit, *a beatæ memoriæ prædicto Zosimo episcopo scriptis amplissimis vel longissimis perdamnatus est* (Cælestius.) — *Quorum scriptorum & nos heic habemus exemplaria, & ad orientales ecclesias, Ægypti diœcesim, & Constantinopolim, & Thessalonicam & Hierosolyma, similia eademque scripta ad episcopos transmissa esse suggerimus.* Videlicet, Norisio interprete [13], ad Cyrillum Alexandrinum, Atticum Constantinopolitanum, Rufum Thessalonicensem, Praylium Hierosolymitanum, itemque ad Alexandrum Antiochenum qui orientalium ecclesiarum primas erat. Hinc Gennadius de Innocentii decreto adversus Pelagianos verba faciens [14], il-
C lud, inquit, *postea successor ejus papa Zosimus latius promulgavit.* Ceterum celebris ejusdem Zosimi Tractoriæ alia duo fragmenta, præter illud ab Augustino relatum cujus modo meminimus, cum Prosper [15], tum Cælestinus papa [16] nobis servarunt.

III. Neque vero summæ huic beati Zosimi vigilantiæ pastorali quidquam ex eo detrahitur, quod sub initium pontificatus mitius egerit cum Pelagianis, nec statim Cælestium tamquam hæreticum rejecerit, cujus nimirum hæresis fuerat a suo decessore Innocentio damnata. Qua de re potissimum audiendus sanctus Augustinus, Zosimi apologiam inter alia his verbis contexens [17]: *Multum misericors*
D *memoratæ sedis antistes* (Zosimus,) *ubi eum* (Cælestium) *vidit ferri tanta præsumtione præcipitem tamquam furentem; donec si posset fieri, resipisceret, maluit eum sensim suis interrogationibus & illius responsionibus colligare, quam districta feriendo sententia, in illud abruptum quo jam propendere videbatur, impellere.* Et paullo post [18]: *Atque ita ve-*

1. *Paschas.* epist. III. inter Leonin. capp. II. & III. tom. I. pag. 610. edit. Ballerin.
2. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XI. opp. tom. I. pag. 112.
3. *Pagi* ad ann. 417. §§. XII. & XXI.
4. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pagg. 638. 837.
5. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 931.
6. *Baron.* ad ann. 418. §. LXXIX.
7. *Prosp.* contr. Collat. cap. XXI. al. XLI. num. I.
8. *Mar. Merc.* Common. ad Theodos. §. IX. pag. 138. edit. Baluz. & nostræ Biblioth. PP. tom. VIII. pag. 650.
9. *Aug.* epist. CCXV. §. II. edit. BB. tom. II. pag. 794. c.
10. *Id.* epist. CXC. §. XXII. ibid. pag. 707. a.
11. *Id.* ibid. §. XXIII. e.
12. *Mar. Merc.* l. c. §. IV. pag. 134. sive 649.
13. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XIV. pag. 145.
14. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. XLIII.
15. *Prosp.* lib. contr. Collat. cap. V. num. 3.
16. *Cælest.* epist. XXI. §. IX. infra pag. 334.
17. *Aug.* lib. II. contr. Pelag. de pecc. orig. cap. VI. num. I. opp. tom. X. pag. 255. g.
18. *Id.* ibid. pag. 256. c.

lut phreneticus, ut requiesceret tamquam leniter fotus, a vinculis tamen excommunicationis nondum est creditus esse solvendus. Sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiæ lenitate concessus est. Alibi autem rursus in eamdem sententiam [1]: *Tot & tantis*, inquit, *inter apostolicam sedem & Afros episcopos currentibus & recurrentibus scriptis ecclesiasticis, etiam gestis de hac caussa apud illam sedem Cælestio præsente & respondente confectis: quænam tandem epistola venerandæ memoriæ papæ Zosimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præceperit credi oportere, sine ullo vitio peccati originalis hominem nasci?* Pergit porro sanctus Doctor: *Nusquam prorsus hoc dixit, nusquam omnino conscripsit. Sed quum hoc Cælestius in suo libello posuisset, inter illa dumtaxat de quibus se adhuc dubitare & instrui velle confessus est; in homine acerrimi ingenii, qui profecto si corrigeretur plurimis profuisset*, VOLUNTAS EMENDATIONIS, NON FALSITAS DOGMATIS APPROBATA EST. Nonnullisque interjectis [2]: *Quum sanctus papa Zosimus*, ait, *hoc tenendum quod isti* (Pelagiani) *de parvulis sentiunt, numquam dixerit, numquam scripserit; insuper etiam Cælestium se purgare molientem ad consentiendum sedis apostolicæ* (Innocentii) *litteris crebra interlocutione constrinxerit: profecto quidquid interea levius actum est cum Cælestio*, SERVATA DUMTAXAT ANTIQUISSIMÆ ET ROBUSTISSIMÆ FIDEI FIRMITATE, CORRECTIONIS FUIT CLEMENTISSIMA SUASIO, NON APPROBATIO EXITIOSISSIMA PRAVITATIS. Scribens denique idem sanctus Pater contra Julianum Pelagianum [3]: *Quale est autem*, inquit, *quod beatæ memoriæ Zosimum apostolicæ sedis episcopum, ut in tua pravitate persistas, prævaricationis accusas? Qui non recessit a suo præcessore Innocentio, quem tu nominare timuisti; sed maluisti Zosimum, quia egit primum lenius cum Cælestio*. Nimirum sedis apostolicæ indulgentia Cælestium abuti animadvertens beatissimus pontifex, ejusque dolis per Africanos patres sibi patefactis, haud ulterius morandum ratus, eumdem Cælestium ejusque magistrum Pelagium hæreticos, illorumque doctrinam orthodoxo dogmati adversantem lata sententia pronuntiavit, damnavitque illa celebri Tractoria per totum orbem emissa, ut modo diximus, quæ summo studio magnaque omnium catholicorum lætitia excepta fuisse comprobatur. Qua de re consulendus magnus annalium ecclesiasticorum parens [4].

IV. Illud præterea Zosimo laudi vertendum, quod sub ejus pontificatu pax instaurata sit inter orientales & occidentales, quæ ob erasum e sacris diptychis Joannis Chrysostomi nomen diu multumque intercepta fuerat, licet ad eam restituendam incubuerint jam ab anno CCCCVII. Africani patres in synodo Carthagine celebrata, Honorio VII. & Theodosio II. coss. Ejusmodi enim canon in ea statutus comperitur [5]: *Placuit etiam, ut de dissensione Romanæ & Alexandrinæ ecclesiæ ad sanctum papam Innocentium scribatur; quo utraque ecclesia intra se pacem quam præcepit Dominus, teneat*. Hæc vero advertit edocetque Norisius [6]: qui tamen sententiam suam de pace per Zosimum cum orientalibus inita,

A paullo ante infirmare videtur, dum ex litteris Attici Constantinopolitani ad Cyrillum Alexandrinum quas recitat Nicephorus [7], colligit ipsum Atticum Chrysostomi nomen diptychis tum demum restituisse, postquam scilicet renuntiatus fuit anno CCCCXXI. antistes Antiochenus Theodotus [8]; adeoque restitutionem ejusmodi usque ad Bonifacii pontificatum ab Attico fuisse dilatam [9]: illud interim ingerens, Zosimum, licet Cyrillus & Atticus id temporis nondum Chrysostomi nomen in diptycha retulissent, ea tamen dissensione omissa, eosdem per litteras convenisse. Quæ quidem postrema Norisii verba referens Pagius [10], ea sibi minus placere profitetur: statuitque Zosimum non alio modo erga episcopos o-
B rientales Chrysostomi memoriæ inimicos se gessisse, quam se se gesserat Innocentius ejus decessor; neque pacem Romanam inter & orientalem ecclesiam ante Bonifacii pontificatum fuisse restitutam. „ Sed quum istæ ecclesiæ, inquit, schismate divisæ non essent; Zosimus damnatis Pelagianis Tractoriam suam non minus ad orientales, quam ad occidentales episcopos misit. „

V. Hæc porro sive Norisii sive Pagii placita minus probantur viris eruditis, qui aliter, & rectius quidem, ut nobis videtur, pacis tempus inter Romanam sedem & orientales ob Chrysostomi caussam constituunt. Est autem hujusmodi eorum sententia [11]:
C „ Attici epistola, inquiunt, ad sanctum Cyrillum apud Nicephorum lib. XIV. illud demonstrat, Theodotum Antiochenum Alexandri successorem, primum omnium post diuturnum dissidium, Chrysostomi nomen diptychis restituisse, & post eum Atticum Constantinopolitanum, & tandem Cyrillum Alexandrinum. Pacem vero hos episcopos a Romana ecclesia numquam obtinuisse, licet aliter senserit cardinalis Norisius cap. VI. (lib. II. Hist. Pelag.) nos tamen evidenter convincimus ex eo, quod Atticus in eadem epistola Joannis Chrysostomi nomen diptychis se inseruisse scribat, idemque Cyrillo suadeat, quod pax consequi nulla alia ratione queat. Atqui anno CCCCXVIII. in concordia fuisse Romanam ecclesiam
D cum orientalibus nobis est fere exploratum, quum eo anno Zosimus encyclicam adversus Pelagianos, Mercatore teste, & istis nominatim dederit. „

„ Neque vero Pagius satisfacit, qui Zosimi epistolam ad hos missam pacis negat argumentum. Quum enim, ea dissensione vivente, communicatoriæ & familiares litteræ a Romanis ad orientales transmissæ fuerint nullæ, & in hoc præcipuum constiterit dissidii indicium; adduci non possumus, ut Zosimi epistolam orientalibus directam pacis jam conciliatæ perspicuum argumentum non agnoscamus. Sane nihil dubitare possumus, quin eædem orientis ecclesiæ anno CCCCXIX. cum Romana sede tenuerint communionem: quo quidem anno Africana
E synodus a Bonifacio pontifice petiit, *ut ipse quoque dignetur ad memoratas ecclesias* (scilicet Alexandrinam, Antiochenam & Constantinopolitanam) *aliquos mittere, qui eadem exemplaria debeant secundum ejus scripta proferre*. Ita legitur in codice Africano [12] idemque repetunt patres in synodica ad ipsum Bonifacium, ubi eum rogant [13], ut scriberet *ad illarum partium sacerdotes, hoc est, ecclesiæ Antioche-*

1. *Aug.* lib. II. ad Bonifac. cap. III. num. 5. tom. X. pag. 433. g.
2. *Id.* ibid. pag. 434. f.
3. *Id.* contr. Julian. lib. VI. cap. XII. num. 37. ibid. pag. 681. d.
4. *Baron.* ad ann. 417. §. XVIII. & 418. §§. VII. seqq.
5. Cod. can. eccl. Afr. num. CI. in Conc. edit. Ven - Labb. tom. II. pag. 1333. d.
6. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. VI. opp. tom. I. p. 318. a.
7. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. XIV. cap. XXVI.
8. *Noris.* ibid. cap. IV. pag. 292.
9. *Id.* ibid. cap. VI. pag. 315.
10. *Pagi.* ad ann. 417. §. XIV.
11. *Baller.* lib. II. cap. III. Observ. ad Noris. opp. tom. IV. pag. 900.
12. Conc. tom. II. pag. 1256. c.
13. Ibid. pag. 1360. c.

næ, *Alexandrinæ* & *Constantinopolitanæ*; quo Nicænæ synodi exemplaria in Africam mitterent. Africani episcopi qui tres legatos pontificis apud se habebant, ignorare profecto non poterant, utrum cum orientalibus tum Romana sedes communicaret; nec, si communionem habuisset nullam, rogassent ut ad illos pontifex scriberet. Igitur anno CCCCXVIII. pax certa videtur extitisse mense Aprili, quo Zosimi Tractoria data est. „ Hactenus viri docti. Ceterum chronica notatio qua heic fertur data encyclica Zosimi epistola, ex Honorii augusti constitutione confirmatur, quam emissam fuisse constat occasione sententiæ a Zosimo adversus Pelagianos in sua Tractoria prolatæ. Hoc autem imperiale decretum, quo *ex Urbe pellendos Pelagium & Cælestium*, eorumque sectatores ubique gentium *inexorati exsilii deportatione damnandos* decernitur, datum perhibetur *pridie Kalend. Majas*, *Honorio* XII. & *Theodosio* VIII. *coss.* id est, die XXX. Maii anno CCCCXVIII. Qua de re plura Garnerius [1]. Neque omittas velim Norisium [2], Pagium [3], Coutantium [4] & Ballerinios [5].

VI. Quod superest, Zosimi epistolarum collectionem proferimus, quam doctissimus Coutantius luculenter illustratam evulgavit [6], uno tantum excepto Paullini diaconi libello adversus Cælestium Zosimo pontifici oblato: neque enim hunc libellum a duobus aliis ejusdem Paullini opusculis sejungendum duximus. De eo autem mox sequenti capite agendum. Jam porro in has Zosimi epistolas unum adnotare haud otiosum fuerit: nimirum in ejusmodi epistolæ I. inscriptionem: *Episcopis per Gallias &* SEPTEM PROVINCIAS *constitutis*: quam quidem inscriptionem vix attingit in suis notis Coutantius. Magni nominis criticorum ingenia exercuit argumentum de varia Galliarum divisione. Post Blondellum, Salmasium, Marcam, Quesnellum aliosque saxum idem volvit Pagius, ac præcedentium virorum doctorum sententias evertere studuit. Celeberrimæ hujusce quæstionis rursus agitandæ occasionem arripit idem vir eruditus [7] ex concilii Valentini anno CCCLXXXIV. coacti synodica sic inscripta: *Dilectissimis fratribus per Gallias & quinque provincias constitutis episcopis*: statuitque hanc primam esse *quinque provinciarum* mentionem, quæ usque ad concilium Taurinense anno CCCCI. celebratum perduravit, ubi rursus eadem divisio in medium adducitur: posthac enim *septem provinciæ* institutæ, de quibus propterea fusius deinceps laudatus vir criticus sermonem habet [8]. Judice itaque Pagio *quinque* provinciæ a *septem* distinguantur oportet. At vero novissime omnium disputationem instaurans domnus *de La Barre*, dissertationem contexuit ita prænotatam [9]: *Memoire sur les divisions que les empereurs Romains ont faites des Gaules en plusieurs provinces*. Eo igitur in opusculo vir eruditissimus præ ceteris Pagium aggreditur, ejusque sententiam potissimum de *quinque* provinciis a *septem* distinguendis convellere nititur: simulque ostendit easdem esse omnino *quinque* provincias cum iis quæ in posterum *septem* fuere appellatæ. Argumenta quibus rem propositam adstruit V. C. digna sunt, meo quidem judicio, quæ apud ipsum perlegantur.

CAPUT II.

DE PAULLINO MEDIOLANENSI.

I. PAULLINUM qui sancti Ambrosii res praeclare gestas litteris consignavit, longe alium a Paullino episcopo Nolano fuisse, manifestissime docuit magnus Baronius [10], secus atque nonnulli postea existimarunt. Eum vero fuisse Mediolanensis ecclesiæ clericum, & quidem inferioris ordinis, ex ipsomet scriptore intelligimus [11]; quippe qui *sub Casti diaconi cura degerat*: quemadmodum Majorinus, *qui lector in diaconio Cæciliani fuerat*, ut scribit Optatus [12]. Quo quidem in munere, ad obitum usque beati antistitis cui erat a manu, ipsum permansisse, ex eodem compertum habemus. Ait enim [13]: „ Ante paucos vero dies quam lectulo decumberet (Ambrosius,) quum quadragesimum tertium psalmum dictaret, *me & excipiente & vidente*, subito in modum scuti brevis, ignis caput ejus cooperuit, atque paullatim per os ipsius tamquam in domum habitator ingressus est: post quod facta est facies ejus sicut nix, & postea reversus est vultus ejus ad speciem suam. Quod quum fieret, stupore perculsus obrigui, nec *potui scribere quæ ab illo dicebantur*, nisi postea quam visio ipsa transivit: dicebat enim in eo tempore testimonium scripturæ divinæ, quod ego optime retinebam. Nam *scribendi vel dictandi ipso die finem fecit* .... Ego vero id quod a me visum fuerat, *honorabili viro Casto diacono sub cujus cura degebam*, statim retuli. „ Hæc ille. Deinceps vero diaconatus ordinem suscepisse Paullinum, ex Augustino [14] & Mario Mercatore [15] erudimur; quem videlicet eo in gradu adversus Cælestium Pelagii hæresiarchæ collegam strenue insurrexisse produnt: ut propterea minus recte nonnulli existimarint [16], diaconum fuisse Ambrosii Mediolanensis episcopi eumdem Paullinum: quum constet, eum moriente Ambrosio minoris

1. *Garner.* Differt. III. in Mar. Merc. in Append. Aug. pag. 153. seqq.
2. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XIII. opp. tom. I. pag. 137. seqq.
3. *Pagi.* ad ann. 418. §. XXVIII. seqq.
4. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 993. num. 15.
5. *Baller.* lib. I. cap. VII. §. IV. Observ. ad Noris. opp. tom. IV. pag. 872. seqq.
6. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pagg. 935 - 986.
7. *Pagi.* ad ann. 374. §. V. & seqq.
8. *Id.* ad ann. 401. §. XXXIII. & seqq.
9. Mem. de l' Academ. des Inscript. & bell. Lettr. tom. VIII. pag. 403. edit. Paris. in 4.
10. *Baron.* ad ann. 397. §. XLVI.
11. *Paullin.* Vit. S. Ambros. §. XLII.
12. *Optat.* de schism. Donat. lib. I. cap. XIX.
13. *Paullin.* l. c.
14. *Aug.* de pecc. orig. numm. 3. 8. tom. X. p. 254. b. 256. b. & contr. duas Epist. Pelag. lib. II. num. 6. ibid. p. 435. d.
15. *Mar. Merc.* Common. super nom. Cæleст. §. I.
16. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. IV. opp. tom. I. pag. 47. *BB.* ad opp. Aug. tom. X. pag. 253. not. a. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 963 *Ballerin.* ad opp. Noris. tom. IV. pag. 861. c.

adhuc ordinis clericum exstitisse, ut modo ipsummet A auctorem enarrantem audivimus. Decepti nimirum fuere viri doctissimi auctoritate Marii Mercatoris, qui parum caute illud tradidit [1]: sed eo prudentior Augustinus, qui Paullinum Mediolani probe noverat, quique propterea diaconum quidem, sed nusquam Ambrosii diaconum eum appellavit. Neque aliter sane annalium ecclesiasticorum parens, qui Paullinum *auctum* POSTEA *diaconatu* scribit [2]. Porro scriptorem nostrum presbyterii honore fuisse praeterea dignatum memoriae prodidit Isidorus Hispalensis [3]: quod tamen apud antiquiores nusquam memoratum invenias.

II. Jam vero Paullini litterarum monimenta re- B censeamus. Is itaque hortatu sancti Augustini, quem noverit tum Mediolani quum istic ageret idem Augustinus, tum in Africa quo demum se contulit Paullinus, Vitam sancti Ambrosii conscripsit, ut ipsemet semel iterumque testatur [4]. Neque vero statim ab obitu beatissimi praesulis qui anno CCCXCVII. e vivis excessit, Paullinum ejusmodi scriptioni manum admovisse, vel eam saltem confecisse liquet. Scribebat enim post annum CCCC. quo ex hac vita sublato Simpliciano Ambrosii successore, in Mediolanensi cathedra sedebat Venerius, ut ex his ejus verbis colligimus [5]: *Defuncto eo* (Ambrosio) *non alius illi successit in sacerdotium, nisi is quem ille bonum senem trina voce signaverat. Cui Simpli-* C *ciano Venerius .... successor fuit*. Quin & post Venerii mortem quae anno CCCCVIII. aut CCCCIX. contigit, Vitae Ambrosianae conscribendae operam adhuc dedisse Paullinum novimus: siquidem meminit Joannis praefecti praetorio, qui sub Honorio hanc dignitatem obtinuit annis CCCCXII. CCCCXIII. & CCCCXXII. ut ex προσωπογραφία Codicis Theodosiani constat [6]. Auctoris verba sunt hujusmodi [7]: *Postea vero quam directus est Joannes, tunc tribunus & notarius, qui nunc praefectus est, ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam confugerunt*, cet. Ex quibus ergo conficitur, non uno tenore, sed alternatim rem peregisse Paullinum. Nimirum opusculum istud hortante Augustino litteris tradere D coeperit Mediolani; quod aliis curis supervenientibus intermissum, in Africa postea degens absolverit. Quae quidem ipsemet palam professus esse perhibetur. Haec enim habet [8]: *Nos tamen ea* (gesta) MEDIOLANI POSITI, *ipso Mascezele referente cognovimus*: *nam &* IN HAC PROVINCIA IN QUA NUNC POSITI HÆC SCRIBIMUS, *plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibus; quibus etiam referentibus, securius haec nobis cognita*, HUIC LIBRO ADJUNGERE *arbitrati sumus*. Iterumque manifestius adhuc sub finem [9]: IN URBE ETIAM CARTHAGINIENSI, inquit, *quum apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri Aurelii episcopi*, AD CONVIVIUM CONVENISSEM *una cum Vincentio Colossitano epi-* E *scopo, Murano etiam episcopo Bolitano, sed & aliis episcopis & diaconibus; tunc Murano episcopo detrahenti sancto viro* (Ambrosio) *retuli exitum presbyteri superius memorati*.

III. Porro ad hujusce Paulliniani opusculi pretium quod spectat, illud plane cum Baronio [10] aliisque post ipsum viris eruditis statuendum, nempe scriptoris fidem nemini licere in dubium revocare: „quae enim vel ipse vidit, vel a sancta Marcellina de Ambrosio ejus fratre didicit, vel ex „variorum epistolis post illius obitum datis de iis „qui diversis in provinciis ipsum vidisse narrant, se scripsisse testatur. „Verumtamen illud in eo desideratur, ait vir doctus [11], quod in rebus enarrandis vix ullam chronologiae rationem habuit; neque [12] rebus ab Ambrosio gestis quae posterorum memoriae consignata reliquit, ullum scriptorum ejus indicem accuratum attexere studuit, quod quidem in Augustino praestitit Possidius. Hanc autem Ambrosii Vitam a Paullino contextam typis excudendam curavimus ex praeclara editione Benedictinorum Parisiensi, qui eam ad codices sive mss. sive impressos summa diligentia exactum evulgarunt [13]. Ceterum illud heic observare haud otiosum fuerit, Eugippium presbyterum & abbatem Lucullanensem qui floruit ineunte saeculo VI. in vita sancti Severini Noricorum apostoli [14] narrationis meminisse, quam refert noster Paullinus [15]. Quod propterea libuit adnotasse, ut obviam iremus Tillemontio, qui hujusmodi Ambrosianam Vitam minus attente decurrens, narrationem illam ab Eugippio relatam in Paullini opusculo desiderari asseruit [16].

IV. Alterum Paullini jam diaconi opusculum inscribitur: *Libellus adversus Caelestium Zosimo papae oblatus*. Hujus libelli auctorem esse Paullinum nostrum opinatur tantummodo Tillemontius [17]: sed eruditorum plerique rectius affirmant, Marii Mercatoris auctoritate [18] potissimum ducti, ut ex mox dicendis manifestius patebit. Scripti autem occasio ejusmodi fuisse intelligitur. Mediolano in Africam profectum Paullinum, Carthagine sedem posuisse, superius probe perspeximus. Illic vero degens, ubi detexit Caelestium Pelagii comitem nova dogmata late per urbem spargere ac diffidiis cuncta complere, haereticum hominem ad patres Africanos synodum ibidem celebrantes oblato libello detulit. Prava dogmata quae Caelestio Paullinus objecit, recitant Augustinus [19] & Marius Mercator [20]. Tum Caelestius ab synodi Carthaginiensis patribus dogmata illa damnare jussus, quum id recusasset, ab eadem synodo anathemate percussus, ex Africa fugiens in Asiam se contulit. Quomodo vero peracta res fuerit, idem Augustinus enarrat [21]. Haec porro accidisse anno CCCCXII. verno tempore, arguit vir doctissimus [22] ex litteris concilii Carthaginiensis ad Innocentium datis circa autumnum anni CCCCXVI. ubi *ante ferme quinquennium* latam in Caelestium ibidem fuisse sententiam patres perscribunt. Aliter tamen censuere viri eruditi, qui haud ita pridem opera Norisiana illustrata junctim evulgarunt: anno videlicet CCCCXI. non vero CCCCXII. synodum Carthaginiensem in qua Caelestius fuit damnatus, illigantes [23].

1. *Mar. Merc.* l. c. 2. *Baron.* ad ann. 397. §. XLVII.
3. *Isid. Hisp.* de script. eccl. cap. IV.
4. *Paullin.* l. c. §§. I. & LVI.
5. *Id.* ibid. §. XLVI.
6. *Cod. Theod.* tom. VI. part. II. pag. 61.
7. *Paullin.* l. c. §. XXXI.
8. *Id.* ibid. §. LI. 9. *Id.* ibid. §. LIV.
10. *Baron.* ad ann. 397. §. XLVIII.
11. *Nourr.* Vit. S. Ambr. §. I. in append. ad tom. II. pag. XXXI. 12. *Baron.* l. c.
13. *BB.* in append. ad tom. II. opp. Ambr. pagg. I - XIV.
14. Apud *Bolland.* tom. I. Jan. pag. 494. num. 44.
15. *Paullin.* Vit. Ambr. §. XLIII.
16. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 81. 17. *Id.* ibid.
18. *Mar. Merc.* Common. super nom. Caelestii §. I.
19. *Aug.* de gest. Pelag. cap. XI. num. 23. tom. X. p. 204. & de pecc. origin. cap. XI. num. 12. ibid. p. 257.
20. *Mar. Merc.* l. c.
21. *Aug.* de pecc. origin. cap. III. num. 3. ibid. p. 254.
22. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. IV. opp. tom. I. p. 47.
23. *Ballerin.* opp. Noris. tom. IV. pag. 577. a. in Hist. Donat. part. II. cap. XIII. §. IV.

V. Interea, teste Mercatore [1], ut contra se prolatum ab Africanis patribus judicium declinaret hæreticus ille, ad Romanam sedem credidit appellandum: moxque appellatione neglecta Ephesum contendit, ubi & presbyter per obreptionem fuit ordinatus. Inde autem digressus post aliquot annos Constantinopolim petiit: unde ab Attico episcopo ejectus, Romam ubi Zosimus Innocentio successerat, festinanter perrexit, ut ex appellatione pristina judicium subiret. Adit itaque pontificem, ejusque sententiæ adquiescere se velle simulans, Paullinum diaconum, jam ante quinquennium accusatorem suum, ad tribunal apostolicum provocat; ac simulatione istiusmodi epistolam ad Afros a Zosimo impetrat [2], qua in Urbem vocantur Cælestii accusatores qui ejus fidem coram redarguant. Hanc autem epistolam cum altera, Septembris XXI. die anni CCCCXVII. consignata, Basilisco subdiacono in Africam tradidit Zosimus perferendam. „ Qui quum Carthaginem pervenisset, ait vir eruditus [3], Paullinum *quarto Nonas Novembris die* [4], haud dubie ejusdem anni CCCCXVII. convenit, eum moniturus ut apostolicæ sedis judicio se sisteret. Paullinus vero vice sui libellum de quo heic sermo, VI. Idus Novembris, hoc est sexto postquam eum convenit Basiliscus die, adeoque anno CCCCXVII. ad Zosimum misit. Porro in eo libello Paullinus Zosimo gratias agit, non quod Cælestium damnasset, ut existimavit Baronius [5], sed quod in gestis Romæ anno CCCCXVII. mense Septembri confectis instituisset, ut Cælestius quæ ipsi a Paullino objecta fuerant capitula damnaret. Præterea eumdem libellum Romam pertulit Marcellinus subdiaconus [6], a quo nimirum litteras Afrorum se accepisse Zosimus epistola XI. Martii XXII. die anni CCCCXVII. reddita rescribit: ut propterea hunc Paullini libellum qui VIII. Novembris die consignatur, anno antecedente CCCCXVII. fuisse conscriptum constet, secus atque censet Annalium parens, qui ad annum CCCCXVIII. eumdem libellum refert. „ Hæc vir doctus. Quam tamen in sententiam de temporis notatione quo suum Paullinus libellum perscripsit, præiverant Norisius [7], Pagius [8] ac Tillemontius [9].

VI. Verum iis adhuc superest occurrendum, quæ occasione hujusce libelli Paulliniani excogitarunt Quesnellius atque Norisius. Et ille quidem Paullini verbis relatis, quibus ait [10] se fuisse admonitum a Basilisco subdiacono, *ut adesset ad apostolicam sedem & Zosimi judicio* se sisteret, statim subdit [11], Paullinum vadimonio constituto obtemperare renuisse. Quæ sane Quesnelliana sententia nemini probanda videtur. „ Neque enim renuit obtemperare Paullinus, ut jure arguunt viri eruditi [12], sed oblato excusationis libello, caussas cur Romam non accederet, satis efficaces humiliter exposuit, quas a pontifice admittendas putavit. Inter has illam, quod nimirum hæc non amplius sua, sed totius ecclesiæ caussa esset, ab Africanis patribus approbatam tradit: nec ullum uspiam indicium est, ab iisdem Africanis patribus prohibitum fuisse Paullinum, *ne ad diem dictum Romam iret*: quod censuit Quesnellius. Illud unum conjicere in promtu est, ipsis consentientibus eum non transmisisse, libellumque excusationis tradidisse, non Basilisco jam jam discessuro, sed Marcellino qui ad Africani concilii gesta Romam perferenda erat destinatus; eo quod illi hæc omnia simul cum libello Zosimo exhibere crederent expedire. „

VII. Ad Norisium quod attinet, existimavit ille quidem [13], Paullinum, statim atque intellexit Cælestium in synodo Carthaginiensi damnatum ad sedem apostolicam appellasse, Romam ex Africa se contulisse, ut contra eumdem hæreticum coram Innocentio Romano pontifice latum ab eadem synodo sententiam defenderet: quam in sententiam cardinalem amplissimum pertraxerunt ejusmodi Paullini verba [14]: *Ubi* (Romæ scilicet) *tunc ideo nihil agere potui, quia is qui ad sedem apostolicam provocaverat, defuit*. „ Verum, inquiunt viri docti modo laudati [15], Paullini verba non illum sensum Norisianum necessario effundunt: nihil enim se apud sedem apostolicam potuisse agere Cælestio absente, affirmare vere potuit, licet in Africa semper fuerit, propterea quod paratus erat eo pergere, si quidem Cælestius *appellatione neglecta* Ephesum haud aufugisset. Etenim, subdunt, in judiciis sive civilibus sive ecclesiasticis hic ordo servatur, ut is qui appellavit judici se sistat, eoque instante, ille qui vicit citetur; non vero victor altero fugiente judicem vocatus conveniat. Hinc idem Paullinus in laudato libello se protinus adfuturum ait, *si adversum me, & non pro me lata fuisset sententia*. His adde, quod si Paullinus ad Innocentium ex Africa accessisset, hæc Cælestii appellatio non fuisset ignota eidem pontifici; atque proinde in tribus ejus litteris quas post eam appellationem dedit ad Africanos patres, aliquam ejus appellationis mentionem fecisset. Quibus porro adducti rationibus ii fuisse videntur, qui postea Pelagianam historiam diligentissime conscripsere, ut hanc Paullini transmissionem præterierint. „

VIII. Exstat denique tertium Paullini de quo loquimur, opusculum *de benedictionibus patriarcharum* inscriptum, quod cura & studio Joannis Aloysii Mingarelii V. C. e membraneo codice bibliothecæ S. Salvatoris Bononiæ descriptum dudum prodiit [16]. Hujusmodi porro libellus haud latuit sanctum Isidorum Hispalensem. De eo enim deque illius auctore sic loquitur [17]: *Paullinus presbyter explicuit in benedictionibus patriarcharum triplici intelligentiæ genere libellum, satis succincta brevitate compositum. Idem etiam, petente Augustino, conscripsit Ambrosii vitam, signis florentem atque doctrinis, & meritis Apostolorum non imparem*. Isidorum heic Paullinum Mediolanensem cum Nolano improvide miscuisse, nonnulli eruditorum censuere, quos inter Tillemontius [18] & Fontaninus [19]. Sed prorsus immerito: quod videlicet Isidorianum locum minus attente perlegerint. Recte siquidem & apposite utrumque Paullinum distinguit sanctus præsul Hispalensis, ut probe perspexit sollers Fabricius [20]. Memorat enim, Paulli-

1. *Mar. Merc.* l. c. §. I. seqq.
2. *Zosim.* epist. II.
3. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 963.
4. *Paullin.* libell. §. IV.
5. *Baron.* ad ann. 418. §. XI.
6. *Paullin.* l. c. §. V.
7. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XII. pagg. 121. 123.
8. *Pagi* ad ann. 418. §. V.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIII. pag. 1015. Not. LXX. sur S. Augustin.
10. *Paullin.* l. c. §. IV
11. *Quesn.* ad opp. S. Leon. Differt. XIII. §. X.
12. *Baller.* opp. S. Leon. tom. III. pag. 786. not. 16.
13. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. IV. pag. 49.
14. *Paullin.* l. c. §. IV.
15. *Ballerin.* lib. I. cap. IV. Observ. ad opp. Noris. tom. IV. pag. 862.
16. Vet. Pat. Latin. opusc. tom. II. part. I. pag. 206. seqq.
17. *Isidor.* de script. eccl. cap. IV.
18. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 310.
19. *Fontan.* Hist. litt. Aquil. lib. V. cap. II. §. V. pag. 219. seqq.
20. *Fabric.* schol. ad Isidor. in Bibl. eccl. pag. 51. sub init.

num nostrum Ambrosii vitam scripsisse, quemadmodum *obitum* PAULLINI *Uranius edidit* [1]. Incusatur præterea Isidorus ab iisdem viris criticis, quod perperam Paullino Mediolanensi Rufini opus tribuerit *de benedictionibus patriarcharum*, Paullino postea Nolano episcopo nuncupatum: perinde ac si huic vel illi scriptori haud liceat de eodem argumento differere, quod alterum pertractasse noverit. Primus omnium enimvero *de benedictionibus patriarcharum* scripsit sanctus Ambrosius [2]; neque tamen ab ejusmodi scriptione retractanda Rufinum deterruit sancti antistitis Mediolanensis elucubratio. Quidni ergo post utrumque, Ambrosium & Rufinum, Paullino licuerit *benedictiones patriarcharum* iterum exponendas suscipere, quemadmodum hujusmodi opus illum perscripsisse testatur Isidorus, exemplo videlicet doctoris sui Ambrosii potissimum excitato? Quin nihil veritum antiquiores scriptores, in idem argumentum excutiendum deinceps incubuisse Alcuinum intelligimus [3]. Neque minus a vero aberrasse novimus viros eruditos, qui opus Paullino ab Isidoro tributum, idem esse ac Rufinianum duxerunt: quam sane conjecturam omnino abjecissent, ut equidem existimaverim, si vel maxime collatione instituta utrumque opus diligenter evolvere ipsis licuisset. Cetera vero, neque plane levia, in eamdem sententiam videas apud cl. Mingarellium, qui pluribus in medium adductis, opusculi auctorem esse nostrum Paullinum luculenter comprobavit.

CAPUT III.

DE

S. BONIFACIO PAPA I.

I. SAnctus BONIFACIUS post biduum ab obitu sancti Zosimi, id est, die XXVIII. Decembris anni CCCCXVIII. pontifex constituitur, & sequenti die XXIX. in dominicam incidente consecratur. Id vero ex Symmachi præfecti Urbis relatione ad Honorium augustum data IV. *Kal. Januarii*, ipso videlicet ordinationis die, manifesto compertum [4]. Interea dum hæc aguntur, Bonifacium inter & Eulalium schisma conflatur. Verum deinceps rei veritate probe agnita, Bonifacius demum in sedem suam restituitur ineunte Aprili subsequentis anni CCCCXIX. ut ex Honorii rescripto ad Symmachum, & Symmachi relatione ad ipsum imperatorem intelligimus [5].

II. Jam vero quanto in pretio fuerit habitus hic summus antistes, veterum monimenta satis produnt. Nimirum ex Romanorum presbyterorum libello supplici ad Honorium imperatorem [6] exstitisse discimus *venerabilem virum Bonifacium, veterem presbyterum, in lege doctissimum ac bonis moribus comprobatum, & (quod eum magis ornabat) fuisse invitum, acclamatione totius populi ac consensu meliorum civitatis, divinæ institutionis ordine consecratum*. Sanctus autem Augustinus in prœmio librorum quatuor contra duas epistolas Pelagianorum, quos eidem Bonifacio jam Romanæ ecclesiæ episcopo nuncupavit, ipsum alloquens hæc habet [7]: *Noveram te quidem fama celeberrima prædicante, & frequentissimis atque veracissimis nuntiis quanta esses Dei gratia plenus acceperam, beatissime ac venerande papa Bonifaci*, cet. Et nonnullis interjectis [8]: *Hæc ergo*, inquit, *quæ istis duabus epistolis illorum* (Pelagianorum) *ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui*.

III. In eamdem porro sententiam Prosper concinit Augustino, dum ait [9]: *Sanctæ memoriæ papa Bonifacius piissimorum imperatorum catholica devotione gaudebat, & contra inimicos gratiæ Dei non solum apostolicis, sed etiam regiis utebatur edictis: & idem, quum esset doctissimus, adversus libros tamen Pelagianorum beati Augustini episcopi responsa poscebat*. Hinc sanctus pontifex, inter cetera insignia in illius epitaphio commemorata, fuisse perhibetur [10]

Justitiæ custos, rectus patiensque, benignus,
Cultus in eloquiis & pietate placens.

Reliqua ejus præclare gesta tum ex annalibus ecclesiasticis repetenda, tum vero ex ipsius epistolis Coutantii studio luculenter illustratis; cujus propterea editionem typis committendam curavimus. Supremum diem obiit beatus Bonifacius pridie Nonas Septembris anno CCCCXXII. postquam annos tres, menses octo ac dies sex aut septem in pontificatu exegisset. Qua de re consulendi præ ceteris Pagius [11], Tillemontius [12] atque Coutantius [13].

1. *Isidor.* l. c. 2. *Ambr.* opp. tom. I. pag. 513.
3. In Append. Aug. tom. III. pag. 31.
4. Apud *Baron.* ad ann. 418. §. LXXIX.
5. Ibid. ad ann. 419. §§. XXXIII. & XXXIV.
6. Ibid. §. VIII.
7. *Aug.* lib. I. contr. duas epistt. Pelag. cap. I. opp. tom. X. pag. 411.
8. *Id.* ibid. num. 3. pag. 412.
9. *Prosp.* contr. Collat. cap. XXI. al. XLI. num. 1.
10. *Baron.* ad ann. 423. §. VIII.
11. *Pagi.* ad ann. 423. §. VI.
12. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XII. pag. 666. not. IV. sur S. Boniface.
13. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 1005. num. 8.

CAPUT IV.

DE PAULLO OROSIO.

I. PAULLUS OROSIUS presbyter, natione Hispanus & civis Tarraconensis, *claruit extremo pæne Honorii imperatoris tempore*, ut scribit Gennadius [1]. Gentem suam ac patriam prodit ipsemet auctor his verbis [2]: *Exstant adhuc per diversas provincias in magnarum urbium ruinis parvæ & pauperes sedes, signa miseriarum & nominum indicia servantes: ex quibus nos quoque* IN HISPANIA TARRACONEM NOSTRAM *ad consolationem miseriæ recentis ostendimus*. Ex Hispania in Africam eo nomine peregrinationem suscepit, quo contribulibus suis, pravis hæreticorum erroribus infectis, medelam ac salutem ex sancto Augustino referret. Id porro cum ab ipso sancto doctore, tum in primis ab eodem Orosio edocemur. Et ille quidem in epistola ad sanctum Hieronymum [3]: *Ecce*, inquit, *venit ad me religiosus juvenis, catholica pace frater, ætate filius, honore compresbyter noster Orosius, vigil ingenio, promtus eloquio, flagrans studio, utile vas in domo Domini esse desiderans, ad refellendas falsas perniciosasque doctrinas quæ animas Hispanorum multo infelicius, quam corpora barbaricus gladius, trucidarunt. Nam inde ad nos usque ab oceani litore properavit, fama excitus, quod a me posset de his quæ scire vellet, quidquid vellet, audire*. Et iterum ad Evodium episcopum scribens [4], meminit *sanctissimi ac studiosissimi juvenis presbyteri Orosii; qui ad nos*, ait, *ab ultima Hispania, id est, ab oceani litore solo sanctarum scripturarum ardore inflammatus advenit*. Hæc Augustinus. Orosius vero in eamdem sententiam, ipsum alloquens sanctum doctorem, hæc habet [5]: *Ad te per Deum missus sum: de te per eum spero, dum considero qualiter actum est, quod huc venirem. Agnosco cur venerim; sine voluntate, sine necessitate, sine consensu de patria egressus sum, occulta quadam vi actus, donec in istius terræ litus allatus sum. Heic demum in eum resipui intellectum, quod ad te venire mandabar. Impudentem non judices, si accipis confitentem. — Dilacerati gravius a doctoribus pravis, quam a cruentissimis hostibus sumus. Nos confitemur offensam: tu pervides plagam: quod solum superest, adjuvante Domino, largire medicinam*.

II. Ex quibus ergo plane conficitur, eos errare sive qui Orosium ab Eutropio & Paullo, Hispanis ut videtur episcopis [6], in Africam ad sanctum Augustinum fuisse legatum asserunt; sive qui ab Herote & Lazaro Galliarum præsulibus eumdem illuc missum existimant. Duos quidem priores antistites memorat Orosius [7]: sed ex ejus verbis ii videntur vel ante ipsum in Africam perrexisse, vel saltem cum eo simul ibidem exstitisse; quo scilicet, haud A secus ac ipse Orosius, pro Hispanorum salute a sancto Augustino auxilium expeterent acciperentque: quibus propterea idem sanctus pater librum *de perfectione justitiæ hominis* inscripsit [8]. Posteriores vero episcopi Gallicani, Herotes & Lazarus, quum ambo suis pulsi sedibus in Palæstinam contendissent Pelagianos oppugnaturi, ibique dudum agentem Orosium, ut mox dicemus, ea ipsa de caussa deprehendissent; eidem jam jam in Africam regressionem meditanti litteras ad concilium Carthaginiense dedere, teste Augustino [9]: ut propterea nullus ex laudatis episcopis auctor fuerit Africanæ peregrinationis Orosii; quippe qui *sine voluntate, sine necessitate, sine consensu de patria egressus, occulta qua-* B *dam vi actus* illuc fuerit, quemadmodum eum loquentem modo audivimus. Neque vero huic Orosianæ assertioni ea obstare videntur, quæ ipse alibi narrat [10] de persecutione in solo patrio a barbaris sibi illata, quo tempore nimirum Gothi ac Suevi Hispanias invaserant: cujus proinde persecutionis declinandæ caussa, quadam *necessitate* compulsus sibi fuga consulendum duxerit. Nam persecutionis quidem barbaricæ vi adactus, ex Hispaniis pedem retulit. Verum alio contendere quam in oras Africanas, integro animo ac libero potuisset, ubi tutius vitam duceret: adeoque *sine necessitate*, ut ipse ait, ac libens eo demum confugit. Qua de re ipsum audiamus [11]: *Mihi autem*, inquit, *prima qua-* C *lisсumque motus perturbatione fugienti, quia de confugiendi statione securo, ubique patria, ubique lex & religio mea est: nunc me Africa tam libenter excepit, quam confidenter accessi: nunc me, inquam, ista Africa excepit pace simplici, sinu proprio, jure communi*. Et reliqua, digna sane quæ apud ipsum auctorem perlegantur.

III. Primum Orosii appulsum in Africam sive post initium anni CCCCXV. sive ante medium ejusdem anni figendum cum viris doctis [12] ducimus: secus atque visum Norisio [13] ejusque assectatori Pagio [14], quorum utrique præcedente anno CCCCXIV. id contigisse, statuere placuit. Hippone itaque a- D pud Augustinum degens Orosius, postquam sui caussam itineris sancto doctori suggessisset, eidem postmodum *Consultationem* seu *Commonitorium* obtulit *de errore Priscillianistarum atque Origenistarum*, ab eo enixe petens [15], *ut perspectis omnibus morbis medicinam adhibere festinaret*. Annuit Orosio Augustinus; ejusque Consultationi respondens, librum eidem inscripsit [16]. Utriusque operis semel iterumque meminit sanctus pater [17]. Quandoquidem vero inter Orosii interrogata & illud censebatur *de origine animæ*; ad hanc difficillimam solvendam quæ-

1. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. XXXIX.
2. *Oros.* Hist. lib. VII. cap. XXII. infra pag. 144. b.
3. *Aug.* epist. CLXVI. num. 2. opp. tom. II. pag. 583. g.
4. *Id.* epist. CLXIX. num. 13. ibid. pag. 608. a.
5. *Oros.* Consult. ad August. §. I. infra pag. 174. b. c.
6. *Tillem.* tom. XIII. pag. 1006. not. LVII. sur S. Augustin.
7. *Oros.* Consult. l. c. a.
8. *Aug.* opp. tom. X. pag. 167.
9. *Id.* epist. CLXXV. num. 1. opp. tom. II. pag. 617. d.
10. *Oros.* Hist. lib. III. cap. XX. infra pag. 91. c.

E

11. *Id.* ibid. lib. V. cap. II. infra pag. 108. b.
12. *BB.* Admonit. tom. X. opp. Aug. pag. 165. post med. *Baller.* Observ. lib. I. cap. IV. §. IV. pap. 863. tom. IV. opp. Noris.
13. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. VI. cap. 68. seq. opp. tom. I.
14. *Pagi.* ad ann. 414. §. VI.
15. *Oros.* Consult. ad Aug. §. IV. infra pag. 175. b.
16. *Aug.* opp. tom. VIII. pag. 611.
17. *Id.* lib. II. Retract. cap. XLIV. opp. tom. I. pag. 57. & in epist. CLXIX. num. 13. tom. II. pag. 608. a.

stionem imparem se professus sanctus Augustinus, A presbyterum nostrum Hispanum ad Hieronymum doctorem maximum remittendum censuit, cum duabus inter cetera epistolis eidem inscriptis, in quarum priore sub initium hæc habet [1]: *Docui hominem* (Orosium) *quod potui: quod autem non potui, unde discere posset admonui, atque ut ad te iret hortatus sum*. Idque alibi præterea tradit, ad Evodium episcopum scribens [2]. Augustino morem gessit Orosius; qui propterea de suo adventu in Palæstinam verba faciens, hæc ait [3]; *Latebam in Bethleem, traditus a patre Augustino, ut timorem Domini discerem, sedens ad pedes Hieronymi*. Hinc porro ad Augustinum rescribens ipsemet Hieronymus [4]; *Virum honorabilem*, inquit, *fratrem meum, filium di-* B *gnationis tuæ, Orosium presbyterum, & sui merito & te jubente suscepi*. Acceptis itaque ab Augustino duabus epistolis ad Hieronymum verno tempore anni CCCCXV. scriptis, Hippone solverit statim Orosius & in Palæstinam perrexerit: illic enim eum jam egisse mense Julio exeunte ejusdem anni CCCCXV. ex mox dicendis compertum fiet.

IV. Interea dum apud Hieronymum diversaretur Orosius, cunctaque ibi enarrasset quæ Carthagine adversus Pelagianos peracta fuerant; his auditis Joannes Hierosolymitanus qui a Pelagio illic itidem degente deceptus, eum veluti orthodoxum existimabat, rem agere judicio decrevit: indicta- C que propterea urbana synodo, ad eam Orosium accivit. Qui deinceps dolosis adversariorum artibus tamquam hæreticæ pravitatis assertor notatus, librum postmodum edidit apologeticum, ubi sui defensionem pluribus prosecutus, unum insectatur Pelagium. Longum esset ire per singula, quæ illo in conventu gesta fuisse perhibentur. Ea namque satius fuerit ediscere ex ipso auctoris nostri Apologetico, quem infra exhibemus. Interim vero unum alterumve pro instituti nostri ratione advertere opportunum ducimus. Et primum quidem statuendum videtur, pertinere conventum illum Hierosolymitanum ad annum CCCCXV. quo ex Africa verna tempestate discedens Orosius, in Palæstinam con- D tendit, ut superius vidimus. Diem vero quo conventus idem coactus est, fuisse XXVIII. Julii, ex ipsomet Orosio erudimur. Constat enim [5], eum *post dies quadraginta & septem* ab habito conventu, Hierosolymam rediisse *primo Encæniorum die*: qui quidem, dies erat XIII. Septembris, ut tradit Nicephorus [6], τρισκαιδεκάτη δ' ἦν Σεπτεμβρίου μηνός: quod probe animadvertit Valesius [7], ac post eum Tillemontius [8], Verum Norisius [9], Benedictini [10], Vallarsius [11] aliique ab interprete Lango decepti qui aliud agens Nicephori verba reddidit, *Erat is decimus quartus mensis Septembris dies*, primum Encæniorum diem in XIV. Septem- E bris incidisse asserunt. Erratum idem erravit quoque Pagius [12], Norisium ut assolet secutus; sui nimirum oblitus; quippe qui antea Valesium exscribens, Encænia ecclesiæ Hierosolymitanæ die XIII. Septembris celebrata fuisse recte tradiderat [13]. A die itaque XIII. Septembris retroactis diebus XLVII. Orosianis, ad Julii diem XXVIII. pervenies, quo habitus fuit conventus Hierosolymitanus.

V. Porro alterum quod animadvertere nostra magis interesse arbitramur, versatur in asserendo auctori nostro cum viris doctis Apologetico cujus modo mentionem fecimus. Nimirum Jansenius egregium istud opusculum ab aliquo exercitationis caussa fuisse conscriptum existimat [14]. Wastelius vero iis quæ ex Jansenio hausit, illud quoque adjecit, Novatianismi ac Nestorianismi reum esse Orosiani opusculi auctorem [15]. „ Non est hic locus, ut Labbei verbis utamur [16], acerbius invehendi sive in episcopum Iprensem, sive in Wastelium Carmelitam; qui futilibus, sed fucatis in speciem argumentis eximium illud opus apologeticum in suspicionem νοθείας adducere voluerunt, contra nitente eruditorum fere omnium virorum exercitu. „ Verum ad eos refellendos unus præsto sit Augustinus, qui actorum conventus Hierosolymitani, ab Orosio in suo Apologetico digestorum, excerpta libro *de gestis Pelagii* intexuisse comperitur [17]. Quod ut lectori manifestius constet, viros clarissimos adeas, si lubet, qui hujusce Apologetici sinceritatem acriter propugnarunt: Norisium [18], inquam, in primis & Garnerium [19]: quos deinceps sunt assectati, Pagius [20], Papebrochius [21], Tillemontius [22], Natalis Alexander [23], alii. Et optimo quidem jure hujusmodi Apologeticus Orosio assertus. „ Nam ut ait Garnerius [24], ab Augustino testimonium habet, stilus auctorem demonstrat, mss. codices Orosii nomen præferunt; & ii soli repugnant quorum interest a tanto viro tamque antiquo scriptore &, quod præcipuum est, tam nobili discipulo Hieronymi atque Augustini, arma non suppeditari, quibus & ipse olim Pelagium vicerit, & ipsi nunc vicissim a catholicis vincantur. „ Hæc vir doctus; qui & ista postremo addit, operis præstantiam rursus inculcans: „ Quæstionum, inquit, a Pelagio motarum duæ tantum hoc in libro tractantur: altera de potestate liberi arbitrii, altera de perfectione hominis in vita mortali: quas unas Hieronymus [25] in oriente agitabat, suarumque partium presbyteris persuaserat; ita ut Pelagio magnam inde invidiam facerent. Ambæ vero tam subtiliter ad Scholæ ἀκρίβειαν, tamque solide ad fidei regulam solvuntur (in hocce Orosii Apologetico;) ut affirmare non dubitem, nihil fere melius scriptum olim primis temporibus, nihil veterum monimentorum superesse consequentibus temporibus utilius. „

1. *Aug.* epist. CLXVI. num. 2. tom. II. pag. 584. a.
2. *Id.* epist. CLXVI. num. 13. pag. 608. a.
3. *Oros.* Apolog. §. III. infra pag. 157. c.
4. *Hieron.* epist. CXXXIV. num. 1. opp. tom. I. pag. 1036. d. edit. Veron.
5. *Oros.* Apolog. §. VII. infra pag. 158. d.
6. *Niceph. Call.* Hist. eccl. lib. VIII. cap. L. tom. I. pag. 653. b.
7. *Vales.* ad Euseb. Vit. Const. lib. IV. cap. XLVI.
8. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIII. pag. 668.
9. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. VII. opp. tom. I. pag. 74. b.
10. *BB.* in Append. ad tom. X. Aug. pag. 74. not. (a).
11. *Vallars.* ad opp. Hieron. tom. II. pag. 375. sub fin. & tom. I. in recens. epist. num. CXXXIII.
12. *Pagi.* ad ann. 415. §. IV.
13. *Id.* ad ann. 335. §§. III. & VI.
14. *Jans.* August. tom. I. pag. 26. c. edit. Lovan. 1640.
15. *Wastel.* tom. II. Vindic. lib. III. sect. V. pagg. 568. seqq.
16. *Labb.* concil. tom. III. pag. 363. edit. Ven - Labb.
17. *Aug.* de gest. Pelag. capp. XIV. XV. XVI. XVII. & XXX.
18. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. VII. opp. tom. I. pagg. 74. seqq.
19. *Garner.* Dissert. VI. cap. III. ad Mar. Mercat. tom. I. pag. 354. sive in Append. August. pag. 248.
20. *Pagi.* ad ann. 415. §. III.
21. *Papebr.* Tract. prælim. ad tom. III. Act. SS. Maii pag. XXI.
22. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIII. pag. 1008. not. LIX. sur S. Augustin.
23. *Nat. Alex.* Hist. eccl. sæc. V. cap. III. art. VI. §. II. pag. 44.
24. *Garner.* Dissertat. VI. cit. Append. August. pag. 250. sub fin.
25. *Hieron.* epist. CXXXIII. opp. tom. I. pag. 1019. edit. Veron. & Dial. contr. Pelag. lib. III. tom. II. pag. 767.

VI. Sed nondum ſermo de Oroſiano Apologetico abrumpendus. Nimirum poſtremæ hujus opuſculi parti [1] haud pauca ex libro ſancti Auguſtini *de natura & gratia* [2] fuiſſe intexta compertum eſt; quæ propterea merito ab eruditis reſcinduntur. Hujuſmodi aſſumentum Schottus primus detexit [3]; deinde vero latius expoſuit Voſſius [4]: qui & alibi rem eamdem pertractans, caſu factum exiſtimat [5], ut quis librarius aliquas Auguſtini pagellas, eaſque inverſas & trajectas, permiſcuerit Oroſianis. His vero, ſubdit, ſemel incuria aliqua admiſſis & cum Oroſianis poſtea compactis, factum fuit ut tamquam Oroſiana legerentur a lectore parum attento, & in Auguſtini lectione non multum verſato. „ Qua de re videas quoque, ſi vacat, Noriſium [6], Garnerium [7] ac Tillemontium [8]. Horum itaque virorum eruditorum ductu, excerpta Auguſtiniana ab Oroſii Apologetico ſejuncta edidimus, & de inverſione ac trajectione lectorem in notis ſubjectis admonuimus. Quam quidem curam eſt ſane cur miremur fuiſſe ab Havercampo neglectam. Illud præterea in primis admonere præſtat, quod quum Apologetici textum pluribus in locis depravatum in Havercampi editione compareat; illum idcirco quantum in nobis ſitum fuit emaculare ſtuduimus, Schotti exemplum licet minus caſtigatum ſecuti, quum nullum aliud præſto fuerit: quem tamen textum emendatiorem adhuc exhibere licuiſſet, ſi opportunius nobis ſuccurriſſent excerpta, quæ ſive apud Labbeum [9] ſive apud Benedictinos [10] habentur. Verum ut huic incommodo quomodocumque occurreremus, exemplar noſtrum dudum e prelo elatum cum memoratis excerptis contulimus; quæque in iis notari digniora deteximus, ea inferius ad calcem inter emendanda deſcripſimus.

VII. Sed in viam demum redeat oratio. Oroſius itaque menſe Decembri anni CCCCXV. degens adhuc in Palæſtina, *incredibili deſiderio* iter maturabat in Africam, ut ex Aviti epiſtola ad Palchonium [11] diſcimus: adeoque illinc in ſequentis anni CCCCXVI. verno tempore ſolvens, ad Auguſtinum ex condicto [12] perrexit. *Rediens*, inquit Gennadius [13], *reliquias beati Stephani primi martyris, tunc nuper inventas, primus intulit occidenti*. Quod quidem antea tradiderat modo laudatus Avitus [14]. Secum præterea detulit Hieronymi litteras ad Auguſtinum [15], nec non Herotis ac Lazari epiſtolam ad patres Africanos de Pelagio & Cæleſtio, *nefarii prorſus & ab omnibus anathematizandi erroris auctoribus* [16]. Ex oriente redux in Africam Oroſius, *Hiſtoriarum libris ſeptem* conſcribendis, hortante ac præcipiente Auguſtino [17], manum admovit, quos & eidem ſancto doctori nuncupavit. Hoc autem opus ab Oroſio exaratum tradit Marcellinus [18], *Theodoſio VII. & Palladio coſs.* id eſt, anno CCCCXVI. Auctor enimvero teſtatur [19] ſuos Hiſtoriarum libros ab ſe inchoatos, quo tempore Auguſtinus *perficiendo undecimo* Civitatis Dei *libro inſiſtebat*; id eſt, anno CCCCXVI. ut viri eruditi cenſuerunt [20]: eoſque confecit ſequente anno CCCCXVII. poſtquam ſcilicet Vallia Gothorum rex [21] *pacem optimam cum Honorio imperatore datis lectiſſimis obſidibus pepigit.* De qua temporis notatione vide ſis Baronium [22], ſed potiſſimum Tillemontium [23]. Porro ſuos *Hiſtoriarum* libros ſcripſiſſe Oroſium dum in Africa degeret, teſtis eſt locuples ipſemet auctor. Etenim ſub initium libri V. hæc habet [24]: NUNC ME AFRICA *tam libenter* EXCEPIT, *quam confidenter acceſſi:* NUNC ME ISTA AFRICA EXCEPIT *pace ſimplici, ſinu proprio, jure communi*. Ad hæc, opere jam abſoluto eadem in regione adhuc agens, coram allocutus eſſe Auguſtinum videtur. Nimirum initio [25]: *Præceptis tuis parui*, ait, *beatiſſime pater Auguſtine*. Et in fine [26]: *Explicui*, inquit, *adjuvante Chriſto ſecundum tuum præceptum, beatiſſime pater Auguſtine*, cet. Neque aliter exiſtimavit Tillemontius [27]. Ex quibus ergo intelligimus erraſſe omnino Pagium aſſerentem abſque tabulis [28], hujuſmodi opus fuiſſe in Hiſpaniis ab Oroſio conſcriptum. Porro confectis Hiſtoriarum libris atque Auguſtino exhibitis probatiſque, ex Africa diſcedens Oroſius anno CCCCXVII. deſinente, iter in Hiſpanias ſuſcepit, ſecum ferens inter alia ſancti Stephani protomartyris reliquias quas ab Avito acceperat, ut ſuperius vidimus, Palchonio epiſcopo Bracarenſi tradendas. Quo in itinere in inſulam Minoricenſem digreſſus, Magonæ parumper ſubſiſtit. Verum quum eo tempore Hiſpani obſiderentur a Gothis; *poſtquam illuc tranſvehi ſicut deſiderabat nequivit, remeare ad Africam denuo ſtatuit*, ut ex litteris encyclicis Severi Minoricenſis epiſcopi erudimur [29]. Quid autem poſthac Oroſio acciderit, omnino incompertum.

VIII. Jam vero ut ad ejus Hiſtoriam ſermo recurrat, habitam fuiſſe illam apud veteres multo in pretio comperimus. Ea namque vix abſoluta atque in vulgus educta, ejus auctor ferme ſtatim laudibus ornatus perhibetur. Proſper ſancti Auguſtini diſcipulus [30]: *Oroſius*, ait, *Hiſpanus presbyter, vir eloquens & hiſtoriarum cognitor claret*: quæ quidem verba Gennadius exſcripſit [31]. Anonymus auctor Africanus Proſpero ſuppar, *virum eruditiſſimum Oroſium hiſtoriographum* appellat [32]. Sidonius varios eccleſiaſticos ſcriptores recenſens, Oroſii copiam in

1. *Oroſ.* Apolog. §. XXXIII. infra pag. 168. e. ubi vid. not. 1.
2. *Aug.* de Nat. & grat. a cap. XIII. uſquu ad XXI. & a cap. III. uſque ad XIII.
3. *Schott.* præfat. ad Apolog. Oroſ. Bibl. PP. Pariſ. tom. XV. pag. 800.
4. *Voſs.* Hiſt. Pelag. lib. I. cap. XVII.
5. *Id.* de Hiſt. Lat. lib. II. cap. XIV. pag. 218. ſeq.
6. *Noriſ.* Hiſt. Pelag. lib. I. cap. VII. pag. 76. d.
7. *Garner.* in cit. Append. Auguſt. pag. 250. ſub fin.
8. *Tillem.* tom. XIII. pag. 1008. not. LIX.
9. *Labb.* Concil. tom. III. pag. 363. ſeqq. edit. Ven. Labb.
10. *BB.* in Append. ad tom. X. opp. S. Auguſt. pag. 79. ſeqq.
11. *Avit.* epiſt. apud Baron. ad ann. 415. §. III. & in Append. tom. VII. opp. Aug. pag. 2. b.
12. *Aug.* epiſt. CLXI. num. 2. opp. tom. II. pag. 584. a.
13. *Gennad.* de Vir. illuſtr. cap. XXXIX.
14. *Avit.* epiſt. l. c.
15. *Hieron.* epiſt. CXXXIV. opp. tom. I. pag. 1036.
16. *Aug.* epiſt. CLXXV. tom. II. pag. 617. d.
17. *Oroſ.* proœm. ad Hiſt. infra pag. 63. a. c. d. & lib. VII cap. XLIII. pag. 156. c.
18. *Marcell.* Chron. ad ann. 416. inter opp. Sirmond. tom. II. pag. 357. edit. Pariſ.
19. *Oroſ.* proœm. infra pag. 63. d.
20. *BB.* præfat. ad tom. VII. opp. Aug.
21. *Oroſ.* Hiſt. lib. VII. cap. XLIII. infra pag. 156. c.
22. *Baron.* ad ann. 414. §. XIV.
23. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIII. pagg. 698. & 1010. not. LXII.
24. *Oroſ.* lib. V. cap. II. infra pag. 108. b. c.
25. *Id.* proœm. infra pag. 63. a.
26. *Id.* lib. VII. cap. XLIII. infra pag. 156. b.
27. *Tillem.* l. c. tom. XIII. pag. 698.
28. *Pagi.* ad ann. 417 §. XXIII.
29. *Sever.* epiſt. apud Baron. ad ann. 418. §. XLVI.
30. *Proſp.* Chron. inter ejus opp. p. m. 428.
31. *Gennad.* de Vir. illuſtr. cap. XXXIX.
32. *Anon.* auct. de promiſs. & prædict. part. II. cap. XXXIII. num. 4. in Append. ad Proſp. opp.

dicendo ejuſque facilem eloquentiam prædicat [1]. A Summus eccleſiæ antiſtes Gelaſius [2]: *Oroſium*, inquit, *virum eruditiſſimum conlaudamus, qui valde nobis neceſſariam adverſus paganorum calumnias ordinavit Hiſtoriam, miraque brevitate contexuit*. Neque Oroſium præterit Caſſiodorius, qui eum *Chriſtianorum temporum paganorumque collatorem* vocat [3]. Recentiorum de hujuſmodi opere Oroſiano judicia mittimus. Ea videas, ſi lubet, a ſcriptore Anglico ſatis diligenter collecta [4]. Mittimus quoque verba facere de vocabulo ſive *Hormeſta* ſive *Ormeſta*, quo vulgo inſcribuntur, teſte Cangio [5], in mſſ. codicibus ſeptem noſtri auctoris Hiſtoriarum libri: de eo ſiquidem omnium diligentiſſime Fabricius [6]; cujus tamen enarratis unum addendum, quod ex Withofio refert Gerdeſius [7]. B Ceterum licet nævis haud careat ejuſmodi Oroſii opus quos viri doctiſſimi perſpexere, Baronius paſſim, Scaliger in animadverſionibus Euſebianis, Petavius in libris de doctrina temporum, Noriſius in Cenotaphiis Piſanis aliique; „ plurimi tamen, ut nuperi editoris verbis utar [8], apud omnes eruditos haberi ſolet, cum ob ipſius operis multijugem hiſtoriam, non inutili brevitate congeſtam & ad temporum rationem conſuleſque Romanos ſolicite digeſtam; tum vel maxime quod integris quos fruſtra jam quærimus, magnis hiſtoriarum & annalium ſcriptoribus, atque in eo genere principatum tenentibus, auctor ſit uſus. „ C

IX. Editionem Oroſianæ hiſtoriæ prelo ſubjiciendam curavimus, quam omnium poſtremam Lugduni Batavorum publici juris fecit anno 1738. eruditiſſimus Havercampus; quippe quæ cum ad veteres codices vulgatos, tum ad fidem mſſ. & præſertim antiquiſſimi Longobardici bibliothecæ Florentinæ Mediceæ, cujus mentio exſtat apud Mabillonium [9], fuerit diligenter exacta. Unum eſt, quod animadvertendum exiſtimamus. Nimirum, temporis curſum ſupputans Oroſius, quem in ſua Hiſtoria contexenda complexus, ab orbe condito uſque ad ſuam ætatem deduxit, ſic inquit [10]; *Explicui — ab initio mundi uſque in præſentem diem per annos* VM. DC. XVIII. id eſt, *quinquies mille ſexcentos & duodeviginti*, cet. Sic exactiores veteres editi: (alii quidem nonnulli, numero uno tranſpoſito, haud bene præ ſe ferunt VM. DXC. XVIII. qui tamen numerum poſtremum XVIII. probe retinent) ſic item optime legerunt viri doctiſſimi, Baronius [11], Voſſius [12], Pagius [13] ac Tillemontius [14]. At Havercampus ſiglas numericas oculis fugientibus excurrens, reſcripſit, *per annos mille ſexcentos &* SEPTEMDECIM, loco *decem & octo*. Quod quidem mendum haud nobis animadverſum quando typis committebatur Havercampi exemplar, nunc tollendum e noſtro admonemus [15].

CAPUT V.

DE

BACHIARIO.

I. BACHIARIUS, *vir chriſtianæ philoſophiæ, nudus & expeditus vacare Deo diſponens, etiam peregrinationem propter conſervandam vitæ integritatem elegit*. Hæc Gennadius [16]: qui & illud addit, eum *adverſus querulos & infamatores de fide libellum* ſcripſiſſe. Cujas porro fuerit auctor, nulla D veterum produnt monumenta. Verum ex allatis Gennadii verbis, atque in primis ex ipſius Bachiarii teſtimonio, exiſtimarim equidem, illum eo potiſſimum nomine peregre profectum eſſe, quo Paullus Oroſius: adeoque ſcriptorem noſtrum, quemadmodum & ille, Hiſpanum fuiſſe. Atque in hanc ſententiam iviſſe quoque, licet alia via, Florium V. C. intelligimus [17]. Nimirum eadem ferme tempeſtate claruit Bachiarius, qua Oroſius, id eſt, ſæculo V. ineunte. Et hic quidem Hiſpanias Priſcillianiſtarum atque Origeniſtarum erroribus imbutas animadvertens, illinc diſceſſum parat atque in Africam pergit. Eadem item de cauſſa Bachiarius permotus, patriam cognationemque reliquit: [18] *eo quod*, inquit, *cujuſdam hæreſis macula ſolum noſtrum originale perſtrinxerit*. E Non idem tamen utriuſque viri conſilium. Oroſius ſiquidem alio commigrans, ad oras Africanas appellit, quo conterraneis ſuis hæreſeos morbo laborantibus ſalutaris doctrinæ medicinam ex Hipponenſi epiſcopo Auguſtino procuret [19]. Bachiarius vero in erroris ſuſpicionem adductus, peregrinationem ſuſcipere ſtatuit, ſimulque *de fide libellum* ſcribit *adverſus querulos & infamatores*, non quidem *peregrinationis ſuæ*, ut arbitrabatur Gennadius, ſed potius adverſus eos qui eum *de patrio errore* incuſabant [20]. *Suſpectos nos*, inquit [21], *quantum video, facit, non ſermo, ſed regio; & qui de fide non erubeſcimus, de provincia confundimur*. Hanc autem opinionem eo libentius amplectimur, quod Bachiarius ipſemet eam confirmare videatur, dum ait [22]: *Præſidentum quorumdam ſententia judicamur, quaſi liberi eſſe ab erroris deceptione nequeamus*. Quibus ſane verbis præſules aliquos innuere videtur auctor, qui de ſua ipſius fide ſuſpecta quererentur, vel ſibi etiam hæreſeos crimen exprobrarent. Ii vero *præſidentes*, meo quidem judicio, Eutropius & Paullus epiſcopi fuerint, Oroſio memorati [23]; qui *eadem qua & ipſe ſalutis omnium utilitate permoti*, ex Hiſpaniis in Africam iter arripientes, *commonitorium jam de-*

1. *Sidon.* lib. IV. epiſt. III. inter opp. Sirmond. tom. I. pag. 932. d.
2. *Gelaſ.* Decret. §. III. apud Fontanin. in append. ad antiqq. Hort. pag. 326.
3. *Caſſiod.* de inſtit. divin. litter cap. XVII.
4. *Thom. Pope Blount.* Cenſur. celebr. auct. pag. 290.
5. *Cang.* Gloſſar. Lat. vv. *Hormeſta* & *Ormeſta*.
6. *Fabric.* Bibl. med. & inf. Latin. tom. V. pag. 520.
7. *Gerdeſ.* Miſcell. Groning. tom. II. Faſcic. II. pag. 382.
8. *Haverc.* præfat. ad Oroſ. ſub fin.
9. *Mabill.* de re diplom. lib. V. pag. 354.
10. *Oroſ.* Hiſt. lib. VII. cap. XLIII. ſub fin.
11. *Baron.* ad ann. 414. §. XV.
12. *Voſſ.* lib. II. de Hiſt. Latin. cap. XIV. pag. 216.
13. *Pagi.* ad ann. 417. §. XXIII.
14. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XIII. pag. 1010. not. XLII. ſur S. Auguſtin.
15. *Oroſ.* Hiſt. lib. VII. cap. XLIII. infra pag. 156. c.
16. *Gennad.* de Vir. illuſtr. cap. XXIV.
17. *Flor.* ad Bachiar. Diſſert. I. §. I. pagg. III. ſeqq.
18. *Bachiar.* Fid. §. I. infra pag. 183. b.
19. *Oroſ.* Common. §. IV. infra pag. 155. b.
20. *Bachiar.* §. II. l. c.
21. *Id.* ibid. §. I. a.
22. *Id.* ibid. §. I. b.
23. *Oroſ.* Common. §. I. infra pag. 174. a.

derunt de aliquantis hæresibus magno illi doctori Augustino. Verum has qualescumque demum conjectationes eruditorum arbitrio dimittimus.

II. Jam vero Bachiarii sive natione sive patria utcumque ita constituta, eum monachum egisse illa satis ostendunt quæ modo ex Gennadio retulimus. Nimirum, *vir christianæ philosophiæ*, *nudus & expeditus vacare Deo disponens*, *pro conservanda vitæ* (seu *propositi*, ut præfert codex Corbejensis) *integritate .... peregrinationem suscepit*; *ut exiens de terra sua*, *coheres fieret Abrahæ patriarchæ*. Et hæc quidem Massiliensis presbyter litteris tradidit ab ipso Bachiario edoctus, qui ait [1]: *Nos patriam*, etsi secundum carnem novimus, sed nunc jam non novimus: (II. Cor. v. 16.) *& desiderantes Abrahæ filii fieri*, *terram nostram cognationemque reliquimus*. Neque vero umquam episcopali honore scriptorem nostrum fuisse auctum, ut plerisque visum, rationibus acriter conclusis evincit eruditissimus Florius [2]; quod utique nusquam ex utroque ipsius libello colligere est. Quin potius in instituto monastico retinendo eum perstitisse, haud leviter suggerunt peregrinationes a *viro christianæ philosophiæ* susceptæ, quæ pastorali solicitudini minus enimvero congruere noscuntur. Denique ad extremum, fictitium Bachiarii episcopatum extra omnem ingenii a[le]am positum fuerit, si hujusmodi ipsius verba in medium adducantur [3]: *Pastor est*, inquit: *quo vocaverit*, *sequar*: *quod dixerit*, *ruminabo*; *quia ipse scit*, *sibi pro custodia mea reddendam esse rationem*. Ecce tibi pastorem in ovium censu repositum. Quin immo tantum abfuit ille ab aliorum regimine suscipiendo, ut etiam *sacerdotibus sive doctoribus caput pro sanctificatione summittere atque cor suum humiliare* consueverit [4].

III. Sacris litteris excolendis operam in primis dedisse Bachiarium, manifesto liquet ex duobus opusculis quæ temporum vicissitudo nobis non invidit. Et horum quidem alterum, *Fides* inscriptum, desinente superiore sæculo e tenebris eruit vir eruditione ac doctrina præstans Ludovicus Antonius Muratorius [5]: alterum vero *de reparatione lapsi* jam diu cum inter Orthodoxographa, tum in variis Patrum bibliothecis in vulgus prodierat. Prioris meminit Gennadius, ut superius diximus, qui & illud ab se lectum testatur; sed nimis profecto incuriose: ait enim fuisse hujusmodi opus ab auctore conscriptum atque Urbis pontifici exhibitum, quo æmulorum calumnias revinceret, simulque se non timore hominum, sed Dei, peregrinationem suscepisse indicaret. Presbyteri Massiliensis auctoritas viris doctis imposuit, quos inter vel ipsemet Tillemontius [6]: sed criticus sagacissimus sibi plane cavisset, si libelli perlegendi opportunitas ipsi præsto fuisset. Utcumque se res habeat, errorem Gennadianum detexit primus rejecitque accurate vir doctissimus subinde laudatus [7], ad quem proinde

A lectores remittimus. Posterius autem opusculum memorat anonymus Mellicensis [8], cui Bachiarius *vir optimi ingenii* dicitur. Utriusque porro libelli editionem haud ita pridem adornare aggressus est V. C. cujus modo meminimus [9], eamque ad mss. codices bibliothecæ Ambrosianæ, nec non ad antea vulgata exemplaria exactam, duabus eruditis dissertationibus auxit notisque illustravit. Atque hanc præclaram ἔκδοσιν præ ceteris seligendam duximus, cui præterea Muratorianas observationes in Bachiarii *Fidem* subdidimus.

IV. Sed ante quam manum de tabula, in medium adducere haud otiosum fortasse fuerit unam

B alteramve animadversionem, quam Petrus Wesselingius in priorem auctoris nostri libellum intexuit epistolæ ad H. Venemam *de Aquilæ in scriptis Philonis Judæi fragmentis*, editæ Trajecti ad Rhenum eo ipso anno 1748. quo Romæ prodiit Floriana Bachiarii editio. Primum itaque vir eruditus locum excutit [10], quem ex II. *Thessal.* II. 3. refert Bachiarius his verbis [11]: *Nisi venerit refuga & discessio*: eoque recitato „ Bachiarius, inquit, quod orationis series liquido ipsaque ejus ætas manifestat, in *refuga* acquievit: *discessio* alienæ & nimis officiosæ debetur diligentiæ. „ Hæc ille. Nolim equidem velut iniquam rejicere omnino hujusmodi cl. Wesselingii censuram: nonnulla tamen in eam

C adnotare liceat. Textus Paullinus sic effertur: ἐὰν μὴ ἔλθῃ ἡ ἀποστασία: *Nisi venerit discessio*. Ita cum Vulgata semel iterumque Hieronymus [12], Rufinus [13], alii. Sed vetustiore versione usus fuerit Bachiarius, in qua *refuga* legerit, quemadmodum legit sane Augustinus [14]. Quæ quidem vox, ut advertit Millius [15], ex interpretamento manasse videtur vocis ἀποστασίας, sumtæ pro ipso Antichristo, quomodo explicant Græci; qui eo utique sensu, *refuga*, desertor, ἀποστάτης, dicatur. Quam in sententiam Sedulius Scotus [16]: *Quod autem*, inquit, DISCESSIONEM *heic dicit*, *alibi eum* REFUGAM *appellavit in Latinis exemplaribus*. *Utrumque autem ita intelligendum est*, *quod nisi venerit refu-*

D *ga veritatis*, *sive sui principatus desertor*, *sive discessio gentilium* cet. Hæc porro ex Pelagio αὐτολεξεὶ exscripsit Sedulius: quæ tamen minus emendata & male interpuncta occurrunt in editionibus Hieronymianis tum Martianæi [17], tum Vallarsii [18], nec non apud Clericum qui ejusdem Pelagii commentarios ex Frobenianis Erasmi editionibus in sua Appendice Augustiniana iterum evulgavit [19]. Ex dictis itaque in vetustum Latinum codicem inciderit Bachiarius, ubi utraque lectione, *refuga* & *discessio* junctim inventa, utrumque simul & ipse attigerit.

V. Alterum præterea locum in auctore nostro perstrinxit Wesselingius, aitque [20] se nescire unde

E is acceperit ejusmodi verba [21]: *Per bonum operatum est mihi omnem concupiscentiam*. „ Redolent illa quidem, subdit, Paullinum aliquid ex Epist. ad

1. *Bach.* Fid. §. I. pag. 183. a.
2. *Flor.* Differt. I. ad Bachiar. §. VII. pagg. LIII. seqq.
3. *Bachiar.* l. c. §. VII. infra pag. 186. c.
4. *Id.* ibid. b.
5. *Murat.* Anecdot. tom. II. pagg. 9. seqq. Mediol. 1698.
6. *Tillem.* Mem. eccl. tom. XVI. pag. 473. not. IX.
7. *Flor.* ad Bachiar. Differt. I. §. VI. pagg. XLVII. seqq.
8. *Anon. Mellic.* de scriptor. eccl. cap. LIII.
9. *Flor.* Bachiar. opusc. edit. Rom. 1748.
10. *Wessel* epist. cit. §. VII. pag. 29.
11. *Bachiar.* Fid. infra pag. 185. c.
12. *Hieron.* Biblioth. divin. opp. tom. I. pag. 1647. b. edit. BB. Paris. — Id. epist. CXXI. ad Algas. quæst. XI. opp. tom. I. pag. 879. e. edit. Vallars. Veron.
13. *Rufin.* Comment. in Symb. num. 34. pag. 97. nov. edit. Veron.
14. *Aug.* de civit. Dei lib. XX. cap. XIX. opp. tom. VII. pag. 596. f. edit. BB. Paris.
15. *Mill.* N. T. Gr. ad II. *Thess.* II. 3. & in Prolegom. num. 846.
16. *Sedul.* Collect. in II. *Thess.* II. 3. in biblioth. PP. Paris. 1644. tom. I. pag. 1011. c.
17. *Martian.* Hieron. opp. tom. V. pag. 1083. post med.
18. *Vallars.* Hieron. opp. tom. XI. pag. 1040.
19. *Cler.* Append. Aug. pag. 440.
20. *Wessel.* l. c.
21. *Bachiar.* Fid. §. V. infra pag. 185. c.

Roman. VII. 8. ſed minus ſincerum. Græca, ut ea A in Epiſtola nunc leguntur, nihil admodum juvant, neque ſuſpicionibus & conjecturis abuti libitum eſt. „ Ita V. C. Nihil ſane dubites, quin ad illud *Roman.* VII. 8. reſpexerit Bachiarius. Græca ſunt: ἀφορμὴν δὲ λαβοῦσα ἡ ἁμαρτία διὰ τῆς ἐντολῆς, κατειργάσατο ἐν ἐμοὶ πᾶσαν ἐπιθυμίαν. Quæ ſic reddit vulgatus interpres: *Occaſione autem accepta, peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.* Verum haud nimis laborandum, quo inuſtæ cenſuræ ſubducatur Bachiarius. Noverat ille, paullo poſt dixiſſe Apoſtolum ℣. 12. ἡ ἐντολὴ -- ἀγαθὴ, *Mandatum -- bonum.* Ad hoc itaque comma 12. oculos intenderit ſcriptor noſter, dum ſuperioris commatis 8. διὰ τῆς ἐντολῆς, *per mandatum*, reddidit *per bonum*, ſubaudiendo *mandatum*; Apoſtoli ſcilicet mentem potius, quam litteram affectatus. Hæc habuimus, quibus utcumque adſtruatur, prout exſtat, Bachiarii contextus. Meliora dabunt viri docti, quorum acriori judicio iſtiuſmodi conjectationes ſubjicimus.

CAPUT VI.

DE SCRIPTORE QUI SUB

ZACCHÆI CHRISTIANI

NOMINE LATUIT.

* I. „ VEtuſtiſſimos eſſe Dialogorum libros qui B ZACCHÆI nomen præferunt, ex antiquitate mss. codicum, immo ex ipſa librorum lectione conſtat. Certam porro auctoris ætatem præfigere operoſum adeo ac difficile nobis viſum eſt, ut poſt accuratam diligentemque diſcuſſionem, poſt conſultos a nobis viros doctiſſimos, nihil exploratum hactenus occurrerit. Enimvero tam ſtudioſe & quaſi compoſito nomen ſuum diſſimulaſſe videtur auctor iſte, ut fictitia tantum nomina ZACCHÆI & APOLLONII affixerit Dialogis ſuis: & profiteatur licet ſe ex ſuperiorum patrum monumentis ſuam hauſiſſe doctrinam, unius tamen nec nomen apponit, nec ſcripti genus indicat. Proinde nonnullas dumtaxat conjecturas heic tibi, lector erudite, exhibere cogimur.

II. Profeſſio Zacchæi noſtri non perinde obſcura ac ejus ætas: nam quum teſte Caſſiano [1], monaſtici ritus non niſi ab expertis tradi queant; ex his quæ ſcribit toto fere libro tertio colligitur, eum in monaſtice meruiſſe; quod & ipſe alicubi ſignificavit. Hinc ætas illius forſitan definiri poſſit. Quum etenim ſexto circiter ſæculo regulam ſancti patris Benedicti omnes prope monachi in occidente ſint amplexati, ſi noſter Zacchæus ad hæc uſque tempora ſuperſtes fuiſſet, eadem lege qua ex ſanctis patribus fidei dogmata, ex ſancti Benedicti regula monaſticam inſtitutionem fuiſſet mutuatus: quod tamen eum non præſtitiſſe, facta collatione liquido comperimus. Sed neque eum ante ſæculi quinti initium huic operi manum admoviſſe, non obſcura ſuadent argumenta. Ante illud ævi non proſtabant in Europa ubi ille tum temporis verſabatur, illuſtria numeroſaque patrum volumina ad quæ ſuum Apollonium miſſitaret velut ad fontes, e quibus totam hanc catecheſim hauſiſſet: neque ante illud tempus ea de quibus agit libro ſecundo contra Arianos, Photinianos alioſque hujuſmodi tenebriones, erant ita diſerte a patribus Latinis explicata, ut ſine tædio refricari non poſſent: quod ipſe habet [2]. Quæ ſic conſtituta inducunt animum, ut quinto ſæculo Dialogi natalem adſcribamus.

III. Id ſuadet etiam quod Zacchæus ipſe hæreticos ſolum Manichæos, Marcionitas, Photinianos, Sabellianos, Patripaſſianos, Arianos ac Novatianos, qui ſua tempeſtate amplius fremebant vigebantque, perſtringat. At de Pelagii ejuſque ſectatorum hæreſi, quæ procedente ſæculo quinto maximam orbis partem infecit, ne verbum quidem; quum pluribus in locis, libri potiſſimum II. cap. XI. ſe ſe dabat occaſio. Obſervandum heic interim, auctorem noſtrum hallucinatum vel amanuenſium inſcitia ſubreptum fuiſſe in deſcriptione Sabellianæ hæreſis; quippe, quæ Macedonii eſt, adſcribit Sabellio. Accedit, quod omnia ſigna quibus Antichriſti adventum inſtare auguratur [3], cum hiſce noſtris conjecturis quadrant ex amuſſi. Illud enim ipſum tem- C pus eſt, quo ingentia barbarorum examina in Africam atque Europam effuſa, Galliam, Hiſpaniam, Italiam ac ipſam imperii arcem Romam devaſtarunt; dum interim in oriente regia Conſtantinopolis ac pleræque civitates Palæſtinæ horrendo terræ motu quaterentur; fame denique ac peſte homines affligerentur. Vide ſis Oroſium [4], Zoſimum [5], Sozomenum [6], ſanctum Hieronymum [7], Lucam Tudenſem in Chronico & Marcellinum comitem [8]. Favent inſuper quæ de inſtitutis cœnobitarum in urbibus degentium, deque ſacra hymnodia fuſe narrat [9]. Quippe ante annum CCCC. pauca admodum, immo forte nulla cœnobia in Europæis urbibus viſebantur. Quod vero ad cantum attinet, illum in D eccleſiam a beato Ambroſio quinto ſæculo appetente invectum non obſcure ſcribit Auguſtinus [10]. Poſtremo ſtilus plerumque turgens ac lacertoſus, ſententiæ ſæculi hujuſce ſcriptoribus familiares non ſemel uſurpatæ; mathematicorum ac hæreſeωn in quas tunc patres ſtilum ſtringebant, perſpicua confutatio; ſupplicationum quibus pluviæ arcerentur non prætermittenda commemoratio, aliaque hujuſcemodi complura, conjecturas noſtras ſatis ſuperque confirmare videntur. Hactenus itaque conjecturas, non noſtras tantummodo, ſed & virorum clariſſimorum indigitavimus, nempe: Sebaſtiani Le Nain D. de Tillemont, Caroli du Freſne D. du Cange, Joannis Baptiſtæ le Cottelier, RR. PP. E Joannis Garnier S. J. ac Paſchaſii Queſnel Congregationis Oratorii Domini Jeſu presbyterorum, & noſtri præſertim Franciſci Delfau.

* Diſquiſitionis hujus auctor *Acherius* ex tom. I. *Spicilegii*, ad pag. 1.
1. *Caſſian.* præfat. ad Inſtit.
2. *Zacch* Conſult. lib. II. cap. I.
3. *Id* ibid. lib. III. cap. VIII.
4. *Oroſ.* lib. VII. cap. XL. ſub fin. & cap. XLII.
5. *Zoſim.* lib. VI.
6. *Sozom.* lib. IX. cap. VIII.
7. *Hieron.* epiſt. XVI.
8. *Marcell.* Chron. pag. 27.
9. *Zacch.* l. c. lib. III. cap. VI.
10. *Aug.* Confeſs. lib. IX. cap. VII.

IV. Erit forſan & emunctioris naris criticus, qui non nihil momenti ad hæc argumenta accedere putet ex his quæ ſcribit auctor [1], ætate ſua ſcilicet dominicæ mortis indicia felicis ſepulcri exuvias continuiſſe: quibus exuviis credat ſignificari ſindonem illam qua ſacrum Chriſti corpus obvolutum eſt; quam ineunte quinto ſæculo Eudocia Conſtantinopolim aſportaverat, quamque teſte Gualterio (penes quem hujus rei fides ſit) anno CCCCXXXIX. Theodoſius II. Veſuntionem ſumma ſolemnitate tranſmiſit. Erit præterea qui conjecturam capiat temporis quo vivebat auctor noſter, ex eo quod alicubi [2], non quidem cultum omnem, ſed *incautum*, ut ait, *obſequium*, imaginibus imperatorum a populo exhibitum reprehendit. Quippe deſinente ſæculo quarto vigebat ritus ille, ut pictæ aut fictæ auguſtorum imagines ſolemni pompa circumferrentur, ac publicis vulgi acclamationibus exciperentur. Verum non raro cultus ille in ſuperſtitionem cedebat ex impotentia vulgi, qui affectibus ſuis, ſicubi adulatio aut lætitiæ publicæ oſtentatio movet, moderari nequit. Huc etiam locus non numquam faciebat, Si quidem non tantum in profanis, ſed in ſacris quoque locis exponebantur imagines illæ, ſicut Eudociæ ſtatua Conſtantinopoli prope baſilicam erecta, quæ Joanni Chryſoſtomo juſti zeli ſimul & invidiæ cauſſa fuit. Quo reſpexiſſe videtur Zacchæus, quum inſit, ſacerdotes ejuſmodi conſuetudinem incautioris obſequii prohibere. Ut enim patres cenſuere colendas eſſe imperatorum imagines, ita ſemper immoderatum improbavere cultum qui ad religionem, immo ad ſuperſtitionem, accedere videbatur. Quin etiam imperatores quibus pietas cordi erat, non tulere effuſam libidinem in colendis iconibus ſuis. Præclara eſt eam in rem lex Theodoſii imperatoris, quam huc adſcribam ad id loci illuſtrandum [3]: *Si quando noſtræ ſtatuæ vel imagines eriguntur, ſeu diebus, ut adſolet, feſtis ſive communibus, adſit judex ſine adorationis ambitioſo faſtigio, ut ornamentum diei vel loco & noſtræ recordationi ſui probet acceſſiſſe præſentiam. Ludis quoque ſimulacra propoſita tantum in animis concurrentum mentiſque ſecretis noſtrum numen & laudes vigere demonſtrent: excedens cultura hominum dignitatem ſuperno Numini reſervetur.* Eodem ſpiritu animatus Honorius paternæ pietatis imitator, arguit Arcadium fratrem, quod non ſolum Conſtantinopoli Eudociæ auguſtæ colenda populo ſtatua exponeretur, ſed & per provincias velut fabuloſæ Cybeles ſimulacrum circumferretur. Ceterum fruſtra quis hunc Zacchæi locum detorqueret in venerationem ſanctarum imaginum: quandoquidem eccleſia quæ pium earum cultum prædicat, rejicit immodicum ac ſuperſtitioſum, uti Zacchæus imperatorum.

V. At enim conjecturis noſtris obſtare videtur, quod Zacchæus nihil de Apollinariſtis, Donatiſtis, Priſcillianiſtis Pelagianiſve ſcribat. Sed hanc objectionem ipſe prævertit, conteſtatus ſe non omnes iſtiuſmodi peſtes ſuſcepiſſe recenſendas: tametſi dici poſſet ſæculo ineunte quinto Pelagii ac Neſtorii dogmata non ſtatim ſic exſerte proſcripta, ut jam tum exſtarent illuſtria volumina e quibus more ſuo catholicam erueret doctrinam. Quod iterum ſingularem hominis modeſtiam arguit, & aſſertas de il-

A lius ætate conjecturas confirmat. Ceterum fortiſſimus ille religionis athleta non modo priorum temporum, ſed etiam ævi noſtri hæreticos compreſſit, eoſque ſuis coloribus ad vivum expreſſiſſe viſus eſt [4]. Illi namque ipſi, ait, qui *traditionem apoſtolicam relinquentes, magiſtros perfidiæ ſecuti ſunt, nomen religionis mutavere cum ſenſu*. Idem auctor Petrum non ſolum eccleſiæ fundamentum eſſe dicit [5]; verum etiam in ejus perſonam poteſtatem omnium convenire ſacerdotum, contra quam ſentiunt novatores, affirmat. Rurſus poteſtatem abſolvendi a peccatis ſacerdotibus a Chriſto factam, adverſus Novatianos eleganter fortiterque vindicat [6]. Apollonius jam Chriſtianæ militiæ adſcriptus, eccleſiæ ſa-
B crificium & realem Chriſti in Euchariſtia præſentiam confitetur [7]. Pro obſoletis pecudum atque alitum victimis, cæleſte fidelium munus pura oblatione celebrari commemorat [8]. Liberum arbitrium ſartum atque integrum paſſim propugnat. Sacrarum reliquiarum virtuti illuſtre teſtimonium reddit [9], dum ea quæ ſanctos feciſſe legimus vivos, etiam *ante defunctorum cineres* fieri teſtis oculatus affirmat. Monaſticen quam Lutherus ut inventum diaboli exagitat, ut Dei Opt. Max. opus ſingulare commendat [10]. Denique Spiritum ſanctum a Patre ac Filio eſſe tradit [11]; quod me judice idem eſt, atque a Patre Filioque procedere.

C VI. Quamquam, uti nihil ab omni parte beatum, non deſunt in hoc auctore aliquot nævi, queis, ut ei auctoritas undequaque conſtet, benignas, ut par eſt, interpretationes adhibebit lector eruditus qui eum volet excuſatum. Nos interim cautiones opponimus nonnullas, ne ſimpliciores alicubi temere offendant. In primis videtur non nihil Pelagianæ fuliginis (quæ erat illius ſæculi labes) contraxiſſe, quo forſitan effectum eſt, ut a Pelagianis Neſtorianiſque qui ex his originem duxere, perſtringendis abſtinuerit. Incarnationis *cauſſa eſt*, inquit [12], *vel ſervandi humani generis vel reparandi*. Et ſtatim hanc reparationem in lege atque exemplo conſtituere videtur. Præmaturas infantum mor-
D tes in elementorum inæqualitatem aut in parentum ſcelera, non in originalem noxam refundit [13], quo Deum injuſtum non eſſe demonſtret; ſubditque cum eis benignius agi, ne ex improbis geniti, ſimiles quandoque efficiantur auctoribus: ubi peccatum originale in pravo parentum exemplo fere ſtatuit. Nuſquam vero gratiæ Salvatoris meminit, quem ut meritorum dumtaxat arbitrum habet [14]. Denique totam legis neceſſitatem in voluntate noſtra ſitam eſſe opinatur [15]. Hanc porro labem abſterget catholicus lector eadem ſpongia, qua ſanctus Auguſtinus eam a patribus Græcis amovit: quod videlicet nondum hujuſmodi dogmata ab eccleſia exſerte explicata eſſent: tametſi nihil eſt hac excuſa-
E tione opus, quum ipſe & peccatum originale & gratiæ Chriſti neceſſitatem, quantum ſatis erat ante pleniorem definitionem, inſinuarit. *Hæc fuit*, inquit [16], *aſſumendi hominem præcipua ratio vel voluntas, ut peccatum ab homine contractum, per hominem tolleretur*. Et alibi [17]: *Nullum ſine lavacro aquæ ſpiritalis poſſe ſalvari*. Rurſus [18]: *Generali exemtus ruina, in ſpem quam amiſeras repararis*. Item gratiæ Redemtoris eleganter adſtipu-

1. *Zacch.* l. c. lib. I. cap. XXI.
2. *Id.* l. c. lib. I. cap. XXVIII.
3. *Cod. Theodoſ.* lex unica de imagin. imperial.
4. *Zacch.* lib. II. cap. XI.
5. *Id.* ibid. cap. XVIII.
6. *Id.* ibid.
7. *Id.* præfat. ad lib. II.
8. *Id.* lib. II. cap. VII.
9. *Id.* lib. I. cap. XXI.
10. *Id.* lib. III. capp. III. IV. & VI.
11. *Id.* lib. II. capp. II. & III.
12. *Id.* lib. I. capp. VIII. XV. XVII. XXI.
13. *Id.* lib. I. cap. XXXVI.
14. *Id.* lib. I. cap. XXXIII.
15. *Id.* lib. I. cap. XXXVI.
16. *Id.* lib. I. cap. XIV.
17. *Id.* lib. II. cap. VIII.
18. *Id.* lib. II. cap. XVI.

latur [1]. Deinde [2]: *Ille tantum*, ait, *efficiendi substantiam præstet, qui magna cupere se donante permisit*. Denique [3]: *Conferre non abnuat, quæ præstitit velle*. Ad hæc ait [4] justificari per fidem, eo nempe sensu quo beatus Paullus id scripsit de fide quæ per caritatem operatur: *alioquin etsi habuero omnem fidem, nihil mihi prodest*. Præterea dum ista docet [5], *sufficiat canonicis inhærere scripturis*, non exauctorat traditiones quas inibi adstruit, easque ab heterodoxis prætermissas conqueritur. Alibi [6] Angelis pœnitentiæ tempus indultum existimat, forsan non e Scholæ sensu: nisi per tempus illud intelligatur spatium, quod peccatum inter & pœnam intercessit.

VII. Cujas fuerit Zacchæus, inquiris forsitan lector? Næ nobis quid afferamus, ut ingenue fateamur, haud venit in mentem. Quidam rerum antiquarum exploratores curiosi eum vel Gallum vel Italum autumant. Si tamen conjecturæ indulgere liceat, Africanum dicam Zacchæum ob stili affinitatem cum Africæ scriptoribus, qui illo ævo vel paullo ante scriptitabant.

Superest nunc, ut a me noveris, lector, qua ex bibliotheca suppeditati sint codices mss. unde Zacchæi opus exscribendum curavimus. Quum VV. CC. Carolus du Fresne D. du Cange & Joannes Baptista le Cottelier, uterque eruditissimus, lustrarent inviserentque mss. codices celebris bibliothecæ Thuaneæ, occurrere bini mss. Zacchæi Christiani & Apollonii philosophi Dialogorum libri tres: volvunt illos & revolvunt, ac tandem discussos utcumque, judicant luce dignos. Expetunt pro me nesciente binos mss. a doctissimo bibliothecario Josepho Quesnel; qui quum mihi sit amicitia conjunctissimus & compertæ humanitatis in omnes, benigne utrumque commodavit. Ad me statim detulerunt viri amicissimi, obtuleruntque thesaurum huc usque absconditum atque invisum, quem volupe admodum suscepi ac pollicitus sum in lucem proferre.

VIII. Verum enimvero dum illos codices legere atque examinare sum aggressus, hæsi in ipso principio: nempe deerat titulus in posteriori, præ se tamen octingentos annos præferente: prima pagina prope obliterata erat; verba totius operis identidem inversa, ac syllabæ inconcinne divulsæ & compositæ. In altero autem codice manu paullo antiquiore exarato titulus exstabat quidem, sed characteres visum passim fugiebant, velut & in toto volumine, ut pote pluvia & carie labefactato ac putrefacto: deinde non solum est labefactatus iste codex, sed tam oscitanter & imperite exaratus ab inscio quodam, ut subinde textus ordo pervertatur: puta in libro primo; atque ut in uno eodemque capite promiscue ex libro II. multa invexit, ita & in libro II. & in III. pariter contextus seriem perturbavit, ac sensum immutavit. Quum autem anxius hærerem, & nulla in tanto labyrintho se se offerret via qua ex eo emergere valerem; V. C. Dn. Faure doctor Sorbonicus, rerum antiquarum peritissimus, se in bibliotheca sancti Arnulfi Metensis patrum congregationis sanctorum Vitoni & Hidulphi deprehendisse Zacchæi Dialogos mihi significavit. Ea de re actutum scripsi ad R. P. domnum Petrum Descrochets ejusdem congregationis pereruditum presbyterum ac subpriorem sancti Arnulfi. Ipse, ut est singulari comitate præditus, nulla interposita

A mora benevole codicem eleganter ab anno circa sexcentesimo conscriptum transmisit. At mirum: codex ille easdem inversiones sive repetitiones ac antiquior Thuaneus continet. Adjumento nihilo minus, fateor, mihi fuit permaximo: siquidem ex eo pluribus in locis nodos qui remanserant, resolvi, nævos extersi. Atque ut dicam quod sentio, par est credere Arnulfinum codicem ex præfato Thuaneæ bibliothecæ antiquiori transscriptum, jurisque olim fuisse abbatiæ sancti Arnulfi Metensis. Suppetias nonnulli ex nostris tulere, non diffitemur, ad conferendum ingenti labore apographum quo in hac usi sumus editione, cum codicibus mss. atque ad elucidandas tenebras quæ sæpiuscule animum obvolvebant: e nostris etiam D. Gabriel Gerberon & D. Joannes Mabillon præsto fuere. „ B

IX. * „ Hactenus Acherius, cujus labori haud parum esset detractum, si *Altercationem Theophili Christiani & Simonis Judæi*; quam R. P. Dn. Edmundus Martene tomo V. Anecdotorum edidit, videre potuisset. Quum enim illius *Altercationis* auctor sit EVAGRIUS qui circa annum CCCCXX. scribebat, ut discimus e Gennadio [7] & e Marcellino comite ad annum CCCCXXIII. quin idem has *Consultationes* scripserit dubitari vix posse, non immerito arbitratus est vir quem supra nominavi doctissimus.

C Alia sunt quæ lectorem moneri operæ pretium ducimus. Nam quod ait Acherius, felicis sepulcri exuvias forte intelligi Sindonem illam qua sacrum Christi corpus involutum est, omnino est, ut mihi quidem videtur, improbabile. Satis enim constat, Sindonem illam non ab Eudocia Arcadii uxore ineunte sæculo V., sed a Theodosii junioris conjuge Ælia Eudoxia, non ante annum CCCCXL. Constantinopolim esse asportatam. Hanc scilicet Hierosolymam urbem adiisse omnes sciunt: illam vero in Palæstina versatam esse qui scripserit, neminem novi. Porro hæ *Consultationes* prius scriptæ erant, quam Eudoxiam duxisset Theodosius junior.

Quod ab eodem additum est de processione Spi- D ritus a Patre & Filio, minus etiam est accuratum: nam in iis locis quæ indicat, hoc est, capp. II. & III. libri II. ne una quidem vocula est, quæ ad eam quæstionem referri ullatenus possit. Quod si de cap. XIX. cogitavit, in quo antea legebatur, *Est & Spiritus sanctus a Patre simul ac Filio*; id primum lectorem scire volumus, expunctam a nobis vocem *simul*, & in ejus locum ex fide optimi codicis restitutam vocem *similiter*, quæ sententiam omnino mutet, ut in notis videre est: deinde quantumvis servetur vocula *simul*, non liquere Zacchæum sive Evagrium de processione Spiritus sancti idem sensisse, quod nunc omnes Latini: nam fuisse olim qui Spiritum sanctum esse & Patris & E Filii, immo esse & a Patre & a Filio faterentur, nec tamen vellent scribi eumdem a Patre & Filio procedere, constat vel ex Anselmi Havelb. Dialogorum lib. II. cap. XVII.

Superest ut moneamus Acherio, quum has Consultationes ederet, nondum factam fuisse copiam ms. codicis sancti Martialis Lemovicensis, ante annum MX. jussu Ademari Cabanensis exarati, e quo deinde varias lectiones excerptas edidit ad calcem tomi XIII. Spicilegii. Eas non mediocri nobis adjumento fuisse ad emendandum contextum libenter agnoscimus; sed ita, ut multo plures e codice

1. *Zacch.* ibid. capp. V. & VIII.
2. *Id.* lib. III. cap X. 3. *Id.* lib. II. cap. XX.
4. *Id.* ibid. capp VIII. & XVIII.
5. *Id.* ibid. cap. XIX. 6. *Id.* lib. I. cap. XXXIII.

* Quæ sequuntur, addidit Disquisitioni Acherianæ V. C. *Ludovicus Franciscus Joseph de la Barre*, qui novam *Spicilegii* editionem adornavit.

7. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. L.

monasterii Vindocinensis excerptæ sint a Dn. Martene, qui eas edi curavit ad calcem tomi v. Anecdotorum. „ Hactenus Dn. de la Barre.

X. Jam vero ne prorsus *ἀσύμβολοι* huc accessisse videamur, paucula nonnulla conferre libet. Et primum quidem, ad auctoris ætatem quod attinet, excutienda occurrit Fabricii opinio [1], qui aliter ac ceteri ea de re sentiendum censuit. Nimirum ejusmodi Zacchæi verbis in medium adductis [2], *Regnis insuper regna confligunt, & insuspicabiles sceptris justarum sedium Augustos depellunt*; ipsum hæc scribentem non obscure tangere putat, quæ ab Odoacro Herulorum rege gesta sunt anno Christi CCCCLXX. Eadem alibi repetit [3]. Signasset ille saltem anno CCCCLXXVI. Verum hoc misso, non est demum cur ad illius barbarorum ducis tempora confugiamus, quo auctoris verbis veritas constet. Quidni enim respexerit personatus Zacchæus ad Radagaisi atque in primis Alarici crebras in Italiam irruptiones, quæ ineunte sæculo v. acciderunt? Tunc enim occidentale imperium misere divexatum, ipsamque Urbem captam ac diremtam fuisse novimus. Quæ quidem vulgo satis comperta, tabulis non indigent quibus comprobentur.

XI. Illud præterea ingerimus, Zacchæi Consultationum libris tribus addidisse nos aliud opusculum, quod eidem scriptori jure tributum agnoscunt cum ceteris superius relatis Wolfius [4] atque Fabricius [5]. Inscribitur autem: *Altercatio inter Teophilum Christianum & Simonem Judæum*. Illud vero edidere Martenius & Durandus VV. Cll. [6], qui de eo erudite sic edisserunt: „ Hoc opus sua antiquitate merito venerandum nobis suppeditavit vetus codex *ms.* monasterii Vindocinensis, in quo tribus Altercationum seu *Consultationum Zacchæi Christiani & Apollonii philosophi* libris immediate subjicitur tamquam quartus Altercationum liber; adeo ut ejusdem auctoris fetus esse videatur: qui postquam sub nomine *Zacchæi Christiani* tribus libris confutavit philosophos, singulari opere aggressus est Judæos sub nomine *Theophili*. Et sane id persuadere possunt tres præsertim conjecturæ. Primo enim idem in utroque opere titulus: quippe Consultationum Zacchæi Christiani & Apollonii philosophi libri tres, in codice Lemovicensi sancti Martialis & in Vindocinensi *Altercationis* titulo donantur. Et quidem in Lemovicensi hoc modo: *Altercatio Apollonii philosophi cum Zacchæo Christiano*. In Vindocinensi vero ita: *Incipiunt capitula libri Altercationum primi*. Immo in aliis etiam codicibus quibus usus est noster Acherius, quum eos Spicilegii tomo x. in lucem emisit: nam in libri primi calce hæc leguntur: *Finit liber Altercationis Zacchæi Christiani & Apollonii philosophi*. Et in fine libri tertii: *Explicit Zacchæi & Apollonii Altercatio*.

Secundo eadem in utroque etiam opere scribendi ratio; nimirum ad modum dialogi seu disputationis, in qua gentilis vel Judæus objectiones & difficultates suas proponit; quas ita explicat ac solvit Christianus, ut tandem persuadeat & vincat.

Tertio stilus pariter ubique idem, nimirum tur-
A gens & lacertosus, ut utrasque Altercationes conferenti manifestum esse poterit. Porro quum Consultationum Zacchæi Christiani libros sæculo v. saltem ineunte scriptos fuisse optime probet Acherius in præfatione ad Spicilegii tomum x. quodnam sit de tempore *Altercationis Theophili Christiani & Simonis Judæi* ferendum judicium, facile advertent eruditi lectores. Certe antiquissimam esse demonstrat vel ipsa scripturæ versio qua auctor usus est, primis ecclesiæ scriptoribus familiaris. Hinc conjicies, quanto ab omnibus habenda sit in pretio.

Hæc ubi scripseram, deprehendi apud Gennadium, auctorem hujusce *Altercationis* esse EVAGRIUM qui circa annum CCCC. floruit. Sic enim ille [7]: *Eva-*
B *grius alter scripsit Altercationem Simonis Judæi & Theophili Christiani, quæ omnibus nota est*. Cui succinit Marcellinus comes his verbis [8]: *Evagrius scripsit Altercationem Judæi Simonis & Theophili Christiani, quæ pæne omnibus nota est*. Quem quidem Evagrium utriusque Altercationis auctorem fuisse mecum conjecerat etiam vir clarissimus Sebastianus de Tillemont. Ceterum quam heic damus, Altercatio visebatur olim in Centulensi monasterio, ut constat ex recensione librorum ejusdem cœnobii tempore Ludovici Pii, quam refert Hariulfus in chronico Centulensi, Spicilegii tomo IV. „ Hactenus vir eruditus.

C XII. Verum ante quam hinc recedamus, illud quoque animadvertere libet, quod quidem apud Zacagnium inter notas ad Archelai disputationem cum Manete observasse nobis succurrit. Locum scilicet explanans V. C. in quo episcopus ille Carcharensis tradit [9] *imaginariam* legem Moysen tradidisse, hæc inter alia scribit [10]: Utitur & hac voce Evagrii monachi vetus interpres in disputatione Theophili episcopi Alexandrini cum Simone Judæo cap. 13. ubi sabbata *imaginariam* requiem vocat septimæ illius diei, in qua Deum mundi creatione absoluta requievisse pagina sacra testatur.„ Evagrii locum quem respicit Zacagnius, prout exstat in nostro edito, sic se habet [11]: *Edocta*
D *mala sabbata*, inquit, *scilicet* IMAGINARIA *requies septimi diei tradita fuit*, cet. His positis, aliud enim vero agebat vir eruditus, dum illa scriberet quæ modo ex eo retulimus. Multa enim in illa adnotatione peccasse deprehenditur. Et primum quidem Evagrium nostrum confundit cum Evagrio notissimo illo Pontico, cujus scripta omnia quæ superant, alibi edidimus [12]: quem tamen errorem facili negotio vitasset, si Gennadium adjisset qui utrumque probe distinguit [13]. Deinde veterem nostri scriptoris interpretem effingit, perinde ac si Græce ille scripsisset, qui Latinus fuisse agnoscitur. Denique, quod rei caput est, disputationis cum Simone Judæo auctorem statuit Theophilum episco-
E pum Alexandrinum; adeo ut censuisse videatur cum Judæo episcopum illum disputasse, cujus disputationem Evagrium suum deinceps litteris Græcis consignarit: quum contra noster Evagrius Altercationem illam inter THEOPHILUM CHRISTIANUM & Simonem Judæum habitam fuisse confinxerit. At de his satis.

1. *Fabric.* Delect. argument. cet. cap. V. pag. 255.
2. *Zacch.* Consult. lib. III. cap. VIII. infra pag. 247. e.
3. *Fabric.* Bibl. med. Latin. tom. II. pag. 350. edit. Hamb.
4. *Wolf.* Bibl. Hebr. vol. III. pag. 1141. num. MMCLXXIII.
5. *Fabric.* ll. modo citt.
6. *Marten.* Thes. nov. Anecdot. tom. V. pagg. 3-18.
7. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. cap. L.
8. *Marcell.* com. in Chron. ad ann. 423.
9. *Archel.* Disput. cap. XXXI. in nostra Bibl. PP. tom. III. pag. 588. c.
10. *Zacagn.* ibid. not. 4.
11. *Evagr.* Alterc. infra pag. 255. e.
12. Bibl. PP. tom. VII. pagg. 533. seqq.
13. *Gennad.* lib. de Vir. illustr. capp. XI. & L.

CAPUT VII.

DE

MARCO DIACONO.

I. Marcus, in Asia ortus ut videtur [1], primum quidem calligraphus [2], deinde a beato Porphyrio episcopo Gazensis ecclesiæ diaconus ordinatus [3], ejusdem sancti præsulis laborum atque itinerum comes individuus ad supremum usque vitæ ipsius diem fuisse perhibetur [4]. Qui proinde rerum ab eo gestarum historiam omni fide testatam, haud procul ab illius obitu, id est, circa annum Christi CCCCXXII. memoriæ tradidit; simplici quidem stilo conscriptam, sed præclaro veritatis candore, ut inquit magnus Baronius [5]: ubi & multa scitu digna narrantur, quæ alibi frustra quæras. In eamdem sententiam de hoc ingenuo scriptore doctus Henschenius [6]: „ Est is, ait, diligens & veritatis cultor & illorum temporum gnarus historicus; vir, inquam, admodum eruditus, ut ex tota Vitæ hujus (sancti Porphyrii) serie accurate deducta conspicitur. „ Neque aliter de nostro Diacono censuere viri doctrina & eruditione præstantes quos inter, ut alios prætereamus [7], eminent Norisius [8], Tillemontius [9] atque in primis Mazochius [10]; quorum postremus Marci opus *quantivis pretii monumentum neque sine maximo fructu legendum*, appellare non dubitat.

II. Hanc porro sancti Porphyrii Vitam a Marco diacono litteris consignatam, ex interpretatione Gentiani Herveti minus quidem expolita ediderunt Lipomanus & Surius nec non socii Bollandiani ad diem XXVI. Februarii. Dolendum sane nondum in lucem erutum textum Marci Græcum, quem inter mss. codices bibliothecæ Vindobonensis exstare nos edocet Lambecius [11]. „ Verum, ut cum Mazochio loquar [12], quo interim æquiore animo hujusmodi feramus incommodum, ea ipsa interpretis rudis simplicitas efficit; qui quum fidissime verbum verbo appendat, ubicumque demum adire fontem usus poposcerit, haud difficile fore auguror ex Latinis Hervetianis Græca Marci scriptoris restituere: ut propterea iniquum plane fuerit de hujusce monumenti sinceritate vel tantillum dubitare: tanta est hujus historiæ bonitas, gravitas, simplicitas atque in oculos incurrens εἰλικρίνεια. „ Hæc autem eapropter adnotasse libuit, ut iis occurramus quibus Dn. abbas de Longuerue & Claudius Castellanus, viri cetera eruditissimi, opusculi quo de agimus, integritatem elevare sunt aggressi.

III. Et ille quidem lectores admonendos existimavit [13] „ acta illa sancti Porphyrii quæ circumferuntur, non esse genuinum Marci diaconi opus, licet hactenus ea tanti fecerint viri maximi, quos ideo miratur. Nam hæc acta, inquit, non habemus jam nisi a Simeone Metaphraste, qui quam plurima & absurda in Marci opusculum intrusit. Non omnia itaque, subdit, in hac metaphrasi seu potius paraphrasi, recipienda; sed ad examen singula sunt revocanda. „ Hæc aliaque ille, Baronii videlicet auctoritate ductus, ut ipsemet ait, qui hæc acta descripsisse testatur Metaphrastem [14], a quo sua Lipomanus & Surius hauserunt. Haud equidem infitias ierim id loco citato testari Baronium. Verum ipsemet quod ibi minus perspiculate pronuntiavit, curis posterioribus doctior factus sententiam suam diligentius exposuit. Verba enim faciens in Annalibus de Marci opusculo, præter superius allata, hæc iterum habet [15]: „ Multa scitu digna omnique fide testata (Marcus diaconus) posteris commendavit, licet rudiori stilo & versione scrupulosa ad verbum reddita, appareant minus comta. Sed ad ornatum satis ipsa sibi veritas est, cujus fulgore obscura quæque nitescunt. „ Hæc Baronius: ubi videas unius interpretationis Hervetianæ mentionem injici, neutiquam ad Metaphrastæ paraphrasim, sed ad textum auctoris primigenium exactæ ac totidem verbis expressæ. Quæ quum ita sint, haud erat sane quod V. C. ad hujusmodi opusculi sinceritatem oppugnandam, Baronii judicium ex ejus notationibus in Martyrologium Romanum proferret; in primis vero postquam vir ille maximus præscripsit, ut si quid in iisdem notationibus legenti occurreret quod ab Annalibus differret, ex his in posterum emendarentur illæ. „ Quod autem, inquit [16], in nostris notis ad Martyrologium Romanum negatum est, Lucium esse passum sub Volusiano, ex Annalibus errorem corrige: *sicque semper quum videris discrepare ab iisdem notis Annales, eas ex his emendæ*. Numquam hactenus concessum doleo, ut easdem singulas recognoscerem, licet lucri cupidus typographus, eas ab auctore pofuerit esse recognitas in pagina liminari. „ Huc usque Baronius.

IV. Claudius quoque Castellanus, eruditissimi abbatis de Longuerue vestigiis insistens, de monumenti hujus integritate dubitare animum induxit, illudque a Metaphraste fuisse interpolatum censuit [17]. At ejus dubitationem diluit cl. Mazochius his verbis [18]: „ Incidit Castellanus, inquit, in Vitæ Porphyrii Græcum compendium manu exaratum in regia bibliotheca num. 2010. Id vero volumen non intus, sed in dorso Metaphrastis nomen inscriptum habebat, de quo vide eumdem Castellanum [19]. Est ne vero id satis, ut fusiori alteri Vitæ ab Herveto Latine redditæ, quæ veritatis characteres ad miraculum omnes signatos habet, ex Metaphrastica manu fuci aliquid aut alienæ incrustationis accesserit? Quid enim, obsecro, in tota hac Vita

1. *Marc.* Vit. S. Porph. §. V. 2. *Id.* ibid.
3. *Id.* ibld. § XXV. 4. *Id.* ibid. §. III.
5. *Baron.* ad ann. 398. §. XCVIII.
6. *Hensch.* ad Act. SS. Febr. tom. III. pag. 644. num. 7.
7. *Mallincrot.* Paralip. de Hist. Gr. pag. 40.
G. J. *Voss.* de Hist. Gr. lib. II. cap. XX. pag. 258.
Longuer. de var. Epoch. vet. orient. pagg. 13. 107. 148. sub fin.
8. *Noris.* de Epoch. Syromac. Differt. V. capp. II. III.
9. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pagg. 703. & 848. §. IX.
10. *Mazoch.* Comment. in vet. marm. eccl. Neapol. Kalend. vol. I. pag. 71.
11. *Lambec.* Comment. lib. VIII. pag. 93.
12. *Mazoch.* l. c. 13. *Longuer.* l. c. pag. 145.
14. *Baron.* in not. ad Martyrol. Rom. sub die XXVI. Febr.
15. *Id.* ad ann. 401. §. XVI.
16. *Id.* ad ann. 257. §. III.
17. *Chatelain*, Martyrol. Romain, pag. 777. seq.
18. *Mazoch.* l. c. pagg. 79. & 72.
19. *Chatelain*, l. c. pag. 790.

usquam Metaphrastici occurrit? cujus stilum potius A *anti-Metaphrasticum* vere licebit appellare. Mitto quod externæ librorum inscriptiones, quas non ipsi librarii, sed ineptissimus quisque glutinator aut quivis alius e trivio solebat dorso illinere, plerumque fallunt, nec quidquam fidei merentur. „ Hæc vir doctissimus: qui præterea illas inter difficultates ex historia petitas quibus hæc Vita intricatur, eam potissimum enodandam sibi sumsit, quæ maxima planeque insuperabilis vulgo habetur: Quo pacto scilicet Praylii qui sanctum Porphyrium presbyterum ordinavit, episcopatus Hierosolymitanus cum Joannis item Hierosolymitani temporibus componatur. Ceteras enim copiose complexus est Tillemontius [1]. Ad hæc idem V. C. subinde laudatus sum- B mum hujusce opusculi pretium perpendens, atque incredibile dictu reputans [2], quanta antiqui moris penus ex hac Vita depromatur; in eam aliquot *Animadversiones*, missis aliorum observationibus, elucubravit, dignas enimvero quæ ab eruditis viris perlegantur; quasque propterea editioni Bollandianæ [3] nobis heic descriptæ, jure optimo duximus subjiciendas.

V. Hactenus dictis illud quoque adjicere fortasse juverit, Marcum diaconum in hac sancti Porphyrii Vita conscribenda Gazensium æra fuisse usum. Mensium enim Gazensium semel iterumque mentionem injicit. Et primum quidem [4]: *Quum au-* C *tem*, inquit, *pergeret Deus non pluere primo mense, qui ab eis* (Gazensibus) *vocatur* Dios; *deinde etiam secundo, qui dicitur* Epilleos, (leg. *Apellæus*) cet. Et infra [5]: *Est autem apud eos* Lydenæus, (leg. *Audinæus*) *apud Romanos Januarius. Præcedunt autem quinque diebus eorum menses, Romanos. Undecimo vero die peregimus diem Theophaniorum Domini Jesu Christi:* id est, die vi. Januarii, stilo Romano. Præterea subdit auctor [6]: *Navigavimus Gazam vicesimo tertio* Xantici, *qui est apud Romanos octavus decimus Aprilis*. Denique ait [7]: *Beatissimus autem Porphyrius .... in pace dormiit cum sanctis, secundo* (die) *mensis* Dystri, *anno, ut est Gazæorum computatio, quadringentesimo* D *octogesimo*. Quapropter ut scriptoris nostri sententia clarius pateat, Gazensium menses cum Romanis compositos heic subjiciendos existimamus.

I.	Δῖος,	*Dius*.	November.
II.	Απελλαῖος,	*Apellæus*.	December.
III.	Αὐδυναῖος,	*Audynæus*.	Januarius.
IV.	Περίτιος,	*Peritius*.	Februarius.
V.	Δύστρος,	*Dystrus*.	Martius.
VI.	Ξανθικὸς,	*Xanthicus*.	Aprilis.
VII.	Αρτεμίσιος,	*Artemisius*.	Majus.
VIII.	Δαίσιος,	*Dæsius*.	Junius.
IX.	Πάνεμος,	*Panemus*.	Julius.
X.	Λῶος,	*Lous*.	Augustus.
XI.	Γορπιαῖος,	*Gorpiæus*.	September.
XII.	Υπερβερεταῖος,	*Hyperberetæus*.	October.

Porro de his Gazensium mensibus quorum singuli quinque diebus Romanos præcedunt, ut ex ipso Marco modo didicimus [8], Fabricium consulere operæ pretium fuerit [9]. Ceterum de Gazensium æræ initio, cujus postremo loco nobis modo recitato meminit auctor, variæ circumferuntur eruditorum opiniones, quas excutit evertitque cardinalis Norisius [10]; statuens proinde cum ex Marco diacono aliisque scriptoribus, tum ex numismatibus in Christianissimi regis cimeliarchio asservatis, Gazenses æram suam inchoasse anno periodi Julianæ 4653. urbis Romæ 693. Olympiadis 179. anno iv., ante æram Christianam lxi., cyclo solis V. lunæ xvii. M. Pupio Pisone & M. Valerio Messalla coss. Quum vero scribat Marcus supremum diem obiisse sanctum Porphyrium *die secundo Dystri anno Gazensium* cccclxxx. *episcopatus ab eo gesti* xxiv. *mense* xi. inde concludit eminentissimus scriptor, anno Gazensium cccclv. vere circiter ineunte, Porphyrii ordinationem contigisse; adeoque ejusdem beati præsulis obitum in die xxvi. Februarii incidisse anno Christi ccccxx. V. C. 1173. impp. Theodosio IX. & Constantio III. coss. In eamdem ferme sententiam Pagius [11] & Dn. abbas de Longuerue [12]; quorum tamen posterior in aliis nonnullis a placitis Norisianis dissentit. Verum hac de re præterea Tillemontium præstat adire [13]; qui plura non contemnenda cum de anno quo fuit ordinatus sanctus Porphyrius, tum vero de illius anno emortuali, diligenter pro more suo animadvertit.

CAPUT VIII.

DE

S. CÆLESTINO I. PAPA.

I. De sancto Cælestino verba facturi, ea potius quam nostra, heic describenda existimamus, quæ paucis licet, satis tamen apposite ad nostrum institutum edisseruit vir doctus Coutan- E tius. Sic igitur ille [14]: „ Quum Bonifacius anno ccccxxii. Septembris iv. die ex hac vita migrasset, mox, Augustino teste [15], Cælestinum *in Romana sede Dominus Deus sine ulla plebis suæ discissione constituit*. Observat vir eruditus, eum ecclesiæ Romanæ tunc fuisse morem, ut nisi quid obstaret, defuncto ejus episcopo statim successor sufficeretur; adeoque Cælestinum, quum in eum conspirarint totius plebis suffragia, nulla interposita mora, ac proxima post Bonifacii mortem dominica quæ in x. Septembris diem incidebat, fuisse ordinatum. „

II. Pluribus gestis episcopatus ejus insignis fuit: nominatim vero adversus Nestorium sententiam primus edixit: Cyrillum ad eam exsequendam vica-

1. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 843. seqq.
2. *Mazoch.* l. c. pag. 74.
3. Act. SS. Febr. tom. III. pagg. 645-661.
4. *Marc.* Vit. S. Porphyr. §. xix.
5. *Id.* ibid. §. xxi.
6. *Id.* ibid. §. liv.
7. *Id.* ibid. §. ciii.
8. *Id.* ibid. §. xxi.
9. *Fabric.* Menol. §. xxxiii. pag. 44. seq.
10. *Noris.* de epoch. Syromaced. Differt. V. cap. III.
11. *Pagi.* ad ann. 398. §. xxiv. & in Appar. ad annal. Baron. §. lvi.
12. *Longuer.* l. c. de mens. & epoch. Gazens. cap. V. §. II.
13. *Tillem.* Mem. eccl. tom. X. pag. 849. not. II.
14. *Coutant.* Epistt. Rom. Pontiff. pag. 1051.
15. *Aug.* epist. ccix. num. 1. infra pag. 289.

rium instituit, & regulam præscripsit ac formam, A quam ut canonicam Ephesinæ synodi patres sequi se ultro sunt professi. Præterea hujus synodi confirmavit acta: Pelagianos totius Italiæ finibus deturbari curavit: Novatianis ecclesias quas Romæ plures habebant, ademit: nascentem coercuit Semipelagianam hæresim: & Augustinum adversus novos ejus reprehensores defendit.,,

III. Eum ipso anno CCCCXXXII. quo Maximiani in Nestorii locum subrogati ordinationem, velut ad coronidem profligatæ hæreseos Nestorianæ, approbavit, tam gloriosum pontificatum finiisse, Prosperi ac Marcellini chronicis confirmatur: quo die, non ita est exploratum. Eum Aprilis VI. vel IX. B die sepultum pontificales libri ac martyrologia tradunt. Verum sibi non cohærent pontificales libri: siquidem annos IX. menses X. & aliquot dies, non secus atque veteres catalogi, pontificatui Cælestini adscribunt. Antonius Pagius *certum esse debere* ait [1], *eum sedisse annos novem, menses decem & dies novem, ideoque obiisse die* XVIII. *aut* XIX. *Julii*. In Corbejensi tamen codice Vigilii papæ temporibus exarato, cum quo nonnulla saltem chronici Prosperi exemplaria consentiunt, *annos* IX. *menses* X. *dies* XVII. *sedisse* dicitur. Hinc Sebastianus Tillemontius Cælestini mortem anno CCCCXXXII. Julii XXVI. die consignare licere arbitratur [2]. ,, Huc C usque V. C.

IV. Jam vero ejusdem Cælestini epistolarum editionem ab ipso Coutantio adornatam exhibemus, nonnullis in locis recensitam; ex cujus proinde adnotatis haurire in promtu est, quæ ad hujus pontificis res præclare gestas magis elucidandas pertinent. Quod superest, si quid iis addendum, legendam existimarim disquisitionem in decem capitula epistolæ Cælestini XXI. ad episcopos Galliarum subjecta, quam viri eruditi elucubrarunt [3], ubi accuratissime post ipsummet Coutantium quid de illis sit censendum exponunt. Cujus quidem epistolæ Cælestini ad Gallos occasione adnotare libet, Vincentium Lirinensem magni fecisse illam ejusdem pontificis sententiam quæ in ea epistola ad Galliarum episcopos habetur his verbis [4]: *Desinat, si ita res sunt, incessere novitas vetustatem*. Quibus relatis, subdit Vincentius [5]: *Ergo hæc fuit beati Cælestini beata sententia, ut non vetustas cessaret obruere novitatem, sed potius novitas desineret incessere vetustatem*. Haud equidem ignoro ejusmodi Vincentii verba in alium sensum ab eo quem præ se ferre videntur, detorsisse doctissimum cardinalem Norisium [6]: ejus tamen opinio nullo pacto probatur erudito Coutantio [7]. Neque vero illud præclarum de Cælestino Prosperi testimonium heic demum omittendum [8]: *Cui*, inquit, *ad catholicæ ecclesiæ præsidium multa Dominus gratiæ suæ dona largitus est*.

CAPUT IX.

DE

S. MAXIMO

EPISCOPO TAURINENSI.

I. SAncti MAXIMI Taurinensis episcopi gestorum enarrationem antiquitas pæne nobis invidit: unde perpauca suppetunt, quæ de ipso edisserantur. Primum itaque nonnulla ejus sermonum loca, patria Vercellensem illum fuisse satis produnt: quod & probe novit antiquarius, quem ad marginem vetusti codicis Ambrosiani semel iterumque id adnotasse testantur Mabillonius [9] & Muratorius [10]. Nimirum verba faciens Maximus de sancto Eusebio Vercellensi antistite [11]: *Hic namque est*, inquit, *de quo tanta fuit divini prærogativa judicii, ut — quum ignotus huc properasset advena, — & sacerdos Christi, & pater* NOSTRÆ *fieret* CIVITATIS. Et iterum [12]: *Est namque nobis per beatum Eusebium* DOMESTICÆ *gratulationis propria peculiarisque lætitia*. Nonnullisque interjectis clarius adhuc [13]: *Hic igitur* (Eusebius), *ut relatio* PATERNA *nos instruit, hac* NOSTRA *raptus* EX URBE, *Scythopolim ducitur*. Denique [14]: *Quamquam*, ait, *dilectissimi fratres, beati* PATRIS NOSTRI, *summi sacerdotis & confessoris Eusebii, indignus sim* FILIUS *& minimus* SERVUS! *insignibus tamen meritis ac virtutibus vel exiguam dependo pro viribus servitutem*. cet. Ex quibus ergo Maximum Vercellis ortum duxisse intelligimus; ibique sacerdotio initiatum, sacrisque in primis excultum disciplinis, in ejusdem urbis ecclesia Dei verbum prædicandi munere fuisse D perfunctum. Erat enim, inquit Gennadius [15], *vir in divinis scripturis satis intentus & ad docendum ex tempore plebem sufficiens*: ut proinde haud mirum, fuisse tantum virum ad proximam sedem Taurinensem evectum.

II. Porro floruisse Maximum desinente sæculo IV. aut V. vix ineunte, certo comperimus ex iis quæ de sanctis martyribus Anaunensibus sermonem habens, memoriæ commendavit his verbis [16]: *Quum omnes beatos martyres quos tradit antiquitas, honorificentia digna miremur; præcipue tamen sanctos, Alexandrum, Martyrium & Sisinnium qui* TEMPORIBUS NOSTRIS *passi sunt, debemus tota veneratione suscipere*. E *Nescio quo enim pacto majorem circa hos habemus affectum quos* CONSCIENTIA NOVIT PROPRIA, *quam quos docet historia. Illos enim exstitisse martyres lectione: istos* OCULORUM CONTEMPLATIONE COGNOSCIMUS. *Illorum passiones fama nuntiante condiscimus: istorum supplicia* VULTUS TESTIMONIO CONTINEMUS. *Majorem erga*

1. *Pagi.* ad ann. 432. §. V.
2. *Tillem.* tom. XIV. pag. 738.
3. *Baller.* lib. II. cap. VI. Observ. ad opp. Noris. tom. IV. pag. 909. seqq.
4. *Cælest.* epist. XXI. §. II. infra pag. 333.
5. *Vinc. Lir.* Common. cap. XXXII.
6. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. XI. opp. tom. I. pag. 391. seq.
7. *Coutant.* ad epist. XXI. Cælest. not. 3. infra pag. 333.
8. *Prosp.* contr. Collat. cap. XXI. al. XLI. num. 2.
9. *Mabill.* Mus. Ital. tom. I. part. II. pag. 7. §. XIV.
10. *Murat.* Anecdot. tom. IV. pagg. 84. 87. 88.
11. *Maxim.* Serm. VII. de S. Euseb. infra pag. 383. e. 384. a.
12. *Id.* Serm. VIII. de S. Euseb. infra pag. 384. d.
13. *Id.* ibid. infra pag. 385. a.
14. *Id.* Serm. IX. de S. Euseb. infra pag. 385. d.
15. *Genn.* de Vir. illustr. cap. XL.
16. *Maxim.* Serm. I. in S. Alex. infra pag. 381. b.

affectum ibi debeo, ubi credulitatem meam MEA COGIT CONTEMPLATIO, *quam ubi fidem meam hortatur opinio. Majorem, inquam, affectum illic debeo, ubi* PER EA QUÆ VIDI, *compellor devotius credere illa quæ non vidi. Nam quum audita aliquanta mihi impoſſibilia viderentur, cœpi ea credere potuiſſe fieri, dum* SIMILIA FACTA ESSE CONSPEXI. *Et ideo* TEMPORIS NOSTRI PASSIO *hoc nobis præſtitit, ut* PRÆSENTEM *conferret* GRATIAM, *& fidem præteritam confirmaret. Supra dictos igitur beatos viros tota debemus veneratione ſuſcipere: primum quia* DIES VITÆ NOSTRÆ *pretioſo ſanguine ſuo inluſtrare dignati ſunt: deinde quod prærogativam nobis apud Deum non minimam contulerunt; oſtendentes, qualis eſſet* ÆTATE NOSTRA *in Chriſtianis fides, de quorum conſortio exſiſtere martyres mererentur*. Locus ſane longiuſculus: ſed quum nemini hactenus fuerit animadverſus, peropportunus nobis viſus eſt, quo ſententiæ noſtræ pondus accederet. Ex eo quippe plane novimus, tempeſtate illa Maximum claruiſſe qua paſſi ſunt martyres Anaunienſes. Illud autem martyrium contigiſſe ſub finem menſis Maii anno CCCXCVII. alibi poſt viros doctos evicimus [1]. Unde ut allatis Maximi verbis veritas conſtet, ſermonem illum habitum ab eo fuiſſe aut eodem anno, aut paullo poſt, ſtatuendum videtur.

III. Huc accedit, quod in ſequenti ſermone de iiſdem martyribus mentionem injicit ſanctus præſul imperialis edicti de idolorum fanis ſubruendis [2]: *Quotiens*, inquit, *mandavit Deus idolorum ſacrilegia deſtruenda, & numquam ad hanc partem ſoliciti eſſe volumus? —— Poſtea nos admonuit imperiale præceptum. Videte, quanta divinitatis ſit derogatio, hæc humanæ poteſtatis adjectio. —— Principes quidem tam boni Chriſtiani leges promulgant; ſed eas exſecutores non exſerunt competenter*. Quibus equidem verbis exiſtimarim reſpexiſſe ſanctum Maximum Valentiniani junioris conſtitutionem Mediolani *datam III. Kal. Mart. Tatiano & Symmacho coſſ.* id eſt, anno CCCXCI. quæ exſtat in Codice Theodoſiano [3]. Hinc rurſus aſſertio noſtra de ætate qua floruit Maximus, magis adhuc comprobatur. Verum quo tempore habuit laudatos duos ſermones de ſanctis martyribus Anaunienſibus, presbyteri gradu fuiſſe ipſum inſignitum ducimus. De tempore autem quo ſuſcepit Taurinenſem præſulatum, id vero prorſus incompertum habemus. Illud unum certo ſcimus, *Maximum epiſcopum eccleſiæ Taurinatis* anno CCCCLI. ſubſcripſiſſe ſynodicæ Euſebii Mediolanenſis antiſtitis ad Leonem M. [4] quin & ſub Hilaro ejus ſucceſſore, ipſum interfuiſſe concilio Romano anno CCCCLXV. coacto, Flavio Baſiliſco & Hermenerico coſſ. [5], ubi ſedit primo loco poſt Romanum pontificem atque ante metropolitas Ebredunenſem & Mediolanenſem: non utique ſedis prærogativa, ut ait magnus Baronius [6], ſed ob longævam ætatem; quippe qui reliquis præſulibus ea in ſynodo præſentibus prior ordinatus, plurimos jam annos in epiſcopatu tranſegiſſet. Hinc erraſſe Gennadius perhibetur in deſignando tempore quo ſanctus Maximus ſupremum diem obiit, dum ait [7]: *Moritur Honorio & Theodoſio juniore regnantibus*. Conſtat enim, Honorium quidem regnaſſe uſque ad annum CCCCXXIII. Theodoſium vero uſque ad annum CCCCL. ut viris eruditis animadverſum. Neque minus erraſſe ſunt exiſtimandi, qui duos ejuſdem nominis eo ipſo ſæculo V. Taurinenſes epiſcopos exſtitiſſe cenſuerunt, ut poſt Baronium [8] ſtatuit Pagius [9]. Itaque ſenio admodum confectus ex hac vita exceſſerit ſanctus præſul: quem nimirum ſacerdotio initiatum verba feciſſe ad populum deſinente ſæculo IV. aut V. vix ineunte, jam paullo ante intelleximus; atque in vivis eum adhuc egiſſe anno CCCCLXV. ex monimentis modo allatis perſpectum habemus. Quæ quidem nobis hactenus diſputata quum ſatis explorata eſſe videantur, rejicienda proinde dignoſcitur Voſſii conjectatio [10], exiſtimantis apud Gennadium [11] & Honorium [12] legendum, *Moritur Odoacro & Theodorico regnantibus*: hac enim ſemel admiſſa, poſt annum demum CCCCLXXXIX. quo in Italiam irruit Theodoricus, adeoque centenario major ex dictis deceſſerit beatus Maximus: quod ſane haud facile quis ſibi perſuadeat.

IV. Dicendi facultate plurimum valuiſſe ſanctum noſtrum antiſtitem, cum ex Gennadii teſtimonio, tum ex ipſius ſermonibus quos magna ex parte memorat idem presbyter Maſſilienſis, manifeſte colligimus. Quanto autem in pretio habitæ olim fuerint ejus homiliæ, illud ſatis inſinuat, quod earum aliæ Ambroſio, aliæ Auguſtino tributæ perhibeantur, ut ex cura & ſtudio cll. Benedictinorum intelligimus, qui Ambroſiana & Auguſtiniana opera ſub finem ſæculi ſuperioris edidere. Verum ut ad rem nobis propoſitam propius accedamus, præter ſancti Maximi ſermones qui jam diu ſimul juncti prodiere in vulgus, quique poſtea virorum eruditorum ἀκριβείᾳ ſuo auctori fuerunt reſtituti, alios complures e tenebris eruerunt VV. Cll. Mabillonius, Muratorius & Martenius, quos una heic exhibemus. Et primum quidem Mabillonius ex tribus vetuſtis mſſ. codicibus, Ambroſiano, Romano & Sangallenſi homilias XII. publici juris fecit [13] quarum tamen I. II. & IV. jam dudum evulgatæ fuerant; & quidem multo emendatiores, ut in notulis ſubjectis advertimus: duæ ſcilicet priores ſub finem tomi I. pag. 565. veterum ſancti Ambroſii editionum, Romanæ & Pariſienſis. Quæ autem IV. numeratur, cujus initium, *Diximus anteriore dominica*, legitur in antiquis operum Ambroſianorum vulgatis exemplaribus, eſtque ſermo LXXV. inſcriptus *de barbaris non timendis*. Ceterum ad has homilias plura erudite obſervat doctus editor Benedictinus, quæ apud ipſum legere operæ pretium fuerit.

V. Homilias Mabillonianas aliæ VI. excipiunt, quas ex ampliſſima Martenii veterum ſcriptorum & monumentorum collectione protulimus [14]. Deſcripſerat nimirum Mabillonius ex laudato codice Sangallenſi ab annis circiter mille majuſculis litteris exarato homilias XXI. ſancti Maximi quas contulerat cum vetuſtiſſimo ms. Mediolanenſi bibliothecæ Ambroſianæ, cujus characteres ad Longobardicam ſcripturam omnino accedunt. Verum XII. dumtaxat ex iis in lucem emiſſis, reliquas aliud in tempus edendas paulliſper ſejunxerat. Interea

1. Prolegom. ad tom. VIII. Bibl. vet. PP. cap. V. §. VI. pag. XI.
2. *Max.* Serm. II. infra pag. 382. a.
3. *Cod. Theod.* lib XVI. leg. X. tit. de Paganiſ. —— tom. VI. part. I. pag. 306. edit. Lipſ. 1743.
4. Concil. tom. IV. pag 583. e. edit. Ven - Labb. & *Leon.* opp. tom. I. pag. 1083. nov. edit. Ballerin.
5. Concil. tom. V. pag. 86. c.
6. *Baron.* ad ann. 465. §. XXVII.
7. *Gennad.* l. c. 8. *Baron.* l. c.
9. *Pagi.* ad ann. 465. §. V.
10. *Voſs.* de Hiſt. Lat. lib. II. cap. XLIII. pag. 216.
11. *Gennad.* l. c.
12. *Honor.* de Script. eccl. lib. II. cap. XL.
13. *Mabill.* Muſ. Ital. tom. I. part. II. pagg. 9 - 31.
14. *Marten.* Collect. vet. ſcript. tom. IX. pagg. 133 - 158.

earum ſex tantum inter ſchedas viri doctiſſimi reperit Martenius, quas evulgare peropportunum duxit. Porro qui poſt has XVIII. homilias ſequuntur ſermones, eos vero ex memorato venerandæ antiquitatis codice Ambroſiano deſcripſit ediditque cl. Muratorius [1].

VI. His demum ſubjecimus ſermonem, quem ex ms. codice S. Germani Pratenſis ſuæ Bibliothecæ concionatoriæ intexuit Combefiſius [2]. Inſcribitur *de Aſſumtione beatæ Mariæ virginis*; qui tamen ad feſtum Annuntiationis potius ſpectare dignoſcitur. „ Quidquid ſit de veritate inſcriptionis, inquit editor [3], hunc a me ſic productum ſermonem, antiquo licet codice, non auſim omnino Maximo Taurinenſi aſſerere. „ Hæc inter cetera Combefiſius, quibus conſona profert in epicriſi eidem ſermoni appoſita. Ea vero minus attente legiſſe Fabricius comperitur, ſi ejus verba quibus hunc ſermonem annuntiat, cum Combefiſianis conferantur [4]. Sed multo magis a ſcopo aberrat cl. Manſius, dum eadem Fabricii verba relegens, *vix dubitat* [5] quin ſermo ille quem edidit Combefiſius, idem ſit ac is qui occurrit ſub finem editionis Venetæ anni 1508. in qua continentur ſermones ſanctorum Zenonis Veronenſis, Cæſarii Arelatenſis cet. Neque enim eſt Maximi ſermo ille inſcriptus *de laudibus beatiſſimæ virginis Mariæ pro feſto conceptionis vel ſanctificationis ejus:* qui ſcilicet ſermo contexitur ex variis homiliarum veterum ſcriptorum eccleſiaſticorum laciniis, Bernardi, Rabani Mauri, Joannis Damaſceni, Magiſtri ſententiarum cet. atque initio paucula tantummodo verba exhibet, quæ feruntur ex *ſancti Maximi ſermone de beata virgine* deſumta. Quod ſupereſt, pretium foret, ſi quis poſt tot curas virorum doctorum quorum ſuperius injecta mentio, novam operum ſancti Maximi editionem ſibi ſuſciperet adornandam: *cujus* nimirum, ut ait vir magnus [6], *tanta facundia, tantum ſtudium in rem Chriſtianam fuit, ut vulgatæ ejus homiliæ dignæ ſint meliore luce.*

C A P U T X.

D E

L E P O R I O

MONACHO ET PRESBYTERO.

I. Leporius natione Gallus monachum Maſſiliæ ut videtur primum egit; qui quum in eo monaſtico inſtituto vitæ probitate morumque innocentia reliquos antecelleret; ratus deinceps *arbitrio tantum & conatu proprio, non Dei adjutorio*, ſe fuiſſe id affecutum, Pelagianum dogma profiteri cœpit. Ita de eo teſtatur Gennadius [7]. His conſona tradit Caſſianus [8]. Neque vero unius Pelagii ſectatorem ſe præbuit Leporius; ſed ulterius progreſſus, in impietatem incidit quam poſtea Neſtorius in oriente latius propagavit: adeo ut, eodem Caſſiano teſte [9], poſterioris hujus hæreſeos adſertor apud Gallias *inter primos aut inter maximos* fuerit recenſitus. Eadem præterea memoriæ conſignavit Facundus Hermianenſis epiſcopus [10]. Scribit autem modo laudatus Collationum auctor [11], iſtiuſmodi venenoſam peſtem ætate ſua emerſiſſe *& maxime Beligarum urbe*, ſive ut alia fert lectio, *ex maxima Veligarum urbe*: ut propterea incertum ſit an Belicam ad Rhodanum in Breſſia, an vero Auguſtam Trevirorum deſignare voluerit. Sirmondus [12] & Garnerius [13] poſteriori lectioni adhærentes, urbem Trevirenſem intelligunt: neque abnuit Tillemontius [14]. Ea in urbe ſcilicet errores ſuos hauſerit primum docueritve Leporius, quos poſtmodum in Provinciam regreſſus quadam in epiſtola evulgavit, quæ *grave ſcandalum* peperit *& offendiculum caritatis*, ut ipſemet in ſuo libello emendationis fatetur [15]. Qui tamen, licet a Caſſiano aliiſque Gallicanis doctoribus ut impietatem ejuraret admonitus, ſalubre conſilium inſuper habens, pro ſui demum erroris præſumtione merito a Proculo & Cyllinio Gallicanis epiſcopis ex eccleſia fuit ejectus. Quod quidem liquet ex epiſtola patrum Africanorum ad eoſdem epiſcopos, quæ Leporii libello ſubjicitur.

II. Ille vero ab ſolo patrio extorris, cum aliquot ſuæ pravitatis ſequacibus in Africam transfretavit: ubi gratia Dei adſpirante, Africanorum quorumdam præſulum, ſed Auguſtini præſertim, ſtudio errorem agnovit depoſuitque, ac ſanam doctrinam eſt profeſſus. Verum quum in Galliis ſcandalum pluribus intuliſſet, epiſtolam dedit ſuæ fidei teſtem ad Proculum & Cyllinium aliosque Galliarum epiſcopos, quam hac ſubſcriptione firmavit [16]: *Ego Leporius libellum meo ſenſu dictatum, in quo fidem meam Deo volente in finem uſque tenebo, medullitus exprimere volens coram ſanctis epiſcopis in eccleſia Carthaginienſi relatum ſubſcripſi.* Quo de libello Leporii Caſſianus [17]: *Ita*, inquit, *male conceptam perſuaſionem magnifice condemnavit; ut non minus pæne admiranda ſit correctio illius, quam illæſa multorum fides: quia primum eſt, errorem penitus non incurrere; ſecundum, bene repudiare.* Subditque: *Is ergo in ſe reverſus, non ſolum in Africa, ubi tunc erat & nunc eſt, tam errorem ſuum cum dolore, quam ſine pudore confeſſus eſt; ſed etiam ad omnes admodum Galliæ civitates, flebiles confeſſionis ac planctus ſui litteras dedit: ſcilicet ut ubi deviatio ejus prius cognita erat, illic etiam emendatio noſceretur; & qui teſtes erroris antea fuerant, iidem poſtea correctionis eſſent.*

1. *Murat.* Anecd. Lat. tom. IV. pagg. 6-117.
2. *Combef.* Bibl. conc. tom. VIII. pag. 45.
3. *Id.* in recenſ. auctor. ad tom. I. ejuſd. Bibl. pag. 29.
4. *Fabric.* Bibl. med. Latin. tom. V. pag. 191. edit. Hamb.
5. *Manſ.* apud Fabric. l. c. tom. V. pag. 63. edit. Patav.
6. *Mabill.* Muſ. Ital. tom. I. part. II. pag. 3.
7. *Gennad.* lib. de Vir. illuſtr. cap. LIX.
8. *Caſſian.* lib. I. de Incarn. cap. IV. pag. 908. edit. Pariſ. 1642.
9. *Id.* ibid.
10. *Facund.* lib. I. cap. IV. pag. 422. c. edit. Pariſ. tom II. opp. Sirmond.
11. *Caſſian.* l. c. cap. II. pag. 902.
12. *Sirmond.* opp. tom. I. pag. 345. not. a.
13. *Garner.* Differt. II. ad Mar. Merc. in Append. Auguſt. pag. 145.
14. *Tillem.* tom. XIII. pag. 1040. not. LXXXVI. ſur S. Auguſtin.
15. *Lepor.* Libell. emend. §. II. infra pag. 396. a.
16. *Id.* ibid. infra pag. 339. c.
17. *Caſſian.* l. c. cap. IV. pag 908.

III. Porro hujusmodi Leporianum libellum ab Augustino fuisse conscriptum, cum ex stilo tum ex loquendi formulis nonnulli viri docti existimarunt, Garnerius [1], Quesnellius [2], Tillemontius [3] atque operum Norisianorum editores [4]: iis in primis permoti rationibus, quod inter testimonia epistolæ S. Leonis CLXV. subjecta [5] Leporii libellus Augustini nomine inscribitur. Idem factitatum, inquiunt, in actione II. concilii Chalcedonensis [6]. Neque aliter legitur apud Theodoritum [7]. At vero heic advertendum, unum eumdemque esse locum ex Leporii libello desumtum [8], qui apud laudatos scriptores occurrit: ut propterea ex una Leonis epistola manasse dicenda sit sententia de libelli Leporiani auctore Augustino. Nam quod attinet ad concilium Chalcedonense, eadem Leonina epistola in eo recitatur. Theodoritus autem, quum eadem verba in medium proferat, illa vero ex eadem Leonis epistola exscripsisse intelligitur. Ceterum magnus ille pontifex haud aliam fortasse ob caussam opusculum illud Augustino tribuerit, quam quia noverit fuisse ab eo approbatum suaque subscriptione monitum. Constat enim a quatuor episcopis Afris quos inter eminet Augustinus, fuisse subscriptum libellum: qui præterea ea occasione Proculo & Cyllinnio episcopis Gallis communem scribentes epistolam, inter cetera hæc habent maxime animadvertenda [9]: *Sicut*, inquiunt, *per suam præsentiam susceptus est a nobis*, (Leporius) *sic per suam epistolam suscipiatur a vobis. Cui quidem epistolæ nostra etiam manu subscribendum putavimus*, IPSIUS ESSE TESTANTES. Ejusmodi autem patrum Africanorum epistola, inquit Sirmondus [10] etsi quatuor episcoporum nomine scripta est, sic tamen redolet *stilum* atque ingenium Augustini, ut ab eo *dictatam* fuisse dubium non videatur. Estque sane inter Augustinianas recensita [11]. Sed hac de re consulere juverit eruditos Historiæ litterariæ Gallicæ scriptores [12], qui Leporii fetum esse opusculum ejus nomine inscriptum acriter adstruunt.

IV. Magnam fuisse apud veteres hujus libelli auctoritatem, ipsiusque parentem Leporium habitum inter fidei catholicæ propugnatores adversus Nestorium comperimus. Id vero constat in primis ex Cassiano qui postquam complura ex eodem libello excerpserit loca, suam his verbis sententiam concludit [13]: *Hanc ergo ejus* (Leporii) *confessionem, id est, catholicorum omnium fidem, & omnes Africani episcopi unde scribebat, & omnes Gallicani ad quos scribebat, comprobaverunt. Neque ullus adhuc omnino exstitit, cui fides hæc sine infidelitatis crimine displiceret: quia professio impietatis est, probatam negare fidem*. Præterea Joannes II. papa ex eodem Leporiano libello testimonium accepit quo fidei dogma firmaret, simulque libellum illum synodo Africanæ comprobatum asseruit; quippe qui videlicet *coram sanctis episcopis in ecclesia Carthaginiensi relectus* fuerit, ut scribit idem Leporius [14]. Accipe laudati Romani pontificis verba [15]: *Leporius*, inquit, *in epistola quam Aurelius episcopus Carthaginiensis & beatus Augustinus & synodus Africana firmavit* cet. Huc accedit, quod in supplicatione Basilii diaconi & archimandritæ aliorumque monachorum, anno CCCCXXX. Theodosio imperatori oblata, quæ exstat inter acta concilii Ephesini [16], Leporius adnumeratur inter sanctos ecclesiæ patres qui mysterium incarnationis exponentes docuere, quod Christus verus sit Deus. (Neque enim audiendus Quesnellus, qui frustra sibi persuadet [17], Leporium ibi a Basilio laudatum alium esse a nostro Leporio, alicujus nimirum sedis episcopum, eo quod inter episcopos divinitatis Christi defensores recenseatur.) Facundus item ejusdem Leporii libellum ita laudat, ut ad fidem orthodoxam adstruendam ipsius testimonium usurpet [18] Gennadius denique, ut superius vidimus, inter viros illustres qui scriptis ecclesiasticis claruere, auctorem recenset [19].

V. Itaque postquam adeo præclarum doctrinæ ac pietatis suæ specimen in Africa dedisset Leporius, qui olim monachus in Gallia pravos errores adversus fidem docuerat; deinceps in ea regione constitutus ecclesiæ demum Hipponensis presbyter fuit ordinatus. Id vero ex Cassiano & Gennadio satis compertum. Ille siquidem [20]: *Leporius*, inquit, *tunc monachus, modo presbyter*: hic autem [21]: *Leporius*, ait, *adhuc monachus, postea presbyter*. Porro quæstio vertitur inter eruditos, num Leporius noster jam presbyter, idem sit cum eo qui inter Hipponensis ecclesiæ presbyteros nominatur in actis ecclesiasticis, quibus sanctus Augustinus Eraclium sibi successorem designavit [22]. Acta illa edita feruntur *Theodosio duodecies & Valentiniano augusto iterum coss. sexto Kal. Octobris*: id est, vertente anno CCCCXXVI. Eodem ferme tempore secundum sermonem habuit sanctus doctor *de vita & moribus clericorum*, in quo eumdem Leporium latius laudat his verbis [23]: *Vobis dico*, inquit, *qui forte nescitis; nam vestrum plurimi sciunt: presbyterum Leporium, quamvis sæculi natalibus clarum, & apud suos honestissimo loco natum; tamen jam Deo servientem, cunctis quæ habebat relictis, inopem suscepi*: cet. Quibus sane verbis hunc presbyterum Hipponensem, cum monachum fuisse, tum, quod rei caput est, alienigenam diserte tradit Augustinus: quod probe advertit Norisius [24]: ut propterea merito existimandus videatur idem esse Leporius, qui antea ex Galliis in Africam monachus perrexerat, ubi eum *inopem suscepit* sanctus pater. At viros doctos adire præstat quorum paullo ante meminimus, qui modo recitatum Augustinianum locum diligentius excutientes, in hanc ipsam abiere sententiam [25]. Neque aliter visum Sirmondo [26].

1. *Garner.* in Append. cit. pag. 145. not. 2.
2. *Quesn.* ad epist. S. Leon. CXXXIV. tom. II. pag. 508. edit. Lugd. 1700.
3. *Tillem.* tom. XIII. pag. 884.
4. *Baller.* ad Noris. opp. tom. IV. pag. 889. c.
5. *Leon.* opp. tom. I. pag. 1392. edit. Baller.
6. Concil. tom. IV. pag. 1234. e.
7. *Theodor.* Dial. II. opp. tom. IV. pag. 108. a.
8. *Lepor.* Libell. emend. §. III. infra pag. 337. c.
9. Epist. episc. Afr. infra pag. 400. b.
10. *Sirmond.* ad Lepor. in opp. tom. I. pag. 357. not. a. edit. Paris. 1696.
11. *Aug.* epist. CCXIX. opp. tom. II. pag. 810.
12. Hist. litter. de la France, tom. II. pag. 173. seq.
13. *Cassian.* de Incarn. lib. I. cap. VI. pag. 912.
14. *Lepor.* Libell. emend. §. X. infra pag. 339. c.
15. *Joan.* II. epist. III. in collect. Conc. tom. V. pag. 898. d. edit. Ven. Labb.
16. Concil. Ephes. part. I. cap. XXX. in collect. Concil. tom. III. pag. 974. e.
17. *Quesn.* l. c. pag. 508.
18. *Facund.* l. c. pag. 422. d. e.
19. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. LIX.
20. *Cassian.* l. c. cap. IV. pag. 908.
21. *Gennad.* l. c.
22. *Aug.* epist. CCXIII. opp. tom. II. pag. 788. e.
23. *Id.* Serm. CCCLVI. num. 10. opp. tom. V. pag. 1388. a.
24. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XXIII. opp. tom. I. pag. 235. c.
25. Hist. litter. de la France, tom. II. pag. 168. seqq.
26. *Sirmond.* ad Lepor. in opp. tom. I. pag. 345. not. a. sub fin.

Secus tamen opinati sunt VV. Cll. Baronius [1], Garnerius [2], Tillemontius [3] ac Ballerinii [4].

VI. Jam vero in Africa Leporius adhuc agebat anno ccccxxx. De eo enim sermonem habens Cassianus [5]: *Is ergo*, inquit, *in se reversus*, *non solum in Africa*, *ubi tunc erat*, ET NUNC EST, cet. Ita ille in suis libris *de Incarnatione*. Quod quidem opus contra Nestorium exaratum, quum Constantinopolitanam sedem etiamnum ille teneret, fuisse ab eo conscriptum constat ante concilium Ephesinum anno ccccxxxi. celebratum, adeoque circa annum ccccxxx. ut post Baronium [6] censuere Norisius [7] ac Tillemontius [8]. Porro si ex hactenus disputatis accurate nunc subducantur rationes, inprope fuerit ut tempus definiatur quo libellum suum edidit Leporius. Varia quidem circumfertur hac de re virorum eruditorum sententia. Norisius enim Leporii conversionem adeoque illius confessionem haud ultra annum cccc. protrahendam, quin & citra hunc ipsum annum collocandam statuit [9]. Sirmondus id contigisse circa annum ccccxxv. censet [10]: annoque præcedente ccccxxiv. Garnerius [11]. Pagius vero ad annum ccccxxvii. illam refert [12], postquam scilicet sanctus Augustinus librum *de correptione & gratia* in lucem emisisset. Neque aliter Tillemontius [13] ac Ballerinii [14]. Verum ejusmodi opinionibus vale dicto, ajunt viri doctissimi antea nobis laudati [15], libellum emendationis fuisse a Leporio conscriptum anno ccccxviii, aut ut maxime ccccxix. Nam, inquiunt [16], ultra hos annos non est differenda mors Proculi episcopi Massiliensis, ut agnoscit vel ipsemet Tillemontius [17]; cui scilicet præsuli cum Leporii libellus, tum patrum Africanorum epistola de ipsius Leporii conversione inscribuntur: neque vero alius a Massiliensi jure confingi potest Proculus episcopus, quo hujusmodi argumenti vis infirmetur, aliaque supputandi ratio inducatur. Ceteras præterimus, neque leves, rationes quibus propositam temporis notationem confirmant viri eruditi. Objectionem præterea diluunt ex tempore desumtam, quo sanctus Augustinus librum *de correptione & gratia* vulgavit: simulque ostendunt jam ab anno ccccxxi. quo sanctus ille doctor *Enchiridion* suum edidit, Leporii errores eidem fuisse probe cognitos, quos etiam eo in opere aperte perstrinxit [18]. His ergo rite perpensis, postremæ huic sententiæ fidenter accedimus, quam etiam novimus eo nomine fuisse postea probatam Sirmondo, quod Joannes II. papa, ut supra retulimus, Leporii epistolam fuisse a synodo Africana firmatam asseruit. „ Quod si, inquit ille [19], Africanam eam dixit quam habemus post consulatum Honorii xii. & Theodosii viii. anno Christi ccccxix., in eumdem scilicet annum Leporii emendationem incidisse statuendum est.

VII. Quod superest, Leporiani libelli fragmenta dumtaxat, ex Cassiani libris *de Incarnatione* descripta, epistola episcoporum Africæ præmissa, primus omnium anno *1629*. inter concilia Galliæ dedit Sirmondus [20]: qui sequente anno 1630. inter dogmatica quinque veterum opuscula integrum ex codice ms. Herivallensis monasterii vulgavit. Exinde autem prodiit in conciliorum editione regia Lupa-rensi [21], nec non Labbei [22] & Harduini [23]. Præterea Garnerius idem opusculum mendis pluribus expurgatum una cum epistola præsulum Africanorum suo Mario Mercatori adtexuit [24]. Invectum itidem fuit in bibliothecam Patrum Lugdunensem [25]. Postremo cum Garnerii emendationibus exstat in collectione operum Sirmondianorum [26]: quam quidem editionem reliquis multo nitidiorem typis committendam tradidimus.

CAPUT XI.

DE

PHILIPPO SIDENSI.

I. PHILIPPUS ex Sida Pamphiliæ urbe, ineunte sæculo v. claruisse perhibetur. Junior adhuc Rodonem scholæ catecheticæ apud Alexandrinos præfectum audivit, si excerptori fides [27]: Τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος. Posthac Constantinopoli operam dedit Joanni Chrysostomo, quo & familiarissime utebatur, teste Socrate [28], atque ab eo diaconus fuit ordinatus; ex cujus etiam consuetudine id emolumenti percepit, ut litterarum studiis excolendis impense incumberet. Inter presbyteros deinceps cooptatus, quum anno ccccxxv. de Attici successore in sede Constantinopolitana collocando ageretur, ægre admodum tulit prælatum sibi fuisse Sisinnium; quem propterea, ut scribit Theophanes [29], acerbius in sua Christiana historia perstrinxit: quod quidem memoriæ quoque tradidere Socrates [30], Photius [31] ac Nicephorus [32]. Post obitum Sisinnii qui contigit desinente anno ccccxxviii. complures eumdem Philippum ordinari episcopum summo studio contendisse narrat idem Socrates [33]; qui tamen iterum excidit, suffecto in Sisinnii locum Nestorio. Eo autem in synodo Ephe-

1. *Baron.* ad ann. 420 §. xiv.
2. *Garner.* in Append. cit. pag. 141.
3. *Tillem.* tom. xiii. pag. 1039. not. lxxxv. sur S. Augustin.
4. *Baller.* ad opp. Noris. tom. iv. pag. 889. d.
5. *Cassian.* de Incarn. lib. I. cap. iv. pag. 908.
6. *Baron.* ad ann. 430. §. xc.
7. *Noris.* Hist. Pelag. lib. §. cap. xxiii. pag. 235. a. & lib. II. cap. xii. pag. 212. d. opp. tom. I.
8. *Tillem.* tom. xiv. pag. 189. seq.
9. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. xxiii. pag. 234. d. & lib. II. cap. III. pag. 278. a.
10. *Sirmond.* ad Lepor. pag. 345. not. a. opp. tom. I.
11. *Garner.* in Append. cit. pag. 141.
12. *Pagi.* ad ann. 420. §. xiii.
13. *Tillem.* tom. xiii. pagg. 879. & 1039. not. lxxxv.
14. *Baller.* ad Noris. opp. tom. iv. pag. 889.
15. Hist. litter. de la France, tom. II. pag. 167. seq.
16. Ibid. pag. 93.
17. *Tillem.* tom. X. pag. 699.
18. *Aug.* Enchir. num. 10. pag. 210.
19. *Sirmond.* ad Lepor. epist. opp. tom. I. pag. 345. not. a.
20. *Id.* Conc. Gall. tom. I. pag. 52.
21. Conc. reg. tom. iv. pagg. 669-671.
22. *Labb.* conc. tom. II. pag. 1678. edit. Paris.
23. *Hard.* conc. tom. I. pag. 1263.
24. *Garner.* Mar. Merc. tom. I. pag. 224. & in Append. Aug. pag. 142. seqq.
25. Bibl. PP. Lugd. tom. vii. pag. 14.
26. *Sirmond.* opp. tom. I. pag. 345. edit. Paris.
27. Infra pag. 401. c.
28. *Socrat.* Hist. eccl. lib. vii. cap. xxvii.
29. *Theoph.* Chronogr. pag. 75. edit. Paris.
30. *Socrat.* lib. vii. cap. xxvi.
31. *Phot.* Bibl. cod. xxxv.
32. *Niceph.* Hist. eccl. lib. xiv. cap. xxix.
33. *Socrat.* lib. vii. cap. xxix.

sina deposito anno CCCCXXXI. *de electione episcopi rursus quæstio exorta est*, inquit Liberatus [1]. *Multi enim*, subdit, *Philippum quærebant presbyterum, qui a beato Joanne cognomento Chrysostomo diaconus fuerat ordinatus, multaque conscripserat volumina contra imperatorem Julianum apostatam*. Verum elapso quatuor mensium spatio a depositione Nestorii, Maximianum fuisse ad illam sedem evectum ex ipso Socrate intelligimus [2]. Hæc dumtaxat produnt veteres de Philippi Sidensis rebus gestis. Quo autem anno e vivis excesserit, plane incompertum habemus. Suspicatur Dodwellus [3] eum vita fuisse functum ante annum CCCCXXXIII.

II. Multa elucubrasse Philippum, Asianum dicendi genus æmulatum, tradit subinde laudatus scriptor historicus [4]: quæ omnia pæne temporis injuria nobis invidit. Ea inter veteribus præcipue memoratum perspicimus immensum ipsius opus, *Christiana Historia* inscriptum; quam auctor, ut perhibet Theophanes [5], deduxit usque ad annum XXII. Theodosii junioris, Christi CCCCXXIX. Ejus pauca tantummodo fragmenta de quibus mox dicendum, ætatem tulisse comperimus. Sed ex veterum judiciis non est demum, cur ejusmodi Philippi opus intercidisse doleamus. Tradit enim idem historicus qui eadem ac auctor tempestate scripsit [6], multiplicem eruditionem plerumque inconditam in suam Historiam congessisse Philippum; quin & rerum gestarum tempora passim ab eo confundi; ut propterea doctis pariter atque indoctis inutilem illam effecerit: διὸ ἀχρεῖαν αὐτὴν καὶ ἰδιώταις καὶ ἀπαιδεύτοις πεποίηκεν. Neque aliter Photius [7]: *Multum admodum verborum*, inquit, *sine ulla vero urbanitate aut gratia profundit*: ἔστι δὲ πολύχοος τοῖς λέξεσιν, οὐκ ἀστεῖος δὲ καὶ οὐδὲ ἐπίχαρις: *quin & satietatem adfert aut potius molestiam*: ἀλλὰ καὶ προσκορὴς, μᾶλλον δὲ καὶ ἀηδής: *atque ostentationis plus habet, quam utilitatis*: καὶ ἐπιδεικτικὸς μᾶλλον, ἢ ὠφέλιμος. In eamdem sententiam Nicephorus, Socratem exscribens [8].

III. Nonnulla hujusce Historiæ fragmenta etiamnum superant. Ex iis præcipuum est illud *de scholæ catechetica Alexandrinæ successione*, quod ex ms. codice Barocciano ad calcem dissertationum Irenaicarum in lucem edidit Dodwellus Oxoniæ *1689*. notisque curiosis illustravit [9]. Istiusmodi autem fragmentum haud exhibet αὐτολεξεὶ Philippi Sidensis contextum, sed ex ejus Historia excerptum esse consarcinatumque a Græco scriptore anonymo agnoscitur, quem editor Oxoniensis Nicephorum Callisti fuisse opinatur [10]. Nova porro sunt & παράδοξα, quæ ad idem fragmentum excogitavit Dodwellus, acriore propterea examine discussa dilutaque a viris doctis, Dn. de Longuerue [11], Nourryo [12], Marano [13] aliisque. Reliqua vero ejusdem *Historiæ Christianæ* fragmenta quæ adhuc inedita esse noscuntur, sunt I. *Acta disputationis de Christo, in Perside inter Christianos, gentiles & Judæos habitæ*, cui ipsemet Philippus interfuit: exstantque in codice bibliothecæ Vindobonensis, teste Lambecio [14]. II. Fragmentum *de Constantino, Maximiano & Licinio augustis*, quod editioni paratum habebat Magnus Crusius [15], ex laudato codice Barocciano descriptum, unde suum hausit Dodwellus. Ceterum excerptum Dodwellianum denuo edidere VV. Cll. Lequienius [16], Fabricius [17], Leyserus [18] & nuper Ferdinandus Mingarellius [19]. Nos vero idem excerptum cum Lequienii animadversionibus rursus excudendum duximus.

CAPUT XII.

DE MEROBAUDE SCHOLASTICO.

I. PAuca sunt admodum quæ occurrant de MEROBAUDE scholastico dicenda, eaque haud plane comperta. Illud tamen exploratum videtur, perperam a nonnullis confundi auctorem nostrum cum Fl. Merobaude qui consul primum processit cum Gratiano anno CCCLXXVII. & iterum cum Saturnino anno CCCLXXXIII. cujus meminere Latinus Pacatus [20] & Philostorgius [21]. At vero existimarim equidem cum Sirmondo [22], de nostro Merobaude ista cecinisse Sidonium [23]:

Sed nec tertius ille nunc legetur,
*Bætin qui patrium * semel relinquens*
Undosæ petiit sitim Ravennæ:
Plosores cui fulgidam Quirites,
Et carus popularitate princeps,
Trojano statuam foro locarunt.

His consona legas apud Idatium, qui ad annum XIX. Theodosii junioris hæc habet [24]: *Asturio magistro utriusque militiæ gener ipsius successor ipsi mittitur Merobaudis, natu nobilis, & eloquentiæ merito vel maxime in poematis studio cum veteribus comparandus, testimonio etiam provebitur statuarum*. Qui quidem locus haud fugit Tillemontium [25].

1. *Liberat.* Breviar. cap. VII.
2. *Socrat.* lib. VII. cap. XXXV.
3. *Dodwell.* ad calcem Differt. Irenaic. pag. 514.
4. *Socrat.* lib. VII. cap. XXVII.
5. *Theoph.* l. c.
6. *Socrat.* lib. VII. cap. XXVII. 7. *Phot.* l. c.
8. *Niceph.* lib. XIV. cap. XXIX.
9. *Dodwell.* Differt. Iren. pag. 488. seqq.
10. *Id.* ibid. pagg. 491. seq.
11. *Longuer.* Differtt. de var. epoch. cet. pagg. 238. seq.
12. *Nourr.* Appar. ad Bibl. PP. tom. I. pagg. 479. seqq.
13. *Maran.* ad Justin. M. cet. pag. CXI.
14. *Lamb.* Comment. cet. lib. V. pag. 137.
15. *Crus.* Differt. epistol. pag. 27. num. 10. edit. Lipf. 1728.
16. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 383.
17. *Fabric.* in Salut. luc. Evang. pag. 188. edit. Hamb. 1731.
18. *Leyser.* Differt. de Athenag. pag. 12. edit. Lipf. 1736.
19. *Mingar.* Vet. testim. de Didym. Alex. pagg. 26. seqq. edit. Rom. 1764.
20. *Lat. Pacat.* Panegyr. cap. XXVIII. pag. 334. edit. Parif.
21. *Philostorg.* Hift. eccl. lib. VIII. §. I.
22. *Sirmond.* ad Sidon. pag. 1235. not. b. opp. tom. I.
23. *Sidon.* Carm. IX. vv. 293 - 298.
* Leg. forte, *solum*.
24. *Idat.* Chron. pag. 302. opp. Sirmond. tom. II. edit. Parif.
25. *Tillem.* Hift. des Emper. tom. VI. pag. 231.

II. Fuerit itaque natione Hispanus Merobaudes de quo loquimur; qui solum patrium barbarorum incursionibus turbatum relinquens, in Italiam confugerit: ubi litteris humanioribus apprime excultus, maximo in pretio apud Romanos fuit habitus ac statua donatus. Merobaudem rhetorem, & fortasse nostrum, laudat semel iterumque Boethius [1]. De eo autem quo de agimus, plura videas apud Nicolaum Antonium [2]: neque prætereas velim viros eruditos, qui conscribendæ Historiæ litterariæ Gallicæ incumbunt [3].

III. Porro Merobaudi adscriptum circumfertur carmen *de Christo*: quo sane nomine dignus habendus, qui sacro illi numero poetarum Hispanorum, Juvenci, Prudentii & aliorum accenseatur. Ceterum carmen idem versuum undetriginta pluries typis excusum novimus, tum a Georgio Fabricio inter Poetas Christianos, tum ab Andrea Rivino cum Rustici Helpidii, Lactantii aliorumque carminibus, nec non in bibliothecis Patrum Parisiensibus, Coloniensi ac Lugdunensi.

CAPUT XIII.

DE

THEODORITO

CYRI EPISCOPO.

I. QUod operæ curæque in anteriores *majorum Patrum* editiones perficiendas pridem impendimus; Athanasii, inquam, Basilii, utriusque Gregorii, Nazianzeni & Nysseni, atque Joannis Chrysostomi; id vero etiam in THEODORITO præstandum nobis esse duximus: ea nimirum vetusti hujus scriptoris ecclesiastici litterarum monumenta huc inferentes, quæ sive in editione Sirmondiana, sive in auctario Garneriano deesse intelleximus. Et primum quidem opuscula duo proferimus, quæ hac in urbe anno 1759. Kal. Junii, Græce tantum quinquaginta exemplaribus excusis, in lucem emisit ex ms. codice Vindobonensi eruditus Antonius Bongiovanni: nunc autem eadem etiam Latinæ reddita V. C. Joannis Baptistæ Galliciolii studio exhibemus. Horum alterum inscribitur: *Epistola ad monachos Euphratesiæ, Osrhoenæ, Phœnices, Syriæ ac Ciliciæ*; alterum: *Quod etiam post assumtam humanitatem unus sit Filius Dominus noster Jesus Christus*. Porro utrumque opusculum in recensione mss. codicum Vindobonensium memorat Lambecius [4], ac utriusque initium refert, prout in nostro legitur edito: neque vero id Fabricium fugit [5]. Doctus quoque Assemanus eadem Theodoriti opuscula olim exstitisse inter codices Græcos Abrahami Massad Maronitæ, nunc autem Clementino-Vaticanos, testatur [6].

II. Jam vero codicum mss. auctoritati Photii testimonium accedit, quod inter schedas primi clarissimi editoris adnotatum nobisque detectum, huc adferre placet. Asserit itaque Photius [7], *Theodoriti libros septem & viginti adversus varias propositiones* sibi lectos: quorum *sextus*, inquit, *unum esse Filium Dominum nostrum Jesum Christum* ostendit, *ὅτι εἷς υἱὸς ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς ὁ Χριστός*: *septimus* vero *epistolæ locum tenet*, *ἐπιστολῆς ἐπέχει τόπον*; *quibus*, ait, *volumen primum absolvitur*. Hæc sane Photiana verba si diligenter expendantur, componanturque cum nostrorum opusculorum inscriptionibus, compertum fiet, ut equidem arbitror, Photio ante oculos fuisse obversata eadem opuscula, licet in suo codice præpostere ordinata. Illud vero latuit virum eruditum, quod adverterat antea Garnerius [8]; Photium nimirum fefellisse suum codicem tribus constantem partibus, quas omnes Criticus ille Theodorito adtribuit; quum tamen secunda complecteretur unum & viginti sermones Eutherii Tyanensis, ut ex Marii Mercatoris auctoritate manifesto liquet. Attamen quum codicis Photiani partes primam & tertiam Theodoritum auctorem agnoscant, ut fatetur idem Garnerius; nihil impedit quo minus afferamus, Photio perlecta fuisse opuscula nostra, quippe quæ in prima sui codicis parte continerentur. Accedit, inquit laudatus editor, eadem alibi passim docere Theodoritum, de quibus in posteriore opusculo sermonem habet, ut ex ejus epistolis LXXIX. CIV. CIX. & CXLV. palam fit. Quid quod, subdit idem, in hocce opusculo scribit auctor [9], quod sanctus Ignatius *de manu magni Petri pontificatum acceperit*? *διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τὴν ἀρχιερωσύνην δεξάμενος*: quæ sunt ipsissima verba, quibus alibi utitur Theodoritus [10]. Ut propterea his hactenus positis, de istorum opusculorum integritate nullus ambigendi locus superesse videatur.

III. Nonnulla quidem adhuc essent de opusculo priore observanda, *epistola* inquam *ad monachos Euphratesiæ* cet. Verum ne longius abducamur, illud unum pro instituti nostri ratione animadvertimus, eamdem epistolam fuisse a Teodorito conscriptam, quo tempore cum episcopis orientalibus Nestorii caussam agebat: in ea enim sub initium carpit anathematismos sancti Cyrilli. Unde quis forte conjiciat, hanc ipsam epistolam fuisse adtextam *Pentalogio* seu *libris quinque de Incarnatione adversus beatum Cyrillum & patres Ephesinos*, quorum sub nomine *Apologiæ* in recensione operum Theodoriti meminit Ebedjesu [11].

IV. Pone duo illa opuscula de quibus modo egimus, fragmenta quinque in medium adducimus, ex variis Theodoriti operibus quæ interciderunt, etiamnum exstantia. Horum duo priora *de Trinitate*, ex duobus antiquis codicibus mss., altero ecclesiæ Bellovacensis, altero monasterii Corbejensis, evulgavit Baluzius [12]. Ea vero passim inemendata

1. *Boeth.* opp. pagg. 807. & 835. editt. Basil. 1540. 1570.
2. *Nic. Ant.* Bibl. vet. Hisp. lib. III. cap. III. pag. 191.
3. Hist. litter. de la France, tom. II. pag. 338.
4. *Lambec.* Comment. cet. lib. III. pag. 96.
5. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 449.
6. *Assem.* Bibl. orient. tom. I. pag. 599.
7. *Phot.* Bibl. cod. XLVI. pag. 31.
8. *Garner.* Auctar. Differt. II. cap. VIII. §. III. pag. 254.
9. *Theodor.* opusc. II. §. VII. infra pag. 415. b.
10. *Id.* Dial. I. Ἀτρεπτ. pag. 33. b. tom. IV.
11. *Ebed.* Catal. apud Asseman. Bibl. orient. tom. III. pag. 40.
12. *Baluz.* Miscell. tom. IV. pagg. 1-8.

reddidit meliora Cotelerius [1]; cujus propterea emendationes subjiciendas curavimus. Testatum reliquit Lequienius [2], apud se exstitisse manu exaratam Theodoriti *declarationem de Trinitate & Incarnatione*, unde fortasse desumta fragmenta Baluziana. Alia tria sequuntur excerpta quæ Combefisius ex ms. codice Mazariniano hausit, ac Latine reddita suæ Bibliothecæ concionatoriæ intexuit, ut in notis subjectis monuimus. Eadem quidem exhibuit postea in suo Auctario Garnerius, sed mutila & decurtata. Nimirum excerptum I, ex Theodoriti *Pentalogio* apud Garnerium occurrit l. c. pag. 44. b, at ea desunt ibid. pag. 46. b, quæ infra in nostro edito ex Combefisio leguntur pag. 418. col. 2. b. c. Rursus in excerpto II. Garneriano ex lib. I. *de Incarnatione*, ea tantum videas pag. 43, §. *Ut summatim*, quæ in Combefisiano habentur §. I. infra

A pag. 420. a. b. reliqua vero desiderantur. Denique ab iis verbis excerpti III. *Nuncque adeo evangelista* cet. usque ad finem, in nostro exemplari pag. 422. col. 2. a. b. ea exstant quidem apud Garnerium: at superiora Combefisiana ibidem desiderantur.

V. Aliud porro Theodoriti fragmentum *de Elia & Vidua* refert & interpretatur Combefisius [3] ex Catena ms. card. Mazar. Corderiana, ubi perperam Gregorio Nazianzeno adscribitur. Verum illud prætermisimus: exstat enim inter Theodoriti Quæstiones in lib. III. Regum [4]. Epistolam quoque Theodoriti nomine inscriptam ad Joannem Antiochenum præteriimus, quam Cotelerius velut inedi-

B tum vulgavit illustravitque [5]: eam siquidem antea ediderat Allatius [6], & postea Baluzius [7] ac demum Garnerius [8].

CAPUT XIV.

DE

THEODOTO

EPISCOPO ANCYRANO.

I. THEODOTUS Ancyræ in Galatia episcopus, male Gennadio [9] & Honorio [10] *Theodorus* nuncupatus, inter annos Christi CCCCXXX. & CCCCXL. pietate ac doctrina potissimum claruit. *Sanctus* dicitur Sophronio Hierosolymitano, ὁ ἐν ἁγίοις Θεόδοτος, in synodica epistola apud Photium [11]. Quo tempore fervebat hæresis Nestoriana, Cyrillum Alexandrinum egregie adjuvit, eoque nomine ipsius συναγωνιστὴς fuit appellatus [12]. Multa idemtidem coram patribus Ephesinis interlocutus comperitur [13]: sed illa in primis notanda, quæ advenientibus Ephesum Romani pontificis legatis in Cælestini laudem est prælocutus [14]. In eo venerabili ducentorum patrum cœtu & quinto & septimo loco subscriptus legitur [15]. Præterea cum septem aliis ab eodem concilio delegatus perhibetur ad imperatores Theodosium & Valentinianum, quo adversus orientales Ephesinorum patrum caussam ageret [16]. Advertit Lequienius [17], anno CCCCXXXVIII. scripsisse Alexandria Cyrillum ad ipsum & ad Acacium Melitenensem ac Firmum Cæsariensem epistolam, qua consilium ab eis expetit, quid facto opus esset in caussa Theodori Mopsuesteni, quem orientales in sua synodo Antiochena minime damnandum declaraverant. Haud exstat quidem hæc epistola in Joannis Auberti editione operum Cyrillianorum: sed eam proferunt Binius [18] & Baluzius [19]; incipitque: *Latere tuam non oportuit sanctitatem*. Vide sis Fabricium [20]. Denique idem antistes Alexandrinus in Apologetico ad Theodosium

augustum [21], Theodotum nostrum & Acacium Melitenensem summis laudibus effert, eos appellans

C *episcopos sanctos optimumque in omnis virtutis genere testimonium habentes, divinarum quoque scripturarum peritissimos apprimeque gnaros*. Quibus verbis colloquium in primis respexit Cyrillus, quod Theodotus & Acacius habuere de fide catholica cum Nestorio, in concilii Ephesini actis relatum [22]. Quo autem anno ex hac vita decesserit Theodotus, haud est omnino exploratum. Supremum sane diem obierat dudum ante annum CCCCXLVI. quo Proclus Constantinopolitanus e vivis excessit, ut arguit laudatus Lequienius [23]. Nam Eusebius Theodoti successor, quum forte Constantinopoli ageret, se ordinatum a beato Proclo testatus est in concilio Chalcedonensi [24]: καὶ ἐχειροτονήθην παρὰ τοῦ μακαρίου Πρόκλου.

D II. Complura scripsit Theodotus, quorum indicium partim ex ipsius testimonio [25], partim ex actis Ephesinis [26], partim ex Epiphanio diacono in actis concilii Nicæni II. [27] ad nos usque pervenit. Aliunde tamen novimus, alia quoque nonnulla litteris consignasse Theodotum, præter ea quæ ex locis indicatis eruuntur. Quæcumque vero adhuc superant, diligenter collegimus atque heic sistimus; de quibus, prout eadem digessimus, paucis nunc agendum. Primum igitur *Expositionem* proferimus *in symbolum Nicænum*, diacono Epiphanio secundo loco memoratam, τὴν ἑρμηνείαν τὴν εἰς τὸ

1. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. III. pagg. 560. seq.
2. *Lequien.* Or. Christ. tom. II. pag. 932.
3. *Combef.* Bibl. conc. tom. II. pag. 633.
4. *Theodor.* opp. tom. I. pagg. 324. seq.
5. *Cotel.* Monum. eccl. Gr. tom. I. pagg. 48. 719.
6. *Allat.* Vind. syn. Ephes. pag. 137.
7. *Baluz.* Concil. tom. III. pag. 1699. edit. Ven-Labb.
8. *Garner.* Auctar. pag. 93.
9. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. LV.
10. *Honor. August.* de script. eccl. lib. II. cap. LIV.
11. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXI. pag. 890.
12. Conc. Nicæn. II. act. VI. pag. 1141. e. tom. VIII. Concil. edit. Ven-Labb.
13. Conc. Ephes. act. I. tom. III. Concil. pagg. 1000. b, 1008. d. 1037. e.
14. Ibid. act. II. pag. 1149. b.

E

15. Ibid. act. I. pag. 993. b. & 1077. d.
16. Ibid. act. VI. pag. 1313. d.
17. *Lequien.* Or. Christ. tom. I. pag. 464.
18. *Bin.* Concil. tom. II. part. II. pag. 70.
19. *Baluz.* Concil. app. pag. 917.
20. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 585.
21. Conc. Ephes. part. III. pag. 1560. c. tom. III. cit.
22. Ibid. act. I. pag. 1049. b.
23. *Lequien.* l. c.
24. Concil. Chalc. act. XVI. tom. IV. Concil. pag. 1756. a.
25. *Theodot.* Exposit. §. XXIV. infra pag. 439. c.
26. Conc. Ephes. part. III. Concil. tom. III. cit. pagg. 1512. 1529. & 1545.
27. Conc. Nicæn. II. act. VI. Concil. tom. VIII. pagg. 1144. c. d. & 1498. d.

σύμβολον τῶν ἐν Νικαίᾳ ἁγίων πατέρων. Quam quidem Expoſitionem ex vetuſto ms. codice bibliothecæ Barberinæ primus deſcripſit ac Latine reddidit Lucas Holſtenius, qui utrumque contextum erudita ejus manu invicem comparatum, nota conſignavit anni CIↃIↃCXXXI. [1]. Prodiit autem hujuſmodi opuſculum Romæ anno *1669*. Clementi IX. pontifici maximo nuncupatum ab eminentiſſimo Franciſco cardinali Barberino: illudque deinceps Franciſcus Combefiſius cum nova verſione ac notis, ſubjuncta quoque Germani patriarchæ Conſtantinopolitani homilia in ſanctæ Mariæ dormitionem, iterum edidit Pariſiis anno *1675*. 8. Hanc vero editionem Combefiſianam, quam ne Tillemontius quidem vidit [2], licet nobis ſummo ſtudio conquiſitam, haud tamen acquirere licuit: adeoque Romanam alicubi recenſitam nonnulliſque notulis ſubjectis prelo commiſimus. Conjicit Fabricius [3], opus inſcripſiſſe Theodotum Lauſo, quem in fine blande compellat [4] his verbis uſus, *φιλὴ κεφαλὴ*, quemque præterea initio a pietate ac fidei conſtantia plurimum commendat: Lauſo inquam illi, cui noſter præſul Ancyranus nuncupavit *libros ſex contra Neſtorium* nunc deperditos, ut auctor eſt Epiphanius l. c.

III. Celebrato jam concilio Epheſino, adeoque Neſtorio depoſito, adverſus hunc hæreſiarcham ſcriptum hujuſmodi opus arguitur ex variis locis infra indicatis [5]; ubi Theodotus Neſtorium ipſum, etiam nomine tenus, aggreditur: niſi forte quis malit eidem operi manum admoviſſe Theodotum, dum adhuc patres in concilio coacti manebant. Sic enim ſcribit [6]: *Principium ergo fidei de unigenito, hæc patrum expoſitio eſt. Quum enim de unigenito diſquiſitio ab ipſis inſtitueretur, quod tunc temporis Arrius, uti* NUNC NESTORIUS; ——— *idcirco congregati tunc temporis patres*, UT ET NUNC cet. *καὶ τότε, καθάπερ. καὶ νῦν*. (Sic enim heic legendum, ut infra in erratis advertimus.) Sed illud potiſſimum in hoc libello attendendum, quod in eo ſe animadvertiſſe putat cl. Lequienius ſic inquiens [7]: „ Theodotus in ſua Expoſitione adverſus Neſtorium, Eutychi hæretico quadamtenus præluſiſſe videtur, diverſas duas in Chriſto abnegando naturas, *οὐκ οὐσίας διαφόρους* [8]. „ Hæc ille. Gravi ſane cenſura notatus heic præſul Ancyranus. At vero, quo pacto demum Eutychi præluſiſſe exiſtimandus Theodotus, qui, ut legimus apud Photium [9], in epiſtola ſynodica Sophronii Hieroſolymitani recenſetur inter præcipuos ſanctos patres, *quorum teſtimonia duplicem in Chriſto Deo noſtro operationem prædicarunt*? Quo pacto, inquam, duas in Chriſto naturas abnegaſſe dicendus Theodotus, qui eas contra in hoc ipſomet opuſculo palam agnoſcit his verbis [10]? ΟΥΚΕΤΙ *οὖν μετὰ τὴν ἕνωσιν Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον* ΔΥΟ ΠΡΑΓΜΑΤΑ *νοήσαντες οἱ πατέρες, εἰκότως Ἰησοῦν λέγοντες, τὸν Θεὸν λόγον σημαίνουσι, καὶ κατὰ τοῦ Θεολόγου φράζοντες, λόγον τὸν ὁρώμενον, Ἰησοῦν ἑρμηνεύουσιν*· ΟΥ ΤΑΣ ΦΥΣΕΙΣ ΣΥΓΧΕΟΝΤΕΣ, *ἀλλὰ δηλοῦντες τὴν* A *ἕνωσιν*, *Patres igitur poſt unionem Dei ad hominem*, NON JAM AMPLIUS DUAS RES *intelligentes, merito quum Jeſum dicunt, Deum Verbum deſignant; & ſecundum Theologum loquentes, Verbum quod oculis videbatur, Jeſum interpretantur*: NON CONFUNDENTES NATURAS, *ſed unionem oſtendentes*. Ecce tibi Theodotum ſanctis patribus adhærentem *non confundentibus naturas*, adeoque duas & ipſum naturas in Chriſto profitentem. At enim idem Theodotus paullo ante in Chriſto *οὐκ οὐσίας διαφόρους* admittebat. Audio. Quid tum poſtea? An vero ſui ſtatim oblitus, contraria paucis interpoſitis ſcripſerit Ancyræ antiſtes; ut quod ibi modo negarit, heic mox aſſeruerit? Haud eſt ſane, B quod quiſquam id jure cenſeat. Locus itaque ſuperius objectus, non jam eo ſenſu quo Lequienius, accipiendus videtur; ſed eo utique quo in poſteriore ſententia ipſe Theodotus dixit, *οὐκέτι δύο πράγματα*: id eſt, *non jam amplius duas res* diverſas ac diſtinctas, ſive duas perſonas in Chriſto eſſe intelligendas: Neſtorium nimirum oppugnans; qui, ut verbis utar Petavii [11]. quartum in Trinitatem invehere ſtudens, duos re ipſa ſeparatos ac disjunctos a ſe mutuo, hoc eſt, perſonas duas, in Chriſto clam & ſubdole agnoſcebat. Jam vero & ipſe quidem Tillemontius in Lequienii ſententiam præiverat [12]: at libello attentius perlecto, immerito eo nomine carpi Theodotum probe intellexit. Qua- C propter ampliſſimus cardinalis Barberinus de hujuſmodi Theodoti opere verba faciens, illud eſſe *apprime theologicum, ſinceriſſime orthodoxum, valde laudatum veteribus*, jure optimo pronuntiaſſe intelligitur [13].

IV. Expoſitionem in ſymbolum Nicænum excipiunt homiliæ ſex, quarum tres priores ex actis concilii Epheſini deſumſimus [14]. Harum prima & ſecunda *in diem natalem Salvatoris* habitæ, atque in eodem concilio lectæ fuiſſe feruntur. Et prima quidem in hæreſi Neſtoriana oppugnanda tota verſatur. Secunda vero cujus etiam meminit Epiphanius diaconus in actis concilii Nicæni II. [15], Pho- D tini ſimul errores evertit. Quæ eſt autem ordine tertia, Epheſi contra Neſtorium habita dicitur *in die ſancti Joannis evangeliſtæ*. De his porro tribus homiliis adeas, ſi lubet, Tillemontium [16]. Quod vero attinet ad homiliam quartam, illam quidem inter Amphilochii opera ex codice Sirmondiano ediderat Combefiſius [17]: ſed ſubdubitans. De ea enim hæc habet [18]: „ Eſt illa ſatis quidem erudita; ſtilo tamen minus forte Amphilochiano, excepta etiam ætate: nam pugnat contra Neſtorium, quem ex nomine *δυσώνυμον* appellat [19]: quomodo vir ſanctus modeſtuſque, vix ante exauctorationem quam ipſe non vidit, ſedente Iconii Valeriano & Epheſinis patribus exauctorantibus confidente, præſertim E ſede illa elatum, appellare præſumſerit. „ Ita Combefiſius: qui tamen deinceps melius edoctus, permotuſque tam fide ms. codicis Mazariniani, tum maxime auctoritate ſancti Nicephori, qui tamquam indubitatum Theodoti monumentum eamdem ho-

1. Ex monit. ad lector. edit. Rom.
2. *Tillem.* tom. XIV. pag. 232. not. 1.
3. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. IX. pag. 270. num. IV.
4. *Theodor.* Expoſit. §. XXIV. infra pag. 439. c.
5. *Id.* ibid. §. IV. infra pag. 430. b. §. X. ibid. e. §. XIII. pag. 432. b. §. XVII. pag. 435. b.
6. *Id.* ibid. §. IX. infra pag. 430. b.
7. *Lequien.* l. c.
8. *Theodot.* Expoſit. §. X. infra pag. 431. a.
9. *Phot.* Bibl. cod. CCXXXI. pag. 890.
10. *Theodot.* Expoſit. §. XIII. infra pag. 432. c.
11. *Petav.* de Incarn. lib. V. cap. X. §. III.
12. *Tillem.* tom. XIV. pag. 293.
13. In nuncup. ad Clem. IX. pag. 4. edit. Rom.
14. Conc. Epheſ. part. III. pagg. 1512-1528. 1529-1541. & 1545-1549. tom. III. Concil. edit. Ven-Labb.
15. Conc. Nicæn. II. act. VI. pag. 1144. d. tom. VIII. Concil.
16. *Tillem.* tom. XIV. pagg. 453. ſeq.
17. *Amphil.* opp. pagg. 36. ſeqq.
18. *Combefiſ.* ad Amphil. pag. 243.
19. *Theodot.* homil. IV. §. VII. infra pag. 462. d.

miliam citat in Antirrheticis, illam demum Theodoto variis in locis asseruit [1], præcipue vero in notis ad orationem IV. sancti Procli Constantinopolitani episcopi [2]. Eam itaque in Theodoti homiliarum censum admittentes, ex Amphilochio Combefisiano descripsimus, & adnotationes editoris eidem subdidimus. Reliquas denique duas homilias, quarum altera *in Domini nostri Jesu Christi natalem*, altera *in sanctam Mariam Dei genitricem & in sanctam Christi nativitatem* inscribuntur, eruit ex mss. codicibus bibliothecæ Mazarinianæ laudatus Combefisius, ac Latine tantum intexuit suæ Bibliothecæ concionatoriæ [3], unde sumus eas mutuati. Ceterum heic sub finem Romani editoris cui Expositionem in Symbolum Nicænum acceptam referimus, de Theodoti sive stilo sive disputandi ra-
A tione judicium describere placet: „ Istarum omnium orationum, inquit, uti & hujus (Expositionis) quam damus, stilus purus est; sensa sublimia, sed clare proposita; modus disputandi argutus & pressus, sed disertus; argumenta ex locis vere theologicis scripturæ ac conciliorum efficacissime deducta: sic tamen ut acrimoniam certaminis, lenis quædam placiditas suavissime condiat, æstibusque iræ quamvis justæ in detestabiles hæresum auctores, oleum quasi quoddam semper innatet christianæ ac paternæ caritatis: quæ omnia quum legenti cuilibet palam appareant, comminisci equidem nequeo unde Sixtus Senensis hauserit, quod affirmat de hoc nostro Theodoto [4], *dialectico illum more & valde ob-*
B *scure scribere*. Vide tu ipse, lector, & judica. „

CAPUT XV.

DE
FASTIDIO
BRITANNORUM EPISCOPO.

I. QUo tempore claruere Cyrillus Alexandrinus ac Theodotus Ancyranus, floruisse quoque FASTIDIUM *Britannorum episcopum* ex Gennadio intelligimus, qui medium inter eos hunc scriptorem recenset [5]. Episcopi titulum Fastidio detrahunt viri doctissimi [6], quos item Pagius est secutus [7]; permoti scilicet auctoritate vetusti Gennadii exemplaris Corbejensis, in quo legitur tantum, *Fastidius Britto*, neque a prima manu adscriptum habet eumdem titulum, sed additum post vocem *Britto* calamo recentiore. At uno excepto Corbejensi, reliqui codices quos inter eo multo præstantior Veronensis, ut fuse probant eruditi viri [8], aliique duo pervetusti bibliothecæ Lambethanæ Warthono laudati [9], vulgatam Gennadii lectionem præ se ferunt: neque aliter in suo codice legisse comperitur Honorius Augustodunensis [10] Gennadium exscribens: ut propterea præter citatos Ballerinios & Warthonum, Usserius quoque [11] ac Norisius [12], quibus accedere videtur & Tillemontius [13], Fastidii episcopatum agnoscant, licet ejus sedes habeatur incerta.

II. Testatur Gennadius [14], scripsisse Fastidium *ad Fatalem de vita Christiana librum, & alium de viduitate servanda, sana & digna doctrina*: ut fert codex Corbejensis. In editis Gennadianis legitur *ad Fatalem quemdam*, errore forte sive ipsius Gennadii, sive potius librarii: nam liber de quo mox dicturi sumus, ad viduam quamdam missus esse perhibetur, quam *dilectissimam sororem* auctor appellat [15]. Hinc vero abs re ansam arripuisse Pagium [16] Fastidio abjudicandi librum de quo Gennadius, recte arguunt viri eruditi quos modo laudavimus [17]. Errasse quoque Gennadium statuit Possinus [18] cum aliis, qui ex uno libro duos fecit:
C quod enim sub opusculi finem differit auctor *de triplici viduitate* [19] haud novus tractatus, sed libri *de vita Christiana* clausula est. Hic porro libellus qui jam dudum inter opera sancto Augustino supposita sæpius prodierat, parenti suo tandem Lucæ Holstenii studio est restitutus. Nactus enim vir ille doctus vetustum exemplar in monasterio Cassinensi *Fastidii episcopi* nomine insignitum, opus descripsit ac editioni paratum reliquit: illudque deinceps cum duobus aliis opusculis ex museo Holsteniano Romæ in lucem emisit anno 1663. Petrus Possinus. Quod quidem opus denuo expolitum & cum veteribus codicibus, Corbejensi, Remigiano, Michaelino, Victorino ac duobus Sorbonicis, nec non cum Holstenii editione Romana collatum, e-
D vulgarunt clarissimi operum Augustinianorum editores Parisienses [20]. Atque hujusmodi præclarum exemplar typis exprimendum tradidimus. Verum ne muneri nostro penitus deesse videremur, illud iterum cum edito Holsteniano comparavimus: qua ex collatione nonnullas deteximus lectiones quibus fortasse planior scriptoris textus reddatur, easque proinde subnotare libuit.

III. At vero haud est plane prætereundum, quod jam pridem monuere viri doctissimi: Fastidium scilicet Pelagii conterranei sui hæresi fuisse addictum; adeoque nihil mirum de eo tradidisse Gennadium, fuisse ipsum imbutum *sana & digna do-*
E *ctrina*: presbyterum enim illum Massiliensem divinæ gratiæ inimicis favisse incompertum nemini.

1. *Combefis.* in recens. auctorib. ad tom. I. Bibl. concion. pagg. 3. & 45. & ibid. pag. 475. not. margin.
2. *Procl.* Orat. IV. infra pag. 626. not. *.
3. *Combefis.* Bibl. conc. tom. I. pagg. 111. & 199.
4. *Sixt. Sen.* lib. IV. Bibl. sanct. pag. 329. edit. Colon. ann. 1575.
5. *Gennad.* de Vir. illustr. cap. LVI.
6. *BB.* in Append. ad tom. VI. opp. S. Aug. pag. 183.
7. *Pagi.* ad ann. 430. §. XXIX.
8. *Baller.* Observ. ad opp. Noris. tom. IV. pagg. 884. a. & 923-926.
9. *Warth.* Hist. de episc. & decan. Londin. pag. 6.
10. *Honor. Aug.* lib. II. de script. eccl. cap. LV.
11. *Usser.* Britann. eccles. antiqq. cap. XI. pag. 171. edit. sec. Londin. 1687.
12. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XIX. opp. tom. I. pag. 194. c. d.
13. *Tillem.* tom. XV. pagg. 16. & 18. init. ac pag. 857. not. IV. sur S. Germain.
14. *Gennad.* l. c.
15. *Fastid.* præfat. de vit. Christ. infra pag. 481. e.
16. *Pagi.* l. c.
17. *Baller.* l. c.
18. *Possin.* in Monit. ad Fastid. edit. Rom.
19. *Fastid.* l. c. cap. XV. infra pag. 488. e.
20. In Append. ad tom. VI. opp. Aug. pagg. 183-192.

Qua de re amplissimum historiæ Pelagianæ conditorem [1] & qui ejus opera junctim edenda curarunt [2], nec non historiæ litterariæ Gallicæ auctores [3] præ ceteris consulas velim. Sed ut in viam redeamus, Fastidius de Adamo hæc habet [4]: *In quo nihil fuisse incredulitatis invenio præter solam inobedientiam, cujus caussa ille damnatus est, & omnes suo damnantur* EXEMPLO. Hæc vero ipsa est Pelagii hæresis ita docentis, ut ait sanctus Prosper [5]:

Progenitos igitur nullum traxisse reatum
De patribus, nec dissimiles nunc nascier illo
Ortu primorum, qui libertate male usi
Peccarunt, FORMA *nocui*, NON SEMINE *proli*.

Et clarius adhuc auctor incertus epistolæ ad Demetriadem [6]: *Hinc*, inquit, *Adæ peccatum*, EXEMPLO *posteris asserebatur nocuisse*, NON TRANSITU. Quem quidem Pelagianum errorem passim exagitat sanctus Augustinus [7]. Præterea suæ viduæ ista suggerit noster auctor [8]: *Ille autem ad Deum merito extollit manus, ille preces bona conscientia fundit qui potest dicere, Tu nosti Domine, quam sanctæ, quam innocentes, quam puræ sint ab omni fraude & injuria & rapina, quas ad te expando manus; quam justa, quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi, ut mihi miserearis, preces fundo*. Hæc porro sunt ipsissima Pelagii verba, quibus viduam Julianam Demetriadis matrem docebat, quemadmodum sancti orare debeant. Ea recitat sanctus Augustinus [9], aitque in Diospolitana synodo Pelagio fuisse objecta. Eadem quoque refert sanctus Hieronymus [10]; quibus in medium adductis, statim exclamat: *Christiani est hæc, an Pharisæi superbientis oratio?* Alia insuper minus recte pronuntiata notat in hoc Fastidii opusculo Tillemontius [11]. „ Quare, ut cum Norisio loquar [12], quum Fastidius hic dicto libro *de vita Christiana* impias Pelagii sententias exscriptas inseruerit, Pelagiana illum loligine aspersum non dubito: indeque suspicio crescit, quod Pelagius Britanniam patriam infecit, lateque ea pestis universam insulam pervagata fuit. Unde anno CCCCXXIX. a concilio Gallicano legati contra Pelagianos in Britanniam missi sunt. „

CAPUT XVI.

DE

CAPREOLO

EPISCOPO CARTHAGINIENSI.

I. CAPREOLUS, *gloriosus pontifex & memorabilis doctor Carthaginiensis ecclesiæ*, ut eum vocat Ferrandus ejusdem ecclesiæ diaconus [13], in ea sede successit beato Aurelio qui ad Deum migrasse dignoscitur sive anno CCCCXXIX. sive ut maxime CCCCXXX. quemadmodum ex Norisio [14] quem sequuntur Pagius [15] ac Tillemontius [16], erudimur. Tres ab eo epistolæ scriptæ narrantur apud veteres, quarum primæ scribendæ hujusmodi fuisse perhibetur occasio. Theodosius junior sacram miserat ad Cyrillum Alexandrinum atque ad episcopos metropolitanos provinciarum pro celebrando concilio Ephesino. Quæ quidem Theodosii litteræ datæ feruntur [17] XIII. Kal. Decembris Theodosio XIII. & Valentiniano III. coss. id est anno Christi CCCCXXX. Eodem tempore *scripsit imperator sacram*, inquit Liberatus [18], *& beato Augustino Hipponiregiensi episcopo per Ebagnium magistrianum, ut ipse concilio præstaret sui præsentiam. Qui Ebagnius veniens Carthaginem magnam, audivit a Capreolo ipsius urbis antistite, beatum Augustinum ex hoc mundo migrasse ad Dominum; acceptisque ab eo ad imperatorem litteris loquentibus de obitu beati Augustini, Constantinopolim unde venerat, rediit*. Hæc Liberatus. At vero Ebagnius e regia urbe discedens desinente anno CCCCXXX. Carthaginem pervenit anno insequente CCCCXXXI. *in diebus paschæ*, teste ipso Capreolo in litteris ad synodum Ephesinam [19], octavo fere mense postquam sanctus Augustinus e vivis excesserat. Ceterum haud superest epistola, qua sacræ divali Theodosianæ respondit Capreolus; si unum excipias fragmentum, quod ex Ferrando huc referre operæ pretium fuerit. Est autem hujusmodi [20]: *Nihil in divinis humanisque actibus, nihil tam in sacris quam in publicis rebus obtinere ullam poterit firmitatem, si ea quæ debito sententiæ judicialis fine clauduntur, post annorum spatia & quælibet volumina sæculorum, tamquam in emendatione patrum velut instructior præsumat emendare posteritas*. In eamdem sententiam loquitur Capreolus in altera epistola, de qua statim dicendum.

II. Litteris itaque imperatoris, *licet ad Augustinum præcipue destinatis* [21], permotus noster Carthaginiensis antistes, *propter impetus Vandalorum Africanas regiones obsidentium, universale non valens congregare concilium, Bessulam diaconum suum misit Ephesum ad concilium legatum*. Verba sunt Liberati [22]. Hujusce legationis ad concilium Ephesinum meminit ipse Capreolus in epistola Vitali &

1. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. XVI. opp. tom. I. pagg. 462. seq.
2. *Baller.* ad Noris. opp. tom. IV. pagg. 923. seqq.
3. Hist. litter. de la France, tom. II. pagg. 633. seqq.
4. *Fastid.* de Vit. Christ. cap. XIII. infra pag. 487. b.
5. *Prosp.* Carm. de ingrat. sub init. opp. tom. I. pag. 71. nov. edit.
6. Ibid. in append. Epist. ad Demetr. cap. X. pag. 527.
7. *Aug.* de nat. & grat. cap. IX. opp. tom. X. pag. 131. c. & alibi.
8. *Fastid.* l. c. cap. XI. infra pag. 486. e.
9. *Aug.* lib. de gest. Pelag. cap. VI. num. 16. opp. tom. X. pag. 200. c. d.
10. *Hieron.* lib. III. Dialog. contr. Pelag. num. 14. opp. tom. II. pag. 784. c. edit. Veron.
11. *Tillem.* tom. XV. pag. 17.
12. *Noris.* Hist. Pelag. lib. I. cap. XIX. opp. tom. I. pag. 195. b.
13. *Ferrand.* epist. ad Pelag. & Anatol. §. VI. bibl. PP. Lugd. tom. IX. pag. 516. d. e.
14. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. VIII. opp. tom. I. pag. 355. c. d.
15. *Pagi.* ad ann. 430. §. XXVI.
16. *Tillem.* tom. XVI. pag. 495.
17. Conc. Ephes. part. I. cap. XXXI. pag. 985. tom. III. Concil. edit. Ven.-Labb.
18. *Liberat.* Breviar. cap. V. pag. 17. edit. Garner.
19. *Capreol.* epist. ad conc. Ephes. infra pag. 490. c.
20. *Ferrand.* l. c. pag. 516. d.
21. *Capreol.* epist. ad conc. Ephes. l. c. pag. 490. b.
22. *Liberat.* l. c. pag. 18.

Conſtantio inſcripta [1], de qua mox verba facturi ſumus. Quas vero pro Africanorum legatione litteras tradidit diacono ſuo ad idem concilium perferendas, exſtant hæ in actis Epheſinis, unde illas depromſimus [2]: in quibus & miſerrimum ſtatum eccleſiæ Africanæ ob Vandalorum incurſionem lamentabili narratione deſcribit. Ex iis autem litteris quas Epheſum Capreolus direxit, excerptum profert Ferrandus [3], verbis tamen nonnihil immutatis. Locum in notulis ſubjectis habes infra indicatum [4]. Illud porro haud eſt heic prætereundum, quod de iiſdem litteris obſervat Vincentius Lirinenſis his verbis [5]: *Quum lecta eſſet*, inquit, *ſancti Capreoli epiſcopi Carthaginienſis epiſtola, qui nihil aliud intendebat & precabatur niſi ut, expugnata novitate, antiquitas defenderetur; ita epiſcopus Cyrillus prolocutus eſt & definivit: quod heic quoque interponere non abs re videtur. Ait enim in fine geſtorum*: „ Et hæc, *inquit*, quæ lecta eſt „ epiſtola venerandi & multum religioſi epiſcopi „ Carthaginienſis Capreoli fidei geſtorum inſere„ tur * cujus aperta ſententia eſt. Vult enim an„ tiquæ fidei dogmata confirmari, novitia vero & „ ſuperflue adinventa & impie promulgata repro„ bari atque damnari. Omnes epiſcopi adclamave„ runt: Hæ omnium voces ſunt, hæc omnes di„ cimus, hoc omnium votum eſt. „ Huc uſque Vincentius. Quæ quidem verba ex actis Epheſinis epiſtolæ Capreoli ſubdidimus. Quum autem ipſa epiſtola Latine ſcripta & poſtea Græce reddita, utraque lingua in eodem concilio recitata fuerit, ut ejus acta perhibent [6]; utrumque propterea contextum exhibuimus.

III. Vix dum celebratum erat concilium Epheſinum, ut videtur, quum Vitalis & Conſtantius ſeu potius Tonantius, Hiſpani, miſſa per Numinianum ad Capreolum epiſtola *de una Chriſti Dei & hominis perſona adverſus Neſtorium*, ab eo enixe petierunt, ut hac de re [7] *quod rectum habet fides catholica*, edocerentur. Eorum petitioni ſtatim annuit præſul Carthaginienſis, atque ad eos prolixum & do-

A ctiſſimum reſcriptum direxit, quo ſe re vera *ſublimem theologum* prodidit, ut eum appellat magnus annalium eccleſiaſticorum parens [8]. Ejus enimvero ſapientiæ celebritas adeo longe lateque ſe ſe diffuderat, ut ab ultima Hiſpania viri modo laudati ad ipſum ſcripſerint in hæc verba [9]: *Illud ſane multum deſiderii noſtri fuit, ſcribere ſanctæ honorificentiæ tuæ per dulciſſimum fratrem noſtrum Numinianum. Reperit enim parvitas noſtra præcellentem famam & doctrinam tuæ ſanctitatis . . . . ut propterea de bono theſauro cordis tui noſtris viſceribus inrigari jubeas, quæ fides catholica recta tenet*. Ejuſmodi vero Capreoli reſcriptum ex Pithœi ſchedis mutilum edidit Baronius [10]: ſed integrum ex
B codice Herivallenſi vulgavit Sirmondus una cum epiſtola Hiſpanorum, cujus occaſione datum illud fuit, inter *opuſcula dogmatica* quæ Pariſiis in lucem emiſit anno 1630. Non longe autem poſt damnatum Neſtorium in ſynodo Epheſina, ut modo innuimus, hanc epiſtolam ſcripſiſſe Capreolum, ex his ipſius verbis intelligimus [11]: *Jam enim*, inquit, *quod etiam ad veſtram notitiam perveniſſe non dubito, intra orientis partes ubi primum peſtis iſta ſurrexit, congregata glorioſa ſynodo ſacerdotum, cui etiam legatio noſtra non defuit, in veſtibulo cum ſuo auctore atque adſertore compreſſa & radio apoſtolicæ lucis exſtincta eſt*. Porro quo tempore e vivis exceſſerit noſter pontifex Carthaginienſis, haud plane
C liquet. Fortaſſe paullo ante annum ccccxxxix. quo Carthaginem Vandali occuparunt. Ei ſucceſſit in epiſcopatu Quodvultdeus, non autem Deogratias, ut aliud agens ſcripſit Pagius [12]: quem ſcilicet ſedem Carthaginienſem obtinuiſſe poſt Quodvultdeum, cum ex Victore Tunnonenſi [13], tum vero ex Victore Vitenſi [14] conſtat. Verum ad Victoris Tunnonenſis locum quod attinet, conſulas velim Ruinartium [15]. Capreoli nomen cum *ſancti* titulo memoria . . . . . . *Kal. Aguſti* recolitur in veteri Carthaginienſis eccleſiæ Kalendario [16]: quod quidem obſervandum, ait laudatus Ruinartius [17]; quum non omnes alii antiſtites Carthaginienſes in iſto Kalen-
D dario deſignati, hac ſanctitatis nota honorentur.

C A P U T XVII.

D E

F I R M O

EPISCOPO CÆSAREÆ IN CAPPADOCIA.

I. POſt Helladium ſancti Baſilii ſucceſſorem, ſedem Cæſarienſem in Cappadocia obtinuere Pharetrius & Archelaus, clariſſimo Muratorio incomperti [18]. Et prioris quidem meminit ſanctus Joannes Chryſoſtomus [19], poſterioris vero Photius [20]; ut auctor eſt vir doctus [21]. Archelao itaque in ec-
E cleſiæ Cæſarienſis regimine ſucceſſit FIRMUS, de quo nobis ſermo. Floruit potiſſimum hic præſul hæreſis Neſtorianæ tempeſtate, ejuſque nomen celebre habetur in actis concilii Epheſini, cujus decretis modo quarto, modo ſexto loco ſubſcripſiſſe perhibetur [22]. In adventu legatorum Cæleſtini papæ

1. *Capreol.* epiſt. ad Vital. & Conſtant. ſ. I. infra pag. 493. b.
2. Conc. Epheſ. act. I. pag. 1073. tom. III. cit.
3. *Ferrand.* l. c.
4. Infra pag. 491. a. not. 2.
5. *Vincent. Lirin.* Common. II. §. xxxi. pag. 367. edit. III. Baluz. Pariſ. 1684.
* Leg. *inſeratur*. Gr. ἐμφερέσθω. Ex tom. III. concil. pag. 1957. a. infra pag. 491. c.
6. Conc. Epheſ. l. c. pag. 1073. c.
7. Infra pag. 492. b.
8. *Baron.* ad ann. 431. §. xxvii.
9. Infra pag. 492. a.
10. *Baron.* ad ann. 431. §§. xxviii - xxxv.
11. *Capreol.* epiſt. ad Vital. & Conſtant. §. I. infra pag. 493. b.
12. *Pagi.* ad ann. 431. §. xiii.
13. *Vict. Tun.* Chron. pag. 2. apud Scalig. in Theſ. temp. edit. Amſt. 1658.
14. *Vict. Vit.* Hiſt. perſ. Vandal. lib. I. capp. v. viii. & lib. II. cap. III.
15. *Ruinart.* ad Vict. Vit. Hiſt. perſec. Vand. part. II. cap. viii. pag. 495. edit. Pariſ. 1694.
16. *Mabillon.* Analect. pag. 164. not. d. edit. Pariſ. 1723.
17. *Ruinart.* l. c. cap. III. pag. 429.
18. *Murat.* Anecdot. Græc. pag. 278.
19. *Joan. Chryſ.* epiſt. xiv. ad Olymp. & cciv. ad Pæan. opp. tom. III. pagg. 595. b. & 714. b. edit. nov. Pariſ.
20. *Phot.* Bibl. cod. 52. pag. 40. ſub fin. edit. Genev. 1612.
21. *Lequien.* Or. Chriſt. tom. I. pag. 374. a. b.
22. Conc. Epheſ. act. I. pag. 993. b. & 1077. d. tom. III. Concil. edit. Ven - Labb.

ad idem concilium, de iis quæ in illo essent acta A ex præscripto litterarum ejusdem Romani pontificis, noster Cæsariensis episcopus eos reddidit certiores [1]. Post hæc ipsum a patribus Ephesinis cum sex aliis episcopis delegatum novimus, ut fidei caussam ageret apud Theodosium augustum [2]. Qua de re vide sis Tillemontium [3]. Eapropter sive ob hanc legationem, sive ob alia præclara virtutis & constantiæ specimina quæ adversus Nestorium edidit hic Cæsariensis antistes, deinceps Tarsensi orientalium conventu cui præerat Joannes Antiochenus, depositus fuisse, licet irrito conatu, comperitur. Hæc aliaque passum esse nostrum præsulem acerrimum fidei propugnatorem ab hæreticæ pravitatis patronis, testes adsunt aliquot epistolæ inter eas B complures, quas primus edidit Christianus Lupus [4], deinde Garnerius [5], postremo emendatiores Baluzius; ex cujus propterea *Synodico adversus Tragœdiam Irenæi* Nestoriani easdem heic subtus adnotamus [6].

II. At vero quamvis adversus Firmum adeo infenso animo essent orientales vel maxime post damnatum Nestorium, ante tamen quam celebraretur synodus Ephesina, plura in ejus laudem ad ipsum scripserat Joannes ille Antiochenus cujus modo meminimus, hisce verbis [7]: *Affectus quidem*, ait, *qui secundum Deum est, tempore nescit exstingui, nec potest quomodocumque corrumpi. Unde tuæ* C *religiositatis memores permanemus, qui parvo quidem tempore in Constantinopoli tuis amicitiis fovebamur, virtutis vero tuæ experimentum tempore prolixiori sumsimus. Præter alios enim in cohabitationibus es suavis, & videntibus te humilitatem cum suavitate præstas. Dum vero humilitatem sectaris, excelsas habes cogitationes. Sed de his quidem hactenus habes, & dictum sit: excedit enim stili epistolaris mensuram virtutum tuarum dinumeratio.* Hæc vere quidem, sed subdole, ad Firmum præsul Antiochenus, ut ex reliquo epistolæ contextu intelligimus: quo videlicet ejus animum deliniret, atque ad Nestorii patrocinium suscipiendum alliceret. Verum nullis blanditiis interceptus nullisque D actus versutiis noster antistes, in catholicæ fidei defensione imperterritus & immobilis constitit. Alia in promtu habemus, quæ de Firmo ejusque præclaris gestis adhuc dicenda superessent: at, quum non sint hujus loci, aliunde repetenda dimittimus. Supremum diem obiit hic Cæsariensis præsul, ut ex Socrate erudimur [8], quum Theodosius junior imperator decimum septimum consulatum gereret, *περὶ τὴν ἑπτακαιδεκάτην ὑπατείαν τοῦ βασιλέως*, id est, anno CCCCXXXIX. quo quidem tempore Proclus Constantinopoli Thalassium ejus successorem ordinavit.

III. Quod vero spectat ad Firmi litterarum E monimenta, dolendum enimvero, nobis erepta esse quæ tantus vir pro sui muneris ratione ad ecclesiæ doctrinam propugnandam confirmandamque scriptis procul dubio consignarit. Nunc tantum ejus epistolis XLV. fruimur, quarum lectione comperimus, inquit vir eruditus [9], Firmum ut litterarum Christianarum, ita & sæcularium scientia claruisse. Has vero epistolas ex vetusto codice bibliothecæ Ambrosianæ descriptas ac Latine redditas notisque illustratas, Patavii evulgavit hoc sæculo ineunte V. C. Ludovicus Antonius Muratorius [10]. De quibus in prolegomenis hæc habet: „ Firmum episcopum Cæsariensem in eorum fastos qui aliqua eruditionis suæ monimenta posteris mandarint, primus, quod sciam, infero. En ejus Epistolæ XLV. non multo quidem rerum pondere, sed familiari elegantia commendabiles. Brevitas in eis præstat ac eruditio, prout argumentum & eorum temporum consuetudo poscebat. Quodque non parvi faciendum, heic saltem legere licet, qui mores, quæ officia inter familiares olim essent, nostris sane perquam similia. Conscriptas pari brevitate epistolas familiares apud alios Græcos scriptores invenias, quales sanctus Gregorius Nazianzenus, sanctus Isidorus Pelusiota, sanctus Nilus, ut reliquos omittam. „ Hæc vir doctissimus, cujus editionem ad amussim expressimus. Nomina vero eorum ad quos scripsit Firmus, prout ea digessit Fabricius [11], heic subjicimus.

ACACIUS episcopus. Epist. XIX. XXXV.
ACHILLES. I.
ALYPIUS chorepiscopus. V.
ARMENIUS archiater. VIII.
ATTICUS episcopus. XIII.
AUSONIUS presbyter. XI.
CHILO episcopus. XXIV.
COLOSSIANUS. XVIII.
CYNEGIUS comes. IV.
CYRILLUS episcopus (Alex.) XXXVI.
CYTHERIUS sophista. II.
DANIEL episcopus. XLII.
DIDNIUS. VII.
DOMETIANUS. XXXIII.
ECDICIUS. XXXII.
EVANDRIUS episcopus. XV. XXXIV.
ELEUSINIUS. XXXI.
EUPNIUS. XL.
EUSTRATHIUS. XXXIX. Comes. III.
EUTHERIUS. XXIII.
FLORENTIUS. XXIX.
GERONTIUS presbyter. X.
GESSIUS scholasticus. VI.
HELIO. XXVIII.
HELLADIUS. XII. XXVI. Episcopus. XLI.
INACHIUS. XLIII. & XLIV. nisi posterior potius responsoria sit ad priorem; itaque ab Inachio ad Firmum, non a Firmo ad Inachium scripta.
ISIDORUS. XXX. Hunc non diversum suspicor a Pelusiota.
LAUSUS. IX. XX. * Idem forte cum eo, cui Theodotus Ancyranus *libros sex contra Nestorium* inscripsit: ut superius diximus cap. XIV. ubi *de Theodoto Ancyrano* verba fecimus.
LEONTIUS episcopus. XXXVI.
OLYMPIUS. XXVII. Hujus prudentiam eloquentiamque qua Themistoclem ac Periclem superet, laudat Firmus epistola XIII. ad Atticum episcopum.
PERGAMUS chorepiscopus. XLV.
PLIETHAS, Πλιήθας. XXI.
SOTERICHUS. XVII.
THALASSIUS. XVI. * Firmi forte in episcopatu successor.
THEODOTUS episcopus. XXII. * Forte Ancyranus.
VALERIUS episcopus. XXXVIII.
VOLUSIANUS. XXV.

1. Conc. Ephes. act. II. pag. 1148. b. c.
2. Ibid. act. VI. pag. 1313. e. seqq.
3. *Tillem.* tom. XIV. pag. 470. seqq.
4. *Lup.* opp. tom. VII. pagg. 13. seqq.
5. *Garner.* Auctar. opp. Theodor. pagg. 549. seqq.
6. Synod. adv. Trag. Iren. capp. 38. 66. 136. 141. & 201. tom. IV. Concil. pagg. 235. seqq.
7. Ibid. cap. IV. pag. 257. c.
8. *Socrat.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XLVIII.
9. *Lequien.* l. c. pag. 475. d.
10. *Murat.* Anecd. Gr. pagg. 281-324. edit. Patav. 1709.
11. *Fabric.* Bibl. Gr. tom. VII. pag. 424. seq.

CAPUT XVIII.

DE S. LUPO EPISCOPO TRECENSI.

I. Sanctus Lupus Tricassinus episcopus, vir plane admirandus, magnam sui nominis celebritatem posteris reliquit, ut ex veterum de eo testimoniis satis intelligimus. Eucherius enim Lugdunensis de solitudine Lirinensi verba faciens [1]: *Hæc*, inquit, *habuit reverendi nominis Lupum, qui nobis illum ex tribu Beniamin lupum* (Paullum apostolum) *retulit*. Sed unus præ ceteris audiendus Sidonius, qui eumdem Lupum compellans, hæc scribit [2]: *Tu pater patrum & episcopus episcoporum, & alter sæculi tui Jacobus, de quadam specula caritatis, nec de inferiore Hierusalem, tota ecclesiæ Dei nostri membra superinspicis: dignus qui omnes consoleris infirmos, quique merito ab omnibus consularis*. Alibi autem cum vocat [3] *facile principem pontificum Gallicanorum, suæ tam professionis magistrum, quam dignitatis auctorem*. Quin est, inquit [4], *primus omnium toto, qua patet, orbe pontificum*, cujus *prærogativæ subjicitur*, cujus *censura attremit etiam turba collegii*, *in* cujus *gravitatis comparationem ipsa etiam grandævorum corda puerascunt*. Verbo, est Lupus Sidonio [5], *norma morum, columna virtutum, vera, quia sancta, dulcedo*. Hæc & alia hujusmodi complura de præsule nostro Trecensi Arvernorum antistes.

II. Neque solum egregiis pietatis ac integritatis dotibus quæ pontificem deceant, sed etiam doctrina & eruditione reliquis antecellentem sanctum Lupum prædicat idem Sidonius. Primum enim Arbogastem comitem, qui sibi enodandas proposuerat varias e sacris scripturis petitas quæstiones, ad ipsum Trecensem episcopum remisit, testatus [6] quod illius *doctrinæ abundanti eventilandæ nec* ejus *consultatio sufficeret*. Deinde vero ad eumdem sanctum pontificem scribens [7]: *Mihi*, ait, *rigor censuræ tuæ in litteris æque ut moribus est ambifariam contremiscendus*. Verum ex eo potissimum intelligimus quanta sapientiæ laude claruerit sanctus Lupus, quod anno CCCCXXIX. vix exactis in episcopatu duobus annis, a patribus Gallicanis in magna synodo congregatis legatus in Britanniam adversus Pelagianos una cum sancto Germano Antisiodorensi episcopo fuerit omnium suffragiis destinatus. Qua de legatione pluribus Ven. Beda [8]: ejusdemque legationis historiam fuse persequitur Norisius [9], ac post eum Tillemontius [10] & alii. Diximus Lupum A in ecclesia Trecensi regenda biennio exacto, in Britanniam missum fuisse anno CCCCXXIX. neque enim viris doctis [11] probatur Pagii sententia, qui ex Sidonii epistola ubi ait [12], Lupum *in apostolica sede novem jam exegisse quinquennia*, existimat præsulem Arvernensem per quinquennalia imperii cæsarei supputationem iniisse, adeoque Lupi ordinationem anno CCCCXXVIII. illigandam esse definit [13]. Norisius itaque ac Tillemontius ll. cc. Baronium affectati [14], sanctum Lupum ordinatum fuisse anno CCCCXXVII., in Britanniam vero legatum anno CCCCXXIX. statuunt. Qui postquam in Tricassino præsulatu ipsos quinquaginta duos annos explesset, anno demum CCCCLXXIX. plenus dierum in cælum B ex hac vita migravit [15].

III. Magni hujus Trecensis pontificis qui fuit eximium ecclesiæ Gallicanæ decus, cujusque immensa præconia memoriæ commendavit Sidonius Apollinaris, duæ tantum epistolæ superant; quarum alteram edidit Sirmondus [16], unde in conciliorum collectionem deinceps transiit [17]; alteram Acherius in Spicilegio [18]. Et priorem quidem post annum CCCCXLIII. scripsit sanctus Lupus suo & sancti Euphronii Augustodunensis episcopi nomine ad Talasium episcopum Andegavensem, qui utrumque præsulem consuluerat de tribus capitulis: nimirum *de vigiliis natalis Domini*, *epiphaniæ* C *& paschæ: de bigamis: & de iis qui conjugati assumuntur*. Posteriorem vero noster Trecensis antistes Sidonio inscripsit, qua illi episcopatum Claromontanum gratulatur. Hanc autem epistolam scripsisse sanctus Lupus perhibetur desinente anno CCCCLXXI. episcopatus ejus XLV. scilicet post *novem jam decursa quinquennia in apostolica sede*, ut ait ipse Sidonius in litteris quas eidem sancto præsuli rescripsit [19]. De utraque porro epistola Tillemontium [20] atque auctores Historiæ litterariæ Gallicæ [21] consulere præstat. At vero de posteriore viri eruditi verba heic exscribere libet [22]: „ Qui hanc epistolam legerit, fallor, *inquit*, nisi mecum impense doleat jacturam tot aliarum, quas ab eo (Lupo) scri- D ptas fuisse colligimus ex Sidonio; dum illum facit ecclesiarum omnium in rebus dubiis consiliarium, in adversis consolatorem. Juvat tamen vel semel loquentem audivisse Sanctum, ut inde penitius ejus indolem spiritumque noverimus. „

1. Eucher. epist. ad Hilar. §. XLII. Bibl. PP. Lugd. tom. VI. pag. 866. b.
2. *Sidon.* lib. VI. epist. I. pag. 995. b. tom. I. opp. Sirmond. edit. Paris.
3. *Id.* lib. VII. epist. XIII. pag. 1041. c. ibid.
4. *Id.* lib. VI. epist. I. pag. 996. b. ibid.
5. *Id.* ibid. pag. 997. c.
6. *Id.* lib. IV. epist. XVII. pag. 953. c. ibid.
7. *Id.* lib. IX. epist. XI. pag. 1105. c. ibid.
8. *Bed.* Hist. eccl. lib. I. cap. XVII.
9. *Noris.* Hist. Pelag. lib. II. cap. V. pagg. 304. seqq. opp. tom. I.
10. *Tillem.* tom. XV. pagg. 15. seqq.
11. *Id.* tom. XVI. pag. 128. not. I. & pag. 750. not. VI. sur S. Sidoine.
12. *Sidon.* lib. VI. epist. I. pag. 997. a. opp. Sirmond. tom. I.
13. *Pagi.* prolegom. ad Differt. Hypat. §. XXXI. & ad ann. 428. §. XXIII. item ad ann. 472. §. V.
14. *Baron.* ad ann. 472. §§. XIV. & XV.
15. *Belland.* Act. SS. tom. VII. Julii in comment. de S. Lupo numm. 45. & 82. pagg. 59. 67.
16. *Sirmond.* Concil. Gall. tom. I. pag. 122.
17. Concil. tom. V. pag. 71. edit. Ven. Labb.
18. *Acher.* Spicil. tom. V. pag. 579. sive nov. edit. tom. III. pag. 302.
19. *Sidon.* lib. VI. epist. I. pag. 997. a. tom. I. opp. Sirm. cit.
20. *Tillem.* tom. XVI. pagg. 135. seqq.
21. Hist. litter. de la France, tom. II. pagg. 490. seqq.
22. *Bosch.* ad Act. SS. tom. VII. Julii, pag. 67. num. 82.

CAPUT XIX.

DE

S. XYSTO III. PAPA.

I. CÆleſtino qui anno ccccxxxii. exeunte Julio ex hac vita migravit, Xystus paullo poſt ſufficitur atque in Romanam ſedem evehitur. Qui quum *Ætio & Valerio coſſ.* creatus fuerit pontifex, poſtquam *annis* viii. *& diebus* xviii. pontificatum geſſiſſet, anno demum ccccxl. *Valentiniano auguſto* v. *& Anatolio coſſ.* e vivis exceſſit, ut ex Proſperi chronico erudimur [1]. De die autem & menſe quo ſive fuerit ordinatus, ſive ſupremum diem clauſerit, haud concors eſt eruditorum ſententia. Alii enim ejus ordinationem die xxxi. Julii quæ in diem dominicam incidebat, mortem vero die xviii. Auguſti conſignandam cenſent [2]. Alii autem paullo aliter. „ In libro pontificali, ait vir doctus [3], cui pervetuſtum exemplar Corbejenſe aliique Romanorum pontificum veteres catalogi ac Proſper, ſaltem in noviſſima editione, concinunt, idem pontifex annis viii. ac diebus xviii. eccleſiæ præfuiſſe dicitur. Quapropter Antonius Pagius ejus ordinationem in menſis Julii anni ccccxxxii. vigeſimam quartam quæ dominica erat, & obitum in xi. diem menſis Auguſti anni ccccxl. differt [4]; fultus præſertim verbis Proſperi, qui eo defuncto *quadraginta & amplius diebus* exſpectatum tradit, ut in illius locum ſufficeretur. Major tamen eſſet cum prædictis Proſperi verbis conſenſio, ſi Xyſtum circa Julii exitum obiiſſe poneretur. „ Hæc ille.

II. Pontificatum iniit ſummus antiſtes, ait Proſper [5], *totius Urbis pace & conſenſione mirabili*. Cujus quidem rei teſtem locupletem, ipſummet Xyſtum habemus. Scribens enim ad Cyrillum Alexandrinum [6]: *Quali autem omnium concordia*, inquit, *per divinæ providentiæ diſpenſationem, hæc noſtra facta fuerit ordinatio, ubi ſanctitas veſtra didicerit tum ex noſtris litteris, tum ex relatione fratrum; omnino gratiam præbenti Domino pro nobis habitura eſt, dilectiſſime frater, ut proprii doni cuſtos, eccleſiaſticam pacem conſervare dignetur*. Præterea illud quoque præclarum tunc accidit, quod ejus ordinationi totus oriens quodammodo interfuerit, quippe quæ peracta ſit præſentibus Hermogene ac Lampetio epiſcoporum orientalium legatis. Sic enim in eadem ad Cyrillum epiſtola loquitur ſanctus pontifex [7]: *Gratiam habentes Dei noſtri circa nos humanitati, quod eo tempore quo nos ad ſupremum ſacerdotii apicem vocare dignatus eſt, conceſſit nobis ſecundum pietatem tuam, præſentiam ſanctorum fratrum & coepiſcoporum noſtrorum Hermogenis & Lampetii; neceſſario ad veſtram fraternitatem per eos has litteras dedimus, teſtes ordinationis noſtræ. In his enim omnes vos a quibus illi miſſi fuerunt, adſtitiſſe credidimus: quandoquidem nullatenus intervallo ſeparantur, quos connectit gratia ſpiritalis*.

III. Magnam ſui nominis celebritatem conſecutus eſt Xyſtus, quum adhuc presbyteri munere fungeretur. Primus enim adverſus Pelagianos coram frequentiſſimo populo anathema pronuntiavit, ut ait Auguſtinus ad ipſum presbyterum Xyſtum reſcribens [8]: qui & alibi teſtatur [9], ejus litteras, breviores licet, hac de re ad beatiſſimum ſenem Aurelium per Leonem acolythum miſſas, exſultanti alacritate ab ſe fuiſſe deſcriptas, & aliis quibuſcumque poterat magno ſtudio perlectas. *Quid enim*, ſubdit, *gratius legi vel audiri poteſt, quam gratiæ Dei tam pura defenſio adverſus inimicos ejus ex ore ejus qui eorumdem inimicorum magni momenti patronus ante jactabatur?* Deinde acceptis paullo poſt de hoc ipſo argumento ejuſdem Xyſti presbyteri prolixioribus litteris fidei ſuæ ſinceritate plenis, magna perfuſus eſt animi lætitia ſanctus Doctor: qui ſtatim doctiſſimam ad ipſum Xyſtum perſcripſit epiſtolam [10], in qua catholicæ doctrinæ adverſus Pelagianos aſſertæ ſumma capita exhibuit, hæc ſub initium adjiciens [11]: *Itaque, frater cariſſime, quamvis non te videamus oculis carnis, animo tamen in fide Chriſti, in gratia Chriſti, in membris Chriſti tenemus, amplectimur, oſculamur*.

IV. Hujuſce Auguſtinianæ epiſtolæ fragmentum recitat Proſper; qui paſtoralem Xyſti vigilantiam laudans, iſta præmittit [12]: *Confidimus Domini protectione præſtandum, ut quod operatus eſt in Innocentio, Zoſimo, Bonifacio, Cæleſtino, operetur in Xyſto; & in cuſtodia dominici gregis hæc ſit pars gloriæ huic reſervata paſtori, ut ſicut illi lupos abegere manifeſtos, ita hic depellat occultos: illo auribus ſuis doctiſſimi ſenis* (Auguſtini) *intonante ſermone, quo collaborantem ſecum hortatus eſt, dicens* [13]: „ Sunt enim quidam qui juſtiſſime damnatas „ impietates adhuc liberius defendendas putant: „ & ſunt qui occultius penetrant domos; & quod „ in aperto clamare jam metuunt, in ſecreto ſeminare non quieſcunt. Sunt autem qui omnino ſiluerunt, magno timore compreſſi; ſed adhuc corde retinentes quod ore proferre non audent: qui tamen eſſe fratribus poſſunt ex priore ipſius dogmatis defenſione notiſſimi. Proinde „ alii ſeverius coercendi, alii vigilantius veſtigandi; alii tractandi quidem lenius, ſed non ſegnius docendi: ut ſi non timentur, ne pereant; non tamen negligantur, ne pereant. „

V. Proſperi vota rebus præclare geſtis comprobavit Xyſtus in Petri cathedra conſtitutus. Id porro cumulate ſatis teſtantur ejus epiſtolæ, quas Coutantium ſecuti rurſum edidimus: ex quarum una locum recitans Vincentius Lirinenſis, hæc habet [14]: *Ad extremum adjecimus — apoſtolicæ ſedis auctoritatem, — ſcilicet ſancti papæ Xyſti, qui*

1. *Proſp.* chron. inter opp. edit. nov. pagg. 432. 434.
2. *Tillem.* tom. xiv. pagg. 160. 165. & tom. xv. pag. 889. not. II. ſur S. Leon.
3. *Coutant.* Epiſtt. Rom. Pontiff. pag. 1227.
4. *Pagi.* ad ann. 432. §. vi. & ad ann. 440. §. II.
5. *Proſp.* l. c. pag. 432.
6. *Xyſt.* epiſt. I. num. I. infra pag. 518.
7. *Id.* ibid.
8. *Aug.* epiſt. cxciv. num. I. opp. tom. II. pag. 715. e.
9. *Id.* epiſt. cxci. num. I. ibid. pag. 709. b.
10. *Id.* epiſt. cxciv. cit.
11. *Id.* ibid. num. 2.
12. *Proſp.* contr. Collat. cap. xxi. al. xliv. num. 4.
13. *Aug.* epiſt. cxciv. cit. num. 2.
14. *Vinc. Lir.* Common. II. cap. xxxii. pag. 368. edit. Pariſ. 1684.

nunc Romanam ecclesiam venerandus inlustrat. — *Ait ita sanctus papa Xystus in epistola, quam de caussa Nestorii Antiocheno misit episcopo* [1]: „ Ergo, *inquit*, quia, sicut ait Apostolus, fides una „ est quæ evidenter (al. *&* *vincenter*) obtinuit, „ dicenda credamus, & tenenda dicamus. „ *Quæ sunt tandem illa credenda & dicenda? Sequitur*, A *&* *ait*: „ Nil ultra, *inquit*, liceat novitati; quia „ nihil addi convenit vetustati. Perspicua majo„ rum fides & credulitas nulla cœni permixtione „ turbetur. „ *Omnino apostolice: ut majorum credulitatem perspicuitatis lumine ornaret; novitias vero profanitates cœni permixtione describeret.*

CAPUT XX.

DE

SEDULIO

PRESBYTERO.

I. SEDULIUM cum prorsa tum vorsa facundia clarum, sæculo V. floruisse intelligimus, ut ex mox dicendis patebit. Recentiorum plerique *C. Cælium* aut *Cæcilium Sedulium* appellant. At prænomina ejusmodi haud agnoscunt veteres, Gelasius [2], Venantius Fortunatus [3], Isidorus Hispalensis [4], Beda [5], Theodulfus Aurelianensis [6], Alcuinus [7], Dungalus [8], Jonas Aurelianensis [9]; aliique passim; quibus scriptor noster *Sedulius* tantummodo vocatur. Nonnulli præterea quos inter Usserius [10], natione Scotum eum fuisse perhibent, nullo satis firmo talo innixi: existimantes nimirum, homonymia decepti, auctorem nostrum eumdem prorsus esse ac Sedulium Scotum, qui collectaneum in epistolas Paullinas confecit; de quo etiam plura eruditissimus Montfauconius [11]. Hic enim, Hepidamno sancti Galli monacho teste apud Duchesnium [12], ineunte sæculo IX. claruit: ut propterea istiusmodi Usserii, aliorumque opinionem jure optimo rejecerint Labbeus [13] in primis, Natalis Alexander [14] ac Bælius [15].

II. Presbyterum fuisse Sedulium tradunt sanctus episcopus Hispalensis [16] & qui eum exscripsit Honorius Augustodunensis [17]. Eoque plane sensus accipienda tum duplex Liberii & Belisarii Acrostichis ad calcem Paschalis carminis apposita, ubi utrimque legitur SEDULIUS ANTISTES; tum operis Paschalis inscriptio, prout eam exhibet vetutus codex Pithœanus his verbis: *Incipit præfatio* SEDULII ANTISTITIS *in solutam orationem Paschalis carminis*. Quo item titulo ipsum honestavit Anonymus Mellicensis [18]. Nam licet apud Christianos scriptores *antistes* plerumque idem sit ac episcopus; haud tamen insolens presbyteros quoque hoc nomine fuisse vocitatos, *Antistites* videlicet *in ordine secundo*: quemadmodum sane Sidonius Claudianum Viennensis ecclesiæ presbyterum nominavit [19]. Quem ad locum vide sis in hanc sententiam Sirmondo erudite observata. Quod si vero B Alcuinus [20] & Sigebertus [21] Sedulium appellant episcopum; hanc ei dignitatem tribuisse uterque dicendus ex nomine *Antistes* secus quam oportebat accepto, ut existimat Tillemontius [22]. His equidem vellem animum intendisset cl. Mabillonius [23], quo sibi caveret ab ea sententia quæ Sedulium episcopum statuit. Sed hac de re pluribus adversus Usserium [24] Labbeus [25].

III. Sixtus Senensis de Sedulio nostro verba faciens, quem cum Sedulio Scoto sæculi IX. scriptore confundit, inter cetera hæc habet [26]: „ Sedu„ lius, inquit, velut alter Apollonius Tyaneus, „ fugientem sapientiam toto terrarum orbe perC „ quirens, Britanniam, Hispaniam, Galliam, „ Græciam & Asiam miro discendi ardore perlu„ stravit; tandemque Romæ divinis & humanis „ doctrinis illustris, sub Theodosio augusto floruit, „ carmine excellens & prosa . . . . . Monitur „ sub Theodosio juniore anno Domini CCCCL. „ Hactenus ille. Undenam vero hæc hauserit, non prodit. Certiora esse videntur, quæ ex veteri codice Pithœano describit Labbeus. Sunt autem ejusmodi [27]: *Incipit ars Sedulii poetæ: qui primo laicus in Italia philosophiam didicit; postea cum aliis metrorum generibus heroicum metrum Macedonio consulente docuit. In Achaia libros suos scripsit tempore impp. minoris Theodosii filii Arcadii, & Valenti-* D *niani filii Constantii*. Eadem prorsus ex vetusto exemplari monasterii Lirensis refert Mabillonius [28]: qui præterea ex antiquo mss. codice bibliothecæ Corbejensis hanc adnotationem in medium profert: *Sedulius versificus, primo laicus in Italia philosophiam didicit, postea cum aliis metrorum* (generibus) *heroicum Macedonio consulante* (leg. *consulente*) *docuit. In Achaia libros suos scripsit in tempore Valentiniani & Theodosii*. Quam quidem adnotationem ex bibliothecæ Thorneyensis codice Sedulii ante annos quingentos descripto exhibet quoque Usserius [29]: illud insuper admonens Bosto-

1. *Xyst.* epist. VI. §. VII. infra pag. 529. b.
2. *Gelas.* Decret. cap. III. apud Fontan. in Append. ad Antiqq. Hort. pag. 326.
3. *Ven. Fort.* lib. VIII. carm. I. pag. 815. e. tom. VIII. biblioth. PP. Paris. E
4. *Isid. Hisp.* de script. eccl. cap. VII.
5. *Beda* de arte metr. passim.
6. *Theodulf.* lib. IV. carm. I. ℣. 13. edit. Sirmond. tom. II. pag. 1078.
7. *Alcuin.* opp. pag. 203. edit. Paris. 1617.
8. *Dungal.* adv. Claud. Taurin. biblioth. PP. Paris. tom. IV. part. II. pag. 167.
9. *Jon. Aurel.* de cult. Imagin. lib. II. biblioth. PP. Paris. tom. IV. part. I. pag. 564.
10. *Usser.* Britann. eccl. antiqq. cap. XVI. pag. 403. edit. sec. Londin. 1687.
11. *Montf.* Palæogr. lib. III. cap. VII. pagg. 235. seqq.
12. *Duchesn.* Hist. Franc. tom. III. pag. 473.
13. *Labb.* Differt. de scriptor. eccl. tom. II. pag. 330
14. *Natal. Alex.* Hist. eccl. tom. V. cap. IV. artic. VIII. pag. 134. edit. in-fol.
15. *Bayl.* Diction. tom. III. pag. 1563.
16. *Isid. Hispal.* l. c.
17. *Honor. August.* lib. III. de script. eccl. cap. VII.
18. *Anon. Mellic.* de script. eccl. cap. XXXV.
19. *Sidon.* lib. IV. epist. XI. collect. Sirmond. tom. I. pag. 949.
20. *Alcuin.* l. c.
21. *Sigeb.* de script. eccl. cap. VI.
22. *Tillem.* tom. XII. pag. 612.
23. *Mabill.* Vet. Analect. pag. 387. nov. edit.
24. *Usser.* l. c. pag. 402. seq.
25. *Labb.* l. c. pag. 431.
26. *Sixt. Sen.* Bibl. sanct. lib. IV. pag. 219. edit. Paris. 1610.
27. *Labb.* l. c. pag. 329.
28. *Mabill.* l. c.
29. *Usser.* l. c. pag. 404.

num Buriensem, postquam paria descripsisset in suo scriptorum catalogo, hæc addere, *Sedulium poetam & presbyterum Achaiæ floruisse anno* CCCCXXXIV. *tempore Theodosii junioris*.

IV. Verum de tempore quo claruit Sedulius, non una est eruditorum sententia. Orta scilicet dissensio ex quadam adnotatione quam in Remensi codice positam post epistolam ejusdem Sedulii ad Macedonium Sirmondus in lucem eduxit [1]. Eamdem quoque Usserius in altero codice Thorneyensi detectam vulgavit [2]. Est autem hujusmodi: *Hoc opus Sedulius inter chartulas dispersum reliquit, Quod recollectum adornatumque ad omnem elegantiam divulgatum est a Turcio Rufio Asterio V. C. consule ordinario atque patricio*. Huic vero adnotationi laudato in codice Remensi epigramma subjicitur ipsius Asterii ad eumdem Macedonium his verbis

Sume, [3] sacer meritis, veracia dicta poetæ,
Quæ sine figmenti condita sunt vitio;
Quo caret alma fides, quo sancti gratia Christi,
Per quam justus ait talia Sedulius.
Asteriique tui semper meminisse jubeto,
Cujus ope & cura edita sunt populis.
Quem quamvis summi celebrent per secula fasti,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

Hinc porro arguit Sirmondus, Asterium qui Sedulii Carmen Paschale recensuit, eumdem esse qui cum Protogene consulatum gessit anno CCCCXLIX. In aliam tamen sententiam abeunt Norisius [4] & qui eum affectatur Fontaninus [5]. Nam, inquiunt, duos inter se diversos homines, *Asturium* & *Asterium*, commiscuit Sirmondus: ille siquidem consul processit cum Protogene anno CCCCXLIX. hic vero qui Sedulianum opus expolivit, consulatum iniit cum Præsidio anno CCCCXCIV. Ex quibus ergo concludit Norisius [6] „ satis probabile videri „ posse, Sedulium circa annum CCCCXCIV. vel „ paucis antea annis & scribendi & vivendi finem „ fecisse, atque Asterium defuncti amici schedu- „ las collegisse ac publicasse. „

V. At vero quo minus eminentissimi scriptoris auctoritati manus dem nonnulla obstant, neque sane levioris momenti, ut quidem opinor, quæ potissimum suggerit ipsemet Sedulius. Primum enim ille in epistola Carmini Paschali præfixa, nonnullos viros illustres sibi probe cognitos memorat, qui ea tempestate florebant. Ibi siquidem Macedonium abbatem cui opus nuncupat, ita se alloquentem inducit: *Habes*, inquit, *antistitem plenum reverentiæ sacerdotalis* URSINUM .... *Habes* LAURENTIUM *difficili comparatione presbyterum* .... *Habes quoque meum* GALLICANUM *atque presbyterum* .... *Quid* FELICEM *referam, vere felicem?* cet. His porro relatis, paullo post ista subdit: *Quis non optet & non ambiat eximio* SYNCLETICES *sacræ virginis & ministræ Dei placere judicio? quæ ... scripturas ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotavit,*

A *ut nisi sexus licentia defuisset, posset & docere, quum in membris feminei corporis animus sit virilis*. Hæc Sedulius. Et priorum quidem quatuor virorum insignium, uti & ipsius Macedonii, nulla, quod sciam, mentio apud reliquos scriptores occurrit. Verum ecquis demum in Syncletice Seduliana non agnoscat cum eruditissimis viris [7] Syncleticen diaconissam, cui sancti Basilii Cæsariensis Hexaemeron Latine ab se redditum nuncupavit ejus frater Eustathius? Sic enim ille germanam Syncleticen diaconissam alloquens [8]: *Religiosus simulque studiosus animus tuæ germanitatis, dum plenitudinem cælestium nosse desiderat scripturarum, cunctas bibliothecas ecclesiasticas, & earum qui fuerint con-*
B *ditores, crebris lectionibus investigans, pervenit tandem ad Hexaemeron sancti ac venerabilis episcopi Basilii, Græco sermone conscriptum: quod dum monumentis inserere linguæ Latialis affectat, mihi hanc curam censuit esse mandandam*. Qui quidem locus si cum altero Seduliano conferatur, nemo profecto fuerit qui non perspiciat, quas animi dotes in sua Syncletice prædicat Sedulius, iisdem plane fuisse præditam Eustathianam. Floruit autem paullo post Constantini magni sæculum Eustathius Basilianus interpres, ut Colomesio [9] aliisque visum, laudatus præ ceteris Cassiodorio [10]. Quo proinde tempore vixisse Sedulius rite intelligitur. Atque hujusmodi chronica notatio adstrui posse videtur ex quadam
C inscriptione pervetusti codicis Seduliani bibliothecæ Ottobonianæ; quam in medium proferens cl. Georgius [11], conjicit anno CCCCXX. libros suos scripsisse Sedulium. Quibus positis corruat necesse sit Norisiana sententia, qua statuitur sub finem sæculi quinti e vivis ipsum excessisse, ejusque Carmen post ejus obitum fuisse ab Asterio evulgatum.

VI. Illud præterea in primis infringere censetur Norisii opinionem, quod tradit idem Sedulius in altera epistola qua rursus ipsi Macedonio nuncupans Paschale opus soluta oratione conscriptum, eum hisce verbis affatur: *Præcepisti*, ait, *reverende mi domine, Paschalis Carminis textum, quod officio*
D *puræ devotionis exsecutus vobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me potius transferre sermonem*. Jam ergo Macedonio suum Carmen obtulerat ipsemet Sedulius: jam illud Macedonius perlegerat: quin & idem Carmen stilo liberiore describendi pensum sibi ab eo datum, jam Poeta noster confecerat, simulque Macedonio ipsi dicaverat. His itaque attentis, ecquis porro sibi persuadeat, Paschalis Carminis schedulas, postquam auctor supremum diem obiisset, ab Asterio primum collectas, exinde vero ipsius opera fuisse digestas ac Macedonio tum demum oblatas? Ad hæc epigramma illud quod sub nomine Asterii exhibent aliquot codices mss. haud satis aperte prodit, Sedulii versus tum primum ab
E eo consule fuisse Macedonio nuncupatos, ut Labbeo [12] & Tillemontio [13] visum. Quin & ex eodem epigrammate quis forte colligat, quo tempore Asterius Sedulianum Carmen recensebat, auctoris famam jam diu percrebuisse. Undenam vero, nisi

1. *Sirmond.* ad *Ennod.* epist. XXIV. lib. I. p. 1394. tom. I. opp. collect.
2. *Usser.* l. c. pag. 406.
3. *Cellarius* ad Sedulium pag. 10. ex codice Cantabr. rescripsit *pater m.*
4. *Noris.* Cenotaph. Pis. differt. IV. §. I. pagg. 687. seqq. opp. tom. III. edit. Veron.
5. *Fontan.* de Antiqq. Hort. lib. II. cap. III. §. V. pagg. 225. seqq.
6. *Noris.* l. c. pag. 700. seq.
7. *Miræus* ad Sigeb. cap. XXI.
Usser. l. c. pag. 407.
Tillem. tom. XII. pag. 612.
Fabric. Bibl. Gr. tom. VIII. pag. 69. & Bibl. med. Lat. tom. II. pag. 400.
8. *Eustath.* in append. ad tom. I. opp. Basil. pag. 631. nov. edit. Paris.
9. *Colom.* opp. pag. 695. edit. Fabric.
10. *Cassiod.* de instit. divin. litter. cap. I.
11. *Georg.* Animadv. in Pagium ad ann. 394. §. I.
12. *Labb.* l. c. pag. 334.
13. *Tillem.* l. c. pag. 694.

quod illius opus longe antea fuerat vulgatum? Sic enim ibi:

- - - - - - - *ait talia Sedulius*;

- - - - - - - - - - - - - - - -

Quem QUEM SUMMI CELEBRENT PER SÆCULA FASTI,
Plus tamen ad meritum est, si viget ore tuo.

VII. His accedit, quod synodicum Gelasii Decretum, in concilio Romano LXX. episcoporum anno CCCCXCIV. habito editum, præclaro hujusmodi testimonio Sedulii Carmen exornat [1]: *Venerabilis viri Sedulii opus Paschale, quod heroicis descripsit versibus, insigni laude præferimus*. Quem in locum cl. Fontaninus [2]: „ Credibile non est, inquit, Carmen Sedulii vix editum ita innotuisse, ut in amplissimo ecclesiæ Romanæ concilio, tamquam opus ubique gentium probatissimum, insigni præconio commendari meruerit. Quare pro certo habeo longe ante Asterii consulatum illud opus in lucem prodiisse. „ Id unum itaque statuit vir ille eruditus, Sedulianum Carmen non vulgasse primum Asterium, sed illud tantum ex auctoris schedis recognitum & emendatum edidisse: „ quemadmodum, subdit, fecerat adhuc consul de scriptis Virgilii Maronis, quæ ejus chirographo insignita hactenus adservantur in bibliotheca Medicea. Neque tamen ideo jure quis dixerit opera Virgilii primum vulgata fuisse ab Asterio: ea quippe ætate mos erat ut illustrium virorum lucubrationes per librarios non ederentur, nisi a viris in dignitate constitutis essent antea recensitæ. „ Qua de re præter ipsum Fontaninum [3] consulendus doctissimus Valesius [4]: neque prætereunda in ejus opus Burmanni adnotata. Ceterum in eamdem ferme de Sedulii ætate sententiam præivere Labbeus [5] ac Tillemontius [6].

VIII. Ad Sedulii scripta quod attinet, ipsemet auctor in primis audiendus [7]: *Quatuor*, inquit, MIRABILIUM DIVINORUM *libellos, quos ex pluribus pauca complexus, usque ad passionem & resurrectionem adscensionemque Domini nostri Jesu Christi quatuor Evangelistarum dicta congregans ordinavi, contra omnes æmulos tuæ defensioni commendo. Huic autem operi, favente Deo*, PASCHALIS CARMINIS *nomen imposui; quia* PASCHA *nostrum immolatus est Christus*. Heic vero ubi de numero libellorum sermo, prave rescripsisse *quatuor* librarii videntur, ex notis videlicet numeralibus minus recte attentis. Nam ex prosa Seduliana de qua mox infra, *quinque* esse noscuntur: nisi forte mavis cum Cellario [8] de solis *quatuor Evangelistarum* excerptis fuisse heic locutum Sedulium. Horum autem libellorum *primus*, inquit Isidorus [9], *signa & virtutes veteris testamenti potentissime resonat: reliqui vero gestorum Christi sacramenta & miracula intonant*. Neque de operis pretio solus ita censuit sanctus ille antistes Hispalensis. De eo namque præterea exstat insigne Gelasii præconium, quod superius retulimus. Venantius item Fortunatus hæc habet [10]:

Quod tonat Ambrosius, Hieronymus atque coruscat,
Sive Augustinus fonte fluente rigat:
SEDULIUS *dulcis, quod Orosius edit acutus.*

Idem alibi [11]:

Primus enim, docili distinguens ordine carmen,
Majestatis opus metri cavit arte Juvencus.
Hinc quoque conspicui radiavit lingua SEDULI.

Et Theodulfus Aurelianensis [12]:

Cura decens patrum nec erat postrema piorum,
Quorum sunt subter nomina scripta vide.
SEDULIUS *rutilus, Paullinus, Arator, Avitus,*
Et Fortunatus, tuque Juvence tonans.

Ubi videas, *rutili* elogio a Theodulfo exornari Sedulium, ut probe intellexisse videtur Fabricius [13]. Neque enim vox *Rutilus* accipienda pro nomine proprio alicujus poetæ, prout occurrit in editione Sirmondi [14]; qui propterea hærens ad hunc Theodulfi locum, non habet quo se vertat.

IX. In plerisque Seduliani Carminis editis, prologo subjiciuntur hujusmodi versus, Theodosio augusto inscripti:

Romulidum ductor, clari lux altera solis,
Eoum qui regna tenes moderamine justo,
Spes orbis, fratrisque decus, dignare, Marone
Mutato in melius, divinum agnoscere sensum,
Scribendum famulæ quem jussisti. Hic tibi mundi
Principium formamque poli, hominemque creatum
Expediet limo - - - - - - - -
- - - - - - - - - - - - - - - -
Hæc relegas servesque diu, tradasque minori
Arcadio: hæc legat ille suo generi, hæc tua semper
Accipiat doceatque suos augusta propago.

Porro hi versus jure optimo in bibliotheca Patrum Parisiensi prætermissi [15], comparent improvide in Lugdunensi [16] &, quod sane mireris, in novissima Poetarum Latinorum collectione Pisaurensi [17]; quin utrobique inemendati; nam versum tertium quartumque ita efferunt:

- - - - - - - - - - - - *Maronem*
Mutatum in melius divino agnoscere sensu;

& in quinto legunt:

Scribendum famulo;

sensu nimirum detorto, quo istiusmodi carmen Sedulio quadret. At vero primum eos versus testatur Usserius [18] abesse ab antiquissimis Sedulii exemplaribus ab se inspectis. Præterea nullum eorum vestigium prostat in prosaica Sedulii metaphrasi, quæ tamen vel ipsum Paschalis Carminis prologum haud præterit. Denique idem carmen neutiquam cum opere Seduliano cohæret. Ea enim lucubratio cui carmen illud erat adtextum, a mundi creatione atque hominis formatione sumebat exordium. Ibi siquidem hæc legimus:

- - - - - - - - - *Hic tibi mundi*
Principium formamque poli, hominemque creatum
Expediet limo.

Quæ quidem in suo Carmine Sedulius nuspiam ex-

1. Apud *Fontan.* in append. ad antiqq. Hort. pag. 326.
2. *Id.* ibid. pag. 230. seq.
3. *Id.* ibid. pag. 231.
4. *Vales.* de Crit. lib. I. cap. XXXIV. pag. 179.
5. *Labb.* l. c. pag. 333. seq.
6. *Tillem.* l. c. pag. 694. sub fin. not. I.
7. *Sedul.* epist. ad Macedon. §. V.
8. *Cellar.* ad Sedul. pag. 8.
9. *Isid. Hispal.* de script. eccl. cap. VII.
10. *Ven. Fortun.* lib. VII. Carm. I. ℣. 57. seqq.
11. *Id.* de Vit. S. Martin. lib. I. ℣. 14. seqq.
12. *Theodulf. Aurel.* lib. IV. Carm. I. ℣. 11. seqq.
13. *Fabric.* Bibl. Lat. tom. I. pag. 705.
14. *Sirmond.* opp. tom. II. pag. 1078.
15. Bibl. PP. Paris. tom. VIII. pag. 658.
16. Bibl. PP. Lugdun. tom. VI. pag. 459.
17. Collect. Poet. Latin. Pisaur. tom. V. pag. 331.
18. *Usser.* l. c. pag. 404.

sequitur. Nimirum carmen illud nuncupatorium Probæ Falconiæ Centoni Virgiliano congruit; quæ,

Principio cælum ac terras, camposque virentes,
Lucentemque globum lunæ, solisque labores
Ipse Pater statuit:

suumque Centonem Honorio augusto Theodosii magni filio & Arcadii fratri obtulit; proindeque illo in carmine nuncupatorio ipsum Honorium compellans ait:

- - - - - - - Dignare, Marone
Mutato in melius, divinum agnoscere sensum,
Scribendum famulæ quem jussisti . . . . .

Verum de his post Usserium [1] & Labbeum [2], lato calamo Fontaninus [3].

X. Paschale Carmen excipiunt Hymni duo, quorum alter inscribitur *Collatio veteris & novi testamenti*, ita contexta ut versus primi dimidium, versus secundi finem complectatur; alter est Pæan alphabeticus *de Christo Domino*, carmine Jambico tetrametro conscriptus. Et Beda quidem utrumque, Alcuinus vero posteriorem Sedulio asserunt, ut ex notis quas iisdem Hymnis subjecimus, liquet. Neque aliter censuere Sigebertus [4] & Trithemius [5], quibus alios ex antiquis adjungit Usserius [6]. Atque in eadem sunt sententia Tillemontius [7] aliique recentiores. Unde immerito Labbeum arguit doctissimus Norisius [8], quod scilicet priorem Hymnum, *Cantemus socii* cet. satis confidenter Turcio Asterio abrogavit: ei siquidem ex dictis perperam tribuitur in bibliothecis Patrum Parisiensi [9] & Lugdunensi [10], ut reliquas omittamus. Iisdem porro Hymnis in Cellariana editione quam secuti sumus, epigramma subjicitur, quod ex scripto codice protulit suisque Adversariis intexuit Caspar Barthius [11]. Num vero illud Sedulium agnoscat auctorem, dubitat cum eodem Barthio Cellarius. Verum multo ante prodierat ejusmodi epigramma, & Sedulio quidem tributum, in Poetarum Christianorum editione anno MDII. ab Aldo Manutio evulgata, priori nimirum Hymno Sedulianó adjectum. Qua ex editione illud ita refert Usserius [12]:

SEDULII epigramma.

Hæc tua perpetuæ quæ scripsi dogmata vitæ,
Corde rogo facias Christe manere meo:
*Ut tibi quæ placeant te te * favente requirens,*
Gaudia cælorum te duce Christe metam.

XI. Duobus Hymnis modo laudatis Carmen adteximus *de Verbi incarnatione*, quod ex ms. codice Corbejensi ante nongentos annos exarato haud ita pridem ediderunt VV. Cll. Martenius & Durandus [13], qui de eo hæc proloquuntur: „ In pervetusto codice Corbejensis monasterii unde Juvenci librum in Genesim eruimus, exstat absque ullo auctoris nomine SEDULII presbyteri Scoti operis Paschalis liber I. cui tamquam pars ejusdem, nulla interposita distinctione, nulla divisione nulloque titulo præmittitur sequens *de Verbi incarnatione* Carmen. Quod quum singulari studio perlegissemus, eumdem in priori & in sequenti lucubratione stilum animadvertimus, nihilque incommodi videri; si uni eidemque auctori, nempe Sedulio, utraque attribueretur. Judicium hoc nostrum confirmavit Sedulius ipse in dedicatorio carmine operis Paschalis ad Theodosium augustum, quod ita incipit:

Romulidum ductor, clari lux altera solis,
Eoum qui regna tenes moderamine justo,
Spes orbis, fratrisque decus, dignare Maronem
Mutatum in melius divino agnoscere sensu.

Quibus ex verbis luce clarius patet, Sedulium in opere Paschali Virgilium poetam imitari, ejusque phrases *divino adaptare sensui* sibi proposuisse. Id autem in carmine *de Verbi incarnatione* observatum ita fuit, vix ut sit versus aliquis, quod Virgilium non resonet, ejusque non exprimat verba. Et ne quod hac de re dubium suboriri valeat, singulos Virgilii locos unde suos versus accepit Sedulius, in notis designare curavimus. „ Huc usque viri eruditi. Mallem equidem ut indefessi editores Benedictini graviori argumentorum pondere usi fuissent; quibus Sedulium hujusmodi Carminis auctorem evincerent. Illud enim præ ceteris quod ex carmine dedicatorio ad Theodosium augustum sumsere, nullius esse momenti ex dictis superius satis compertum fecimus: adeo ut eo nomine Probæ Falconiæ potius tribuendum idem Carmen videatur; quippe quæ *Marone in melius mutato*, optime nosset *divinum* promere *sensum*.

XII. Postremo suffecimus Sedulii nostri *Paschalis operis* libros quinque soluta oratione conscriptos, quos ex codice Pithœano primus evulgavit notis illustratos Franciscus Juretus Parisiis anno 1585. nonnullaque de iisdem libris scitu digna præmittit, quæ nos paucis contracta heic subjicimus. Nimirum de hoc opere audiendus in primis ipsemet auctor in epistola ad illum Macedonium presbyterum, cui antea *Paschale Carmen* nuncuparat. Sic autem ille: *Præcepisti reverende mi domine, Paschalis Carminis textum quod officio puræ devotionis simpliciter exsecutus vobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me potius transferre sermonem.* Et sub finem ejusdem epistolæ: *Priores igitur libri*, ait, *quia versu digesti sunt, nomen* PASCHALIS CARMINIS *acceperunt. Sequentes autem prosa nulla cursus varietate conversi*, PASCHALIS *designantur* OPERIS *vocabulo nuncupati.* Hinc Sigebertus errasse intelligitur, ubi tradit [14] Sedulium *scripsisse libros de miraculis veteris & novi testamenti, quos postea sub metrica lege redactos prætitulavit Paschale Carmen.* Nam a Carmine Paschali cœpit Sedulius, ut modo ex eodem auctore accepimus. Conjicit Juretus posterioris lucubrationis Sedulianæ meminisse in suo Decreto Gelasium, quod in eo *Paschale opus* insigni laude prosequitur, ut superius relatum Gelasianum præconium testatur. Sed fallitur vir eruditus, judice Fontanino [15]. Ibi enim Gelasius sub nomine *Paschalis operis*, non Paschale opus oratione soluta digestum, sed Paschale Carmen laudasse perhibetur, dum *heroicis conscriptum versibus* illud enuntiat. Ex antiquioribus vero Bedæ tantum & Sigeberto compertum Sedulii opus quo de agimus. Et

1. *Usser.* l. c.
2. *Labb.* l. c. pag 332. seq.
3. *Fontan.* l. c. pagg. 207. seqq.
4. *Sigeb.* de script. eccl. cap. VI.
5. *Trithem.* de script. eccl. cap. CXLII.
6. *Usser.* l. c. pag. 405.
7. *Tillem.* tom. XII. pag. 614.
8. *Noris.* l. c. pag. 700.
9. Bibl. PP. Paris. tom. VIII. pag. 701.
10. Bibl. PP. Lugdun. tom. IX. pag. 464.
11. *Barth.* Advers. lib. X. cap. IX.
12. *Usser.* l. c.
* *Faciente*.
13. *Marten.* Vet. script. collect. tom. IX. pagg. 127. seqq.
14. *Sigeb.* de script. eccl. cap. VI.
15. *Fontan.* l. c. pag. 232.

Beda quidem, ubi de Aldhelmo verba faciens [1]: *Scripsit*, inquit, *& de virginitate librum eximium, quem in exemplum Sedulii geminato opere, & versibus hexametris & prosa composuit*. Eadem repetit Sigebertus [2], Bedam ut videtur exscribens. Neque aliter Trithemius [3].

XIII. Reliquum est, ut quid operæ in Sedulii scriptis studio nostro denuo edendis præstitum fuerit, paucis expediamus. Et primum quidem, ad Paschale Carmen Hymnosque duos quod attinet, præclaram Cellarii editionem anno 1704. Halæ Magdeburgicæ vulgatam, typis committendam curavimus; quippe quam exegerit eruditus editor ad varios mss. codices, Lipsiensem scilicet, Daumii, Barthii, Heinsii & Janssonii ab Almeloveen, additis quoque aliquot in loca observationibus Gisberti Cuperi. Ex notis vero appositis eas tantum selegimus quas auctoris textui emaculando profuturas existimavimus; alias itidem ejusmodi nonnullas addituri, dum uti licuisset editione, sive illa quam Lipsiæ publici juris fecit anno 1747. J. Fridericus Gramerus; sive illa, si forte prodiisset, quam curandam susceperat Henricus Joannes Arntzenius, ut ex Actis eruditorum Lipsiensibus accepimus [4]. Præterea Cellarianum exemplar cum iis contulimus variantibus lectionibus, quas ex membranaceo codice bibliothecæ regiæ Taurinensis ad editos exacto descripserunt viri eruditissimi, quibus ejusdem bibliothecæ codicum tum Græcorum tum Latinorum commissa fuit recensio: ex qua tamen instituta collatione minus emendatum esse codicem illum perspeximus, neque parum ejus auctoritati officere præmissam operi Seduliano eam dedicationem ad Theodosium augustum, quam auctori nostro perperam tributam superius demonstravimus. Denique Paschale Carmen cum opere Paschali conferentes, aliquot loca ab improvida Cellarii censura vindicavimus suæque integritati restituimus: haud pauca item illustravimus, iis potissimum in medium adductis quæ veteres scriptores, Cassiodorus, A Isidorus Hispalensis, Beda, Alcuinus, Dungalus, Jonas Aurelianensis aliique passim usurparunt ex nostro Sedulio descripta. Quæ quidem omnia divisim a notis Cellarianis in paginarum limbum conjecimus.

XIV. In recensione autem operis Paschalis, laboris enimvero non minimum impendimus. Ubi enim primum ad ejus lectionem accessimus, tum illud Ciceronis succurrit [5]: *De Latinis* (libris) *quo me vertam nescio: ita mendose & scribuntur & veneunt*. Adeo nimirum fœdis mendis ubique scatet hujusmodi Sedulianum opus in bibliothecis Patrum, maxime autem in Parisiensi anno 1644. ut B vix interdum auctoris mentem assequi valeas. Utrum vero ita quoque se habeat prima Jureti editio quæ Parisiis prodiit anno 1585. ii viderint quibus in promtu ea fuerit: neque enim illam consulere nobis licuit. Ne igitur muneri nostro penitus deesse videremur, omne studium adhibuimus, quo demum emendatum opus atque integritati suæ restitutum, quantum in nobis fuit, nunc saltem evulgaretur. Exemplaria itaque Parisiense ac Lugdunense invicem contulimus; qua quidem collatione complures errores sublati: in primis vero Paschale Carmen præ oculis habuimus; quo securius in locis vexatis emendandis versaremur. Ubi vero ductor Sedulius ipse nobis defuit, conje- C cturis quandoque indulsimus; quas tamen in paginarum oras rejecimus, eas interim lectorum arbitratui dimittentes. Alicubi vero legitima interpunctione adhibita, sententiis dubiis non semel lux affusa. Loca præterea sacræ scripturæ ab auctoris contextu diverso charactere distinximus, ac suo quæque libro adscripsimus. Porro Jureti notas in idem opus elucubratas, quas in Lugdunensi editione omissas, una exhibet ad calcem, & quidem male habitas, Parisiensis; eas vero cum emendatas, tum alicubi suppletas, singulis locis subjiciendas curavimus. Reliqua demum in hoc opere emaculando D collocata, viris eruditis dijudicanda relinquimus.

CAPUT XXI.

DE

S. PROCLO

EPISCOPO CP.

I. Proclum a primæva ætate litteris ac disciplinis excolendis sedulo incumbentem, ad lectoris gradum fuisse promotum, ex Socrate intelligimus [6]. Deinde Attico episcopo Constantino- E politano operam dedit, cujus etiam notarius exstitit; atque ab eo diaconus & presbyter ordinatus fuisse perhibetur. Interea mortuo Cyzicenorum præsule, ut scribit idem Socrates [7], Sisinnius Attici successor, ad illam regendam ecclesiam episcopum ordinavit. At eum prævertentes Cyziceni, alium Dalmatium nomine sibi episcopum constituendum curarunt. Constantinopolim itaque rediens Proclus, ibi frequenter concionando magnam sui nominis celebritatem consecutus est. [8] Vir fuit, si quisquam alius, optimis moribus præditus. Quo nomine iterum atque iterum ad sedem Constantinopolitanam occupandam populi votis expetitus, sive post mortem Attici & Sisinnii, sive post abdicationem Nestorii, ut auctor est subinde laudatus historicus [9]; tandem, eodem teste [10], post Maximianum fato functum *Areobindo & Aspare coss. pridie Idus Apriles*, id est anno Christi CCCCXXXIV. in illius ecclesiæ pontificali throno est collocatus. Qui postquam multa pro fide catholica propugnanda præclare gessisset, exactis in Byzantina sede annis XIII. & aliquot mensibus, e vivis demum excessit anno CCCCXLVII. desinente. De hac tamen temporis notatione in annum & diem Procli emortualem, haud

1. *Bed.* Hist. eccl. Angl. lib. V. cap. XVIII.
2. *Sigeb.* l. c. cap. LXVI.
3. *Trithem.* de script. eccl. cap. CXLII.
4. Act. erud. ann. 1756. pag. 25.
5. *Cic.* ad Quint. Fratr. epist. V. lib. III. sub fin.
6. *Socrat.* Hist. eccl. lib. VII. cap. XLI.
7. *Id.* ibid. cap. XXVIII.
8. *Id.* ibid. cap. XLI.
9. *Id.* ibid. capp. XXVI. XXIX. XXXV.
10. *Id.* ibid. cap. XL.

concors exstat virorum eruditorum sententia, ut videre est apud Pagium [1] ac Tillemontium [2], quos consulas velim.

II. Doctrina & eloquentia plurimum valuisse sanctum Proclum, id vero ex veterum testimoniis quæ illius operibus præmisimus, plane compertum habemus. Complura scripsit beatus præsul, quæ tamen ad nos usque haud omnia pervenere. Quidquid autem ex ejus litterarum monimentis detegere licuit, Homilias, Epistolas, fragmenta, cet. ea post Elmenhorstium diligenter satis collegit Vincentius Riccardus, ac Latine reddita & uberrimis animadversionibus adornata anno 1630. Romanis typis commisit. Postmodum Procli Homilias sive Orationes xx. ad mss. codices recensuit, denuo Latine vertit ac brevibus notis instruxit Franciscus Combefisius [3], de hujusmodi suo consilio lectorem ita monitum reddens [4]: „ Visum est sancti Procli Orationes, Vincentio Riccardo Romæ editas, aliis nostris quibus maxime Deipara Virgo hoc tomo celebratur, adjungere; multisque partibus nostras, codicum aliqua collatione ac nova versione (meliores), luci iterum publicæ dare: valere jussis spissis illis, nec raro parergis, aut etiam minus quandoque aptis Riccardi notis: uti nec instituti nostri ratio, nostra heic plura perscribi sinit. — Quæ textui elucidando necessaria videbuntur, in singulis brevi Orationibus expediam. „ Hæc ille: cujus propterea editionem, ad Homilias quod attinet, utpote præstantiorem, Riccardianæ anteferendam censuimus; & breves adnotationes quas editor ad calcem rejecit, lectoris commodo consulentes, ad oras paginarum subjiciendas duximus. Reliqua porro ex Riccardo desumsimus. Quid autem operæ studio nostro, in Procli Epistolis potissimum excudendis, præstitum sit, notulæ produnt quas ubique subdidimus. Ceterum haud fuerit otiosum, judicium perlegere quod de scriptis sancto Proclo tributis tulit cl. Tillemontius [5].

CAPUT XXII.

DE

DRACONTIO.

I. DRACONTIUS *composuit heroicis versibus* HEXAEMERON *creationis mundi; & luculenter, quod composuit, scripsit*. Hæc sanctus Isidorus Hispalensis [6]; qui & alibi ejusdem scriptoris meminit his verbis [7]: *Dracontius ait*:

Prædicit suillus vim cujuscumque veneni.

Est hic versus 396. prioris libelli Dracontiani [8]: ex quo corrigendus Isidori textus, & pro *suillus* legendum *Psyllus*. Sed vicissim in eodem versu emendandum exemplar Sirmondianum, ubi pro *Prædicit* reponendum *Præcidit*: quæ est vera lectio, ut ex contextu liquet, margini adscripta in Breulii editione Parisiensi quam præ manibus habemus, & a Joanne Grialo notata in animadversionibus ejusdem Isidori operibus subjectis [9]. Vulgo dicitur Dracontius gente Hispanus, & dignitate presbyter: sed nullo idoneo teste. Nihil enim ejusmodi habent veteres: non Isidorus Hispalensis, ut modo vidimus; non Eugenius Toletanus, qui *Dracontii* CUJUSDAM *libellos* tantum nominat [10], non Ildefonsus itidem Toletanus [11], non denique Honorius Augustodunensis Isidorum exscribens [12]. Neque ab hac sententia longe abest Nicolaus Antonius [13]. Ceterum poetam nostrum fuisse Hispanum existimarim equidem: tum quia eum celebrant tres scriptores Hispani; tum etiam quia ejus carmina Hispaniarum regis Chindasvinti jussu Eugenius Toletanus emaculanda & expolienda suscepit; tum vero maxime quia illustrium virorum qui res sacras carmine cecinere, Juvenci, Prudentii, Merobaudis, aliorum, ferax antea exstiterat natio Hispana: ut propterea eos æmulatus suum Hexaemeron panxerit quoque Dracontius.

II. Porro quo tempore claruerit auctor, palam prodit ipsemet, carmen elegiacum inscribens Theodosio juniori augusto [14], qui usque ad annum CCCCL. imperavit. Hinc est quod jure miremur, in ea exstitisse sententia eruditum Vossium, ut Dracontium inter poetas incertæ ætatis collocarit, eumque post annum demum DCCC. vixisse censuerit [15]. Neque minus mirari subiit, dum ista legeremus in Isidorum adnotata Grialo [16]: „ Dracontius, inquit, opus sex dierum carmine composuit, Athanagildo regnante: quod poema Eugenius III. Toletanus antistes sub Cindasvintho & Recensvintho, & emendavit & septimi diei versibus auxit. Hunc librum Gotthicis characteribus scriptum bibliotheca Martini Roderici Azagræ nunc servat. „ Sic ille; quem nimirum si audiamus, floruerit Dracontius post annum DLIV. quo Athanagildum, Agila æmulo sublato, Hispaniarum regno potitum esse narrat Joannes Mariana [17]. Hæc quidem Grialus, sed absque tabulis & suopte ingenio conscripsit: cujus quidem opinioni Vasæus & Goldastus accessisse noscuntur, ut refert Polycarpus Leyserus [18]. Verum his missis, circa medium sæculi V. scripsisse Dracontium, ex superius dictis pro certo habendum.

III. Quandoquidem vero Dracontii poemata, non prout ea ipsemet scripsit, sed ex una Eugenii

1. *Pagi.* ad ann. 446. §§. VIII. seqq.
2. *Tillem.* tom. XVI. pagg. 717. & 799. not. II. sur S. Procle.
3. *Combef.* Auctar. nov. ad biblioth. PP. tom. I. pagg. 301-496. Parif. 1648.
4. *Id.* ibid. pag. 467.
5. *Tillem.* tom. XVI. pagg. 718. & 800. seq. not. III. sur S. Procle.
6. *Isidor. Hisp.* lib. de script. eccl. cap. XXIV.
7. *Id.* Origin. lib. XII. cap. II. pag. 163. b. edit. Parif. 1601.
8. *Dracont.* Hexaem. ℣. 396. infra pag. 708. e.
9. *Grial.* ad opp. Isidor. pag. 838. col. 2. edit. Parif. cit.
10. *Eugen. Tolet.* epist. ad Chindasv. infra pag. 705. a.
11. *Ildefons. Tolet.* lib. de script. eccl. cap. XIV.
12. *Honor. August.* lib. III. de script. eccl. cap. XXVIII.
13. *Nicol. Anton.* Bibl. vet. Hispan. lib. III. cap. III. pag. 192.
14. *Dracont.* infra pag. 710. e.
15. *Voss.* de poet. Lat. cap. IX. pag. 87.
16. *Grial.* l. c.
17. *Marian.* Hist. de reb. Hisp. lib. V. cap. IX. pagg. 175. seq. tom. I. edit. Hagæ Comit. 1733.
18. *Leyser.* Hist. poetar. med. ævi, pag. 57.

Toletani recensione ad nos pervenere: de eodem A Eugenio heic nonnulla ex sancto Ildefonso ad rem nostram pertinentia edisserenda: [1] *Eugenius alter*, inquit, *post priorem pontifex* (Toletanus) *subrogatur*. — *Libellos Dracontii de creatione mundi conscriptos, quos antiquitas protulerat vitiatos, ea quæ inconvenientia reperit, subtrahendo, immutando vel meliorando, ita in pulcritudinis formam coegit, ut pulcriores de artificio corrigentis, quam de manu processisse videantur auctoris. Et quia de die septimo idem Dracontius omnimodo reticendo, semiplenum opus visus est reliquisse; iste & sex dierum recapitulationem singulis versibus renotavit; & de die septimo, quæ illi visa sunt eleganter dicta, subjunxit. Clarus habitus fuit Cinthasvindi & Recesvin-* B *di regum, fere duodecim annis tenens dignitatem simul & gloriam sacerdotis*. Hæc Ildefonsus, quæ descripsisse videtur ex ipsius Eugenii epistola infra relata [2]. Rerum in Hispania potitus est Chindasvinthus circa medium sæculi VII. ut auctor est Mariana [3]: quo tempore, inquit, ecclesiam Toletanam Eugenius eo nomine III. obtinebat. Alia præterea de hoc antistite scribit idem vir doctus, in quibus tamen nonnihil ab Ildefonso diffidere videtur. Quod superest, Dracontii carmina ex editione Sirmondiana descripsimus [4], subjectis paucis adnotationibus ex Barthii Adversariis & ex Baunio Sirmondianorum editore.

Scriptorum ecclesiasticorum monimentis de quibus hactenus sermonem habuimus, APPENDIX exstat apposita, in qua continetur PHILONIS *episcopi Carpasii Enarratio in Canticum Canticorum*, quam anno superiore Romæ in lucem emisit V. C. MICHAEL ANGELUS GIACOMELLUS archiepiscopus Chalcedonensis. Eo autem nomine in primis egregium hujusmodi opus in hanc nostram veterum Patrum bibliothecam inferendum existimavimus, quod ejusdem Philonis fragmenta IV. quorum tria ad ipsam *Enarrationem* spectant, ex Cosma Indicopleuste descripta præcedenti volumini VIII. intexta occurrant [5], quum nondum operis Philoniani Romana editio prodiisset. De quo quidem pauca in nostris prolegomenis ibidem diximus [6]: at abunde satis & luculenter illustrissimus editor, cujus proinde cum eruditam, tum doctam præfationem præteriisse noluimus. Ad opus vero ipsum quod attinet, illud qua licuit diligentia emendatum expolitumque damus, cujus etiam specimen præ ceteris in nonnullis notulis subjectis exhibemus.

1. *Ildefonf.* l. c.
2. *Eugen. Tolet.* l. c.
3. *Marian.* l. c. lib. VI. cap. VIII. pagg. 212. seqq.
4. *Sirmond.* opp. tom. II. pagg. 890-907. edit. Parif.
5. Bibl. PP. vol. VIII. pag. 256.
6. Ibid. Prolegom. cap. XIII. pag. XXIV.



INDEX

EORUM QUÆ IN PROLEGOMENIS CONTINENTUR.

INDEX CHRONOLOGICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

SÆCULUM V.

INDEX ALPHABETICUS
VETERUM PATRUM
ANTIQUORUMQUE SCRIPTORUM
ECCLESIASTICORUM,
QUORUM OPERA IN HOC VOLUMINE CONTINENTUR.

S. ZOSIMI PAPÆ

EPISTOLÆ:

Quibus intexitur Honorii Imp. Constitutio ad Agricolam præfectum.

EX EDITIONE PETRI COUTANTII V. C.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 417.

S. ZOSIMI PAPÆ EPISTOLÆ:

EPISTOLA I.

AD EPISCOPOS GALLIÆ

De privilegiis ecclesiæ Arelatensis.

I. [1] *Ut qui Romam aut alio e Gallia veniunt, formatas accipiant a metropolitano Arelatensi.*
II. *Ut metropolitanus Arelatensis episcopos ordinet per provinciam Viennensem, & per utramque Narbonensem.*
III. *Ut Ecclesiæ Arelatensi suæ parœciæ restituantur.*

Zosimus universis episcopis per Gallias & [2] septem provincias constitutis.

I. Placuit apostolicæ sedi, ut si quis ex qualibet Galliarum parte, sub quolibet ecclesiastico gradu, ad nos Romam venire contendit, vel [3] alio terrarum ire disponit, non aliter proficiscatur, nisi metropolitani Arelatensis episcopi formatas acceperit, quibus sacerdotium suum, vel locum ecclesiasticum quem habet, scriptorum ejus adstipulatione perdoceat. Quod ea gratia statuimus, quia [4] plurimi se episcopos, presbyteros, sive ecclesiasticos simulántes, quia nullum documentum formatarum exstat per quod valeant confutari, in nomen venerationis irrepunt, & indebitam reverentiam promerentur. Quisquis igitur, fratres carissimi, prætermissa supradicti formata, sive episcopus, sive presbyter, sive diaconus, aut deinceps inferiori gradu sit, ad nos venerit, sciat se omnino suscipi non posse. Quam [5] auctoritatem ubique nos misisse manifestum est: ut cunctis regionibus innotescat, id quod statuimus omnimodis esse servandum. Si quis autem hæc salubriter constituta temerare tentaverit, sponte sua se a nostra noverit communione discretum. Hoc A autem privilegium formatarum sancto Patroclo fratri & coepiscopo nostro meritorum ejus [6] specialiter contemplatione concessimus.

II. Jussimus autem præcipuam, sicuti [7] semper habuit, metropolitanus episcopus Arelatensium civitatis in ordinandis sacerdotibus teneat auctoritatem. Viennensem, Narbonensem primam & Narbonensem secundam provincias ad pontificium suum revocet. Quisquis vero posthac contra apostolicæ sedis statuta & præcepta majorum, omisso metropolitano episcopo, in provinciis supra dictis quemquam ordinare præsumserit, vel is qui ordinari se illicite siverit, uterque [8] sacerdotio se carere co- B gnoscat. Quomodo enim potest auctoritatem summi pontificis obtinere, qui quæ erant pontificis servare contemsit?

III. Omnes sane admonemus, ut quique finibus territoriisque suis contenti sint [9]: nam barbara & impia ista confusio est aliena præsumere. De qua re ne ad nos querela ulterius redeat admonemus. Dedit enim exemplum Arelatensis ecclesia, quæ sibi Citharistam & [10] Gargarium parœcias in territorio suo sitas incorporari jure desiderat: ne de cetero ullus

1. Subsequentes tituli e Sirmondo, non ex mss. exprimuntur.

2. Septem illæ provinciæ, quarum conventum civilem quotannis Arelate celebrari Honorius constitutione anno 418. data præcepit, in veteribus Notitiis appellantur Viennensis, Narbonensis prima & secunda, provincia Alpium maritimarum, Novempopulana & utraque Aquitania.

3. Reg. ms. *ad alia*.

4. Editi cum ms. Arel. *plures episcopi, presbyteri, sive ecclesiastici:* corriguntur ope mss. Reg. Colb. & biblioth. Flor.

5. Heic vox *auctoritatem*, more priscis Romanæ ecclesiæ pontificibus familiari, epistolam sonat.

6. Ita codex Regius cum Arel. & Morbac. Alii vero, *speciali*.

7. Novum ne jus nunc Zosimus Patroclo concedat, disputant eruditi. Novum tribui censent Petri Marcæ continuator Steph. Baluzius lib. 5. de concord. c. 30. ac Tillemontius tom. 10. pag. 681. & seqq. Quesnellus vero in laudata dissertatione 5. cap. 6. observat, Zosimum *non novum jus condere nec nudiustertius institutum firmare, sed vetus privilegium* asserere, & id quidem *in nativis Arelatensis juribus primævisque prærogativis fundatum*. Cui nunc favet Zosimus, ubi Arelatensi episcopo id committere se testatur, *quod semper habuit*. Illi quoque suffragantur Gallicani episcopi in precibus ad Leonem papam post ordinationem Ravennii Arelatensis episcopi missis apud ipsum Leonem epist. 41. Sed refragatur ipse Leo epist. 9. cap. 4. ubi Hilarium, qui episcopos extra provinciam suam ordinarat, id usurpasse queritur, *quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit*. Minus ambiguum est, Arelatensem episcopum a Zosimo heic eo sensu *metropolitanum* nuncupari, quo intellexit hoc nomen synodus Taurinensis, cum urbium Arelatensis & Viennensis episcopis de primatus in C illis provinciis honore inter se certantibus definivit: *ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse* METROPOLIM, *is totius provinciæ honorem primatus obtineat, & ipse juxta canonum præceptum ordinationum habeat potestatem*. Unde liquet eum ibi metropolitanum dici, cui in controversis provinciis primatus honor & ordinationum competit potestas.

8. Quam in hujusmodi caussis concilium Taurinense can. 3. decreverat ordinantis pœnam, Zosimus heic auget. Hæc quippe synodus eum, *qui ordinatus fuerit, sacerdotii honore privandum* judicans, scire voluit & eum *qui ordinaverit, auctoritatem se in ordinationibus vel in conciliis minime retenturum*, sed sacerdotio minime privat. Zosimo autem concinens Arelatense II. concilium, ut *qui ordinatus est cum ordinatoribus excludatur*, constituit.

9. In mss. Colb. & Arel. ut in vulgatis, *contenti sint. De qua re*. Sententiam intermediam ex mss. Reg. & Mor- D bac. supplemus.

10. In vulgatis, *Gargariam*. Melius mss. Arel. Reg. & Morbac. *Gargarium*, uti legendum esse monuerat Sirmondus auctoritate veteris tabulæ Arelatensis, in qua exstat, *Pagani pagi Lucreti, qui sunt in finibus Arelatensium, loco Gargario*. Citharistanæ item parœciæ in libro 2. vitæ S. Cæsarii Arelatensis mentionem fieri idem Sirmondus observat. Additur & in notis ejus posthumis a Labbeo ad calcem tom. 2. concil. pag. 1814. editis, Plinium lib. 3. c. 4. Citharistæ in ora Massiliensium promontorii meminisse. Uterque locus etiamnum est notus.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 417.

sacerdos in alterius sacerdotis præsumat injuriam. Sane quoniam metropolitanæ Arelatensium urbi vetus privilegium minime derogandum est, ad quam primum ex hac sede Trophimus summus antistes, ex cujus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt, directus est; idcirco quascumque parœcias in quibuslibet territoriis, etiam extra provincias suas, A ut antiquitus [1] habuit, intemerata auctoritate possideat. Ad cujus notitiam, si quid illic negotiorum emerserit, referri censemus, nisi magnitudo causæ etiam nostrum requirat examen. [2] Data XI. Kalendas Apriles Honorio augusto XI. & Constantio II. consulibus.

[3] EPISTOLA II.

De caussa Cælestii.

Quid instaurato Romæ Cælestii judicio gestum sit. Eum, nisi intra duos menses veniant qui præsentem redarguant, & aliter sentire probent quam professus sit, absolutum fore.

Zosimus Aurelio & universis episcopis per Africam constitutis, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

I. Magnum pondus examinis magna [4] desiderant, ut non sit rebus ipsis, quæ geruntur, inferior libra judicii. His accedit apostolicæ sedis auctoritas, cui in honorem beatissimi Petri patrum decreta peculiarem quamdam sanxere reverentiam. Orandum igitur, & incessanter orandum, ut continua gratia perennique adjutorio Dei, ex hoc fonte in totum orbem pax fidei & catholicæ societatis nullis [5] nebulis interfuscata mittatur. Caritas enim, quæ, sicut scriptum est [a], Deus est, perfecta plenitudinis abundantia gratulatur: C cum si quid vel suspicionis habuerit, fidei intentione solicita vel in longum perducta [6] contentio aut emendatione corrigitur.

II. Cælestius presbyter nostro se ingessit examini, expetens ea quæ de se apostolicæ sedi aliter, quam oportuit, essent inculcata, purgari. Et licet multæ occupationes majoribus vinculis ecclesiasticorum negotiorum curam nostram solicitudinemque distraherent: tamen ne [7] fraternitatis vestræ de adventu ac discussione prædicti diutius penderet exspectatio, posthabitis omnibus, die cognitionis D B resedimus in sancti Clementis basilica, [8] qui imbutus beati Petri apostoli disciplinis, tali magistro veteres emendasset errores, tantosque profectus habuisset, ut fidem quam didicerat & docuerat, etiam martyrio consecraret: scilicet ut ad salutiferam castigationem tanti sacerdotis auctoritas præsenti cognitioni esset exemplo.

III. Omnia igitur quæ prius fuerant acta, discussimus, sicut gestorum huic epistolæ cohærentium instructione discetis; & intromisso Cælestio, libellum ejus quem dederat, fecimus recitari: nec hoc contenti, utrum hæc quæ scripsisset, corde loqueretur an labiis, sæpenumero exploravimus; cum de occultis animorum solius Dei nostri possit esse judicium, cui non tantum cogitata, sed cogitanda etiam præsto sunt. Quid voces ejus [9] contineant, compendiosius duximus a sanctitate vestra legendo cognosci.

IV. Unum sane movet nos, ut cum in præsenti ibi Cælestium habueritis, nihil liquido judicatum sit. Ad litteras Herotis & Lazari priori relatione destinatas, equidem [10] ob fervorem fidei, præfestinatum esse promtissimum est. Sed cum de his interrogaretur, asseruit nullum sibi de talibus contentionibus umquam cum ante dictis fuisse ser-

a Joan. IV. 8.

1. Reg. ms. *habet*.

2. Id est, anno 417. Martii 22. In Arel. ms. epistola sic clauditur: *Honorio augusto & Constantino*. In Regio autem, X. *Kal. April. Honorio* X. *& Constantio*; mendose: siquidem Honorius ann. 415. consulatum X. cum Theodosio, non cum Constantio gessit. Apud Baronium nulla est chronica nota. Garnerius consulto ab illo omissam suspicatur, quia ipsi adversatur, Innocentium Julii 28. die ad cælum migrasse, eique Zosimum Augusti 19. die successisse opinanti. Plurimum vero favet veteribus martyrologiis, Romano antiquo, Adonis aliisque, in quibus legere est Innocentium Martii 12. die obiisse.

3. Exemplar Vatic. *Incipit exemplum epistolæ I. Zosimi episcopi in defensionem Cælestii contra Pelagianos episcopos:* quæ inscriptio imperitum habet auctorem.

4. Apud Baron. *desiderat*. Rectius Garn. *desiderant*. Constitutionis Honorii imp. a Baronio ad annum 419. editæ simile est exordium, quo Symmachum Urbis præfectum sic affatur: *Magnarum deliberationum non debet citum esse judicium, nec temere proferenda sunt, quæ servanda in perpetuum sanciuntur*. Quæ sententia licet vera sit, ubi magnis de rebus primum deliberandum est; ubi tamen judicium magna deliberatio & diuturnum examen præcessit, res judicatas ad novum examen revocari non decet. Quocirca Innocentius epist. 34. cum pertinacibus ac fallacibus hæreticis, cujusmodi Pelagius ac Cælestius erant, matura potius correptione, quam *diuturna collatione* agendum censet. Vide & ejusdem epistolam 29. n. 7.

5. Editi, *nubibus*. Concinnius ms. Vatic. *nebulis*.

6. Ita archetypum Vatic. nisi quod supra exstat in eo vox *intentionis*, pro *intentione*, ubi apud Baron. *contentione*. Totum hunc locum Garnerius de suo ita castigavit, *si cum aliquid suspicionis habuerit vel fidei, intentio solicita, vel in longum producta contentio, id vera emendatione corrigitur:* de grammatica constructione magis, quam de Zosimi mente exhibenda videtur fuisse solicitus. Nitidior fieret oratio in hunc modum: *fidei contentio* (hoc est controversia circa fidem) *intentione solicita* &c. Non displiceret, *fidei intentio solicita & in longum perducta cunctatione aut*.


7. Baron. *paternitatis*.

8. Garner. heic addit *quippe*; & mox *magisterio* pro *magistro* substituit: nulla necessitate. Felicius subinde *tantosque*, ubi in edit. Baron. & concil. *ratosque* offenderat, E archetypo Vatic. suffragante reposuit. S. Clemens non hæreseos alicujus, sed gentilitatis potius veteres errores emendasse heic intelligendus est. An si Judæus, ut nonnulli conjectant, exstitisset, ad Christi fidem conversus *veteres errores* emendasse apte diceretur? Pro ejus martyrio, quod a nonnullis in dubium vocatur, insignis est hic locus. Ipsi quoque *martyris* titulum cum Rufinus apud Origenem, tum Vasense I. concilium anno 442. habitum can. 2. attribuunt. Huic autem conventui, in quo Cælestii caussa cognita est, præter sacerdotes qui, ut infra dicitur, e diversis regionibus aderant, interfuerat & Romanus clerus. Quamobrem Pelagiani apud Augustinum lib. 2. ad Bonifac. c. 3. ipso Augustino consentiente, id Romanis clericis attribuerunt, quod tum in hoc, tum in posteriore conventu factum est.

9. In ms. Vatic. *teneant*. Mox apud Baron. *ad sanctitatem vestram legenda*. Verior visa est correctio Garnerii.

10. Baron. *hoc fervore*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.



monem, nec ante sibi, quam de se scriberent, visu fuisse compertos; Lazarum sane in transitu cognitum; Herotem vero etiam satisfactione interposita, quod secus de ignoto & absente sensisset, cum gratia recessisse. [1] Tam caduco ac nullo fundamine criminationis ignotæ, procul dubio e re fuit, ut persona talium, quæ tam ventosa & levis exstiterat, quæreretur, si saltem illis loci sui ratio vitæque constaret, ut fides absentibus in absentes [2] debuerit adhiberi, tantumque pondus in litteris eorum [3], ut auctoritatem testimonii mererentur. Patuit hos inobservatis ordinationibus, plebe cleroque contradicente, ignotos, alienigenas, intra Gallias sacerdotia vindicasse, quibus se ipsi propria [4] abdicavere sententia; nosque, licet & alia, [5] tamen eorum de se pœnitudinem & confessionem secuti, sacerdotali eos loco & omni communione submovimus. Satis urget, caussam a talibus processisse per litteras [6] in absentis ejus accusationem, qui se præsens tuetur, qui exponit fidem, qui provocat accusantem.

V. Numquam piguit in melius retorsisse judicium, Adolescens [a] & sancti Spiritus exsecutor, [7] qui Susannam, seniorum falsitate damnatam, in- A venit innocentem. Reducitur a suppliciis casta per puerum, quæ per grandævos fingitur impudica. Non ergo omni, sicut cautum est [b], spiritui credendum est; sed diu appensius examinandum est, præsertim de fide hominis, ubi status ejus & vita perpetua est. Nec [c] Salomonem fefellit in puerperii [8] rixa veritatis indago. Non enim statim duabus feminis inter se jurgantibus unum pignus induxit: sed ibi arbiter fide cunctabundus invenit, ubi veræ pietatis intellexit affectum. Perquam rarum fit, ut longa & castigata [9] cunctatio non ad veri cubile perveniat. Optimæ mentis indicium est, prava difficilius credere. Nam plerique, quorum de se bonæ [10] confessioni pigrius adhibetur fides, B in illius erroris abruptum necessitate coguntur: & irremediabile vulnus efficitur, quod desperatur sanari.

VI. Unde in præsenti caussa nihil præcox immaturumque censuimus, sed innotescere sanctitati vestræ super absoluta Cælestii fide nostrum examen: cui etiam prior libellus ab eo intra Africam [11] (datus) testimonio apud vos esse debuisset, ne inexploratis famaque jactatis [12] tam facile crederetur. Quare intra secundum mensem [13] aut veniant, qui

a Dan. XIII. 46. *b* Joan. IV. 4. *c* III. Reg. III. 23.

1. Baron. *Jam caduca ad nulla fundamina criminationis ignotæ, procul dubio iræ fuit*: quem locum Garnerius resarcire conatus est in hunc modum, *Tam caduca ac nulla fundamina cum essent, procul dubio iræ fuit*. Saniorem illum exhibemus, nulla verborum adjectione, quod editori vix uspiam licet, sed tantum litterularum, quæ passim in mss. aliæ pro aliis ponuntur, mutatione. Nominatim loco *iræ* Baronium *ire* in archetypo suo offendisse prope dubium non est. Quam autem frequens sit litteræ *i* pro *e* in mss. mutatio, norunt qui eos tantisper versarunt. Clarius legeretur, *Tam caducum tamque nullum cum esset criminationis ignotæ fundamentum*.

2. Cælestium scilicet ac Pelagium, adversus quos Lazarus & Heros litteras, seu, ut Augustinus lib. de gestis Pelagii c. 3. n. 10. vocat, libellum, Eulogio Cæsareensi antistiti tradiderunt. Cujus episcopi auctoritate deinde congregata synodus Diospolitana, cui Lazarus & Heros, uti Augustinus ibid. c. 1. n. 2. fidem facit, *propter gravem unius eorum ægritudinem* interesse minime potuerunt. Easdem autem litteras inde in Africam ab Orosio presbytero delatas fuisse Carthaginiensis concilii ad Innocentium epistola 26. n. 1. nos docet.

3. Verbum *esset*, quod Garn. addidit, vel aliud simile, puta *videretur*, heic supplendum.

4. De Herote in Prosperi chronico legimus: *Heros vir sanctus, B. Martini discipulus, cum Arelatensi oppido episcopus præsideret, a populo ipsius civitatis insons & nullis insimulationibus obnoxius pulsus est*. Sed huic populi violentiæ forte etiam propria ipsius sententia accessit.

5. Baron. *tum eorum*: ac deinde cum editis aliis, *de se pœnitudinem secuti*, omisso *& confessionem*, quod ex ms. Vatic. revocatur.

6. Apud Garner. *per litteras & absentes*. Baron. ut in ms. *per litteras in absentes*. Orationis & historiæ ratio postulat *in absentis* aut *in absentia*. Liquet enim sermonem esse de Cælestio, qui unus tum Romæ se tuebatur.

7. Supple *fuit*. Garner. sequens relativum *qui* supprimere maluit.

8. Baron. Lab. & Garn. *rixa, mentis*. Vatic. ms. *rixa veritis*. Unde nobis constitit restituendum esse *rixa veritatis*: quod & Baronius ad marg. annotarat. Mox particulam *statim*, prædicti ms. auctoritate supplemus.

9. Apud Baron. *cunctatione*. Magis placet cum Garn. *cunctatione non*.


10. Baron. *confessionis pignus*: qui locus a Garnerio feliciter est restitutus. Mox loco *illius*, idem Cardinalis præfert *nullius*. Hoc sibi vult Zosimus, plerosque in eum errorem necessitate compelli, a quo purgare se contendunt, dum eis tardius creditur. Huc spectare videtur, quod de Zosimo Augustinus lib. de peccato origin. c. 6. n. 7. eloquitur; *Multum misericors memoratæ sedis antistes, ubi eum* (Cælestium) *vidit ferri tanta præsumtione præcipitem, tamquam furentem, donec si posset fieri resipisceret, maluit eum sensim suis interrogationibus & illius responsionibus colligere, quam districta feriendo sententia* IN ILLUD ABRUPTUM, *quo* C *jam propendere videbatur, impellere*.

11. Verbum *datus*, quod e Baronii archetypo, aut certe simile, exciderat, supplevit Garnerius: qui & exinde *apud vos*, ubi Baronius *apud nos* ediderat, recte ac ms. Vatic. suffragante restituit. Is quippe libellus Afris apud Carthaginem oblatus fuerat. Sed hunc posteriori, quem Zosimo dedit, subnexum fuisse inde colligitur. De priore illo libello Carthaginiense concilium epist. 26. ad Innocentium n. 5. ita loquitur: *Per baptismum Christi etiam parvulorum fieri redemtionem, libello suo Cælestius in Carthaginiensi ecclesia jam confessus est*. Libelli & confessionis ejusdem sæpius Augustinus meminit, ac nominatim epist. olim 89. nunc 157. n. 22. & lib. de remiss. pecc. c. 34. ubi legere est: *Quod attinet ad baptismum parvulorum, ut eis sit necessarius, redemtione ipsis etiam opus esse concedunt, sicut cujusdam eorum libello continetur: qui tamen remissionem alicujus peccati apertius exprimere noluit*. Hoc autem nolle se testatus est Cælestius non in ipso libello, sed in D gestis, dum eum urgenti Paullino, ut peccatum originale confiteretur, teste Augustino lib. de origin. pecc. n. 3. respondit: *Infantes semper dixi egere baptismo ac debere baptizari, quid quærit aliud?* In quam responsionem est ista Augustini n. 4. observatio: *Cernitis sic Cælestium concessisse parvulis baptismum, ut in eos transire primi hominis peccatum, quod lavacro regenerationis abluitur, noluerit confiteri*. Verum, inquit acute idem Doctor epist. olim 89. nunc 157. num. 22. *quamquam noluerit de originali peccato aliquid expressius dicere, tamen ipso redemtionis nomine non parum sibi præscripsit. Unde enim redimendi essent, nisi a diaboli potestate, in qua esse non possent, nisi originalis obligatione peccati?*

12. Vocem *criminibus* heic supplendam esse liquet ex inferiore epistola 7. n. 1. ubi memoratur Cælestius in priore Romano judicio *quæ in se crimina per rumorem falso dicebat illata condemnans*. Hinc & *jactatis*, pro *jactantibus*, recte a Garnerio restitutum esse conficitur. Quæ tamen E Cælestio illata sunt crimina, non per incertum rumorem aut per solos absentes ipsi illata sunt, uti postmodum agnovit Zosimus, & a Mario Mercatore in Commonit. c. 1. & ab Augustino lib. 1. de pecc. orig. c. 3. memoriæ mandatum est, sed per Paullinum diaconum, quem Cælestius in eo episcopali judicio, in quo damnatus est, præsentem habuerat.

13. In hunc locum cadit quod Augustinus lib. de pecc. orig. c. 7. observat: *Cælestius velut phreneticus, ut requiesceret, tamquam leniter fotus, a vinculis tamen excommunicationis non est creditus esse solvendus: sed interposito duorum mensium tempore, donec rescriberetur ex Africa, resipiscendi ei locus sub quadam medicinali sententiæ lenitate concessus est*. Hæc Zosimi sententia accommodata est ad constitutionem Cod. Th. lib. 11. tit. 33. leg. unic. quæ *cognitiones omnes, etiam quoties consensu partium differuntur, ultra anni menses differendi potestatem* negat. Ibidem tamen lib. 2. tit. 7. leg. 4. novem conceduntur menses, ubi instrumenta vel persona *transmarina* poscuntur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.



præsentem redarguant aliter sentire, quam libellis A & professione contexuit; aut nihil, post hæc tam aperta & manifesta quæ protulit, dubii sanctitas vestra resedisse cognoscat.

VII. Ipsum sane Cælestium, & quicumque in tempore e diversis regionibus aderant sacerdotes admonui, has tendiculas quæstionum & inepta certamina, quæ non ædificant, sed magis destruunt, ex illa curiositatis contagione profluere, dum unusquisque ingenio suo & intemperanti eloquentia [1] supra scripta abutitur: cum in hoc etiam magnorum virorum nonnumquam cum ipsis auctoribus scripta periclitentur post multam [2] temporum seriem interpretantis arbitrio: ut divine prædictum sit [a], B ex multiloquio non vitari peccatum; & sanctus David [3] merito postularit [b] circumstantiam labiis suis, orique custodiam.

VIII. Caritatem vestram tam apostolicæ sedis auctoritate, quam mutua amoris affectione commoneo, ut jam ingenia vestra se sanctarum omnium Scripturarum, quæ secundum traditionem patrum atque majorum [4] perceptæ sunt, præceptis observationibusque subjiciant. Quid illic non abundans? quid non Dei Spiritu & vocibus plenum sit? nisi libet unumquemque plus sibi credere, suoque de se uti judicio. [5] Data ..... Honorio augusto XI. & Flavio Constantio consulibus.

EPISTOLA III.

Pelagium missis litteris ac libello fidei, rursumque Cælestium se se purgasse, neque accusatoribus eorum tam sublestæ fidei viris facile fuisse credendum; illos demum, cum damnanda damnarent, ac sequenda sequerentur, a catholica veritate aut Ecclesiæ communione numquam excidisse.

ZOSIMUS episcopus AURELIO & universis episcopis per Africam constitutis, dilectissimis fratribus, in Domino salutem.

I. POstquam a nobis Cælestius presbyter auditus C est, & quid de fide sentiret evidenter expressit, eademque quæ in libello contulerat, repetitis crebro professionibus roboravit, de ejus nomine plenius ad dilectionem vestram scripta direximus.

II. Ecce epistolam Hierosolymitani episcopi Praylii, qui in locum quondam sancti Joannis episcopus est ordinatus, accepimus, qui caussæ Pelagii enixius adstipulator [6] intervenit. Litteras [7] quoque suas idem Pelagius purgationem continentes abundantissime misit, quibus & professionis suæ fidem, quid sequeretur, quidve damnaret, sine aliquo fuco, ut cessarent totius interpretationis insidiæ, cumulavit. Harum recitatio publica fuit: omnia quidem paria, & eodem sensu sententiisque formata, quæ Cælestius [8] ante protulerat, conti-

a Prov. X. 19. *b* Psalm. CXL. 3.

1. Garner. *seu scriptura*. Non displiceret *spreta Scriptura*, idque postulare videtur series orationis.
2. Baron. *temporis majoram*.
3. Vocem *merito* heic restituimus auctoritate ms. Vatic.
4. Apud Baron. omisso superius *se*, heic legitur *præcepta*, & infra *sufficiant* pro *subjiciant*. Restituit Garner. heic *præscriptæ*, & infra *se subjiciant*. Certe docet Zosimus, unicuique Scripturis non ex suo sensu, sed ex patrum tra- D ditione & majorum interpretatione intellectis obsequendum esse. Quod dum Pelagiani quantumvis ingeniosi non observant, sed *eas* (Scripturas) *secundum suum sensum legunt*, *profecto illi*, inquit Augustinus lib. de gratia Christi c 42. *nec aperta continentur*.
5. Id est, anno Christi 417. In Vatic. ms. hæc nota corrupte exprimitur in hunc modum: *Data exemplaria ave toris habit: Honorio* &c. In epistola autem sequenti, quæ *data* XI. *Kal. Octobris* notatur, memoratur ista. Unde illam non serius 21. Septembris die scriptam esse conficitur. Sed & eam ab Afris ante Octobrem acceptam non esse ex eo colligere est, quod Augustinus VIII. *Kal. Octobris* ad populum concionans Serm. 131. n. 10. dixit: *Duo concilia missa sunt ad apostolicam sedem, inde etiam rescripta venerunt: caussa finita est: utinam aliquando finiatur error*. His quippe verbis notitiam ejus nondum ad se pervenisse palam fecit. Afris autem circa Octobris exitum E redditam esse hoc argumento est, quod Basiliscus subdiaconus in Africam missus, ut quæ coram Zosimo in Cælestii ac Pelagii caussa gesta fuerant eo deferret, ac Paullinum Cælestii accusatorem Romam citaret, hunc diaconum IV. *Nonas Novembris Carthagine convenisse* epist. 8. n. 4. memoratur. Nec ulli dubium videbitur, quin Basiliscus haud multa post adventum suum interposita mora Paullinum convenire, eique apostolicæ sedis mandatum notum facere properarit. Demum eam aliquo Kalendarum Octobrium die, forte ipso quo sequens, datam esse, atque *Octobris* loco, per imperitiam librarii, *ave toris* irrepsisse non dubitamus.
6. Pelagius in synodo Palæstina accusatus, *primo quidem*, inquit Marius Mercator pag. 139. *tergiversando ambiguis quibusdam se professionibus tegens, & prosequens dubia vel respondens, illam tunc videtur episcoporum audientiam delusisse*. Unde & absolutus evasit. Huic autem synodo cum Joannes Hierosolymitanus præfuisset, ab ejus successore Praylio Pelagius in sui gratiam litteras facile impetravit: sed ne suos ipsi errores detegeret, diligenter cavit. Ab his quantum abhorruerit semper Praylius, postea manifestum fecit, cum idem hæreticus, ut Marius Mercator ibidem narrat, *postmodum evidenter deprehensus, insistentibus accusatoribus, a posteriore synodo, cui sanctæ memoriæ Theodotus Antiochiæ præsedit episcopus, atque detectus, a sanctis quoque ac venerabilibus Hierosolymorum locis est deturbatus; ejusdemque sancti Theodoti ad reverendissimum urbis Romæ episcopum & sanctæ recordationis Praylii Hierosolymitani episcopi missa scripta testantur, quorum exemplaria ad documentum habemus in manibus*. Secundis igitur litteris post obitum Zosimi Romam missis, ea revocavit Praylius, quæ in gratiam Pelagii, dum hæreticos tegeret sensus, se seque catholicum fingeret, scripserat.
7. De litteris illis & annexo eis libello Augustinus lib. de gratia Christi c. 30. hæc habet: *Ipse Pelagius & litteras nuper & libellum Romam fidei suæ misit, scribens ad beatæ memoriæ papam Innocentium, quem defunctum esse nesciebat*. Epistolæ hujus fragmenta ex Augustini scriptis collecta ad calcem epistolarum Innocentii sup. tom. VIII. pag. 610. edidimus.
8. Quæ illa sint, quorum recitatio tantæ catholicis lætitiæ caussa fuerit, discere licet ex his Augustini lib. de pecc. orig. c. 1. Albinam, Pinianum ac Melaniam sic alloquentis: *Nempe ipsi a Pelagio vos præsente scripsistis audisse, recitante vobis de libello suo quem etiam Romam se misisse asserebat, quod* IISDEM SACRAMENTI VERBIS *dicant* DEBERE BAPTIZARI INFANTES, QUIBUS ET MAJORES. Ii quippe hæc audientes eo gaudio, quo Zosimus cum cœtu suo perfusus est, se se affectos fuisse testati sunt. *Hinc ergo est*, addit Augustinus cap. 3. *& illud quod scripsistis sic vobis respondisse Pelagium, quod eisdem quibus & majores sacramenti verbis baptizantur infantes; vosque fuisse lætatos id quod cupiebatis audisse*. Nempe, ut Augustinus ibid. tradit, etiam in libello quem Cælestius Romæ edidit, quique gestis ibi ecclesiasticis allegatus est, hæc scripta erant: *Infantes autem baptizari in remissionem peccatorum, secundum regulam universalis Ecclesiæ & secundum Evangelii sententiam confitemur*. Et hanc quidem baptismi formam, ut *in remissionem peccatorum* conferretur, in Africa ut & Romæ usu receptam fuisse, tum ex canone vulgati Milevitani II. concilii, tum ex epistola 5. Gelasii papæ n. 6. tum ex aliis locis est exploratum. Qui autem baptismum infantibus in remissionem peccatorum conferendum concedebant, infantes non sine peccato nasci, adeoque peccatum



nebant. Utinam ullus vestrum, dilectissimi fratres, recitationi litterarum interesse potuisset. Quod sanctorum virorum qui aderant gaudium fuit! quæ admiratio singulorum! Vix fletu quidam se & lacrymis temperabant, tales etiam absolutæ fidei infamari potuisse. Est ne ullus locus, in quo Dei gratia vel adjutorium prætermissum sit? quod quisquis potest præter eamdem vel mente concipere, nec [1] ille illi supernæ sententiæ subjectus, quæ de sancto Spiritu lata est, quod neque heic, neque in futuro venia vel remissione donetur.

III. Video etiam hunc Pelagium, Herote & Lazaro scribentibus, infamari. Ita ne, fratres dilectissimi, ad aures vestras, qui sint isti turbines Ecclesiæ vel procellæ, nec opinione pervenit? Ita vero vos latuit vita horum atque damnatio? Sed quamquam specialis illos apostolicæ sedis auctoritas omni communione submoverit, discite & in hac epistola, licet strictim, hominum mores. Vetus Lazaro consuetudo est innocentiam criminandi. [2] Per multa concilia in sanctum Britium coepiscopum nostrum Turonicæ civitatis diabolicus accusator [3] inventus est. A Proculo Massiliensi in synodo Taurini oppidi sententiam calumniatoris excepit. Ab eodem Proculo fit post multos annos sacerdos, tyrannici judicii defensor, civitatis Aquensium: cum contrairet [4] addicta, in ipsum penetrale & sacerdotale solium sanguine [5] innocentis pæne respersum irrupit. Stetitque in eo hactenus umbra sacerdotii, donec in tyranno [6] imago staret imperii: quo loco post internecionem patroni sponte se exuit, & propria cessione damnavit. De Herote vero omnia similia, idem tyrannus patronus, cædes, turbæ, presbyterorum contradicentium vincula & custodiæ, & totius civitatis [7] addictio, similis pœnitentia de abdicatione sacerdotii. Mirum est si isti laicum virum [8] ad bonam frugem longa erga Deum servitute nitentem, falsis litteris percellere noluerunt, qui in fratres & coepiscopos tanta machinati sunt; qui tot tempestates ecclesiæ reddiderunt. Non decet episcopalem auctoritatem, & præcipue prudentiam vestram, ad levium susurronum scripta pendere. Ecce Pelagius Cælestiusque apostolicæ sedi in litteris suis & confessionibus suis præsto sunt: ubi Heros, ubi Lazarus, erubescenda factis & [9] tot damnationibus nomina? ubi illi adolescentes, id est Timasius & Jacobus, qui scripta quædam, ut asserebatur [10]? Vos conjicite, si qui talia in sede apostolica confitentur, illa quæ de

originis fateri videbantur. Quocirca Augustinus ibid. c.1. istud observat: *Quis post illa verba putaret eis de hac re ullam movendam esse quæstionem? aut cum faceret, cui non calumniosissimus videretur, si non* (aliunde) *eorum manifesta verba legerentur?* Et quæ illa sint manifesta eorum verba, cap. 6. retegit in hunc modum: *Attendite itaque quid Cælestius apertissime dixerit, & ibi videbitis quid Pelagius vobis occultaverit. Cælestius quippe adjungit & dicit, In remissionem autem peccatorum baptizandos infantes non idcirco diximus, ut peccatum ex traduce firmare videamur* &c. *Unde,* inquit vulgatum Milevitanum II. concilium can. 2. *fit consequens, ut in eis forma baptismatis in remissionem peccatorum non vere, sed false intelligatur.*

1. Ex ms. Vatic. adjecimus *ille*. Proxime antea pro *nec*, mallemus *exstet*. Heic quippe notari vel repeti intelligimus ipsa Pelagii verba, quibus imprecatus sit, *quod si quis se putet præter eamdem* (scil. gratiam) *aliquid vel mente concipere, exstet ille illi supernæ sententiæ subjectus, quæ de blasphemo in Spiritum sanctum* (Matth XII. 31.) *lata est*. Imprecationum hujusmodi usum Pelagio familiarem fuisse suadet id, quod Augustinus lib. de gratia Christi c 2. ex Albinæ, Piniani & Melaniæ testimonio, eos ita alloquens refert: *Scripsistis mihi cum Pelagio vos egisse, ut quæcumque adversus eum dicerentur scripto damnaret; cumque dixisse audientibus vobis, Anathemo qui vel dicit, vel sentit gratiam Dei, qua Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, non solum per singulas horas aut singula momenta, sed etiam per singulos actus nostros non esse necessariam; & qui hanc conantur auferre, pœnas sortiantur æternas*. At nullum menti commodum intellectum offert hæc Garnerii lectio: *quisquis potest præterea dicere, vel mente concipere, nec illi supernæ sententiæ subjectus esse, quæ a sancto Spiritu lata est*.

2. Vide infra epist. IV. n. II.

3. Sancti Britii vitam non ita inculpatam Sulpicius Severus repræsentat, ut omnem ejus accusandi aut sacerdotio ipsius intercedendi caussam excluserit. Forte tamen accidit, ut licet vera Lazarus adversus Britium denuntiarit, quia tamen hoc non est consecutus, ut is ab episcopatu amoveretur, ansam hinc arripuerit Patroclus, unde eum calumniatoris sententiam a Proculo excepisse diceret, idque Zosimo persuaderet. Sane veri non videtur simile Proculum, si sententiam hujusmodi dixisset, eum aliquando maximæ urbis episcopum fuisse ordinaturum. De hac re nihil in Taurinensi concilio nunc legimus.

4. Apud Baron. *afflicto*. Apud Garner. *cumque contrairet afflicta civitas*. Quod infra legimus, *totius civitatis addictio*, etiam heic legendum esse persuasit *addicta*, scilicet civitas Aquensium sub jugo Constantini, qui anno 407. a Britannicis militibus imperator conclamatus, exindeque Galliis, Britanniis & Hispaniis potitus, anno 411. apud Arelatense oppidum quo se receperat, ab Honorii ducibus Constantio & Ulphila captus victusque, haud multo post interemtus fuit. Minus autem mirum est Lazarum, cum Constantino favente, ac repugnante populo Aquensium constitutus fuisset episcopus, eodem tyranno devicto atque interfecto a plebe sua fuisse pulsum, eumque illi, cui resistere non valeret, veluti sponte cessisse.

5. Tillemontius tom. 13. pag. 677. heic notari conjectat cædem Vereniani & Didymii propinquorum Honorii imperatoris, quos Constantinus tyrannus circa initium anni 409. jugulari jusserat, antequam eunuchos ad Honorium mitteret, *veniam poscens quod imperium delatum accepisset*, ut Zosimus lib. 5. pag. 818. loquitur. Quod si ita est, heic *innocenti pæne respersus* restituendum est: & antea *tyrannici judicii defensor* ideo Lazarus est dictus, quia hoc Constantini adversus insontes judicium approbasse censebatur. Inde autem quanta Lazaro conflaretur invidia, hinc conjicere licet, quod Jovius Constantini legatus, ut hoc factum purgaret, ipsius Constantini voluntate commissum negare compulsus sit, uti rursum Zosimus initio libri 6. narrat. Præterea quo tempore Lazarus Aquensium episcopatum susceperit, ex eadem conjectura colligere est. Ex ea enim consequens est, ut proxime post Vereniani & Didymii cædem, adeoque circa initia anni 409. solium episcopale conscenderit.

6. Constantino.


7. Garn. *afflictio*, Baron. & archetypo Vatic. renitentibus. Cum hunc Herotem insontem ac nullis insimulationibus obnoxium a populo suo pulsum esse Prosper in Chronico tradat, facile intelligitur hoc unum illius crimen exstitisse, quod illum Constantinus benevolentia sua prosecutus esset. Hinc & Constantio, qui Honorii imperatoris exercitibus præerat, post debellatum Constantinum, suspectus evasit, & Patroclo Constantii hujus amico patuit aditus, quo in Herotis locum invaderet, eumque, ne forte revocaretur, quantum in se erat, infamaret.

8. Pelagium videlicet, quem etiam Orosius *laicum* cognominat: quia nullum clericatus gradum susceperat. Monachi nomine donari solet in actis Palæstini concilii apud Augustinum lib. de gestis Pelagii c 23. & 24. Falsi suspicionem, quæ Zosimo papæ de Herote & Lazaro inique injecta est, Orosius in Commonitorio aperte ab illis amovet, ubi ait: *In Palæstina degebat Pelagius. Inventi sunt a quibusdam religiosis episcopis* (Herote & Lazaro) *libri ejus, in quibus multa & varia adversus fidem catholicam conscripta esse videntur. Hi cum litteris in Africam patribus & episcopis missi sunt, ubi tribus conciliis memorati lecti sunt libri*. Qui enim ipsos Pelagii libros mittere curarunt, ex æquo & bono cum eo egisse, non *falsis litteris* ipsum infamare voluisse convincuntur. Qui igitur Zosimo suggesserunt aliud, eos ipsi imposuisse perspicuum est.

9. Vocabulum *tot* supplemus ex ms. Vatic.

10. Non displicet verbum *protulerunt*, quod Garnerius heic de suo adjecit: sed alterum desideratur, quod supplere licet ex epistola quinque episcoporum apud Innocentium 28. n. 6. ubi legimus de iisdem adolescentibus dictum, *protulerunt eumdem librum, Pelagii esse dicentes*. Integer igitur erit locus, si post verbum *asserebatur*, adjecerimus, *Pelagii protulerunt*. Ex epistola autem proxime laudata liquet, 1. librum prolatum fuisse anonymum, 2. traditum fuisse Augustino, non Palæstinæ synodo, 3. Pelagium noluisse eum suum fateri. Unde quinque episcopi in eadem epistola n. 7. *Si autem hunc esse suum librum negat*. Quod vero sub Innocentio suum negavit, hoc eum & sub Zosimo suum negasse minus mirum est.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.



iifdem a pravis ac levibus [1] auctoribus ac dubio rumore jactata funt, oporteat credi.

IV. Amate pacem, diligite caritatem, ftudete concordiæ. Nam fcriptum eft: [a] *Diliges proximum tuum tamquam te ipfum*. Qui magis alter alteri proximi fumus, quam omnes qui in Chrifto unum effe debemus? Non omnis qui aures veftras ventus ingreditur, nuntius eft veri: ideoque animo præfule & in excubiis conftituto femper opus eft, ne totum famæ, totum teftibus liceat. Recenfete facras litteras & divina tabularia: maximam partem falfi teftes occupavere, ubi fanctorum aut accufationem aut pericula reperimus: maximam dico, immo totam, cum in ipfum Dominum noftrum Salvatorem totius mundi hoftiam & pontificem falutarem falfi teftes [2] infurrexerunt, qui fe ejus blafphemiam audiffe confingerent. Æftimate quid jam poffit præterire fallacia, quæ in Deum fidei, immo in ipfam fidem ac veritatem, perjuriis impetum fecit.

V. Hæc ideo fcripfimus, ut de cetero, fi qui abfentes minufque noti de quolibet talia ex libidine mentientur, fixi fint pedes veftri adverfus arietem fraudulentiæ. Unde & [b] lucernam pedibus fuis ac lumen femitis fuis vir fanctus exorat: fcilicet ne inter fallaces tenebras fint cæca nobis & errabunda veftigia. Et in Evangelio: [c] *Numquid lex noftra judicat hominem, nifi ab ipfo audierit prius, & [3] cognoverit?* Etiam in veteri Teftamento: [d] *Non [4] credes auditui vano, & non confenties cum iniquo fieri teftis injuftus*. Et ne forte multitudini detrahentium ante examinationem judicii crederetur, addit dicens: [e] *Non eris cum pluribus in malitia, & non accipies per eos peccatum*. Et iterum alibi: [f] *Prius quam interroges, ne vituperes quemquam: & cum interrogaveris, corripe jufte*. Et iterum: [g] *Quæ viderint oculi tui loquere*. Et in Actibus Apoftolorum adverfus principes facerdotum & feniores Judæorum poftulantes abfentis Paulli apoftoli damnationem, juftiffimam fententiam gentilis Feftus tribunus protulit, quam convenit etiam nos in facie credentium objicere ad verecundiam, dicens: [h] *Non eft confuetudo Romanis, damnare aliquem hominem prius, quam is qui accufatur, præfentes habeat accufatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina*. Si hanc igitur moderationem extra feptum fidei noftræ pofitus tenuit contra facerdotalem pudorem, [5] indigna omnino credulitas abfentibus in abfentes. Quotus enim quifque immunis invenietur a vulnere, fi ad omnem ferientis ictum, credulum pectus aperitur?

VI. Doceat nos terrena moderatio, quæ fæcularibus arbitriis & cauffis primum de ipfis judicibus eligendis repudiandifque fit, & quanta cunctatio, quot interpofitæ dilationes; quoties inhibita [6] comperendinatio: etiam fub ipfo fine certaminis [7] ampliare judicia [8] cum innocenti reo. Confugitur ad mare & [9] transmarina documenta, ut fides quæ in præfenti plerumque artioribus ftrangulatur anguftiis, faltem eminus veniat. Hæc omnia mentior, nifi in patrocinium tuendæ innocentiæ reperta fint. Tolerabilius eft enim innocentem quemlibet tardius inveniri, quam cito pro nocente damnari.

VII. Grave fuit Lazaro & Heroti litterarum fuarum pediffequos effe. An nefciebant, dilectionem veftram ad fedem apoftolicam relaturam? Huc certo calumniæ compendio navigaffent. Ubi de epifcopatu [10] ambiendo agitur, maria terrafque luftrant, nec ulla fuffragia prætermittunt. Ubi vero innocentium fama percellitur, otiofi & delicati five accufatores five teftes, (in utroque enim fallentibus [11] nomen infame eft,) in cubilibus & lectulis fuis litteris abutuntur; & totam Africam,

a Matth. XIX. 19. *b* Pfalm. CXVIII. 15. *c* Joan. VII. 51. *d* Exod. XXIII. fec. LXX. *e* Ibid. *f* Eccli. XI. 7. *g* Prov. XXV. 8. fec. LXX. *h* Act. XXV. 16.

1. Auctores *pravos* Herotem ac Lazarum, *leves* vero aut eofdem, aut Jacobum & Timafium propter adolefcentiam vocat. Horum tamen adolefcentia levitatis nihil habebat, fed plurimum candoris & ingenuitatis. Nil etiam in hac cauffa dubio rumori datum. Quam circumfpecte cum Pelagio egerit Auguftinus, epiftola alias 106. nunc 186. n. 1. ipfe explicat. *Nam cum hoc de illo* (fcil. cum *inimica & adverfa Dei gratiæ fentire*) *aliquamdiu fama jactaret; non utique*, inquit, *facile credendum fuit, folet quippe fama mentiri: fed propius ut crederemus acceffit, quod librum quemdam ejus ea prorfus perfuadere molientem .... legimus traditum nobis a famulis Chrifti, qui eum talia docentem ftudiofiffime audierant, fuerantque fectati*. Qua autem occafione Pelagii librum ab iis acceperit, epift. alias 252. nunc 179. ad Joannem Hierof. n. 2. fic enarrat. *Quidam ex difcipulis ejus adolefcentes honeftiffime nati, & inftitutis liberalibus eruditi, fpem quam habebant in fæculo ejus exhortatione dimiferunt, in quibus tamen cum apparuiffent quædam fanæ doctrinæ adverfantia ...: & admonitionibus noftris inciperent emendari, dederunt mihi librum, quem ejufdem Pelagii effe dixerunt, rogantes ut ei potius refponderem*.

2. Garn. *infurrexerint*.

3. In vulgatis, *cogitaverit*. Cum facro textu præferimus, *cognoverit*, præfertim confentiente libello fidei ad apoftolicam fedem ab iis miffo, qui Pelagii damnationi fubfcribere detrectabant. In eo illi quod fubfcriptionem fuam negent, primum fic excufant: *Illud autem fanctitatem veftram fpecialiter admonemus, ne ad veftram reprehenfionem factum putetis: quod fic abfentum damnationem ob Dei timorem fubfcribere non audemus, docti per Scripturas humanam voluntatem præceptis Dei non debere præferri*. Tum ea omnia fubjiciunt facrarum litterarum teftimonia, quibus heic Zofimus ab abfentibus judicandis abftinendum effe demonftrat, atque in iis ponunt illud, *nifi ab ipfo audierit & cognoverit*. Habetur hic libellus in appendice tom. 10. Auguftini pag. 110. ad 113. ex eoque nonnulla, fi tamen anterior eft, in hanc epiftolam a Zofimo translata opinamur.

4. Editi *credas .... confentias*. Vatic. ms. *credis ... confenties*. Reftituendum duximus cum prædicto libello *credes ... confenties*.

5. Ita emendavit Garner. quod apud Baron. offenderat ex archetypi fide fic editum, *inclinatio, crudelitas de abfentibus in abfentes*. Correctionem ejus retinere licet, quoad certius quid eluceat.

6. Vid. Cod. Th. lib. 2. tit. 6. & 7.

7. Ibid. lib. 9. tit. 36.

8. Pro particula *cum*, fubftituit Garn. verbum *conceffit*, refragante archetypo. Heic appellatur reus, qui accufatus vocatur in cauffam.

9. Editi, *& extramarina*: corriguntur ex ms. Vatic. Heic refpicere videtur Zofimus ad id Cod. Juftin. lib. 3. tit. XI. leg. 1. *Si ex ea provincia, ubi lis agitur, perfona vel inftrumenta pofcantur, non amplius quam tres menfes indulgeantur. Si vero ex continentibus provinciis, fex menfes cuftodiri juftitiæ eft: in* TRANSMARINA *autem dilatione novem menfes cuftodiri oportebit*. Quæ lex a Diocletiano & Maximiano lata, poftea ab Arcadio ibid. leg. 7. Cod. Th. lib. 2. tit. 7. leg. 4. confirmata eft.

10. In vulgatis, *abdicando*. Rectius exemplar Vatic. *ambiendo*.

11. Cod. Th. lib. 16. tit. 2. leg. 41. exftat Honorii conftitutio anno 412. confignata, in qua præmittitur, clericos nonnifi apud epifcopos accufari debere: ac deinde additur: *Si quis, five ille fublimis honoris, five ullius alterius dignitatis, circa hujufmodi perfonas* (hoc eft epifcopum, presbyterum aliofve clericos) *non probanda detulerit, auctoritate hujus fanctionis intelligat fe jacturæ famæ propriæ fubjacere*. Quam legem Jac. Gothofredus latam putat occafione inordinatæ accufationis & injuriofæ abdicationis Herotis, quod cum infons effet, fublimis viri Conftantii auctoritate & populari commotione ab ecclefia fua pulfus

universumque tranquillum catholicæ serenitatis innubilant ad libidines suas duæ pestes. Ante tribunal Christi omnes stabimus: nemo illic abesse poterit, nec Domini cujus immensitas omnibus locis ac rebus intervenit, declinare judicium.

VIII. Si Deo nostro cordi fuit, propter oves perditas Verbum carnem fieri, & ex Domino formam servientis induere, ut diu interceptam redderet libertatem: sit vobis gaudium, eos quos falsi [1] judices criminabantur, agnoscere a nostro corpore & catholica veritate numquam fuisse divulsos. Certe hoc, quod [2] vestra exspectatio desiderabat, eluxit, ut damnanda damnarent, & sequenda sequerentur. Si pater familias reditu filii gratulabatur, [a] qui *mortuus fuerat*, *& revixit*, *perierat*, *& inventus est*; & jubebat in usum ejus stolam mundam, hoc est insigne candidæ mentis afferri, & vitulum saginatum; quantum hæc uberior exsultatio est fidei, non mortuos esse, nec periisse, de quibus falsa vulgata sunt? Misimus igitur ad dilectionem vestram exemplaria scripturarum, quas Pelagius misit: quarum lectionem non ambigimus parituram esse vobis in Domino de absoluta ejus fide lætitiam. Data XI. Kal. Octobris [3].

[4] EPISTOLA IV.

De Urso & Tuentio episcopis illicite ordinatis, ut nusquam in Ecclesiæ communione suscipiantur.

ZOSIMUS AURELIO & universis episcopis per Africam constitutis, universis episcopis per Gallias [5] & septem provincias constitutis, universis episcopis per Hispaniam constitutis, [6] a pari.

I. CUm adversus statuta patrum venitur, non tantum illorum prudentiæ atque sententiæ qui in ævum victura sanxerunt, sed ipsi quodam modo fidei & catholicæ disciplinæ irrogatur injuria. Quid enim tam sanctum atque venerabile est, quam penitus non exorbitare ab itinere majorum, quorum canonica statuta veluti quædam fundamenta sunt ferendis fidei [7] jacta ponderibus. Sed nihil minus ab Urso & Tuentio, quorum unus assidua sedis hujus medicina curatus, ad emendati erroris pervenire non potuit sanitatem: alter vero ante aliquot annos objecta criminatione submotus, sicut civium scripta testantur vel [8] ingesta docuerunt, etiam ab eo ipso gradum summi sacerdotis accepit, a quo fuerat ante damnatus. Cæcus error in utroque, [9] ut quod est potissimum in omnibus nec velit aliorum de Tuentio, nec suam de Urso tenere sententiam.

II. Sed fac ut honesti mores hominibus essent & probata suffragia: quid illud, quod prætermisso fratre nostro Patroclo metropolitano episcopo Arelatensium civitatis, sine cujus auctoritate, juxta majorum canones, nulla penitus potuit ordinatio celebrari, tumultuose & turbide indebitis sacerdotia impinguntur? Nec saltem comprovinciales episcopi corrogantur, ut error velamento aliquo tegeretur: sed Lazarus, dudum in Taurinensi concilio gravissimorum episcoporum sententiis pro calumniatore damnatus, cum Britii innocentis episcopi vitam falsis objectionibus appetisset, post vero indebitum ab eodem Proculo, qui inter ceteros [10] in synodo damnationis ejus assederat, sacerdotium consecutus [11], a quo se ipse vitæ suæ conscientia, datis litteris in abdicationem sui, sponte submovit. Re

a Luc. XV. 32.

sit. Sed huic eruditi viri conjecturæ locum non permittit sive hæc, sive superior epistola. Aliter enim in illis de Herote anno 417. locutus esset Zosimus, si innocentiam illius ab anno 412. Honorius imperator publico testimonio comprobasset. Vide Cod. Th. lib. 9. tit. 39. Ideo vero Heros & Lazarus nunc a Zosimo repræsentantur ut *otiosi & delicati*, atque *in cubilibus & lectulis* jacentes, quia absentiam suam, ut Augustinus lib. de gestis Pelagii cap. 35. n. 62. loquitur, *de ægritudine unius eorum excusabant*. Et hanc quidem excusationem in eodem libro cap. 1. n. 2. idem Doctor veram ac legitimam probat his verbis: *Propter gravem, sicut postea probabilius comperimus, unius eorum ægritudinem, præsentes esse minime potuerunt*. Eamdem vero commentitiam nonnulli Zosimo persuaserant.

1. Si Heros & Lazarus heic notentur, non *judices*, sed *testes* heic legendum est.

2. Editi, *nostra*. Concinnlus ms. *vestra*.

3. Anno 417. Septemb. 21. Consules, qui heic desiderantur, facile supplentur ex epistola superiori. Neque enim obscurum est hanc proxime post scriptam esse. Forte etiam utraque simul eidem Basilisco subdiacono deferenda tradita est.

4. Ex iis est, quas in Arelatensi codice, unde a Baronio primum in lucem emissæ sunt, & in altero Colbertino asservari monuimus. De iis quæ in illa differuntur, ut æquius quisque dijudicare valeat; recolendum quod Prosper in Chronico, Herotem insontem ab Arelatensi populo pulsum, inque locum ejus Patroclum Constantii amicum & familiarem subrogatum esse præfatus, adjungit: *Quæ res inter episcopos regionis illius magnarum discordiarum caussa fuit*. Hæc quippe discordiarum caussa fuit, dum hinc Patroclus Constantii gratia & Zosimi fide abusus Herotem variis modis infamaret; illinc vero episcopi regionis illius qui Herotem penitius noverant, eumdem ut nullius criminis reum defenderent.

5. In ms. Colb. desideratur conjunctio *&*, quæ habetur etiam in inscriptione superioris epistolæ 1.

6. Istud *a pari*, in subsequentibus summorum pontificum epistolis frequens, nunc primum occurrit. Hac locutione intelliguntur plura paria ac similia ejusdem epistolæ exempla, quæ seorsum singulis, seu provinciis aut ecclesiis seu viris in inscriptione prænominatis tradebant.

7. Colb. ms. *fidei apta ponderibus. Sed nihil mirum ab*. Post verba, *nihil minus*, supple *præstitum* aut aliud hujusmodi. Tuentium Priscillianæ superstitionis labe contaminatum fuisse infra n. 3. narratur.


8. Forte, *ut gesta*.

9. Baron. cum ms. Arel. *& quod*: ac mox, *nec vellem*, ubi in ms. Colb. *nec vilem*, pro *nec velit*. Legere liceret, *& quod .... nec velle*. Is a quo Ursus prius damnatus, post ordinatus fuerit, ex subjectis intelligitur; scilicet Proculus Massiliensis episcopus, qui, ut ex Taurinensis concilii canone 1. discimus, sacerdotum secundæ provinciæ Narbonensis ordinationes sibi vindicabat. Verum *Ursio*, quem idem Taurinense concilium can. 5. *in usurpatione quadam de ordinatione in invidiam vocatum* memorat, cum Urso de quo heic agitur, non est confundendus. Ille enim Ursio jam episcopus erat, nec fuit a gradu submotus: at de Urso heic sermo est, qui Proculi sententia submotus fuerat, ante quam episcopalem dignitatem consequeretur.

10. Baron. cum ms. Arel. *synodo*, sine præpositione *in*. Qui Floriacensem adornavit bibliothecam, heic legit, *damnationi ejus consenserat*. Propius a nostra lectione abesset *assenserat*. Quamquam in superiori epistola 3. num. 3. Proculus non tantum ut Lazari damnationi consentiens, sed etiam ut judex, a quo ille sententiam exceperit, exhibetur.

11. Baron. heic addidit verbum *est*, quod melius abest ab aliis libris. Sic quippe intelligendus hic locus, quasi

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.



vera incongruum fuit, ut [1] illicitum sacerdotio, omisso metropolitano, sua confessione spoliatus, sacerdotem pariter ordinaret. Et ne nihil non intempestive fieret, ne dies quidem legitimus [2] ordinationis adsciscitur: scilicet ut quibus cuncta deerant, etiam legitimum tempus deesset. Quid his tot tantisque improba usurpatione posthabitis addi potest, nisi illud extremum, quod totum transscendit errorem, ut [3] territoriis indebitis, ad Arelatensium civitatem antiquitus pertinentibus, locarentur? Unum vitium si in caussis talibus evenisset, apostolicæ sedis auctoritas etiam cetera destruxisset. Heic multa concurrunt, improborum & damnatorum ordinatio, prætermissio metropolitani, nec non & provincialium sacerdotum, locorumque alienorum impudentissima usurpatio, nec saltem diei custodita solemnitas, & Lazarus in consortio illicitæ ordinationis adscitus. Hæc omnia apud nos gestis testimoniisque discussa sunt.

III. Atque utinam in Tuentio pravi tantum mores, non etiam Priscilliana superstitio patuisset: quæ sedis hujus dudum humanitas & misericordia in hoc illi consulere voluit, ut emendatior de cetero permaneret. Quod beneficium sibi pæne præter exemplum præstitum si diligentius observare voluisset, erroris illum anteacti oportuit pœnitere, non ita præcipiti impetu ad sacerdotium festinare, ut nec diei veterem solemnitatem quæ præcipue custodienda fuerat, observaret, nec indebito loco crederet abstinendum.

IV. Qua de re ad sanctitatem vestram & per totum orbem, ubicumque & in quacumque terrarum sonus catholicæ religionis exiit, scripta direximus, fratres carissimi, ne [4] Tuentium & Ursum in communione Ecclesiæ, in quocumque ecclesiastico gradu, a qua in totum anathemati sunt, suscipiendos esse ducatis. Dicuntur enim circulatores esse, quod nos ex sententiis agnovimus in eorum damnatione sacerdotali auctoritate prolatis, quas in diversis regionibus exceperunt. Removendæ sunt a sancto corpore putridæ carnes, & a massa sanctificationis acidum exsecrandumque fermentum. De quibus plura scribere pudoris fuit, cum illis pudori non sit tanta fecisse [5].

V. Jussimus autem præcipuam, sicuti semper habuit metropolitanus episcopus Arelatensium, *& cetera ut in epistola I. capite 2.*

VI. Omnes sane admonemus, ut quique finibus suis contenti sint: nam barbara & impia ista confusio est, aliena præsumere. De qua re ne ad nos, *& reliquum capitis 3. mox dictæ epistolæ.* [6] Data sub die x. Kalendas Octobres Honorio augusto XI. & [7] Constantio II. consulibus.

superius legeretur: *Nec saltem comprovinciales episcopi corrogantur .... sed corrogatur Lazarus* &c. Hinc duo colligere est: primum Ursi ordinationem postquam ab Aquensium ecclesia Lazarus submotus est, adeoque postquam Constantinus deletus ac necatus fuit, hoc est, post annum 411. contigisse; alterum, etiam post id temporis Lazarum a Proculo velut episcopum fuisse habitum. Ipsum etiam longe post Marius Mercator, Augustinus & Carthaginiensis concilii patres, ut vidimus, episcopum nominare non cessant.

1. Cod. Colb. *illicitus*; mox vero Baron. cum Arel. *spoliatum*; mendose. Nitida erit lectio in hunc modum constructa: *ut sua confessione spoliatus sacerdotio, illicitum sacerdotem pariter ordinaret.*

2. Legitimum ordinationis diem neglectum dixisse contentus Zosimus, quis ille sit tacet, quia eum usu omnibus notum ponit. Eadem ratione & Symmachus Urbis præfectus in relatione ad Honorium de Eulalio post mortem Zosimi in locum ejus suffecto apud Baronium ad ann. 418. loquitur: *Cum vir sanctus Eulalius ad Ecclesiam Lateranensem de exsequiis prioris episcopi a populo & clericis fuisset adductus, ibi per biduum .... remoratus est, ut exspectaretur* DIES CONSUETUS, *quo posset solemniter ordinari*. Unum autem dominicum diem sacris ordinationibus per canones ac patrum traditionem consecratum fuisse Leo epist. 5. cap. 6. epist. 9. n. 11. & epist. 11. asserit. Ab hac tamen lege nonnumquam discessum esse probat Tillemontius vel exemplis sanctorum Martini atque Chrysostomi, quorum primum feria tertia vel quarta, alterum feria sexta ordinatum notat. Cyrillum quoque anno 412. Octobris 18. die feria sexta episcopum Alexandrinum creatum ferunt. Præterea Nestorius feria tertia consecratus est, si Socratis lib. 7. c. 12. eum anno 412. Aprilis 10. die inauguratum asserentis vera sit narratio. Sed Liberatus cap. 4. eumdem Aprilis 1. die, quæ in Dominicam incidebat, ordinatum tradit. Observat eruditus Renaudotius histor. patriarch. Alexandr. Jacobit. pag. 177. cum Georgium quemdam exeunte sæculo VII. die non dominico ordinandum in ecclesiam introducere pararent, Marcum archidiaconum eis intercessisse, ac negasse, *id moris esse aut ecclesiasticæ disciplinæ, ut episcopalis ordinatio alio die quam dominico fieret*; arguitque erroris Elmacinum, qui hunc morem apud Jacobitas receptum, scil. *ut Patriarcha nonnisi die dominico ordinaretur*, ad Isaaci post prædictam Marci intercessionem ordinati decretum refert.


3. Baron. ex fide ms. Arel. *territoria indebita .... locentur*. Ista autem aliena & indebita territoria, in quibus Ursum ac Tuentium a Proculo episcopos constitutos fuisse Zosimus heic queritur, nonnulli epistola 1. c. 3. fulti parœcias Citharistam & Gargarium interpretantur.

4. Huic communionem cum episcopali dignitate postmodum redditam fuisse necesse est, si, quod eruditi multi putant, is ipse est Tuentius, ad cujus scripta Cælestinus epist. 20, n. 2. responsa dedisse se commemorat.

5. In mss. tota heic subnectuntur superioris epistolæ 1. capita 2. & 3. scilicet a verbis *Jussimus autem præcipue*, ad consularem usque notam. Neque ab alio, nisi ab ipsomet Zosimo, addita existimamus: adeo ut encyclicæ hujus epistolæ occasione ansam arripuerit, unde privilegium, quod ante menses aliquot Arelatensi antistiti concesserat, omnibus notum faceret.

6. Anno 417. Septemb. 22.

7. Mss. *Constantio* (non addito II.) *cons.*



[1] EPISTOLA V.

Ut metropolitanus Arelatensis in provincia Viennensi & in utraque Narbonensi ordinandorum episcoporum habeat potestatem.

ZOSIMUS episcopis provinciæ Viennensis & Narbonensis secundæ, a pari.

MUlta contra veterem formam Proculus usurpasse detectus est in ordinationibus nonnullorum indebite celebrandis, quas proxime numerosa [2] cognitione discussimus: licet ipse diu exspectatus, fastidiose ferens sibi inducias attributas, convenire dissimulet. Attamen illa præsumtio nos admodum movit, quod in synodo Taurinensi [3], cum longe aliud ageretur, in apostolicæ sedis injuriam subripiendum putavit, ut sibi concilii illius emendicata præstaret obreptio ordinandorum sacerdotum veluti metropolitano in Narbonensi secunda provincia [4] potestatem. Et ne solus, impudenter indebita postulando, huic sedi videretur intulisse convicium, socium sibi Simplicium Viennensis civitatis adscivit, qui non dissimili impudentia po-
A stularet, ut sibi quoque in Viennensium provincia creandorum sacerdotum permitteretur arbitrium. Indecens ausus, & in ipso vestibulo resecandus, hoc ab episcopis ob certas caussas concilium agitantibus extorquere, quod contra statuta patrum & sancti Trophimi reverentiam, qui primus metropolitanus Arelatensis civitatis ex hac sede directus est, concedere vel mutare ne hujus quidem sedis possit auctoritas. [5] APUD nos enim inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam. Et quia redire in ordinem suum intermissa præcipimus, [6] fratres carissimi, metropolitanus Arelatensis civitatis episcopus jam inde a Trophimo ordinationis seriem temporibus roborata
B inviolabili in utraque Narbonensi & Viennensi auctoritate possideat. [7] Data III. Kalendas octobris, Honorio augusto XI, & Constantio II. consulibus.

[8] EPISTOLA VI.

Hilarium nullo niti jure ad ordinandos in prima Narbonensi episcopos, ac ne quid inde sibi usurpet.

ZOSIMUS HILARIO episcopo Narbonensis primæ provinciæ.

I. MIrati admodum sumus, dum nobis studiosius requirentibus relatio tua de ordinandis in provincia Narbonensi prima sacerdotibus legeretur,
C quod dum assertioni & desideriis tuis cupis esse consultum, prætermissa veri fide, relationem tuam sub honestatis specie colorasti, afferens in aliena provincia ab alio non debere fieri sacerdotes: cum utique debueris, non quid tibi rectum videretur, sed quid habuerit antiqua consuetudo, suggerere. Ideoque vacuato eo quod obtinuisse a sede apostolica subreptitie comprobaris, quia satis constitit Arelatensis ecclesiæ sacerdoti prisca id institutione concessum, ut non solum in provincia Viennensi, sed etiam per duas Narbonenses, episcopos faciat. Nam sanctæ memoriæ Trophimus sacerdos, quondam ad Arelatensem urbem ab apostolica sede transmissus, ad illas regiones & tanti nominis reverentiam primus exhibuit, & in [9] alias non immerito ea quam acceperat auctoritate transfudit; atque hanc ordinandi consuetudinem, & pontificatum loci illius, quem obtinuerat primus & justus, custoditum usque in proximum tempus, gestis apud nos habitis, multorum consacerdotum testimoniis [10] approbatur.

II. Ergo licet sola, quæ in sede apostolica habita sunt, potuissent gesta sufficere; tamen etiam hac te auctoritate constringimus, ut præsumtioni tuæ quam extulisse contra veterem consuetudinem videbaris, modum noveris justæ [11] præscriptionis in-

1. Et hanc epistolam laudatis mss. Arel. & Colb. debemus.

2. Hoc est, in frequenti cœtu & cum numerosis cognitoribus.

3. Taurin. concil. c. 1. & 2.

4. Proculus quidem in Taurinensi concilio se se ut Narbonensis II. provinciæ metropolitanum jactitavit, eoque nomine duo petiit: ut nimirum & primatus honore, & episcopos in illa provincia ordinandi potestate gauderet. Utrumque rursus hoc duplici titulo sibi vindicavit: quia videlicet hujus provinciæ aut parochiæ suæ essent, aut episcopi a se fuissent ordinati. At can. 1. *id judicatum est a sancta synodo contemplatione pacis atque concordiæ, ut non tam civitatis ejus, quæ in altera provincia sita est ... quam ipsi potissimum deferretur, ut tamquam pater filiis honore primatis adsisteret*. Quo in loco concilii hujus patres eum provinciæ secundæ Narbonensis metropolitanum aperte infitiantur; ac negata ei episcopos ordinandi potestate, *ipsi*, non ipsius civitati, primatus honorem deferre satis habent, & in iis quidem *ecclesiis, quas vel suas parochias, vel* (quibus) *suos discipulos fuisse ordinatos constiterit*.

5. 25. quæst. 1. c. 7. Ivo p. 4. c. 226.

6. Verba, *fratres carissimi*, a Sirm. & Lab. omissa, ex Baron. & mss. revocantur. Heic Zosimum inter & Taurinense concilium quædam deprehenditur sententiarum pugna: sed in hoc tamen eorum est consensio, quod illæsa & inconcussa patrum statuta pariter velint. Taurinense quippe concilium, Arelatensi & Viennensi antistitibus de primatu inter se contendentibus can. 2. hoc decrevit, *ut qui ex eis approbaverit suam civitatem esse metropolim, is totius provinciæ honorem primatus habeat, & ipse* JUXTA CANONUM PRÆCEPTUM *ordinationum habeat potestatem*. Nec
D minorem majorum statutis reverentiam Zosimus profitetur. Utri vero, Zosimo ne an concilio Taurinensi, in judicio quod de hac caussa tulerunt, obreptum sit? Ut canonica esset Zosimi sententia, cum episcopo Arelatensi non modo Massiliensis, sed & Viennensis vocandi erant. Cum Arelatensi tamen solus Massiliensis vocatus & exspectatus heic memoratur. Contra in Taurinensi concilio Massiliensis, Viennensis atque Arelatensis auditi sunt. Quamquam Zosimus in epistola sequenti nihil a se novi episcopo Arelatensi, nihil quod non prisca jam consuetudine obtineat, concedi non semel affirmat.

7. Anno 417. Septemb. 17.

8. Hanc epistolam ex iisdem exemplaribus, ex quibus superiorem, habemus. Præterea in pervetusto Regio asservatur.

9. Sirm. & Lab. cum ms. Reg. *in alios*. Magis placet cum Baron. & ms. Arel. *in alias*, supple regiones: quia nimirum postquam Trophimus Arelatum directus est, *ex*
E *ejus fonte totæ Galliæ fidei rivulos acceperunt*, ut in epistola 1. cap. 3. ipse Zosimus loquitur; & episcopos ordinando, in alias etiam regiones nominis hujus honorem transfudit.

10. In Regio ms. *approbatum*. Quæ lectio si placet, mutanda superior interpunctio, ac retinendum *in alios*, scilicet successores.

11. Reg. ms. *perscriptionis*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.

dictum : neque æstimes tibi ulterius pontificatum de ordinandis sacerdotibus vindicandum : cum hoc videas Arelatensis episcopo civitatis & per apostolicam sedem, & per sancti Trophimi reverentiam, & per veterem consuetudinem, & nostra recenti evidentissima definitione deferri. Si quid contra hæc, frater carissime, quæ a nobis sunt sub Dei A judicio statuta, tentaveris: non solum quos faciendos credideris, episcopatum obtinere [1] non possint, sed etiam ipse catholica communione discretus, sero de illicitis præsumtionibus ingemiscas. [2] Data VI. Kalendas Octobris Honorio augusto XI. & Constantio II. consulibus.

[3] EPISTOLA VII.

Metropolitani dignitas a Proculo usurpata, Patroclo asseritur. Ipsius est cuivis de Galliæ clero formatas dare. Ordinationes præcipites ac per saltum vetantur.

ZOSIMUS PATROCLO episcopo Arelatensi.

I. Quid de Proculi damnatione censuerim, tenet conscientia tua, cum meo interesses examini : nec te gestorum nostrorum auctoritas latet vel scriptorum, quæ de ipsius damnatione per terrarum diversa [4] direximus. Unde metropolitani in te dignitatem atque personam etiam apostolicæ sedis auctoritate considera: in quem furtive locum [5] per indebita a synodo Proculus usurpatum irrepserat. Quicumque igitur ex Gallicanis unde unde regionibus veniunt sub quovis ecclesiastico nomine vel gradu, formatas per te commoniti [6] ad nos mittendas esse cognoscant: alioquin sibi imputabunt, si inefficaciter, hac sollemnitate postposita, te inconsulto ad nos venire tentaverint: quod ab episcopis usque ad ultimum [7] ecclesiasticorum gradum observari conveniet, frater carissime.

II. [8] Et quia nonnulli ex quacumque militia se B ad Ecclesiam conferentes, statim saltu quodam summatem locum religionis affectant, qui gradatim per ecclesiastica stipendia venientibus explorata [9] solet discussione differri: idcirco quoniam in nonnullis factum infirmare non possumus, si qui jam ordinati sunt, in eo gradu, ad quem saltu subito pervenerunt, perdurare debebunt. Si enim Apostolus [a] neophytum sacerdotio non statim cumulari jubet, & hoc idem canonum statuta sanxerunt [10]; hoc addimus nostra sententia, ut quisquis de cetero [11] vel summo sacerdotio, vel presbyterii gradu vel diaconatus crediderit cumulandum, sciat & se gradus sui subire jacturam, nec in illum valitura esse quæ contulit: ut saltem ab ordinatione præci- C piti metus iste summoveat, quos examinata discussio coercere debuisset. Scripta nostra in omnium facies notitiam pervenire; ut ne hoc quidem ipsum tibi, quod omnibus interdictum est, licere cognoscas. [12] Data VI. Kalendas Octobris Honorio XI. & Constantio II. consulibus.

[a] I. Tim. III. 6.

1. Ita codex Reg. Alii vero *non posse*. Nicæni concilii canone 6. sancitur : *Si quis præter voluntatem & conscientiam metropolitani episcopi fuerit ordinatus, hunc concilium magnum & sanctum censuit non debere esse episcopum*.

2. Anno 417. Septemb. 26. Sirm. & Lab. *sub die* III. Baron *sub die* V. corriguntur ex mss. Reg. & Arel.

3 Ex tribus mss. in superiori epistola memoratis descripta est.

4. Baron. & Sirm. heic addunt *loca* : quæ vox a mss. abest, satisque intelligitur etiam tacita. Superior epistola V. nomine scriptorum per terrarum diversa directorum heic memoratur. Mox in Reg. ms. *apost. sedis auctoritatem*.

5. Editi, *pro indebita synodo* : corriguntur ope mss. Colb. in quibus exstat quidem tantum, *per indebita synodo* : sed præpositionem *a*, propter antecedentem vocem in *a* desinentem, librariis excidisse nihil novum. Hoc sibi vult, Proculum synodi auctoritate locum metropolitani per indebita territoria sibi usurpasse. Superius epist. 4. n. 2. Zosimum audivimus cum eodem Proculo expostulantem, quod Tuentium & Ursum *territoriis indebitis*, hoc est ad se non pertinentibus, locasset. Non displicet quod in ms. Reg. *per indebitam synodum* : quatenus prædictam potestatem Proculus *in synodo Taurinensi, cum longe aliud ageretur* (adeoque *furtive*) *subripiendam putavit*, ut epist. 5. n. 1. legimus.

D 6. Verba *ad nos*, in vulgatis omissa, ex mss. restituuntur.

7. Sic mss. At editi, *ecclesiasticum*. Vide annotata in epistolam 2. Mox Reg. ms. *fratres carissimi*, quod ad eos referri potest, in quorum notitiam vult Zosimus hanc epistolam pervenire.


8. Vid. epist. VIII. n. 1.

9. Baron. cum ms. Arel. *solent*.

10. Nicæn. Can. II.

11. Supple, neophytum, seu ex quacumque militia se ad Ecclesiam conferentem.

12. Anno 417. die 29. Septemb. Arel. ms. *Data Kal. Octob. Honorio* I. cet. mendose. Editi, *Dat. III. Kal.* Reg. ms. sequimur.



[1] E P I S T O L A VIII.

I. *Quod monachi vel laici nisi per gradus ecclesiasticos non debeant ad summum sacerdotium pervenire.*
II. *Quod si quis interdicta despexerit, gradus superioris periculo subjacebit.*
III. *Quæ in singulis cleri gradibus tempora sint præfixa.*

ZOSIMUS [2] HESYCHIO episcopo Salonitano.

I. EXigit dilectio tua præceptum apostolicæ sedis, in quo patrum decreta consentiunt; & significas nonnullos ex monachorum [3] populari cœtu, quorum solitudo quavis frequentia major est, sed & laicos ad sacerdotium festinare. [4] Hoc autem specialiter & sub prædecessoribus nostris, & nuper a nobis interdictum constat, litteris ad Gallias Hispaniasque [5] transmissis, in quibus regionibus familiaris est ista præsumtio; quamvis nec Africa super hac admonitione nostra habeatur aliena, [6] ne quis penitus contra patrum præcepta, qui ecclesiasticis disciplinis per ordinem non fuisset B imbutus, & temporis approbatione divinis stipendiis eruditus, nequaquam ad summum Ecclesiæ sacerdotium adspirare præsumeret: & non solum in eo ambitio inefficax haberetur, verum etiam in [7] ordinatores ejus, ut carerent eo ordine, quem sine ordine contra præcepta patrum crediderant præsumendum. Unde miramur ad dilectionem tuam statuta apostolicæ sedis non fuisse perlata. Laudamus A igitur constantiam propositi tui, frater carissime, nec aliud de pontificii tui vetere censura auctoritatis genus exspectandum fuit, quam ut talibus ambitionibus, pro præceptis patrum, in procinctu fidei constitutus occurreres.

II. Igitur si quid auctoritati tuæ, quod nos non opinamur, æstimas defuisse, supplemus. [8] Obsiste talibus ordinationibus, obsiste superbiæ & arrogantiæ venienti. Tecum faciant præcepta patrum, tecum apostolicæ sedis auctoritas. Si enim [9] officia sæcularia principem locum, non vestibulum actionis ingressis, [10] sed per plurimos gradus [11] examinato temporibus deferunt: quis ille tam arrogans, tam impudens invenitur, ut in cælesti militia, quæ [12] pensius ponderanda est, & sicut aurum repetitis ignibus exploranda, statim dux esse desideret, cum tiro ante non fuerit, & prius velit docere, quam discere? Assuescat in Domini castris, in lectorum primitus gradu divini [13] rudimenta servitii: nec illi vile sit exorcistam, acolythum, subdiaconum, diaconum per ordinem fieri: nec hoc saltu, sed [14] statutis majorum ordinatione tempori-

1. Antiquæ collectiones, Isidori Mercatoris, Hispana, Hadriani I. Dionysii Exigui, Codicis a Quesnello editi, nec non alia in exemplari Colb. majusculis litteris Langobardicis exarato, & plures Gallicanæ in veterrimo Corbejensi codice, in Fossatensi cet. asservatæ, epistolam hanc exhibent. Ejus in fronte præmittimus titulos, quos Dionysius Exiguus adornavit, atque ex eo Hispanæ collectionis auctor & Isidorus pro more mutuati sunt. Illorum loco hos præ se fert laudatus codex Corbejensis: I. *Ut ne quis penitus contra patrum præcepta sacerdos Ecclesiæ ordinetur*. II. *Talibus ordinationibus obsisti debere*. III. *De ordinationibus clericorum, qualiter ad pontificatus honorem debeant pervenire*. IV. *Singulis gradibus* (supple *quæ*) *debeant observare*. V. *De digamis & pœnitentibus*. Brevior est epistolæ hujus in Colbertino Codicis a Quesn. editi exemplari summa, in generali quidem Indice, *De monachis & laicis ad gradus ecclesiasticos accedere cupientibus*; in ipsius autem epistolæ fronte, *Quomodo ordinantur episcopi, presbyteri, diaconi, subdiaconi, exorcisti, lectores, quantos annos nunc per unumquemque gradum ascendant*. Postremam hanc summam etiam Regius alias S. Petri Pictavensis codex præfert. Aliis autem in mss. nulla est.

2. Ita sinceriores mss. At editi post Dionys. *Zosimus episcopus urbis Romæ Hesychio episcopo Salonitano*, quibus in coll. Hispan. & Isid. additur *salutem*.

3. Apud Dion. & Isid. nec non in edit. Merl. Crab. & Rom. deest *populari*: quæ vox e quatuor mss. Colb. nec non Regio, Pith. & Corb. revocatur. Quid sibi velit, intelligitur ex his num. 3. *Popularitas etiam his locis ubi solitudo est, talium reperitur*.

4. Ivo p. 5. c. 102.

5. In Corb. ms. ac duobus Colb. desideratur *transmissis*, pro quo in alio Colb. exstat *datis*. Antea prædictus codex Corb. *antecessoribus*, alii duo *prodecessoribus*, item duo alii, *decessoribus*. Nullas habemus Zosimi ad Gallos Hispanosque litteras, in quibus de re quæsita quidquam speciale decernatur: nisi forte superiorem epistolam 7. indicet, quam etsi Patroclo uni inscriptam, ipsius tamen opera *in omnium notitiam pervenire* voluit. Porro in hac epistola n. 2. vetat, ne quis præcipiti saltu ad ullum clericatus gradum promoveatur, eadem, qua & heic, adversus ordinatum & ordinantem indicta pœna.

6. Dist. 36. c. 2. & Dist. 59. c. 1.

7. Taurinense concilium canone 3. cujus titulus est: *De ordinationibus illicitis contra statuta patrum*, uti jam observavimus, mitiori pœna ordinatores multarat. Zosimo autem concinit Cælestinus epist. 4. num. 5. Ab utriusque severitate erga eosdem ordinatores nonnihil remittitur, & ad Concilii Taurinensis temperamentum reditur, tum in additamentis ad epistolam 1. Leonis, tum in Regensis synodi anno 439. habitæ canone 1. Vide Hilari epistolam 10. n. 3.

8. Edit. Rom. & concil. *Vos obsistite ... obsistite*: corri- C guntur ex mss. Mox unus codex Colb. cum Regio, *Tecum faciant præcepta patrum, tecum sit*: minus concinne. Adsunt re ipsa decreta patrum Nicænorum cap. 2. & Sardicensium can. 13. verbis fulta Apostoli, qui neophytum ordinari prohibet. Eadem firmant & Siricius epist. 1. n. 13. epist. 6. num. 5. & epist. 10. n. 15. nec non Innocentius epist. 37. n. 6.

9. Regius codex, uno Colb. favente, *officiales viri per officia sæcularia principalem locum, non per vestibulum actionis ingressi*: corrupte. *Officia sæcularia* heic intelliguntur administri & judices sæculares.

10. Dist. 59. cap. 2.

11. Edit. Rom. & concil. post Isid. *examinatis temporibus*. Duo mss. *examinato tempore*. Nitidior lectio est quam exhibemus ex ceteris mss.

12. In vulgatis ut in ms. Pith. & apud Isid. *propensius*. Præferimus cum Dion. aliisque mss. *pensius*.

13. Merl. *rudimentis*.

D 14. Reg. ms. *statis*. Tum Quesn. *majorum ordine*. Ut in epistola 1. Siricii n. 13. & 14. & in Innocentii epist. 37. n. 6. ubi varii recensentur gradus, quibus ad sacerdotii apicem adscendatur, ita & heic, nulla ostiarii fit mentio. Et is quidem ordo, ut ex libro 8. constit. apostol. cap. 15. ex concilio Laodiceno can. 22. & ex octava synodo act. 8. cap. 5. colligitur, Græcis incognitus fuit, sed ejus munere apud eos cum diaconi tum subdiaconi fungebantur. Apud Latinos tamen receptum fuisse fidem faciunt concilium Carthaginiense IV. can. 9. & Augustinus edit. nov. Serm. 46. n. 31. Ejusdem rei locupletior testis est Cornelius, qui epist. 9. n. 5. Romano in clero *exorcistas & lectores cum ostiariis quadraginta duos* recenset. An ideo memoratis in locis omissus fuit, quia non ab unoquoque, ut eo fungeretur, necessario exigebatur? Siricius epist. 1. n. 14. Zosimo nostro ipsi infra n. 5. suffragante, præcipit, ut qui grandævus baptizatur, *statim le-* E *ctorum aut exorcistarum numero societur*, quasi alterutrum e duobus illis gradibus suscepisse satis esset, quo ad altiorem quis promoveretur. Quocirca neque exorcistæ Innocentius epist. 37. n. 6. meminit. Eadem ratione cum ipse, tum alii, ostiarii gradum silentio potuerunt præterire. Immo idem Innocentius ibid. subdiaconum, & concilium Sardicense can. 13. plures alios gradus tacent. Quod argumento est in his locis quærendum non esse ordinum

bus. Jam vero ad presbyterii fastigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis stipendia anteacta testentur. Jure inde summi pontificis locum sperare debebit.

III. Facit hoc nimia remissio consacerdotum nostrorum, qui pompam multitudinis quærunt, & putant ex hac turba aliquid sibi dignitatis acquiri. Hinc passim numerosa popularitas etiam his locis, ubi solitudo est, talium reperitur, dum parœcias extendi cupiunt, aut quibus aliud præstare non possunt, divinos ordines largiuntur. Quod oportet districti semper esse judicii. Rarum est [1] enim omne quod magnum est.

IV. Proinde nos, ne quid meritis dilectionis tuæ derogaremus, ad te potissimum scripta direximus, quæ in omnium fratrum & coepiscoporum nostrorum facies ire notitiam, non tantum eorum qui in ea provincia sunt, sed etiam qui vicinis dilectioni tuæ provinciis adjunguntur. Sciet quisquis hoc postposita patrum & apostolicæ sedis auctoritate neglexerit, a nobis districtius vindicandum; ut loci sui minime dubitet sibi non constare rationem, si hoc putat, post tot prohibitiones, impune [2] tentari. [3] Contumeliæ enim studio fit, quidquid [4] interdictum toties usurpatur.

V. [5] Hæc autem singulis gradibus observanda sunt tempora. [6] Si ab infantia ecclesiasticis ministeriis [7] nomen dederit, inter lectores usque ad vicesimum ætatis annum continuata observatione perduret. Si major jam & grandævus accesserit, [8] ita tamen, ut post baptismum statim, si divinæ militiæ desiderat mancipari, sive inter lectores, sive inter exorcistas quinquennio teneatur: exinde acolythus vel subdiaconus quatuor annis; & sic ad benedictionem diaconatus, si meretur, accedat, in quo ordine quinque annis, [9] si inculpate se gesserit, hærere debebit. Exinde suffragantibus stipendiis, per tot gradus datis propriæ fidei documentis, presbyterii sacerdotium poterit promereri. De quo loco, si eo illum [10] exactior ad bonos mores vita produxerit, summum pontificatum sperare debebit. Hac tamen lege servata, ut neque digamus, [11] neque pœnitens, ad hos gradus possit admitti. Sane, ut etiam defensores ecclesiæ, qui ex laicis fiunt, supra dicta observatione teneantur, si meruerint esse in ordine clericatus. [12] Data IX. Kalendas Martias DD. NN. Honorio XII. & Theodosio VIII. augustis consulibus.

omnium accuratum catalogum. Notatu dignum est, quod in antiquo Constituto Silvestri papæ nomine vulgato, & a nobis in Appendice tom. 2. edendo legitur. Quamvis enim c. 11. n. 16. ubi præscribitur quanto quisque tempore in singulis gradibus ministrare debeat, ut ad episcopatum pervenire possit, prætermittatur ostiarii gradus, in eodem tamen Constituto cap. 3. n. 6. de Silvestro dicitur: *Postea autem fecit gradus in gremio synodi, ut non presbyter adversus episcopum, non diaconus adversus presbyterum, non subdiaconus adversus diaconum, non acolythus adversus subdiaconum, non exorcista adversus acolythum, non lector adversus exorcistam, non ostiarius adversus lectorem det accusationem*.

1. Apud Quesn. ut in ms. Corb. omittitur *enim*.

2. Vocabulum *impune* suppressit Quesn. qui exinde cum editis aliis, nec non Dion. & Isid. præfert *posse tentari*, licet in veteribus exemplis Codicis quem vulgavit, aliisque potioribus mss. absit *posse*.

3. Nicolaus I. epist. al. 40. num. 4.

4. In Regio codice heic adjicitur particula *post*.

5. Quod ab hinc ad finem usque epistolæ hujus sequitur, apud nostrum Edmundum Martene tom. 2. de antiquis Eccl. ritibus, tum pag. 350. ex Egberti Eboracensis archiepiscopi pontificali libro, quem ille ante annos 900. exaratum putat, tum pag. 380. ex Caturcensi item pontificali, cum non paucis varietatibus exhibetur sub hoc titulo, *Incipit Sermo Innocentii papæ de septem gradibus Ecclesiæ ordinandis*: sed quid sunt duo illi libri, ut de auctoritate derogare valeant ceterorum, qui Zosimo totam epistolam summo consensu adscribunt?

6. Dist. 77. c. 2. Rabanus de instit. cleric. lib. 1. c.13.

7. Prædicti pontificales libri Ebor. & Caturc. *nostra didicerit exempla, & inter lectores ... perduraverit. Exinde si majori ætati accesserit*. In his corruptionem esse facile deprehendet, qui hunc locum cum altero contulerit epist. 1. Siricii n.13. & 14. ex quo, ut infantes ecclesiæ ministeriis consecrati ab ipsa infantia lectorum munere initiarentur, usum receptum fuisse constat.

8. Merl. & Quesn. *qui tamen post baptismum statim* (Quesn. *se*) *divinæ militiæ desiderat*. Editi ceteri, *ita tamen* (Crab. *quod*, alii *ut*) *post baptismum statim se divinæ militiæ desideret*. In omnibus autem mss. exstat, *ita tamen ut*, ac subinde *desiderat*. Unde ut & ex epistola 1. Siricii n. 4. heic cum pervetusto codice Corbejensi & Langobardico Colbertino *si militiæ* præferendum, nec *se militiæ* retinendum esse liquet. Eo pacto Zosimus una cum Siricio eis ad clerum videtur aditum negare, qui non statim a baptismo se se Ecclesiæ servitio manciparint. Verebantur nimirum, ne illi contra munditiem quæ clericos decet, in negotiis sæculi quidquam admisissent. Quocirca laudanda modestia eorum, qui gravis alicujus criminis aliquando a se commissi conscii, a tam sancto statu ipsi se subducunt, eoque se indignos arbitrantur.

9. In ms. Corb. *ista se gesserit*. In duobus Colb. *si inculpate gesserit*, sine *se*. In Eborac. & Caturc. *si inculpabiliter vixerit*. Tum apud Quesn. ut in codicibus coll. Hadr. *adhærere*, ubi rectius in aliis libris, *hærere*.

10. Apud Rabanum, *auctior*: atque ita forte in mss. Ebor. & Caturc. legendum, non ut vulgatum est, *acutior*. Sed cum aliis libris retinendum *exactior*.

11. Merl. & Quesn. cum Isid. *neque viduæ maritus, neque pœnitens*. Editiones aliæ post Rom. ordine inverso, *neque pœnitens, neque viduæ maritus*. Verba, *neque viduæ maritus*, absunt a Crab. & collectionibus Dion. Hadr. Hispana, Langob. nec non a mss. Regio, Corb. Fossat. tribus Colb. cet. At in mss. Ebor. & Caturc. quod superest ex hac epistola, ita interpolatum ac mutatum effertur: *neque bigamus, neque revertens, neque pœnitens a maximis criminibus ad hos gradus possit admitti. Alioquin defensores ecclesiæ, qui ex laicis fiunt unius uxoris viri, si in supradicta observatione teneantur, & si vita & moribus & scientia Scripturarum meruerint, in ordine clericatus admittere debent*. Quædam alia codicum illorum menda adnotare piguit: sed hæc prorsus non siluisse operæ pretium duxi, quo advertat quisque quei sanctorum scripta depravari, sicque fœdata nihilo minus cum auctoritate aliqua legi interdum contingat.

12. Anno 418. Febr. 21. Editi cum ms. Pith. VIII. *Kal. Martias Honorio*. Ex aliis mss. restituimus IX. & revocamus *DD. NN.* hoc est *dominis nostris*, non ut in ms. Fossat. expressum est, *domino nostro*. Longe pejus in Corbejensi quatuor illis litteris substituta est vox *Nonas*. Apud Baronium ad annum 418. exstat Honorii imp. adversus Pelagianos Constitutio iisdem notis insignita in hunc modum: *DD. NN. Honorio* XII. & *Theodosio* VIII. *AA. cons.*

[1] EPISTOLA IX.

Adversus Proculi ausus & illicitas ordinationes.

ZOSIMUS PATROCLO episcopo Arelatensi.

CUm & in præsenti cognoveris, & frequentibus a nobis litteris ipse sis monitus, ut auctoritate metropolitani quam tibi apostolicæ sedis pronuntiatione firmavimus, Proculi ausibus conatibusque illis, quibus adhuc se putat aliqua posse turbare, hujus rei [2] oppressu occurreres, renitens rigore censuraque, quam pro regularum confirmatione susceperas, quippe cum & tibi nostrum delegatum nosses officium, & illum scires esse damnatum: miror quid post ista Proculo liceat, aut vacet illa, quæ consueverat, aut pejora committere. [3] Cur non putat unde istam habeas potesta- B A tem tuam, frater cariſſime, ut censuerimus, censeamusque, quicumque ex illis ad nostras regiones veniunt, sine tua non suscipiendos esse formata, nec probandum quem non in provincia positus ipse probaveris? Post istam ecce delegationem ad nos rumor advenit, Proculum quasi consuetis ludere & uti moribus suis, junxisse sibi quosdam idoneos turbationibus homines, & post illa quæ illi interdiximus ordinasse. Sed sciant quibus hanc epistolam volumus in notitiam pervenire, suscipi se nullatenus posse, [4] qui aut contra regulas repente, aut postquam illi interdiximus, sunt ordinati. [5] Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodosio VIII. augustis consulibus.

[6] EPISTOLA X.

Patroclo commissum esse, ut Proculi loco alium episcopum accipiant.

ZOSIMUS clero, ordini, & plebi consistenti Massiliæ.

NOn miror Proculum in consueta adhuc fronte durare, & [7] oblitum penitus pudoris quotidie digna damnatione committere, nec aliquando desistere, ut toties commonitus prohibitusque non cesset. Ecce cœtum nostræ dilectionis sua, qua sola notus est, turbatione confundit: nec Ecclesiam patitur esse concordem, cum suis id agat semper officiis, quatenus aggerens postrema prioribus, malum aliquod, quod ante commiserat, in pejus emendet. Cum ipse jam non sit [8] episcopus, episcopos facit, & humanus largitor aliis se dicit posse præstare, quod datum sibi aliquando immerito tenere non potuit. Addens sibi jungitque inquietæ mentis homines, & qui soli possunt favere damnato, per quos quæcumque turbarum studiosus cogitat, hac sua fidens societate conficiat. Sed habeo, fratres cariſſimi, vestri curam, moleste ferens quidquid ille quotidianis ausibus facit, id vos, Christianum populum, & qui in nostra caritate persistat, posse perferre, nec ejus obviare factis, aut repugnare conatibus. Idcirco cu- C ram vestri licet & prioribus commiserim litteris [9] vestræ metropolitano provinciæ fratri & coepiscopo nostro Patroclo, tamen iterum committo: ut ipsius tuti consilio & pro disciplinarum ratione formati, ejus obtemperantes nutibus, dignum possitis accipere sacerdotem. [10] Data III. Nonas Martias, Honorio XII. & Theodosio VIII. augustis consulibus.

[11] EPISTOLA XI.

Zosimus auctoritate sedis suæ pluribus explicata, certiores Afros facit, se non omnem, ut ipsis visum est, Cælestii verbis fidem commodasse, aut ea commutasse quæ de illo a decessore suo statuta sunt.

ZOSIMUS AURELIO ac ceteris, qui in concilio Carthaginiensi adfuerunt, dilectiſſimis fratribus, in Domino salutem.

I. QUamvis patrum traditio apostolicæ sedi auctoritatem tantam tribuerit, ut de ejus ju- D dicio disceptare nullus auderet, idque per canones semper regulasque [12] servaverit, & currens adhuc suis legibus ecclesiastica disciplina Petri nomini a quo ipsa quoque descendit, reverentiam quam debet exsolvat: tantam enim huic Apostolo canonica antiquitas [13] per sententias omnium vo-

1. Ad Colbertinum codicem, in quo collecta asservantur Arelatensis ecclesiæ privilegia, & ex quo in Annalibus Baronii primum prodiit, nec non ad alia duo exemplaria, unum ejusdem bibliothecæ, alterum Regiæ a nobis recognita est.

2. Ita Sirm. At mss. Arel. & Colb. cum Baron. *oppressus*, Reg. *oppressos*. Antea solus Colb. *huic rei*, & post cum Reg. *retinens rigorem censuramque*.

3. In vulgatis, *Quidnam putaret unde istam*. Colb. ms. *Cuinam putant dñ istam*. Reg. *Cuinam putandi istam*. Quod corrupte positum, resarciendum putavimus.

4. Apud Baron. ut in ms. Arel. *quia aut*. Mox *repente* id est quod in superiori epistola n. 2. *saltu*, & in epistola 7. n. 2. *saltu subito*. Istic quidem Zosimus pœnam silet, quam in ordinatorem non secus atque in ordinatos in duabus prædictis epistolis decernit. Verum hanc Proculo minime ab eo remissam fuisse ex epistola sequenti palam fiet.

5. Anno 418. Martii 5. Reg. ms. IIII. *Nonas*.

6. Epistolam hanc ex iis ipsis fontibus, ex quibus superiorem, accepimus.

7. Mss. *oblito penitus pudore*. Quantam sibi comparasset Proculus sanctitatis famam, Hieronymus sub finem epistolæ 4. ad Rusticum prodit his verbis: *Habes istic sanctum doctiſſimumque pontificem Proculum, qui viva & præsenti voce nostras schedulas superet, quotidianisque tractatibus iter tuum dirigat, nec patiatur te, in partem alteram declinando, viam relinquere regiam*. Sed quod sibi, etiam prohibitus, arrogare non destitit, quis excuset? Quamvis enim Taurinense concilium can. 1. uti superius est observatum, ei concesserit, ut episcopis quos a se ordinatos dixerat, *tamquam pater filiis honore primatus adsisteret*, illi tamen ut ordinationes novas faceret non permisit. Adeo difficile est intra æquos legitimæ potestatis limites se continere, E aut eo absistere quod semel usurpatum longa consuetudo roborasse videatur.

8. Quippe qui damnatus erat, ut in epistola 7. habetur.

9. Litteræ illæ non exstant, quibus illud munus Patroclo in ecclesia Massiliensi delegatum erat, quod Gregorius Visitatoribus post amotum aut defunctum episcopum frequens committit.

10. Anno 418. Martii 5.

11. A Baronio e Vaticano codice eruta, atque Annalium tom. 5. ad annum 418. primum vulgata est, & a nobis ad alterum Vatic. exacta.

12. Supple, *eadem sedes*.

13. Garner. de suo substituit *super sententias*; ac mox, *& ipsa quoque Christi Dei nostri promiſſio*. Hæc *per sententias omnium*, pro *summo consensu omnium* commode intelligitur dictum. Is certe Zosimi scopus est, ut quæ sedi suæ *canonica antiquitas* tribuerit, vindicet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.

luit esse potentiam, ex ipsa quoque Christi Dei nostri promissione [a], ut & ligata solveret, & soluta vinciret; par potestatis data conditio in eos, qui sedis hereditatem, ipso annuente, meruissent: habet enim [1] ipse, cum omnium ecclesiarum, tum hujus maxime ubi sederat, curam; nec patitur aliquid privilegii aut aliqua titubare aura sententiæ, cui [2] ipsa sui nominis firma & nullis hebetata motibus constituit fundamenta, & quæ sine suo periculo temere nullus incessat: cum ergo tantæ auctoritatis Petrus caput sit, & sequentia omnium majorum [3] studia firmaverit, ut tam humanis quam divinis legibus & disciplinis omnibus firmetur Romana ecclesia, cujus locum nos regere, [4] ipsius quoque potestatem nominis obtinere non latet vos, sed nostis, fratres carissimi, &, quemadmodum sacerdotes, scire debetis: tamen cum tantum nobis esset auctoritatis, ut nullus de nostra possit retractare sententia; nihil egimus, quod non ad vestram notitiam nostris ultro litteris referremus; dantes hæc fraternitati, ut in commune consulentes, non quia quid deberet fieri nesciremus, aut faceremus aliquid, quod contra utilitatem Ecclesiæ veniens displiceret; sed pariter vobiscum voluimus habere tractatum de illo [5] qui apud vos, sicut ipsi per litteras dicitis, fuerat accusatus; & ad nostram, qui se assereret innocentem, non refugiens judicium ex appellatione pristina [6], venerit sedem; accusatores suos ultro deposcens, & quæ in se crimina per rumorem falso dicebat illata condemnans. Omnem ejus petitionem prioribus [7] litteris, quas vobis misimus, putavimus ac novimus explicatam; satisque illis scriptis, quæ ad [8] illa rescripseratis, [9] credidimus esse responsum.

II. Sed post missæ per Marcellinum subdiaconum vestrum epistolæ omne volumen volvimus: quo aliquando perlecto, ita totum litterarum comprehendistis textum, quasi nos Cælestio commodaverimus in omnibus fidem, verbisque ejus non discussis, ad omnem, ut ita dicam, syllabam præbuerimus assensum. Numquam temere quæ sunt diu tractanda [10] sinuntur, nec sine magna deliberatione statuendum est, quod summo debet disceptari judicio. Idcirco noverit vestra fraternitas, nihil nos post illas quas [11] superius vel litteras vestras accepimus immutasse, sed in eodem cuncta reliquisse statu, in quo dudum [12] fuerant, cum hoc nostris litteris vestræ indicavimus sanctitati, ut illa quæ a vobis ad nos missa erat, obtestatio [13] servaretur. Subscripsi. Bene valete. [14] Data XII. Kalend. April. Honorio augusto XII. consule. Accepta [15] tertio Kalendas Majas.

a Matth. XVI. 19.

1. Garn. omisso *ipse*, subdit infra *sedit* pro *sederat*, & mox ante vocem *privilegii* addit *amittere*. Ibidem in altero ms. Vatic. adjicitur *sustinere*. Perspecta erit sententiæ hujus integritas, si construatur in hunc modum: *nec patitur aliqua aura titubare aliquid privilegii aut sententiæ*.

2. Idem Garn. *cui vi ipsa sui nominis firma & nullis hactenus acta motibus*. Romanæ sedi fundamenta sunt Petri nomine insignita, quatenus ab hoc apostolo *apostolica sedes* nuncupatur: eoque firmior videri debet sedis hujus sententia, quod Petri sententia censeatur. Hoc itaque sibi vult Zosimus: Petrus est firma illa petra, cui velut fundamento Romana sedes innititur, quamque nec diris inferni motibus superandam esse Christus promisit.

3. Alter ms. Vatic. *statuta*. Deinde legendum videtur, *& id .... firmaverint*. Pro *firmaverit*, substituit Garn. *servaverint*.

4. Editi, *& potestatem*. Majorem habet emphasim lectio, quam ex ms Vatic. revocamus. Zosimus habere se dicit potestatem nominis Petri, quia, ut supra observavimus, ipsius sedes *apostolica*, hoc est Petri *sedes* appellatur.

5. Scil. *Cælestio*.

6. Quam tamen quinquennio & amplius præter leges neglexerat.

7. Scilicet superiore epistola 2. cui & libellum sibi a Cælestio oblatum Zosimus annecti curaverat.

8. Legendum videtur *quæ de illo*: atque heic notari existimamus quæ Afri anno 416. ad Innocentium de Cælestio rescripserant. Substituit autem Garnerius *quæ ad illas* Is nempe, ex quo Afri superiorem Zosimi epistolam 2. acceperunt, & antequam plenarium isto anno 418. Kal. Maii concilium inchoarent, duplex ab iis concilium Carthagine celebratum esse pro certo ponit; unum ex quo obtestationem cum instrumentis de caussa Cælestii miserint, & alterum, ad cujus synodicam nunc Zosimus respondeat. Sed cum historica veritate opinio illius ægerrime componatur. Nam statim ut priores Zosimi epistolæ 2. & 3. per Basiliscum diaconum anno 417. mense Octobri exeunte Afris redditæ sunt, hi litteris illis e Carthaginiensi synodo rescribentes, scripta sua eidem Marcellino subdiacono tradiderunt, qui simul & Paullini libellum Novembris 8 die consignatum Romam perferendum suscepit. Atqui synodicis scriptis sibi per Marcellinum redditis Zosimus nunc respondet. Frustra igitur aliæ Afrorum ad Zosimum epistolæ excogitantur, ante plenarium Africæ concilium missæ.

9. In vulgatis, *credimus*, ubi *credidimus* restituendum esse, jam persuasum nobis erat, cum re ipsa in Vatic. ms. *credidimus* haberi comperimus. Eo pacto, si antea legerimus *quæ de illo rescripseratis*, subaudierimusque deinde *ad Innocentium*; integra fiet ac perspicua Zosimi sententia. Afri enim ad Innocentium epist. 27. originale peccatum & gratiæ auxilium a Pelagio atque Cælestio negari scripserant, addiderantque se eos in Ecclesia sanari malle, quam ab Ecclesia resecari. His eorum scriptis, in eo nominatim quod ad Cælestium attinet, satis esse responsum hactenus credidisse se Zosimus significat, quippe qui certiores eos fecerit, illum Innocentii litteris, in quibus & gratiæ adjutorium & peccatum originis asseruntur, consensisse. Huc spectat quod Augustinus lib. 2. ad Bonifacium cap. 3. allatis Apostoli verbis, *Si quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit*, subdit: *Hoc in illo* (Cælestio) *factum putabatur* (a Zosimo) *quando se litteris beatæ memoriæ papæ Innocentii, quibus de hac re* (scil. de peccato originis) *dubitatio tota sublata est, consentire respondit*.

10. Garnerius & heic, loco verbi *sinuntur*, de suo ponens *finiuntur*, sententiam induxit a veritate atque a Zosimi mente alienam. Perinde intelligendus est hic locus, ac si verbum *tractanda* repeteretur in hunc modum: *Quæ sunt diu tractanda, numquam temere tractanda sinuntur*. Ita probat Zosimus nihil a se temere factum, cum dilationem huic negotio permisit, nec finem ei imponere festinavit.

11. Rursum Garnerius ex præjudicata opinione de duplici Carthaginiensi concilio, a quo iteratæ ad Zosimum litteræ missæ sint, quod heic deest ita supplevit: *quas vel superius vel nunc*. Sed Zosimum alias ab iis, ad quas nunc rescribit, Afrorum litteras accepisse nullo monimento habemus. Nullum certe aut apud Augustinum aut apud Marium Mercatorem deprehenditur hujus rei vestigium. Superiores vero Zosimi litteræ id unum nos docent, ab ipso, antequam ullas ab Afris litteras accepisset, Cælestii atque Pelagii caussam fuisse cognitam, cognitionis hujus gesta per Basiliscum in Africam fuisse transmissa, hunc subdiaconum 2. Novembris die, statim, uti probabile omnino est, ab adventu suo, Paullinum Cælestii accusatorem convenisse, ac sexto post die a Paullino per Marcellinum Romam missum esse libellum, tum vero primum Afros ad Zosimum scripsisse, atque eidem Marcellino subdiacono eas tradidisse litteras, quibus Zosimus modo respondet. Huic gestorum ordini consentaneum magis foret, *post illas quas scripsimus, vel litteras vestras quas accepimus*. Docet autem Zosimus res in eo statu, in quo erant antequam Cælestii & Pelagii caussa a se cognosceretur, remanere; adeoque illis communionem ecclesiasticam, qua privati fuerant, necdum redditam esse.


12. Scil. *sub Innocentio*.

13. Ita ms. Vatic. At alii libri, *remaneret*. Porro *obtestationis* nomine id, quod Innocentium rogarant, intelligere licet. Nam istud *ad nos* perinde atque *ad nostram sedem* interpretati nihil repugnat.

14. Anno 418. Martii 21.

15. April. 29.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
417.



[1] EPISTOLA XII.

Seu Honorii constitutio ad Agricolam præfectum.

Ut septem provinciarum concilium singulis annis Arelate habeatur.

Honorius & Theodosius augusti viro Julio [2] Agricolæ præfecto Galliarum.

I. Saluberrima magnificentiæ tuæ suggestione inter reliquas reipublicæ necessitates evidenter instructi, observanda provincialibus nostris, id est per septem provincias, mansura in ævum auctoritate decernimus, quod sperari plane ab ipsis provincialibus debuisset. Nam cum propter privatas ac publicas necessitates de singulis civitatibus, non solum de provinciis singulis, ad examen magnificentiæ tuæ vel honoratos confluere, vel mitti legatos, aut possessorum utilitas aut publicarum ratio exigit functionum: maxime opportunum & [3] conducibile judicamus, ut servata posthac annis singulis consuetudine, constituto tempore in metropolitana, id est in Arelatensi urbe, incipiant septem provinciæ habere concilium.

II. In quo plane tam singulis, quam omnibus in commune consulimus. Primum ut optimorum conventu sub illustri præsentia præfecturæ, si id tamen ratio publicæ dispositionis obtulerit, saluberrima de singulis rebus possint esse [4] consilia. Tum quidquid tractatum fuerit & discussis ratiociniis constitutum, nec latere notiores provincias poterit; & parem necesse est inter absentes æquitatis formam justitiæque servari. Ac plane præter necessitates publicas, etiam humanæ ipsi conversationi non parum credimus commoditatis accedere [5], quod in Constantina urbe jubemus annis singulis esse concilium. Tanta enim loci opportunitas, tanta est copia commerciorum, tanta illic frequentia commeantium, ut quidquid usquam nascitur, illic commodius distrahatur. Neque enim ulla provincia ita peculiari fructus sui felicitate lætatur, ut non hæc propria Arelatensis soli credatur esse fecunditas. Quidquid enim dives Oriens, quidquid odoratus Arabs, quidquid delicatus Assyrius, quod Africa fertilis, quod speciosa Hispania, quod fortis Gallia potest habere præclarum, ita il-

A lic affatim exuberat, quasi ibi enascantur omnia, quæ ubique constat esse magnifica. Jam vero decursus Rhodani & Tyrreni recursus necesse est ut vicinum faciant ac pæne conterminum vel quod iste præterfluit, vel ille quod circuit. Cum ergo huic serviat civitati quidquid habet terra præcipuum, ad hanc velo, remo, vehiculo, terra, mari, flumine deferatur quidquid singulis nascitur; quemadmodum non multum sibi Galliæ nostræ præstitum credant, cum in ea civitate præcipiamus esse conventum, in qua divino quodammodo munere commoditatum & commerciorum opportunitas tanta præstatur? Si quidem hoc rationabili plane probatoque consilio jam & vir illu-

B stris præfectus [6] Petronius observari debere præceperit, quod interpolatum vel incuria temporum, vel desidia tyrannorum [7], reparari solita prudentiæ nostræ auctoritate decernimus, Agricola parens carissime atque amantissime.

III. Unde illustris magnificentia tua & hanc præceptionem nostram, & priorem sedis suæ dispositionem secuta, id per septem provincias in perpetuum faciat custodiri, ut ab Idibus Augustis, quibuscumque mediis diebus in Idus Septembris, in Arelatensi urbe noverint honorati vel possessores, judices singularum provinciarum annis singulis concilium esse servandum: ita ut de Novempopulana

C & secunda [8] Aquitanica, quæ provinciæ longius constitutæ sunt, si eorum judices occupatio certa retinuerit, sciant legatos juxta consuetudinem esse mittendos. Qua provisione plurimum & provincialibus nostris gratiæ nos intelligimus utilitatisque præstare, & Arelatensis urbis, cujus fidei secundum testimonia atque suffragia parentis patriciique nostri multa debemus, non parum adjicere nos constat ornatui. Sciat autem magnificentia tua quinis auri libris judicem esse multandum, ternis honoratos vel curiales, qui ad constitutum locum intra definitum tempus venire distulerint. [9] Data xv. Kal. Maii: accepta Arelate x. Kal. Junii [10] domno nostro Honorio XII. & Theodosio VIII.

D

1. Constitutionem hanc, quæ ab Hincmaro opusc. 44. num. 18. pag. 730. laudatur, e Papirii Massoni opere posthumo Andreas Duchesne tom. 1. hist. Franc. pag. 83. ut alios sileam, vulgavit. Eam inter ceteras Zosimi epistolas exhibent Colbertinus, alias Arelatensis ecclesiæ codex & Regius. Nec indigna visa est, quæ inter eas locum obtineret, cum ad lucem non tantum illis, sed & pluribus aliis aliorum pontificum epistolis conferendam non parum idonea sit, licet ad res ecclesiasticas per se non pertineat. Non enim, ut Hincmarus loco citato scribit, ab Honorio illic præceptum est, *ut de his* (septem) *provinciis honorati vel possessores, judices & episcopi ad concilium forense vel ecclesiasticum convenirent: ita ut de Novempopulana & II. Aquitania, quæ provinciæ longius constitutæ sunt, si earum judices & metropolitanos occupatio certa retineret, legatos suos juxta consuetudinem mitterent*. In hoc quippe edicto nullus est de judicio ecclesiastico aut de episcopis seu metropolitanis sermo. Quocirca memoratum præsulem hac in re falsum esse Ant. Pagi ad annum 401. recte observavit.

2. In edicto præfectorum prætorio adversus Pelagianos apud Baronium ad initium anni 420. una cum aliis comparet Agricola. Pro *Julio* autem, in prototypo exstitisse suspicamur *inl.* hoc est *inlustri*, seu, ut euphoniæ gratia dicimus, *illustri*: quam conjecturam confirmat codex Regius, in quo legitur *factum ad virum inlustrem Agricolam præfectum Galliarum augustorum Honorii & Theodosii*, omititurque inscriptio.

3. Editi, *condecibile*: corriguntur ex ms. Reg.

4. Etiam huc ex ms. Reg. revocamus *consilia*, cum in vulgatis obtineret *concilia*.

5. Vide apud Leonem epist. 58. num. 3.

6. Is Petronius Cod. Th. lib. 4. tit. 21. leg. 1. anno 397. Hispaniarum Vicarius nuncupatur. Post id temporis, & quidem intra annum 401. & 407. præfectum prætorio fuisse, & præceptum nunc laudatum dedisse Tillemontius censet.

7. Horum tyrannorum catalogum texens Orosius lib. 7. c. 42. Constantinum, Constantem ejus filium, Maximum, Jovinum, Sebastianumque memorat; sed Constantinus heic in primis notatur.


8. Sic Regius codex, Alii vero *Aquitaniæ*. Ant. Pagi ad ann. 401. num. 35. observat, Aquitaniam primam ab

E Arelate non minus distare quam secundam; sed hanc censeri remotiorem, quia inde in illam urbem pedestri tantum itinere, adeoque difficilius contenditur, cum eodem ex Aquitania I. commodius Araris ac Rhodani beneficio perveniatur.

9. Anno 418. April. 17.

10. In Arelatensi ms. *domno Honorio*. In Reg. *domno* .. *Honorio*. Scriptum esse suspicamur, ut supra ad calcem epistolæ IX. *DD. NN.* hoc est *dominis nostris*. Quod ab eo adjectum est, qui diem quo sacra illa accepta est, notavit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 417.



EPISTOLA XIII.

Seu [1] Commonitorium Zosimi papæ presbyteris & diaconibus suis Ravennæ constitutis.

De presbyteris quibusdam rebellibus, & iis qui se eorum societati adjunxerant.

EX [2] relatione fratris nostri [3] Archidami presbyteri, qualiter suscepti sitis vel quid egeritis, cognovimus, vel qualiter illi suscepti sunt, qui contra canones adversum nos ad Comitatum, nescio qua audentes temeritate, ire voluerunt. [4] Ad quos hæc quæ nunc misimus, olim scripta feceramus, eorum quas injuriose miserant respondentes epistolis. Sed quoniam non potuerunt [5] rei in sua, hoc est, in nostra ecclesia Romana, cum nostris compresbyteris commorari; has ad vos illis tradendas litteras destinavimus, in quibus decreto nostro sanximus, memoratos perturbatores omnium ab apostolicæ nostræ sedis communione alienos fuisse, atque nostra subscriptione prolatam A sententiam suscepisse. [6] Illos etiam, qui effrenato huic facto consilioque assensum commodare voluerunt, vestræ caritatis est æstimare qualiter habeantur. Quibus hoc objicere vos debetis, [7] quod juxta canonum præcepta fortiter incurrere, & qualiter presbyteros non decebat, rebelles [8] exstitere. Vos autem monemus in speculis esse debere, [9] ne quo eorum prorumpat audacia, quos anathematizatos [10] scit sancta & apostolica Ecclesia. De his vero qui eorum se societati junxerunt, quid agere debeamus, cum reversi fueritis, consilio meliori tractabimus. *Et alia manu.* [11] Data quinto Nonas Octobris, Honorio XII. & Theodosio VIII. B augustis consulibus.

EPISTOLA XIV.

Seu [12] Commonitorium Zosimi papæ ad legatos suos.

I. *De appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem.*
II. *De tractandis presbyterorum & diaconorum caussis apud finitimos episcopos, si a suis excommunicati fuerint.*

Fratri FAUSTINO [13] & filiis PHILIPPO & ASELLO presbyteris ZOSIMUS episcopus.

I. VObis commissa negotia non latent. Vos ita ut nostra, immo quia nostra ibi in vobis præsentia est, cuncta peragite; maxime cum & hoc nostrum possitis habere mandatum, & verba canonum, quæ in pleniorem firmitatem huic Commonitorio inseruimus. Ita enim dixerunt, dilectissimi fratres, in concilio [14] Nicæno, cum de epi-

1. In edit. Rom. notatur hæc epistola ut *ex Cresconio* descripta. Illam tamen in hujus scriptoris Breviario canonico ne citatam quidem invenimus. Neque eam etiam genuinum Dionysianæ collectionis exemplum Regium aut in C generali titulorum Indice memorat, aut in ipso operis corpore exhibet. In ea autem collectione exstat, quam Carolo Magno Hadrianus I. dedit, nec non in veteribus exemplis tum codicis a Quesnello vulgati, tum collectionis Hispanæ & Isidori, & quibusdam aliis mss. Male in exemplaribus coll. Hadr. inscribitur *epistola ad presbyteros Ravennæ*, & in titulorum Indice *de presbyteris Ravennatium* seu *Ravennantium*. Nec melius in coll. Hispan. & Isid. exindeque apud Merl. *ad clerum Ravennensem*, aut apud Crab. & in seqq. edit. concil. *ad clerum & ad presbyteros Ravennatium* prænotatur. Verior est hæc inscriptio, *presbyteris & diaconibus suis Ravennæ constitutis*, quam codicis a Quesn. vulgati exempla suppeditant. Inde omiserat mox memoratus Quesn. vocem *suis*, qua tituli ambiguitas solvitur. Neque vero commonitorium illud ad Ravennenses, sed ad Romanos presbyteros ac diaconos, quos Zosimus ad imperatoris Comitatum miserat, neque Ravennensium, sed Romanorum quorumdam rebellium clericorum caussa mis- D sum est. Ad imitationem Zosimi saltem nonnulli e successoribus ejus operam dederunt, ut Ravennæ haberent aliquos, qui Ecclesiæ negotia curarent. Quocirca Gregorius lib. 3. epist. olim 54. scribit, de mota quadam controversia inquisiisse se & consuluisse *filios nostros Petrum diaconum atque Gaudiosum primicerium, nec non Michaelium defensorem sedis nostræ, qui pro diversis responsis Ravennam a nostris decessoribus sunt transmissi.*

2. Apud Merl. ut in mss. coll. Hisp. & Isid. his præmittitur ista salutatio: *Zosimus episcopus urbis Romæ commonitorium presbyteris & diaconibus qui Ravennæ sunt*, nisi quod a prædictis mss. habest *commonitorium*. Ceteræ edit. concil. & Rom. cum mss. coll. Hadr. *Zosimus* (in plerisque edit. *episcopus*) *commonitorium presbyteris* &c. Si qua præfigenda esset salutatio, hanc anteponeremus quam mss. Reg. & Colb. præ se ferunt, *Zosimus compresbyteris & diaconibus qui Ravennæ sunt*. Exempla cod. Quesn. in quibus nulla est, sequimur. Et quidem ab hujusmodi commonitoriis seu E documentis, quibus quæ facienda sint legatis præscribuntur, ut in Hormisdæ scriptis visuri sumus, abesse solet.

3. Apud Quesn. ut in uno ms. Colb. *Archiami*: refragantibus aliis libris. Archidamus iste non alius videtur ab eo, quem Innocentius epist. XIV. Aurelio commendat.

4. Sardicens. conc. c. 8. 9. 10.

5. In mss. coll. Hadr. *non potuerunt compresbyteris commorari*, & in eorum uno *commemorari*, omissis intermediis. Baronius hos ideo reos dici putat, quia Pelagio faverent. At post edictum Honorii hoc ipso anno Aprilis ultimo die Ravennæ datum, quo Cælestius & Pelagius ab Urbe jubentur expelli, eorumque fautores ad judicem deferendi quibusvis potestas datur, non intelligitur quo pacto Pelagii asseclis ad eumdem imperatorem patuerit aditus, ut Zosimum accusarent. Rursum alia ratione, quam in notis sequenti ac subsequenti subjiciemus, eruditi viri conjectura refelletur.

6. Solus Quesn. *Illi etiam*, haud dubie ut orationem ad grammaticæ leges accommodaret. Idem deinde, *qui effrenato horum facto concilioque*. In mss. coll. Hadr *qui effrenato hujus consilio quæ*, nisi quod in Coislin. secundis curis exstat, *consilio cui*. Unus Colb. *effrenato hujus facto concilioque*. Satis placet quod in altero Colb. *effrenato hujus facti consilio* sine conjunctione *que*. Hanc retinet Regius, qui etiam *effrenato hujus facti consilio* exhibet. Vulgata lectio, quam in hac varietate servandam duximus, est mss. coll. Hisp. & Isid. Si autem de Pelagii fautoribus heic sermo esset, non quod effrenato facinori, sed quod perversæ fidei assensum commodare voluerint, arguendi forent.

7. In uno e mss. Harlæis, *debetis eos juxta*; atque huic præpositioni superscriptum est *vel contra*. Unde & Crab. e regione particulæ *juxta*, ad marg. annotavit *contra*.

8. In vulgatis, *exsistere tentaverunt*. Abest *tentaverunt* a mss. coll. Hadr. Unde patuit & heic *exstitere* legendum, & supra *incurrere* idem esse quod *incurrerunt*, quomodo apud Merlinum habetur. Deinde edit. Rom. & concil. *Vos tamen monemus*. Nota & heic rebellionem, non temeratam fidem reis objectari.

9. Merl. *neque*. Aliæ editiones concil. cum Rom. & pluribus mss. *ne qua*. Præferimus cum uno cod. Colb. *ne quo*, quasi *ne aliquo*, faventibus aliis mss. Nam & istud *quo* retinent corruptæ illæ lectiones, quæ habentut in altero Colb. *de quorum prorupta audacia* &c. in Regio, *de quo eorum prorupta audacia*, & in Pithœano *ne quorum prærupta audacia quos anathematizatos sciscitet apostolicæ Ecclesiæ*. Ex hac autem postrema lectione Quesnellus istam composuit, quæ videtur a Zosimi mente aliena: *ne aliquorum prærupta audacia, quos anathematizatos esse constat, suscitet scandalum apostolicæ Ecclesiæ. De his vero*. Sane Zosimi non vaga de aliquibus, sed certa & fixa de iis quos anathemate damnarat, hæc est admonitio.

10. In duobus mss. Colb. & Regio, *scit apostolica*. In Pith. ut mox notatum, *sciscitet apostolicæ Ecclesiæ*. Restituendum videtur, *scitis ab apostolica ecclesia*.

11. Octob. 3. ann. 418.

12. E gestis concilii, Carthagine anno 419. sub Maji exitum habiti, descriptum est hoc Commonitorium, seu potius Commonitorii fragmentum, cujusmodi exstat Cod. can. eccl. Afr. c. 1. Ejusdem præcipua capita Afri in epistola 1. ad Bonifacium n. 3. summatim perstringunt. Illud *anno priore*, hoc est 418. scriptum esse, atque in gestis concilii Africani in quo recitatum est, allegatum fuisse docent. De hoc autem concilio sic mense Majo anni 419. loquuntur, ut *nuper* celebrato. Unde colligere est, Commonitorium in eo recitatum ad annum 418. jam labentem pertinere.

13. Potentinæ in Piceno ecclesiæ quæ modo diruta est, episcopo.

14. Hoc est Sardicensi, cujus canones etiamnum in vete-

ſcoporum appellatione decernerent. „ [1] Placuit autem, ut ſi epiſcopus accuſatus fuerit, & judicaverint congregati epiſcopi regionis ipſius, & de gradu ſuo dejecerint eum, & appellaſſe videatur, & confugerit ad beatiſſimum eccleſiæ Romanæ epiſcopum, & voluerit audiri, & juſtum putaverit ut renovetur examen; ſcribere his epiſcopis dignetur, qui in finitima & propinqua provincia ſunt, ut ipſi diligenter omnia requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod ſi is qui rogat cauſſam ſuam iterum audiri, deprecatione ſua moverit epiſcopum Romanum, ut e latere ſuo presbyterum mittat, erit in poteſtate epiſcopi Romani quid velit & quid exiſtimet. Et ſi decreverit mittendos eſſe, qui præſentes cum epiſcopis judicent, habentes auctoritatem ejus a quo deſtinati ſunt, erit in ſuo arbitrio. Si vero crediderit ſufficere epiſcopos, ut negotio terminum imponant, faciet quod ſapientiſſimo conſilio ſuo judicaverit [2]. „

II. De appellationibus autem clericorum [3], id eſt minoris loci, quid acturi ſitis, eſt ipſius ſynodi certa reſponſio. De qua re quid acturi ſitis, credidimus inſerendum: quod taliter dictum eſt. Hoſius epiſcopus dixit: „ [4] Quid me adhuc movet reticere non debeo. Si epiſcopus quis forte iracundus, quod eſſe non debet, cito aut aſpere commoveatur adverſus presbyterum ſive diaconum ſuum, & exterminare eum de eccleſia voluerit; providendum eſt ne innocens damnetur aut perdat communionem. Habeat poteſtatem ejectus, ut finitimos interpellet: cauſſa ejus audiatur & diligentius tractetur; quia non oportet negare ei audientiam petenti: & ille epiſcopus, qui juſte aut injuſte eum rejecit, patienter accipiat, ut negotium diſcutiatur, ut aut probetur ejus aut emendetur ſententia, cet. „

III. [5] *His adjectum erat quartum caput*, de Urbano epiſcopo excommunicando, vel etiam Romæ vocando, niſi ea quæ videbantur corrigenda, corrigeret.

[6] EPISTOLA XV.

De ſpretis judiciorum regulis, adeo ut ſacerdotes præſentibus laicis judicentur, & accuſato imponatur neceſſitas adverſarium ſuum quærendi & ad judicium deducendi.

ZOSIMUS epiſcopis per [7] Byzacium conſtitutis, dilectiſſimis fratribus, in Domino ſalutem.

I. MIror vos nullam reverentiam noſtri nominis præſtare faſtigio, nec honorem epiſcopatui talem deferre, qualis debet [8] ab iis ſervari, quorum hic honor eſt. Judicaturi laici de epiſcopis [9] ſedent, & hoc veſtrum dicitis eſſe concilium, ubi non ſacerdos laicum, ſed laicus permiſſione veſtra judicaturus intereſt ſacerdotem. Non enim ſibi poterit, quamvis honoratus fuerit, lai-

ribus codicibus Morbacenſi. Foſſatenſi & Colbertino, Nicæni concilii titulo inſignitos, ſeu Nicænis ſub continuata numerorum ſerie proxime ſubjectos legimus. Porro hanc confuſionem antiquam eſſe iſte Zoſimi locus argumento eſt. Innocentius tamen Zoſimi deceſſor Sardicenſia geſta minime pro Nicænis habuit, ut in ejuſdem epiſtolam VII. pag. 799. not. *b.* obſervavimus. Verum inter tot ac tantos præſules qui in Africa tum florebant, nullum exſtitiſſe qui Sardicenſes canones noſſet, eo magis eſt mirum, quod Gratus Carthaginienſis epiſcopus Sardicenſi interfuerit ſynodo, ejuſque auctoritatem in concilio Carthaginienſi I. can. 5. commendarit. Jam ab anno 398. Auguſtinus epiſt. olim 163. nunc 44. n. 6. de Sardicenſi concilio nihildum audiiſſe ſe prodiderat. At in toto hoc negotio non minus Zoſimum, quam Afros, bona fide egiſſe palam eſt. Satis illi erat Afris, qui in Carthaginienſi II. concilio can. 10. profitentur, atque Cod. can. eccl. Afr. c. 13. repetunt, *A nobis veterum ſtatuta debere ſervari*, Sardicenſis ſynodi proponere auctoritatem. Neque ipſi metuendum erat, ne decreta reſpuerent, quæ primatem ſuum præſentia ſua comprobaſſe didiciſſent. Tantum ea de cauſſa decretis illis quæ Zoſimus Nicæna appellarat, concedere ſe non poſſe epiſt. II. ad Cæleſtinum n. 4. ſcribunt, quia id, inquiunt, *in nulla invenimus patrum ſynodo ſcriptum*. Si igitur hoc tam gravi in ſynodo conſtitutum reperiſſent, eos ſtatim Zoſimi voluntati obſecuturos fuiſſe quis dubitet? Ex hujus controverſiæ occaſione illos operam dediſſe obſervant eruditi, ut canones in eccleſia ſua recepti in unum codicem, quem etiamnum habemus, colligerentur; quo nimirum nihil ab ipſis deinceps exigeretur, quod eccleſiæ ſuæ regulis ac diſciplinæ conſentaneum non foret.

1. Sardic. concil. c. 7.

2. Heic, ut ex epiſt. 1. ab Bonifacium n. 2. diſcimus, ſequebatur alterum caput, *Ne ad Comitatum epiſcopi navigent;* idque pariter Sardicenſis ſynodi canone 8. fulcire Zoſimus potuit, ſicut & Innocentii litteris ea de re ſcriptis, quas concilium Carthaginienſe Cod. can. eccl. Afr. c. 94. confirmaſſe dicitur.

3. Nomine clericorum *minoris loci*, presbyteros & diaconos a Zoſimo intelligi liquet tum ex ſubnexo Sardicenſi canone, tum ex Afrorum epiſtola 1. ad Bonifacium n. 3. ubi hoc tertium Commonitorii hujus caput ſic ſummatim exhibent: *Tertium de tractandis presbyterorum & diaconorum cauſſis apud finitimos epiſcopos, ſi a ſuis excommunicati perperam fuerint*. His conſentaneum eſt quod Afri anno 416. in Milevitano II. concilio can. 22. decreverunt, quodque Codici can. eccl. Afr. c. 28. inſertum eſt his verbis: *Placuit ut presbyteri, diaconi vel ceteri inferiores clerici in cauſſis quas habuerint, ſi de judiciis epiſcoporum ſuorum queſti fuerint, vicini epiſcopi eos cum conſenſu ſui epiſcopi audiant, & inter eos definiant ab eis adhibiti epiſcopi*. Sed in eodem canone ſubjecerunt: *Ad tranſmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam ad communionem admittatur*. Quod Romana ſedes non probavit.

4. Sardic. concil. c. 17.

5. Bonif. I. epiſt. 1. n. 2.


6. Binius epiſtolam hanc ex antiquo Weingartenſis monaſterii codice eruit. Eam ipſe ac poſt illum Labbeus a ceteris valde diſcrepantem, adeoque ſuſpectæ fidei, judicarunt. Vereor tamen, ut hanc diſcrepantiæ ſpeciem non auctoris, ſed librarii imperiti ſtilus induxerit. In Zoſimi ætatem convenit conſularis ejus nota. Nec infitiandum eſt, vim illam qua Zoſimus id quod non probat acriter reprehendere ſolet, ab ejus capite ad calcem apparere.

7. In archetypo *Byſantium*, corrupte. Neque enim heic urbs, ſed provincia deſignatur: & ut *Byſantium* mutato nomine Conſtantinopolis appellaretur, uſu jam pridem receptum erat. In Africa autem celebris erat Byzacena provincia, in qua multa concilia circa hoc tempus habita Ferrandus diaconus in Breviario citat, puta Suffutulenſe c. 2. Septimunicenſe c. 11. &c. Marazanenſe c. 44. &c. Themitanum c. 61. &c. Zellenſe ſeu Teleptenſe hoc ipſo anno 418. celebratum.

8. Forte, *debet iis*.

9. In concilio Aquilejenſi apud Ambroſium n. 51. ipſius Ambroſii hoc fertur effatum: *Sacerdotes de laicis judicare debent, non laici de ſacerdotibus:* nec non iſtud num. 52. *Per hoc quoque & in hoc ipſo damnandus eſt* (Palladius,) *qui laicorum exſpectat ſententiam; cum magis de laicis ſacerdotes debeant judicare*. Idem præſul epiſt. 21. n. 2. Valentinianum ſeniorem laudat, *quod non ſolum ſermone, ſed etiam legibus ſuis ſanxit, in cauſſa fidei eccleſiaſtici [illegible] cujus ordinis [illegible] judicare debere, qui nec munere impar ſit, [illegible]*. Quibus & illud addit: *Quin etiam ſi alius quoque [illegible]tur epiſcopus, & morum eſſet examinanda cauſſa, etiam hæc voluit ad epiſcopale judicium pertinere*. Jam antea Conſtantius imperator Cod. Th. lib. 16. tit. 2. lege 12. anno 355. data conſtituerat, ne quis epiſcopos apud judices publicos accuſaret, ſed eorum cauſſæ aliorum epiſcoporum judicio definirentur. Quam conſtitutionem Hilarii Pictavenſis epi-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 417.



cus tantum de quovis honore blandiri, ut merito interfuisse videretur [1], quod erat constitutum ecclesiasticum. Adde quod telonariorum sive [2] temonariorum etiam nomen inferitur, & judicium in episcopum ab hac congregatione collegitur. Sedent publicani homines, & auditur episcopus, & [3] talibus quid fas non est facientibus vobis auditur. Illud quoque quis non rideat, immo non doleat; cum taliter ecclesiasticam videat regulam [4] titubare, & vigorem canonum ad hoc esse dejectum? Quando hoc & ubi factum docetur? exemplum quæ ætas meminit, quis sacerdos audivit? cum fuerint innumeri, qui amplissimis abdicatis honoribus ita potentiam refutaverint sæcularem, ut vel minimi nominis clerici [5] maluerint sustinere, nec aliquid prioris dignitatis ambitu judicari: & cede judicibus vera & certa præscriptio. Quid vultis de consensu judicem laicorum? vel clerici, qui hoc solum nomen sine pristinas ne sæcularitates gloria erubescit audite. Quid vobis, certe indulgete si dicam, cum judicaturi cum talibus considetis?

II. Illud autem non nobis prætermittendum videtur, præsertim cum hoc nulla acerbitas fecerit judiciorum, nullus ordo meminerit, ut quærendi adversarium suum alicui necessitas imponatur, & ad judicium deducendi; cum ille ultro debet [6] inferre qui arguit. Unde hoc invicem scriptum ad vestram transmisimus caritatem per fratrem & coepiscopum nostrum Numunianum. Bene valete fratres. *Et ad latus*: [7] XVI. Kalendas Decembris, Honorio XII. & Theodosio VIII. consulibus augustis.

scopi rogatu datam Baronius putat. Certe is Confessor libello I. ad Constantium n. I. enixe eum deprecatur, *provideat & decernat, ut omnes ubique judices, quibus provinciarum administrationes creditæ sunt, ad quos sola cura & solicitudo provinciarum pertinet, religiosa se observantia abstineant, neque posthac præsumant atque usurpent & putent se caussas cognoscere clericorum*. Subinde & S. Martinus apud Treviros constitutus, Sulpicio lib. 2. teste, Maximo imperatori dixit, *Novum esse & inauditum nefas, ut caussas ecclesiæ judex sæculi judicaret*. Legenda Leonis Bituricensis episcopi & sociorum epistola a Sirmondo tom. I. concil. Gall. ad annum 454. relata, qua clericos ad examen sæculare transeuntes, ut sacræ legi & sacerdotali ordini contumeliosos, a sacris liminibus expulsos a cælesti altari arcent. Specialis quidem heic notatur caussa, non qua episcopi ad judicium sæculare provocentur, sed qua in judicio episcopali etiam laici inter episcopos judices sedeant. Sed & hoc reprobat concilium Hispalense II. c. 9. ubi postquam indecorum esse asseruit *sæculares in ecclesia judicare*, subdit: *In uno eodemque officio non decet dispar professio. Quod etiam divina lege prohibetur, dicente Moyse: Non arabis in bove & asino simul, id est, homines diversæ professionis in officio uno non sociabis*.

1. Supple *judicio*. Ivo p. 16. cap. 12. velut ex Cabilonensi concilio c. 6. laudat hoc decretum; *Quando ea quæ canonica sunt ventilantur, vel quando regularia ventilantur, neque aliquos laicos nisi religiosos interesse oportet, & nisi hos tantummodo, qui in propria appellantur persona*. Ubi laici, ne ecclesiasticis judiciis intersint, non sine exceptione prohibentur.

2. In vulgatis, *demonariorum*: restituendum fuisse *temonariorum* non ambiget, qui vocis hujus potestatem perspectam habuerit. Temonariorum mentio fit Cod. Th. lib. 6. tit. 4. leg. 21. & lib. 7. tit. 12. leg. 3. Eorum munus inter sordida censebatur, ut liquet tum ex his Arcadii imp. Cod. Th. lib. 6. tit. 26. leg. 14. *Quamvis innumeris legibus scriniorum gloria decoretur, jubemus tamen ut primo sit eorum secura possessio ab omnibus sordidis muneribus .... nec ullam temonis patiatur injuriam*; tum ex illis Constantini imp. ibid. tit. 35. leg. 3. *Quibus omnibus condonamus ne exactorum vel turmariorum, quos capitularios* (quia censum exigunt capitum) *vocant, curam subeant; vel obsequium temonariorum*: sed maxime ex dictis Arcadii ibid. lib. 11. tit. 16. leg. 14. *Eos qui ibidem peragendis signandisque responsis nostræ mansuetudini obsecundant, omnium vilium munerum ac totius capitulariæ, sive ut rem quam volumus intelligi, communi denuntiatione signemus, temonariæ functionis fieri jubemus exsortes*. Quocirca *temonarii* commune est vectigalia exercentibus vocabulum. Hinc Tillemontius episcopum illum, de quo Zosimi sermo est, non secus atque Paullum Cataquensem, cujus Augustinus epist. olim 124. nunc 96. n. 2. meminit, vectigalium fuisse censet redemtorem, ideoque hujusmodi hominum subditum esse examini, quo æquiorem possent episcopi de illo ferre sententiam, aut fraudes fisco factas Ecclesiæ non probari palam facerent. Quamquam Carthaginiensi III. concilio can. 15. cautum jam fuerat, *ut episcopi & presbyteri & diaconi vel clerici non sint conductores, neque procuratores, neque ullo turpi vel inhonesto negotio victum quærant; quia respicere debeant scriptum esse, Nemo militans Deo, implicat se negotiis sæcularibus*. Sed aliquem, qui antequam in clerum promoveretur, hæc munia exercuisset, heic notari nihil repugnat.

3. Legendum ni fallor, *& a talibus, quod fas non est, patientibus vobis auditur*.

4. Verbi *titubare* idem usus cernitur in his Zosimi epist. XI. n. I. ubi de sede sua dicit: *Nec patitur aliquid privilegii aut aliqua* TITUBARE *aura sententiæ*.

5. Hunc locum, qui mancus in multis aut mendosus est, resarciri sic liceret: *ut vel minimi nominis clerici honoris jacturam maluerint sustinere, nec a laicis prioris dignitatis ambitu judicari. Ecce judicibus vera & certa præscriptio. Quid vultis de consensu judicem laicum vos clerici, qui hoc solum nomen sine pristina sæcularitatis gloria erubescitis audire? Quid vultis, certe indulgete* &c.

6. Immo ipse accusator, si intra tempus legibus præscriptum *adesse neglexerit*, multatur Cod. Th. lib. 9. tit. 36. & concilium Carthaginiense III. can. 7. episcopi accusatorem, qui caussæ dicendæ præscriptis diebus defuerit, a communione removet.

7. Anno 418. Novemb. 16.

PAULLINI

MEDIOLANENSIS

OPUSCULA III.

I. Vita S. Ambrosii Mediolanensis episcopi.

II. Libellus adversus Cælestium Zosimo papæ oblatus.

III. Libellus de Benedictionibus patriarcharum.

I.

VITA SANCTI AMBROSII MEDIOLANENSIS EPISCOPI

A PAULLINO ejus Notario

Ad beatum Augustinum conscripta.

I. Hortaris, venerabilis pater Augustine, ut A sicut beati viri, Athanasius episcopus, & Hieronymus presbyter, stilo prosecuti sunt vitas sanctorum Paulli & Antonii in eremo positorum, sicut etiam Martini venerabilis episcopi Turonensis ecclesiæ Severus servus Dei luculento sermone contexuit; sic etiam ego beatissimi Ambrosii episcopi Mediolanensis ecclesiæ, meo prosequar stilo. Sed ego ut meritis tantorum virorum, qui muri ecclesiarum sunt & eloquentiæ fontes; ita etiam sermone me imparem novi. Tamen quia absurdum esse opinor, quod præcipis, declinare: ea quæ a probatissimis viris qui illi ante me adstiterunt, & maxime ab sorore ipsius venerabili Marcellina didici, vel quæ ipse vidi cum illi adstarem, vel quæ ab iis agno- B vi qui illum in diversis provinciis post obitum ipsius se vidisse narrarunt, vel quæ ad illum scripta sunt cum adhuc obiisse nesciretur; adjutus orationibus tuis & meritis tanti viri, licet inculto sermone, breviter strictimque describam: ut lectoris animum etsi sermo offendat, tamen brevitas ad legendum provocet. Nec verborum fucis veritatem obducam; ne dum scriptor elegantiæ pompam requirit, lector tantarum virtutum amittat scientiam: quem non magis verborum phaleras pompasque sermonum, quam virtutes rerum gratiamque Spiritus sancti spectare convenit. Siquidem novimus viatores gratiorem habere aquam brevi vena stillantem, forte cum sitiunt, quam profluen- C tis fontis rivos, quorum copiam sitis tempore reperire non possunt. Et hordeaceus panis dulcis solet esse etiam iis, qui centenis vicibus ferculorum quotidiani convivii copias ructare consuerunt. Sed & hortorum amœna mirantibus, herbæ agrestes placere consueverunt.

II. Quamobrem obsecro vos omnes, in quorum manibus liber iste versabitur, ut credatis vera esse quæ dicimus: nec putet me quisquam studio amoris aliquid quod fide careat, posuisse; quandoquidem melius sit penitus nihil dicere, quam aliquid falsi proferre: cum sciamus, [a] nos omnium sermonum nostrorum reddituros esse rationem. Nec du- D bitem, etsi non ab omnibus omnia, tamen a diversis diversa sciri, & ea cognita nonnullis esse, quæ etiam minus ipse aut audire aut videre potui. Unde a die nativitatis ejus narrandi initium sumam, ut gratia viri ab incunabulis quæ fuerit, agnoscatur.

III. Igitur posito in administratione præfecturæ Galliarum, [1] patre ejus Ambrosio, natus est Ambrosius. Qui infans in area prætorii in cuna positus, cum dormiret aperto ore, subito examen apum adveniens, faciem ejus atque ora complevit, ita ut ingrediendi in os egrediendique frequentarent vices. Quæ pater qui propter cum matre vel filia deambulabat, ne abigerentur ab ancilla quæ curam nutriendi infantis susceperat, prohibens (sollicita enim erat ne infanti nocerent) [2] exspectabat patrio affectu quo fine illud miraculum clauderetur. At illæ post aliquamdiu evolantes, in tantam aeris altitudinem sublevatæ sunt, ut humanis oculis minime viderentur. Quo facto territus pater ait: Si vixerit infantulus iste, aliquid magni erit. Operabatur enim jam tunc Dominus in servuli sui infantia, ut impleretur quod dictum est: [b] *Favi mellis, sermones boni*. Illud enim examen apum, scriptorum ipsius nobis generabat favos, qui cælestia dona annuntiarent, & mentes hominum de terrenis ad cælum erigerent.

IV. Postea vero cum adolevisset, & esset in urbe Roma constitutus cum matre vidua, & sorore quæ virginitatem jam fuerat professa, comite alia virgine, cujus virginis soror Candida, & ipsa ejusdem professionis, quæ nunc Carthagine degit jam anus; cum videret [3] sacerdotibus a domestica, sorore, vel matre manus osculari, ipse ludens offerebat dexteram, dicens & sibi id ab ea fieri oportere, siquidem episcopum se futurum esse memorabat. Loquebatur enim in illo Spiritus Domini, qui illum ad sacerdotium nutriebat: illa vero, ut adolescentem & nescientem quid diceret, respuebat.

V. Sed postquam edoctus liberalibus disciplinis, Urbe egressus est: professusque in auditorio præfecturæ prætorii, ita splendide caussas peroravit, ut eligeretur a viro illustri Probo, tunc præfecto prætorii, ad consilium tribuendum. Post hæc consularitatis suscepit insignia, ut regeret Liguriam Æmiliamque provincias: venitque Mediolanum.

VI. Per idem tempus mortuo Auxentio Arrianæ perfidiæ episcopo (qui Dionysio beatæ memoriæ confessore ad exsilium destinato, [4] incubabat ecclesiæ) cum populus ad seditionem [5] surgeret in petendo episcopo, essetque illi cura sedandæ seditionis, ne populus civitatis in periculum sui ver-

a Matth. XII. 36. *b* Prov. XVI. 24.

1. Cod. Mich. *patre beati Ambrosii, nomine Ambrosio, natus ipse beatus Ambrosius est*. Nourr.
2. Idem codex, *finem rei præstolabatur, quo scilicet ordine illud miraculum clauderetur*. Id.
3. Omnes edit. ac mss. nonnulli, *sacerdotis a domestica sorore vel matre manus osculari — ab eis fieri oportere*. Alii mss. plures ac potiores, ut nos in textu. Id.
4. Ita editi: at nonnulli mss. apud Nourrium, *incursabat ecclesiam*: ceteri, *incubabat ecclesiam*. Atque hanc posteriorem lectionem prætulit cl. editor.
5. Sic Nourrius cum editis. Sed Erasmus *ad seditionem esset commotus*, reliquis prætermissis.

tereretur, perrexit ad Ecclesiam. Ibique cum alloqueretur plebem, subito vox fertur [1] infantis in populo sonuisse Ambrosium episcopum. Ad cujus vocis sonum, totius populi ora conversa sunt, acclamantis Ambrosium episcopum: ita ut qui antea turbulentissime diffidebant, quia & Arriani sibi & Catholici sibi episcopum cupiebant; superatis alterutris, ordinari repente hunc unum mirabili & incredibili concordia [2] consenserunt.

VII. Quo ille cognito, egressus ecclesiam tribunal sibi parari fecit; quippe mox futurus episcopus altiora conscendit. Tunc contra consuetudinem suam, tormenta jussit personis adhibere. Quod cum faceret, populus nihilominus acclamabat: Peccatum tuum super nos. Sed non similiter is populus tunc clamavit, sicut populus Judæorum. Illi enim vocibus suis sanguinem dominicum effuderunt, dicentes: [a] *Sanguis hujus super nos*: isti vero catechumenum scientes, fideli voce remissionem illi peccatorum omnium per baptismatis gratiam promittebant. Tunc ille turbatus revertens domum, philosophiam profiteri voluit, [3] futurus scilicet verus philosophus Christi, qui contemtis sæcularibus pompis, piscatorum secuturus esset vestigia, qui Christo populos congregarunt: non fucis verborum, sed simplici sermone, & veræ fidei ratione, missi sine pera, sine virga, etiam ipsos philosophos converterunt. Quod ubi ne faceret, revocatus est; publicas mulieres publice ad se ingredi fecit: ad hoc tantum, ut visis his, populi intentio revocaretur. At vero populus magis magisque clamabat: Peccatum tuum super nos.

VIII. At ille cum videret nihil intentionem suam proficere posse, fugam paravit. Egressusque noctis medio civitatem, cum Ticinum se pergere putaret, mane ad portam civitatis Mediolanensis, quæ Romana dicitur, invenitur. Deus enim qui ecclesiæ suæ catholicæ murum parabat adversus inimicos suos, & turrem erigebat David [4] contra faciem Damasci, hoc est perfidiam hæreticorum, fugam illius impedivit. Qui inventus cum custodiretur a populo, missa relatio est ad clementissimum imperatorem tunc Valentinianum, qui summo gaudio accepit quod judex a se directus ad sacerdotium peteretur. Lætabatur etiam Probus præfectus, quod verbum ejus impleretur in Ambrosio. Dixerat enim proficiscenti, cum mandata ab eodem darentur, ut moris est: Vade, age non ut judex, sed ut episcopus.

IX. Pendente itaque relatione, iterum fugam paravit, atque in possessione cujusdam Leontii clarissimi viri aliquamdiu delituit. Sed ubi relationi responsum est, ab eodem Leontio proditur. Præceptum enim erat vicario, ut insisteret rebus perficiendis. Qui injuncta sibi cum vellet implere, proposito edicto convenit omnes, ut si vellent sibi consulere rebusque suis, proderent virum. Proditus itaque & adductus Mediolanum, cum intelligeret circa se Dei voluntatem, nec se diutius posse resistere, postulavit se non nisi a catholico episcopo baptizari. [5] Solicite enim cavebat perfidiam Arrianorum. Baptizatus itaque fertur omnia ecclesiastica officia implesse, atque octava die episcopus ordinatus est summa cum gratia & lætitia cunctorum. Igitur post annos aliquot ordinationis suæ, ad urbem Romam, hoc est, ad proprium solum perrexit, ibique sanctam puellam de qua supra memoravimus, cui manum offerre solitus erat, in domo propria cum germana, sicut reliquerat, invenit, jam matre defuncta. Atque cum illa dexteram illius oscularetur, subridens ait illi: Ecce, ut dicebam tibi, sacerdotis manum oscularis.

X. Per idem tempus cum trans Tiberim apud quamdam clarissimam invitatus ut sacrificium in domo offerret, quædam balneatrix quæ paralytica in lecto jacebat, cum cognovisset ibidem esse Domini sacerdotem, in sellula se ad eamdem domum ad quam ille invitatus venerat, portari fecit, atque oranti & imponenti manus vestimenta attigit. Quæ cum exoscularetur, statim sanitate recepta ambulare cœpit: ut impleretur illud dominicum dictum ad apostolos: [b] *Etiam majora his facietis, credentes in nomine meo*. Quod tamen signum sanitatis ut in eadem regione mirabile fuit, ita etiam nec occultum. Nam ego hoc [6] post annos plurimos sanctis viris referentibus positus in Urbe cognovi.

XI. Sirmium vero cum ad ordinandum episcopum Anemium perrexisset, ibique Justinæ tunc temporis reginæ potentia & multitudine coadunata, de ecclesia pelleretur, ut non ab ipso, sed ab hæreticis Arrianis episcopus in eadem ecclesia ordinaretur; essetque constitutus in tribunali, nihil curans eorum quæ a muliere excitabantur; una de virginibus Arrianorum impudentior ceteris, tribunal conscendens apprehenso vestimento sacerdotis, cum illum attrahere vellet ad partem mulierum, ut ab ipsis cæsus de ecclesia pelleretur, ait ei (ut ipse solitus erat referre:) Et si ego indignus tanto sacerdotio sum, tamen te non convenit vel professionem tuam, in qualemcumque sacerdotem manus injicere: unde [7] debes vereri Dei judicium, ne tibi aliquid mali eveniat. Quod dictum exitus confirmavit. Nam alio die mortuam ad sepulcrum usque deduxit, gratiam pro contumelia rependens. Et hoc factum non levem adversariis incussit metum, pacemque magnam ecclesiæ catholicæ in ordinando episcopo tribuit.

XII. Ordinato itaque catholico sacerdote, Mediolanum revertitur, ibique supra dictæ Justinæ mulieris innumeras insidias sustinuit, quæ muneribus atque honoribus adversus sanctum virum oblatis, populum excitabat: sed infirmorum mentes talibus promissis decipiebantur. Promittebat enim tribuna-

a Matth. XXVII. 25. *b* Joan. XIV. 12.

1. Codd. Fisc. atque Becc. *infantis ter in populo sonuisse*. At post pa llo solus Fisc. *per ter acclamantis*: in Becc. autem & paucis aliis heic voces aliquot prætermittuntur. NOURR.

2. Fisc. cod. immani hiatu heic fatiscit: etenim post *consenserunt*, statim subjungit: *Igitur Ambrosius populi in sua electione agnito adsensu, quum videret contra votum suum rem ad profectum venire, fugam paravit*. ID.

3. Sic passim editi. Unus Nourrius, *futurus* SED *verus philos*.

4. Rursus in eodem cod. Fisc. lacuna heic est ad eum modum: *contra faciem Damasci. Hoc igitur ad clementissimum imperatorem tunc Valentinianum relatum est; qui summo gaudio accepit, quod judices a se directi ad sacerdotium peterentur*. NOURR. — Mox idem editor post vocem *Damasci* sic legit, *hoc est contra perfid*. At alii præpositionem omittunt.

5. Mss. aliquot, *soicitam enim habebat perfidiam Arrianorum*. NOURR.

6. Aberat ab edit. & mss. quibusdam, *in eadem regione*: sed in aliis mss. probatioribus reperitur. ID.

7. Nourrius, *deberes*. At al. ut est in textu.

tus & diversas alias dignitates, iis qui illum de ecclesia raptum ad exsilium perduxissent. Quod cum multi conarentur, sed Deo præsule perficere non valerent; unus infelicior ceteris nomine Euthymius, tanto furore excitatus est, ut juxta ecclesiam sibi domum pararet, atque in eadem carrum constitueret, quo facilius raptum [1] superpositum carpento ad exsilium perduceret. Sed [a] *iniquitas ejus in verticem ipsius descendit*. Post annum enim eodem die quo illum rapere se arbitrabatur, eodem carpento impositus, de eadem domo ipse ad exsilium destinatus est, reputans sibi justo judicio Dei id in se esse conversum, ut in eo carpento dirigeretur ad exsilium, quod ipse paraverat sacerdoti. Cui non minimum solatii sacerdos præbuit, dando sumtus, vel alia quæ erant necessaria.

XIII. Sed hæc confessio hominis nec mulieris furorem, nec vesanorum Arrianorum dementiam repressit. Majore enim accensi amentia, basilicam Portianam invadere nitebantur. Exercitus etiam armatus ad custodiendas fores ecclesiæ est directus, ut nemo auderet catholicam ecclesiam ingredi. Sed Dominus qui de adversariis suis ecclesiæ suæ triumphos donare consuevit, ad ecclesiæ suæ munimentum militum corda convertit, [2] ut aversis scutis ecclesiæ fores servarent, nec egredi dimitterent, sed ingredi ecclesiam plebem catholicam minime prohiberent. Sed nec hoc satis erat missis militibus, nisi etiam pro catholica fide cum plebe pariter acclamarent. Hoc in tempore primum antiphonæ, hymni ac vigiliæ in ecclesia Mediolanensi celebrari cœperunt. Cujus celebritatis devotio usque in hodiernum diem non solum in eadem ecclesia, verum per omnes pæne occidentis provincias manet.

XIV. Per idem tempus sancti martyres Protasius & Gervasius se sacerdoti revelaverunt: erant enim in basilica positi, in qua sunt hodie corpora Naboris & Felicis martyrum. Sed sancti martyres Nabor & Felix celeberrime frequentabantur: Protasii vero & Gervasii martyrum ut nomina, ita etiam sepulcra incognita erant: in tantum ut supra ipsorum sepulcra ambularent omnes qui vellent ad cancellos pervenire, quibus sanctorum Naboris & Felicis martyrum ab injuria sepulcra defendebantur. Sed ubi sanctorum martyrum corpora sunt levata, & in lecticis posita, multorum ibi sanatæ ægritudines perdocentur. Cæcus etiam Severus nomine, qui nunc usque in eadem basilica quæ dicitur Ambrosiana, in quam martyrum corpora sunt translata, religiose servit; ubi vestem martyrum attigit, statim lumen recepit. Obsessa etiam corpora a spiritibus immundis curata, summa cum gratia domum repetebant. Sed iis beneficiis martyrum in quantum crescebat fides ecclesiæ catholicæ, in tantum Arrianorum perfidia minuebatur.

XV. Denique ex hoc tempore sedari cœpit persecutio quæ Justinæ furore accendebatur, ut sacerdos de ecclesia pelleretur. Tamen intra palatium multitudo Arrianorum cum Justina constituta deridebat tantam Dei gratiam, quam ecclesiæ suæ catholicæ Dominus Jesus meritis martyrum suorum conferre dignatus est: venerabilemque virum Ambrosium narrabat pecunia comparasse homines, qui se vexari ab immundis spiritibus mentirentur, atque ita ab illo, sicut & a martyribus se torqueri dicerent. Sed hoc Judaico ore loquebantur Arriani, suppares scilicet eorum. Illi enim de Domino dicebant: [b] *Quoniam in Beelzebub principe dæmoniorum ejicit dæmonia*. Isti de martyribus, vel de Domini sacerdote loquebantur, quod non Dei gratia quæ per ipsos operabatur, immundi spiritus pellerentur, sed accepta pecunia se torqueri mentirentur. Clamabant enim dæmones, Scimus vos martyres. Et Arriani dicebant: Nescimus esse martyres. Jam hoc & in evangelio legimus, ubi dixerunt dæmones ad Dominum Jesum: [c] *Scimus te, quia sis Dei filius*. Et Judæi dixerunt: [d] *Hic autem unde sit, nescimus*. Sed non heic testimonium accipitur dæmonum, sed confessio. Unde miseriores Arriani vel Judæi, ut quod confitentur dæmones, illi negent.

XVI. Deus tamen qui gratiam ecclesiæ suæ augere consuevit, non passus est diu insultari a perfidis, sanctis suis. Unus itaque ex ipsa multitudine subito arreptus a spiritu immundo, clamare cœpit, [3] ita torqueri eos, ut ipse torquebatur, qui negarent martyres, vel qui non crederent in Trinitatis unitatem, quam docet Ambrosius. At illi hac voce confusi, qui converti debuerant, & dignam tali confessione agere pœnitentiam, in piscinam demersum hominem necaverunt, perfidiæ homicidium jungentes. Deduxit enim illos ad hunc finem digna necessitas. Sanctus vero Ambrosius episcopus majoris humilitatis vir factus, donatam sibi a Domino gratiam reservabat, crescebatque quotidie fide & amore coram Deo & hominibus.

XVII. Per idem tempus erat quidam vir de hæresi Arrianorum, acerrimus nimium disputator, & durus atque inconvertibilis ad fidem catholicam. Is constitutus in ecclesia tractante episcopo, vidit (ut ipse postmodum loquebatur) angelum ad aures episcopi tractantis loquentem, ut verba angeli populo episcopus nuntiare videretur. Quo viso conversus, fidem quam expugnabat, cœpit ipse defendere.

XVIII. Fuerunt etiam duo cubicularii tunc temporis Gratiani imperatoris, de hæresi Arrianorum, [4] qui tractanti episcopo quæstionem proponerent. Ad quam audiendam altero die ad basilicam Portianam omnes se adfuturos promiserant. Erat enim quæstio de incarnatione Domini. Sed alio die miserandi homines superbiæ tumore completi, nec memores promissorum, contemnentes Deum in sacerdote ipsius, nec plebis exspectantis considerantes injuriam, immemores etiam dictorum dominicorum: Quoniam [e] *qui scandalizaverit unum ex minimis istis, oportet ut mola asinaria collo ejus alligetur, & demergatur in profundum maris*: adscendentes [5] in rhedam, quasi gratia gestandi, civitatem egressi sunt, exspectante sacerdote, & plebe in ecclesia constituta. Sed hujus contumaciæ quis finis fuerit, horresco referens. Subito enim præcipitati, miseras animas emiserunt, atque corpora illorum sepul-

a Psalm. VII. 17. *b* Luc. XI. 15. *c* Marc. I. 24. *d* Joan. IX. 29. *e* Matth. XVIII. 6.

1. Restituitur e mss. prope omnibus, *superpositum carpento*. NOURR.
2. Nonnulli mss. *ut adversis scutis —— nec ingrediendi licentiam dimitterent, sed egrediendi*. ID.
3. Omnes edit. cum codice uno vel altero, *ita optare se torqueri eos*: ceteri mss. summo consensu repudiant, *optare se*. ID.
4. Ita mss. editi e contrario, *qui tractantem episcopo* cet. ID.
5. Erasm. *conscendentes in equos*. Edit. Rom. *conscen[illegible]tes in rhedam*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.



turæ sunt tradita. Sanctus vero Ambrosius cum ignoraret quid factum esset, nec diutius posset plebem tenere, adscendens pro tribunali, de eadem quæstione quæ fuerat proposita, sermonem adorsus est, dicens: [1] *Debitum fratres cupio solvendum, sed hesternos meos non invenio creditores*: & reliqua quæ scripta sunt in libro qui *De incarnatione Domini* intitulatur.

XIX. Occiso itaque Gratiano imperatore, recipiendi corporis ejus caussa secundam ad Maximum suscepit legationem. Apud quem quam constanter egerit, qui voluerit cognoscere, ipsius legationis epistolam ad Valentinianum juniorem datam [2] cum legerit, approbabit. Nobis enim alienum a promissione visum est illam inserere, ne adjunctæ epistolæ prolixitas fastidium legenti afferret. Ipsum vero Maximum a communionis consortio segregavit, admonens ut effusi sanguinis domini sui, & (quod est gravius) innocentis, ageret pœnitentiam, si sibi apud Deum vellet esse consultum. Sed ille cum pœnitentiam declinat superbo spiritu, non solum futuram, sed etiam præsentem salutem amisit, regnumque quod male arripuerat, femineo quodam modo, [3] timore deposuit, ut procuratorem se reipublicæ [4], non imperatorem fuisse confiteretur.

XX. Mortua vero Justina quidam haruspex Innocentius nomine, [5] non tamen opere, quum pro caussa maleficiorum a judice torqueretur, aliud quam interrogabatur fateri cœpit. Clamabat enim, ab angelo majora tormenta sibi adhiberi eo, qui custodiret Ambrosium; quoniam temporibus Justinæ ad excitanda odia populorum in episcopum, cacumen tecti ecclesiæ conscendens, medio noctis sacrificaverit. Sed quanto instantius & solicitius opera maligna exercebat, tanto magis amor populi circa fidem catholicam, & Domini sacerdotem convalescebat. Misisse etiam se dæmones qui illum necarent, fatebatur: sed dæmones renuntiasse, se non solum ad ipsum appropinquare minime posse, verum etiam nec ad fores domus in qua manebat episcopus; quia ignis insuperabilis omne illud ædificium communiret, ut etiam longe positi urerentur: atque ita cessasse artes suas, quibus adversus Domini sacerdotem se aliquid posse arbitrabatur. Alius etiam gladium ferens ad cubiculum usque pervenit, ut interficeret sacerdotem: sed cum elevasset manum districto gladio, dextera exserta in aera obrigente remansit. Tunc se missum a Justina postquam confessus est, brachium quod inique cum extenderetur obriguerat, sanatum est confessione.

XXI. Per idem tempus cum vir illustris Probus puerum suum notarium, qui spiritu immundo graviter vexabatur, direxisset ad episcopum, egressum ex Urbe dimisit diabolus, timens ad virum sanctum perduci. Atque ita puer quamdiu Mediolani apud episcopum fuit, nulla comminatio diaboli apparuit. Sed ubi egressus Mediolano est, & prope Urbem pervenit, idem spiritus qui illum antea habuerat, vexare eum cœpit. Qui cum interrogaretur ab exorcistis, cur quamdiu Mediolani fuisset, non in illo apparuisset, confessus est diabolus timuisse se Ambrosium, & ideo recessisse ad tempus, atque exspectasse in illo loco ubi ab illo recesserat, donec reverteretur: quo revertente, vas quod deseruerat, repetisset.

XXII. Exstincto itaque Maximo, posito Theodosio imperatore Mediolani, Ambrosio vero episcopo constituto Aquilejæ, in partibus orientis in quodam castello a Christianis viris synagoga Judæorum & lucus Valentinianorum incendio concremata sunt, propterea quod Judæi vel Valentiniani insultarent monachis Christianis. Valentinianorum enim hæresis triginta deos colit. Sed de hujusmodi facto comes orientis ad imperatorem relationem direxit. Qua accepta imperator præceperat, ut synagoga ab episcopo loci reædificaretur, in monachos vero vindicaretur. Sed hujus præcepti tenor cum ad aures pervenisset venerabilis viri Ambrosii episcopi, direxit ad imperatorem epistolam [6], quia ipse in tempore excurrere non poterat; qua illum convenit ut id quod ab eodem statutum fuerat, revocaretur, servarique sibi deberi ab eo audientiam: quoniam si dignus non esset qui ab eo audiretur, dignus etiam non esset qui pro illo a Domino audiretur, vel cui preces suas, aut cui vota sua committeret: paratum etiam se esse pro tali negotio mortem subire, ne dissimulatione sui prævaricatorem faceret imperatorem, qui tam injusta contra ecclesiam præcepisset.

XXIII. Postea vero quam Mediolanum reversus est, posito imperatore in ecclesia, de eadem caussa tractavit in populo. In quo tractatu introduxit Domini personam loquentis imperatori: Ego te ex ultimo imperatorem feci, ego tibi exercitum inimici tui tradidi, ego tibi copias quas ille adversum te exercitui suo præparaverat, dedi, ego inimicum tuum in potestatem tuam redegi, ego de semine tuo supra solium regni constitui, ego te triumphare sine labore feci: & tu de me inimicis meis donas triumphos? Cui descendenti exhedram, imperator ait, Contra nos proposuisti hodie, episcope? At ille respondit non se contra ipsum, sed pro ipso fuisse locutum. Tunc imperator: Re vera, inquit, dura præceperam contra episcopum de synagoga reparanda: in monachos vero [7] vindicandum esse. Ita & a comitibus qui in tempore aderant, dicebatur. Quibus episcopus: Ego quidem cum imperatore nunc ago; vobiscum vero mihi aliter agendum est. Atque ita obtinuit ut illa quæ statuta fuerant, revocarentur. Nec prius ad altare accedere voluit, nisi fide sua imperator illum agere debere testaretur. Cui episcopus: *Ergo ago fide tua*. Respondit imperator: *Age fide mea*. Qua sponsione iterata, jam securus peregit sacerdos divina mysteria. Hæc autem scripta sunt in epistola [8] quam ad germanam suam fecit, in qua tractatum inseruit quem eodem die habuit de baculo nuceo, qui a propheta Hieremia visus esse describitur.

XXIV. Per idem tempus caussa Thessalonicensis civitatis non minima successit tribulatio sacerdoti, cum pæne comperisset civitatem deletam: promiserat enim illi imperator se veniam daturum civibus supra dictæ civitatis; sed agentibus comitibus

1. Exstat in nov. edit. tom. II. pag. 703. ubi sic incipit: *Debitum fratres cupio solv.* At Erasm. cum al. *curo* pro *cupio*: fortasse rectius.
2. Epist. xxiv. nov. edit. Nourr.
3. Editt. Erasm. & Rom. *feminea quodam timore*, omisso *modo*.
4. Omnes editi, *se reipublicæ nomine præfuisse*. Omnes mss. ut in contextu. Nourr.
5. Mss. nonnulli, *sed opere crudelissimus*. Id.
6. Est num. xl. nov. edit. Id.
7. Ita mss. editi vero, *vindicandum esse a comitibus*. Minus concinne. Id.
8. Est epist. xli. Id.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



occulte cum imperatore, ignorante sacerdote, usque [1] in horam tertiam, gladio civitas est donata, atque plurimi interemti innocentes. Quod factum ubi comperisset sacerdos, copiam imperatori ingrediendi ecclesiam denegavit: nec prius dignum judicavit cœtu ecclesiæ, vel sacramentorum communione, quam publicam ageret pœnitentiam. Cui imperator contra afferebat, David adulterium simul & homicidium perpetrasse. Sed responsum illico est: *Qui secutus es errantem, sequere corrigentem*. Quod ubi audivit clementissimus imperator, ita suscepit animo, ut publicam pœnitentiam non abhorreret. Cujus correctionis profectus secundam illi paravit victoriam.

XXV. Per idem tempus duo potentissimi & sapientissimi viri Persarum ad famam sacerdotis venere Mediolanum, deferentes secum plurimas quæstiones, ut ex his probarent sapientiam viri. Cum quo ab hora diei prima usque ad horam fere tertiam noctis per interpretem disputaverunt, admirantesque discesserunt ab eo. Et ut se probarent non ob aliam caussam venisse, nisi ut certo certius noscerent virum quem fama compererant: alia die valefacientes imperatori, profecti sunt ad urbem Romam, illic volentes cognoscere potentiam illustris viri Probi, qua cognita ad propria sunt reversi.

XXVI. Sed Theodosio egresso de Italia, & Constantinopoli constituto, Valentiniano augusto intra Gallias posito, [2] directa legatio est sub nomine senatus a Symmacho tunc præfecto Urbis de repetenda ara Victoriæ, & sumtibus cærimoniarum. Sed ubi comperit sacerdos, [3] misso libello ad imperatorem, postulavit ut ad se relationis exemplaria dirigerentur, quibus ipse pro partibus suis responsurus esset. Qua relatione accepta, præclarissimum libellum conscripsit, ut contra nihil umquam auderet Symmachus vir eloquentissimus respondere. Sed postquam augustæ memoriæ Valentinianus in Viennensi civitate (quæ est Galliarum civitas) vitam finivit, Eugenius suscepit imperium: qui ubi imperare cœpit, non multo post petentibus Flaviano tunc præfecto & Arbogaste comite, aram Victoriæ, & sumtus cærimoniarum (quod Valentinianus augustæ memoriæ adhuc in minoribus annis constitutus petentibus denegaverat) oblitus fidei suæ concessit.

XXVII. Hoc ubi audivit sacerdos, relicta civitate Mediolanensi, ad quam ille festinato veniebat, ad Bononiensem civitatem emigravit, atque inde Faventiam usque perrexit. Ubi cum aliquantis degeret diebus, invitatus a Florentinis, ad Tusciam usque descendit, declinans magis sacrilegi viri aspectum, non formidans imperantis injuriam. Nam & epistolam [4] ad eumdem dedit, in qua convenit conscientiam illius, de qua pauca de multis ponenda duxi: [5] *Etsi imperatoria potestas magna sit, tamen considera, imperator, quantus sit Deus, qui corda hominum videt, conscientiam interiorem interrogat, novit omnia antequam fiant, novit & interna pectoris tui. Ipsi falli vos non patimini, & Deum vultis celare? Non cecidit in animum tuum quidquam? Si illi agebant tam perseveranter, nonne tuum fuit, imperator, pro Dei sum-* A *mi & veri & vivi veneratione perseverantius obsistere, & negare quod erat in injuriam sacræ legis?* Et iterum: *Quoniam igitur meis vocibus & apud Deum & apud omnes homines teneor; aliud mihi non licere intellexi, aliud non oportere, nisi ut consulerem mihi, quia non potui tibi.*

XXVIII. In supra dicta itaque civitate Florentinorum, cum in domo clarissimi quondam viri Decentis, & quod est amplius, Christiani, maneret, filius ipsius Pansophius nomine, admodum parvulus, cum spiritu immundo laboraret, frequenti oratione & impositione manus sacerdotis ipsius est sanatus. Sed post aliquantos dies subita infirmitate B correptus infantulus exhalavit spiritum. Cujus mater valde religiosa, & plena fide ac timore Dei, ablato illo de superiore parte domus, ad inferiora descendit, ac in lecto sacerdotis ipso absente composuit. Quem cum revertens sacerdos in lectulo invenisset (erat enim illo in tempore extra domum positus) miseratus matrem, & fidem ipsius contemplatus, Helisæo similis, supra corpus infantis se ipse composuit, atque orando meruit vivum reddere matri, quem mortuum invenerat. Ad quem etiam infantulum libellum conscripsit, ut quod ætatis infantia scire non poterat, legendo cognosceret. Verumtamen factum scriptis suis non commemoravit: sed quo affectu declinaverit commemo- C rare, non est nostrum judicare.

XXIX. In eadem etiam civitate basilicam constituit, in qua deposuit reliquias martyrum Vitalis & Agricolæ, quorum corpora in Bononiensi civitate levaverat. Posita enim erant corpora martyrum inter corpora Judæorum: nec erat cognitum populo Christiano, nisi se sancti martyres sacerdoti [6] ipsius ecclesiæ revelassent. Quæ cum deponerentur sub altari quod in eadem basilica constitutum est, magna illic totius plebis sanctæ lætitia atque exsultatio fuit, pœna dæmonum confitentium martyrum merita.

D XXX. Per idem tempus Arbogastes comes adversum gentem suam, hoc est Francorum, bellum paravit, atque pugnando non parvam multitudinem manu fudit, cum residuis vero pacem firmavit. Sed cum in convivio a regibus gentis suæ interrogaretur utrum sciret Ambrosium; & respondisset nosse se virum, & diligi ab eo, atque frequenter cum illo convivari solitum, audivit: Ideo vincis, comes, quia ab illo viro diligeris, qui dicit soli: Sta; & stat. Quod ego ideo posui, ut cujus famæ fuerit vir sanctus etiam apud barbaras gentes, legentes agnoscant. Nam & nos referente juvene quodam Arbogastis admodum religioso cognovimus, qui tunc interfuit. Erat enim in tem- E pore [7] quo hæc loquebantur, vini minister.

XXXI. Profectus itaque sacerdos de Tusciæ partibus Mediolanum revertitur, jam inde egresso Eugenio contra Theodosium imperatorem: ibique Christiani imperatoris præstolabatur adventum, securus de Dei potentia quod non traderet credentem in se, hominibus injustis, nec [a] relinqueret virgam peccatorum super sortem justorum, ne extenderent

[a] Psalm. CXXIV. 3.

1. Mss. aliquot, *in horam tertiam eis civitas* cet. NOURR.
2. Omnes edit. *directa relatio est*: omnes mss *directa legatio est*, quæ relationem scilicet offerret Cæsari. ID.
3. Epist. XVII. & XVIII. ID.
4. Epist. LVII. ID.
5. Num. 7. ID.
6. Editi cum cod. uno Germ. *sacerdoti ipsi revelassent*: ceteti mss. ut in contextu. ID.
7. Ita mss. uno excepto: editi autem cum eodem, *quo hæc loquebatur*. ID.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

justi ad iniquitates manus suas. Promiserat enim Arbogastes tunc comes, & Fabianus præfectus Mediolano egredientes, cum victores reverterentur, stabulum se esse facturos in ecclesia Mediolanensi, atque clericos sub armis probaturos. Sed miserandi homines cum dæmonibus suis male creduli sunt, & aperiunt os suum in blasphemiam [1] apud Deum, spem sibi victoriæ ademerunt. Caussa autem commotionis hæc fuit, quia munera imperatoris qui se sacrilegio commiscuerat, ab ecclesia respuebantur, nec orandi illi cum ecclesia societas tribuebatur. Sed Dominus qui ecclesiam suam tueri consuevit, de cælo jaculatus est judicium, atque omnem victoriam ad religiosum imperatorem transtulit Theodosium. Exstincto itaque Eugenio satellitibusque ejus, cum scripta acciperet imperatoris, non illi alia cura major fuit, quam ut pro iis interveniret quos reatus invenerat. Obsecravit primo scriptis [2] imperatorem misso diacono: postea vero quam directus est Joannes tunc tribunus & notarius, qui nunc præfectus est, ad tuitionem eorum qui ad ecclesiam confugerant, etiam ipse Aquilejam perrexit, precaturus pro eis: quibus facile venia impetrata est, quia Christianissimus imperator provolutus pedibus sacerdotis, testabatur meritis & orationibus ejus se esse servatum.

XXXII. Revertens itaque de urbe Aquilejensi, uno die præcessit imperatorem. Nec diu clementissimæ memoriæ Theodosius imperator susceptis filiis in ecclesia, & traditis sacerdoti, in hac luce fuit. Post cujus obitum fere triennium supervixit. Quo in tempore sancti Nazarii martyris corpus, quod erat in horto positum extra civitatem, levatum ad basilicam Apostolorum [3] quæ est in Romana, transtulit. Vidimus autem in sepulcro quo jacebat corpus martyris, (qui quando sit passus, usque in hodiernum diem scire non possumus) sanguinem martyris ita recentem, quasi eodem die fuisset effusus. Caput etiam ipsius ita integrum atque incorruptum cum capillis capitis atque barba, ut nobis videretur eodem tempore quo levabatur, lotum atque compositum in sepulcro. Et quid mirum? quandoquidem Dominus hoc in evangelio ante promisit [a], quod capillus de capite eorum non periret. Etiam odore tanto repleti sumus, ut omnium aromatum vinceret suavitatem.

XXXIII. Quo levato corpore martyris, & in lectica composito, statim ad sanctum Celsum martyrem qui in eodem horto positus est, cum sancto sacerdote ad orationem perreximus. Numquam tamen illum antea orasse in eodem loco compertum habemus. Sed hoc erat signum revelati martyris, si sanctus sacerdos ad locum ad quem numquam antea fuerat, oratum isset. Cognovimus tamen a custodibus loci ipsius, quod a parentibus illis traditum sit, non discedere de loco illo per omnem generationem & progeniem suorum, eo quod thesauri magni in eodem loco positi essent. Et vere magni thesauri, quos [b] non ærugo neque tinea exterminat, neque fures effodiunt & furantur, quia custos eorum Christus est, & locus eorum aula cælestis, quibus [c] *vivere Christus fuit & mori lucrum*. Translato itaque corpore martyris ad basilicam apostolorum [4] ubi pridem sanctorum apostolorum reliquiæ summa omnium devotione positæ fuerant, cum tractaret episcopus, quidam de populo repletus spiritu immundo clamare cœpit se torqueri ab Ambrosio. At ille conversus ad eum ait: Obmutesce, diabole; quia non te torquet Ambrosius, sed fides sanctorum & invidia tua, quoniam illo vides ascendere homines, unde tu dejectus es: nam Ambrosius nescit inflari. Quo dicto, ille qui clamabat obmutuit, prostratusque in terram est, nec amplius vocem qua obstrepere posset, emisit.


XXXIV. Per idem tempus cum consulatus sui tempore imperator Honorius in urbe Mediolanensi Libycarum ferarum exhiberet munus, populo illuc concurrente [5] data copia est missis militibus ab Stilicone comite, hortatu Eusebii præfecti, ut Cresconius quidam de ecclesia raperetur. Quem confugientem ad altare Domini sanctus episcopus cum clericis qui in tempore aderant, defendendum circumdedit. Sed multitudo militum, [6] quæ duces suos habebat de perfidia Arrianorum, prævaluit adversum paucos, atque ablato Cresconio exsultantes ad amphiteatrum reversi sunt, ecclesiæ luctum non modicum relinquentes. Nam sacerdos prostratus ante altare Domini factum diu flevit. Sed in tempore quum revertissent, & renuntiassent iis a quibus fuerant destinati milites, dimissi leopardi saltu celeri ad eumdem locum in quo sederant qui de ecclesia triumphabant, ascendentes graviter laniatos reliquerunt. Quod ubi vidit Stilico comes, pœnitentia motus est, ita ut per multos dies satisfaceret sacerdoti, & illæsum quidem illum qui ablatus fuerat, dimisit: sed quia gravissimorum criminum erat reus, & aliter emendari non poterat, ad exsilium [7] destinatur, non multo post indulgentia prosequente.

XXXV. Per idem tempus cum ad palatium pergeret, eumque pro loco officii nostri sequeremur, [8] Theodulo tunc notario, qui postea summa cum gratia Mutinensem rexit ecclesiam, cum casu quidam pede esset lapsus, atque prostratus jaceret in terra, ridenti factum, conversus sacerdos ait: [d] Et tu qui stas, vide ne cadas. Quo dicto, statim is qui alienum lapsum riserat, suum doluit.

XXXVI. Per idem tempus Frigitil quædam regina Marcomannorum, cum a quodam Christiano viro qui ad illam forte de Italiæ partibus advenerat, referente sibi audiret famam viri, Christo credidit, cujus illum servulum recognoverat: missisque Mediolanum muneribus ad ecclesiam per legatos postulavit, ut scriptis ipsius qualiter credere deberet, informaretur. Ad quam ille epistolam fecit præclaram in modum catechismi, in qua etiam admonuit, ut suaderet viro Romanis pacem servare. Qua accepta epistola mulier suasit viro, & cum populo suo se Romanis tradidit. Quæ cum venisset Mediolanum, plurimum doluit quod san-

a Luc. XXI. 18. *b* Matth. VI. 19. *c* Philipp. I. 21. *d* I. Cor. X. 12.

1. Omnes editi, *contra Deum*: omnes mss. *apud Deum*. NOURR. 2. Epist. LXI. & LXII. ID.
3. Omnes edit. *quæ est Romana*: mss. e contrario, *quæ est in Romana*, regione scilicet: id est, prope portam Romanam urbis Mediolani. ID.
4. Mss. aliquot, *ubi pridie sanctorum apostolorum*. ID.
5. Ita edit. Gill. (atque Erasm.) & plures mss. Alii nonnulli, *data copia est injustis militibus*. Rom. edit. *data copia est militibus*. ID.
6. Mss. aliquot, *quæ duos duces habebat*. ID.
7. *Destinatur*. Ita editt. Rom. & Erasm. & rectius ut videtur quam edit. BB. quæ habet destinavit.
8. Quidam mss. *Theodorus tunc notarius*, non bene. NOURR.



ctum sacerdotem ad quem festinarat, minime reperisset. Jam enim de hac luce migraverat.

XXXVII. Temporibus vero Gratiani (ut retro redeam) cum ad prætorium Macedonii tunc magistri officiorum pro quodam intercedendo perrexisset, atque ex præcepto supra dicti viri fores invenisset clausas, nec copiam ingrediendi adeptus esset, ait: Et tu quidem venies ad ecclesiam, [1] nec, clausis januis, invenies qua ingrediaris. Quod factum est mortuo Gratiano: confugiens etenim Macedonius ad ecclesiam, patentibus januis aditum reperire non poterat.

XXXVIII. [2] Erat autem venerabilis episcopus multæ abstinentiæ, & vigiliarum multarum & laborum, quotidiano jejunio macerans corpus. Cui prandendi numquam consuetudo fuit, nisi die sabbati & dominico, vel cum natalitia celeberrimorum martyrum essent. Orandi etiam assiduitas magna die ac nocte. Nec operam declinabat scribendi propria manu libros, nisi cum aliqua infirmitate corpus ejus [3] adtineretur. Erat etiam in illo solicitudo omnium ecclesiarum, interveniendi etiam magna assiduitas & constantia. In rebus etiam divinis implendis fortissimus, in tantum ut quod solitus erat circa baptizandos solus implere, quinque postea episcopi a tempore quo decessit, vix implerent. Solicitus etiam nimium pro pauperibus & captivis. Nam in tempore quo episcopus ordinatus est, aurum omne atque argentum quod habere poterat, ecclesiæ vel pauperibus contulit. Prædia etiam quæ habebat, reservato usufructuario germanæ suæ, donavit ecclesiæ, nihil sibi quod heic suum diceret, derelinquens: ut nudus atque expeditus [4] miles Christum Dominum sequeretur; [a] *qui cum dives esset, propter nos pauper factus est, ut nos ejus inopia ditaremur.*

XXXIX. Erat etiam [b] gaudens cum gaudentibus, & flens cum flentibus. Siquidem quotienscumque illi aliquis ob percipiendam pœnitentiam lapsus suos confessus esset, ita flebat, ut & illum flere compelleret: videbatur enim sibi cum jacente jacere. Caussas autem criminum quæ ille confitebatur, nulli nisi Domino soli apud quem intercedebat, loquebatur: bonum relinquens exemplum posteris sacerdotibus, ut intercessores apud Deum magis sint, quam accusatores apud homines. Nam & secundum apostolum [c], circa hujusmodi hominem confirmanda caritas est: quia ipse sui accusator est, nec exspectat accusatorem, sed prævenit; ut confitendo suum, [5] allevet ipse delictum, ne habeat quod adversarius criminetur. Ideoque scriptura dicit: [d] *Justus in principio sermonis accusator est sui.* Vocem enim eripit adversario, & quasi dentes quosdam paratos ad prædam criminationis infestæ, peccatorum suorum confessione confringit, dans honorem Deo, [e] cui nuda sunt omnia, & [f] qui vult vitam magis peccatoris quam mortem. Nam & ipsi pœnitenti non sufficit sola confessio, nisi subsequatur & emendatio facti, ut pœnitens non faciat pœnitenda. Humiliet etiam animam suam, sicut David sanctus, qui postquam audivit a propheta: [g] *Dimissum est peccatum tuum*: humilior factus est in emendatione peccati, ita ut [h] cinerem sicut panem manducaret, & potum suum cum fletu misceret.

XL. Flebat etiam amarissime, quotiescumque forte nuntiatum illi fuerat de cujuscumque sancti obitu sacerdotis, in tantum ut nos illum consolari [6] niteremur, ignorantes pium affectum viri, nec qua ratione ita fleret intelligentes. Quibus ille hujusmodi responsum reddebat, Non se flere, quia recessisset qui fuerat mortuus nuntiatus, sed quia præcesserat; vel quia difficile esset invenire virum qui summo sacerdotio dignus haberetur. Ipse autem de sua morte ante prædixit quod usque pascha nobiscum futurus esset: quod quidem meruit Dominum obsecrando, quo maturius hinc liberaretur.

XLI. Ingemiscebat enim vehementer cum videret radicem omnium malorum avaritiam pullulare, quæ neque copia neque inopia minui potest, magis magisque crescere in hominibus, & maxime in iis qui in potestatibus erant constituti; ita ut interveniendi illi apud illos gravissimus labor esset, quia omnia pretio distrahebantur. Quæ res primo omne malum invexit Italiæ, & exinde omnia vergunt in pejus. Et quid dicam si in hujusmodi personis ita rabiem suam exercet, qui solent aut filiorum aut propinquorum caussas prætendere [i] *ad excusandas excusationes in peccatis*; quandoquidem plerosque ceperit etiam cælibes sacerdotes vel levitas, [k] quibus portio Deus est, ut etiam ipsi illam appetant? Et væ nobis miseris! quia nec in fine mundi provocamur, ut tam gravi jugo servitutis liberari velimus [7] quo demergimur ad profundum inferni; ut faciamus nobis [l] *amicos de mammona iniquitatis, qui nos recipiant in æterna tabernacula.* Attamen [m] *beatus* ille, *qui* quandoque conversus diruptis vinculis, atque projecto jugo hujusmodi dominationis, *tenebit & allidet parvulos ejus ad petram*, hoc est, omnes intentiones ejus allidet ad Christum; qui secundum apostolum [n] petra est, quæ omnes ad se allisos interimit, ipsa inviolabilis manens, nec reum faciens eum qui ad se alliserit nequissimi uteri deteriores partus, sed innocentem: ita ut securus possit dicere: [o] *Portio mea Dominus.* Quia cui nihil in sæculo est, illi vere portio est Christus: Et [p] qui contemserit pauca, multa percipiet, insuper & vitam æternam possidebit.

XLII. Ante paucos vero dies quam lectulo detineretur, cum quadragesimum tertium psalmum dictaret, me & excipiente & vidente, subito in modum scuti brevis, ignis caput ejus cooperuit, atque paullatim per os ipsius tamquam in domum

a II. Cor. VIII. 9. *b* Rom. XII. 15. *c* II. Cor. II. 8. *d* Prov. XVIII. 17. *e* Heb. IV. 13. *f* Ezech. XVIII. 32.
g II. Reg. XII. 14. *h* Psal. CI. 10. *i* Psal. CXL. 4. *k* Deut. XVIII. 2. *l* Luc. XVI. 9. *m* Psal. CXXXVI. 9.
n I. Cor. X. 4. *o* Thren. III. 24. *p* Matth. XIX. 29.

1. Omnes edit. cum uno codice Colb. *quam nec tu ingrediere, januis licet non clausis.* Co ex unus Germ. *apertisque januis, non invenies qua ingrediaris.* Ceteri mss. ut in contextu. NOURR.

2. *Erat autem ven. ep.* Sequimur editt. Rom. & Erasm. At Nourr. *Vir autem ipse venerabilis episcopus*; neque habet *erat*. Minus bene, ut videtur.

3. Ita mss. septem. Germ. vero unus, ac edit. *adtenuaretur*. NOURR.


4. Sic edit. BB. cum Rom. Sed Erasm. *miles Christi Dominum suum seq.* Fortasse rectius.

5. Mss. quatuor, *absolvat*: unus, *abluat*: alius, *alliget*: duo reliqui & edit. *allevet*. NOURR.

6. Omnes editi, *niteremur*. Omnes mss. *videremur*.

7. Ita editt. Rom. & Erasm. At Nourr. *quod demergit*, qui & paullo ante habet, *fine mundi*, omissa præpositione *in*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



habitator ingressus est; post quod facies ejus facta est velut nix, postea vero reversus est vultus ejus ad speciem suam. Quod cum fieret, stupore perculsus obrigui, nec potui scribere quæ ab illo dicebantur, nisi postea quam visio ipsa transivit. Dicebat enim in eo tempore testimonium scripturæ divinæ, quod ego optime retinebam. Nam scribendi vel dictandi ipso die finem fecit; siquidem ipsum psalmum explere non potuit. Ego vero id quod visum a me fuerat, honorabili viro Casto diacono sub cujus cura degebam, statim retuli. At ille repletus gratia Dei, Spiritus sancti adventum me in illo vidisse edocuit ex lectione Actuum apostolorum.

XLIII. Superioribus autem diebus cum Stiliconis comitis servus, qui dæmonio laboraverat, in Ambrosiana basilica jam sanus maneret, commendatus a domino suo, (ferebatur enim quod libenter ab eodem haberetur) [1] facere falsas epistolas tribunatus compertum est, in tantum ut tenerentur homines qui ad ministrandum pergebant. Sed ubi ad personam servi sui pervenit comes Stilico, noluit in eum vindicare. Homines etiam qui decepti fuerant, interventu sacerdotis dimisit: de ipso vero servo sacerdoti quæstus est. Quem vir sanctus dum de ecclesia Ambrosiana egrederetur, requiri fecit, atque ad se perduci. Quem cum interrogasset, & deprehendisset auctorem tanti flagitii, ait: Oportet illum tradi satanæ in interitum carnis, ne talia in posterum audeat admittere. Quem eodem momento cum adhuc sermo esset in ore sacerdotis, spiritus immundus arreptum discerpere cœpit. Quo viso, non minimo timore repleti sumus & admiratione. Multos etiam diebus ipsis imponente illo manus & imperante, ab spiritibus immundis vidimus esse purgatos.

XLIV. Per idem tempus [2] Nicentius quidam ex tribuno & notario, quodam pedum dolore tenebatur, ut raro in publico videretur: cum ad altare accessisset ut sacramenta perciperet, calcatusque casu a sacerdote exclamasset, audivit: Vade, & amodo salvus eris. Nec se amplius doluisse pedes, tempore quo sanctus sacerdos de hac luce migravit, lacrymis testabatur.

XLV. Sed post dies hos, ordinato sacerdote ecclesiæ Ticinensi, incidit in infirmitatem. Qua cum plurimis diebus detineretur in lectulo, comes Stilico dixisse fertur, quod tanto viro recedente de corpore, interitus immineret Italiæ. Unde convocatis ad se nobilibus viris illius civitatis, quos diligi a sancto sacerdote cognoverat, partim interminatus est illis, partim blando sermone persuasit, ut pergerent ad sanctum sacerdotem, suaderentque illi, ut sibi vivendi peteret a Domino commeatum. Quod ille ubi ab illis audivit, respondit: Non ita inter vos vixi, ut pudeat me vivere: nec timeo mori, quoniam Dominum bonum habemus.

XLVI. Eodem tempore quum in extrema parte porticus in qua jacebat, in uno positi Castus, Polemius, Venerius & Felix tunc diaconi secum tractarent, voce ita pressa ut vix invicem se audirent, quis post obitum illius episcopus ordinandus esset, atque cum de nomine sancti loquerentur Simpliciani: tamquam interesset tractatui, cum longe positus ab ipsis jaceret, approbans exclamavit tertio: Senex, sed bonus. Erat enim Simplicianus ævi maturior. Qua voce audita expavescentes fugerunt. Defuncto tamen eo non alius illi successit in sacerdotio, nisi is quem ille bonum senem trina voce signaverat. Cui Simpliciano Venerius quem supra memoravimus, successit. Felix vero nunc usque Bononiensem regit ecclesiam. Castus autem & Polemius nutriti ab Ambrosio bonæ arboris boni fructus, in ecclesia Mediolanensi diaconii funguntur officio.

XLVII. In eodem tamen loco, in quo jacebat (sicut referente sancto Bassiano episcopo Laudensis ecclesiæ, qui ab eodem audierat, didicimus) cum oraret una cum supra dicto sacerdote, viderat Dominum Jesum advenisse ad se, & arridentem sibi. Nec multos post dies ablatus est. Sed & eodem tempore quo migravit ad Dominum, ab hora circiter undecima diei, usque ad illam horam qua emisit spiritum, expansis manibus in modum crucis oravit: nos vero labia illius moveri videbamus, vocem autem non audiebamus. Honoratus autem sacerdos ecclesiæ Vercellensis, cum in superiori domo se ad quietem composuisset, tertio vocem vocantis se audivit, dicentisque sibi: Surge, festina: quia modo est recessurus. Qui descendens obtulit sancto Domini corpus: [3] quo accepto ubi glutivit, emisit spiritum, bonum viaticum secum ferens; ut in virtute escæ anima refectior, angelorum nunc consortio quorum vitam vixit in terris, & Heliæ societate lætetur; quia ut Helias numquam regibus vel ullis potestatibus, ita nec iste pro Dei timore loqui veritus est.

XLVIII. Atque inde ad ecclesiam majorem antelucana hora [4] qua defunctus est, corpus ipsius portatum est: ibique eadem fuit nocte qua vigilavimus in pascha; quem plurimi infantes baptizati cum a fonte venirent, viderunt, ita ut aliqui sedentem in cathedra & in tribunali dicerent; [5] alii vero ambulantem suis parentibus digito ostenderent: sed illi videntes videre non poterant, quia mundatos oculos non habebant. Plurimi autem stellam supra corpus ejus se videre narrabant. Sed lucescente die dominico cum corpus illius peractis sacramentis divinis de ecclesia levaretur, portandum ad basilicam Ambrosianam in qua positus est, ita ibi dæmonum turba clamabat se ab illo torqueri, ut ejulatus eorum ferri non posset. Quæ gratia sacerdotis non solum in illo loco, verum etiam in plurimis provinciis usque in hodiernum diem manet. Jactabant etiam turba virorum ac mulierum oraria vel semicinctia sua, ut corpus sancti aliquatenus ab ipsis contingeretur. Erat enim exsequiarum turba innumerabilis, totius dignitatis, totiusque sexus, omniumque pæne ætatum, non solum Christianorum, sed etiam Judæorum & Paganorum: majore tamen gratia ordo præcedebat eorum qui fuerant baptizati.

XLIX. Eodem vero quo obiit die (sicut tex-

1. Nourr. ex mss. *faceretque falsas epistolas tribunatus, in tantum* cet. quod equidem minus emendatum existimarim. Editt. Rom. & Erasm. prout in textu.

2. Erasm. & Gill. cum parte mss. ita hoc nomen scribunt: edit. autem Rom. cum aliis mss. *Nicetius*. Continuo vero post, pro *ex tribuno & notario* habet cod. Becc. *extribunus & notarius*. NOURR.

3. Omnes edit. *Quod ubi accepit, emisit spiritum:* omnes mss. ut nos in textu. ID.

4. Omnes edit. *antelucana hora corpus ipsius:* plures mss. *ante lucanam horam:* omnes vero restituunt, *qua defunctus est*. ID.

5. Mss. aliquot, alii vero adscendentem — *ostenderent: sed nulli præter noviter baptizatos videre poterant; quia tam mundos oculos* cet. ID.

tus epistolæ loquitur, quæ a successore ejus venerabili viro Simpliciano suscepta est de partibus orientis, ad ipsum tamquam adhuc nobiscum viventem directa, quæ nunc usque Mediolani habetur [1] in monasterio) quibusdam sanctis viris apparuit orans cum illis, & imponens illis manus. Habet enim diem epistola quæ directa est: qua lecta invenimus diem esse quo ille defunctus est.

L. Intra Tusciam etiam in civitate Florentina, ubi nunc vir sanctus Zenobius episcopus est, [2] quia promiserat petentibus illis eos se sæpius visitaturum, frequenter ad altare quod est in basilica Ambrosiana quæ ibidem ab ipso constituta est, visum orare, ipso sancto viro sacerdote Zenobio referente, didicimus. In eadem etiam domo in qua declinans Eugenium mansit, tempore quo Radagaisus supra dictam civitatem obsidebat, cum jam de se penitus desperassent viri civitatis, per visum cuidam apparuit, & promisit alio die salutem illis affuturam. Quo referente, civium animi sunt erecti. Nam altero die adveniente Stilicone comite cum exercitu, facta est de hoste victoria. Hæc Pansophia religiosa femina matre pueri Pansophii referente cognovimus.

LI. Mascezeli etiam desperanti de salute sua vel exercitus quem ductabat contra Gildonem, baculum tenens manu in visu noctis apparuit; atque cum provolveretur ad pedes sancti viri Mascezel, percutiens terram senex baculo quo regebatur, tertio (hac enim illi specie apparuerat) ait: Heic, heic, heic, signans locum: deditque intellectum viro quem visitatione dignum fuerat arbitratus, ut agnosceret se in ipso loco in quo sanctum Domini viderat sacerdotem, die tertia victoriam adepturum: atque ita securus bellum & inchoavit, & consummavit. Nos tamen [3] ea Mediolani positi ipso Mascezele referente cognovimus. Nam & in hac provincia in qua nunc positi hæc scribimus, plurimis hoc ipsum retulit sacerdotibus, quibus etiam referentibus securius hæc nobis cognita huic libro adjungere arbitrati sumus.

LII. Sisinnii etiam & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus post obitum sancti Ambrosii in Anauniæ partibus, [4] persequentibus gentilibus viris martyrii coronam adepti sunt, cum reliquias Mediolani summa cum devotione susciperemus, adveniente quodam cæco & referente cognovimus, qui eodem die tacto loculo in quo sanctorum reliquiæ portabantur, lumen recepit, quod per visum noctis vidisset navem appropinquare litori in qua erat multitudo albatorum virorum. Quibus descendentibus ad terram, cum unum de turba precaretur ut sciret qui essent ii viri, audierit, Ambrosium ejusque consortes. Quo audito nomine, cum deprecaretur ut lumen reciperet, audivit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis qui illo venturi sunt, (designans diem) & recipies lumen. Erat enim vir (ut ipse asserebat) de litore Dalmatino, nec se ante venisse in civitatem asserebat, priusquam recto itinere reliquiis sanctorum occurrisset, nondum videns: sed tacto loculo, videre cœpisse.

LIII. His itaque decursis, non arbitror grave videri, si paullulum promissi nostri metas excesserimus, ut Domini dictum quod per os sanctorum prophetarum locutus est, completum esse doceamus: [a] *Sedentem adversus fratrem suum, & detrahentem occulte, persequebar*. Et alibi: [b] *Noli diligere detrahere, ne eradiceris*: ut quicumque forte hujusmodi captus est consuetudine, cum legerit qualiter in iis qui sancto viro detrahere ausi sunt, fuerit vindicatum, ipse etiam in aliis emendetur.

LIV. Igitur Donatus quidam natione Afer, presbyter tamen ecclesiæ Mediolanensis, cum in convivio positus in quo erant nonnulli religiosi viri, detraheret memoriæ sacerdotis, aspernantibus illis & deferentibus linguam nequam, subito vulnere percussus gravi, de eodem loco in quo jacebat, alienis manibus [5] sublatus, in lectulum positus est, atque inde ad sepulcrum usque perductus. In urbe etiam Carthaginiensi, cum apud Fortunatum diaconum fratrem venerabilis viri Aurelii episcopi ad convivium venissem una cum Vincentio [6] Colossitano episcopo, Murano etiam episcopo Bolitano, sed & aliis episcopis & diaconibus, Murano episcopo detrahenti sancto viro, retuli exitum presbyteri superius memorati: quod ille de alio dictum, de se oraculum, maturo sui exitu comprobavit. Nam de eodem loco in quo jacebat, cum subito vulnere ingenti esset percussus, alienis manibus ad lectum portatus est, atque inde ad domum in qua hospitabatur reductus, diem clausit extremum. Is finis virorum illi detrahentium fuit: quem videntes qui tunc aderant, admirati sunt.


LV. Unde hortor & obsecro omnem hominem qui hunc librum legerit, ut imitetur vitam viri, laudet Dei gratiam, declinet detrahentium linguas, si vult magis consortium habere cum Ambrosio in resurrectione vitæ, quam cum detrahentibus illi subire supplicium, quod nullus sapiens non declinat.

LVI. Tuam etiam precor beatitudinem, pater Augustine, ut pro me humillimo peccatore Paullino cum omnibus sanctis qui tecum invocant nomen Domini nostri Jesu Christi in veritate, orare digneris; ut qui in adipiscenda gratia cum tanto viro non sum dignus habere consortium, adeptus meorum veniam peccatorum, sit mihi præmium fugisse supplicium.

a Psalm. C. 5. *b* Prov. xx. 13. sec. LXX.

1. Ita editi ac mss. non pauci: ceteri vero, *in monasterio cujusdam sancti viri apparuit*. NOURR.
2. Omnes edit. *quia promiserat illos se sæpius visitaturum .... visus est orare sicut ipse* cet. Omnes mss. ut in contextu. ID.
3. Cod. Gem. unus, *ea die Mediolani*. ID.
4. Edit. *persequentibus gentilibus, martyrii*: quædam Paris. cum uno ms. *veri martyrii*: ceteri mss. nobis suffragantur. ID.
5. Ita mss. plures potioresque; at edit. cum aliis nonnullis, *sublevatus*. ID.
6. Mss. aliquot, *Culusitano*: unus, *Colitano*. ID.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



II.

PAULLINI DIACONI LIBELLUS

Adversus CÆLESTIUM ZOSIMO papæ oblatus.

I. BEatitudinis tuæ justitiam obsecro, domine Zosime papa venerabilis. Numquam fides vera turbatur, & maxime in ecclesia apostolica, in qua pravæ fidei doctores ut deprehenduntur facile, ita veraciter puniuntur: ut [1] moriatur in illis, si corrigant, quod male conceperant & deterius pepererant; & in illis vera sit fides, quam Apostoli docuerunt & Romana cum omnibus catholicæ fidei doctoribus tenet ecclesia. Quod si, ut ceteri auctores hæreseos, qui jam dudum ab apostolica sede vel a patribus judicati, & extra sinum matris catholicæ ecclesiæ effecti, perpetua morte [2] perierunt, etiam hi qui nunc deprehensi sunt, vel deprehenduntur, in perfidia sua permanent, spiritali gladio quo interimantur, tradantur: ut nunc Pelagius Cælestiusque, qui a beatæ memoriæ præcessore tuæ beatitudinis papa Innocentio, si rectam respuant fidem & in sua perversa doctrina perdurent, damnati sunt.

II. Cujus sententiam secuta beatitudo tua, Cælestio, cum a sede apostolica audiretur, inter cetera præcepit his verbis: *Damnas ergo illa omnia, quæ in libello Paullini continentur?* hoc est de quæstionibus [3]. Et in alio loco: *Cognovisti quales litteras dederit sedes* [4] *apostolica ad fratres & coepiscopos Africanæ provinciæ?* Et adjectum est: *Damnas illa omnia quæ damnavimus, & tenes quæ tenemus?* Et iterum: *Illa omnia damnas quæ jactata sunt de nomine tuo?* Et iterum: *Vel ea quæ in libello suo exposuit Paullinus?* Et cum me diceret posse, ex iis quæ illi objecta sunt, hæreticum approbari: sancto repletus Spiritu, apostolica auctoritate respuisti [5] & repressisti insanientis & calumniantis verba, hujusmodi proferendo sententiam, qua ipse catholicus approbarer; illum, si sanari vellet, curares; quæ hujusmodi est: *Nolo nos circuitu ducas; Damnas ea omnia quæ tibi objecta a Paullino, sive per famam jactata sunt?* Cui non sufficit ista sententia? Quis hanc tam salubrem, tam amplectibilem, tam piam respueret alius, nisi qui a fide devius est? Et ille, qui superius professus fuerat, se quæcumque illi objecta fuerant, si contra fidem [6] judicares, esse damnaturum, [7] audit, *Damna*; & non solum non damnat, sed ad injuriam tantæ sedis contendit. Unde jam non ignorat ecclesia Romana reum suum, qui tam audaci spiritu ausus est contradicere, & non damnare quæ beatitudo tua damnari decrevit.

III. Ego tamen Deo & Christo Domino gratias ago, quod ecclesiæ suæ caussam ita agi voluit, ut sedes apostolica, a qua oportuit ore duorum [8] suorum pontificum hæresim condemnari, ea damnanda præceperit, quæ a me Cælestio fuerant objecta: cujus ego non damnationem, sed correctionem semper optavi & opto; cui nunc jam non mecum, sed cum universa Dei ecclesia, caussa est, sicut data ad beatitudinem tuam [9] Afrorum episcoporum scripta testantur; cum contra apostolicam sententiam venire nititur negando originale peccatum, quod in omnes homines pertransiit, & usque ad finem mundi tenet hereditatem Adæ illius, qui primus peccavit: quod in infantibus nisi per sacramentum baptismi dimittatur, vitam æternam & regnum æternum habere non possunt. Contra quæ etiam magister suus litigat Pelagius, qui illa ipsa damnavit [10] in judicio orientali, quæ iste in sedis apostolicæ cœtu conatur adstruere. Habet adversum se etiam veteres ecclesiarum doctores catholicos plurimos, orientales & occidentales, meridianæ partis atque septemtrionalis, qui in libris suis illum

1. Baron. cum ms. Vatic. *ut moriantur*. Præferendum cum Lab. *ut moriatur*. Deinde idem Lab. post Baron. *in illis, nisi correxerint quod deterius perpetrarant, ut in illis vera sit fides*. Archetypi lectionem, quæ integrior est, revocamus, verbum *sit* quod in eo desideratur, ante vocem *fides* supplentes.

2. In vulgatis, *pereunt*. Concinnius in ms. Vatic. *perierunt*: hoc enim ad præteritos hæreseos auctores refertur. Ex ejusdem ms. fide mox restituimus *deprehenduntur*, ubi editum erat *deprehendentur*.

3. Seu capitulis objectis.

4. In ms. Vatic. desideratur *apostolica*. Heic memorantur Innocentii ad duo concilia & ad quinque episcopos litteræ.

5. Verba, *& repressisti*, in vulgatis prætermissa fuerant.

6. Baron. & Lab. *vindicares*. Verbum *judicares* recte a nobis restitutum non negabit, qui apud Augustinum lib. de pecc. orig. c. 7. hæc ipsa legerit Cælestii ad Zosimum verba: *Si forte ut hominibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, nostra sententia corrigatur*.

7. In vulgatis, *audi*; & mox, *tantam sedis*. At textus series *audit* postulat; & ut cum uno ms. Vatic. præferamus *tantæ*, suadet id quod habetur infra, *quo gratiam referam* TANTÆ *sedi*. Quæ autem a Paullino heic narrantur, confirmat & Augustinus lib. de pecc. orig. c. 7. Ibi nominatim docet, Zosimum cum Cælestio egisse, *ut ea quæ illi a Paullino fuerant objecta damnaret, atque ut sedis apostolicæ litteris, quæ a sanctæ memoriæ suo præcessore manaverant, præberet assensum. At ille*, inquit, *noluit quidem diaconi objecta damnare: sed beati papæ Innocentii litteris non est ausus obsistere, immo se omnia quæ sedes illa damnaret, damnaturum esse promisit*. Hæc promissio qua ratione ab illo extorta sit, Marius Mercator sic explicat: *Crebris responsionibus & prosecutionibus suis spem præseminavit, condemnare se illa capitula de quibus apud Carthaginem fuerat accusatus, promittens; id enim & instantius jubebatur, ab eoque vehementius ut id faceret exspectabatur*. Eatenus igitur tantæ sedi reverentiam habebat, quatenus generatim omnia quæ illa judicaret damnanda, damnaturum se pollicebatur. At ubi instabat illa sedes, ut quæ a Paullino fuerant objecta damnaret, tum ad ejusdem sedis injuriam contendebat, tergiversabatur, & promissum quod animo nolebat implere, eludebat.

8. Ex ms. Vatic. huc revocatur *suorum*, quod in prius vulgatis prætermissum fuerat.

9. Et heic in editis omissæ erant voces *Afrorum episcoporum*; quæ ex eodem ms. restituuntur. Illa autem Afrorum scripta, quæ per eumdem Marcellinum, per quem & hic Paullini libellus perlatus est, transmissa fuerant, exciderunt: sed horum meminit Zosimus epist. XI.

10. Istud Augustinus lib. 1. cont. Julian. cap. 5. n. 19. memoriæ mandavit his verbis: *Nisi enim in eorum* (qui Diospoli judices sederunt) *conspectu audituque damnasset eos, qui dicunt quod peccatum Adæ ipsum solum læserit, & non genus humanum, & quod infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adam fuit ante peccatum, & infantes etiamsi non baptizentur, habere vitam æternam; nullo modo inde nisi damnatus exisset*. Verba ipsa, quibus Pelagius hæc damnavit, idem doctor lib. de gestis Pelagii cap. 11. n. 24. refert: sed illius hac in re professionem sinceram non fuisse lib. de pecc. orig. cap. 6. monet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



de originali peccato, si sanari desiderat, possunt A docere. Habet beatum Cyprianum martyrem, beatum Ambrosium confessorem, Gregorium Nazianzenum, beatum papam Innocentium. Habet etiam qui in corpore sibi colluctentur, si tamen [1] se tanto certamini habilem judicat; aut certe quos sequi debeat, si vult magis recta discere, quam prava docere. Habet, quod primum est, beatitudinem tuam, cujus illum oportuerat obedire sententiæ, cum audiret, *Damna*. Habet postremo ipsos lactentes, quibus misereri debeat, si sibi non vult; quibus, ut verbis Martyris [2] utar, *non propria, sed aliena dimittuntur peccata*.

IV. Unde oro beatum apostolatum tuum, ut B hunc meum libellum suscipi jubeas, quo gratiam referam tantæ sedi, & sententiis justissimis pro parte mea latis: quem idcirco direxi, quia me, licet sermone, Basiliscus subdiaconus a tua beatitudine cum Gestis sedis apostolicæ [3] directis Carthagine convenit quarto nonas Novembris die, ut adessem ad apostolicam sedem & tuæ judicio sanctitatis, ad quam [4] me fugisse suggestum est, nec defuturum fore promittere, si adversum me, & non pro me, fuisset lata sententia. Ubi tunc [5] ideo nihil agere potui, quia is qui ad sedem apostolicam provocaverat defuit: [6] quem oportuerat utique merita suæ appellationis adstruere, maxime cum nihil agente appellatore, secundum etiam humanas leges, superior est semper ille qui vicit. Quid enim jam mea intererat, ut etiam apud vestram reverentiam pravæ ejus doctrinæ adstipulator [7] exsisterem: de quo congaudere possem, si damnatis iis quæ illi a me objecta fuerant, [8] sic & apostolicæ sedis judicium roboraret, ut meruisset absolvi; nec prius se ordinari, quam purgari, pateretur.

V. Sed vulpecula fraudibus fuit semper studens: ingenium suum mutare nescit. Non se credidit posse deprehendi: quoniam confidentiam semper in foveis habuit, in quibus demersum caput conscientiæ suæ nititur occultare. Quod jam diutius latere non potuit, sed manifestius publicatum, spiritali per tuam beatitudinem gladio resecatur: ne amplius ferinis dentibus grex Domini secetur in partes, quem pastor bonus solicita & pervigili cautela custodis. Hunc autem libellum direxi beatitudini tuæ per Marcellinum subdiaconum ecclesiæ Carthaginiensis. Dat. VI. Idus Novembris.

1. Editi, *si tamen hos tanto certamini habiles*; & mox *aut certe qui vos sequi*: emendantur ex ms. Vatic.
2. Cypriani epist. edit. Pamel. 59. ad Fidum.
3. Leg. *directus*.
4. Verius ipsum Cælestium ad eam sedem fugisse suggestum esset. Deinde legendum *nec me defuturum fore promitterem*, tametsi sermone tantum, non scripto conventum ac citatum, ad id nulla lex cogeret. Ad intelligentiam hujus loci nonnulla heic adtexere juverit Marii Mercatoris verba. Primo quidem narrat, quo pacto in Africa anno 411. capitulis sex a Paullino objectis commoti *patres & episcopi regionis illius restiterunt Cælestio, & jusserunt ut eadem damnaret, quia essent heretici sensus*. Deinde subdit; *Sed Cælestius nullo modo acquiescens, quin immo resistens, actis iisdem quibus frequenter auditus est, ecclesiastica communione privatus est: a qua sententia ad Romani episcopi examen credidit appellandum. Qua mox idem appellatione neglecta, Ephesum Asiæ urbem contendit, ibique ausus est per obreptionem presbyterii locum petere* &c. Unde liquet I. pro Paullino adversus Cælestium a Carthaginiensi concilio latam esse sententiam. 2°. Cælestium ab hac sententia ad Romanum quidem provocasse pontificem, sed appellationi C suæ intra tempus legibus præfinitum defuisse. Cavetur quippe Cod. Th. lib. XI. tit. 30. leg. 45. ut *appellationes transmarinæ intra anni spatium agantur*: Cælestius autem tantum sexennio post Romanum pontificem adiit. Postremo justa Paullino expostulandi caussa exstitit, quod Cælestius, spretis canonibus, presbyterii gradum Ephesi prius appetierit, quam Romæ se purgasset, aut communioni qua privatus erat, redditus fuisset.
5. In vulgatis, *tunc igitur*. Concinnius in ms. Vatic. *tunc ideo*. Proxime antea *Ibi* mallemus, quam *Ubi*.
6. Vid. Cod. Th. lib. 11. tit. 31. leg. 1.
7. Vatic. ms. *exsistere*. Edidit Baron. *exsisteret*. Sed orationis series *exsisterem* postulat, eamque lectionem prædictus ms. eo magis permittit, quod mox in eodem rursum *posse*, pro *possem*, occurrit. Porro illic *adstipulator* non consentientem, sed testem sonat.
8. In archetypo Vatic. *sicut apostolicæ sedis judicium roborari meruisse tam absolvi*, quod Baronius & ex eo Labbeus ita exhibuerunt: *sic ea per apostolicæ sedis judicium roborari meruisset absolvi*. Quod nobis minime retinendum duximus.



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



III.

PAULLINI MEDIOLANENSIS
DE BENEDICTIONIBUS PATRIARCHARUM
LIBELLUS.

PRÆFATIO.

SAcrosancta atque præsaga sanctorum Patriarcharum A benedictio, quæ per Spiritum sanctum atque os beati Jacobi singulis est competenti qualitate distributa, nec per omnia sensu litterario potest intelligi, maxime cum idem beatus Patriarcha dicat: [a] *Ut annuntiem vobis quæ ventura sunt in novissimis diebus*: nec ita extenuanda per sensum allegoricum, ut omnino evacuari debeat sensus historicus: quia & quædam, uti post videbimus, sic eis prædicta sunt, ut quædam in proximo, quædam multo post venerint: tamen plura ex illis in finem futura servata sunt. Quæ ergo [1] historialiter in ipsis verbis intelligere possumus, primum, quasi fundamenta jaciendo, donante Domino, strictim pandamus: quæ autem omnimodis litteram re- B fugiunt, ea per spiritalem intelligentiam, sicut & spiritali sunt intellectu carpenda, discutiamus.

CAPUT I.

Benedictio Ruben.

I. RUben [b] *primogenitus meus: tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, major imperio*. Patet litteræ sensus, quia beatus Jacob primum filium Ruben ex Lia uxore sua susceperit [c]: qui si se digne tanto patre tractasset, ad eum primogenita regnumque pertineret. Unde dicit eum *primogenitum*, quasi cui deberentur dona C primogeniti. Sed & *fortitudinem* suam eum nominat, eo quod robur imperii ad eum debuerit declinare. Hæc autem non ideo indicative protulit, quod ita futura esse vel præviderit, vel voluerit; sed ut eum per hæc dicta ad pœnitentiam cohortaretur, cum recoleret, a quanta dignitate peccando decidisset.

II. Unde dicit: *& principium doloris mei*. Principium namque doloris ejus fuit, qui, ruptis castimoniæ habenis, infrenis irruit ad constuprandam conjugem patris [d]: Quæ res non mediocri dolore eum stimulasse credenda est. Bene autem dicitur *principium doloris* iste, quia & reliqui fratres ac- D cusati sunt a beato Joseph apud patrem crimine pessimo [e].

III. Quod autem ait: *prior in donis*, ad primogenita pertinet, quæ illi tamquam primogenito debebantur. Quod vero subjungit: *major imperio*, aperte declaratur, ad eum pertinuisse, ut de ejus semine reges reliquorum fratrum crearentur.

IV. Quod vero ait: *effusus es sicut aqua*, hunc habet sensum: Sicut aqua quæ vase non cohibetur, quaquaversum fluit, & ubi declivior locus humiliorem se præbuerit, toto impetu decidit; ita tu nulla mensura conjugali libidinem cohibuisti, sed quo te impetus voluptatis allexit [2], eo sentinam tuæ concupiscentiæ diffudisti. Quum vero subjungit: *non crescas*, prohibet eum ulterius a tali & simili turpitudine. Unde & Dominus ad Cain: *peccasti? quiesce*.

V. Quo autem ista tendant, subjuncta verba testantur: [f] *Quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus*. Manifeste enim iis verbis incesti crimen, quod ille in Balaam [3] concubinam patris sui commiserat [g], exaggeratur. Quod ne cui forsan violentum videatur, eo quod præmissum est: *annuntiabo vobis quæ ventura sunt in novissimis diebus*; audiat, quid liber Paralipomenon de hac re dicat: [h] *Filii quoque Ruben primogeniti Israel: ipse quippe [4] fuit primogenitus ejus: sed quum violasset torum patris sui, data sunt primogenita ejus filiis Joseph filii Israel, & non est [5] reputatus in primogenitum*.

VI. Typice autem Ruben iste primogenitus populum designat Judaicum, qui primogenitus fuit Dei, juxta illud quod de illo Dominus ad Moysem ait: [i] *Filius primogenitus meus Israel*: & beatus Hieremias: [k] *Sanctus Israel Domino, primitiæ frugum ejus*. Qui *fortitudo* illius fuit, quando in Patriarchis & Prophetis, & ceteris quibuscumque fortissimis viris contra [6] idolatriam, & vitiorum omnium impuram catervam fortiter dimicavit.

VII. Qui tamen *principium doloris* ejus postea exstitit [7], quando adveniente Salvatore in incredulitate permanens doctrinam illius suscipere [8] mente tumida recusavit. Unde Dominus videns civitatem Hierusalem flevisse dicitur [l], & in Lazari resuscitatione pro ejus populi cæcitate lacrymatus esse perhibetur [m].

VIII. Quum autem dicitur *prior in donis*, ostenditur quidem præcessisse eumdem populum in [9] muneribus a Deo collatis: subsecuturam vero gentium

a Gen. XLIX. 1. *b* Ibid. ℣. 3. *c* Gen. XXXIX. 31. 32. *d* Gen. XXXV. 22. *e* Gen. XXXVII. 2. *f* Gen. XLIX. 4. *g* Gen. XXXV. 22. *h* I. Paralip. V. 1. *i* Exod. IV. 22. *k* Jerem. II. 3. *l* Luc. XIX. 41. *m* Joan. XI. 38.

1. Martianæi codex mendose habebat *ego*.
2. Martianæus legit *allexerunt*. 3. Martian. *Balam*.
4. Codex noster mendose habet *quoque* pro *quippe*.
5. Vulgatus interpres heic addit *ille*: quam voculam quum hic scripsisset librarius, eam postmodum delevit.
6. Ita constanter librarius, pro *idololatriam*. Vide Trombellium in *Hilarii* epistolam not. 175.
7. Voces *postea exstitit* omittuntur a Martianæo.
8. Vox *suscipere* omittitur a Martianæo.
9. Particula *in* omittitur a Martianæo.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 418.

Ecclesiam, quæ eisdem & multo potioribus esset donanda charismatibus. Quum vero subjungitur [1] *major imperio*, non mirum [2] si honoretur eadem gens, quæ prima credidit prærogativa patrum, quando beatus Paullus apostolus [a] *multum per omnem modum amplius esse Judæo* dicat.

IX. Addidit interea: *Effusus es sicut aqua*, effrenationem illius populi mente considerans, qui nequaquam vase legis ac præceptorum divinorum coercitus est mensura; sed abjectis omnium præceptorum Dei vinculis, in Salvatoris necem toto conatu locutionis suæ rivos effudit. Nam quod per aquam locutio bona vel mala significetur, Scriptura testis est divina, quæ in bono dicit: [b] *Aqua profunda verba ex ore viri*: itemque in malo: [c] *Qui dimittit aquam, caput est jurgiorum*. Quod vero subjungit: *non crescas*, ostendit, eumdem populum, sicut & oculis cernimus, inter cunctas gentes paucissimo numero diminutum.

X. Quare autem ista perpessus sit, subjuncta verba testantur: *Quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum ejus*. Per cubile patris [3] carnem Salvatoris insinuamus [4]. Nec mirum. Cubile patris ejus gentes, & corpus dominicum intelligit, quia ab eodem idem populus creatus est: nam scriptum est de eo: [d] *Omnia per ipsum facta sunt*. Per *stratum* vero idem corpus intelligitur, quod quasi a Judæis maculatum est, quando eorum acclamatione Dominus & in cruce suspensus, & lancea transverberatus est, atque cruore proprio perfusus est.

CAPUT II.

Benedictio Simeon, & Levi.

I. *Simeon & Levi fratres, vasa iniquitatis bellantia* [e]. Patet litteræ sensus: quia hi duo fratres ob ulciscendum stuprum sororis sub ornata pace & fictis amicitiis deceperunt Sichem & Hemor patrem illius [f]. Quos *vasa iniquitatis bellantia* nominat, quia iniquum valde fuit amicitiam prætendisse, & eam postea prodidisse.

II. *In consilio eorum ne veniat anima mea* [g]: videlicet exsecrans omnem simulatam pacem. Unde & beatus David [5] talibus quibusque fictis imprecatur: [h] *Qui loquuntur pacem cum proximo suo, mala autem sunt in cordibus eorum. Da illis secundum opera ipsorum*. Quod vero subjungit: *Et in cœtu illorum non sit gloria mea*; nolebat utique tali victoria, & potius cæde gloriari, in qua non virtus bellatoris poterat laudari, sed potius falsitas deceptoris coargui.

III. *Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum*. Per *virum* Sichem intelligi debet, & per eum omnes qui ejus caussa peremti sunt. *Suffossio* autem *muri* non quidem in libro Geneseos legitur ibidem fuisse patrata: sed tractum est hoc a consuetudine bellantium, qui a longe terra suffossa per cuniculos fundamenta murorum destruere, atque ignem immittere solent, quo excocti lapides murorum firmitas ac stabilitas dejiciatur.

IV. Quanta autem animadversione hoc factum feriat, videamus. *Maledictus*, inquit, *furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura*. *Pertinax* namque *furor* illorum exstitit, quia nec blanditiis deliniri, nec donis potuit mitigari. Et *dura indignatio* comprobata est, quæ nec per illorum interfectionem qui piaculum perpetrarunt, potuit emolliri, sed super omnem civitatem potius non dubitavit grassari [6].

V. Quod autem ait: *Dividam eos in Jacob, & dispergam illos in Israel*, proprie ad Levi pertinet, qui per totum Israelem dispersus est, non accepta propria hereditate; sed in civitatibus atque suburbanis earum habitando, sicut heic dicitur, *dispersus est & divisus*. Moris est namque sacræ Scripturæ, dum de adhærentibus sibi loquitur, ea quæ non omnibus, sed quibusdam soleant evenire, generaliter tamen prædicere. Unde & Dominus Jacobo & Joanni: [i] *Potestis bibere calicem quem ego bibiturus sum? Calicem quidem meum*, ait, *bibetis*. Nec tamen Joannes calicem passionis sanguinem fundendo bibit.

VI. Quantum autem ad futurorum pertinet prophetiam, per Simeon & Levi, Scribæ & Pharisæi designantur: ex Levi namque principes Sacerdotum fuisse patet. Qui *vasa iniquitatis bellantia* fuere, cor habentes, secundum Domini exprobrationem, [k] *plenum iniquitate, & rapina*. Bellabant autem adversus Dominum non armorum pugna, sed versutia callida, quærentes, quomodo veridica Domini verba & facta falsis expugnarent argumentis.


VII. Quæ vir sanctus detestans ait: *in consilio eorum non veniat anima mea*; videlicet exsecrans illud consilium, quod Judæi colligentes dicebant: [l] *Quid facimus, quia hic homo multa signa facit?* & reliqua. Et *in cœtu illorum gloriam suam esse* nolebat; nolens videlicet in multitudine eorum gloriari, qui quo pluriores, eo erant deteriores: Scripturæ sensum jam tunc opere complens, quæ dicit: [m] *Ne glorieris in filiis pessimis, si multiplicentur*.

VIII. Reddit autem caussam, quare consilium, & cœtum talium abominetur, dicendo: *Quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum*. In furore namque suo occiderunt Virum, videlicet Dominum Salvatorem, de quo Zacharias ait: [n] *Ecce vir: Oriens nomen ejus*, clamando ad Pilatum: [o] *tolle, tolle, crucifige eum*. Et *in voluntate sua suffoderunt murum*, quia voluntatem suam complentes, Dominum & crucifixerunt, & latus ejus terebraverunt. Qui *murus* noster jure vocatur, quia munimine ejus ab adversitatibus hostium spiritalium custodimur. De quo sanctæ Ecclesiæ repromittitur his verbis: [p] *Urbs fortitudinis nostræ Sion Salvator: ponetur in ea murus, & antemurale*.

a Rom. III. 1. 2. *b* Prov. XVIII. 4. *c* Prov. XVII. 14. *d* Joan. I. 3. *e* Gen. XLIX. 5. *f* Gen. XXXIV. *g* Gen. XLIX. 6. *h* Psalm. XXVII. 3. 4. *i* Matth. XX. 21-24. *k* Luc. XI. 39. *l* Joan. XI. 47. *m* Eccles. XVI. 1. *n* Zach. VI. 12. *o* Joan. XIX. 15. *p* Isa. XXVI. 1.

1. Martian. *subjungit*.
2. Martianæi codex pro *non mirum* mendose habebat *nimirum*.
3. Martianæus heic addit *sui*.
4. Martianæus legit *insinuans*.
5. Librarius mendose quidem, sed constanter scribit *Davit*.
6. Codex habet *crassari*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



IX. Quod factum vir sanctus validissimo cuspide maledictionis confodit, dicens: *Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio illorum, quia dura*. Furorem namque pertinacem habuerunt, & indignationem duram; quia nec per miracula divina ad credendum eum Deum perduci potuerunt, nec tamquam innocenti homini & nihil eos lædenti, usque ad mortem persequendo pepercerunt.

X. Quod vero subjungit: *Dividam eos in Jacob, & dispergam illos in Israel*; hoc est, quod nunc videmus. Isdem populus paterno solo exheredatus in cunctas gentes, ob testimonium credulitatis nostræ, perfidiæ suæ pœnas luit. Quod & beatus David in psalmo ex persona Domini nostri prophetavit dicendo: [a] *Deus meus demonstravit mihi super inimicos meos: ne occidas eos, ne quando obliviscantur legis tuæ: disperge eos in virtute tua*. Bene autem *dividi* dicuntur *in Jacob, & dispergi in Israel*; quia sancta Ecclesia quæ vitiorum supplantatrix est, Jacob jure vocatur; & quæ mentis puritate Deum videre nititur, Israelis vocabulo nuncupatur; per quam Judæi divisi & dispersi pererrant; quæ in quatuor cæli partibus diffusa eos vagabundos cotidie sustinet.

CAPUT III.

Benedictio Judæ.

I. *Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ in cervicibus inimicorum tuorum. Adorabunt te filii patris tui* [b]. His verbis modestia hujus viri secundum litteram pariter, & virium copia demonstratur: quia videlicet & civiliter tractando cum fratribus, ea modestia visus [1] est, ut a cunctis laude dignus haberetur: quod difficile est; inter tot scilicet fratres omnium animos habere conciliatos. Sed & fortitudine adeo abundavit, ut cervices suorum flectere valeret inimicorum. Quod autem eloquentia plurimum valuerit, testatur oratio, qua suam suorumque coram Joseph allegavit necessitatem [c]. Narrat præterea Josephus historiographus, verbis eum potuisse quam plurimum. Porro autem quod robore inter fratres suos eximius haberetur, testantur *Verba dierum*, quæ hoc modo referunt: [d] *Porro Judas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe ejus principes germinati sunt*. Quod autem subjicit: *Adorabunt te filii patris tui*, aperte regnum quod Ruben abstulerat, Judæ concredidit dicens, eum a reliquis fratribus suis adorandum: quod regiæ utique congruit dignitati.

II. Mystice autem per Judam ille jam tunc præfigurabatur, qui de ejus stirpe secundum carnem natus est, Dominus & Salvator noster; quem laudant fratres sui omnes, videlicet in eum credentes: unde ipse primus in illis qui in eum crediderunt, a monumento per mulieres mandatum direxit, dicendo: [e] *Ite, & dicite fratribus meis*. Ne autem putemus, hanc dignitatem solis Apostolis attributam, ut fratres ejus vocentur; ipse hac dignitate donandos omnes qui in eum credunt, testatur dicendo: [f] *Quicumque fecerit voluntatem Patris mei qui in cælis est, ipse meus frater, soror & mater est*. Ipsum ergo laudant fratres; videlicet omnis Ecclesia, quæ adhuc a cælesti hereditate exsulat in terris, sive quæ jam præcessit [2] ad cælos. Unde psalmus: [g] *Laudent illum cæli & terra*. Et in Apocalypsi Joannes: [h] *Laudem dicite Deo nostro omnes servi ejus, & qui timetis eum, pusilli & magni*. Cujus [3] *manus in cervicibus inimicorum ejus sunt*; quia, secundum Evangelii testimonium: [i] *Omnia dedit ei Pater in manus*. Ipse etiam his verbis consentit, dicendo: [k] *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra*. Et Pater ad eum loquitur: [l] *Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum*. Quem *adorant filii patris ejus*; omnes videlicet per eum adoptati in filiorum dignitatem, juxta quod Apostolus loquitur: [m] *Ut in nomine Jesu omne genu flectatur, cælestium, terrestrium & infernorum*.

III. Sequitur: [n] *Catulus leonis Juda: ad prædam, fili mi, ascendisti: requiescens accubuisti ut leo, & quasi læena: quis suscitabit eum?* Quantum attinet ad superficiem litteræ, fortitudo regum a stirpe Juda descendentium per hæc verba præfiguratur: qualem beatum David fuisse legimus, & beatum Ezechiam, & ceteros quosque qui divinitati humillime famulantes, vires hostium, eo donante, instar leonis & leænæ subegerunt, & adeo terrori hostibus exstiterunt, ut nullus eos lacessire ad pugnam quasi quiescentes præsumeret: cujus rei testes sunt libri Regum.

IV. Typice autem *catulum leonis* Dominum Salvatorem appellat, tamquam leonina ortum prosapia; videlicet regia stirpe progenitum. Bene autem *catulus leonis* vocatur, cujus natura esse dicitur, ut nascens tribus diebus dormiat, deinde rugitu paterno excitatus assurgat. Quæ figura pulcherrime arridet dominicæ dormitioni; qua [4] tribus diebus dormiens ad Patrem clamat: [o] *Tu autem Domine miserere mei, & resuscita me*. Sed resuscitatus ad prædam ascendit; quia exspolians infernum, justos quosque ad superna secum tamquam prædam egregiam triumphando evexit. Qui *ut leo*, & quasi *ut leæna accubuit*; quia qui dormire per carnem in sepulcro voluit, quasi leo victor de hostibus triumphavit. Quod autem subjungit: *Quis suscitabit eum*, subauditur, *nisi Pater?* Nullus enim non dicam hominum caducorum, sed nec quilibet Angelorum [5], nisi is de quo Petrus apostolus dixit Judæis: [p] *Quem Deus suscitavit a mortuis, cujus nos testes sumus*.

V. *Non auferetur sceptrum de Juda, nec dux de femoribus ejus, donec veniat qui mittendus est: & ipse erit exspectatio gentium* [q]. Hæc sententia clarius luce a fidelibus intelligitur, quia tamdiu suæ gentis principibus ac ducibus isdem populus regebatur, quousque Dominus & Salvator noster veniret, qui mittendus erat a Patre. Qui est *exspectatio gentium*; quia videlicet tamdiu Deus Pater gentes ad pœnitentiam exspectavit, quousque per Filii sui adventum ad cognitionem suam ab idololatriæ cultura eos revocaret. Nam sive in Babylonem transducti fuerint Judæi, semper sibi præpositi ex sua gente fuerunt: seu reversi ex Babylone,

a Psalm. LVIII. 12. *b* Gen. XLIX. 8. *c* Gen. XLII. XLIII. & XLIV. 18. & seqq. *d* I. Paralip. V. 2. *e* Matth. XXVIII. 10. *f* Matth. XII. 50. *g* Psalm. LXVIII. 35. *h* Apoc. XIX. 5. *i* Joan. XIII. 3. *k* Matth. XXVIII. 18. *l* Psalm. CIX. 1. Matth. XXII. 44. Luc. XX. 43. *m* Philipp. II. 10. *n* Gen. XLIX. 9. *o* Psalm. XL. 11. *p* Act. III. 15. *q* Gen. XLIX. 10.

1. Fortasse legendum est *usus*.
2. Vel *processit*.
3. Nempe *Christi*.
4. Vel *qui*, vel *quia*.
5. Videtur verbum aliquod heic desiderari.

quousque Herodes alienigena rex eis constitueretur: A & per pontifices summa eorum regebatur, quousque ad Aristobulum ventum est, qui primus post reditum de Babylone, cum esset pontifex, sibi diadema imposuit & regem se declaravit. Itidemque successores ejus, usquequo rebus Judaicis lapsantibus, & Hircano ultimo rege Judæorum extremis malis * addito, regnum a Cæsare Augusto Herodes alienigena suscepit Judaicum. Cujus tempore, secundum hanc prophetiam & Evangelii testimonium [a], is *qui mittendus erat*, Dominus & Salvator noster advenit.

VI. *Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, o fili mi, asinam suam* [b]. Hac compositione B verborum demonstratur, non ad Judam, beatum Jacob loqui, sed de eo utique, *qui mittendus erat*; qui enim ad filium loquens, *o fili mi* dicit, & addidit *pullum tuum* vel *asinam tuam*, manifestissime de eo loquitur, quem superius mittendum prædixerat: Quem legimus [c] venientem in Hierusalem in usus habuisse asinam & pullum, nec tamen eos ad vineam vel vitem fuisse colligatos. Restat ergo, ut in his verbis nihil historicum requiratur, sed totum typice dictum intelligatur. Ligavit enim Dominus & Salvator ad vineam pullum suum, quando populum nationum indomitum præceptis subdidit Apostolorum ex vinea Judaica procreatorum, de qua Isaias: [d] *Vinea enim Domini sabaoth*, C *domus est Israel*. Alligavit etiam ad vitem, id est Ecclesiam, asinam suam, videlicet synagogam, quam in fine sæculi a perfidia revocans jugo legis oppressam discipulatui eam subdet Ecclesiæ, atque ita *fiet unus grex, & unus pastor* [e]: & secundum beati Zachariæ testimonium, *duæ virgæ illæ* [1] *copulabuntur, & erunt in unionem in manu Domini*.

VII. *Lavabit vino stolam suam, & sanguine uvæ pallium suum* [f]. Idioma hebraici constat esse sermonis, ut unam eamdemque rem diversis sermonibus repetat, ut heic. Quid est enim vinum, nisi sanguis uvæ? Sed quantum litteræ superficies incon- D sequens est (nullus enim vel stolam, vel pallium vino lavat), tantum gratiori intelligentia interius commendatur. Salvator namque vino stolam suam, & sanguine uvæ pallium suum lavit; quia pendens in cruce proprio sanguine sacram carnem quæ stola illius fuit, perfundi voluit.

VIII. Sequitur: [g] *Pulcriores sunt oculi ejus vino, & dentes ejus lacte candidiores*. Oculi Salvatoris pulcriores vino prædicantur, quia dona Spiritus sancti quæ per Christum conferuntur, speciosiora vino legali comprobantur. Nam quod oculi Salvatoris dona Spiritus sancti significent, Zacharias testatur propheta dicendo: [h] *Super lapidem* E *unum septem oculi sunt*: quos Isaias enumerat dicendo: [i] *Spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spiritus timoris Domini*. Qui pulcriores sunt vino legali quod in nuptiis defecit [k]; quia *per legem cognitio peccati* [l], per gratiam autem Spiritus sancti nobis ejus remissio condonatur. Et secundum Evangelium [m], *lex* quidem *per Moysem data est*, *gratia* autem *& veritas per Jesum Christum*.

IX. Quod autem dicitur: *Et dentes ejus lacte candidiores*: per *dentes* prædicatores novi Testamenti debent intelligi, qui cibos spiritales comminuendo, id est exponendo, multa nobis perutilia in ventrem memoriæ transmittunt. *Lac* autem doctrina veteris Testamenti non incongrue accipitur, quæ incipienti populo adhuc ad perfectum cibum invalido condita est. *Candidiores* ergo *lacte dentes* Jesus habet, quia Ecclesiæ suæ prædicatores puritatis munditia conspicuos perfecit. Nam quantum inter sectatores Evangelii & legales distet observantias, beatus Petrus testis est, qui ait: [n] *Non potuistis in lege justificari: in hoc omnis qui credit, justificatur*. Isti ergo dentes candidi sunt, quia fonte baptismatis abluti, a peccatorum nævis redduntur purissimi. De legis autem observatoribus nihil tale refertur: sed tantummodo dicitur, quia *Qui fecerit ea, vivet in illis* [o]. Insuper omnes qui legi carnaliter deserviunt, sub maledicto sunt, dicendo terribiliter eadem Lege: [p] *Maledictus omnis qui non permanserit in mandatis legis hujus, ut faciat ea quæ in ea scripta sunt*.

CAPUT IV.

Benedictio Zabulon.

I. *Zabulon in litore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem* [q]. Juxta historiam situs fortis illius quam in terra repromissionis Deo donante accepturus erat, prædicitur: quod scilicet terra possessionis ejus ab uno latere a mari inciperet, & torrente finiretur ab alio, sicut in libro Jesu Nave [r], ubi distributiones possessionum earum terminatæ sunt, manifeste declaratur: unde & Sidonis heic fit mentio, quæ contigua mari est.

II. Juxta mysticos autem intellectus, Zabulon primitias Ecclesiæ sanctæ designat; ex cujus tribu aliquis sanctorum Apostolorum fuisse creduntur, quod in litore maris assidue morarentur, utpote ex eo victum manu & arte captantes a Domino ad apostolatus culmen vocati sunt, secundum prophetiam beati David dicentis: [f] *Principes Juda duces eorum, principes Zabulon, principes Nephthali* [2]. Qui etiam in statione navium habitant, quia in Domino Jesu Christo fiducialiter secura pace requiescunt. Naves namque Ecclesiæ intelliguntur, quæ fidissima statione portum salutis suæ Dominum requirunt, & inveniunt. Et bene additur: *Pertingens usque ad Sidonem*; quia videlicet eadem sancta Ecclesia non uno mundi coarctata est angulo, sed crescendo usque ad populos devenit gentilium. Sidon enim *venatio* interpretatur, significans, ut dictum est, gentilitatem moribus ferinis idolatriæ cultum quasi lustra deserti sectantem. Quæ postea rete dominicæ prædicationis, & latratu sanctorum Apostolorum intra consepta sanctæ Ecclesiæ admitti [3] meruit.

a Matth. II. 1. *b* Gen. XLIX. 11. *c* Matth. XXI. 5. 7. *d* Isa. V. 7. *e* Joan. X. 16. *f* Gen. XLIX. 11. *g* Ibid. ℣. 12. *h* Zach. III. 9. *i* Isa. XI. 2. 3. *k* Joan. II. 3. *l* Rom. III. 10. *m* Joan. I. 17. *n* Act. XIII. 38. 39. *o* Galat. III. 12. *p* Deut. XXVII. 26. *q* Gen. XLIX. 13. *r* Josue XIX. 11. *f* Psalm. LXVII. 28.

* Forte, *addicto*. 1. Vel *illi*. 2. Codex habet *Neptalim*. 3. Codex mendose habet *amitti*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.

CAPUT V.

Benedictio Issachar.

I. *Issachar, asinus fortis accubans in terminos. Vidit requiem quod esset bona, & terram quod optima, & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens* [a]. Per hæc verba hæc tribus significatur doctrinæ legis operam datura, & promtius se ad mandata Dei scrutanda translatura. Dicitur namque *vidisse requiem quod esset bona, & terram quod optima*; id est, mente degustasse, quam esset dulce in Dei mandatis sensum occupare. Atque ideo *supposuisse ad portandum humerum* dicitur, id est, toto conamine ad scrutanda divini verbi eloquia mentem transtulisse: ac per hoc inferiores quosque ei munera & honorem, tamquam magistro & præceptori detulisse. Concinit huic intelligentiæ liber Paralipomenon, qui de hac tribu ita dicit: [b] *De filiis quoque Issachar viri eruditi, qui noverant singula tempora, ad præcipiendum, quid facere debent principes ducenti* [1].

II. Typum autem gestat heic *asinus fortis* populi gentilis, qui antequam Dominum sessorem habuisset, brutus erat, & frenorum impatiens proprio libitu ferebatur. Postquam autem Dominum sessorem habere meruit, fortis asini nomen ab eo mutuavit. Qui *vidit requiem quod esset bona*, audiens a sessore suo: [c] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego vos requiescere faciam* [2]. *Terram* autem *quod optima esset*, prospexit; quia relictis philosophorum inanibus doctrinis, ad Scripturæ sacræ lectionem se studiosissime vertit. Unde quia didicit inter alia, *non auditores legis justificari*, subditur: [d] *supposuit humerum suum ad portandum*; id est, totum suum posse mandatis subjecit divinis, & maxime in dilectione Dei & proximi. Neque enim proximus diligitur, si non portetur. Et additur: *factusque est tributis serviens*; quasi enim quoddam tributum quotidie persolvit, audiens ab Apostolo: [e] *Reddite omnibus omnia: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem: cui vectigal, vectigal*, & reliqua.

CAPUT VI.

Benedictio Dan.

I. *Dan judicabit populum suum, sicut & alia tribus Israel* [3]. *Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro. Salutare tuum exspectabo Domine* [f]. Historialiter quidem prænuntiatur [4] non solum de aliis nobilioribus tribubus, sed & de Dan, principem futurum Israeli, & per modum descriptionalem, qualis futurus sit, designatur. Samson namque his verbis præfiguratur, qui more colubri serpentisque terribilis fuit: & quo terribilior insinuaretur, cornutus describitur propter eximiam potestatem atque fortitudinem. Hic ergo vias & semitas Israelitici regni tempore sui præsulatus obsedit, ne quis hostium vi terram ditionis A illius invadere præsumeret. Sed & si quis immanior, & de propria tamquam equi [5] velocitate confisus & fortitudine, eum aggredi voluisset; mox corrosis plantis atque consumtis viribus stabilitatis, insectatorem suum ad terram perturbaret. Quem ne quis errore deceptus plus quam hominem æstimaret, mox qui vere princeps exspectandus esset, adjecit dicens: *Salutare tuum exspectabo Domine*; in cujus videlicet iste ex parte aliqua typo præcessit.

II. Præfigurat autem Dan iste Antichristum, qui futurus est velut *coluber in via*, & *cerastes in semita*: quia in via & semita mandatorum Dei am- B bulantibus, quantum in se est, obicem se præfert duplici armatus contra eos ingenio: in serpente namque calliditas illius præfiguratur, quia decipere astute quærit viam Domini gressu operum tenentes. In cornibus autem demonstratur furor illius, quo usurus est contra eos quos callida machinatione decipere nequiverit. *Cerasta* namque græce, latine cornua dicuntur; atque ideo serpens iste cornutus describitur. Quum ergo Antichristus veniens ante oculos spectantium signa magna fecerit, ignem de sublimi deposuerit [g], *serpens in via* est. Quum autem se ad pœnas & tormenta sibi non credentibus infligenda verterit, *cerastes in semita* fit; quia per angustam Domini semitam gradientes, cor- C nibus potestatis sibi subigere nititur. Qui dum *extollitur super omne quod dicitur Deus, aut quod colitur* [h], *ungulas equi mordet, ut cadat ascensor ejus retro*: quia mundialem gloriam ad hoc sibi non adquiescentibus aufert, ut amore bonorum præsentium illecti ibi cadant, ubi non vident. Retrorsum enim cadere, est & heic desperaliter & inverecunde, ubi non videas, ruere, & post in exteriores tenebras devenire. Qui enim in faciem cadit, de retro actis erubescit; qui autem retro decidit, ut jam præfati sumus, impœnitenti corde sibi iram in die iræ nutrit [i]. Ne quis porro pro miraculorum tanta sublimitate Antichristum pro Deo putaret colendum, addidit: *Salutare tuum exspectabo Domine*; D quasi diceret: licet Antichristus multis miraculorum fulgeat insignibus, mihi tamen *Salutare tuum*, quod hebraice dicitur *Jesus*, exspectandus est, ut veniens hujus potentiam æterna proterat animadversione, & me inter fideles suos reperiens beata donet mansione.

CAPUT VII.

Benedictio Gad.

I. *Gad accinctus prœliabitur ante eum, & ipse accingetur retrorsum* [k]. Patet litteræ sensus legentibus librum Jesu Nave; quia Gad qui E trans Jordanem petivit & accepit a Moyse hereditatem, ea conditione ejus [6] potiri meruit, ut accinctus armis ante Israel, juncto sibi Ruben & dimidia tribu Manasse, contra adversarios pugnando incederet [l]; quod postea sub Josue & fecit. Attamen subjugatis hostibus, cum retro ad possessionem propriam rediret, necesse habuit gentium finitimarum incursionibus insistere [m]. Hoc est er-

a Gen. XLIX. 14. 15. *b* I. Paralip. XII. 32. *c* Matth. XI. 28. *d* Rom. II. 13. *e* Rom. XIII. 7. *f* Gen. XLIX. 16. 17. & 18. *g* Apoc. XIII. 13. *h* II. Thess. II. 4. *i* Rom. II. 5. *k* Gen. XLIX. 19. *l* Deut. III. 18. *m* I. Paralip. V. 18.

1. Vulgata editio habet: *quid facere deberet Israel, principes ducenti.*
2. Vulgata editio habet: *& ego reficiam vos.*
3. Vulgata editio habet *in Israel.*
4. Vel *pronuntiatur.*
5. Codex ita scriptus est, ut legere etiam liceat: *& de potentia tamquam equus.*
6. Codex mendose habet *ei.*

go quod ait; primum eum ante fratres suos accinctum prœliatum fuisse, & postea iterum ad prœlia reaccingi.

II. Significat autem spiritaliter electos quosque ex Judæis, qui populo novo quasi quidam præduces exstiterunt, & in terram olim promissam introduxerunt. Quales exstiterunt prophetæ & sancti patriarchæ, qui idolatriam cunctorum vitiorum matrem, & ejus innumeram prolem verborum suorum spiculis confoderunt. Qui tamen iterum sursum accingentur, quia in novissimis temporibus intrante plenitudine gentium ad rediviva suscitabuntur certamina, quæ eis cum Antichristo & ejus satellitibus futura erunt. Nunc enim non trans fluenta Jordanis habent hereditatem, quia per baptismi gratiam non intrant Ecclesiam, sed sequestratim extra fratres commorantur remanentes in cærimoniis legalibus.

CAPUT VIII.

Benedictio Aser.

I. ASer, *pinguis panis ejus, & præbebit delicias regibus* [a]. Videtur quidem juxta litteram huic tribui ubertas terræ repromitti; habuit enim in sorte possessionis suæ Carmelum montem ubertate insignem; simulque mari conlimitavit, ac per hoc delicias quibus ipse [1] abundabat, maris terræque, etiam regibus suis non est dubium eum obtulisse.

II. Prædicuntur autem per hæc verba sancti viri ex synagoga futuri, quorum *panis pinguis* est; doctrinam videlicet propheticam sancti Spiritus sagina redundans. Quorum unus inexplebili aviditate succensus clamabat: [b] *Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea*. Qui *delicias* suas *regibus* ministrant [2]; quia illis qui in semet ipsis & sibi subjectis regnum justæ moderationis tenere cupiunt, regiam normam præmonstrant.

CAPUT IX.

Benedictio Nephthali.

I. NEphthalim, *cervus emissus, & dans eloquia pulcritudinis* [c]. Beato Hieronymo docente [3] discimus, non haberi in Hebræo *cervus emissus*, sed *ager irriguus*, & significari per agrum irriguum ubertatem calidarum aquarum, quæ in suburbio Tiberiadis abundantissime exuberant. Attamen traditio Hebræorum est, hanc civitatem mandatorum divinorum fuisse studiosissimam; ac per hoc agrum irriguum significare docentium magistrorum uberrimam doctrinam, quæ ignorantium corda quasi quidam rivus ad proferendos intelligentiæ fructus inebriare soleret [4]; & hoc exponi in inferioribus, quum dicitur: *dans eloquia pulcritudinis*.

II. Nos autem per Nephthalim sanctos intelligimus prædicatores Ecclesiæ, qui missi ad sanctam A Ecclesiam, more cervorum dare saltus intelligentiæ noverunt, atque contemplationis montes [5] intrepide conscendere, & sic populis *eloquia pulcritudinis dare*: ut quod illi in altitudine contemplationis sublevati didicerint, hoc inferius positis strenue ministrent.

CAPUT X.

Benedictio Joseph.

I. FIlius *accrescens Joseph, filius accrescens, & decorus aspectu* [d]. Juxta litteram quidem beatus Jacob prævidebat, tribum Joseph innumera prole abundaturam; unde & duarum tribuum fuit pater, sicut eis superius benedicendo prædixerat. Unde quasi duabus tribubus benedicens repetivit; B *filius accrescens*.

II. Joseph autem in typo præcessisse Salvatoris constat, quia Ægyptum fame deficientem frumento verbi Dei pascit: & venditus a fratribus suis Judæis usque hodie gentium nutrit Ecclesiam. Cui dicitur, *filius accrescens, & decorus aspectu*: ipse enim filius Dei, idemque filius hominis quodammodo accrevit, quum populum Israel per prævaricationem legis Deum inhonorantem, in Apostolis & reliquis illius temporis fidelibus sibimet adscivit. Idem *filius accrescens* est, quum etiam inter gentes nominis sui dilatavit cognitionem, & in eis usque mundi terminum crescit per fidei opeC rumque illuminationem. Idem autem Joseph *decorus aspectu* est, quia *speciosus præ filiis hominum forma* [e].


III. *Filiæ discurrerunt super murum. Sed exasperaverunt eum, & jurgati sunt, inviderunque illi habentes jacula* [f]. Quantum quidem ad rem gestam pertinet, *filias*, fratres illius appellat propter dedecus inhumanitatis. Neque enim virilis & stabilis fuit consilii innocentem vel exstinguere voluisse, vel vendidisse fratrem; sed potius femineæ mobilitatis. *Super murum* autem *discurrerunt*, quia invictum se consilium super eo, ne eis futurus rex foret, invenisse putaverunt. *Exasperaverunt* autem D *eum*, nudantes [g] tunica polymita, & indignis contumeliis afficientes. *Jurgati sunt* autem, *inviderunt que illi habentes jacula*: [h] *Numquid rex noster eris? aut subjiciemur ditioni* [6] *tuæ?* Unde superius dictum est: [i] *Invidebant igitur ei fratres sui. Habebant* autem *jacula*; id est, corda ad nocendum parata. Unde de Judæis Dominum interficere cupientibus dicitur: [k] *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum*.

IV. Juxta mysticos autem sensus, *filiæ*, Judæi intelliguntur, qui feminea censentur appellatione, quia relinquentes * Dominum, & Salvatoris nostri solidam doctrinam, & adhærentes Pharisææ superE stitioni mente turbati sunt. Nam illi quibus solidus sensus deest, & mens eorum varia fluctuatione vacillat, mulierum nomine ab Apostolo censentur, dicente de malis doctoribus: [l] *Qui penetrant domos, & captivas ducunt mulierculas oneratas pec-*

a Gen. XLIX. 20. *b* Psalm. LXII. 6. *c* Gen. XLIX. 21. *d* Ibid. ℣. 22. & Gen. XXXIX. 6. *e* Psal. XLIV. 3. *f* Gen. XLIX. 22. 23. *g* Gen. XXVIII. 23. *h* Gen. XXXVII. 8. *i* Gen. XXXVIII. 11. *k* Psal. LXIII. 9. *l* II. Tim. III. 6.

1. Fortasse legendum est *ipsa*, & paullo post *eam*.
2. Codex mendose habet: *ministravit*.
3. In quæstionibus hebraicis in Genesim, pag. 377. & 378. tom. IV. Oper. Hier. editor. a Vallars.
4. Codex mendose habet *solerent*.
5. Codex mendose, ut puto, habet *mentes*.
6. Codex mendose habet: *dit... u*.
* Forte, *Domini*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 418.



catis [1], *semper discentes, & numquam ad scientiam veritatis pervenientes. Discurrerunt* autem *super murum*, quando munitissimum se invenisse putaverunt consilium, dicente Caipha: [a] *Expedit vobis, ut unus moriatur pro populo homo, & non tota gens pereat. Exasperaverunt* autem *eum*, quando quodammodo tædio incredulitatis eorum commotus dixit: [b] *O generatio prava, quamdiu apud vos ero? quamdiu vos patiar? Jurgati sunt*, dicentes: [c] *Quousque animam nostram tollis? Inviderunt*que *illi*, dum dicunt in concilio suo: [d] *Quid faciemus, quia hic homo multa signa facit? si dimittimus eum sic, omnes credent in eum.* Itemque: [e] *Videtis, quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abiit. Habebant jacula*, de quibus scriptum est: [f] *Sagittæ parvulorum factæ sunt plagæ eorum.*

V. *Sedit in forti arcus ejus, & dissoluta sunt vincula brachiorum ejus, & manuum illius per manus potentis Jacob: inde pastor egressus est, lapis Israel.* Historicus quidem sensus, quantum intelligi datur, iste est. Per *arcum* intelligitur mens futurorum præscia. In arcu namque sagitta ponitur, ut eminus feriat: & mens futurorum præsaga longius sagittas sententiarum emittere solet. Tale ergo, quod dicitur: *sedit in forti arcus ejus*, quasi diceret: requievit mens illius undique tribulationibus afflicta: *in forti*, id est, in Deo solidata, atque sagittis sententiarum, quibus quod futurum esset, prænuntians, tempora futura sterilitate feriret.

VI. Quod autem ait: *Et dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius*, ad tempus refertur quo, jubente Pharaone, solutus de carcere, &, sicut heic dicitur, *vincula brachiorum & manuum illius*, quibus vinciri in carcere jussus [2] fuerat, *soluta sunt per manus*, id est per virtutem, *potentis Jacob*, videlicet Dei omnipotentis, cujus adjutorio Jacob potentia claruit.

VII. Illud porro, quod subjungit: *inde pastor egressus est, lapis Israel*, ad Christum refertur, qui de Jacob egressus est, videlicet de eo originem trahens. Qui bene *lapis Israel* dicitur, quia fortitudo in se credenti sit.

VIII. Salvatori autem hæc sententia tali modo congruit. *Sedit in forti arcus ejus*; id est, sententia animadversionis, qua feriri Judæi debebant qui eum recipere noluerunt, sed usque ad mortem persecuti sunt, *in forti sedit*, id est, stabili cum Patre immutabilitate præfixa est, dicentis: [g] *Amen dico vobis: non relinquetur heic lapis super lapidem.* Et: [h] *Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta*, cet.

IX. *Dissoluta* autem *sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Jacob*, quum vincula sepulcralia enodata sunt, atque illi *per manus potentis Jacob*, id est, per virtutem Patris resurrectio non est denegata.

X. *Inde* autem *pastor egressus est*, & *lapis Israel*; id est, a Deo Patre Dominus & Salvator egressus, visibus se præsentavit humanis, sicut ipse dixit: [i] *Exivi a Patre, & veni in mundum.*

XI. *Deus patris tui erit adjutor tuus, & Omnipotens benedicet tibi benedictionibus cæli desuper, benedictionibus abyssi jacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvæ* [k]. Imprecatur filio suo adjutorium Dei patris sui, illius videlicet, cujus adjutorio tantis se exutum meminerat periculis, & quem omnipotentem per beneficia sibi præstita cognoverat. Quod autem ait: *benedictionibus cæli desuper*, ad pluviam aerisque pertinet temperiem, qua frugibus fecundatur terra, atque arborum nutriuntur proventus. Quod vero subjungit: *benedictionibus abyssi jacentis deorsum*, ad fertilitatem pertinet terræ, quæ abyssi vaporibus velut spongiæ concavitas irrigatur, ut non facile solis ignibus arefacta inutilis siccitate reddatur. *Benedictionibus uberum & vulvæ* eum benedicit, ut prole numerosa concrescat, ne videlicet sterilitate aut virorum aut mulierum damnetur.

XII. Dicit autem: [l] *Benedictiones patris tui confortatæ sunt benedictionibus patrum ejus*; ut videlicet non dubitaret Joseph illud eventurum, quod ei sanctus Jacob non tam ex sua quasi novitia benedictione proventurum repromittebat: sed quia ad patres ejus, id est, Abraham & Isaac, jam dudum promissa sunt. Hoc est enim quod ait: *benedictiones patris tui confortatæ sunt*, quasi diceret: non has benedictiones patris quasi proprias illius accipias, nec quasi semel datas: sed quia a Deo patribus meis primo datæ sunt, & non semel, sed crebro. Atque inde est, quod ego super te easdem benedictiones, quæ mihi & patribus meis promissæ sunt, ex auctoritate dominica capiti tuo superfundo.

XIII. Domino autem & Salvatori Deus omnipotens & Pater adjutor exstitit clamanti in psalmo: [m] *Adjuva me, Domine Deus meus: salvum me fac secundum misericordiam tuam.* Qui enim individua deitate omnibus qui annuntiantur, auxilium præstat, ipse humanatus [3], & paullo minus ab Angelis minoratus [n] non modo paterno, sed etiam adjutorio indiguit angelico, propter videlicet manifestandam geminam in se substantiam. Inde est enim, quod clamat: [o] *Deus, Deus meus, ut quid dereliquisti me?* Et in Evangelio: [p] *Apparuit ei Angelus de cælo, confortans eum.* Ipse autem Omnipotens benedixit illi dicendo: [q] *Hic est mihi filius dilectus, in quo complacui.*

XIV. *Benedictionibus cæli desuper, & benedictionibus abyssi jacentis deorsum* illi benedixit, quando secundum Apostolum: [r] *Dedit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine ejus omne genu flectatur, terrestrium, cælestium & infernorum. Benedictionibus uberum & vulvæ* eum sublimavit, quando in filiis Ecclesiæ, aliis catechumenis, quasi adhuc intra matris ubera [4] jacentibus, aliis autem more jam genitorum ubera materna lambentibus, sibi præstat per orbem terrarum benedici. Nam qui nec dum in fidei robur evaserunt, sed

a Joan. XI. 50. *b* Matc. IX. 19. *c* Joan. X. 24. *d* Joan. XI. 47. 48. *e* Joan. XII. 19. *f* Psal. LXIII. 9. *g* Gen. XLIX. 24. *h* Matth. XXIV. 2. *i* Matth. XXIII. 38. *k* Joan. XVI. 26. *l* Gen. XLIX. 25. *m* Ibid. v. 26. *n* Psal. CVIII. 26. *o* Hebr. II. 7. *p* Marc. XV. 34. *q* II. Petr. I. 17. *r* Philipp. II. 10.

1. In Vulgata editione heic additur: *quæ ducuntur variis desideriis.*
2. Codex mendose habet *missus*.
3. Codex habet *humanitus*.
4. Legendum puto *uterum* aut *viscera*.

per doctores ad eam trahuntur, audiunt ab Apoſtolo: [a] *Filioli mei, quos iterum parturio, donec Chriſtus formetur in vobis*. Qui autem jam quidem fidei rudimenta perceperunt, ſed nec dum plene in doctrinæ firmitate coaluerunt, audiunt ab eodem: [b] *Lac vobis potum dedi, non eſcam: nec dum enim poteratis: ſed nec adhuc quidem poteſtis*.

XV. Sequitur: [c] *Donec veniret deſiderium collium æternorum*. Heic nihil hiſtoricum, ſed totum reſonat divinum. Tamdiu namque his prænuntiat populum Iſraeliticum ſubſtentandum benedictionibus, donec deſiderium collium æternorum veniret. Colles namque, ſancti intelliguntur in Eccleſia conſtituti, qui quamquam merito virtutum præcellant, tamen ex devotiſſima humilitate colles ſe eſſe meminerunt. Unde pſalmus: [d] *Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam*. Deſiderium namque illorum, Domini Jeſu conſtat fuiſſe ſemper adventum. Unde primus Moyſes: [e] *Obſecro, Domine, mitte quem miſſurus es*. Et beatus Simeon [f] *accepit reſponſum a Spiritu ſancto, non viſurum ſe mortem, niſi prius videret Chriſtum Domini*. Qui *æterni colles* dicuntur; quia videlicet ad æternitatem a Deo creati noſcuntur. Non enim, ſicut ſtultorum, eorum mutatur in diverſa intentio; ſed ſemper ad æternitatem tendentes, & æterno inhærentes, ipſi etiam ab eo æternitatis [1] mutaverunt nomen. De ſtultis enim dicitur: [g] *Stultus enim ut luna mutatur*: de vere autem ſapientibus: [h] *Sapiens permanet ut ſol*.

XVI. Sequitur: [i] *Fiant in capite Joſeph, & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos*. Hæ benedictiones fuerunt *in capite Joſeph*; quia per Chriſtum omnis laus & benedictio Patri redditur. Unde ipſe Patri dicit: [k] *Pater, clarifica Filium tuum, ut & Filius tuus clarificet te*. Bene autem *in capite illius fieri* dicuntur; quia [l] *caput Chriſti, Deus*. Dicitur autem ipſe filius Nazaræus [2] inter fratres ſuos; quia ipſe ſpeciali dignitate ſanctus eſt, quod interpretatur *Nazaræus*. De quo veraciſſime Scriptura dicit [m], quod *peccatum non fecit, nec inventus eſt dolus in ore ejus*; & quem *unxit Deus Pater* ſpeciali unctione *præ participibus ſuis* [n].

CAPUT XI.

Benedictio Benjamin.

I. Benjamin [3] *lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere dividet ſpolia* [o]. Traditio Hebræorum etiam, & beati Hieronymi conſenſus habet, his verbis ſignificari altare Hieroſolymitanum, quod in tribu Benjamin conſtructum conſtat. Quod more lupi rapacis matutinum ſacrificium ignis excoctione devorabat: veſpere autem diei, conſummatis ſacrificiis & hoſtiarum cærimoniis, inter ſacerdotes & levitas ea quæ reſidua erant igni, & per legis mandatum victui debebantur ſacerdotum, inter eos dividere ſolebat.

II. Significatur autem per hanc ſcientiam beatus Paullus de eadem tribu futurus, qui more lupi rapacis, mane, id eſt in adoleſcentia ſua comedit; quoniam dum in nece beati Stephani conſentiens, & a principibus ſacerdotum atque majoribus natu populi Judaici epiſtolas in Damaſcum & ad ceteras civitates accipiens, quot ſanctos diverſa cæde laceravit, tot quaſi lupus rapax prædas comedit. Attamen *veſpere ſpolia diviſit*, quando proſtratus voce dominica & viſione, fidelibus intra ſanctam Eccleſiam conſtitutis congrua divinæ alimonia doctrinæ [4] diſtribuit: aliis, ut parvulis in Chriſto, lac dans ſapientiæ; & quibuſdam adhuc compatiens more parturientis condolet; perfectioribus autem ſolidum doctrinæ cibum contradens. *Spolia* namque divina ſignificare mandata, teſtis eſt David, dicendo: [p] *Lætabor ego ſuper eloquia tua, ſicut qui invenit ſpolia multa*. Et beatus Iſaias de Apoſtolis: [q] *Lætabuntur coram te, ſicut lætantur in meſſe: ſicut exſultant qui dividunt ſpolia*.

a Gal. IV. 19. *b* I. Cor. III. 2. *c* Gen. XLIX. 26. *d* Pſal. LXXI. 3. *e* Exod. IV. 13. *f* Luc. II. 26. *g* Eccli. XXVII. 12. *h* Ibid. *i* Gen. XLIX. 26. *k* Joan. XVII. 1. *l* I. Cor. XI. 3. *m* I. Pet. II. 22. *n* Hebr. I. 9. *o* Gen. XLIX. 27. *p* Pſalm. CXVIII. 162. *q* Iſa. IX. 3.

1. Leg. *mutuaverunt*. Sic ſupra cap. V. §. II. legimus, *fortis aſini nomen ab eo* MUTUAVIT.
2. Codex mendoſe habet *Nazarenus*.
3. Codex mendoſe habet ubique *Benjamim*.
4. Vox *doctrinæ* deeſt in Codice: addenda eſt tamen.

INDEX
OPUSCULORUM III.
PAULLINI
MEDIOLANENSIS.

S. BONIFACII PAPÆ I.


EPISTOLÆ:

Quibus aliorum nonnullæ intextæ.

EX EDITIONE PETRI COUTANTII V. C.

S. BONIFACII PAPÆ I.

EPISTOLÆ.



[1] EPISTOLA I.

ROMANORUM PRESBYTERORUM ad Honorium imperatorem, seu exemplum precum presbyterorum pro Bonifacio.

Bonifacii legitimam, Eulalii verò illegitimam fuisse ordinationem.

I. PEtimus clementiam vestram, piissimi & clementissimi imperatores, Honori & Theodosi semper augusti. Post abscessum sancti Zosimi papæ ecclesiæ catholicæ urbis Romæ, ut fieri mos volebat atque ipsa religionis disciplina dictabat, plures in unum convenimus sacerdotes; ut de constituendo successore communi judicio tractaremus. Sed quoniam Lateranensem ecclesiam, obstructis pæne omnibus ingressibus, archidiaconus Eulalius, contemtis impie summi sacerdotis [2] exsequiis, diaconibus & paucissimis presbyteris ac multitudine turbatæ plebis obsederat; altero die [3] ad eamdem ecclesiam [4], ubi prius ab omnibus fuerat conventum, habita omnium collatione properavimus: ibique participato cum Christiana plebe B consilio, quem Deus jussit elegimus. Nam venerabilem virum BONIFACIUM, veterem [5] presbyterum, in lege doctissimum ac bonis moribus comprobatum, & quod eum magis ornabat, invitum, acclamatione totius populi ac consensu meliorum civitatis [6] adscivimus divinæ institutionis ordine consecratum. Nam subscribentibus plus minus LXX. presbyteris, adstantibus novem diversarum provinciarum episcopis, benedictionem competenti [7] tempore constat fuisse celebratam. A Ac prius omnia quæ solemnitas exigebat, [8] impleta sunt.

II. Sed cum supra dictus Eulalius, qui antea per tres consacerdotes nostros fuerat ex multorum auctoritate conventus, ne quid sibi temere præter conscientiam cleri majoris assumeret, circumventis paucissimis presbyteris, male acceptis his ac diversæ custodiæ mancipatis qui ad prohibendum cum litteris venerant, exhibito etiam cum aliis Ostiensi [9] episcopo, quem prope mortuum constat accitum; nam tractum esse nolentem, senis ægritudo testatur; in locum sibi non debitum, incustodito religionis ordine, per ambitum proruisset: cœpit factum suum per homines disciplinæ inscios ac religionis ignaros [10] indecenter tueri; æstimans humanis perturbationibus se confundere sententiam posse divinam.

III. Et quoniam clementiam vestram constat falsidica [11] relatione deceptam, ut nescio quid in injuriam [12] divini judicii sanciretis; (nam divinum est quidquid tantorum firmat electio:) Petimus pietatem vestram, ut removeri priora constituta [13] jubeatis, atque Eulalium qui in locum subrepsit aliorum, ad Comitatum [14] perennitatis vestræ cum

1. Scripta anno 419. ante medium Januarium.

2. Zosimi scilicet. Qua de re prima Symmachi relatio hæc habet: *Eulalius ad ecclesiam Lateranensem de exsequiis* C *prioris episcopi a populo & clericis adductus, ibi per biduum cum maxima multitudine & cum pluribus sacerdotibus remoratus est, ut exspectaretur dies consuetus, quo posset solemniter ordinari*. Unde colligitur, Eulalium de spretis Zosimi exsequis ideo heic argui, vel quia ab iis non sine tumultu abierit, vel potius quia eas prius, quam absolutæ essent, dimiserit. Hinc & Eulalius biduo exspectare compulsus est legitimum ordinationis diem, cum Bonifacius *altero die* ab exsequiis persolutis in locum condictum secedens, nullum alium diem exspectare coactus sit.

3. Decemb. 28.

4. Theodoræ nimirum nomine nuncupatam, ut prior Symmachi relatio docet. Verum Romani Pontificis in Lateranensi basilica, si tum licuisset, ordinationem faciendam fuisse vel hinc discimus: idque confirmat Honorius, dum Eulalii ordinationem etiam hinc, quia eam *loci qualitas* commendet, probat.

5. Is putatur Bonifacius presbyter, qui cum aliis lega- D tis Honorii imperatoris epistolam quæ apud Innocentium nona est, ad Arcadium augustum anno 406. pertulit; & ad quem, dum Constantinopoli legatione fungeretur, Innocentii epistola XXIII. exstat. Bonifacium in ecclesia Marcelli ordinatum esse, prior Symmachi relatio tradit.

6. Editi, *asseruimus*: corriguntur ex archetypo Vatic.

7. Honorius imp. primus Eulalii ordinationem & inde legitimam asseruit, quod servata sit *solemnitas temporis*. Antea Symmachus, uti superius audivimus, *diem consuetum quo posset ordinari*, exspectandum esse scripserat. Nunc presbyteri Romani testificantur, Bonifacii benedictionem *tempore competenti* celebratam. Bonifacii etiam decessor Zosimus epist. IV. n. 2. Lazari ordinationem hinc reprobandam censet, quod *ne dies quidem legitimus ordinationis adsciscitur*. Ex quibus testimoniis perspicuum est, ad legitimam ordinationem certum diem tunc temporis fuisse præscriptum. Hunc autem diem quem illi silent, Leo in fine epistolæ V. indicat, nempe dominicum.

8. Ita exemplar Vatic. At editi, *celebrata sunt*.

9. Videlicet ut hinc ordinationi suæ auctoritas accederet; quia, ut observat Augustinus Brevic. coll. cum Donat. d. 3. c. 16. n. 29. *nec Romanæ ecclesiæ* (præsulem) *ordinat aliquis episcopus metropolitanus, sed de proximo Ostiensis episcopus*.

10. Tacito nomine Symmachum perstringunt, cujus pater a Christi cultu alienus contra Ambrosium pro ara victoriæ restituenda ac gentilibus superstitionibus revocandis decertarat, cujusque profanam religionem sequi se ipse filius prodit, cum in relatione ad Constantium a Baronio ad ann. 419. edita, se se ad Lateranensem basilicam, ut Eulalium inde expelleret, ideo non contendisse testatur: *ne quis*, inquit, *mihi æmulus faceret invidiam religionis*.

11. Scilicet Symmachi. Quocirca is præfectus in relatione VIII. Kal. Febr. data hæc imperatorem rogat: *Superest ut apud clementiam vestram nullis partium studiis famuli vestri appetantur absentia, semper majestati vestræ puris servitiis approbati*: ubi se non obscure innuit insimulatum, quod in hac caussa studio partium falsa retulisset.

12. In vulgatis *divini muneris*, præter archetypi fidem.

13. Preci huic cedens imperator, commonitorio misso, *declaravit, nulli parti præjudicium comparatum quod a nobis antea claruerat constitutum: cum & celeriter destinata jussa propter quietem populi, pietatis nostræ secuta auctoritate summota sint*.

14. Ita ms. Vatic. At excusi, *serenitatis vestræ*. Postremis libelli hujus verbis, quibus *æterno imperio*, non *sereno* gratias agunt, lectio nostra firmatur. Et hanc precum partem ratam habens Honorius, Bonifacium Eulaliumque cum omnibus, qui utriusque ordinationis auctores erant, intra diem VI. Idum Februarii Ravennam convenire jussit; ea tamen conditione, ut simul accito e diversis provinciis competenti numero sacerdotum qui de utriusque ordinatione judicarent, inter judices illos, ut in commonitorio constitutum est, non consederent, qui alterutrius ordinationi interfuissent ac postea subscripsissent.

auctoribus ſuis debere adduci. Nos enim profitemur ſanctum papam Bonifacium noſtris cum ſacerdotibus adfuturum. [1] Relictis enim ſingulis per titulos presbyteris omnes aderunt, qui voluntatem ſuam, hoc eſt Dei judicium proloquantur. Jubeat etiam veſtra clementia omnes adeſſe, quos cauſſa conſtringit; ejici etiam civitate nolentes, qui ſe non patientur adduci. Invenietis, cum cœperit agitari interna diſcuſſio, [2] quod non ſolum divinis legibus abhorreat, verum etiam diſplicere poſſit humanis: quo hoc conſecuti, agamus æterno imperio veſtro maximas atque uberes gratias.

[3] EPISTOLA II.

Ab omni concilio Africano ad Bonifacium urbis Romæ epiſcopum [4] per Fauſtinum epiſcopum & Philippum & Aſellum presbyteros, legatos eccleſiæ Romanæ, directa,

De clericorum cauſſis & de appellationibus epiſcoporum, id quod Zoſimi commonitorio continetur, ſervaturos ſe profitentur, donec authentica recognoverint Nicæni concilii exemplaria.

Domino beatiſſimo & honorabili fratri BONIFACIO AURELIUS, VALENTINUS primæ ſedis provinciæ Numidiæ, & ceteri qui præſentes adfuimus numero CCXVII. ex omni concilio Africæ.

I. QUoniam Domino placuit, ut de his quæ nobiſcum egerunt ſancti fratres noſtri, coepiſcopus Fauſtinus, & compresbyteri Philippus & Aſellus, non beatæ memoriæ epiſcopo Zoſimo, a quo ad nos mandata & litteras attulerunt, ſed tuæ venerationi qui in ejus locum es divinitus conſtitutus, humilitas noſtra reſcriberet; ea breviter inſinuare debemus, quæ utrorumque [5] concordia terminata ſunt, non ea quæ prolixis geſtorum voluminibus continentur: in quibus ſalva quidem caritate, non tamen ſine parvo altercationis labore demorati ſumus, [6] ex geſtis delibantes; quæ nunc ad cauſſam pertinent. Quamquam & ille, ſi adhuc eſſet in corpore, hoc acciperet gratius, quod videret pacatius terminatum, domine frater.

II. Apiarius presbyter, de cujus & ordinatione & excommunicatione & provocatione fuerat exortum non ſolum Siccenſi, verum etiam totius [7] Africæ eccleſiæ non leve ſcandalum, de omnibus erratis ſuis veniam petens, communioni eſt reſtitutus. Prior autem coepiſcopus noſter Siccenſis Urbanus, quod in eo [8] corrigendum viſum eſt, ſine ulla dubitatione correxit. Quia vero paci & quieti eccleſiæ non tantum ad præſens, ſed etiam in poſterum proſpiciendum fuit, quoniam talia multa præceſſerunt, ut vel ſimilia vel etiam graviora deinceps præcaveri oporteret: placuit nobis, ut de Siccenſi eccleſia, retento [9] ſcilicet honore gradus ſui, presbyter removeretur Apiarius, & accepto [10] epiſtolio, ubicumque alibi vellet & poſſet, presbyterii munere fungeretur. Quod eidem ipſi per litteras proprias poſtulanti ſine difficultate conceſſimus.

III. Sane prius quam hæc cauſſa iſto termino clauderetur, inter alia quæ diuturnis diſceptationibus [11] verſabamus, quia ratio ipſa poſcebat, ut apud acta eccleſiaſtica a fratribus noſtris Fauſtino coepiſcopo, & Philippo & Aſello compresbyteris quæreremus, ut promerent quidquid eis agendum nobiſcum fuiſſet injunctum, nonnulla quidem ſine ullo ſcripto proſecuti ſunt verbis; ſed cum id potius flagitaremus quod in litteris ferrent, commonitorium protulerunt, quod recitatum nobis, etiam geſtis quæ ſecum ad [12] vos deferunt eſt alligatum. In quo eis quatuor quædam nobiſcum gerenda mandata ſunt: unum de appellationibus epiſcoporum ad Romanæ eccleſiæ ſacerdotem; alterum ne ad Comitatum epiſcopi importune navigent; tertium de tractandis [13] presbyterorum & diaconorum cauſſis apud finitimos epiſcopos, ſi a ſuis excommuni-

1. Editi, *relictis ſingulis titulis presbyteri omnes*. Archetypi lectionem revocamus.

2. In vulgatis, *quod omnibus divinis*. In exemplari Vatic. *quo dns divinis*. Orationis ſeries poſtulat legi *quod non ſolum divinis*, ita ut *non ſolum* primis tantum litteris expreſſa fuerint. Poſtea in eodem ms. exſtat *horreat*, non *abhorreat*, quod verbum particulam *a* ante *divinis* præponi exigit.

3. Scripta anno 419. Maii 31. In vetuſto exemplari Colbertino Langobardicis litteris exarato, ut & in prima parte collectionis Dionyſianæ locum obtinet. Codici canonum eccleſiæ Afr. c. 134. tota inſerta eſt. Afri poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. tertio Kalendas Junias congregati, ut in ejuſdem Codicis cap. 133. legitur, Aurelio proloquente, hanc ſibi poſtridie conſcribendam decreverunt. Unde ſequitur, ut anno 419. Maii menſis ultimo die ſcripta ſit.

4. In ms. Colb. Langob. heic adjungitur, *ſcripta & cum geſta* (leg. *geſtis*,) *quæ ibidem apud Carthaginem confecta per Fauſtinum*: quod conſentaneum eſt iis, quæ Afri n. 3. ſcribunt, ubi Zoſimi commonitorium memorant, *geſtis quæ ſecum* legati ad Bonifacium *deferunt*, *alligatum*.

5. Hoc eſt, partium litigantium, Apiarii nimirum presbyteri, & Urbani Siccenſis epiſcopi, quorum nomina, quia Bonifacio aliunde ſatis nota erant, & mox appellanda ſunt, heic ſilentur.

6. Editi, excepto Crab. ac plerique omnes mss. *ea geſtis deliberantes*. Conjecturæ, qua reſtituendum cenſebamus, *ex geſtis delibantes*, poſtmodum acceſſit auctoritas unius Harlæi codicis & alterius Coiſlin. in quibus, ut apud Crab. *ea* (pro *ex*) *geſtis delibantes* legitur.

7. Solus Crab. *toti*, non male, ſi deinde cum edit. ac pluribus mss. præferatur *Africanæ*. Sed vox *totius* poſtulat *Africæ*. Græcus Codicis can. eccl. Afr. interpres hæc ita reddidit: οὐ μόνον ἐν τῇ Σίκῃ, ἀλλὰ καὶ ἐν πάσῃ τῇ Ἀφρικῇ ἐκκλησίᾳ.

8. Iſtud *in eo* non de Apiario, ſed de Urbano dicitur; atque ideo hujuſmodi de epiſcopo illo teſtimonium dicunt Afri, quia eum Zoſimus, ut infra n. 3. docetur, *niſi ea quæ videbantur corrigenda corrigeret*, excommunicandum præceperat.

9. Auguſtinus hujuſmodi temperamento erga Antonium quem Fuſſalæ epiſcopum conſtituerat, uſus eſt, eumque morem aliis exemplis in epiſtola alias 261. nunc 209. tuetur. Similem uſum cum a concilio Ancyrano can. 1. & 2. tum a Nicæno can. 8. nec non in epiſtola ſynodica apud Theodoretum lib. 1. c. 9. qua Meletio *nudum honoris ſui nomen* conceditur, approbatum eſſe Juſtellus in hunc locum obſervat.

10. Eodem *epiſtolii* nomine utuntur Sardicenſis ſynodus & Liberius epiſt. X. n. 1. Et ea quidem vox utrobique, quemadmodum heic, litteras communicatorias ſonat.

11. Codex Colb. *verſabantur*.

12. Græcus interpres legit *ad nos*. Subinde cum Reg. ms. & uno Harlæo magis placet *eſt alligatum*, & infra *alligaverunt*: quam cum aliis libris, *eſt allegatum* & *allegaverunt*. De geſtis priore anno; cum Zoſimi litteræ primum recitatæ ſunt, heic videntur loqui.

13. Vox *epiſcoporum* perperam in ms. Colb. heic præmittitur, nec eam patitur quod mox ſequitur, *ſi a ſuis* ſupple *epiſcopis*.

cati perperam fuerint; quartum de Urbano episcopo excommunicando, vel etiam [1] Romam evocando, nisi ea quæ videbantur corrigenda corrigeret.

IV. Quorum omnium de primo & tertio, id est, ut Romam liceat episcopis provocare, & ut clericorum caussæ apud suarum provinciarum episcopos finiantur, jam priore anno etiam litteris [2] nostris ad eumdem venerabilis memoriæ Zosimum episcopum datis insinuare curavimus, ut ea servare sine ulla ejus injuria paullisper sineremus usque ad inquisitionem statutorum Nicæni concilii. Et nunc de tua poscimus sanctitate, ut quemadmodum ea apud Nicæam a patribus acta vel constituta sunt, sic ea a [3] nobis facias custodiri; & ibi apud vos ista quæ in commonitorio attulerunt, faciat exerceri, id est: [4] „ Si episcopus accusatus „ fuerit, & judicaverint congregati episcopi regio„ nis ipsius, & de gradu suo dejecerint eum, & „ appellasse videatur, & confugerit ad beatissimum „ ecclesiæ Romanæ episcopum, & voluerit audiri, „ & justum putaverit ut renovetur examen; scribe„ re his episcopis dignetur, qui in finitima & pro„ pinqua provincia sunt, ut ipsi diligenter omnia „ requirant, & juxta fidem veritatis definiant. Quod „ si is qui rogat caussam suam iterum audiri, de„ precatione sua moverit episcopum Romanum, ut „ e latere suo presbyterum mittat; erit in potestate „ episcopi quid velit & quid æstimet. Et si decre„ verit mittendos esse qui præsentes cum episcopis „ judicent, habentes auctoritatem ejus a quo desti„ nati sunt, erit in suo arbitrio. Si vero credide„ rit sufficere episcopos, ut negotio terminum im„ ponant; faciet quod sapientissimo suo consilio ju„ dicaverit. Item de presbyteris & diaconis. [5] Si „ episcopus quis iracundus, quod esse non debet, „ cito aut aspere commoveatur adversus presbyte„ rum sive diaconum suum, & exterminare eum de „ ecclesia voluerit; providendum est ne innocens „ damnetur aut perdat communionem: habeat po„ testatem ejectus, ut finitimos interpellet, [6] & „ caussa ejus audiatur, & diligentius tractetur, quia „ non oportet [7] ei negari audientiam roganti: & il„ le episcopus, qui aut juste aut injuste eum rejecit, „ patienter accipiat ut negotium discutiatur, ut aut „ probetur ejus, aut emendetur sententia. „

V. Hæc utique usque ad adventum, donec authentica Nicæni concilii afferantur exempla, verissimorum exemplariorum Nicæni concilii inserta gestis sunt, quæ [8] si ibi, quemadmodum constituta sunt, & quemadmodum ipso quod apud nos fratres ex apostolica sede directi allegaverunt commonitorio, continentur, eoque ordine vel apud vos in Italia [9] custodirentur; nullo modo nos talia, qualia commemorare jam nolumus, vel tolerare [10] cogeremur, vel intolerabilia pateremur. Sed credimus adjuvante misericordia Domini Dei nostri, quod tua sanctitate Romanæ ecclesiæ præsidente, non sumus jam istum typhum passuri; & servabuntur erga nos, quæ nobis etiam non differentibus custodiri [11] debeant cum fraterna caritate, quæ secundum sapientiam atque justitiam quam tibi donavit Altissimus, etiam ipse perspicis, esse servanda, [12] nisi forte aliter se habeant canones concilii Nicæni. Quamvis enim plurimos codices legerimus; sed nusquam in Nicæno concilio in latinis codicibus legimus, quemadmodum in supra dicto commonitorio [13] inde directa sunt. Tamen quia heic in nullo codice græco ea potuimus invenire, ex orientalibus ecclesiis ubi perhibentur eadem decreta posse etiam authentica reperiri, magis nobis desideramus afferri. Pro qua re tuam quoque venerationem obsecramus, ut scribere etiam ipse digneris ad illarum partium sacerdotes, hoc est ecclesiæ [14] Antiochenæ, Alexandrinæ & Constantinopolitanæ, & aliis etiam si tuæ placuerit sanctitati, ut inde ad nos iidem canones apud Nicæam civitatem a patribus constituti veniant, te potissimum hoc beneficium cunctis occidentalibus ecclesiis cum Domini adjutorio conferente. Quis enim dubitet, exemplaria esse verissima concilii Nicæni in Græcia congregati, quæ de tam diversis & nobilibus græcis ecclesiis allata & comparata concordant? Quod donec fiat, hæc quæ in commonitorio supra dicto nobis allegata sunt de appellationibus episcoporum ad Romanæ ecclesiæ sacerdotem, & de clericorum caussis apud suarum provinciarum episcopos terminandis, nos usque ad probationem servaturos esse profitemur, & beatitudinem tuam ad hoc nos adjuturam in Dei voluntate confidimus.

VI. Cetera vero quæ in nostra synodo gesta vel firmata sunt, quoniam supra dicti fratres nostri Faustinus coepiscopus, Philippus & Asellus compresbyteri secum ferunt, si dignatus fueris, tuæ nota facient sanctitati. *Et alia manu*: Dominus noster te nobis annos plurimos custodiat, beatissime frater. Subscripserunt quoque Alypius, Augustinus, Possidius, [15] Marianus & ceteri episcopi.

1. Ita sincerum Dionysii exemplar Regium cum Merl. & Crab. Alii vero libri, *Romæ vocando*. Ex hoc loco conjectat vir eruditus, Urbanum in judicando Apiario nonnihil contra judiciorum formam peccasse. Forte etiam totum illius peccatum in eo fuit, quod nullam & irritam habuerit Apiarii appellationem, hujusque rei caussa paullo asperius cum hoc presbytero egerit.

2. Non exstant. 3. Colb. ms. *a nobis omnibus*.

4. Sardic. conc. can. 7. 5. Sardic. conc. can. 17.

6. Uno vel altero post Sardicensem synodum anno, concilium Carthaginiense sub Grato can. 11. statuit, *ut a tribus vicinis episcopis, si diaconus est, arguatur; presbyter a sex audiatur*. Quod decretum Augustinus epist. alias 236. nunc 65. n. 2. memorans, quid ex eo incommodi formidet non dissimulat.

7. Regius codex, *oportet negari*, & infra cum Colb. *injuste rejecit*, omisso *eum*, quod etiam græcus interpres non expressit.

8. Apud Merlinum & Justellum, ut in duobus mss. Regiis, uno Harlæo, nec non Colb. Corb. &c. *quæ sibi*. Magis placet cum Coislin. duobus Harlæis, Crab. & Lab. *quæ si ibi*, græco consentiente *ἅτινα ἐὰν ἐκεῖ*. Tum verba, *quemadmodum constituta sunt &*, in vulgatis & plerisque mss. omissa, restituuntur unius Harlæi & alterius Colbertini auctoritate.

9. Editi *custodiuntur*: refragantibus magno consensu mss. e quibus Colbertinus hæc ita effert: *eo ordine vel apud vos in Italia custodirentur, nos nullo modo talia commemorare nolumus*.

10. Ita Merl. Crab. & unus Harlæus ms. Editi alii, *cogemur: sed*. Regius ms. *cogimur: sed*. Plerique alii, *cogeremur: sed*. Colb. *cogemur, vel intolerabilia patiemur: sed*.

11. Colb. ms. *custodiri in omnibus debeant*.

12. Apud Merl. Crab. & Just. ut in mss. pluribus, consentiente græco, *si forte*: quæ lectio primum arriserat hoc sensu: *Sed si forte aliter habeant canones Nicæni* (in verissimis exemplaribus,) *credimus adjuvante misericordia Dei*, &c. Postmodum tamen cum ms. Colb. ac duobus Harlæis præferendum duximus, *nisi forte*. Apud Lab. *nisi si forte*, addito *si*, quod abest a nostris mss.

13. In ms. Colb. *quæ inde*: non ita male.

14. In eodem ms. *Constantinopolitanæ & Antiochenæ & Alexandrinæ & aliis*.

15. Editi *Marinus*, Regium exemplar, *Martinus*: cui favet Afrorum ad Cælestinum de eadem caussa epistola; quæ quidem omnium codicum consensu *Martini* præ se fert nomen. Ex uno tamen Harlæo & altero Colb. revocare placuit, *Marianus*. Nec enim is alius videtur a *Mariano*, (seu ut in mss. pingitur, *Mauriano*, *Uziparensi*, qui in fronte concilii, ex quo hæc epistola missa est, proxime post legatos nominatur. Deinde subjicitur apud Merl. *ceteri episcopi* CCXIV. *subscripserunt*, & apud Crab. *& ceteri episcopi* 217.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
419.

[1] E P I S T O L A III.

De Maximo Valentinæ civitatis episcopo diverſis criminibus accuſato, ut in ſynodo provinciæ illius cauſſa diſcutiatur.

BONIFACIUS epiſcopus PATROCLO, REMIGIO, MAXIMO, HILARIO, SEVERO, VALERIO, JULIANO, CASTORIO, LEONTIO, [2] CONSTANTINO, JOANNI, MONTANO, MARINO, MAURICIO, & ceteris epiſcopis per Gallias & ſeptem provincias conſtitutis.

I. VAlentinæ nos clerici civitatis adierunt, proponentes per libellum crimina, quæ Maximum teſte tota provincia aſſerunt commiſiſſe: delegata toties cognitione, illum [3] conſtituta ſemper ſubterfugiſſe judicia, nec confiſum conſcientia feſtinaſſe, ut ſi eſſet innocens, examinatis omnibus purgaretur; quæ toties decreta, ex [4] noſtrarum quoque chartarum inſtructione cognovimus. B Qui e contrario probavit de ſe illa quæ dicta ſunt, [5] qui ad ea confutanda, cum eſſent innumera, a deceſſoribus meis [6] provinciali delegata cognitione, conventus, etiam dicitur evitaſſe, & adeſſe minime voluiſſe. Et nullus dubitat, quod ita judicium nocens ſubterfugit, quemadmodum ut abſolvatur qui eſt innocens quærit. Sed aſtuta cavillatio eorum, qui verſutis agendum credunt eſſe conſiliis, numquam innocentiæ nomen accipiet. Confitetur enim de omnibus, quiſquis ſe ſubterfugere judicium dilationibus putat. [7] Veniat tamen aliquando ille, qui talis perhibetur, in medium: nec prodeſt illi, toties latuiſſe, toties ſubterfugiſſe, quem ſui actus & commiſſa, quocumque fugerit, ea quæ objiciuntur C illi, ſi vera ſunt, crimina perſequuntur. Debueram quidem jam nunc [8] dignam, pro ejus accuſatis in noſtro judicio actibus, qui cognitionem & decretum judicium ſæpe declinando credidit illudendum, ferre ſententiam: at ne aliquis [9] præcocem forſitan judicaret, & ſibi qui abſens eſt, licet ſit quæſitus a nobis, reſervatum eſſe nihil diceret; maluimus intercapedine temporis data differri, cum hoc etiam ejus accuſatores aſſererent, de [10] ſuis intentionibus & moribus ſic ſecurum Maximum, tanto magis damnanda committere, quanto tardius ſe conſtituto judicio [11] præſentaret. Quem Manichæorum involutum caligine, arguunt turpi ſecta A olim ita, ne eum poſſit abluere, animum ſordidaſſe, in probationem objectæ rei geſta ſynodalia proferentes; & commiſſis involutum undique flagitiis, nullum eum ſanitatis habuiſſe reſpectum. Quem furore ſuo & inſana temeritate ad ſæcularium quoque judicum tribunalia ſubditum quæſtioni, quod in vili quoque perſona turpiſſimum eſt, objicerent perveniſſe, & homicidii damnatum [12] aſſerunt, geſtis prolatis in medium: & hunc talem poſt tanta taliaque commiſſa epiſcopatus adhuc ſibi nomen in ſuis latibulis vindicare in propriæ civitatis infamiam, nimiis doloribus conqueruntur, & ſanctum nomen vindicando ſibi velle polluere.

B II. Ideoque, fratres cariſſimi, quia audiendus heic præſentare ſe noluit, ne convictus forſitan ab accuſantibus ſe clericis, poſſet digna tandem aliquando, præſentatus epiſcopali judicio, pronuntiationis congruæ feriri ſententia; (quamquam illi cum hæc [13] edicta fuerit, quæ poteſt hujus nominis eſſe jactura, qui pudorem numquam habuiſſe ſacerdotii perhibetur, & locum ſuum ne modico quidem tempore cuſtodiſſe?) dilationem tamen dedimus, & decrevimus veſtrum debere intra provinciam eſſe judicium, & congregari ſynodum ante diem Kalendarum Novembrium: ut ſi adeſſe voluerit, præſens ſi confidit ad objecta reſpondeat; ſi vero adeſſe neglexerit, dilationem ſententiæ de C abſentia non lucretur. Nam manifeſtum eſt, confiteri eum de crimine, qui indulto & toties delegato judicio purgandi ſe occaſione non utitur. Nihil enim intereſt, utrum in præſenti examine omnia quæ [14] dicta ſunt comprobentur, cum ipſa quoque pro confeſſione procurata toties conſtet abſentia. Nos autem per omnes provincias litteras [15] dirigimus, ne excuſationem ſibi ignorationis obtendat, ut ad provinciam venire cogatur, & illic ſe conſtituto præſentare judicio. Quidquid autem veſtra caritas de hac cauſſa duxerit decernendum, cum ad nos relatum fuerit, noſtra, ut condecet, neceſſe eſt auctoritate firmetur. [16] Data ſub die Idus Junias, Monaxio viro clariſſimo conſule.

D

1. Beneficio collectionum Dionyſii Exigui, Hadriani I. Hiſpanæ & Iſidori ad nos pervenit.
2. Regium coll. Dion. exemplar *Conſtantio*, & infra *Mauventio*, pro *Mauricio*.
3. In eodem codice, *tota ſemper*.
4. Crab. ac deinceps editi libri, *veſtrarum*. Rectius Merl. cum mss. *noſtrarum*. Non enim chartas miſerant epiſcopi, qui de hac cauſſa nihil dum noverant: ſed Bonifacio præſto erant chartæ deceſſorum ſuorum, qui ejus cognitionem delegarant. Hæc igitur recitari ſibi juſſit, & inde vera eſſe quæ Valentini clerici aſſerebant, recognovit.
5. Edit. Rom. poſt Crab. *cui*: refragantibus aliis libris. Plenior eſſet lectio in hunc modum, *utpote qui*, ſcilicet *conventus*.
6. In iiſdem edit. *provincialis eſt delegata cognitio*. Verbum *eſt* non exſtat in mss. Quocirca magis placet cum Sirm. *provinciali delegata cognitione*. Jam ſuperius legimus, *delegata toties cognitione*. Hujuſmodi autem delegatio conſentanea erat Sardicenſis concilii canoni 7.
7. Editi, *veniet tamen*; & mox, Merlino excepto, *nec proderit*: corriguntur ex mss.
8. In Reg. ms. *nunc umquam*, forte pro *nunc æquam*.
9. Plerique mss. *præcoquem*. Alii duo cum Crab. Sirm. & Lab. *præcoquam*. Corrupte autem apud Merl. *hanc ne aliquis præco & quem judicaret*.
10. In vulgatis, *de quorum intentionibus ac moribus ſit ſecurum*. Exſtat quidem magno conſenſu in mſs. *de cujus intentionibus & moribus*: ſed cum in pleriſque ac potioribus ſequatur *ſic ſecurum*; nos orationis ſeries induxit, ut *ſuis* loco *cujus* reſtitueremus.
11. Editi, *præſentaris*: emendantur ex ſcriptis. Deinde *Manichæorum* nomine Priſcillianiſtas deſignari eruditi merito cenſent.
12. Reg. ms. *aſſerent*. Colb. *aſſererent*.
13. Plures mss. cum excuſis, *edocta fuerint*. Unus e Coislin. 1. manu, *edocta fuerit*. Reg. *edicta fuerint*. E gemina illa lectione componitur ſincera, *edicta fuerit*, ſcil. *ſententia*.
14. Regium exemplar, *poſita ſunt*. Non diſpliceret *propoſita ſunt*, maxime cum epiſtolæ hujus initio præmittatur, PROPONENTES *per libellum crimina*.
15. Sic mss. At editi, *dirigemus*.
16. Jun. 13. ann. 419.

EPISTOLA IV.

Ut Corinthii Perigenem quem expetunt episcopum accipiant.

Dilectiſſimo fratri RUFO BONIFACIUS.

I. BEatus apoſtolus Petrus cui arx ſacerdotii dominica voce conceſſa eſt, in immenſum gratulationis extollitur, quoties pervidet conceſſi ſibi honoris a Domino intemeratæ ſe pacis filios habere cuſtodes. Quid enim gaudio debeat majore penſare, quam quod agnoſcit acceptæ poteſtatis illæſa jura ſervari? Vere namque immobile requirit a diverſis deſtinata ſuper negotiis quibuſque conſultatio fundamentum, quæ ejus conſulit ſedis arcanum, quam conſtat dignatione petræ ſpiritalis elatam.

II. Frequentia igitur, ut ſcrinii noſtri monimenta declarant, ad caritatem tuam ex ejus fonte ſcripta [1] manarunt, quibus ſolicitudinem eccleſiarum per Macedoniam & Achajam ſitarum fraternitati tuæ, quam ſcimus eccleſiaſticam diſciplinam canonum notione ſervare, certum eſt eſſe commiſſam. Nec immerito id ducimus factum. Hanc enim gratiam dilectioni tuæ apoſtolica ſedes officio diligentis impertit. Unde fit, ut ſanctitatem tuam gnaram faciamus hujuſce negotii, quod ex ea provincia auribus noſtris ingeritur deſtinatum, cujus [2] prudentiæ tuæ dudum cura mandata eſt.

III Corinthii enim olim beati Paulli prædicatione laudati, quorum preces ſubdendas magis credi-

A dimus eſſe, quam narrandas, Perigenem, ſicut jam dudum a ſancta ſynodo [3] ſuper ejus nomine pagina directa teſtatur, ſanctum & inſtituti optimi qualitate pollentem, civitatis ſuæ non tam accipere quam retinere deſiderant ſacerdotem. Cujus ordinationis ſeriem ſi integro ordine exponendam putavero, fiet neceſſe eſt ejus laudis augmentum; & huic nimirum proficiet, ſi faciamus vel ordinantis [4], vel ordinati recto tramite mentionem. Quis enim dubitet ejus meritis deputari; quis renuit judicii fuiſſe divini, ideo hunc a Patrenſibus in tempore non eſſe [5] ſuſceptum, & diu ſuper præmiſſa eccleſia, magna deliberatione ſuſpenſum, ut hujus ovilis paſtor fieret, in cujus caulis ſuam a cunabu-
B lis tranſegiſſet ætatem? [a] *Judicia Dei abyſſus multa*: quod congrue aptamus exemplum, & nemo crederet quod in ordinatoris aliquando locum ſubrogari poſſet, [6] quia fuerat ab aliis ordinatus. Non ambigo cæleſtis tunc iſtud fuiſſe ſententiæ.

IV. Qua [7] vel conſenſu qui illic auctoritatem ſedis apoſtolicæ præſentabant, eum in noſtrorum numerum recipimus: & in eos neceſſe eſt vigorem cenſuræ, qui contra noſtrum factum poſt hæc neſcientibus noſtris incitare dicuntur populos, ſi perſtiterint, exſeramus. Quod quidem & dilectionem tuam in eos ex noſtra præceptione facere volumus: ut eorum licentiam quibus nihil tale commiſimus,
C refrenemus.

[8] EPISTOLA V.

Rufi in implendo vicarii apoſtolicæ ſedis officio vigilantia laudatur. Idem explicatur officium. Memorat Bonifacius plures epiſcopos, ſuas ipſius litteras Rufi opera ad eos perlatas comprobaſſe; eaque occaſione in Perigenis laudem excurrit.

Dilectiſſimo fratri RUFO BONIFACIUS.

I. CRedebamus, poſt epiſtolas noſtras pro eccleſiaſticæ diſciplinæ obſervatione tranſmiſſas, omnibus aditum præſumtionibus præcludendum, cum ad conſultationem dilectionis tuæ præbuiſſemus debitum pro cauſſarum æſtimatione reſponſum; conſtituentes ea debere ſervari, quæ eccleſiaſtica exigit diſciplina. Sed quantum nunc tuæ ſanctitatis nobis relatio patefecit, apud pleroſque valuiſſe quod

a Pſalm. xxxv. 7.

1. Etiamnum Innocentii habemus epiſtolas XIII. XVI. & XVIII. eidem Rufo inſcriptas.

2. Supple provinciæ, ſcilicet Achajæ, cujus una cum ceteris Illyrici curam Rufo ab anno 412. demandatam eſſe liquet ex Innocentii epiſtola XIII.

3. Seu ab Achajæ epiſcopis, qui convenientes in unum, Perigenem Patrenſibus præficiendum atque ordinandum decreverunt, eumque tunc in epiſtola ſynodica ad apoſtolicam ſedem miſſa *ſanctum & inſtituti optimi qualitate pollentem* prædicarunt.

4. Perigenem Patrenſibus proprius metropolitanus, hoc eſt Corinthiorum antiſtes, epiſcopum ordinavit. Idcirco *in locum ordinatoris ſui* poſtea ſubrogatus mox dicitur.


5. Id quod Cæleſtinus papa epiſt. IV. num. 7. præcepit, *Nullus invitis detur epiſcopus; ſed cleri, plebis & ordinis conſenſus ac deſiderium requiratur*, antea uſu receptum fuiſſe cum hoc exemplo, tum aliis conſtat; adeo ut populus etiam ſibi ordinatum, quamvis inculpatæ vitæ, epiſcopum ſuſcipere minime cogeretur. Quo autem loco habendi eſſent epiſcopi illi ab eccleſiis quibus ordinati erant, rejecti, concilium Ancyranum can. 18. Antiochenum can. item 18. & Neocæſarienſe can. 36. præſcripſerunt.

6. Legendum videtur, *qui aliis fuerat ordinatus*. Socrates lib. 7. c. 36. aliquot prolaturus exempla, quibus epiſcopos aliquando transferri licere approbet, hoc primum ponit: *Perigenes Patris ordinatus fuerat epiſcopus: ſed quoniam ejus civitatis incolæ illum admittere recuſabant, Roma-*
D *næ urbis epiſcopus eum in metropolitana ſede Corinthi conſtitui juſſit, mortuo illius epiſcopo*. Sed ex occidente nullum aliud in medium affert. Anno 341. concilium Antiochenum can. 16. vetuerat, ne vacans epiſcopus in vacantem eccleſiam proſiliret *abſque integro perfectoque concilio*; ſimulque perfectum eſſe definierat illud concilium, *cui interfuerat metropolitanus antiſtes*. Si autem metropolitanus antiſtes cum ſua ſynodo vacantem eccleſiam vacanti epiſcopo tribuere jure potuit; id ipſum ſane licuit & Romano pontifici in ea provincia, quæ ad ſpecialem illius curam pertinebat. Eodem jure poſtea uſus eſt Felix II. papa, cum Joanni Talajæ Alexandrina civitate per Petrum Mongum pulſo, Nolanam eccleſiam vacantem, uti teſtis eſt Liberatus diac. c. 18. regendam dedit.

7. Integra fiet ſententia, ſi legatur in hunc modum: *Quare cum conſenſu eorum, qui illic auctoritatem ſedis apoſtolicæ repræſentabant* ſeu *repræſentant*. Sed hæc cum ſubne-
E xis ad finem ſubſequentis epiſtolæ pertinere, & quæ in eadem epiſtola toto numero 4. continentur, huc referenda eſſe jam alibi præmonuimus.

8. Si chronica epiſtolæ hujus nota, uti valde veriſimile eſt, cum antecedentibus ad ſuperiorem attinet; nihil erit unde tempus quo ſcripta eſt, certo definiamus, niſi quod ea quæ ab exordio ad principium num. 4. differuntur, nullum permittunt dubitandi locum, quin proxima epiſtola IV. poſterior ſit. Eum etiam illi ſervamus ordinem, quo in concilio Romano recitata eſt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ſcripſimus; apud quoſdam autem admonitionem noſtram inefficacem cognovimus fuiſſe. Nec hoc fraternitati tuæ poſſumus imputare, cum te anxium pro commiſſa tibi eccleſiarum ſolicitudine & rebus & litteris ſentiamus. Vigilantiæ tuæ laudamus induſtriam, qui ne videaris tibi commiſſa negligere, id non prætermittis litteris indicare, quod ſedis apoſtolicæ debeat cenſura corrigere: hunc te Dei noſtri habere profeſſus timorem, quem prudentiſſimo ineſſe convenit ſacerdoti; qui tunc tibi eſſe poterit glorioſus, ſi ea quæ curæ tuæ commiſſa ſunt, prodeſſe eccleſiis fuerimus experti. Intuetur enim te, ut epiſtolis tuis ipſe fideliter es locutus, beatiſſimus Petrus apoſtolus oculis ſuis, qualiter ſummi rectoris utaris officio. Nec poteſt tibi eſſe non proximus, qui paſtor dominicarum ovium eſt perpetuus conſtitutus; aut aliquam ubivis poſitam eccleſiam non curare, in quo univerſalis Eccleſiæ poſitum legimus fundamentum.

II. Te ergo, frater cariſſime, omnis cura reſpectat earum eccleſiarum, quas tibi vice ſedis apoſtolicæ a nobis creditas recognoſces: ut & prava corrigas, & diſſipata componas; & ſi quæ inter epiſcopos eveniant cauſſæ, ſub divini judicii timore [1] diſtinguas: ut creditis tibi a ſede apoſtolica gubernaculis contra omnes fluctus naſcentium procellarum juſte & prudenter utaris.

III. In notitiam ſingulorum, ad quos ante jam ſcripſimus quem deberent tramitem cuſtodire, noſtras te epiſtolas pertuliſſe dixiſti: quibus debitum ſe commodare conſenſum plurimi ſacerdotum ſacrarum traditionum memores ſunt profeſſi; quos fraterna caritate [2] complexi. Tales eſſe cognoſcimus coepiſcopum noſtrum Adelphium, vel fratrem Perigenem, cui beati ſermo concilii [3] jam dudum adſtipulator acceſſit. Ad epiſcopatus ſpeculam jam vocabat [4] Dei, inquam, ſententia, cujus beneficia ſæpe credimus eſſe contraria; & in adverſum

A vertimus, quæ poſt recognoſcimus profuiſſe. Quam rem confirmat negotii præſentis exemplum. Triſtis abſque dubio coepiſcopus noſter Perigenes fuit, cum eum nemo ſuſciperet ordinatum. Nonne huic hoc expediens erat, ut hunc civitate ſua Patrenſes populi unitæ voce contradictionis arcerent? Sed quanto [5] inclinatus fuit, cum eum ordinatum nemo ſuſcepit; tanto ſublimior nunc eſt, cum a ſuis poſcitur, qui ab externis fuerat refutatus. Evidens enim Dei manifeſtumque judicium, qui eum id temporis voluit præſtolari, quo mereretur huic eccleſiæ præſidere, in qua & natus aſſeritur & renatus.

IV. Frater [6] cariſſime, quoniam prudentiæ tuæ B injunctorum vel delegatorum pondus incumbit, [7] petitio ſupplicum vel diligentiæ tuæ electæ jam dudum vel vicinitatis ratione te reſpectat. Quam quidem petitionem non abſque admiratione perlegimus, propterea quod tuis epiſtolis privaretur. Omnibus eo quem res exigunt, ordine celebratis, aliqua ad nos ſcripta tranſmittas: nolumus enim coepiſcopo Perigeni noſtram paginam deſtinare prius, quam tuas accipiamus epiſtolas, cujus ordinationi videntur omnia delegata. Accelerabis id agere propter deſiderium poſtulantium. Melius enim noſſe dignaris, eos in hanc precem ſola, ut arbitror, erga religionem devotione fervere: maxime cum irreprehenſibiliter eum aſſerant per annos innumeros in presbyterii honore duraſſe, & non indebito C ſaltu, ſed ad ſummum gradatim veniſſe faſtigium. Cui ad plenitudinem confirmationis epiſcopatus ſui hoc ſolum reſidet, quod noſtros in honore ſuo necdum ſuſcepit affatus. Intelligere autem tuam non ambigo caritatem hoc non abſque admiratione, quod & huic videmur noſtram paginam non miſiſſe, [8] & ſupplicibus præbuiſſe reſponſum. Actum a nobis eſt, ut & apoſtolicæ ſedis auctoritas, & dilectionis tuæ honorificentia ſervaretur. [9] Data XIII. Kal. Octobr. Monaxio V. C. conſule.

[10] EPISTOLA VI.

AUGUSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI ad Bonifacium papam.

Auguſtinus, præmiſſo Bonifacii elogio, neceſſitatem exponit hæreticorum epiſtolis reſpondendi. Tum hoc opus ad illum potiſſimum, non ut diſceret, ſed ut examinaret, vel etiam emendaret, direxiſſe ſe ſignificat.

I. NOveram te quidem fama celeberrima prædicante, & frequentiſſimis atque veraciſſimis nuntiis quanta eſſes Dei gratia plenus acce- D peram, beatiſſime atque venerande papa BONIFACI. Sed poſtea quam te etiam præſentia corporali frater meus vidit Alypius, acceptuſque a te beni-

1. Labbeus *diſtringas* mallet. Sed ejus conjecturæ ne ſubſcribamus, vetat ſimilis locus Xyſti III. epiſt. X. n. 2. ubi is papa hanc Anaſtaſio epiſcopo Theſſalonicenſi poteſtatem dediſſe ſe ſcribit, ut *ſi quæ inter fratres naſcuntur actiones, diſtinguat atque definiat.*

2. Supple, *ſumus.*

3. A quo ſcilicet primum Patrenſibus epiſcopus fuerat ordinatus, uti epiſt. IV. n. 3. diſertius exponitur.

4. Si ſuppleamus heic, *cum Dei ſententia*, recte ſequetur, *Dei inquam.*

5. Subaudi *magis*. Heic autem *humilis*, id eſt quod humilis & abjectus.

6. Cum antecedentibus nulla ratione cohærent ſubnexa: ſed ſi eorum loco ſubſtituantur hæc ſuperioris epiſtolæ n. 4. *Quare conſenſu eorum qui illic auctoritatem ſedis apoſtolicæ repræſentant, eum in noſtrorum numerum recipimus*, &c. nihil erit quod non aptiſſime cohæreat.


7. In vulgatis, *petitionis ſupplicum ... vicinitatis ratione perſpectat*. Manifeſtum eſt, *petitionis* loco, *petitio* reſtituendum eſſe. Item *perſpectat*, pro *te reſpectat*, irrepſiſſe ſuadet illud num. 2. *Te omnis cura reſpectat earum eccleſiarum*. Duplici igitur ratione Corinthiorum petitionem ad Rufum attinere Bonifacius docet; prima ſpeciali, qua dudum ab Innocentio ad cognoſcendas hujuſmodi cauſſas jam electus fuerat; altera communi, quatenus Corinthiis vicinus erat metropolitanus.

8. Forte *nec*.

9. Septemb. 19. ann. 419.

10. Scripta anno 420. Eſt quidem exordium librorum quatuor, quos Auguſtinus contra duas epiſtolas Pelagianorum conſcripſit, & Bonifacio nuncupavit: ſed nihil vetat quo minus appelletur epiſtola, maxime cum & epiſtolari ratione concinnatum ſit, & epiſtolæ nomine donari ſoleant hujuſmodi dedicationes. Ideo autem Auguſtinus opus in quo duas Pelagianorum epiſtolas confutat, Bonifacio di- E candum duxit, quia illas epiſtolas ſibi ab eodem papa tranſmiſſas acceperat. Eas nimirum Bonifacius Alypio tradens Roma in Africam revertenti, ipſi Auguſtino cujus nomen, ut lib. 2. Retr. c. 61. meminit, *calumnioſe interpoſitum offendebat*, noluit latere. Unde tempus colligere eſt, quo hæc epiſtola cum reliquo opere adornata ſit. Alypius enim ſub finem anni 419. Roma reverſus dicitur. Et ordo quidem quem in libris Retractationum Auguſtini obtinet hæc lucubratio, ſuadet eam ad annum 420. pertinere. Eam quoque per Alypium ad Bonifacium miſſam eſſe Julianus ad Auguſtinum lib. 1. op. imperf. c. 85. pro certo ponit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



gnissime ac sincerissime mutua miscuit dictante dilectione colloquia, tecumque convivens, & parvo licet tempore, magno tibi junctus affectu, se simul & me refudit animo tuo, teque mihi reportavit in suo, tanto major me tuæ sanctitatis est facta notitia, quanto certior amicitia. Neque enim dedignaris, qui non alta sapis, quamvis altius præsideas, esse amicus humilium, & amorem rependere impensum. Quod est enim aliud amicitia, quæ non aliunde quam ex amore nomen accepit, & nusquam nisi in Christo fidelis est, in quo solo esse etiam sempiterna ac felix potest? Unde & accepta per eum fratrem, per quem te familiarius didici, majore fiducia, ausus sum aliquid ad tuam beatitudinem scribere de his rebus, quæ hoc tempore episcopalem curam, si qua in nobis est, ad vigilantiam pro grege dominico stimulo recentiore solicitant.

II. Novi quippe hæretici, inimici gratiæ Dei, quæ datur pusillis & magnis per Jesum Christum Dominum nostrum, etsi jam cavendi evidentius apertiore improbatione monstrantur, non tamen quiescunt scriptis suis minus cautorum vel minus eruditorum corda tentare. Quibus utique esset respondendum, ne se vel suos in illo nefando errore firmarent, etiamsi non metueremus ne quemquam catholicorum verisimili sermone deciperent. Cum vero non desinant fremere ad dominici gregis caulas, atque ad diripiendas tanto pretio redemtas oves, aditus undecumque rimari, communisque sit
A omnibus nobis, qui fungimur episcopatus officio, (quamvis ipse in ea præemineas celsiore fastigio) specula pastoralis: facio quod possum pro mei particula muneris, quantum mihi Dominus adjuvantibus orationibus tuis dare dignatur, ut pestilentibus & insidiantibus eorum scriptis medentia & munientia scripta prætendam, quibus rabies qua furiunt, aut etiam ipsa sanetur, aut a lædendis aliis repellatur.

III. Hæc autem, quæ duabus epistolis eorum respondeo, uni scilicet quam [1] dicitur Romam misisse Julianus, credo ut per illam quos posset suos aut inveniret aut faceret, alteri autem, quam de-
B cem & octo velut episcopi participes ejus erroris, non ad quoslibet, sed ad loci ipsius episcopum sua calliditate tentandum, & ad suas partes, si posset fieri, traducendum, ausi sunt Thessalonicam scribere: hæc ergo quæ istis, ut dixi, duabus epistolis illorum ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discenda, quam examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui. Indicavit enim mihi frater meus, quod eas illi dare ipse dignatus es, quæ in tuas manus, nisi vigilantissima diligentia fratrum nostrorum filiorum tuorum, venire non possent. Ago autem gratias sincerissimæ in nos benevolentiæ tuæ, quod eas me latere noluisti litteras
C inimicorum gratiæ Dei, in quibus reperisti nomen meum calumniose atque evidenter expressum.

[2] E P I S T O L A VII.

Seu [3] supplicatio ut constituatur a principe, quatenus in urbe Roma per ambitum numquam pontifex ordinetur.

BONIFACIUS episcopus HONORIO augusto.

Ecclesiæ meæ [4], cui Deus noster meum sacerdotium vobis res humanas regentibus deputavit, cura constringit, ne caussis ejus, quamvis adhuc corporis incommoditate detinear, [5] conventus a sacerdotibus universis & clericis, & Christianæ plebis perturbationibus agitatus, apud aures Christianissimi principis desim. [6] Si quid enim secus quam oportet eveniat, non vos id facere, qui cuncta æqua moderatione componitis; sed nos, per nostram tacentes desidiam, videbimur quod civitatis quietem & Ecclesiæ pacem pervertere valeat admisisse. Cum enim humanis rebus divinæ cultor religionis Domino favente præsideas; nostra culpa erit, si non id sub vestra gloria, quam certum est
D divinis semper rebus animo promtiore favisse, firmo & stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit, [7] id

1. Hanc Juliano suam esse infitianti, Augustinus lib. 1. op. imperf. c. 18. istud respondere satis habuit: *Sed si eam non agnoscis, ecce non sit tua*.

2. In Gratiani decreto dist. 97. c. 1. tota descripta est. Exstat quoque in collectione Dionysii Exigui, Hadr. Hispana, Isidori, & alia Langobardicis litteris exarata. His in collectionibus superiori epistolæ III. anni 419. mense Junio consignatæ antefertur. Sed nihil inde juvatur opinio Baronii, qui hanc ad eumdem annum refert. Si enim anno 419. esset scripta, cum eam mense Julio datam esse constet, ut epistolæ mense Junio consignatæ postponeretur, temporis ratio postulabat. Si etiam occasionem qua scripta est, expendamus, eam ad annum 419. pertinere non posse facile conficietur. Illam quoque scripsit Bonifacius rogatu omnium sacerdotum ac clericorum suorum, qui *longa incommoditate* atque ægritudine ipsius territi, dum ejus vitæ metuerent, ne Eulalii recrudesceret schisma prospiciendum duxerunt. Quamvis enim convalescere mox cœperit, nihil tamen censuit differendum, quo minus ecclesiæ unitati ac paci in posterum consuleret. At vero in superiori epistola III. nihil deprehenditur, quod pontificem *longa incommoditate* laborantem spiret. Hæc igitur qua de agimus, citius 1. die mensis Julii anni 420. consignari nequit. Cum solemni probatissimorum sacerdotum legatione missa est.

3. Argumenti hujus quod Dionysius Exiguus concinnavit, veritatem Honorii rescriptum probat.

4. In ms. Navar. heic additur *Romanæ*: quod e marginali nota in textum videtur translatum. Hinc factum apud Merlin. *ecclesiæ me Romanæ*.

5. Editi cum coll. Dion. Hadr. Hispan. & Isid. *propter conventus qui a sacerdotibus .... agitantur*: optimi codicis Colb. Langob. auctoritate castigantur. Neque vero qui essent illi *conventus a sacerdotibus universis & clericis & Christianæ plebis perturbationibus* agitati, facile quis explicet: maxime cum Symmachus Bonifacio quamtumvis infestus, acceptis imperialibus edictis quibus hunc pontificem in urbem revocare jubebatur, ad Honorium rescripserit: *Tam grata universis quæ jussa sunt exstitere, ut hoc & ordo amplissimus, & Romanus populus comprobaret .... Tantus fervor & lætitia totius exstitit civitatis, ut scilicet religionem redditam, & præstitam quietis securitatem omnes gratulatione congrua testarentur .... Nec jam aliqua dissensio remanet populorum, & omnes divino judicio & majestatis vestræ acquieverunt voluntati. Cessantibus ergo studiis omnes quod præcepto Dei admoniti statuistis, sentire cœperunt*. Ita rescribebat Symmachus sacræ epistolæ, quam anno 419. die 8. Aprilis acceperat. Ubi igitur cessarant partium studia, schismaticos illos conventus agitare potuisse quis intelligatur? Sed & de unis perturbationibus prævertendis quæ accidere in posterum possent, Bonifacium, cum a clero conventus ac rogatus esset, solicitum fuisse tota supplicationis ipsius series atque imperatoris rescriptum persuadent.

6. In vulgatis, ut in scriptis Hadr. & Isid. exemplis, *si quidem*: verius in ms. Colb. Langob. ut in sincero Dion. exemplari Regio, *Si quid enim*.

7. In exemplaribus Dion. & Hadr. *id est licitis*, nisi quod

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



eſt ethnicis, & ſub veſtræ imperio clementiæ minime quæ ſunt illicita formidentur. Ipſa enim [1] eccleſia devotionem tuam, Chriſtianiſſime imperator, meo quidem ſermone, ſed ſuo [2] venerabilis appellat affectu, quam Chriſtus Deus noſter, veſtri fidus rector & gubernator imperii, [a] uni deſponſatam ſibi & intactam virginem ſervat, ne in eam aliquos patiamini inſidiantium procellarum fluctus illidi, & quietam faciem tempeſtatis inſolitæ tumore turbari, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator auguſte. Ipſa ergo, quæ uni deſponſata, veſtra tamen mater eſt, eccleſia hac pietatem veſtram legatione quam ſuis ſacerdotibus commiſit, appellat, præterita [3] præſentiaque repetit. Vobis, inquit, religioſe imperantibus, [4] modo tutus eſt populus, tam fidus Deo, quam tibi, [5] principi Chriſtiano. Ecce enim inter ipſa myſteria, inter preces ſuas quas pro veſtri felicitate dependit Imperii, teſte apud quem & de cujus ſede agitur ſancto Petro, ſolicitis pro religionis obſervantia vocibus clamat: cum ſolicita petitione miſcetur oratio, ne [6] hos in varias res ſemel evulſa diſtrahat a cultu ſolito, tentatore ſolicitante, diſcordia. [7] Ageret pluribus, princeps Chriſtianiſſime, niſi apud te ſuarum eſſet ſecura cauſſarum, & in oppreſſionibus idolorum, in hæreticorum correctionibus, fide tua, divino cultu pariter cum imperio ſemper florente viciſſet. Habet refugium, tuæ manſuetudinis animum cum ſuæ religionis veneratione conjunctum: cum quidquid huic proficiat, vos agatis, [8] conferatis fratribus & conſacerdotibus meis, probatiſſimis viris, a me & ab omnibus qui eccleſiam faciunt [9] iſtam, ad te legatis: quibus, precamur, ſacræ cauſſam religionis proſequentibus, in urbe veſtræ manſuetudinis hoc animo quo poſtulatis adnuitis, in perpetuum ſtatui univerſalis eccleſiæ conſulatis. Data Kalendis Julii [10].

[11] EPISTOLA VIII.

Seu Reſcriptum Honorii auguſti ad Bonifacium papam, in quo ſtatuit, ut ſi denuo Romæ duo epiſcopi ordinati fuerint, ambo de civitate pellantur.

Victor HONORIUS, inclitus triumphator, ſemper auguſtus, ſancto ac venerabili BONIFACIO papæ Urbis [12] æternæ.

SCripta beatitudinis tuæ debita reverentiæ gratulatione ſuſcepimus; [13] quibus recenſitis, egimus omnipotenti Deo maximas gratias, quod ſanctimoniam tuam poſt longum incommodum optatæ redditam didicimus ſanitati. Et ideo [14] revertentibus venerabilibus viris, gaudium noſtrum ſacrorum apicum atteſtatione ſignamus, [15] ac petimus ut quotidianis orationibus apoſtolatus tuus ſtudium ac votum ſuum circa ſalutem atque imperium noſtrum dignetur impendere. Illud autem pietati noſtræ ſatis placuiſſe cognoſce, quod ſanctimonia tua de eccleſiarum aut populi perturbatione ſolicita eſt. Quæ ne aliqua ratione poſſit evenire, ſatis clementia noſtra credidit eſſe proviſum. Denique prædicante beatitudine tua id ad cunctorum clericorum notitiam volumus pervenire, ut ſi quid forte religioni tuæ, quod non optamus, humana ſorte contigerit, ſciant omnes ab ambitionibus eſſe ceſſandum. Ac ſi duo forte contra fas temeritate [16] certantum fuerint ordinati, nullus ex his futurum penitus ſacerdotem; ſed illum ſolum in ſede apoſtolica permanſurum, quem ex numero clericorum nova or-

a II. Cor. xi. 2.

in uno Harlæo ſuperſcriptum eſt, *vel ideo licitis*. Iſid. poſt Hiſp. coll. ſubſtituit, *id eſt, ut fidens utatur licitis*: quod & Merl. arripuit. Edit. alii de ſuo poſuerunt, *id eſt, ut fidens utar licitis*. Solus Gratianus exhibet, *id eſt, ut licita ſerventur*. In Langob. codice Colb. exſtat, *id eſt de licitis*. Unde conficiendum nobis viſum eſt, *id eſt ethnicis*. Ad hunc Bonifacii locum Honorius exigit verba ſua, cum epiſt. X. ſcribit: *Ne ſub principibus Chriſtianis Romana perdat eccleſia, quod aliis imperatoribus non amiſit*.

1. In ms. Colb. Langob. deſideratur *eccleſia*.

2. Ita ſincerum Dion. exemplar Regium cum Colb. At aliis in libris *venerabili*. Tum duo mss. coll. Iſid. *appellat affatu*.

3. *Præterita* interpretari licet quæ ſub Damaſo Urſini factione, & *præſentia* quæ noviſſimo Eulalii ſchiſmate mala paſſa eſt eccleſia.

4. In vulgatis poſt Iſid. *Crevit meus qui modo tuus eſt populus*: gloſſema a Bonifacii mente alienum, quod ex Dion. aliiſque potioribus mss. caſtigatur. De ſecuritate populo præſtita, non de ipſius populi incremento heic ſermonem eſſe firmatur ex iis, quæ Symmachus ſtatim poſt pacatum ſchiſma ſcripſit, quei *religionem redditam & præſtitam quietis ſecuritatem omnes* gratularentur, luculenter exponens.

5. Sic ſinceriores mſs. At unus Harlæus, *qui eſtis principes Chriſtiani*. Navar. *qui es princeps Chriſtianorum*. Duo alii, *princeps Chriſti*. Merl. *qui es princeps Chriſti*. Ceteri libri, *qui es princeps Chriſtianus*.

6. Poſteriores edit. concil. *ne nos*, & infra poſt Merl. *diſcordias* pro *diſcordia*. Gratianus vero ita decurtavit ac perſtrinxit hunc locum: *ne humanas res ſolito tentatore occulto* (ſeu *occulte*) *ſolicitante ſemel evulſa diſcordia diſtrahat*. Pronomen *hos* ad populum referre licet.

7. Editi, excepto Merl. *Augeretur pluribus, princeps Chriſtianiſſime, mater eccleſia, niſi*: caſtigantur auctoritate mss.

8. In vulgatis poſt Crab. *agatis & conferatis*: nullo ſuffragante ms. niſi quod in uno Harlæo ſecundis curis ſuperadditum eſt *&*

9. Merl. *iſta munda legatione*. Editi ceteri, *iſtiuſmodi legatis*. Vetuſtior ms. Colb. *iſta mandat legatio*. Reliqui veteres codices, *iſta munda legatio*. A mss. lectione propius abeſt quam reſtituimus. Illam etiam poſtulat orationis ſeries. Nam, ut in exordio Bonifacius declarat, ipſe conventus ac rogatus a ſacerdotibus univerſis & clericis eccleſiæ ſuæ hanc legationem ad Honorium deſtinavit. Prudens autem non ſolum ſuo, ſed & omnium qui eccleſiam ſuam faciebant, nomine legationem mittit; quia liberam ſucceſſoris ſui electionem poſtulans, rem petebat quæ totius eccleſiæ ſuæ omnino intererat.

10. 1. Julii ann. 420.

11. In iiſdem veteribus collectionibus, in quibus ſuperior, ac præterea in Vaticano exemplari aſſervatur hæc epiſtola. Ex iis quæ Honorius in Bonifacii & Eulalii cauſſa ſeu precibus, ſeu litteris ac relationibus ad ſe Roma miſſis reſcripſit, tempus quo hæc ſcripta eſt, conjicere licet. Cum enim is imperator omnibus illis ſcriptis intra ſeptem dies aut non multo ſerius reſcripſiſſe reperiatur; eum etiam, quin hoc reſcriptum daret, menſem Julium anni 420. elabi non ſiviſſe merito cenſeamus.


12. Merlin. ut in mss. Iſid. *urbis Romæ*.

13. In ms. Vatic. *ſuſcepimus, omnipotenti Deo maximas gratias referentes quod*.

14. Codex Remig. coll. Hadr. ab antiqua manu 2. *reverentibus*: quam correctionem ſecutus eſt qui Laudunenſem ex eo deſcripſit. Eadem lectio & in mss. Iſid. & apud Merl. obtinet, quamvis vox ſequens eam excluſiſſe debuiſſet.

15. In ms. Vatic. deeſt *ac petimus*.

16. Ita cum Gratiano & Merlino mss. noſtri, niſi quod in uno Colb. *certatim*. At editi alii, *certantes*, omiſſo *forte*, quod antiquioris ms. Colb. auctoritate revocatur. Ad Honorii legem quod attinet, erat quidem illa ad ambitioſos deterrendos idonea; ſed eadem ad excludendos bonos abuti poterant pacis inimici. Sane ſi antea valuiſſet, Bonifacium ipſum ac Damaſum inter pontifices ſuos Roma non recenſeret. Sed quædam interdum exigit temporum iniquitas, quæ, hac ſublata, prudenter removentur.



dinatione divinum judicium & universitatis consensus elegerit. Unde id [1] observandum est, ut omnes tranquillam mentem & pacificos animos ex sereni- A tatis nostræ admonitione custodiant, nec aliquid seditiosis conspirationibus tentare conentur, cum certum sit, nulli partium [2] sua studia profutura.

[3] EPISTOLA IX.

Qua ecclesiæ Constantinopolitanæ jura in Illyricum propagantur.

THEODOSIUS aug. [4] PHILIPPO Pf. P. Illyrici.

OMni innovatione cessante, vetustatem & canones pristinos ecclesiasticos qui nunc usque tenuerunt, per omnes Illyrici provincias servari præ- B cipimus: ut si quid dubietatis emerserit, id oporteat non absque scientia viri reverentissimi sacrosanctæ legis antistitis urbis Constantinopolitanæ, quæ Romæ veteris [5] prærogativa lætatur, conventui sacerdotali sanctoque judicio reservari. Dat. prid. Id. Jul. Eustathio & Agricola coss. [6]

[7] EPISTOLA X.

Seu Exemplar epistolæ piissimi imperatoris Honorii ad Theodosium augustum:

Ut superiorem constitutionem abroget.

OMnibus quidem caussis, in quibus nostrum postulatur auxilium, intercessionem apud aures tuæ clementiæ negare non possumus: sed his majorem necessario curam studiumque debemus, quibus sanctæ sedis apostolicæ desideria continentur. Nam cum favore divino nostrum semper gubernetur imperium; procul dubio illius urbis ecclesia speciali nobis cultu veneranda est, ex qua & Romanum principatum accepimus, & principium sa- C cerdotium [8]. Si quidem nihil aliud a pietate nostra postulaverit missa legatio, nisi quod catholicæ fidei disciplinæ & æquitati concordet. Petit enim ut hæc privilegia quæ dudum a patribus [9] constituta usque ad tempora nostra servata sunt, inconcussa perdurent. In qua parte respicit serenitas tua, nihil vetustis [10] decretis, si quæ canonum conscripta sunt regulis, penitus derogandum; nec tot jam sæculorum reverentiam novellis præjudiciis sauciandam, domine. Unde majestas tua, recensitis nostræ pietatis affatibus, Christianitatis memor quam pectoribus nostris misericordia cælestis infundit, universis remotis quæ diversorum episcoporum [11] subreptionibus per Illyricum impetrari dicuntur, antiquum ordinem præcipiat [12] custodiri: ne sub principibus Christianis Romana perdat ecclesia, quod aliis imperatoribus non amisit.

1. Corb. ms. coll. Hadr. *Unde sedulo servandum est.* Unus Harl. secundis curis, *Unde id vo'o servandum esse*. Navar. *Unde id observandum esse vola.* Sincerior est vulgata lectio, eique plerique mss. adstipulantur.

2. In ms. Vatic. desideratur *sua*.

3. Ex Cod. Theod. lib. 16. tit. 2. leg. 45. & Cod. Justin. lib. 1. tit. 2, leg. 6. hanc epistolam, ut quæ duabus subsequentibus occasionem præbuerit, heic repræsentare visum est operæ pretium. Eam Attici persuasione datam esse Baronius ad annum 421. putat. Et alia quidem lex, ne videlicet in Hellesponto aliisve regionibus præter sententiam episcopi Constantinopolitani ulla fieret sacerdotis ordinatio, teste Socrate lib. 7. c. 28. solius Attici personæ concessa, hunc episcopum ab ambitione immunem non fuisse argumento est. Theodosius tamen epist. X. constitutionem hanc non tantum Attici, sed & *supplicantium episcoporum per Illyricum* precibus sibi subreptam fatetur.

4. Ad eumdem Philippum alia legitur constitutio Cod. Th. lib. 16. tit. 7. leg. 21.

5. Ea veteris Romæ prærogativa est, ut sit apostolica sedes. At civitas CP. ut Gelasius epist. IX. n. 6. loquitur, nullum inter sedes nomen accepit. Immo neque ex regis præsentia ullam ecclesiis prærogativam accedere idem papa epist. XXIII. n. 10. asserit. Eam autem qua Romanum pontificem gaudere Nicæna synodus can. 6. observat, antistiti CP. heic attribui obscurum non est. Quam novitatem a Theodosio admitti eo magis est mirum, quod in hoc ipso edicto omnem innovationem cessare se velle praeloquitur.

6. Ann. 421. Jul. 14.

7. In Romano concilio, quod Lucas Holstenius in lucem emisit (*Collect. Rom.* p. 81.) hæc episto a subnexumque Theodosii rescriptum post tres ultimas Bonifacii nostri epistolas recitata sunt. His duobus monumentis suus heic locus merito datur, utpote quæ Bonifacio petente ad apostolicæ sedis jus vindicandum conscripta sint. Etsi tempus quo scripta sunt, non notetur, illud tamen ex superiore constitutione conjectare licet. Ubi enim hæc promulgari cœpit, valde probabile est Bonifacium minime quie- D visse, donec Honorii ope tam iniqua constitutio rescinderetur. Quocirca hæc tria scripta haud magno intervallo distrahenda sunt. Certe separanda non videntur, quæ re ac materia adeo sunt conjuncta.

8. Supple, *accepit*.

9. Etiam sub gentilibus imperatoribus, ut in epistolæ hujus clausula innuitur. Unde arguere liceat Romani episcopi jus in Illyricum non a Damaso cœpisse.

10. Hæc opponit Honorius Theodosii dictis, quibus *vetustatem & pristinos canones* vindicare se jactitabat.

11. Thessaliæ videlicet, qui vel Rufo invidebant concessam dignitatem, vel Attico occulte favebant.

12. Bonifacius epist. VII. ad Honorium scripserat, *Firma & stabili jure custodiatur, quod per tot annorum seriem & sub illis etiam principibus obtinuit, quos nulla nostræ religionis cura constrinxit;* ac forte similia in libello quo ejusdem imperatoris intercessionem imploravit, repetierat. Certe hujusmodi verba ipse Honorius heic videtur imitari.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
419.



[1] EPISTOLA XI.

Seu Rescriptum Theodosii augusti ad Honorium augustum.

Se præcepisse ut remotis quæ sibi subrepta fuerant, illæsa servarentur Romani antistitis per Illyricum privilegia.

DIgnum meretur judicium, quisquis perennis A principis affatus ad nostram videtur deferre clementiam, domine sancte pater auguste venerabilis; tum præcipue Christianæ religionis intuitu, quæ venerandis sensibus majestatis tuæ ita infusa est, ut per nostra corda latius porrecta servetur. Deus enim auctor ideo [2] præsules fecit Christianorum principum posteros, ut omni subreptione frustrata, id quod a majoribus nostris constitutum est reservetur. Et quamquam non solum in iis quæ divina suffragia incorrupta servarunt, affatus perennitatis tuæ a nobis observentur affectu celeri omnique veneratione suscepta, tum præcipue hæc res; quia sæculi totiusque regni nostri sospitatem illius inclytæ urbis nomen hactenus servat. Unde omni supplicantium episcoporum per Illyricum subreptione remota, statuimus observari quod prisca apostolica disciplina & canones veteres eloquuntur. Super qua re, secundum formam oraculi perennitatis tuæ, ad viros illustres præfectos prætorii Illyrici nostri scripta [3] porreximus, ut cessantibus episcoporum subreptionibus, antiquum ordinem specialiter faciant custodiri: ne venerabilis ecclesia sanctissima Urbis privilegia a veteribus constituta amittat, quæ perenne nobis sui nominis consecravit B imperium.

[4] EPISTOLA XII.

Bonifacii papæ I. ad Hilarium Narbonensem episcopum.

Ut in unaquaque provincia nemo, contemto metropolitano, episcopus ordinetur.

BONIFACIUS episcopus urbis Romæ, HILARIO episcopo Narbonensi [5].

I. DIfficile [6] quidem fidem querimoniis commodamus, quarum sacerdotes Domini pulsat intentio, maxime cum eos loquuntur quidpiam contra patrum statuta tentasse: sed frequenter has asferit, sicut nunc, multitudo caussantium. Ecce enim, ut caritas tua recognoscit ex subditis, [7] Lutubensis ecclesiæ cleri ordo, vel plebis, preces suas & lacrymas ad nos, quantum datur intelligi, magno cum dolore miserunt, dicentes, coepiscopum nostrum Patroclum, [8] sua petitione cessante, in lo- C cum decedentis episcopi, nescio quem in [9] aliena

1. Ex Holstenii Collect. Rom. pag 83.

2. Vopiscus in Probo, Aureliani aug. ad Probum nondum imperatorem scribentis hæc verba recitat de decimanis: *Illi enim sunt qui quadam felicitatis prærogativa* PRÆSULES, *nisi futuros principes habere non norunt*. Jul. Capitulinus in M. Antonio philosopho: *Fuit in eo sacerdotio & præsul & vates*. Lampridius quoque in Juliano meminit *præsulum regendæ reipublicæ* ab illo imperatore factorum. Ita HOLSTENIUS, qui & Christianis principibus ab ecclesiasticis scriptoribus eamdem præsulis appellationem tributam observat. Re ipsa Gelasius papa epist. XIV. imperatorum constitutionem indicans, de ea sic loquitur: *Præsulum nostrorum auctoritas emanavit*. Et hi quidem *præsules* non immerito dicuntur, quia præsunt reipublicæ, sicut episcopi vocantur præsules, quia præsunt ecclesiæ.

3. Exciderunt scripta illa, tantumque in Theodosii ac Justiniani Codicibus exstat præceptum superius allatum, quod his rescissum fuit. Sed illorum veritatem vel id maxime firmat, quod Bonifacii successores pristinum jus in Illyrici provinciis sine ulla controversia retinuerunt.

4. Non tantum in collectionibus Dion. Hadr. Hispana, Isidori Mercatoris, sed & in Codice canonum quem Pasch. Quesnellus edidit, habetur. Colbertinum hujus Codicis exemplar hanc in Indice generali præ se fert falsam inscriptionem: *Bonifacii papæ ad Hilarium episcopum Narbonensem de Patroclo episcopo Luthebensi*. Verior ista foret: *de Patroclo Arelatensi, qui Lutubensem episcopum præter canones ordinavit*. Summam retinemus, quam Dionysius Exiguus ei præfixit. Privilegia Patroclo a Zosimo concessa Bonifacius hac epistola ita rescindit, ut nec illorum, nec decessoris sui a quo concessa erant, mentionem faciat. In eo, quod metropolitanis jus a canonibus attributum restituat, a Cælestino epist. IV. n. 6. laudatur.

5. In vulgatis secundum Isid. heic additur *salutem*, quæ vox abest ab antiquiorum collectionum exemplis.

6. Editi, *Difficilem*, &c. Colb. ms. *Difficile quorumdam fidem qu:rimoniæ commodamus*. Reg. *Difficile quidem querimoniis cred dimus*.

7. Merl. *Lucubensis*. Crab. *Luctenensis*.

8. Hæc citat Cælestinus epist. IV. n. VII. Vetustior codex Colb *suas petitiones cassante*. Verior est aliorum librorum lectio, ex qua confirmatur usus, ne populis, *sua petitione cessante*, id est, *præter petitionem suam*, episcopus ordinaretur, aut illi sic sibi ordinatum accipere inviti cogerentur.

9. Sirm. & Lab. cum antiquiore ms. Colb. *in alia*. Alter Colb. *ex aliena*, minus apte. Quamvis enim istud quoque vetent canones, ne ex aliena provincia, nisi in propria desit dignus, episcopus quæratur; de sacerdotibus tamen in aliena provincia non ordinandis tota nunc controversia est. Jam cum Patroclo, quod in aliena provincia sacerdotes ordinasset, ut in epistola VI. Zosimi n. I. habetur, expostularat Hilarius Narbonensis, *asserens in aliena provincia ab alio non debere fieri sacerdotes*. Cumque subinde unus e Patrocli successoribus Hilarius idem sibi privilegium arrogasset, hunc Leo epist. XI. n. 7. corripuit his verbis: *Quid sibi Hilarius quærit in aliena provincia, & id quod nullus decessorum ipsius ante Patroclum habuit, quid usurpat?* In toto hoc negotio quædam fuit apostolicæ sedis judiciorum species seu forma diversa. Primo enim Nar- D bonensis antistes episcoporum in provincia Narbonensi I. ordinandorum potestatem consecutus erat, ut e Zosimi epistola VI. n. I. discimus. Tum is papa mox dicta epist. VI. hoc illi jus sustulit, ac transtulit in episcopum Arelatensem. Exinde Bonifacius abrogato Patrocli privilegio, Hilario Narbonensi episcopo ablatum jus restituit; quod & sequentes pontifices, ac nominatim Leo epist. XI. n. 7. confirmarunt. In hac tamen diversitate omnes in unam conspirasse deprehenduntur sententiam: quatenus sedulæ canonum observationi inhærendum esse una voce conclamarunt. *Apud nos*, inquit Zosimus epist. V. *inconvulsis radicibus vivit antiquitas, cui decreta patrum sanxere reverentiam*. In eo quoque & nunc Bonifacius, & postea Cælestinus ac Leo cum illo concordarunt. Nam & ipsi se se canonum vindices summo consensu profitentur. Et vero Zosimus privilegium controversum Patroclo non adjudicavit, nisi postquam is decessores suos illo semper gavisos esse iis pro- E baʋit argumentis, quæ Hilarius Narbonensis confutare tum non valuerat. At si præsul idem postea, resumtis spiritibus, neminem ante Patroclum illud sibi arrogasse fidem fecit minime mirum est eum impetrasse, ut id privilegii, sublata caussa propter quam indultum fuerat, revocaretur atque abrog·retur. Zosimi ea de re judicium etiamnum defendit Pasch. Quesnellus Differt. 5. in Leonem. Ab adversa autem parte stant Baronius ad ann. 418. & 422. Petrus Marca lib. de primatu §. 71. ejusque continuator Steph. Baluzius lib 5. de concord sacerd. & imp. c. 30. nec non Tillemontius tom. 10. pag. 681. & seqq.

provincia prætermiſſo metropolitano contra patrum regulas ordinaſſe. Quod nequaquam poſſumus ferre patienter : quia convenit nos paternarum ſanctionum diligentes eſſe cuſtodes. Nulli etenim videtur incognita ſynodi conſtitutio Nicænæ, quæ ita præcipit, ut eadem [1] proprie verba ponamus. Per unamquamque provinciam jus metropolitanos ſingulos habere debere, nec cuiquam duas [2] eſſe ſubjectas. Quod illi, quia aliter credendum non eſt, ſervandum ſancto Spiritu ſuggerente ſibimet cenſuerunt.

II. Unde, frater cariſſime, ſi ita res ſunt, & eccleſiam ſupra dictam provinciæ tuæ limes [3] includit, noſtra auctoritate commonitus, quod quidem facere ſponte [4] deberes, deſideriis ſupplicantium & voluntate reſpecta, ad eumdem locum in quo ordinatio talis celebrata dicitur, metropolitani jure munitus, & præceptionibus noſtris fretus, accede : intelligens arbitrio tuo ſecundum regulas patrum quæcumque facienda ſunt a nobis eſſe conceſſa; ita ut peractis omnibus, apoſtolicæ ſedi quidquid ſtatueris te referente clareſcat, cui totius provinciæ [5] ordinationem liquet eſſe mandatam. Nemo ergo eorum terminos audax temerator excedat, nec aliquis in illorum contumeliam partibus ſuis, quæ ſibi [6] non videntur conceſſa, defendat. Ceſſet hujuſmodi preſſa noſtra auctoritate præſumtio eorum, qui ultra licitum ſuæ limitem dignitatis extendunt. Quod idcirco dicimus, ut advertat caritas tua, adeo nos canonum [7] præcepta ſervare, ut ita conſtitutio quoque noſtra definiat, quatenus metropolitani ſui unaquæque provincia in omnibus rebus ordinationem ſemper exſpectet. [8] Data V. Idus Febr. dominis noſtris Honorio XIII. & Theodoſio X. augg. conſs.

[9] EPISTOLA XIII.

Rufum de conceſſa ſibi vicarii beati Petri dignitate ac munere Bonifacius admonet, communicatque cum eo, & quid circa varia quæ illis in partibus agitantur negotia, ad Theſſalos ſcripſerit, & quid ipſi agendum reſtet.

Dilectiſſimo fratri RUFO BONIFACIUS.

I. RETRO majoribus tuis ſuper provinciis apoſtolicæ ſedis injunctum diligenter a tua caritate debet impleri. Cauſſæ etenim eccleſiarum per eas provincias poſitarum pervigili ſunt circumſpectione curandæ. Ita quippe vice ſua beatus apoſtolus Petrus eccleſiæ Theſſalonicenſi cuncta commiſit, ut intelligat ſe ſolicitudinem manere multorum : quam minorem facere nova [10] quæ vires

1. Apud Baron. ut in uno ms. Harl. *propria*. Queſnellus Diſſert. 12. c. 7. pro *proprie* reſtituendum putat *prope*. Sed neque ipſe in Nicænis canonibus aut verba quæ a Bonifacio laudantur, aut *prope eadem* invenit. Immo neque unde excerpta ſint, inter eruditos convenit. Alii quippe e canonibus qui exciderint, deſcripta eſſe arbitrantur. Alii multo plures Nicænum canonem 6. heic indicari exiſtimant. Adverſus quos mox memoratus vir clariſſimus ibid. cap. 6. *Nec ego*, inquit, *hunc notari puto : de majoribus enim diœceſeon primatibus magis agit, quam de metropolitanis provinciarum epiſcopis. At de his*, infit, *ordinariis metropolitanis provinciarum epiſcopis ſermo eſt in canone 4. qui eſt de ordinatione epiſcoporum*. Verum neque iſte canon 4. etiam ex collectione quam *canonum eccleſiæ Rom. Codicem* inſcripſit, *verba prope eadem*, atque ea quæ Bonifacius heic laudat, exhibet. Ita nempe illic enuntiatur : *Epiſcopum oportet maxime quidem ab omnibus qui ſunt in provincia ordinari .... Poteſtas ſane vel confirmatio pertinebit per ſingulas provincias ad metropolitanum*. Ad nos quod attinet, licet hunc canonem 4. a Bonifacio laudatum non negemus, nihil tamen vetare arbitramur, quo minus idem papa reſpexerit ſimul & ad eam canonis 6. partem, quæ in pervetuſto codice Foſſat. nunc Colb. ſub hoc titulo, *De infirmanda ordinatione, quæ ſine conſenſu metropolitani fit*, ita exprimitur : *Per omnia autem manifeſtum eſt hoc, quod ſi quis præter voluntatem metropolitani epiſcopi fuerit ordinatus, hunc ſtatuit hæc ſancta ſynodus non debere eſſe epiſcopum*. In illo etiam Codice quem Queſnellus edidit, eadem eſt canonis 6. in duos diſtinctio, atque iiſdem verbis poſtrema ejus pars effertur. Certe viro docto ægre concesſerimus, hac poſtrema parte unam ſedium quas ſubinde patriarchales vocarunt, non ceterarum metropoleon præſcribi poteſtatem. De intelligentia autem verbi *proprie* hæc noſtra conjectura eſt, Zoſimum non propria Nicæni concilii verba heic referre voluiſſe, ſed verba, quæ forte in Lutubenſium libello e Nicænis canonibus ſummatim expreſſa erant, repetiiſſe, ac velut ſibi propria declaraſſe. Qua ratione Zoſimus, ut in epiſtola XI. Cæleſtini n. 11. viſuri ſumus, Carthaginienſis ſynodi decreta adoptavit his verbis : *Illud etiam quod intra Carthaginienſis ſynodi decreta conſtitutum eſt; quaſi* PROPRIUM *apoſtolica ſedis amplectitur*.

2. In edit. Rom. aliiſque antiquioribus, ut in mss. coll. Hiſp. & Iſid. heic additur *poſſe*. Quod verbum rectius abeſt ab exemplaribus Dion. & Hadr. ejuſque loco ſubauditur *debere*. Nam Alexandrino, Antiocheno, Theſſalonicenſi aliiſve nonnullis antiſtitibus plures provinciæ tunc erant ſubjectæ, & ex ſententia Innocentii, (qui epiſt. XXIV. n. 2. reſcribit, diviſis imperiali judicio provinciis metropoles in eccleſia nequaquam dividendas, nec numerum augendum eſſe metropolitanorum,) liquet fieri potuiſſe, ut uni metropolitano eccleſiaſtico duæ provinciæ civiles ſubjicerentur. Longe minus placet illud vetuſti ms. Colb. *eſſe poſſe ſedes ſubjectas*. Non enim de ſedibus, ſed de provinciis heic ſermo eſt.

3. Unus e mss. Colb. *incluſit*. Mox Merlin. ut in mss. Iſid. *communias*; editi vero alii cum exemplis coll. Hadr. *communitus* vel *communius* : ubi cum Dion. aliiſque potioribus mss. reſtituimus *commonitus*.

4. Unus codex Harlæus, ſecundis curis, *debueras*, favente Regio meram Dionyſii collectionem continente, in quo exſtat *debueres*.

5. Crab. heic addidit *ſuæ*, ac deinceps retentum eſt hoc vocabulum, quod a Dion. Hadr. atque aliis potioribus mss. abeſt. Certe *tuæ*, non *ſuæ*, addendum fuiſſet.

6. In edit. Rom. ut in ms. Pith. heic adjicitur *ab his* : quorum loco ſubaudiendum *ſecundum regulas patrum*. Eadem vox *patrum*, ſupra cum in his *eorum terminos*, tum in iſtis *in illorum contumeliam*, pariter ſubauditur.

7. Vetus codex Colb. ac Pith. *canonum cautius præcepta ſervare*. Tum nonnulli, ſed non potiores, *ut iſta*. Deinde Pith. *cenſio*, loco vocis *conſtitutio*. Nicænæ ſynodi canonem 4. quo *eorum, quæ in unaquaque provincia fiunt, confirmationem a metropolitano fieri* præcipitur, Bonifacius heic non obſcure commendat ac firmat.

8. Feb. 9. ann. 422. In vetere ms. Colb. VI. *Idus Febr.* Deinde hæc verba *dominis noſtris*, quæ in ms. Pith. deſiderantur, in ceteris exprimuntur his notis, *DD. NN.*

9. Et hæc epiſtola, quæ & commonitorium merito vocetur, cum duabus ſubſequentibus in concilio Romano quod Lucæ Holſtenii opera in lucem prodiit, recitata eſt. Tria illa ſcripta idem Severus apoſtolicæ ſedis notarius ſimul in Illyricum detulit. Unde cum Nicolaus I. epiſtolam quæ media eſt, ſæpius laudat, etiam aliis duabus adjicit auctoritatem. Præterea iis quæ de Perigene in illis litteris habentur, conſentaneum eſt Socratis lib. 7. c. 36. de hoc præſule teſtimonium.

10. Novorum illorum tentamentorum nomine intelligit Holſtenius reſcriptum Theodoſii in favorem ſedis Conſtantinop. contra jus Rom. ſedis in eccleſias Illyrici anno antecedente extortum : eique favere videntur ſubnexa ; *Non eſt enim eorum cedendum ſtudiis, quos novitas rerum & indebitæ deſiderium dignitatis accendit*. Nam illud *indebitæ deſiderium dignitatis* ad unum Atticum attinet. Sed eorum nomine, *quos novitas rerum accendit*, intelligere licet Theſſalos, qui Attico aſſentari ſtudentes nova quædam tentarint, ob quæ ſedis apoſtolicæ offenſam & a Bonifacio *comminationis & correptionis plenas litteras* meruerunt. Neque vero, ſi integrum ac nondum reſciſſum tum manſiſſet Theodoſii præceptum, quo apoſtolicæ ſedis jus in Illyricum ad regiæ urbis antiſtitem transferebatur, Bonifacius n. 2. tam fidenter Rufo fuiſſet dicturus : *In ceteros etiam contumaces jus conceſſæ poteſtatis exer[...]*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



habere non poſſunt, tentamenta non debent. Non eſt enim eorum cedendum ſtudiis, quos novitas rerum & indebitæ deſiderium dignitatis accendit: ſed elaborandum eſt & Deo noſtro favorem præſtante certandum, ut quiſquis contra licitum nititur, ſibi per omnia recognoſcat occurſum. Quapropter, frater cariſſime, fretus jam dudum a te auctoritate ſuſcepta, contra inimicas turmas idoneus Dei noſtri miles armare. Nihil heic timebis dubii, nihil incerti formidabis eventus. Habes beatum apoſtolum Petrum, qui ante te pro ſua poſſit vi repugnare. Nolo perturbatione maris conciti terrearis. Fidem quippe quam in arcano tui pectoris portas, omnibus rebus certum eſt eſſe majorem. In nullo te turbo, in nullo penitus procella vexabit. Non patitur ille ſedis ſuæ perire privilegium te laborante piſcator. Omnis tumor fluctuum, omnis procella ceſſabit, eo favente niſibus tuis, cui ſoli mare pervium fuit. Aderit nimirum, & violatores canonum atque eccleſiaſtici juris inimicos Deo auctore compeſcet, qui talium mentium ſemper vota fruſtratur.

II. In ceteros etiam contumaces jus conceſſæ poteſtatis exerce. Nullum etenim locum vides a nobis otioſum relictum. Ad Theſſalos comminationis & correptionis plenas litteras miſimus. Ad ſynodum, quæ dicitur illicite [1] congreganda de cauſſa fratris noſtri & coepiſcopi Perigenis, cujus ſcripſimus ſtatum nulla poſſe penitus ratione turbari, talia ſcripta direximus, quibus univerſi fratres intelligant, primo convenire ſe citra tuam conſcientiam minime debuiſſe; deinde, de noſtro non eſſe judicio retractandum. Numquam enim licuit de eo rurſus

A quod femel ſtatutum eſt ab apoſtolica ſede, tractari. In qua pagina noſtra, ut condecuit, honorem debitum tuæ ſervavimus ſanctitati, ſicut ejus caritas tua lectione cognoſcet.

III. Perrevii autem coepiſcopi noſtri negotium, cujus nobis libellus ab eodem deſtinatus fecit indicium, cui conſacerdotes ſui moleſti nimis eſſe dicuntur, ita ut eum eccleſia ſua crederent eſſe pellendum, diligenter audire tuam volumus [2] caritatem, conventis ſupra dictis coepiſcopis noſtris, quorum ſe vim ſuſtinere deplorat. Tunc demum, ut intelligant, ſi quid a ſe factum eſt contra conſuetudinem, prius eſſe caſſandum, omnibus veſtigaB tis ad nos tua caritas referre maturet; quatenus [3] prolatum a tua fraternitate judicium ſententia noſtra valeat roborari.

IV. Sane in epiſtola Theſſalis fratribus deſtinata id a nobis ſcriptum volumus recognoſcas, Pauſianum, Cyriacum atque Calliopum [4] a noſtra communione penitus ſubmovendos: ita ut remedium ſolum interventionis tuæ gratiam ſe habere cognoſcant. Maximum autem quem male tua caritas retulit ordinatum, in totum ſacerdotii cenſemus honore privandum.

V. Tuæ caritatis eſt Severum apoſtolicæ ſedis
C notarium, animis acceptiſſimum noſtris, de noſtro proprio latere [5] deſtinatum, peractis omnibus, tota celeritate dimittere; ut geſtarum ordinem rerum eodem feſtinius revertente noſcamus. [6] Data V. Idus Martias, Honorio XIII. & Theodoſio X. auguſtis conſulibus.

1. *Corinthi*. Vid. Zoſimi epiſt. XII. n. 1.


2. In Epheſino concilio initio act. 1. inter ceteros epiſcopos notatur Perrebius epiſcopus *Farmuli* ſeu *Farmaci*, in uno codice *Firmaci*, in aliis *Farmalii*, ubi legendum *Pharſalii*, quæ urbs eſt Theſſaliæ. In proceſſu ejuſdem actionis ſententiam dicit apud Labbeum tom. 3. pag. 489. B. Perrebius *Theſſalicorum ſaltuum*, græce τῶν Θεσσαλικῶν σαλτῶν epiſcopus: & apud eumdem pag. 537. A. ſubſcribit Perrebius *Theſſalonicenſiam ſaltuum epiſcopus*. Quæ lectio & apud Marium Mercatorem edit. Baluz. pag. 212. & in nova collectione concil. quam idem Baluzius concinnavit, D pag. 631. obtinet. In ejuſdem collectionis pag. 510. *Parebius* græce τῶν Θεσσαλῶν σαλτῶν, & latine *Theſſalonicenſium ſaltuum epiſcopus* ſubſcribit. Denique in eadem collectione pag. 1148. inter Calchedonenſis concilii ſubſcriptiones exſtat *Perrebius epiſcopus Theſſalonicenſium Sardorum*. Quem in locum Ruſticus Vigilii papæ diaconus obſervavit, in Acumetenſi codice *Saltuum*, loco *Sardorum*, præferri. In hac porro lectionum varietate, quæ anteponenda ſit, ex hac & ſequenti epiſtola dijudicatur. Cum enim in illis de Theſſalis & ad Theſſalos ſermo ſit; conſequens eſt ut is Perrevius ſeu Perrebius Theſſalicorum, non Theſſalonicenſium ſaltuum epiſcopus exſtiterit, atque una eademque Theſſaliæ urbs duplici, Pharſalii ſcil. ac Theſſalicorum ſaltuum, nomine dicta fuerit. Illud præterea ex citatis locis conficitur, Perrevium eccleſia ſua minime fuiſſe pulſum, ſi quidem & cum Epheſinis & cum Calchedonenſibus patribus ut epiſcopus conſedit, eoque nomine concilio utrique ſubſcripſit.

3. Apud Holſten. *probatum*. Quod *prolatum* reſtituerimus; nemini non probandum putamus.

4. De his tribus epiſcopis Holſtenius dictum intelligit illud epiſtolæ ſequentis n. 2. *Audio epiſcoporum quoſdam, apoſtolico jure contemto*, &c. Præterea ab iiſdem epiſcopis Maximum ſine vicarii apoſtolici conſenſu ordinatum opinatur. Cui opinioni favet ternus numerus ad epiſcopi cujuſque ordinationem requiſitus. Si autem Maximum ordinaſſent, non tantum hic, ſed & illi a ſacerdotali honore ſubmovendi erant. Certe de hujuſmodi ordinationibus illud a Zoſimo epiſt. VII. n. 2. legimus conſtitutum: *Sciat* qui ordinaverit, *& ſe gradus ſui ſubire jacturam, nec in illum* quem ordinarit, *valitura eſſe quæ contulit*. Vide notam 7. in ejuſdem papæ epiſtolam VIII. n. 1. (*ſupra pag.* 13.) Bonifacius autem in epiſtola ſeq. n. 2. eos a ſua communione ſeparari ſignificat, quia ipſi *ſe ab apoſtolicæ ſedis communione ſeparare nituntur*. Apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 699. & 886. *Pauſianus epiſcopus Hipatæ Theſſaliæ* qui Neſtorii partibus addictus erat, inter ſubſcriptiones legitur.

5. Hoc eſt, unum ex iis qui lateri noſtro adhærere ſolent, adeoque nobis noti, familiares, probati atque cari ſunt. De vocis hujus antiquitate & uſu plura in Leonis epiſtolam XXXI. dicturi ſumus.

6. Martii 3. ann. 422.



[1] EPISTOLA XIV.

Concessa Rufo potestas quam nonnulli contemnebant, asserta primum apostolicæ sedis auctoritate, confirmatur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Thessaliam constitutis Bonifacius.

I. INstitutio universalis nascentis ecclesiæ de beati Petri sumsit honore principium, in quo regimen ejus & summa consistit. Ex ejus enim ecclesiastica disciplina per omnes ecclesias, religionis jam crescente cultura, fonte manavit. Nicænæ synodi non aliud præcepta testantur: adeo ut non aliquid super eum ausa sit [2] constituere, cum videret nihil supra meritum suum posse conferri: omnia denique huic noverat Domini sermone concessa. Hanc ergo ecclesiis toto orbe diffusis velut caput suorum certum est esse membrorum: a qua se quisquis abscidit, fit Christianæ religionis extorris, cum in eadem non cœperit esse compage.

II. Audio episcoporum quosdam, apostolico jure contemto, novum [3] quidpiam contra Christi proprie præcepta tentare, cum se ab apostolicæ sedis communione, &, ut dicam verius, potestate separare nituntur, eorum [4] petentes auxilium, quos ecclesiasticarum sanctio regularum majoris esse non dedit potestatis. Leguntur etenim præcepta majorum; & quibus in ecclesias juris aliquid dederint invenimus. Jam temerator est ecclesiasticæ disciplinæ, quisquis in ejus leges, cum sibi nihil debeatur, irrepit ea sibimet vindicando, quæ sibi a patribus negata videantur.

III. Accipite ergo admonitionem & correptionem A nostram, ex quibus unam [5] pontificibus, alteram diffidentibus exhibemus. Nam ideo ait Apostolus: [a] *Quid vultis? in virga veniam ad vos, an in caritate & in spiritu mansuetudinis?* Scitis enim beato Petro utrumque possibile, id est in mansuetudine mites, in virga superbos arguere.

IV. Ergo servate honorem debitum capiti: quia nolumus ut intra se membra decertent, ita ut tendatur eorum ad nos usque certamen, dum fratrem & coepiscopum nostrum Rufum dignum ducitis contemtu: cui nihil novum auctoritas nostra concedit, sequens priorum [6] gratiam, qua huic cura ecclesiarum sæpe videtur injuncta. Quod factum ita inte- B meratum servari volumus in futurum, sicut a patribus hujus dispositionis forma servata est. Non decet fratres alterius dignitate morderi. Certe si in quoquam ejus supra debitum fuit visa correptio, quoniam ideo tenet sedes apostolica principatum, ut querelas omnium [7] licentes acceptet; interpellari nos super hoc missa legatione convenerat, quos curam omnium rerum manere videatis. Cesset novella præsumtio. Nemo audeat sperare quod non licet. Nullus ea quæ sunt a patribus gesta, & per tantum temporum custodita, temerare contendat. Ordinationi nostræ pareat, quisquis se episcopum recognoscit. Episcopos per Illyricum citra conscientiam coepiscopi nostri Rufi nullus ordinare [8] præ- C sumat. *Et cetera*. Data V. Idus Martias Honorio XIII. & Theodosio X. augustis consulibus.

a I. Cor. IV. 21.

1. Totum epistolæ hujus exordium, ut ab Holstenio est observatum, Hadrianus I. epist. XCVII. Codicis Carol. edit. Gretf. pag. 322. transscripsit. Prima ejus verba Nicolaus I. epist. al. LXX. n. 8. & alibi laudat. Ipse Bonifacius nonnulla in eo ad imitationem exordii epist. XXV. Innocentii ad Decentium expressit.

2. Scil. can. 6. ubi in veteribus codicibus legitur, *Ecclesia Romana semper habuit*, (non, ut Quesn. prætulit, *habeat*) *primatum*. Quo respiciens Nicolaus I. epist. VIII. ait: *Si instituta Nicænæ synodi diligenter inspiciantur, invenietur profecto, quia Romanæ ecclesiæ nullum eadem synodus contulit incrementum: sed potius ex ejus forma, quod Alexandrinæ ecclesiæ tribueret particulariter, sumsit exemplum*. Eodem pertinet & quod Gelasius epist. XXXIII. n. 1. scripsit: *Romana ecclesia nullis synodicis constitutis ceteris ecclesiis prælata est: sed evangelica voce Domini & Salvatoris nostri primatum obtinuit. Ista igitur privilegia*, inquit Nicolaus I. aliquanto ante mox citata verba, *huic ecclesiæ Christi a Christo donata, a synodis non donata, sed jam solummodo celebrata & venerata*.

3. Ii nunc dicuntur *novum quidpiam contra Christi præcepta tentare*, quorum *nova tentamenta* in superiore epistola n. 1. arguuntur. Ex quo colligitur, tentamenta illa nova non solius Attici, sed maxime nonnullorum Thessaliæ episcoporum fuisse; atque hanc culpam non tantum in illegitima Maximi ordinatione, sed & in violatione juris apostolicæ sedis, quod Christi præceptis sit fultum, sitam esse.

4. Attici scilicet, de cujus sede Gelasius papa epist. XVIII. n. 10. hæc edisserit: *Si certe de dignitate agitur civitatum, secundæ sedis & tertiæ major est dignitas sacerdotum, quam ejus civitatis, quæ non solum inter sedes minime numeratur, sed nec*, ut habet Leo epist. CXCV. n. 5. quisquam *apostolicam facere potest sedem*; immo ut prosequitur Gelasius, *nec inter metropolitanorum jura censetur*. Non immerito igitur Bonifacius nunc ei datum esse negat, *ut majoris esset potestatis*.

5. Forte *participibus*, hoc est in nostra communione permanentibus, quibus opponuntur diffidentes, hoc est ab ipsius Bonifacii communione seu potestate separare se ni- D tentes.

6. Saltem Damasi, Siricii & Innocentii, ut etiam Nicolaus I. epist. II. ad Michaelem meminit. Ex quo perspicuum est, nonnullos Thessalonicensi episcopo concessam potestatem velut quid novum objecisse, indeque Theodosio datam esse occasionem, ut illam ad regiæ urbis episcopum transferret.

7. Loco verbi *licentes*, quod Holstenius ex archetypi fide retinuerat, substituit Lab. *licenter*. Non displiceret *gliscentes*. Sic tamen *licentes* accipere est, quasi *quæ liceant*, ceu *quæ licitæ sint*. Observavit Holstenius, subinde Atticum Nicopolitanum episcopum, cum Anastasius Thessalonicensis potestate sua erga ipsum abusus esset, querelas suas ad Leonem papam, ut in ejus epistola XIV. visuri sumus, detulisse, eumque æquum illarum judicem expertum esse.

8. Hinc Bonifacius transisse videtur ad improbandam ac damnandam Maximi ordinationem, & ad ea quæ in superiori epistola n. 4. constituuntur, aliave decernenda. Unde non pauca heic prætermissa conjicias.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.

EPISTOLA XV.

Significat Bonifacius negotium Perigenis, quem Corinthiis non inconsulto episcopum dederat, Illyrici episcopis discutere ac recognoscere non licere; ac si qui id aggrediantur, in sua eos communione non permansuros. Rufi in easdem provincias potestatem identidem, disertius autem in fine, explicat.

Dilectissimis fratribus Rufo & ceteris episcopis per Macedoniam, Achajam, Thessaliam, Epirum veterem, Epirum novam, Prævalin & Daciam constitutis Bonifacius.

I. Manet beatum apostolum Petrum per sententiam dominicam universalis ecclesiæ ab hoc solicitudo suscepta; quippe quam, Evangelio teste [a], in se noverit esse fundatam: nec umquam ejus honor vacuus potest esse curarum; cum certum sit, summam rerum ex ejus deliberatione pendere. Quæ res animum meum usque ad Orientis [1] loca, quæ per ipsam solicitudinem quodam modo videmus, extendunt. Indesinenter enim ab unoquoque illinc veniente percontor de pace fratrum, id est, de quiete pontificum, quæ solet quoties diabolus huic invidet, alicujus præsumtione turbari. Cum igitur ad nos ordine suo cuncta servari fama nunc usque detulerit, vehementer mirati sumus ejus rei stupentes, ut poscebat ratio relatorum, quam [2] in injuriam patrum intentio novella tentavit.

II. Certo enim cognovimus indice, apud Corinthum, quod exagitati dicimus, synodum congregandam super ejus discutiendo statu, quem Corinthiis apostolica sedes examinatis omnibus atque discussis constituit sacerdotem; secuta Dei voluntatem, quæ hunc ipsum [3], quantum docetur dilationibus temporum, ejus ovilis in quo creverat & cui creverat, voluit esse pastorem. Cujus ordinationis si vestra esset caritas ignara, libenter ab origine sua quæ sunt in præterito de eo gesta [4] retexerem; ut his quorum adspectus negotii ejus non per ignorantiam, sed per studium involvit obscurum, A manifestatione clareret, sententiam de eo specialiter fuisse divinam, qua, ut diximus, ecclesiæ Corinthiorum velut alumnum suum judicium cæleste servavit. Quam rem omnium civium & clericorum a nobis oppido postulavit assensus. Nec tamen id abrupte præceptio nostra constituit: sed, ut ecclesiastica disciplina poscebat, diligentius fratrem & coepiscopum nostrum Rufum negotii jussimus interiora rimari, & petitionis summam sua de proximo moderatione pensare; ut nihil immaturum ab hac sede fieri videretur, quæ aliorum præsumtiones sæpe compressit. Ad nos post aliquanti temporis spatium super hoc prædicti episcopi nostri [5], quæ præmissis desideriis convenirent, scripta venerunt: B quorum evidentissimam rationem secuti, dedimus hunc ecclesiæ illius esse pontificem, in qua per singulos honorum gradus præteritam quoque transegisset ætatem.

III. Quam ad rem faciendam memorato episcopo mea directa secunda protinus, quæ presbyterio universo complacuit, [6] auctoritate mandavi, retro majores secutus, qui ecclesiam Thessalonicensem sibi semper familiarem & in collegii caritate famulantem, dignam, sicut fides asserit scriniorum, hoc honore duxerunt. Quem fratri Rufo apostolicæ etiam in posterum gratia sedis indulget; sequax Domini, qui [b] exaltat humiliatos, & humiliat semper C elatos; dum illis gratiam tribuit, his resistit.

IV. Quantum est ergo humilitatis munus, quod gratiæ divinæ lance pensatur? Et quanta est pœna superbiæ, cui proprie totius mundi Dominus & rector obsistit? Melius autem fraternitati vestræ intelligendum relinquo, quis humilitatis, & quis su-

a Matth. xvi. 18. *b* I. Pet. V. 6.

1. Nominatimque in Illyrici provincias, quæ cum quondam ad Occidentis imperium pertinuissent, inde anno 379. a Gratiano in Theodosii gratiam distractæ, atque Orientis imperio adjunctæ sunt.

2. Præpositionem *in*, quam, ut sæpe fit, propter similem ejusdem soni syllabam subsequentem excidisse persuasum nobis est, supplendam duximus.

3. Puta Perigenem. Unde vero tanta in illo repudiando pertinacia? Bonifacius quidem quid ipsi objiceretur silet. Minime tamen obscurum est, regiæ urbis episcopo ac ceteris ei addictis Perigenis rejiciendi non aliam fuisse caussam, nisi quod olim Patrensium nominatus fuerat episcopus. Eam enim Orientalium nonnullorum animis insita erat opinio, quam & Antiocheni concilii canonibus 16. & 17. fultam putabant, eum scilicet, qui ecclesiæ alicujus episcopus designatus, etiamsi ab ea nequaquam susceptus, fuisset, alteri præfici deinceps non posse. Hac de caussa Proclus, ne regiæ urbi præficeretur, teste Socrate lib. 7. c. 35. aliquamdiu prohibitus fuit. Eo quoque obtentu Bassianus, quod Evazorum denominatus fuisset episcopus, quamvis hujus ecclesiæ regimen numquam suscepisset, ab Ephesino dejectus est episcopatu, uti legere est in concilio Calchedonensi act. xi. præsertim pag. 692. Displicuit pariter nonnullis, quod Gregorius, qui ordinatus a Basilio Sasimorum episcopus, hanc ecclesiam obtinere nequiverat, in Constantinopolitana sede collocatus fuisset. Nec defuerunt inter Occidentales, qui eum in hanc sedem contra regulas elatum quererentur. Id vero censebant, non quia prius Sasimis fuerat ordinatus, sed quia subinde Nazianzi re vera episcopum institutum fuisse arbitrabantur. Ad Bonifacium quod attinet, nihil contra regulas quæ translationes episcoporum vetant, facturum se arbitratus est, si Perigenem a Patrensibus minime admissum, Corinthiis eum episcopum cooptantibus concederet. Hoc Bonifacii judicium approbans Cælestinus, postea Perigeni ut Corinthiorum episcopo litteras misit. Unde & ii qui Proclum regiæ urbis pustulabant episcopum, adversus eos qui canonibus istud contrarium esse contendebant, Cælestinum D postulationi suæ suffragari comprobarunt, uti colligitur ex Socrate lib. 7. cap. 40. quamvis ille hoc factum ex præjudicata mente valde adulteratum referat.

4. Ejus scilicet synodi, quæ Perigenem Patrensium episcopum ordinerat, in cujus epistola præclarum exstabat de ipso testimonium, iterato jam relatum. Mox *quorum adspectus* perinde est atque *quorum mentes*, in accusandi casu pluralis numeri, ac subinde *obscurum* id quod *obscuritas*.

5. Rufi.

6. In vulgatis, ut in archetypo, *auctoritatem*: lapsu librariis familiari, quo litteram qua inchoatur vox sequens, geminare & antecedenti adjicere solent. Superiora hæc, *mea directa secunda*, necessario *auctoritate* postulant. Heic quippe *auctoritas*, ut sæpius in Romanorum pontificum scriptis, epistolam sonat. Hinc cum Zosimus de Perigene infra n. 8. dicit, *Postquam episcopus nostris est auctoritatibus constitutus*, ibi *nostris auctoritatibus*, non aliud sibi velle intelligitur, quam heic *mea directa secunda au-* E *ctoritate*. Præmittit, *quæ universo presbyterio complacuit*. Unde magis ac magis apparet, Romanos pontifices nihil illis temporibus præter conscientiam cleri sui in hujusmodi negotiis egisse. Rursum vero initio num. 9. ubi legimus, *Auctoritas nostra commonitione solita vacare non debet*, nomine *auctoritatis* epistolam intelligendam esse nemini non obvium est.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
419.



perbiæ fit magifter. Sed abfit hoc a Domini facerdotibus, ut in hunc aliquis eorum cadat reatum, ut nova quidpiam ufurpatione tentando, inimica fibi faciat fcita majorum: æmulum fe illum specialiter habere cognofcens, apud quem Chriftus nofter facerdotii fummam locavit. In cujus contumeliam quifquis infurgit, habitator cæleftium non poterit effe regnorum: [a] *Tibi*, inquit, *dabo claves regni cælorum*, in quæ nullus fine gratia janitoris intrabit: [b] *Tu es*, inquit, *Petrus*, *& fuper hanc petram ædificabo ecclefiam meam*. Quicumque igitur cupit etiam ante Deum noftrum facerdotii dignitate cenferi; quoniam ad Deum Petro fufcipiente pervenitur, in quo Ecclefiam, ficut fupra memoravimus, univerfalem certum eft effe fundatam, debet effe mitis & humilis corde: ne incipiat difcipulus contumax illius cujus fuperbiam imitatus eft, pœnam fubire doctoris.

V. Congregatur ergo, ut redeamus ad cauffam hujus injuriæ, fynodus [1] cujus dilecto confultum femper fuperhabens concilii recognofcat arcanum: & fiet, quod quidem fieri per regulas omnino non poterit, fratris & coepifcopi noftri Perigenis honor dubius & incertus, quem in fede ecclefiæ fupra dictæ noftra fententia collocavit. Quis ergo hunc rudis & peregre fortaffe nunc demum rediens accufator inceffit? Quis certe antiftitum, ut fratrum conveniret turba, præcepit, lectis epiftolis noftris? Quoniam locus exigit, fi placet recenfere canonum [2] fanctiones; reperietis quæ fit poft ecclefiam Romanam fecunda fedes, quævε fit tertia. A quibus ideo ita rerum videtur ordo [3] diftinctus, ut fe ecclefiarum pontifices ceterarum, fub uno tamen eodemque facerdotio, habere cognofcant quibus caritate fervata propter ecclefiafticam difciplinam debeant effe fubjecti. Et quidem [4] hæc fententia canonum a vetuftate duravit, ut nunc ufque Chrifto noftro favente perdurat. Nemo umquam apoftolico culmini, de cujus judicio non licet retractari, manus obvias audacter intulit: nemo in hoc rebellis exftitit, nifi qui de fe voluit judicari. Servant ecclefiæ magnæ prædictæ per canones dignitates, Alexandrina & Antiochena, habentes ecclefiaftici juris notitiam. Servant, inquam, ftatuta majorum, in omnibus deferentes, & ejus viciffitudinem recipientes gratiæ, quam fe in Domino, qui pax noftra eft, nobis debere cognofcunt.

VI. Sed quia res poftulat, approbandum documentis eft, maximas orientalium ecclefias in magnis negotiis in quibus opus effet difceptatione majore, fedem femper confuluiffe Romanam, & quoties ufus exegit, ejus auxilium poftulaffe. Sanctæ memoriæ Athanafius & Petrus Alexandrinæ facerdotes ecclefiæ, hujus fedis auxilium poftularunt. Cum Antiochena ecclefia per multum temporis laboraret, ita ut fierent illinc propter hoc ipfum fæpe difcurfus, primo fub Meletio, poftea fub Flaviano, apoftolicam fedem manifeftum eft effe confultam. Ad cujus auctoritatem poft multa quæ ab ecclefia noftra gefta funt, nemini dubium eft Flavianum communionis gratiam [5] recepiffe; qua in perpetuum caruerat, nifi hinc fuper hoc fcripta manaffent. Clementiffimæ recordationis princeps Theodofius Nectarii ordinationem propter ea, quia in noftra notione non effet, habere non exiftimans firmitatem, miffis e latere fuo aulicis cum epifcopis, formatam [6] huic a fede Romana dirigi regulariter depopofcit, quæ ejus facerdotium roboraret.

a Matth. XVI. 19. *b* Ibid. ℣. 18.

1. Locus mendofus refarciri fic poffet: *quæ de electo confultum fuperni infuper habens confilii recognofcat arcanum*. Expoftulat quippe de epifcopis, quod de Perigenis cauffa recognofcere vellent judicium apoftolicæ fedis, quæ confulto ea de re cæleftis confilii arcano *fecuta Dei voluntatem* erat, ut fupra n. 2. dicitur.

2. Nicænorum videlicet, quorum fexto diftinguitur ordo fedium, maxime fecundum lectionem quæ in vetere codice olim Foffatenfi, nunc Colbertino, & aliis nonnullis obtinet in hunc modum: *Ecclefia Romana femper habuit primatum. Teneat autem Ægyptus Lybiæ & Pentapoli* (apud Quefn. *Pentapolis*) *primatum, ita ut epifcopus Alexandriæ harum omnium habeat poteftatem; quoniam & Romano epifcopo hæc eft confuetudo. Similiter autem & qui in Antiochia conftitutus eft. Itaque & in ceteris provinciis privilegia falva fint ecclefiarum*. Ad eumdem canonem refpicit Leo epift. XCV. n. 3. ubi Anatolii qui fecundum in ecclefia locum affectabat, ambitioni intercedit hac ratione: *Ad meum tendit reatum, fi paternarum regulæ fanctionum, quæ in fynodo Nicæna ad totius ecclefiæ regimen fpiritu Dei inftruente funt conditæ, me, quod abfit, connivente violentur*. Quod autem Bonifacius non alios heic indicet canones a Nicænis, rurfum confirmatur ex his ejufdem Leonis epift. XCVII. n. 3. ad Anatolium verbis: *Doleo etiam in hoc dilectionem tuam effe prolapfam, ut facratiffimas Nicænorum canonum conftitutiones conareris infringere, tamquam opportune fe tibi hoc tempus obtulerit, quo fecundi honoris privilegium fedes Alexandrina perdiderit, & Antiochena ecclefia proprietatem tertiæ dignitatis amiferit*. Et n. 4. approbat Leo legatos fuos, qui in Calchedonenfi concilio vehementer obftiterant, ne tale privilegium Conftantinopolitanæ fedi concederetur, *aperte reclamantes ne contra inftituta Nicæna præfumtio reprobæ novitatis affurgeret*.


3. In prius vulgatis, *deftructus*, mendum manifeftum, quod non amplius fuftinendum putavimus. Id quod de facerdotii unitate paucis Bonifacius heic docet, Cyprianus fub initium lib. de unit. eccl. pluribus explicat. Ubi enim obfervavit, Dominum parem quidem Apoftolis omnibus poteftatem tribuiffe, verum *ut unitatem manifeftaret, unam cathedram conftituiffe, & unitatis ejus originem ab uno incipientem fua auctoritate difpofuiffe*; poft pauca fubjicit, *Epifcopatus unus eft, cujus a fingulis in folidum pars una tenetur*. Eadem mente Auguftinus ipfummet Bonifacium fupra epift. VI. fic alloquitur: *Communis eft omnibus nobis, qui fungimur epifcopatus officio, quamvis in ea ipfe præemineas celfiore faftigio, fpecula paftoralis*.

4. Nicolaus I. epift. VIII. Mich. imp.

5. Iftud contigit proxime poft ordinationem Joannis CP. epifcopi. Tunc enim Acacius Berœæ epifcopus una cum Ifidoro & aliquot aliis presbyteris ac diaconis Antiochenfis ecclefiæ Romam veniens, non folum ordinationis Joannis decretum, fed & *Flaviani cum Theophilo communionem*, ut loquitur Palladius in Dial. pag 51. *attulit*. Hac occafione Romanus pontifex pacem a Theophilo compofitam fcriptis ad Flavianum datis confirmavit. Hæc autem fcripta vel Siricio vel ejus fucceffori Anaftafio attribuenda effe, obfervavimus. Recole & quæ ea de re differuimus. Huic Flaviani exemplo adjicere potuiffet Bonifacius alterum Porphyrii, qui cum paullo poft ejufdem Flaviani vita functi locum ufurpaffet, tefte Palladio Dial. pag. 141. *ad Romanam ecclefiam fcripfit, & refponfo dignus habitus non fuit*: quia nimirum, ut idem Palladius pag. 28. narrat, *ordinationem ejus contra jus & fas factam Romano pontifici* Innocentio Antiochenfis ecclefiæ presbyteri nuntiarant. Unde liquet fimul & Porphyrium operam dediffe, ut Innocentium fuam ipfius ordinationem ratam haberet, & Antiochenos presbyteros caviffe, ne idem papa illam admitteret.

6. De hac legatione nihil apud ecclefiafticos fcriptores legimus memoriæ mandatum. Tantum habemus fynodi Conftantinopolitanæ epiftolam Theodofio imper. præfente confcriptam, qua Damafus & focii de Nectarii ordinatione certiores fiunt, ac de illa gratulari rogantur. Forte cum id differret Damafus, exiftimavit imperator formatam quam expetebat, folemni legatione poftulandam. Heic *formatæ* nomine intelliguntur litteræ communionis indices, quibus recentis epifcopi ordinatio approbatur; quamvis hoc vocabulo intelligi foleant litteræ laicis vel clericis peregre abeuntibus datæ, ut eorum fidei vel ordinis feu gradus effent teftes.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



Ante breve tempus, id est, sub prædecessore meo A beatæ recordationis Innocentio, orientalium ecclesiarum pontifices, dolentes se a beati Petri communione sejunctos, per legatos [1] pacem, sicut caritas vestra retinet, poposcerunt. Quo tempore apostolica sedes omnia non difficulter indulsit, illi parens magistro qui ait: [a] *Si cui autem aliquid donastis, & ego; nam & ego si quid donavi, propter vos in persona Christi; ut non possideamur a satana; non enim ignoramus versutias ejus:* [2] id est, quia semper dissensione lætatur.

VII. Quoniam igitur ad probandam veritatem arbitror quæ diximus, fratres carissimi, exempla sufficere, quamvis plura vestri notione teneantur; B absque fraternitatis injuria conventui vestro volumus his litteris obviatum, quas a nobis per Severum apostolicæ sedis notarium, animis acceptissimum nostris, e nostro latere destinatum videatis esse directas; convenientes ut condecet fratres, ne quis volens in nostra communione durare, fratris & coepiscopi nostri Perigenis iterum ad discutiendum in medium nomen adducat: cujus sacerdotium apostolus Petrus semel jam Spiritus sancti suggestione firmavit, nihil huic relinquens in posterum quæstionis, cui, dum constitueretur a nobis per ejus temporis spatium quo vacavit, nihil omnino constet objectum. Cesset accusatio, cujus invidiam probamus auctorem. Solvatur machina falsitatis in eum compositæ; quia ad sacerdotium, Dei nostri & omnium bonorum favore, pervenit.

VIII. Sane quoniam servandus accusatori locus est, ne [3] audentiam penitus incitare videamur, si quid ab eodem postquam episcopus nostris est auctoritatibus constitutus, contra disciplinam & propositum sacerdotii fertur admissum; coepiscopus noster Rufus, cui ad vicem nostram cuncta committimus, cum ceteris fratribus quos ipse [4] delegerit, negotium curabit audire; ad nostram relaturus omnia notionem, quæcumque cognitioni ejus rerum cursus & ordo monstrarit.

IX. Illud etiam, quoniam auctoritas nostra commotione solita vacare non debet, hortamur & repetito sæpius sermone præcipimus, ut in omnibus huic viro obedientiam dispositionibus commodetis. Nullus, ut frequenter diximus, alicujus ordinationem citra ejus conscientiam celebrare præsumat, cui, ut supra dictum est, vice nostra cuncta committimus. Sibi certe hujus præsumtionis auctores imputabunt in posterum, cum se viderint apostolicæ caritatis extorres. [5] Data V. Idus Martias Honorio XIII. & Theodosio X. augustis consulibus.

a II. Cor. II. 10. 11.

1. Vide Innocentii epist. XIX. & seqq.
2. Nicolaus I. hæc laudat in fine epist. XLII.
3. Legendum forte, *ne audientiam penitus incidere*, hoc verbo posito pro abscidere ac negare.
4. Subinde Leo epist. XII. ad Anastasium num. 14. hunc judicum delectum non uni Anastasio, sed metropolitanis permisit. Verum hoc decretum edidit Leo postquam Anastasius concessa sibi potestate abusus esset.
5. Matii 11. ann. 422.

PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI
HISTORIARUM LIBRI VII.


NEC NON

Apologeticus contra Pelagium
de arbitrii libertate.

Ex editione

SIGEBERTI HAVERCAMPI V. C.

Pluribus in locis, præsertim in Apologetico,
recensita & castigata.




ACCESSIT

CONSULTATIO sive COMMONITORIUM
Ejusdem OROSII ad S. AUGUSTINUM,

De errore Priscillianistarum & Origenistarum.

Ex editione August. BB. Parisiensi.



PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI,
HISTORIARUM
LIBER I.
AD AURELIUM AUGUSTINUM.

PROOEMIUM.

PRæceptis tuis parui, beatiſſime pater Auguſtine: atque utinam tam efficaciter quam libenter. Quamquam ego in utramvis partem parum de explicito movear, recte ne an ſecus egerim: tu enim jam iſto judicio laboraſti, utrum ne hoc quod præciperes, poſſem: ego autem ſolius obedientiæ, ſi tamen eam voluntate conatuque decoravi, teſtimonio contentus ſum. Nam & in magna magni patrisfamilias domo, cum ſint multa diverſi generis animalia, adjumento familiaris rei commoda; non eſt tamen canum cura poſtrema: quibus ſolis natura inſitum eſt, voluntarie ad id ad quod præparantur urgeri, & per ingenitam quamdam obedientiæ formulam, ſola diſciplinati timoris exſpectatione ſuſpendi, donec ad peragendi licentiam nutu ſignove mittantur. Habent enim proprios adpetitus, quantum brutis excellentiores, tantum rationabilibus propinquantes: hoc eſt, diſcernere, amare, ſervire. Nam diſcernentes inter dominos atque extraneos, non eos quos inſectantur, oderunt; ſed his quos amant, zelant: & amantes dominum ac domum, non quaſi ex natura apti corporis vigilant, ſed ex conſcientia ſoliciti amoris invigilant. Unde etiam myſtico ſacramento in Evangeliis [a], quod edant micas catelli ſub menſa dominorum ſuorum, & Chananæa non erubuit dicere, & Dominus non faſtidivit audire. Beatus etiam Tobias, ducem angelum ſequens, canem comitem habere non ſprevit [b]. Igitur generali amori tuo & ſpeciali connexus, voluntati tuæ volens parui. Nam cum ſubjectio mea præcepto paternitatis tuæ factum debeat, totumque tuum ſit quod ex te ad te redit, opus meum; hoc ſolo meo cumulatius reddidi, quod libens feci. Præceperas mihi, ut ſcriberem adverſus vaniloquam pravitatem eorum, qui alieni a Civitate Dei ex locorum agreſtium compitis & pagis pagani vocantur, ſive gentiles; qui terrena ſapiunt: qui, cum futura non quærant, præterita autem aut obliviſcantur aut neſciant; præſentia tantum tempora veluti malis extra ſolitum infeſtiſſima, ob hoc ſolum quod creditur Chriſtus & colitur Deus, idola autem minus coluntur, infamant. Præceperas ergo, ut ex omnibus qui haberi ad præſens poſſunt, hiſtoriarum atque annalium faſtis, quæcumque aut bellis gravia, aut corrupta morbis, aut fame triſtia, aut terrarum motibus terribilia, aut inundationibus aquarum inſolita, aut eruptionibus ignium metuenda, aut ictibus fulminum plagiſque grandinum ſæva, vel etiam parricidiis flagitiiſque miſera, per tranſacta retro ſæcula reperiſſem, ordinato breviter voluminis textu explicarem: maxime cum reverentiam tuam, perficiendo adverſus hos ipſos paganos undecimo libro inſiſtentem (quorum jam decem orientes radii, mox ut de ſpecula eccleſiaſticæ claritatis elati ſunt, toto orbe fulſerunt) levi opuſculo occupari non oporteret: & ſanctus filius tuus, Julianus Carthaginienſis, ſervus Dei, ſatisfieri ſuper hac re petitioni ſuæ eadem fiducia qua popoſcit, exigeret: dedi operam, & me ipſum in primis confuſione preſſi, cui plerumque reputanti ſupra modum exæſtuaviſſe præſentium clades temporum videbantur. Nactus enim ſum præteritos dies non ſolum æque ut hos graves, verum etiam tanto atrocius miſeros, quanto longius a remedio veræ religionis alienos: ut merito hac ſcrutatione claruerit, regnaſſe mortem avidam ſanguinis, dum ignoratur religio quæ prohiberet a ſanguine: iſta illuceſcente, illam conſtupuiſſe: illam concludi, cum iſta jam prævalet: illam penitus nullam futuram, cum hæc ſola regnabit. Exceptis videlicet ſemotiſque illis diebus noviſſimis ſub fine ſæculi, & ſub adparitione Antichriſti, vel etiam ſub concluſione judicii: quibus futuras anguſtias, quales ante non fuerint, Dominus Chriſtus per ſcripturas ſanctas, ſua etiam conteſtatione prædixit [c]: cum ſecundum ipſum quidem, qui & nunc & ſemper eſt, modum, verum apertiore ac graviore diſcrimine, per intolerabiles tribulationes temporum illorum, ſanctos probatio, impios perditio conſequetur.

CAPUT I.

Unde ceteri hiſtorias exorſi ſint, & unde ipſe eam exordiri, quatenuſque proſequi velit, oſtendit: admiſcens interim de primis temporibus origineque ſeu cauſſa malorum.

ET quoniam omnes propemodum tam apud Græcos quam apud Latinos ſtudioſi ad ſcribendum viri, qui res geſtas regum populorumque ob diuturnam memoriam verbis propagaverunt, initium ſcribendi a Nino Beli filio, rege Aſſyriorum, fecere: qui cum opinione cæca mundi originem creaturamque hominum ſine initio credi velint, cœpiſſe tamen ab hoc regna bellaque definiunt: quaſi vero eatenus humanum genus ritu pecudum vixerit, & tunc primum veluti ad novam providentiam concuſſum ſuſcitatumque evigilarit: ego initium miſeriæ hominum ab initio peccantis hominis ducere inſtitui, paucis dumtaxat, iiſdemque breviter delibatis. Sunt autem ab Adam, primo homine, uſque ad Ninum, magnum (ut dicunt) regem, quando natus eſt Abraam, anni tria millia centum octoginta & quatuor, qui ab omnibus hiſtoriographis vel omiſſi, vel ignorati ſunt. A Nino autem vel Abraam uſque ad Cæſarem auguſtum, id eſt, uſque ad nativitatem Chriſti, quæ fuit anno imperii Cæſaris quadrageſimo ſecundo, cum, facta pace cum Parthis, Jani portæ clauſæ ſunt & bella toto orbe ceſſarunt, colliguntur anni duo millia quindecim, in quibus ſe inter actores ſcriptoreſque

a Matth. xv. 27. Marc. vii. 28. b Tob. vi. 1. xi. 9. c Matth. xxiv. 21.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.




omnium otia negotiaque triverunt. Quapropter res ipsa exigit ex his libris quam breviffime vel pauca adtingere, qui originem mundi loquentes, præteritorum fidem adnuntiatione futurorum, & post subsequa probatione, fecerunt: non quo auctoritatem eorum cuiquam videamur ingerere, sed quod operæ pretium sit de opinione vulgata quæ nobis cum omnibus communis est, commonere. Primum quia si divina providentia, quæ, sicut bona, ita pia & justa est, agitur mundus & homo: hominem autem, qui convertibilitate naturæ & libertate licentiæ & infirmus & contumax est, sicut pie gubernari egenum opis oportet, ita juste corripi immoderatum libertatis necesse est: jure ab initio hominis per bona malaque alternantia, exerceri B hunc mundum sentit, quisquis per se atque in se humanum genus videt: deinde cum ab ipso primo homine peccatum punitionemque peccati cœpisse doceamur: porro autem cum etiam isti de mediis temporibus inchoantes, quamvis superiorum nusquam meminerint, nihil nisi bella cladesque descripserint (quæ bella quid aliud dicenda sunt, nisi vergentia in alterutrum mala: mala autem hujusmodi quæ tunc erant, sicut & nunc sunt, in quantum sunt, sine dubio aut manifesta peccata sunt, aut occultæ punitiones peccatorum) quid impedimenti est, nos ejus rei caput pandere, cujus illi corpus expresserint? & priora illa sæcula, quæ multo numerosiora monstrabimus, vel tenuissimo te- C stari relatu similes miserias pertulisse? Dicturus igitur ab orbe condito usque ad Urbem conditam, dehinc usque ad Cæsaris principatum nativitatemque Christi, ex quo sub potestate Urbis orbis permansit imperium; vel etiam usque ad dies nostros, in quantum ad cognitionem vacare suffecero, conflictationes generis humani & veluti per diversas partes ardentem malis mundum, face cupiditatis incensum, e specula ostentaturus; necessarium reor, ut primum ipsum terrarum orbem quem inhabitat humanum genus, sicut est a majoribus trifariam distributus, deinde regionibus provinciisque determinatus, expediam: quo facilius cum locales bellorum morborumque clades ostentabuntur, stu- D diosi quique non solum rerum ac temporum, sed etiam locorum scientiam consequantur.

CAPUT II.

Majores mundum in tres partes divisisse, quarum situm, regiones locaque celebriora succincte admodum describit.

MAjores nostri orbem totius terræ, oceani limbo circumseptum, triquadrum statuere: ejusque tres partes, Asiam, Europam & Africam vocaverunt: quamvis aliqui duas, hoc est, Asiam, ac deinde Africam in Europam accipiendam puta- E rint. Asia tribus partibus oceano circumcincta, per totam transversi plagam orientis extenditur. Hæc occasum versus, a dextra sui, sub axe septemtrionis incipientem contingit Europam: a sinistra autem Africam dimittit: sub Ægypto vero & Syria mare nostrum, quod Magnum generaliter dicimus, habet. Europa incipit, ut dixi, sub plaga septemtrionis a flumine Tanai, qua Riphæi montes Sarmatico aversi oceano, Tanaim fluvium fundunt: qui præteriens aras ac terminos Alexandri magni in Roxolanorum finibus sitos, Mæotidas auget paludes: quarum immensa exundatio juxta Theodosiam urbem Euxinum Pontum late ingreditur. Inde juxta Constantinopolim longæ mit- A tuntur angustiæ, donec eas mare hoc quod dicimus nostrum, accipiat. Europæ in Hispania occidentalis oceanus terminus est, maxime ubi apud Gades insulas Herculis columnæ visuntur, & Tyrrheni maris faucibus oceani æstus immittitur. Africæ principium est a finibus Ægypti urbisque Alexandriæ ubi Parætonium civitas sita est, super hoc mare Magnum quod omnes plagas terrasque medias interluit. Unde per loca quæ accolæ Catabathmon vocant, haud procul a castris Alexandri magni, & super lacum Caleartium, deinde juxta superiorum fines Avasitarum, missa in transversum per Æthiopica deserta meridianum contingit oceanum. Termini Africæ ad occidentem iidem sunt B qui & Europæ, id est, fauces Gaditani freti. Ultimus autem finis ejus est mons Atlas, & insulæ quas Fortunatas vocant. Et quia breviter generales tripartiti orbis divisiones dedi, ipsarum quoque partium regiones, sicut pollicitus sum, significare curabo. Asia ad mediam frontem orientis habet in oceano Eoo ostia fluminis Gangis, a sinistra promontorium Caligardamna, cui subjacet ad Eurum insula Taprobane, e qua oceanus Indicus vocari incipit: a dextra habet Imai montes ubi Caucasus deficit, promontorium Samaram: cui ad aquilonem subjacent ostia fluminis Octorogorræ, ex quo oceanus Sericus appellatur. In his finibus India est, quæ habet ab occidente flumen Indum, quod C rubro mari excipitur: a septemtrione montem Caucasum: reliqua (ut dixi) Eoo & Indico oceano terminatur. Hæc habet gentes quadraginta quatuor, absque insula Taprobane quæ habet decem civitates, & absque reliquis insulis habitabilibus plurimis. A flumine Indo quod est ab oriente, usque ad flumen Tigrim quod est ad occasum, regiones sunt istæ: Aracosia, Parthia, Assyria, Persis & Media; situ terrarum montoso & aspero. Hæ a septemtrione habent montem Caucasum, a meridie mare rubrum & sinum Persicum: in medio autem sui, flumina præcipua Hydaspem & Arbim. In his sunt gentes triginta duæ. Sed generaliter Parthia dicitur, quantumvis scripturæ D sanctæ universam sæpe Mediam vocent. A flumine Tigri usque ad flumen Euphratem, Mesopotamia est, incipiens a septemtrione inter montem Taurum & Caucasum: cui ad meridiem succedit Babylonia, deinde Chaldæa, novissime Arabia Eudæmon; quæ inter sinum Persicum & sinum Arabicum angusto terræ tractu orientem versus extenditur. In his sunt gentes viginti & octo. A flumine Euphrate quod est ab oriente, usque ad mare nostrum quod est ab occasu, deinde a septemtrione, id est, a civitate Dacusa quæ in confinio Cappadociæ & Armeniæ sita est, haud procul a loco ubi Euphrates nascitur, usque ad Ægyptum & extremum sinum Arabicum qui est ad meri- E diem, longo angustoque sulco saxis insulisque creberrimo, a rubro mari, id est, ab oceano, occasum versus extenditur Syria, quæ sic generaliter nominatur, habetque maximas provincias, Commagenam, Phœniciam & Palæstinam absque Saracenis & Nabatæis, quorum gentes sunt duodecim. In capite Syriæ Cappadocia est, quæ habet ab oriente Armeniam, ab occasu Asiam, ab aquilone Themiscyrios campos & mare Cimmericum: a meridie Taurum montem, cui subjacet Cilicia & Isauria usque ad Issicum sinum, qui spectat contra insulam Cyprum. Asia regio, vel (ut proprie dicam) Asia minor, absque orientali parte quæ ad Cappadociam Syriamque progreditur, undique circumdata est mari: a septemtrione Ponto Euxino,

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
419.



ab occasu Propontide atque Hellesponto, a meridie mari nostro ubi est mons Olympus. Ægyptus inferior ab oriente habet Syriam Palæstinam, ab occasu Lybiam, a septemtrione mare nostrum, a meridie montem qui appellatur Climax, & Ægyptum superiorem fluviumque Nilum, qui de litore incipientis maris rubri videtur emergere in loco, qui dicitur Mossylon emporium: deinde diu ad occasum profluens, faciensque insulam nomine Meroen in medio sui, novissime ad septemtrionem inflexus, tempestivis auctus incrementis, plana Ægypti rigat. Hunc aliqui auctores ferunt, haud procul ab Atlante habere fontem, & continuo arenis mergi: inde interjecto brevi spatio, vastissimo lacu exundare, atque hinc oceano tenus, orientem versus per Æthiopica deserta prolabi, rursusque inflexum ad sinistram, ad Ægyptum descendere. Quod quidem verum est, esse hujusmodi fluvium magnum, qui tali ortu talique cursu sit, & re vera omnia Nili monstra gignat; quem utique prope fontem barbari Dara nominant, ceteri vero accolæ Nuchul vocant. Sed hic in regione gentis quæ Lybia Ægyptia vocatur, haud procul ab illo fluvio quem a litore maris rubri prorumpere diximus, immenso lacu acceptus absumitur: nisi forte occulto meatu in alveum ejus qui ab oriente descendit, eructat. Ægyptus superior in orientem per longum extenditur, cui est a septemtrione sinus Arabicus, a meridie oceanus. Nam ab occasu ex inferiore Ægypto incipit, ad orientem rubro mari terminatur, ubi sunt gentes viginti quatuor.

Et quoniam meridianam partem universæ Asiæ descripsimus; superest ut ab oriente ad septemtrionem pars quæ restat, expediatur.

Mons Caucasus inter Colchos qui sunt super Cimmericum mare, & inter Albanos qui sunt ad mare Caspium, primum attollitur: cujus quidem usque in ultimum orientem unum videtur jugum, sed multa sunt nomina: & multi hoc ipsum jugum Tauri montis credi volunt; quia re vera Parchoatras, mons Armeniæ, inter Taurum & Caucasum medius, continuare Taurum cum Caucaso putatur: sed hoc non ita esse, discernit fluvius Euphrates, qui de radice Parchoatræ montis effusus, tendens in meridiem, ipsum ad sinistram, Taurum excludit ad dexteram. Itaque ipse Caucasus inter Colchos & Albanos ubi & portas habet, mons Caucasus dicitur, a portis Caspiis usque ad Armenias pylas, vel usque ad fontem Tigridis fluminis, inter Armeniam & Iberiam, montes Acroceraunii dicuntur: a fonte Tigridis usque ad Carras civitatem, inter Massagetas & Parthos, mons Ariobarzanes: a Carris civitate usque ad oppidum Cathippi, inter Hyrcanos & Bactrianos, mons Memarmali ubi amomum nascitur: a quo proximum jugum, mons Parthau dicitur: ab oppido Cathippi usque ad vicum Saphrim, inter Dahas ac Araucas & Parthyenas, mons Oscobares, ubi Ganges fluvius oritur & Laser nascitur: a fonte fluminis Gangis usque ad fontes fluminis Ottorogorræ qui sunt a septemtrione, ubi sunt montani Paropamisadæ, mons Taurus: a fontibus Ottorogorræ usque ad civitatem Ottorogorram, inter Hunnos & Scythas & Gandaridas, mons Caucasus. Ultimus autem inter Eoas & Pasiadras, mons Imaus, ubi flumen Chrysorrhoas & promontorium Samara orientali excipiuntur oceano. Igitur a monte Imao, hoc est, ab imo Caucaso, & dextra orientis parte qua oceanus Sericus tenditur, usque ad promontorium Boreum & flumen Boreum, inde tenus Scythico

A mari quod est a septemtrione, usque ad mare Caspium quod est ab occasu, & usque ad extentum Caucasi jugum quod est ad meridiem, Hyrcanorum & Scytharum gentes sunt quadraginta duæ, propter terrarum infecundam diffusionem late oberrantes. Mare Caspium sub Aquilonis plaga ab oceano oritur, cujus utraque circa oceanum litora, & loca deserta incultaque habentur: inde meridiem versus, per longas angustias tenditur; donec per magna spatia dilatatum, Caucasi montis radicibus terminetur. Itaque a mari Caspio quod est ad orientem, per oram oceani septemtrionalis usque ad Tanaim fluvium & Mæotidas paludes quæ sunt ad occasum, per litus Cimme-B rici maris quod est ab africo, usque ad caput & portas Caucasi quæ sunt ad meridiem, gentes sunt triginta quatuor. Sed generaliter regio proxima Albania ulterior, sub mari & monte Caspio, Amazonum nominatur.

Expliciti sunt quam brevissime fines Asiæ: nunc Europam, in quantum cognitioni hominis conceditur, stilo pervagabor.

A montibus Riphæis ac flumine Tanai, Mæotidisque paludibus quæ sunt ad orientem, per litus septemtrionalis oceani usque ad Galliam Belgicam & flumen Rhenum quod est ab occasu, deinde usque ad Danubium quem & Istrum vocant, qui est a meridie ad orientem directus, C Ponto excipitur: ab oriente Alania est, in medio Dacia, ubi & Gothia: deinde Germania est, ubi plurimam partem Suevi tenent: quorum omnium sunt gentes quinquaginta quatuor. Nunc quidquid Danubius a barbarico ad mare nostrum secludit, expediam. Moesia ab oriente habet ostia fluminis Danubii, ab euro Thraciam, a meridie Macedoniam, ab africo Dalmatiam, ab occasu Istriam, a circio Pannoniam, a septemtrione Danubium.

Thracia habet ab oriente Propontidis sinum & civitatem Constantinopolim, quæ Byzantium prius dicta est: a septemtrione partem Dalmatiæ & sinum Euxini Ponti, ab occasu & africo Macedoniam, a meridie Ægæum mare. Macedonia habet D ab oriente Ægæum mare, a borea Thraciam ab euro Eubœam & Macedonicum sinum, a meridie Achajam, a favonio montes Acroceraunios in angustiis Adriatici sinus, qui montes sunt contra Apuliam atque Brundusium; ab occasu Dalmatiam, a circio Dardaniam, a septemtrione Mœsiam. Achaja undique propemodum cincta est mari: nam ab oriente habet Myrtoum mare, ab euro mare Creticum, a meridie Jonium mare, ab africo & occasu Cephaleniam & Cassiopam insulas, a septemtrione sinum Corinthium, ab aquilone angustum terræ dorsum, quo Macedoniæ conjungitur vel potius Atticæ; qui locus Isthmos vocatur, ubi est Corinthus, habens in Attica ad boream non longe E Athenas civitatem. Dalmatia habet ab oriente Macedoniam, ab aquilone Dardaniam, a septemtrione Mœsiam, ab occasu Istriam & sinum Liburnicum & insulas Liburnicas, a meridie Adriaticum sinum. Pannonia, Noricus & Rhetia habent ab oriente Mœsiam, a meridie Istriam, ab africo Alpes Penninas, ab occasu Galliam Belgicam, a circio Danubii fontem & limitem qui Germaniam a Gallia inter Danubium Galliamque secernit, a septemtrione Danubium & Germaniam. Italiæ situs a circio in eurum tenditur, habens ab africo Tyrrhenum mare, a borea Adriaticum sinum: cujus ea pars qua continenti terræ communis & contigua est, Alpium obicibus obstruitur: quæ a Gallico mari super Ligusticum sinum exsurgentes, pri-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.

mum Narbonensium fines, deinde Galliam Rhetiamque secludunt, donec in sinu Liburnico defigantur. Gallia Belgica habet ab oriente limitem fluminis Rheni & Germaniam, ab euro Alpes Penninas, a meridie provinciam Narbonensem, ab occasu provinciam Lugdunensem, a circio oceanum Britannicum, a septemtrione Britanniam insulam. Gallia Lugdunensis, ducta per longum & per angustum inflexa, Aquitanicam provinciam semicingit. Hæc ab oriente habet Belgicam, a meridie partem provinciæ Narbonensis qua Arelas civitas sita est, & mari Gallico Rhodani flumen excipitur. Narbonensis provincia, pars Galliarum, habet ab oriente Alpes Cottias, ab occidente Hispaniam, a circio Aquitaniam, a septemtrione Lugdunensem, ab aquilone Belgicam Galliam, a meridie mare Gallicum quod est inter Sardiniam & insulas Baleares, habens in fronte qua Rhodanus fluvius in mare exit, insulas Stechadas. Aquitanica provincia obliquo cursu Ligeris fluminis qui ex plurima parte terminus ejus est, in orbem agitur. Hæc a circio oceanum qui Aquitanicus sinus dicitur, ab occasu Hispanias habet, a septemtrione & oriente Lugdunensem, ab euro & meridie Narbonensem provinciam contingit. Hispania universa terrarum situ trigona est, & circumfusione oceani Tyrrhenique pelagi pæne insula efficitur. Hujus angulus prior spectans ad orientem, a dextris Aquitanica provincia, a sinistris Balearico mari coartatus, Narbonensium finibus inseritur. Secundus angulus circium intendit: ubi Brigantia Calleciæ civitas sita, altissimam pharum, & inter pauca memorandi operis, ad speculam Britanniæ erigit. Tertius ejus angulus est, qua Gades insulæ intentæ in africum, Atlantem montem interjecto sinu oceani prospiciunt. Hispaniam citeriorem ab oriente incipientem, Pyrenæi saltus a parte septemtrionis usque ad Cantabros Asturesque deducunt; atque inde per Vaccæos & Oretanos quos ab occasu habet, posita in nostri maris litore Carthago determinat. Hispania ulterior habet ab oriente Vaccæos, Celtiberos & Oretanos: a septemtrione oceanum, ab occasu oceanum, a meridie Gaditanum oceani fretum: unde mare nostrum quod Tyrrhenum vocatur, immittitur.

Et quoniam oceanus habet insulas quas Britanniam & Hiberniam vocant, quæ in aversa Galliarum parte ad prospectum Hispaniæ sitæ sunt, breviter explicabuntur. Britannia oceani insula, per longum in boream extenditur. A meridie Gallias habet, cujus proximum litus transmeantibus civitas aperit quæ dicitur Rhutubi portus: unde haud procul a Morinis in austro positos Menapios Batavosque prospectat. Hæc insula habet in longo millia passuum octingenta, in lato millia ducenta: a tergo autem unde oceano infinito patet, Orcadas insulas habet, quarum viginti desertæ sunt, tredecim coluntur. Deinde insula Thule, quæ per infinitum a ceteris separata, circium versus medio sita oceani, vix paucis nota habetur. Hibernia insula inter Britanniam & Hispaniam sita, longiore ab africo in boream spatio porrigitur. Hujus partes priores intentæ Cantabrico oceano, Brigantiam Calleciæ civitatem ab africo sibi in circium occurrentem, spatioso intervallo procul spectant: ab eo præcipue promontorio, ubi Scenæ fluminis ostium est & Velabri Lucenique consistunt. Hæc propior Britanniæ, spatio terrarum angustior: sed cæli solique temperie magis utilis, a Scotorum gentibus colitur. Huic etiam Mevania insula proxima est, & ipsa spatio non parva, solo commoda, æque a Scotorum gentibus habitatur. Hi sunt fines totius Europæ.

Africam, ut dixi, cum tertiam orbis partem majores nostri accipiendam descripserint, non spatiorum mensuras, sed divisionum rationes secuti sunt. Mare hoc siquidem Magnum quod ab occasu ex oceano oritur, in meridiem magis vergens, angustiorem inter se & oceanum coartatæ Africæ limitem facit. Unde etiam aliqui, quamvis eam longitudine parem, tamen multo angustiorem intelligentes, inverecundum arbitrati sunt tertiam vocare partem; sed potius in Europam Africam deputantes, secundæ portionem appellare maluerunt. Præterea cum multo amplius terræ in Africa ardore solis, quam in Europa rigore frigoris incultum atque incognitum sit; (quippe cum omnia pæne animantia vel germinantia, patientius & tolerabilius ad summum frigoris quam ad summum caloris accedant) ea scilicet caussa est, Africam per omnia situ & populis minorem videri: quia & natura sui minus habeat spatii, & cæli inclementia plus deserti: cujus descriptio per provincias & gentes hæc est: Lybia Cyrenaica & Pentapolis, post Ægyptum in parte Africæ prima est. Hæc incipit a civitate Paretonio, & montibus Catabathmon: inde secundo mari usque ad aras Philenorum extenditur. Post se habet usque ad oceanum meridianum, gentes Lybiæ, Æthiopum & Garamantum. Huic est ab oriente Ægyptus, a septemtrione mare Lybicum, ab occasu Syrtes majores & Troglodytæ, contra quos insula Calypso est: a meridie Æthiopicus oceanus. Tripolitana provincia, quæ & Subventana vel regio Arzugum dicitur, ubi Leptis magna civitas est, quamvis Arzuges per longum Africæ limitem generaliter vocentur, habet ab oriente aras Philenorum inter Syrtes majores & Troglodytas, a septemtrione mare Siculum vel potius Adriaticum, & Syrtes minores, ab occasu Byzacium usque ad lacum Salinarum, a meridie barbaros Getulos, Nothabres & Garamantas, usque ad oceanum Æthiopicum pertingentes. Byzacium, Zeugis & Numidia. Zeugis autem prius non unius conventus, sed totius provinciæ generale fuisse nomen invenimus. Byzacium ergo ubi Adrumetus civitas, Zeugis ubi Carthago magna, Numidia ubi Hippo regius & Ruficcada civitates sunt: habent ab oriente Syrtes minores & lacum Salinarum, a septemtrione mare nostrum quod spectat ad Siciliam & Sardiniam insulas, ab occasu Mauritaniam Sitifensem, a meridie montes Uzarae, & post eos Æthiopum gentes pervagantes usque ad oceanum Æthiopicum.

Sitifensis & Cæsariensis Mauritania habent ab oriente Numidiam, a septemtrione mare nostrum, ab occasu flumen Malvam, a meridie montem Astrixim, qui dividit inter vivam terram & arenas jacentes usque ad oceanum: in quibus & oberrant Gangines Æthiopes. Tingitana Mauritania ultima est Africæ. Hæc habet ab oriente flumen Malvam, a septemtrione mare nostrum usque ad fretum Gaditanum, quod inter Abennem & Calpen, duo contraria sibi promontoria, coartatur: ab occidente Atlantem montem & oceanum Atlanticum, sub africo Hesperium montem, a meridie gentes Aulolum quas nunc Galaulas vocant, usque ad oceanum Hesperium contingentes. Hic est universæ terminus Africæ.

Nunc insularum quæ in nostro mari sunt, loca, nomina & spatia dimetiar. Insula Cypros ab oriente mari Syrio quem Issicum sinum vocant, ab occidente mari Pamphylico, a septemtrione Aulone Cilico, a meridie Syriæ & Phœnices pelago cingitur: cujus spatium in longo tenet millia passuum centum septuaginta

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

quinque, in lato millia passuum centum viginti quinque. Insula Creta finitur ab oriente Carpathio mari, ab occasu & septemtrione mari Cretico, a meridie mari Lybico quod & Adriaticum vocant: habet in longo millia passuum centum septuaginta duo, in lato quinquaginta. Insulæ Cyclades, quarum est ab oriente prima Rhodos, a septemtrione Tenedos, a meridie Carpathos, ab occasu Cythera; ab oriente finiuntur litoribus Asiæ, ab occidente mari Icario, a septemtrione mari Ægæo, a meridie mari Carpathio. Sunt autem omnes Cyclades numero quinquaginta tres. Hæ tenent a septemtrione in meridiem millia passuum quinquaginta, ab oriente in occasum millia ducenta. Sicilia insula tria habet promontoria: unum quod dicitur Pelorum, & adspicit ad aquilonem, cui Messana civitas proxima est: secundum quod dicitur Pachynum, sub quo civitas Syracusana, respicit ad euronotum: tertium quod adpellatur Lylibæum, ubi & civitas ejusdem nominis sita est, dirigitur in occasum. Hæc habet a Peloro in Pachinum millia passuum centum quinquaginta novem, a Pachyno in Lylibæum centum septuaginta septem. Hæc ab oriente cingitur mari Adriatico, a meridie mari Africo, quod est contra Subventanos & Syrtes minores: ab occidente & septemtrione habet mare Tyrrhenum: a borea usque subsolanum, fretum Adriaticum, quod dividit Tauromenitanos Siciliæ, & Bruttios Italiæ. Sardinia & Corsica insula parvo freto, hoc est, millium viginti, dividuntur: ex quibus Sardinia habet a meridie contra Numidiam Caralitanos: contra Corsicam insulam, hoc est, septemtrionem versus, habet Ulbienses: cujus in longo spatium tenet millia passuum ducenta triginta, in lato millia ducenta octoginta. Hæc habet ab oriente & a borea Tyrrhenum mare, quod spectat ad portum urbis Romæ: ab occasu mare Sardum, ab africo insulas Baleares longe positas, a meridie Numidicum sinum, a septemtrione (ut dixi) Corsicam. Corsica insula multis promontoriis angulosa est. Hæc habet ab oriente Tyrrhenum mare, & portum Urbis, a meridie Sardiniam, ab occasu insulas Baleares longe positas, a circio & septemtrione Ligusticum sinum. Tenet autem in longo millia passuum centum sexaginta, in lato millia viginti sex. Insulæ Baleares duæ sunt, major & minor, quibus insunt bina oppida: major Tarraconem Hispaniæ civitatem, minor Barcinonem in septemtrionem versus contra se habet. Majori subjacet insula Ebusus. Deinde ab oriente Sardiniam, ab aquilone mare Gallicum, a meridie & africo Mauritanicum pelagus, ab occasu Ibericum pelagus spectat. Hæ sunt insulæ ab Hellesponto usque ad oceanum per totum Magnum pelagus constitutæ: quæ & cultu & memoria magis celebres habentur. Percensui breviter, ut potui, provincias & insulas orbis universi: nunc locales gentium singularum miserias, sicut ab initio incessabiliter exstiterunt, & qualiter quibusque exortæ sunt, in quantum suffecero, proferam.

CAPUT III.

De diluvio sub Noe.

Cum post fabricam ornatumque mundi hujus, homo [a] quem rectum atque immaculatum fecerat Deus, ac perinde humanum genus libidinibus depravatum peccatis obsorduisset, continuo injustam licentiam justa punitio consecuta est. Sententiam creatoris Dei & judicis, peccanti homini ac terræ propter hominem destinatam, semperque dum homines terram habitaverint duraturam, omnes, inviti licet, aut probamus negando, aut confitendo toleramus: obstinatisque mentibus testis sibi infirmitas sua inurit, quibus fidelis scriptura non suaserit. Deinde refuso in omnem terram mari, immissoque diluvio, cum toto orbe contecto unum spatium cæli esset ac pelagi, deletum fuisse universum humanum genus, paucis in arca fidei suæ merito ad substituendam originem reservatis, evidentissime veracissimi scriptores docent. Fuisse tamen etiam illi contestati sunt, qui præterita quidem tempora ipsumque auctorem temporum nescientes, tamen ex indicio & conjectura lapidum, quos in remotis montibus conchis & ostreis scabros, sæpe etiam cavatos aquis visere solemus, conjiciendo didicerunt. Et quamvis hujusmodi adhuc & relatu digna & fide certa proferri a nobis queant; tamen hæc veluti principalia duo de prævaricatione primi hominis, & condemnatione generationis vitæque ejus, ac deinde perditione totius generis humani, dicta sufficiant: tantum, ut, si qua gentiles historici de nostris aliquo ordine contigerunt, hæc plenius cum ceteris ipso quo incurrerint, ordine proferantur.


CAPUT IV.

De Nino & Semiramide, eorumque regnis.

Ante annos Urbis conditæ mille trecentos Ninus rex Assyriorum, primus, ut ipsi volunt, propagandæ dominationis libidine arma foras extulit, cruentamque vitam quinquaginta annis per totam Asiam bellis egit: a meridie atque a rubro mari surgens, sub ultimo septemtrione, Euxinum Pontum vastando perdomuit, Scythicamque barbariem, adhuc tunc imbellem & innocentem, torpentem excitare sævitiam, vires suas nosse, & non lacte jam pecudum, sed sanguine hominum vivere, ad postremum vincere, dum vincitur, edocuit. Novissime Zoroastrem Bactrianorum regem, eumdemque magicæ, ut ferunt, artis repertorem, pugna oppressum interfecit. Post ipse, dum deficientem a se oppugnat urbem, sagitta ictus interiit. Huic mortuo Semiramis uxor successit, virum animo, habitu filium gerens: avidosque jam usu sanguinis populos, per duos & quadraginta annos cædibus gentium exercuit. Non contenta terminis mulier, quos a viro suo tunc solo bellatore quinquaginta annis acquisitos susceperat, Æthiopiam bello oppressam, sanguine interlitam, imperio adjecit. Indis quoque bellum intulit: quo præter illam & Alexandrum magnum nullus intravit. Quod eo tempore ideo crudelius graviusque erat quam nunc est, persequi & trucidare populos in pace viventes: quia tunc apud illos nec foris erant ulla incendia bellorum, nec domi tanta exercitia cupiditatum. Hæc, libidine ardens, sanguinem sitiens, inter incessabilia & stupra & homicidia, cum omnes quos regie arcessitos, meretricie habitos, concubitu oblectasset, occideret; tandem filio flagitiose concepto, impie exposito, inceste cognito, privatam ignominiam publico scelere obtexit. Præcepit enim, ut inter parentes ac filios nulla delata reverentia naturæ, de conjugiis adpetendis ut cuique libitum esset, liberum fieret.

[a] Eccle. VII. 30.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



CAPUT V.

Pentapolim regionem ob nefanda libidinis scelera cælo tactam & exustam fuisse.

ANte annos Urbis conditæ mille centum sexaginta confinem Arabiæ regionem quæ tunc Pentapolis vocabatur, arsisse penitus igne cælesti, inter alios etiam Cornelius Tacitus refert, qui sic ait: *Haud procul inde campi quos ferunt olim uberes, magnisque urbibus habitatos, fulminum jactu arsisse: sed manere vestigia, terramque ipsam, specie solidam, vim frugiferam perdidisse*. Et cum B hoc loco nihil de incensis propter peccata hominum civitatibus quasi ignarus expresserit, paullo post, velut oblitus consilii, subjicit & dicit: *Ego, sicut inclytas quondam urbes igne cælesti flagrasse concesserim: ita halitu lacus infici terram & corrumpi reor*. Quo dicto, invitus licet, de exustis urbibus, quæ procul dubio peccatorum noxa conflagraverunt, & scisse se & concessisse confessus, palam prodidit, non sibi cognitionis fidem defuisse, sed exprimendæ fidei voluntatem: quod a me nunc plenius proferetur. In confinio Arabiæ & Palæstinæ, qua dimissi altrinsecus montes, subjectis campis excipiuntur, quinque civitates fuere, Sodoma, Gomorra, Adama, Seboim & Segor: sed Segor C ex his parva, illæ amplæ & magnæ: quippe quibus & soli fecunditas suberat, & Jordanis fluvius per plana diffusus ac peropportune divisus, augmentis ubertatis impendebatur. Huic universæ regioni, bonis male utenti, abundantia rerum caussa malorum fuit. Ex abundantia enim luxuria, ex luxuria fœdæ libidines adolevere: adeo ut masculi in masculos operantes turpitudinem, ne consideratis quidem locis, conditionibus ætatibusque proruerent. Itaque iratus Deus, pluit super hanc terram ignem & sulphur, totamque regionem cum populis atque urbibus exustam, testem judicii sui futuram, æterna perditione damnavit: ut nunc quoque adpareat quidem forma regionis, sed inveniatur regio cineris, mediamque convallem quam Jordanis irrigaverat, nunc mare superfusum tegat. Tantumque de rebus, ut putatur, parvis divinæ indignationis accensum est, ut propter hoc quod illi male utentes bonis, fructus misericordiarum, nutrimenta libidinum fecerant; terra quoque ipsa quæ has habuerat civitates, primum exusta ignibus, post oppressa aquis, in æternam damnationem communi periret adspectui.

CAPUT VI.

Comparatio cladis Sodomiticæ & Romanæ.

ITaque nunc, si placet, hi qui in Christum quem nos judicem sæculorum ostendimus, quantum in ipsis est, sputa conjiciunt, inter Sodomam & Romam discernant caussas, & conferant pœnas: quæ a me vel maxime ob hoc retractandæ non sunt, quia omnibus notæ sunt. Et tamen quam libenter sententias eorum acciperem, si illi fideliter ita ut sentiunt faterentur: quamquam quod de temporibus Christianis rari, & hoc in angulis murmurent, non usque adeo moleste accipiendum putem, cum totius populi Romani consona voce parique judicio sensus ac sermo sit cognitus. Adeo autem parvo quodam & levi motu hæsitasse erga se parumper consuetudinem voluptatum indubitatissime contestatus est, ut libere conclamaret, *Si* A *reciperet Circum, nihil esse sibi factam*: hoc est, nihil egisse Romæ Gothorum enses, si concedatur Romanis spectare Circenses. Nisi forte (ut se habet apud plerosque hoc præcipue tempore) qui ex longa requie vel parvam obortam solicitudinem, intolerabilem laborem putant, has clementissimas admonitiones quibus omnes aliquando perstringimur, aliorum punitionibus auditis lectisque præponunt: quos saltem de hoc ipso exitu Sodomorum & Gomorræorum moneo, ut discere atque intelligere queant, qualiter Deus peccatores punierit, qualiter punire possit, qualiter puniturus sit.

CAPUT VII.

De prœlio inter Telchines & Carpathios & Phoroneum regem. Item de diluvio Achajæ.

ANte annos conditæ Urbis MLXX. Telchines & Carpathii pervicax prœlium adversus Phoroneum regem Argivorum & Parapasios, ancipiti spe sine fructu victoriæ gesserunt. Iidemque Telchines & Carpathii post paullulum bello victi, patria profugi, ignarique rerum, credentes quod se penitus a congressu totius humanæ habitationis abstraherent, Rhodum insulam quæ Ophiussa antea vocabatur, quasi tutam possessionem ceperunt. Ante annos Urbis conditæ MXL. in Achaja sævum diluvium, vastatione plurima totius pæne provinciæ fuit. Quod quia Ogygi qui tunc Eleusinæ conditor & rex erat, temporibus effusum est, nomen loco ac tempori dedit.

CAPUT VIII.

De sterilitate & fame Ægypti, cui Joseph sollertia sua consuluit, & de vanitate Ægyptiorum sacerdotum.

ANte annos conditæ Urbis MVIII. fuisse apud D Ægyptum primum insolitam fastidiendamque ubertatem, deinde jugem atque intolerabilem famem, cui Joseph, vir justus & sapiens, divina provisione subvenerit, Pompejus historicus ejusque breviator Justinus docet: qui inter cetera sic ait: *Minimus ætate inter fratres Joseph fuit, cujus excellens ingenium fratres veriti, interceptum peregrinis mercatoribus vendiderunt. A quibus deportatus in Ægyptum, cum magicas ibi artes sollerti ingenio percepisset, brevi ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat, & somniorum primus intelligentiam condidit; nihilque divini juris humanique ei incognitum videbatur: adeo ut etiam agrorum sterilitatem futuram ante multos annos prospi-* E *ciens, fruges congregasset: tantaque experimenta ejus fuerunt, ut non ab homine, sed a Deo responsa dari viderentur. Filius Joseph Moyses fuit, quem præter paternæ scientiæ hereditatem etiam formæ pulcritudo commendabat. Sed Ægyptii cum scabiem & vitiliginem paterentur, responso moniti, eum cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt*. Hæc Justinus. Sed quoniam hæc idem Moyses quem isti sapientem scientemque fuisse adtestantur, plenius veriusque tamquam per se suosque gesta conscripsit, primum fide ejus atque auctoritate quam etiam isti probant, horum ignorantia supplenda est: dehinc sacerdotum Ægyptiorum fallax malitia confutanda est, qui vel astu, quod manifestius est, evidentem iram misericordiamque veri Dei memoriæ subtrahere conati sunt,

particulatim expositione confusa, ne in contumeliam A idolorum suorum eum colendum merito ostenderent, cujus consilio adnuntiata hæc mala & auxilio evitata docuissent; vel forte, ut indulgentius accipiamus, obliti sunt. Illius enim nostri Joseph, qui fuit veri Dei servus & pro creatura domini sui pie intenteque solicitus, provisione ipsi abundabant frugibus quasi sacerdotes: sed quia falsi sacerdotes erant, cum ceteris esurientibus non dolebant. Enimvero cui placet, obliviscitur: cui dolet, meminit. Quamquam hujus temporis argumentum historiis fastisque reticentibus, ipsa sibi terra Ægypti testis pronuntiat: quæ tunc redacta in potestatem regiam, restitutaque cultoribus suis, ex omni fructu suo usque ad nunc quintæ partis incessabile vectigal exsolvit. Fuit itaque hæc fames magna sub rege Ægyptiorum Diapolita, cui nomen erat Amasis; quo tempore Baleus Assyrios, Argivos Apis regebat. Fuerunt ante annos famis septem, præcedentes alii septem ubertatis anni: quorum affluentiam tanto negligentius perituram, quanto uberius natam, Joseph noster sollertia sua collegit & condidit, totamque Ægyptum conservavit. Adquisivit universam Pharaoni pecuniam & Deo gloriam, [a] reddens dispensatione justissima, cui vectigal, vectigal; cui honorem, honorem: omniumque pecora, terras censusque collegit: ipsos autem qui semet cum terris suis accipiendæ stipis taxatione vendiderant, statuta quintæ partis pactione laxavit. Hunc Joseph, quem constituit Deus Ægyptiis conservatæ salutis auctorem, quis credat ita in brevi eorum excidisse memoriæ, ut filios ejus atque universam cognationem paullo post servitio addixerint, laboribus afflixerint, internecionibus profligarint? Quamobrem non est mirandum, si nunc quoque aliqui reperiuntur, qui cum a cervicibus suis impendentem gladium prætento Christiano nomine averterint; ipsum nomen Christi quo solo salvi sunt, aut dissimulent, aut infament: gravarique se eorum temporibus asserant, quorum meritis liberantur.

CAPUT IX.

De inundatione sub Amphictyone & Deucalione regibus, peste Æthiopica, Libero patre Indiam vastante.

ANno DCCCX. ante Urbem conditam, Amphictyon Athenis tertius a Cecrope regnavit, cujus temporibus aquarum inluvies majorem partem populorum Thessaliæ absumsit, paucis per refugia montium liberatis, maxime in monte Parnasso, in cujus circuitu Deucalion tunc regno potiebatur: qui tunc ad se ratibus confugientes susceptos, per gemina Parnassi juga fovit aluitque, a quo propterea genus humanum reparatum ferunt. Tunc etiam in Æthiopia pestes plurimas dirosque morbos, pæne usque ad desolationem exæstuavisse, Plato testis est. Et ne forte divisa tempora credantur iræ Dei furorisque bellici, ea tempestate subactam Indiam Liber pater sanguine madefecit, cædibus opplevit, libidinibus polluit, gentem utique nulli umquam hominum obnoxiam, vernacula tantum quiete contentam.

CAPUT X.

De populo Dei in Ægypto afflicto, X. plagis Ægyptiorum & transitu sinus Arabici ac reliquiis ejusdem: de solis ardore quodam infesto.

ANno ante Urbem conditam DCCCV. infanda Ægyptiis mala atque intolerabiles plagas incubuisse, Pompejus Corneliusque testantur: qui quidem, cum hæc ambo de Judæis referenda proponant, aliquantulum me pro sua diversitate moverunt. Ait enim Pompejus, sive Justinus, hoc modo: *Ægyptii cum scabiem & vitiliginem paterentur,* B *responso moniti, Moysen cum ægris, ne pestis ad plures serperet, terminis Ægypti pellunt. Dux igitur exsulum factus sacra Ægyptiorum furto abstulit: quæ armis repetentes Ægyptii, domum redire tempestatibus compulsi sunt.* At vero Cornelius de eadem re sic ait: *Plurimi auctores consentiunt, orta per Ægyptum tabe quæ corpora fœdaret, regem Bocchorim, adito Ammonis oraculo, remedium petentem, purgare regnum, & id genus hominum, ut invisum diis, alias in terras avehere jussum: sic conquisitum collectumque vulgus, postquam vastis locis relictum sit, ceteris per lacrymas torpentibus, Moysen unum exsulum monuisse, ne quam deorum hominumve opem exspectarent, ab utrisque deserti;* C *sed sibimet ut duci cælesti crederent, primo cujus auxilio credentes, præsentes miserias pepulissent.* Itaque Cornelius dicit, quod ipsis Ægyptiis cogentibus, Judæi in deserta propulsi sint: & postea subjungit incaute, quod ope Moysi ducis in Ægypto miserias pepulissent. Quare ostenditur, quædam quæ per Moysen strenue acta sunt, fuisse celata. Item Justinus adserit, pulsum æque cum populo Moysen, sacra Ægyptiorum fuisse furatum: quæ Ægyptios armis recipere molientes, coactos tempestatibus ac repulsos domum redisse. Et hic aliquid amplius, & si non totum, prodidit, quod ille celavit. Quapropter quia Moysi magno illi duci testimonium ambo dixerunt, ab ipso sicut per eum D & gesta & dicta sunt, proferentur. Cum populum Dei, hoc est, genus Joseph, Ægyptii, cujus ope salvi erant, servitio oppressum labore cruciarent, insuper etiam ad necandam sobolem suam, crudeli imperio cogerent, dimitti Deus populum suum liberum ad serviendum sibi, per Moysen nuntium jubet: contemtusque dirissimis contumaces suppliciis agit: qui decem plagis onerati ac protriti, tandem quos dimittere noluerant, etiam festinare coegerunt. Post aquas in sanguinem versas, ardentibus siti graviora afferentes pœnarum remedia quam pœnas: post horridos ranarum squalores, per omnia munda immundaque reptantes: post ignitos ciniphes, & nusquam, se toto aere vibrante, evitabi- E les: post muscas caninas, etiam per interiora membrorum horridis motibus cursitantes, acerbeque inferentes tam gravia tormenta quam turpia: post omnium pecorum & jumentorum repentinam ruinam stragemque generalem: post vesicas effervescentes ulceraque manantia &, ut ipsi dicere maluerunt, scabiem ac vitiliginem totis corporibus erumpentem: post grandinem cum igne permixtam, passim homines, armenta atque arbores proterentem: post locustarum nubes, exhaustis omnibus, ipsas quoque radices seminum persequentes: post tenebras imaginibus diras, crassitudine palpabiles, diuturnitate ferales: postremo post uniformem in tota Ægypto primitivæ sobolis necem, paremque

[a] Rom. xiii. 7.



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

per universos orbitatum tempestatem, qui jubenti A Deo non cessSerant, cessere punienti: sed mox pessima pœnitentia dimissos persequi ausi, ultima nefandæ pervicaciæ expendere supplicia. Nam rex eorum universum Ægypti exercitum, curribus atque equitibus instructum, in circumerrantes egit: cujus numerum hoc solo vel maxime argumento conjicere possumus, quod eum sexcenta millia virorum timuerunt atque fugerunt. Sed protector depressorum & ultor contumacium Deus divisit subito rubrum mare, ac dilatatis utrimque marginibus rigentium undarum, in montis faciem latera erecta suspendit, ut inoffensi spe limitis provocati, pii viam desperatæ salutis, impii foveam insperatæ mortis intrarent. Itaque Hebræis tuto per B sicca gradientibus, refusis a tergo aquarum adstantium molibus, obruta est & interfecta cum rege suo universa Ægypti multitudo: totaque provincia plagis ante cruciata, hac postremo interfectione vacuata est. Exstant etiam nunc certissima horum monumenta gestorum. Nam tractus curruum rotarumque orbitæ non solum in litore, sed etiam in profundo, quousque visus admittitur, pervidentur. Et, si forte ad tempus vel casu vel curiositate turbantur, continuo divinitus in pristinam faciem ventis fluctibusque reparantur: ut quisquis non docetur timorem Dei propalatæ religionis studio, iræ ejus transfactæ ultionis terreatur exemplo. His etiam temporibus adeo jugis & gravis æstus incan- C duit, ut sol per devia transvectus universum orbem non calore affecisse, sed igne torruisse dicatur: impressumque fervorem & Æthiops plus solitum, & insolitum Scytha non tulerit: ex quo etiam quidam, dum non concedunt Deo ineffabilem potentiam, suas inanes ratiunculas conquirentes, ridiculam Phaetontis fabulam texuerunt.

CAPUT XI.

De parricidio Danaidum, de Busiridis crudelitate, de Tereo, Progne & Philomela & Perseo Asiam populante.

ITem anno ante Urbem conditam DCCLXXV. inter Danai atque Ægypti fratrum filios quinquaginta parricidia una nocte commissa sunt. Ipse deinde tantorum scelerum fabricator Danaus, regno quod tot flagitiis adquisierat, pulsus, Argos concessit. Ibique indigne persuasis in facinus Argivis, Sthenelam qui eum profugum egentemque exceperat, regno expulit, atque ipse regnavit. Busiridis in Ægypto cruentissimi tyranni crudelis hospitalitas, & crudelior religio tunc fuit: qui innocentem hospitum sanguinem diis, scelerum suorum participibus, propinabat; quod exsecrabile sine dubio hominibus, viderint, an ipsis etiam diis exsecrabile videretur. Tunc etiam Terei Prognes E & Philomelæ incesto parricidium adjunctum, atque exsecrabilius utroque convivium per infandos cibos additum est: cum, propter sororis pudicitiam ereptam præcisamque linguam, filium parvulum mater occidit, pater comedit. Iisdem temporibus Perseus a Græcia in Asiam transvectus est: ibi barbaras gentes gravi diuturnoque bello domuit, & novissime victor nomen subjectæ genti dedit: namque a Perseo Persæ sunt vocati.

CAPUT XII.

Congeries multorum facinorum per præteritionem.

AT ego nunc cogor fateri, me prospiciendi finis commodo de tanta malorum sæculi circumstantia præterire plurima, cuncta breviare. Nequaquam enim tam densam aliquando silvam prætergredi possem, nisi etiam crebris interdum saltibus subvolarem. Nam cum regnum Assyriorum per MCLX. annos usque ad Sardanapalum, per quinquaginta propemodum reges actum sit, & numquam pæne vel inferendis vel excipiendis usque in id tempus bellis quieverit; quis finis reperietur, si ea commemorare enumerando, ut non dicam describendo, conemur? præsertim cum & Græcorum prætereunda non sint, & Romanorum vel maxime recensenda sint. Nec mihi nunc enumerare opus est Tantali & Pelopis facta turpia, fabulas turpiores: quorum Tantalus rex Phrygiorum Ganymedem Trois, Dardaniorum regis filium, cum flagitiosissime rapuisset, majore conserti certaminis fœditate detinuit, sicut Phanocles poeta confirmat, qui maximum bellum excitatum ob hoc fuisse commemorat: sive quia hunc ipsum Tantalum, utpote adseclam deorum, videri vult raptum puerum ad libidinem Jovis familiari lenocinio præparasse, qui ipsum quoque filium Pelopem epulis ejus non dubitarit impendere. Tædet etiam ipsius Pelopis contra Dardanum atque Trojanos, quamlibet magna referre certamina: quæ, quia in fabulis celebrari solita sunt, negligentius audiuntur. Illa quoque prætereo, quæ de Perseo, Cadmo, Thebanis Spartanisque per inextricabiles alternantium malorum recursus, Palæphato scribente, referuntur. Taceo flagitia Lemniadum, prætermitto Pandionis Atheniensium regis flebilem fugam: Atrei & Thyestis odia, stupra & parricidia, cælo quoque invisa, dissimulo. Omitto Œdipum interfectorem patris, matris maritum, filiorum fratrem, vitricum suum. D Sileri malo Eteoclem atque Polynicem mutuis laborasse concursibus, ne quis eorum parricida non esset. Nolo meminisse Medeæ amore sævo fauciæ, & pignorum parvulorum cæde gaudentis, & quidquid illis temporibus perpetratum conjici datur: qualiter homines sustinuerint, quod etiam astra fugisse dicuntur.

CAPUT XIII.

Certamen inter Cretenses & Athenienses, Lapithas & Thessalos.

ANno ante Urbem conditam DLX. atrocissimum inter Cretenses & Athenienses certamen fuit: ubi populis utrimque infeliciter profligatis cruentiorem victoriam Cretenses exercuerunt: qui nobilium Atheniensium filios Minotauro, utrum fero homini, an humanæ bestiæ aptius dicam nescio, devorandos crudeliter addicebant, atque informe prodigium effossis Græciæ luminibus saginabant. Iisdem diebus Lapithæ & Thessali famosis nimium certavere conflictibus. Sed Thessalos Palæphatus, in libro primo Incredibilium prodit ipsos a Lapithis creditos dictosque fuisse centauros, eo quod discurrentes in bello equites veluti unum corpus equorum & hominum viderentur.

CAPUT XIV.

Vesores rex Ægypti Scythas bello infestans, vincitur. Scythæ Asiam sibi subjiciunt.

ANno ante Urbem conditam CCCCLXXX. Vesores rex Ægypti, meridiem & septemtrionem, divisas pæne toto cælo ac pelago plagas, aut miscere bello aut regno jungere studens, Scythis bellum primus indixit, missis prius legatis qui hostibus parendi leges dicerent. Ad quæ Scythæ legatis responderunt, stolide opulentissimum regem adversus inopes sumsisse bellum, quod timendum ipsi magis versa vice fuerit, propter incertos belli eventus: nulla præmia, & damna manifesta. Porro sibi non exspectandum, dum ad se veniatur, sed ultro prædæ obviam ituros. Nec mora: nam dicta factis insequuntur. Primum ipsum Vesorem territum refugere in regnum cogunt: destitutum vero exercitum invadunt, omnemque belli adparatum capessunt: universam quoque Ægyptum populassent, nisi paludibus impediti repellerentur. Inde continuo reversi, perdomitam infinitis cædibus Asiam, vectigalem fecere: ubi per XV. annos sine pace immorati, tandem uxorum flagitatione revocantur, denuntiantium, ni redeant, sobolem se a finitimis quæsituras.

CAPUT XV.

Amazonum origo, mores & facinora.

MEdio autem tempore, apud Scythas duo regii juvenes Plynos & Scolopythus, per factionem optimatum domo pulsi, ingentem juventutem secum traxere, & in Cappadociæ Pontique ora juxta amnem Thermodoontem consederunt, campis Themiscyriis sibi subjectis: ubi diu proxima quæque populati, conspiratione finitimorum per insidias trucidantur. Horum uxores consilio ac viduitate permotæ, arma sumunt, & ut omnibus par ex simili conditione animus fieret, viros qui superfuerant, interficiunt: atque accensæ in hostem sanguine suorum, ultionem cæsorum conjugum, finitimorum excidio consequuntur. Tunc pace armis quæsita, externos concubitus ineunt, editos mares mox enecant, feminas studiose nutriunt, inustis infantium dexterioribus mamillis, ne sagittarum jactus impedirentur, unde Amazones dictæ. Harum duæ fuere reginæ, Marpesia & Lampeto, quæ agmine diviso in duas partes, vicissim curam belli & domus custodiam sortiebantur. Igitur cum Europæ maximam partem domuissent, Asiæ vero aliquantis civitatibus captis, ipsæ Ephesum aliasque urbes condidissent, præcipuam exercitus sui partem onustam opulentissima præda, domum revocant: reliquæ ad tuendum Asiæ imperium relictæ cum Marpesia regina, concursu hostium trucidantur. Hujus locum capessit Sinope filia, quæ singularem virtutis gloriam perpetua virginitate cumulavit. Hac fama excitas gentes tanta admiratio & formido invaserat, ut Hercules quoque, cum jussus fuisset a domino suo exhibere arma reginæ, quasi ad inevitabile periculum destinatus, universam Græciæ lectam ac nobilem juventutem contraxerit, novem longas naves præpararit: nec tamen contentus examine virium, ex improviso adgredi & insperatas circumvenire maluerit. Duæ tunc sorores regno præerant, Antiope & Orithya. Hercules mari advectus, incautas inermesque & pacis incuria desides oppressit. Inter cæsas captasque complurimas duæ sorores Antiopæ, Menalippe ab Hercule, Hippolyte a Theseo retentæ sunt. Sed Theseus Hippolyten matrimonio adscivit, Hercules Menalippen sorori reddidit, & arma reginæ pretio redemtionis accepit. Post Orithyam Penthesilea regno potita est: cujus Trojano bello clarissima inter viros documenta virtutis accepimus.

CAPUT XVI.

Epilogus historiæ Amazonum: in quo præsentem Romanorum cæcitatem insectatur.


PRoh dolor! pudet erroris humani. Mulieres patria profugæ Europam atque Asiam, id est, plurimas fortissimasque mundi partes intraverunt, pervagatæ sunt, deleverunt, centum pæne annis evertendo urbes plurimas atque alias constituendo, tenuerunt: nec tamen miseriæ hominum pressura temporum deputata est. Modo autem Getæ illi qui & nunc Gothi, quos Alexander evitandos pronuntiavit, Pyrrhus exhorruit, Cæsar etiam declinavit, relictis vacuefactisque sedibus suis, ac totis viribus tot Romanas ingressi provincias, simulque ad terrorem diu ostentati, societatem Romani fœderis precibus sperant quam armis vindicare potuissent: exiguæ habitationis sedem, non ex sua electione, sed ex nostro judicio rogant: quibus subjecta & parente universa terra, præsumere, quam esset libitum, liberum fuit: semet ipsos ad tuitionem Romani regni offerunt, quos solos invicta regna timuerunt. Et tamen cæca gentilitas, cum hæc Romana virtute gesta non videat, fide Romanorum impetrata non credit, nec adquiescit; cum intelligat, confiteri beneficio Christianæ religionis quæ cognatam per omnes populos fidem jungit, eos viros sine prœlio sibi esse subjectos, quorum feminæ majorem terrarum partem immensis cædibus deleverunt.

CAPUT XVII.

De raptu Helenæ & Trojæ excidio, cum admonitione ad Lectorem.

AT vero ante Urbem conditam CCCCXXX. anno, raptus Helenæ, conjuratio Græcorum & concursus mille navium, dehinc decennis obsidio ac postremo famosum Trojæ excidium prædicatur. In quo bello per decem annos cruentissime gesto, quas nationes quantosque populos idem turbo involverit atque afflixerit, Homerus poeta in primis clarus luculentissimo carmine palam fecit: nec per ordinem nunc retexere nostrum est, quia & operi longum & omnibus notum videtur. Verumtamen qui diuturnitatem illius obsidionis, eversionis atrocitatem, cædem captivitatemque didicerunt, videant, si recte isto, qualiscumque est, præsentis temporis statu offenduntur; quos, hostes, occulta misericordia Dei, cum per omnes terras instructis copiis bello persequi possint, pacis gratia prætentis obsidibus per omnia maria sequuntur: & ne forte hæc quietis amore facere credantur, se ipsos ac pericula sua pro Romanorum pace adversus alias gentes offerunt.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



CAPUT XVIII.

Æneæ in Italiam adventus, & variæ clades ejusdem temporis.

PAucis præterea annis intervenientibus, Æneæ Troja profugi adventus in Italiam quæ arma commoverit, qualia per triennium bella excitaverit, quantos populos implicuerit, odio excidioque adflixerit, ludi litterarii disciplina nostræ quoque memoriæ inustum est. Horum præterea temporum medio interjacent exsilia naufragiaque Græcorum, Peloponnensium clades Codro moriente, fatorum ignari Thraces, nova in bella surgentes, & generalis tunc per totam Asiam Græciamque commotio.

CAPUT XIX.

De Sardanapalo rege Assyriorum, de Phraorte, Diocle & Astyage regibus Medorum, de Cyro rege Persarum.

ANno ante Urbem conditam LXIV. novissimus apud Assyrios regnavit Sardanapalus, vir muliere corruptior: qui inter scortorum greges feminæ habitu purpuram colo tractans, a præfecto suo Arbato qui tunc Medis præerat, visus atque exsecrationi habitus, mox etiam excitis Medorum populis ad bellum provocatus & victus, ardenti pyræ se injecit. Exin regnum Assyriorum in Medos concessit. Deinde multis prœliis undique scatescentibus quæ per ordinem differere nequaquam aptum videtur, per varios proventus ad Scythas Chaldæosque, & rursus ad Medos parili via rediit. In qua brevitate pensandum est, quantæ ruinæ cladesque gentium fuere, quanta bella fluxerunt, ubi toties tot & talia regna mutata sunt. Post hæc Medis Phraortes imperitavit, qui creberrimis Persarum Assyriorumque bellis viginti & duos regni sui annos consumsit. Post hunc Diocles regnavit, vir armis experientissimus semperque bellis immoratus; qui auctum late imperium moriens Astyagi dedit. D Astyages, virili prole vacuus, Cyrum nepotem apud Persas genitum habuit. Sed Cyrus, mox ut adolevit, congregata Persarum manu, avo certamen indixit. Porro Astyages oblitus sceleris sui quod in Harpagum dudum admiserat, cum filium ejus unicum & parvulum interfecit epulandumque patri adposuit, ac ne quid infelicissimæ orbitati felix ignorantia subtraheret, infames epulas, ostensis patri cum capite manibus, improperavit: Hujus ergo facti immemor, ipsi Harpago summam belli committit, qui acceptum exercitum statim Cyro per proditionem tradit. Quo comperto, Astyages, raptis secum copiis, in Persas ipse proficiscitur, acriusque certamen instaurat, proposito suis metu, E si quis e prœlio cedere moliretur, ferro exciperetur. Qua necessitate instanter Medis pugnantibus, pulsa iterum Persarum acies, cum paullatim cederet, matres & uxores eorum obviam occurrunt, orant, in prœlium revertantur: cunctantibus, sublata veste, obscœna corporis ostendunt, quærentes, num in uteros matrum vel uxorum vellent refugere. Quo facto erubescentes in prœlium redeunt: & facta impressione, quos fugiebant, fugere compellunt. Ibi tunc Astyages capitur, cui Cyrus nihil aliud quam regnum abstulit, eumque maximæ Hyrcanorum genti præposuit. In Medos vero reverti ipse noluit. Is finis imperii Medorum fuit. Sed civitates quæ tributariæ Medorum erant, a Cyro A defecerunt: quæ res Cyro multorum bellorum caussa & origo exstitit.

CAPUT XX.

De Phalaridis tyrannide, & Aremuli Latinorum regis flagitiis.

EA tempestate Phalaris Siculus Agrigentinos arrepta tyrannide populabatur. Qui crudelis mente, commentis crudelior, omnia nefaria in innocentes agens, invenit aliquando quem juste puniret injustus. Nam Perillus quidam æris opifex adfectans tyranni amicitiam, aptum munus crudelitati B illius ratus, taurum æneum fecit, cui fabricæ januam e latere composuit, quæ ad contrudendos damnatos receptui foret: ut cum inclusus ibidem subjectis ignibus torreretur, sonum vocis extortæ capacitas concavi æri augeret, pulsuque ferali competens imagini murmur emitteret, nefarioque spectaculo mugitus pecudis, non hominis gemitus videretur. Sed Phalaris, factum amplexus, factorem exsecratus, & ultioni materiam præbuit & crudelitati: nam ipsum opificem sua inventione punivit. Fuerat etiam paullo superiore tempore apud Latinos rex Aremulus, qui per annos octodecim flagitiis impietatibusque crescens, ad postremum divino judicio fulmine interceptus, matura supplicia C immatura ætate dissolvit. Eligant nunc, si videtur, Latini & Siculi, utrum in diebus Aremuli & Phalaridis esse maluissent, innocentum vitas pœnis extorquentium, an his temporibus Christianis, cum imperatores Romani ipsa in primis religione compositi, post comminutas reipublicæ bono tyrannides, ne ipsorum quidem injurias exigunt tyrannorum.

CAPUT XXI.

Bellum inter Peloponnenses & Athenienses: de Amazonum & Cimmeriorum in Asiam incursu: de diutina obsidione & expugnatione Messenæ. Bellum Atheniensium contra Lacedæmonios: Peloponnensium & Bœotiorum contra Athenienses.

ANno ante Urbem conditam XXX. Peloponnensium Atheniensiumque maximum bellum totis viribus animisque commissum est: in quo mutuis cædibus ad hoc coacti sunt, ut velut victi se ab alterutro subtraherent bellumque desererent. Tunc etiam Amazonum gentis & Cimmeriorum in Asiam repentinus incursus plurimam diu late vastationem stragemque edidit.

Anno vicesimo ante Urbem conditam Lacedæmonii contra Messenios propter spretas virgines suas in solemni Messeniorum sacrificio, per annos viginti indefesso furore bellantes, ruinæ suæ totas Græciæ vires implicuerunt: qui cum se magnis exsecrationibus devovissent sacramentisque obstrinxissent, domum, nisi Messena expugnata, numquam esse redituros, ac per decem annos longa fatigati obsidione, nec tamen aliquem vincendi fructum adepti; porro autem & querelis uxorum super longa viduitate, & periculo sterilitatis contestantium permoti revocarentur: consultatione habita, veriti ne, intercepta spe sobolis, sibi magis hac perseverantia, quam Messeniis perditio nutriretur, selectos in exercitu eos qui post jusjurandum in supplementum militiæ venerant, Spartam remittunt, quibus promiscuos omnium feminarum concubitus permisere, infami satis, nec tamen uti-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

li licentia. Ipsi autem proposito insistentes expugnant fraude Messenios, victos servitio premunt. At illi cruentam diu dominationem inter verbera & vincula perpessi, jugum excutiunt, arma sumunt, bellum instaurant. Lacedæmonii Tyrtæum, poetam Atheniensem, ducem prœlio legunt: qui tribus conflictibus fusi, amissum exercitum, vocata in libertatem servorum manu, suppleverunt. Sed cum sic quoque desistendum certamine propter metum periculi arbitrarentur, Tyrtæi poetæ & ducis composito carmine & pro concione recitato, rursus accensi, mox in certamen ruunt: tantaque vi animorum concursum est, ut raro umquam cruentius prœlium exarserit: ad postremum tamen victoria Lacedæmoniorum fuit. Tertio Messenii reparavere certamen. Nec Lacedæmoniis mora. Multas in auxilium copias utrimque duxerunt. Athenienses vero Lacedæmonios alibi intentos e diverso adgredi parant. Nec Lacedæmonii quievere: nam ipsi in Messenios occupati, Peloponnenses immiserunt qui Athenienses prœlio exciperent. Athenienses autem, missa in Ægyptum parva classe, impares viribus, navali congressu facile vincuntur. Dehinc, recepta classe, aucti etiam militum robore, victores in prœlium vocant. Lacedæmonii quoque, omissis Messeniis, in Athenienses arma convertunt. Diu variæ & graves pugnæ, & anceps victoriæ status: ad postremum, pendente eventu, utrimque discessum est. Sciendum tamen est, maxime ipsam esse Spartam, quam & Lacedæmoniam civitatem dicunt, atque inde Lacedæmonios, Spartanos dici. Igitur inde revocati Lacedæmonii ad Messeniorum bellum, ne medium tempus otiosum Atheniensibus relinquerent, cum Thebanis paciscuntur, ut Bœotiorum imperium eis restituerent, quod temporibus belli Persici amiserant, si illi Atheniensium bella susciperent. Tantus furor Spartanorum erat, ut duobus bellis impliciti, suscipere tertium non recusarent, dummodo inimicis suis hostes adquirerent. Athenienses, tanta bellorum tempestate permoti, duos duces delegerunt: Periclem spectatæ virtutis virum, & Sophoclem scriptorem tragœdiarum: qui diviso exercitu, & Spartanorum fines late populati sunt, & multas Asiæ civitates Atheniensium imperio adjecerunt. Hinc porro per annos quinquaginta incerta semper victoria terra marique pugnatum est, donec Spartani, & opibus imminutis & fide profligata, sociis quoque probro fuere. Sed hæc per tot ætatum volumina incubuisse Græciæ parvi penditur. Nunc autem interpellari interdum voluptates, & impediri parumper libidines non sustinetur. Quamquam inter illius temporis homines atque istius hoc interest, quod illi æquo animo hæc intoleranda tolerabant, quia in his nati & nutriti erant, & meliora non noverant: isti autem perpetuo in vita sua tranquillitatum & deliciarum sereno assuefacti, ad omne vel modicum obductæ solicitudinis nubilum commoventur. Atque utinam ipsum depulsorem hujus vel modicæ inquietudinis precarentur, cujus munere hanc ignoratam aliis temporibus jugitatem pacis habuerunt. Et quoniam spopondisse memini, cum veluti articulis quibusdam dicendi ordinem definirem, dicturum me esse ab orbe condito usque ad Urbem conditam; huic volumini quod ab orbe condito explicuimus, finis heic sit, ut ab Urbe condita sequens libellus incipiat, qui contextiora illorum temporum mala, exercitatioribus quippe ad nequitiam atque eruditioribus hominibus, continebit.



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI,
HISTORIARUM
LIBER II.

CAPUT I.

De regnorum mutatione Dei providentia facta.

NEminem jam esse hominum arbitror quem latere possit, quod [a] hominem in hoc mundo Deus fecerit rectum: unde etiam peccante homine mundus arguitur, ac propter nostram intemperantiam comprimendam terra hæc in qua vivimus, defectu ceterorum animalium & sterilitate suorum fructuum castigatur. Itaque si creatura Dei, merito & dispensatio Dei sumus: quis enim magis diligit, quam ille qui fecit? quis autem ordinatius regit, quam is qui & fecit & diligit? quis vero sapientius & fortius ordinare & regere facta potest, B quam qui & facienda providit & provisa perfecit? Quapropter omnem potestatem a Deo esse omnemque ordinationem, & qui non legerunt sentiunt, & qui legerunt recognoscunt. Quod si [b] potestates a Deo sunt, quanto magis regna a quibus reliquæ potestates progrediuntur? Si autem regna diversa, quanto æquius regnum aliquod maximum, cui reliquorum regnorum potestas universa subjicitur? quale a principio Babylonium, & deinde Macedonicum fuit; post etiam Africanum, atque in fine Romanum, quod usque ad nunc manet: eademque ineffabili ordinatione per quatuor mundi cardines, quatuor regnorum principatus fuerunt, distinctis gradibus eminentes, ut Babylo- C nium regnum ab oriente, a meridie Carthaginiense, a septemtrione Macedonicum, ab occidente Romanum: quorum inter primum ac novissimum, id est, inter Babylonium & Romanum, quasi inter patrem senem ac filium parvulum, Africanum & Macedonicum, brevia & media, quasi tutor curatorque venerunt, potestate temporis, non jure hereditatis, admissa. Quod utrum ita sit, apertissime expedire curabo.

CAPUT II.

Supra dictorum quasi epilogus diversorumque regnorum ac temporum collatio, deque vicissitudine regnorum.

REx primus apud Assyrios qui eminere ceteris potuit, Ninus fuit. Occiso Nino, Semiramis uxor ejus, totius Asiæ regina, Babyloniam urbem instauravit, caputque regni Assyrii ut esset instituit. Regnum Assyriorum diu inconcussa potentia stetit: sed cum Arbatus quem alii Arbacem vocant, præfectus Medorum, idemque natione Medus, Sardanapalum regem suum apud Babyloniam interfecisset, regni nomen & summam ad Medos transtulit. Ita Nini & Babylonis regnum eo anno in Medos derivatum est, quo anno apud Latinos Procas, Amulii & Numitoris pater, avus autem Rheæ Silviæ quæ mater Romuli fuit, regnare cœpit. Ut autem omnia hæc ineffabilibus mysteriis A & profundissimis Dei judiciis disposita, non autem humanis viribus aut incertis casibus accidisse perdoceam, omnes historiæ antiquæ a Nino incipiunt, omnes historiæ Romanæ a Proca exoriuntur. Deinde a primo anno imperii Nini usque quo Babylon a Semiramide instaurari cœpta est, interveniunt anni sexaginta & quatuor. Et a primo anno Procæ, cum regnare cœpit, usque ad conditionem Urbis factam a Romulo, intersunt anni æque sexaginta & quatuor. Ita regnante Proca futuræ Romæ sementis jacta est, etsi nondum germen adpareret. Eodem anno regni ipsius Procæ, Babylonis regnum defecit, etsi adhuc Babylon ipsa consistit. Descendente autem Arbato in Medos, partem regni penes se retinuere Chaldæi, qui Babyloniam sibi adversus Medos vindicaverunt. Ita Babyloniæ potestas apud Medos, proprietas apud Chaldæos fuit. Chaldæi autem, propter antiquam regiæ urbis dignitatem, non illam suam, sed se illius vocare maluerunt: unde factum est, ut Nabuchodonosor, ceterique post eum usque ad Cyrum reges, quamvis Chaldæorum viribus potentes & Babyloniæ nomine clari legantur; in numero tamen & cardine regum non habeantur inlustrium. Babylon itaque eo anno sub Arbato præfecto dehonorata est, quo Roma sub Proca rege (ut proprie dixerim) seminata est. Babylon novissime eo tempore a Cyro rege subversa, quo primum Roma a Tarquiniorum regum dominatione liberata est. Siquidem sub una eademque convenientia temporum illa cecidit, ista surrexit: illa tunc primum alienigenarum perpessa dominatum; hæc tum primum etiam suorum adspernata fastidium: illa tunc quasi moriens, dimisit hereditatem; hæc vero pubescens, tunc se agnovit heredem: tunc orientis occidit, & ortum est occidentis imperium. Et ne diutius verbis morer, committo me dentibus insanientium, sed veritatis præsidio liberandum.

CAPUT III.

Simile pæne initium, conditio & status regni Babylonii & Romani: sed exitus diversus.

D REgnavit Ninus annis quinquaginta duobus; cui successit, ut dixi, uxor sua Semiramis: quæ cum & ipsa quadraginta & duobus annis regnaret, medio imperii sui tempore Babylonem, caput regni, condidit. Ita Babylon post annos mille centum sexaginta & propemodum quatuor, quam condita erat, a Medis & ab Arbato, rege eorum, præfecto autem suo, spoliata opibus & regno, atque ipso rege privata est: ipsa tamen postea aliquamdiu mansit incolumis. Similiter & Roma post annos totidem, hoc est, mille centum sexaginta & fere quatuor, a Gothis & Alarico rege eorum, comite autem suo, irrupta & opibus spoliata, non regno, manet adhuc & regnat incolumis: quam-

a Eccle. VII. 30. *b* Rom. XIII. 1.



vis in tantum arcanis statutis inter utramque urbem convenientiæ totius ordo servatus sit, ut & ibi præfectus ejus Arbatus regnum invaserit, & heic præfectus hujus Attalus regnare tentaverit: tametsi apud hanc solam merito Christiani imperatoris attentatio profana vacuata sit. Itaque hæc ob hoc præcipue commemoranda credidi, ut tanto arcano ineffabilium judiciorum Dei ex parte patefacto, intelligant hi qui insipienter utique de temporibus Christianis murmurant, unum Deum dispofuisse tempora, & in principio Babyloniis, & in fine Romanis: illius clementiæ esse, quod vivimus: quod autem misere vivimus, intemperantiæ nostræ. Ecce similis Babylonis ortus & Romæ, similis potentia, similis magnitudo, similia tempora, similia bona, similia mala; tamen non similis exitus, similisve defectus. Illa enim regnum amisit, hæc retinet; illa interfectione regis orbata, hæc incolumi imperatore secura est. Et hoc quare? Quoniam ibi in rege libidinum turpitudo punita; heic Christianæ religionis continentissima æquitas in rege servata est: ibi, absque religionis reverentia, aviditatem voluptatis licentia furoris implevit: heic & Christiani fuere qui parcerent, & Christiani quibus parcerent, & Christiani propter quorum memoriam & in quorum memoria parceretur. Quapropter desinant religionem lacerare, & lacessere patientiam Dei: propter quam habent, uti & hoc quoque impunitum habeant, si aliquando desistant. Recolant sane mecum majorum suorum tempora, bellis inquietissima, sceleribus exsecrabilia, dissensionibus fœda, miseriis continuatissima; quæ & merito possunt horrere, quia fuerunt; & necessario debent rogare, ne sint: eum sane rogare solum Deum, qui & tunc occulta justitia permisit ut fierent; & nunc aperta misericordia præstat, ut non sint: quæ modo a me plenius ab ipso Urbis exordio, revolutis per ordinem historiis, proferentur.

CAPUT IV.

De Roma condita, & tempore quo Regum imperio paruit.

ANno post eversionem Trojæ CCCCXIV. Olympiade autem VI. quæ quinto demum anno, quatuor in medio expletis, apud Elidem Græciæ civitatem, agone & ludis exerceri solet, urbs Romæ in Italia a Romulo & Remo, geminis auctoribus, condita est. Cujus regnum continuo Romulus parricidio imbuit: parique successu crudelitatis sine more raptas Sabinas, improbis nuptiis confœderatas, maritorum & parentum cruore dotavit. Itaque Romulus, interfecto primum avo Numitore, dehinc Remo fratre, arripuit imperium, Urbemque constituit: regnum avi, muros fratris, templum soceri sanguine dedicavit: sceleratorum manum, promissa impunitate, collegit. Primus illi campus ad bellum, forum Urbis fuit, mixta simul externa civiliaque bella numquam defutura significans. Sabinorum quos fœdere ludisque pellexerat, feminas tam inhoneste præsumsit, quam nefarie defendit. Ducem eorum Titum Tatium senem, honestis pietatis caussis insistentem, diu armis propulsatum, mox ut in societatem regni adsumsit, occidit. Cum Vejentibus prœlium, adhuc parvo nomine, jam magnis viribus, agitatum. Cæninensium captum ac dirutum oppidum. Adsumtis semel armis, numquam quies: quippe quibus egestas turpis atque obscena fames domi timerentur, si umquam paci adquievissent. Jam hinc incessabilia certamina, & juxta quantitatem virium semper gravia, quam breviffime strinxerim. Tullum Hostilium, militaris rei institutorem, fiducia bene exercitæ juventutis, Albanis intulisse bellum; & diu altrinsecus, spe incerta, certa clade, tandem pessimos exitus & dubios eventus compendiosa Tergeminorum congressione finisse. Rursus pace dirupta, Mettum Fufetium, Fidenate bello, meditata etiam proditione suspensum, curribus in diversa raptantibus, duplicis animi noxam pœna divisi corporis expendisse. Latinos, Anco Martio duce, sæpe congressos, aliquando superatos. Tarquinium Priscum omnes finitimos & potentes tunc Tusciæ duodecim populos innumeris concidisse conflictibus. Vejentes, Ser. Tullio insistente, victos fuisse, nec domitos. Tarquinii Superbi regnum, occisi soceri scelere adsumtum, habita in cives crudelitate detentum, flagitio adulteratæ Lucretiæ amissum, inter domestica vitia virtutesque forinsecus emicantes, id est, oppida valida in Latio per eum capta, Ardeam, Ocricolum, Suessam Pometiam, & quidquid in Gabios vel fraude propria, vel pœna filii, vel Romanis viribus, perpetravit. Sed Romani quanta mala per ducentos quadraginta & tres annos continua illa regum dominatione pertulerint, non solum unius regis expulsio, verum etiam ejuratio regii nominis & potestatis, ostendit. Nam si unius tantum superbia fuisset in culpa, ipsum solum oportuisset expelli, servata regia dignitate melioribus. Igitur regibus Urbe propulsis, Romani consulendum sibi quam cuiquam suæ libertati dominandum rati, consules creaverunt: quibus, veluti adulta reipublicæ crescentis ætas, robustioribus ausis exercebatur.

CAPUT V.

Bruti primi Cos. facinora. Tarquiniensium & Sabinorum bellum. Discessio plebis. Fames & pestilentia ingens Romæ. Vejentum & Etruscorum bellum, quo familia illa Fabiorum interiit.

ANno post Urbem conditam CCXLIV. Brutus, primus apud Romanos consul, primum conditorem regemque Romæ, non solum exæquare parricidio, sed & vincere studuit; quippe duos filios suos adolescentes, totidemque uxoris suæ fratres, Vitellios juvenes, revocandorum in Urbem regum placito insimulatos, in concionem protraxit, virgis cæcidit, securique percussit. Ipse deinde Vejentum Tarquiniensiumque bello, cum Arunte, Superbi filio, congresso sibi commortuoque, procubuit. Porsena rex Etruscorum, gravissimus regii nominis suffragator, Tarquinium manu ingerens, tribus continuis annis trepidam Urbem terruit, conclusit, obsedit: & nisi hostem vel Mucius constanti urendæ manus patientia, vel virgo Clœlia admirabili transmeati fluminis audacia permovissent; profecto Romani compulsi fuissent perpeti aut captivitatem, hoste insistente superati; aut servitutem recepto rege subjecti. Post hæc Sabini corrasis undique copiis, magno adparatu belli, Romam contendunt: quo metu consternati Romani dictatorem creant, cujus auctoritas & potentia consulem præiret: quæ res, in illo tunc bello plurimum emolumenti tulit. Sequitur discessio plebis a patribus. Cum M. Valerio dictatore delectum militum agente, variis populus stimulatus injuriis, sacrum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

montem insedit armatus. Qua pernicie quid atrocius, cum corpus a capite defectum perditionem ejus per quod spirabat, minitaretur? actumque de Romano nomine intestina pernicie foret, nisi maturata reconciliatio subrepsisset prius, quam se discessio ipsa cognosceret. Urget se atque imminet sibi extra illas apertas bellorum clades successu misero clandestina pernicies: quippe T. Geganio & P. Minucio consulibus, duo vel maxima omnium malorum abominamenta, fames & pestilentia fessam Urbem corripuere. Cessatum est paullisper a prœliis; cessatum tamen a mortibus non est. Vejentes & Etrusci, graves hostes, adjunctis sibi finitimorum copiis, in bella surgentes, obviis M. Fabio & Gn. Manlio consulibus excipiuntur: ubi post sacramentum jurationis quo se Romani devoverant, non nisi post victoriam ad castra redituros, adeo atrox certamen fuit, & victis victoribusque par forma; ut amisso plurimo exercitu, occisisque in pugna Manlio consule & Fabio consulari, M. Fabius consul oblatum sibi a senatu triumphum suscipere recusaret, quia tantis reipublicæ detrimentis luctus potius debebatur. Gloriosissima illa numero & viribus Fabiorum familia, Vejentanum sortita certamen, quantam reipublicæ orbitatem occasu suo intulerit, infamibus usque ad nunc vocabulis, testes sunt fluvius qui perdidit, & porta quæ misit. Nam cum sex & trecenti Fabii, vere clarissima Romani status lumina, speciale sibi adversus Vejentes decerni bellum expetivissent; spem temere sumtæ expeditionis primis successibus firmaverunt: dehinc inducti in insidias circumventique ab hostibus, omnes ibidem trucidati sunt: uno tantum ad enuntiandam cladem reservato, ut miserius audiret patria perditos, quam perdidisset. Ad hæc non Romæ tantum talia gerebantur, sed quæque provincia suis ignibus æstuabat: & quod poeta præcipuus in una Urbe descripsit, ego de toto orbe dixerim:

— — — — Crudelis ubique
Luctus, ubique pavor, & plurima mortis imago.

CAPUT VI.

Cyrus rex Persarum totum orientem populatur, Babylonem urbem munitissimam capit, Crœsum vincit.

IGitur eodem tempore Cyrus rex Persarum quem superius explicandæ historiæ caussa commemoraveram, qui tunc Asiam, Scythiam totumque orientem armis pervagabatur, cum Tarquinius Superbus Urbem vel rex vel hostis aut servitio premebat aut bello; Cyrus, ut dixi, cunctis adversum quos ierat, perdomitis, Assyrios & Babyloniam petit, gentem urbemque tunc cunctis opulentiorem: sed impetum ejus Gyndes fluvius, secundæ post Euphratem magnitudinis, intercepit. Nam unum regiorum equorum, candore formaque excellentem, transmeandi fiducia persuasum, qua per rapacem alveum offensi vado vortices attollebantur, abreptum præcipitatumque merserat. Rex iratus ulcisci in amnem statuit, contestans eum qui nunc tam præclarum equum voravisset, feminis vix genua tingentibus permeabilem relinquendum. Nec peragendo segnior, totis copiis perpeti anno Gynden fluvium per magnas concisum deductumque fossas, in quadringentos sexaginta alveos comminuit. Eo opere prædoctis fossoribus, etiam Euphratem longe validissimum & mediam Babyloniam interfluentem, derivavit. Ac sic meabili-

A bus vadis siccum, etiam patentibus alvei partibus, iter fecit: cepitque urbem, quam vel humano opere exstrui potuisse, vel humana virtute destrui posse, utrumque pæne incredibile apud mortales erat. Namque Babyloniam a Nemrod gigante fundatam, a Nino vel Semiramide reparatam, multi prodidere. Hæc, campi planitie undique conspicua, natura loci lætissima, castrorum facie mœnibus paribus per quadrum disposita; murorum ejus vix credibilis relatu firmitas & magnitudo, id est, latitudine cubitorum quinquaginta, altitudine quater tanta. Ceterum ambitus ejus quadringentis & octoginta stadiis circumvenitur. Murus coctili latere atque interfuso bitumine compactus, fossa extrinse-
B cus late patens, vice amnis circumfluit. A fronte murorum, centum portæ æreæ. Ipsa autem latitudo in consummatione pinnarum utroque latere habitaculis defensorum æque dispositis, media intercapedine sui citas quadrigas capit. Domus intrinsecus quatergeminæ, habitationis minaci proceritate mirabiles. Et tamen magna illa Babylon, illa prima post reparationem humani generis condita, nunc pæne etiam minima mora victa, capta, subversa est. Ibi tunc Crœsus rex Lydorum, famosus opibus, cum ad auxiliandum Babyloniis venisset, victus solicite in regnum refugit. Cyrus autem, postea quam Babyloniam ut hostis invasit, ut victor evertit, ut rex disposuit, bellum trans-
C tulit in Lydiam: ubi conterritum superiore jam prœlio exercitum, nullo negotio superavit. Ipsum etiam Crœsum cœpit, captumque & vita & patrimonio donavit. Exaggerare hoc loco mutabilium rerum instabiles status non opus est: quidquid enim est opere & manu factum, labi & consumi vetustate, Babylon capta confirmat: cujus ut primum imperium ac potentissimum exstitit, ita & primum cessit; ut veluti quodam jure succedentis ætatis debita posteris traderetur hereditas, ipsis quoque eamdem tradendi formulam servaturis. Ita ad proxima adventantis Cyri tentamenta succubuit magna Babylon, & ingens Lydia; amplissima orientis cum capite suo brachia, unius prœlii expeditione
D ceciderunt: & nostri incircumspecta anxietate caussantur, si potentissimæ illæ quondam Romanæ reipublicæ moles, nunc magis imbecillitate propriæ senectutis, quam alienis concussæ viribus contremiscunt.

CAPUT VII.

Cyrus Scythis bellum intulit, & a Tomyri regina victus & occisus est.

IGitur idem Cyrus proximi temporis successu, Scythis bellum intulit: quem Tomyris regina quæ tunc genti præerat, cum prohibere transitu
E Araxis fluminis posset, transire permisit. Primum propter fiduciam sui, dehinc propter opportunitatem ex objectu fluminis hostis inclusi. Cyrus itaque Scythiam ingressus, procul a transmisso flumine castrametatus, insuper astu eadem instructa vino epulisque deseruit, quasi territus refugisset. Hoc comperto, regina tertiam partem copiarum & filium adolescentulum ad persequendum Cyrum mittit. Barbari, veluti ad epulas invitati, primum ebrietate vincuntur: mox, revertente Cyro, universi cum adolescente obtruncantur. Tomyris, exercitu ac filio amisso, vel matris vel reginæ dolorem sanguine hostium diluere potius, quam suis lacrymis parat. Simulat diffidentiam desperatione cladis inlatæ; paullatimque cedendo, superbum ho-

stem in insidias vocat. Ibi quippe, compositis in- A ter montes insidiis, ducenta millia Persarum cum ipso rege delevit: adjecta super omnia illius rei admiratione, quod ne nuntius quidem tantæ cladis superfuit. Regina caput Cyri amputari, atque in utrem humano sanguine oppletum conjici jubet, non muliebriter increpitans: *Satia te*, inquit, *sanguine quem sitisti, cujus per annos triginta insatiabilis perseverasti*.


CAPUT VIII.

Darius rex Persarum, Scythas infestans, fugatur: Asiam, Macedoniam & Jonas vincit: Athenienses cum vitæ suæ multorumque discrimine adgreditur.

ANno ab Urbe condita CCXLV. Darius, Cyro apud Scythas interfecto, post aliquantum intervallum forte regnum adeptus est. Regnavit enim medius eorum Cambyses Cyri filius: qui devicta Ægypto, cunctam Ægypti religionem abominatus, cærimonias ejus & templa deposuit. Post hunc etiam Magi, sub nomine quem occiderant regis, regno obrepere ausi: qui quidem mox deprehensi & oppressi sunt. Darius itaque, unus ex his qui Magorum audaciam ferro coercuerant, consensu omnium rex creatus est; qui postquam Assyrios ac Babyloniam a Persarum regno deficientem bello recuperavit, Attyro regi Scytharum hac vel maxime caussa bellum intulit, quod filiæ ejus petitas sibi nuptias non obtinuisset. Magna scilicet necessitas, pro unius libidine hominis septingenta millia virorum periculo mortis exponi. Incredibili quippe adparatu cum septingentis millibus armatorum Scythiam ingressus, non facientibus hostibus justæ pugnæ potestatem, insuper repentinis incursibus extrema copiarum dilacerantibus, metuens, ne sibi reditus interrupto ponte Istri fluminis negaretur, amissis octoginta millibus bellatorum, trepidus refugit: quamvis hunc amissorum numerum inter damna non duxerit; & quem habendum vix quisquam ambire ausus esset, perditum ille non sensit. Inde Asiam Macedoniamque adgressus, perdomuit. Jonas quoque navali congressione superavit. Deinde in Athenienses quod Jonas adversum se auxilio juvissent, impetum fecit atque arma direxit. Porro autem Athenienses, ubi adventare Darium compererunt, quamvis auxilium a Lacedæmoniis poposcissent; tamen, cum detineri quatriduanæ religionis otio compertum haberent, spem occasione sumentes, instructis tantum decem millibus civium & Platæensibus auxiliaribus mille, adversum sexcenta millia hostium campis Marathoniis proruperunt. Miltiades ei tunc bello præfuit, qui celeritate magis quam virtute fretus, alacri satis expeditione prius hosti cominus inhæsit, quam posset expedito sagittarum jactu propulsari. Tanta in eo bello diversitas certandi fuit, ut alia ex parte viri ad occidendum parati, ex alia pecudes ad moriendum præparatæ putarentur. Ducenta millia Persarum ad campos Marathonios ea tempestate ceciderunt. Sensit Darius hoc damnum: nam victus fugatusque, arreptis navibus refugit in Persas. Cum autem instauraret bellum, & ulcisci in victores moliretur; in ipso adparatu concidit, Olympiade septuagesima quarta, hoc est, post Urbem conditam anno CCLXXV. quo tempore Romæ Popillia virgo ob crimen stupri viva defossa est.

CAPUT IX.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



Xerxes rex Persarum cum numerosissimo exercitu a Spartanis paucis, duce Leonida, ingentem cladem accipit, astuque vincitur.


XErxes Dario patri in regnum succedens, bellum adversus Græciam a patre susceptum, per quinquennium instruxit: quod Demaratus Lacedæmonius qui tunc forte apud Xerxem exsulabat, per tabellas primum scriptas, deinde ceratas, suis prodidit. Igitur Xerxes septingenta millia armatorum de regno, & trecenta millia de auxiliis, B rostratas etiam naves mille ducentas, onerarias autem tria millia numero habuisse narratur; ut merito inopinato exercitui immensæque classi vix ad potum flumina, vix terras ad ingressum, vix maria ad cursum suffecisse memoratum sit. Huic tam incredibili temporibus nostris agmini, cujus numerum nunc difficilius est adstrui, quam tunc fuit vinci, Leonida rex Spartanorum cum quatuor millibus hominum in angustiis Thermopylarum obstitit. Xerxes autem, contemtu paucitatis objectæ, iniri pugnam, conferi manum imperat. Porro illi quorum cognati & commanipulares in campis Marathoniis occubuerant, & certaminis simul & cladis exstitere principium. Deinde succedens sibi tur- C ba major ac segnior, cum jam neque ad procurrendum libera, neque ad pugnandum expedita, neque ad fugiendum promta, solis mortibus subrigeretur, triduo continuo non duorum pugna, sed cædes unius populi fuit. Quarta autem die cum videret Leonida undique hostem circumfundi, hortatur auxiliares socios, ut subtrahentes se pugnæ, in cacumen montis evadant, ac se ad meliora tempora reservent: sibi vero cum Spartanis suis aliam sortem esse subeundam: plus se patriæ debere quam vitæ. Dimissis sociis, Spartanos admonet, de gloria plurimum, de vita nihil sperandum: neque exspectandum vel hostem vel diem, sed occasione noctis perrumpenda castra, commiscenda arma, D conturbanda agmina fore. Nusquam victores honestius, quam in castris hostium perituros. Persuasi igitur mori malle, in ultionem futuræ mortis armantur, tamquam ipsi interitum suum & exigerent & vindicarent. Mirum dictu, sexcenti viri castra sexcentorum millium irrumpunt. Tumultus totis castris oritur. Persæ quoque ipsi Spartanos adjuvant mutuis cædibus suis. Spartani, quærentes regem, nec invenientes: cædunt sternuntque omnia, castra pervagantur universa, & inter densas strues corporum raros homines vix sequuntur. Victores sine dubio, nisi mori elegissent. Prælium a principio noctis in majorem diei partem tractum: ad postremum vincendo fatigati, ubi quisque eorum E deficientibus membris visus est sibi mortis suæ ultione satiatus, ibi inter impedimenta cadaverum campumque crasso & semigelato sanguine palpitantem, lapsus & mortuus est.

CAPUT X.

Xerxem Themistocles, dux Atheniensium, bello excepit. Dein, cum Jonas ab eo alienasset, fugat.

XErxes, bis victus in terra, navale prœlium parat. Sed Themistocles dux Atheniensium, cum intellexisset Jonas (quibus dum auxilium superiore bello præbet, in se Persarum impetum ver-

SAECUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



terat) in auxilium Xerxis instructam classem deducere, solicitare eos parti suæ hostique subtrahere statuit. Et quia colloquendi facultas negabatur, locis quibus Jones accessuri navibus videbantur; proponi symbolos saxisque adfigi jubet, socios quondam & participes periculorum, nunc autem injuste agentes, apta increpatione corripiens, atque ad antiquorum jura fœderum religiosa adhortatione persuadens: præcipueque admonens, uti commisso prœlio cedentium vice inhibeant remos, se seque bello auferant. Igitur rex partem navium sibi detinens, spectator pugnæ in litore manet. Contra autem Artemidora regina Alicarnassi, quæ in auxilium Xerxi venerat, inter primos duces acerrime bello immiscetur; ita ut versa vice in viro feminea cautela, in femina virilis audacia spectaretur. Cum autem anceps pugna esset, Jones juxta præceptum Themistoclis, paullatim se certamini subtrahere cœperunt: quorum defectio Persas, jam fugam circumspicientes, aperte fugere persuasit. In qua trepidatione multæ naves mersæ captæque sunt; plures tamen sævitiam regis, velut immanitatem hostis timentes, domum dilabuntur. Anxium tot malis regem Mardonius adgreditur, suadens, regem in regnum redire oportere, prius quam adversa fama novas res domi moliretur. Se autem, si residuæ sibi copiæ traderentur, & ultionem ab hoste exacturum, & ignominiam domesticam propulsaturum; aut si adversa belli perseverassent, cessurum se quidem hosti, sed tamen sine regis infamia. Probato consilio, exercitus Mardonio traditur. Rex Abydum ubi pontem veluti victor maris conseruerat, cum paucis proficiscitur. Sed cum pontem hibernis tempestatibus dissolutum offendisset, piscatoria scapha trepidus transit. Erat sane quod spectare humanum genus & dolere debuerit, mutationes rerum hac vel maxime varietate permetiens, exiguo contentum latere navigio, sub quo ipsum pelagus ante latuisset, & jugum captivitatis suæ, vinctum ponte, portasset; vilissimo unius servuli egere ministerio, cujus potentiæ, dum montes exciduntur, valles replentur, amnes exhauriuntur, ipsa etiam rerum natura cessisset. Pedestres quoque copiæ quæ ducibus commissæ fuerant, labore, fame ac metu ita distabuerunt, & crudescente morbo, tanta pestis tantaque fœditas morientium exorta est, ut viæ cadaveribus replerentur: diræ etiam alites atque improbæ bestiæ, escarum inlecebris solicitatæ, moribundum sequerentur exercitum.

CAPUT XI.

Mardonius, Xerxis præfectus, dum reliqua belli exsequitur, copiis amissis, aufugit. Xerxes, dum a suis ut infortunatus contemnitur, occiditur.

AT vero Mardonius cui reliqua belli Xerxes commiserat, adflatus primum successu brevi, mox in extrema dejectus est. Olynthum siquidem, Græciæ oppidum, expugnavit. Athenienses varia solicitatione adducere in spem pacis adgressus, ubi inexpugnabilem eorum libertatem videt, incensa urbis parte, in Bœotiam omnem belli adparatum deducit. Illuc quoque eum centum millia Græcorum insecuta sunt; & commisso sine mora prœlio, Mardonium, deletis copiis ipsius, velut e naufragio nudum, cum paucis fugere compulerunt: castra regiis opibus referta ceperunt, non parvo quidem antiquæ industriæ damno. Nam post hujus prædæ A divisionem, aurum Persicum prima Græciæ virtutis corruptio fuit. Urget igitur inceptus miseros extrema perditio. Nam forte eodem die quo in Bœotia Mardonii copiæ deletæ sunt, pars Persici exercitus in Asia sub monte Mycale navali prœlio dimicabat. Ibi novus repente rumor utriusque classis & populi implevit aures, Mardonii exstinctas copias, Græcos exstitisse victores. Mira divini judicii ordinatio! in Bœotia, oriente sole, bellum fuisse commissum; in Asia, meridianis horis sub eodem die, tantis spatiis maris terræque interjacentibus, nuntiatum. Cui rumori vel maxime adstipulatum est, quod Persas, audita clades sociorum, primum dolore, dehinc desperatione correptos, B nec bello expeditos, nec fugæ habiles reddidit. Atque ita consternatos profligatosque, constantior factus hostis successu felicitatis, invasit. Xerxes bello in Græcia infeliciter gesto, contemtibilis suis factus, per Artabanum præfectum suum in regia circumventus, occiditur. O tempora desiderio & recordatione dignissima! O dies illos inoffensæ serenitatis, qui nobis veluti e tenebris respiciendi proponuntur, quibus brevissimo intervallo de visceribus unius regni decies novies centena millia virorum, tribus proximis regibus, tria bella rapuerunt: ut taceam de infelicissima tunc Græcia, quæ totum hunc de quo nunc hebescimus, numerum moriendo superavit. Leonida, ille clarissimus C Lacedæmoniorum, in bello isto adversus Xerxem quod supremum ipsi atque hostibus fuit, cum sexcentis suis famosissima illa incitamenta dixisset: *Prandete, tamquam apud inferos cœnaturi*, auxiliaribus tamen quos excedere bello jubebat, misericorditer suasit, ut se ad meliora tempora reservarent. Ecce cum ille promisit futura meliora, isti afferunt meliora præterita; quid aliud colligi datur, utroque in suis detestante præsentia, nisi aut semper bona esse, sed ingrata, aut numquam omnino meliora?

CAPUT XII.

D *Roma gravi pestilentia, bellis intermissis, divexata. De bello exsulum & fugitivorum, item Æquorum & Volscorum.*

AT Romæ, ut ad id tempus redeam unde digressus sum: (neque enim intervallo miseriarum ad alios transire compellor, sed sicut se quondam effervescentia ubique mala ipsis actibus colligarunt, ita etiam permixta referantur: nobis quippe conferre inter se tempora orbis, non cujusquam partis ejus laboribus insultare propositum est) Romæ ergo, post Urbem conditam anno CCXC. suspenso ad modicum bello, gravis pestilentia quæ semper ibi raras inducias aut factas intercepit, aut E ut fierent coegit, per universam civitatem violenter incanduit; ut merito præcedente prodigio cælum ardere visum sit, quando caput gentium tanto morborum igne flagravit. Nam eo anno Æbutium & Servilium, ambos consules, pestilentia consumsit: militares copias plurima ex parte confecit: multos nobiles, præcipueque plebem fœda tabe delevit, quamvis etiam superiore quarto anno oborta jam lues eumdem populum depopulata sit. Proximo dehinc anno cives exsules servique fugitivi, duce Herdonio, viro Sabino invaserunt, incenderuntque Capitolium: ubi fortissime quidem, Valerio consule & imperatore, obstitere juniores: sed adeo atrox & grave discrimen prœlii fuit, ut ipse quoque consul Valerius ibi fuerit occisus, &

indignam de servis victoriam insuper etiam sua morte fœdaverit. Sequitur annus, in quo cum victo exercitu consul obsessus est. Nam Minucium consulem, congressum prœlio, Æqui Volscique superarunt: & fugientem, in Algido fame ferroque cinxerunt: actumque infeliciter foret, ni Quinctius Cincinnatus, præcipuus ille dictator, artam obsidionem oppresso hoste solvisset: qui repertus ruri, ab aratro arcessitus ad fasces, sumto honore instructoque exercitu, mox victor effectus, jugum boum Æquis imposuit; victoriamque quasi stivam tenens, subjugatos hostes præ se primus egit.

CAPUT XIII.


Fames & pestilentia Romæ. Potestas consulum in decemviros translata, perniciosa reipublicæ. Crebri in Italia terræ motus. Fidenatium bellum.

ANNO qui proximus trecentesimo ab Urbe condita fuit, dum legati ad Athenienses propter Solonis leges deferendas missi exspectantur, arma Romana fames pestilentiaque compescuit. Ipso autem trecentesimo anno, hoc est, Olympiade nonagesima quinta, potestas consulum decemviris tradita, constituendarum legum Atticarum gratia magnam perniciem reip. invexit: nam primus ex decemviris, cedentibus ceteris, solus Appius Claudius sibi continuavit imperium: statimque aliorum conjuratio subsecuta est, ut more contemto, quo insigne imperii penes unum, potestas autem communis erat, omnes omnia propriis libidinibus agitarent. Itaque inter cetera quæ insolentissime cuncti præsumebant, repente singuli cum duodenis fascibus ceterisque imperii insignibus processerunt: & novo improbæ ordinationis incepto, ablegata religione consulum, emicuit agmen tyrannorum, duabus tabulis legum ad decem priores additis, agentes insolentissimo fastu plurima, die quo deponere magistratus mos erat, cum iisdem insignibus processerunt. Maxima etiam Appii Claudii libido auxit invidiam, qui, ut Virginiæ virgini stuprum inferret, prius servitutis caussam intulit; quamobrem adactus Virginius pater dolore libertatis & pudore dedecoris, protractam ad servitutem filiam, in conspectu populi pius parricida prostravit: qua populus necessitatis atrocitate permotus & periculo libertatis admonitus, montem Aventinum occupavit armatus. Nec tueri libertatem armis destitit, nisi postquam se conjuratorum conspiratio ipsis quoque honoribus abdicavit. Tertia & quinta post centesimam Olympiade, per totum fere annum tam crebri tamque etiam graves in Italia terræ motus fuerunt, ut de innumeris quassationibus ac ruinis villarum oppidorumque assiduis Roma nuntiis fatigaretur: deinde ita jugis & torrida siccitas fuit, ut præsentis tunc futurique anni spem gignendis terræ fructibus abnegarit. Iisdemque temporibus, cum Fidenates hostes maximorum auxiliorum manu stipantes terribiles Romanis arcibus imminerent, Æmilius tertium dictator magnam mali molem ipsis Fidenis vix captis depulit, & sanavit: tanta in ipsis erat malorum animorumque contentio, ut vel domesticas clades superfusa forinsecus bella obliterarent: vel post damna bellorum, inducias relaxatas diversæ pestes, cælo terraque excandescentes, incessabili infestatione corrumperent.

CAPUT XIV.

De Siciliæ imperio, rebusque in ea gestis.

SIcilia, ab initio patria Cyclopum, & post eos semper nutrix tyrannorum fuit. Sæpe etiam captiva servorum, quorum primi carnibus hominum, medii cruciatibus, postremi mortibus pascebantur: excepto eo, quod externis bellis aut præda habebatur, aut præmium. Hæc, ut quam brevissime absolvam, requiem malorum, nisi nunc, nescit: immo ut evidentius diversitates temporum declarentur, sicut antea vel intestinos vel externos tumultus perpessa est inter omnes sola semper, ita nunc ex omnibus sola numquam patitur. Nam etiam (ut sileam de diuturnitate vel illius calamitatis qua pressa est, vel istius e contrario qua fruitur, pacis) Ætna ipsa, quæ tunc cum excidio urbium atque agrorum crebris eruptionibus æstuabat, nunc tantum innoxia specie ad præteritorum fidem fumat. Igitur ut prætermittam interim de tyrannis, quorum mox qui fuit ultor, successor effectus est; medio tempore, hoc est, anno ab Urbe condita CCCXXXV. cum Rhegini apud Siciliam discordia laborarent, civitasque per dissensionem divisa in duas partes esset, pars una veteranos ab Himera urbe Siciliæ in auxilium vocavit. Porro illi, pulsis civitate primum his contra quos implorabantur, deinde mox cæsis etiam illis quibus ad auxiliandum convenerant, urbem cum conjugibus & liberis sociorum occupavere, ausi facinus nulli tyranno comparandum; quippe cum Rheginis quidquid vis perpeti satius fuerit, quam ut ultro invitarent, quibus patriam, conjuges, liberos ac penates, ipsi extorres ad prædam relinquerent. At etiam Catanenses, cum Syracusanos graves infestosque paterentur, ab Atheniensibus auxilia poposcerunt. Sed Athenienses, suo magis quam sociorum studio instructam classem, in Siciliam misere: cum & sibi propagare molirentur imperium, & Syracusanam classem nuper instructam Lacedæmoniis proficere vererentur. Et quoniam Athenienses qui missi erant, cæsis hostibus prospera initia sumserant, majores copias robustioremque exercitum cum Lachete & Charoeade ducibus in Siciliam reduxerunt. Sed Catanenses belli tædio permoti cum Syracusanis fœdus ineunt, auxilia Atheniensium spernunt. Post autem Syracusanis conditiones pacis meditatione dominationis transgredientibus, denuo legatos Athenas mittunt: qui capillo barbaque squalidi & lugubribus induti, misericordiam atque auxilium & sermone & habitu precarentur. Igitur magna classis instruitur, ducibus Nicia & Lamacho: tantisque viribus Sicilia repetitur, ut suffragia sua & hi timerent qui impetravissent. Athenienses duas illico pedestres pugnas secundis successibus faciunt, confectosque in urbe hostes & objecta classe circumdatos, terra marique concludunt. At Syracusani, fractis fessisque rebus, auxilium a Lacedæmoniis petunt: a quibus mox mittitur Gylippus, solus quidem, sed in quo omnium præsidiorum instar præferebatur: qui veniens, ut audivit inclinatum jam belli statum, auxiliis partim in Græcia, partim in Sicilia contractis, opportuna bello loca occupavit. Deinde duobus prœliis victus, nec territus, tertio congressu Lamachum occidit, hostes in fugam vertit, socios obsidione liberavit. Hinc Athenienses, terrestri prœlio victi, experimenta maris ineunt, & navali certamine congredi parant: quo cognito, Gylippus classem in-



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

structam a Lacedæmoniis arcessit: æque Athenienses in locum amissi ducis, Demosthenem & Eurymedonta cum supplemento copiarum mittunt. Peloponnesii quoque, cum multarum urbium consensu & decreto, ingentia Syracusanis auxilia misere. Ita sub specie socialis belli domesticos motus exsequuntur; & quasi placito de Græcia translatum certamen in Siciliam fuerit, sic ex utraque parte summis viribus dimicatur. Igitur Athenienses prima congressione vincuntur, castra quoque cum omni pecunia vel publica vel privata, & cum universo instructu diuturnæ expeditionis amittunt; fractis opibus & in angustum redactis, suadet Demosthenes, dum non omnino res perditæ sint, quamlibet videantur afflictæ, domum redeant Siciliaque decedant. Nicias autem pudore male gestarum rerum ab initio desperatior redditus, remanere contendit. Reparant navale certamen: & mox per inscitiam in angustias Syracusani maris deducti, insidiis hostium circumveniuntur. Eurymedon dux primus occiditur: undecim naves incenduntur. Demosthenes & Nicias classem dimittunt, quasi tutius terrena expeditione fugituri. Gylippus autem primum naves eorum relictas centum triginta invadit: dehinc ipsos fugientes persequi adgressus, capit cæditque quam plurimos. Demosthenes dedecus servitutis voluntaria morte declinat: Nicias vero indignam turpemque vitam dedecore captivitatis adcumulat.

CAPUT XV.

Athenienses bello Lacedæmoniorum, adhortante se seque ob exsilium ulciscente Alcibiade, excipiuntur.


IGitur Athenienses, biennio apud Siciliam non sine Lacedæmoniorum damno conflictati, aliis domi malis circumveniuntur. Alcibiades enim, dux pridem adversus Syracusas pronuntiatus, mox ad judicium pro quadam insimulatione detentus, voluntario exsilio Lacedæmona se contulit, impulitque Spartanos, ut turbatis Atheniensibus novo rursus bello insisterent; neque eis respirandi spatium, quin opprimerentur, relaxarent: cui incepto ita Græcia omnis adstipulata est, quasi ad commune incendium restinguendum, bono publico, congestis viribus consuleretur. Darius etiam rex Persarum, memor paterni avitique in hanc urbem odii, per Tissafernem præfectum Lydiæ cum Lacedæmoniis fœdus pacifcitur, eisque sumtus belli & copias pollicetur. Mirum dictu, Atheniensium tantas ea tempestate opes fuisse, ut cum adversus eos, hoc est, adversus unam urbem, Græciæ, Asiæ, totiusque orientis viribus incursum sit, pugnando sæpe, nec umquam cedendo, consumti magis videantur fuisse quam victi. Principio enim Alcibiades omnes socios deficere ab his ad Lacedæmonios coegit: sed & ab his quoque per invidiam insidiis adpetitus aufugit, & ad Tissafernem in Mediam concessit: cui statim adcommodato ingenio & apti eloquii gratia familiarior factus, persuadet, ne Lacedæmonios tam profusis opibus juvet: eum potius istius certaminis arbitrum spectatoremque fieri debere, integrasque Lydiæ vires adversus victorem reservandas. Quamobrem Tissafernes partem classis cum aliquanta manu deduci Lacedæmona jubet: ne vel abundantes suffragiis alieno tuti periculo dimicarent; vel in totum destituti, susceptum certamen omitterent.

CAPUT XVI.

Atheniensium adversus Lacedæmonios prœlia gravia, horrendæque calamitates ac strages utrimque acceptæ.

APud Athenienses vero cum diu domestica discordia agitaretur, imminente periculo summa imperii ad senatum populi voluntate transfertur; quippe otio discordiæ nutriuntur: at ubi necessitas incubuit, postpositis privatis caussis atque odiis, in commune consulitur. Sed hoc ipsum, cum propter insitam genti superbiam & tyrannicas libidines, perniciosum foret; tandem Alcibiades exsul ab exercitu revocatur, & dux classis constituitur. Quo comperto, principes primo Spartanis urbem prodere moliti sunt: deinde, cum id frustra cogitassent, in exsilium sponte cesserunt. Igitur Alcibiades, patria liberata, classem in hostes dirigit. Commisso prœlio, victoriam Athenienses capessunt. Porro autem major pars Spartani exercitus cæsa, duces quoque pæne omnes interfecti, & octoginta naves captæ, absque his quæ in conflictu incensæ demersæque perierunt. Rursus bellum in terram translatum Spartanis æque infeliciter cessit: quibus rebus fracti Lacedæmonii, petiere pacem, nec tamen impetrare potuerunt. Præterea Syracusana præsidia in Siciliam, audita Carthaginiensis belli infestatione, revocata sunt. Quamobrem Alcibiades classe victrici totam Asiam pervagatur: bellis, incendiis cædibusque rapit sternitque omnia: urbes quæ dudum a societate defecerant, capit recipitque quam plurimas. Sic Alcibiades, magni nominis factus, Athenas cum admiratione & gaudio omnium victor ingreditur. Parvo post intervallo auget vires, exercitum classemque numero provehit, rursusque Asiam petit. Lacedæmonii vero Lysandrum ducem classi belloque præficiunt. Cyrus etiam filius Darii, in locum Tissafernis, Joniæ Lydiæque præpositus, magnis eos opibus auxiliisque confirmat. Lysander itaque Alcibiadis exercitum prædæ intentum, ac per hoc ubique dispersum ac vagum, repentino incursu opprimit, sine conflictu aliquo vincit, cæditque fugientem. Magna hæc clades Atheniensibus, & multo hoc atrocius vulnus, quam dudum inflixerant, susceperunt: quo comperto, Athenienses opinati sunt Alcibiadem antiquum exsilii sui dolorem, isto scelere proditionis vindicare curasse: ideoque in locum ejus Cononem constituunt, cui residuam manum & summam belli committunt: qui supplere saltem numero exhaustas copias volens, senes ac pueros legit, exercitumque conscripsit. Sed hujusmodi manus moram bello non adtulit: quippe quod robore, non numero, confici solet. Itaque statim imbellis manus vel capta vel cæsa est; tantaque strages occisorum illo prœlio facta est, ut deletum non solum regnum, sed etiam nomen Atheniensium videretur. At illi, desperatis rebus, statuunt urbem peregrinis dare; ut qui per totam Asiam paullo ante dominati sunt, nunc ex hac colluvie muros saltem libertatemque tueantur: & quamvis vel suo judicio ad hæc tuenda etiam objectis muris non sufficiant, iterum tamen experire navale prœlium parant. Expers consilii furor dolorem virtutem putat: quantumque meditatur ira, tantum promittit audacia. Itaque, omnibus partim captis partim interfectis, de ipsis quoque reliquiis nihil reliqui factum est. Solus dux Conon, superstes bello & populo, timens civium crudelitatem, ad Cyprium re-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



gem concessit Evagoram. At dux Lacedæmoniorum, ademtis omnibus civitatibus, nihil Atheniensibus præter inanem urbem reliquit, nec hoc diu: nam & ipsam urbem postea obsidione circumdedit. Angebat intrinsecus fames, desolatio & morbus obsessos. Et cum post omnia miseriarum abominamenta quæ etiam dicere horror est, nihil spei præter mortem occurreret, pacem petivere.

CAPUT XVII.

Atheniensibus certis legibus ac conditionibus pax datur, trigintaque rectores constituuntur, qui cum tyrannidem exercerent, Thrasybuli industria ejecti sunt.

Magna hinc inter Spartanos & socios deliberatio fuit, cum plurimi inquietissimam civitatem sternendam solo, populumque infestissimum cum ipso nomine abolendum pronuntiarent: Spartani negaverunt, se permissuros, ut e duobus Græciæ oculis unus erueretur: insuper etiam pacem promiserunt, si Piræei portus ducentia in urbem munimina everterentur, navesque reliquas ultro traderent: deinde si rectores sibi triginta lectos susciperent. Huic conditioni addictis & succumbentibus, Lacedæmonii Lysandrum ad componendas in urbe parendi leges constituerunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum, & morte Darii Persarum regis, & exsilio Dionysii Siciliæ tyranni fuit. Igitur triginta rectores Atheniensibus ordinati, triginta tyranni exoriuntur: qui primo se tribus millibus satellitum stipant, mox etiam septingentos milites victoris exercitus lateribus suis circumponunt: cædem omnium passim futuram, occiso Alcibiade, auspicantur: qui fugiens, in itinere clausus cubiculo, vivus incensus est; quo interfecto, quasi sublato ultore securi, miseræ urbis reliquias cædibus rapinisque exhauriunt. Theramenem quoque, unum ex numero suo, cui hæc displicere senserunt, in exemplum timoremque reliquorum trucidant. Itaque omnes passim ex urbe diffugiunt; sed interdictu Lacedæmoniorum, cum per totam Græciam exsulibus negaretur hospitium, omnes se Argos ac Thebas contulerunt: ubi ita hospitalitatis obsequio foti sunt, ut non solum dolorem amissæ patriæ lenirent, verum etiam spem recuperandæ meditarentur. Erat inter exsules Thrasybulus, vir strenuus & generis nobilitate inter suos clarus, qui auctor audendi pro patria fuit. Itaque castellum Phylen Atticorum finium collecti exsules capiunt, multarumque civitatum opibus adjuti, vires capessunt: quibus Lysias quoque, Syracusanus orator, quasi in auxilium urbis, quæ esset patria communis eloquentiæ, quingentos milites cum stipendiis suis misit. Atrox id prœlium fuit: sed his pro propria libertate, illis pro aliena dominatione certantibus, animorum atque caussarum ipsa quoque tulit pugna judicium: nam victi tyranni in urbem refugerunt, omnesque quos ex Atheniensibus sibi prius satellites legerant, tunc suspectos proditionis, urbis custodia removerunt. Thrasybulum quoque ipsum tentare corruptione ausi sunt: quod ubi frustra speratum est, arcessitis a Lacedæmone auxiliis, rursus in bellum ruunt, ubi duo sævissimi omnium longe tyrannorum trucidantur. Ceteros, victos & in fugam versos, Thrasybulus, ubi vel maxime Athenienses esse intelligit, clamore consequitur, oratione retinet, precibus ligat, proponens ante oculos eorum quos fugere vel ad quos refugere vellent, sibi adversus triginta dominos, non adversus cives miseros, bellum esse susceptum. Quin potius omnes qui se meminerint esse Athenienses, sequi oportere Atheniensium libertatis ultores. Itaque hæc adhortatio tantum apud eos valuit, ut mox reversi in civitatem tyrannos arce decedere atque Eleusinam migrare compulerint: qui, postquam in societatem urbis cives suos eatenus exsules receperunt, tyrannos in bellum æmulatione suscitant, quibus libertas aliorum quasi ipsorum servitus videbatur. Tunc indicta pugna, cum prius quasi ad colloquium convenirent, circumventi insidiis, veluti pacis victimæ trucidantur: ita revocati in unum, post inexplebiles magnorum lacrymas gaudiorum, hæc prima fundamina recuperatæ libertatis instaurant, proposita jurisjurandi contestatione, uti discordiæ animositatesque præteritæ in oblivionem perpetuam atque immortale silentium deducantur. Quod pactionis genus quasi novam vitæ institutionem novamque felicitatem status sui informantes, Amnestiam vocaverunt, id est, abolitionem malorum. Sapientissima Atheniensium, præsertim post tanta miseriarum documenta, provisio: si quo pacto res humanæ manente consensu hominum, ut ordinantur, valerent. Sed adeo hoc idem placitum inter ipsa pæne placiti verba corruptum est, ut vix intercedente biennio, Socrates ille, clarissimus philosophorum, adactus malis, veneno sibi apud eos vitam extorserit: deinde vix quadraginta annis intervenientibus, ut alia sileam, iidem Athenienses, ademta sibi penitus libertate, sub Philippo Macedonum rege servierint. Verumtamen sapientissimi omnium Athenienses, etiam suis malis satis docti, concordia minimas res crescere, discordia maximas labi, cunctaque vel bona vel etiam mala quæ foris geruntur, internis esse radicata & emissa principiis, domi abstersere odia, & foris bella presserunt: reliqueruntque posteris suis de ruina sui exemplum, de reparatione consilium: si tamen ob infirmissimam humanæ mentis mutabilitatem quod in adflictis rebus consulitur, in prosperis servaretur.

CAPUT XVIII.

De bello civili inter Artaxerxem & Cyrum filios Darii, quod parricidio finitum fuit. De terræ motu Siciliæ, & Atalante insula facta.

Iisdem fere diebus bellum civile, immo etiam plus quam civile, vix parricidio terminatum, ad Persas gerebatur. Mortuo enim rege Dario, cum Artaxerxes & Cyrus, filii ejus, de regno ambigerent; tandem magnis adparatibus, magnis provinciarum ac populorum ruinis, utrimque certatum: in quo conflictu cum e diverso concurrentes sibi ambo fratres mutuo casus objectavisset, prior Artaxerxes vulneratus a fratre, equi velocitate morti exemtus evasit. Cyrus autem, mox a cohorte regia oppressus, finem certamini dedit. Artaxerxes ergo & præda fraternæ expeditionis, & exercitu potitus, potestatem regni parricidio firmavit. Sic universa Asia atque Europa, partim in se singulæ, partim in se invicem funeribus & flagitiis permiscebantur. Ecce parvissima pagina, verbisque paucissimis, quantos de tot provinciis, populis atque urbibus, non magis explicui actus operum, quam implicui globos miseriarum. Quis enim cladem illius temporis, quis fando funera explicet,

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.


aut æquare lacrymis possit dolores ? Verumtamen hæc ipsa, quia multo interjectu sæculorum exoleverunt facta sunt nobis exercitia ingeniorum, & oblectamenta fabularum : quamquam si quis intentius adhibeat animum, se seque toto mentis adfectu ipsis pæne caussis bellisque permisceat, ac rursus velut in arce spectaculi constitutus utrumque in suis qualitatibus tempus permetiatur ; facile dixerim, eum judicaturum, neque illa, nisi irato atque aversato Deo posse tam infeliciter perturbari ac permisceri, neque ista sic, nisi propitio & miserante, componi. His deinde temporibus gravissimo motu terræ concussa Sicilia, insuper exæstuantibus Ætnæ montis ignibus favillisque calidis, cum detrimento plurimo agrorum villarumque vastata est. Tunc etiam Atalante civitas, Locris adhærens, terræ contigua, repentino maris impetu abscissa, atque in insulam desolata est. Atheniensium quoque miserabiles reliquias pestis invasit, diuque populata est.

CAPUT XIX.

Romanorum parum honesta ad Vejos obsidio. Urbs a Gallis capta & vastata. Collatio istius excidii cum præsenti Gothorum invasione.

ANno ab Urbe condita CCCLV. obsidio Vejorum decem continuis annis magis obsessores quam obsessos detrivit. Nam Romani repentinis sæpe hostium eruptionibus comminuti, præterea in hibernis bella sortiti, hiemare sub pellibus, postremo famem ac frigus in conspectu hostium perpeti coacti sunt : urbem novissime, sine ullo digno Romanæ virtutis testimonio, cuniculis & clandestina obreptione ceperunt. Hanc utilem magis quam nobilem victoriam, primo dictatoris Camilli qui eam de Vejentibus patravit, exsilium, dehinc irruptio Gallorum, & incendium urbis insequitur : cui cladi audeat quisquam, si potest, aliquos motus temporis hujus comparare : quamvis non æque pendat præteriti mali fabulam præsentis injuria. Igitur Galli Senones, duce Brenno, exercitu copioso & robusto nimis, cum urbem Clusini quæ nunc Tuscia dicitur, obsiderent, legatos Romanorum (qui tunc componendæ inter eos pacis gratia venerant) in acie adversum se videre pugnantes: qua indignatione permoti, Clusini oppidi obsidione dimissa, totis viribus Romam contendunt. Hos ita ruentes Fabius cum exercitu consul excepit : nec tamen obstitit, immo potius hostilis ille impetus, quasi aridam segetem succidit, stravit & transiit. Testatur hanc Fabii cladem fluvius Allia, sicut Cremera Fabiorum. Non enim facile aliquis similem ruinam Romanæ militiæ recenseret, etiam si Roma insuper incensa non esset. Patentem Galli urbem penetrant, trucidant rigentes simulacrorum modo in suis sedibus senatores : eosque incendio domorum crematos, lapsu culminum suorum sepeliunt. Universam reliquam juventutem quam constat vix mille hominum tunc fuisse, in arce Capitolini montis latitantem, obsidione concludunt : ibique infelices reliquias, fame, peste, desperatione, formidine terunt, subigunt, vendunt : nam mille libris auri discessionis pretium paciscuntur : non quod apud Gallos Roma parvi nominis fuerit, sed quod illam sic jam ante detriverint, ut amplius tunc valere non posset. Exeuntibus Gallis remanserat in illo quondam Urbis ambitu informium ruinarum obscena congeries ; & undique impedita errantium & inter sua ignotorum offensæ vocis imago respondens, trepidos suspendebat auditus. Horror quatiebat animos, silentia ipsa terrebant. Siquidem materia pavoris est raritas ipsa vocis in spatiosis. Hinc illis mutare sedes, aliud incolere oppidum, altero etiam censeri nomine cogitatum, placitum atque tentatum est. En tempora, quorum comparatione præsentia ponderantur: en quibus recordatio suspirat : en quæ incutiunt de electa, vel potius de neglecta religione, pœnitentiam. Re vera pares sunt & conferuntur inter se hæ duæ captivitates ; illa sex mensibus deseviens, & tribus diebus ista transcurrens. Galli, exstincto populo, Urbe deleta, ipsum quoque Romæ nomen in extremis cineribus persequentes : & Gothi, relicta intentione prædandi, ad confugia salutis, hoc est, sanctorum locorum, agmina ignara cogentes. Ibi vix quemquam inventum senatorem, qui vel absens evaserit : heic vix quemquam requiri, qui forte ut latens perierit. Recte sane compararim, hunc fuisse ibi servatorum numerum, qui heic fuerit perditorum. Plane quod re proditur, fatendum est: in hac clade præsenti plus Deum sævisse, homines minus ; cum peragendo ipse quod illi non implevissent, cur eos miserit, demonstravit : quippe cum supra humanas vires esset, incendere æneas trabes, & subruere magnarum moles structurarum ; ictu fulminum Forum cum imaginibus vanis, quæ superstitione miserabili vel Deum vel hominem mentiuntur, abjectum est: horumque omnium abominamentorum, quod immissa per hostem flamma non adiit, missus e cælo ignis evertit. Et quoniam uber dicendi materia est quæ nequaquam hoc concludi libro potest ; heic præsentis voluminis finis sit, ut in subsequentibus cetera prosequamur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI,
HISTORIARUM
LIBER III.

PRÆFATIO.


ET superiore jam libro contestatus sum, & nunc necessarie repeto, secundum præceptum tuum, de anteactis conflictationibus sæculi, nec omnia nec per omnia posse, quæ gesta & sicut gesta sunt, explicari: quoniam magna atque innumera copiosissime, & a plurimis scripta sunt; scriptores autem etsi non easdem caussas, easdem tamen res habuere propositas: quippe cum illi bella, nos bellorum miserias evolvamus. Præterea ex hac ipsa de qua queror, abundantia, angustia oritur mihi, & concludit me solicitudo nodosior. Si enim aliqua studio brevitatis omitto, putabuntur aut mihi nunc defuisse, aut in illo tunc tempore non fuisse. Si vero significare cuncta nec exprimere studens, compendiosa brevitate succingo, obscura faciam: & ita apud plerosque erunt dicta, ut nec dicta videantur; maxime, cum e contrario nos vim rerum, non imaginem commendare curemus. Brevitas autem atque obscuritas, immo ut est semper obscura brevitas, etsi cognoscendi imaginem præfert, aufert tamen intelligendi vigorem. Sed ego, cum utrumque vitandum sciam, faciam, ut quocumque modo alterutra temperentur, nec multa prætermissa, nec multum constricta videantur.

CAPUT I.

De pace jussu Artaxerxis regis per Græciam facta, deque variis bellis ante illam pacem a Lacedæmoniis cum rege & Thebanis gestis: ubi de Conone.

ANno ab Urbe condita CCCLXIV. quem annum sicut gravissimum propter ignotam sibi captivitatem Roma persensit, ita magnificum propter insolitam pacem Græcia habuit. Eo siquidem tempore, Artaxerxes rex Persarum, discedere ab armis & quiescere in pace universam Græciam per legatos præcepit, denuntians contradictorem pacis bello impetendum: quem ita jubentem potuissent utique Græci tam constanter contemnere, quam fortiter sæpe vicerunt, nisi porrectam undecumque occasionem quam avide desideraverant, tam libenter hausissent: ostenderunt enim quam ægre admisere illa quæ eatenus gesserunt, quæ tam facile, indigna etiam conditione, deposuerunt: nam quid tam indignum liberis & fortibus viris, quam longe remoti, sæpe victi, adhuc hostis, & deinde minitantis, imperio arma deponere, pacique servire? si non ipso tantum adnuntiatæ pacis sono per corda cunctorum ægra belli tabuisset intentio: & post diuturnas laborum vigilias, oscitantes ac stupefactos quies inopina laxasset, prius quam ipsam quietem voluntas pacta componeret. Unde autem tanta fatigatio omnium per totam Græciam populorum cor- A da corporaque oppresserit, quæ efferos animos ignoto acquiescere otio tam facile persuasit, quam brevissime ostendam. Lacedæmonii, utpote homines, & Græci homines, quo plura habebant, eo ampliora cupientes, postquam Atheniensium potiti sunt, universam Asiam spe dominationis hauserunt. Itaque toti orienti bellum moventes, Dercyllidam ducem in hanc militiam legunt: qui cum sibi adversus duos potentissimos Artaxerxis Persarum regis præfectos, Pharnabazum & Tissafernem, pugnandum videret; proviso ad tempus consilio, ut pondus geminæ congressionis eluderet, unum denuntiato bello adpetit, alterum pacta pace suspendit. Pharnabazus Tissafernem apud Artaxerxem, com- B munem tunc regem, defert ut proditorem, præsertim qui cum hoste belli tempore de fœderis conditione pepigisset: hortaturque regem, ut in locum ejus Cononem, Atheniensem virum qui tunc forte apud Cyprum exsulabat, ducem navali bello constituat. Acceptis igitur quingentis argenti talentis, Conon per Pharnabazum evocatur, classique præficitur: quibus compertis, Lacedæmonii & ipsi auxilia navalis belli a rege Ægypti Hercynione per legatos petunt, a quo centum instructas triremes & sexcenta millia modium frumenti acceperunt: a sociis etiam undique magna contraxere subsidia. Cui militiæ consensu omnium, Agesilaum ducem decreverunt, virum pede claudum, sed qui in dif- C ficillimo rerum statu mallent sibi regem claudicare quam regnum. Raro umquam ita pares omni industria duces in unum coiere bellum, qui acerbissimis invicem prœliis fatigati, & multo sanguine obliti, velut invicti ab alterutro recesserunt. Igitur Conon, accepto iterum per se ipsum a rege magno stipendio, reversus ad classem invadit hostiles agros, turres, castella, ceteraque præsidia expugnat: & veluti effusa tempestas, quacumque incubuit, cuncta prosternit. Lacedæmonii vero domesticis malis circumventi, externis inhiare desistunt, abjiciuntque spem dominationis, imminente periculo servitutis: Agesilaum autem quem cum exercitu in Asiam miserant, ad subsidium patriæ D revocant. Interea Pisander, dux apud Spartam per Agesilaum regem relictus, maximam munitissimamque tunc classem instruxerat, motus æmulatione virtutis Agesilai, ut illo pedestrem expeditionem agitante, ipse quoque navali discursu oram maritimam pervagaretur. Conon vero susceptum negotium duplici cura intendebat, debens sociis solicitudinem, patriæ fidem: ut huic exhiberet naturam, illis præberet industriam: in hoc propensior civibus, quod quieti libertatique eorum alieni sanguinis discrimen impenderet, & pugnaret adversus insolentissimos hostes periculo regis, præmio patriæ. Conferunt itaque navale certamen Persæ Conone,

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



Spartani Pisandro duce: milites, remiges, ipsique A ductores, uno pariter in mutuam cædem ardore rapiuntur. Magnitudinem atque atrocitatem belli istius, inclinatus ex hoc semper in posterum Lacedæmoniorum status prodit. Namque ex illo fluere ac retro sublapsa referri spes Spartanorum visa, donec adsurgendo ægre ac misere recidendo, confecta & potestate careret & nomine. Atheniensibus vero hæc eadem pugna initium recuperandæ potentiæ, sicut Lacedæmoniis amittendæ, fuit. Primi igitur Thebani, auxilio Atheniensium fulti, superiore clade saucios ac trepidos aggrediuntur, multa animati fiducia propter virtutem atque industriam Epaminondæ ducis sui, cum quo sibi facile obtinere posse imperium totius Græciæ videbantur. Fit B itaque terrestre prœlium, Thebanis minimo negotio vincentibus. Vincitur etiam hoc conflictu Lysander & occiditur. Pausanias quoque, dux alter Lacedæmoniorum, insimulatus proditionis, in exsilium truditur. Thebani autem victoria potiti, collecta universi exercitus manu, Spartam contendunt, putantes se vacuam præsidio civitatem nullo intraturos negotio, cujus jam omnes pæne copias cum ipso rege delessent, atque ab omnibus sociis destitutos viderent. Lacedæmonii periculo civitatis impulsi, habito inexercitati militis qualicumque delectu, obviam hosti procedunt. Sed victis semel, adversus victores obsistendi nec virtus nec animus erat. Cum igitur cædes tantum unius pæne partis C ageretur, repente rex Agesilaus arcessitus ex Asia, improvisus bello supervenit: Thebanos jam successu duplicis victoriæ lætiores segnioresque aggreditur: nec difficile superat, maxime cum adhuc apud ipsum pæne integræ vires haberentur. Ipse tamen Agesilaus graviter vulneratur. At vero Athenienses, cum comperissent insperata Lacedæmonios victoria sublevatos; pristinæ servitutis de qua tunc respirare vix cœperant, trepidi metu, exercitum contrahunt, eumque Bœotiis in auxilium adjungunt, commissum Iphicrati duci; qui adolescens admodum, vix dum annos viginti natus, infirmitatem ætatis maturitate animi muniebat. Conon quoque, vir quidem Atheniensis, dux autem Per- D sici exercitus, audito Agesilai reditu, ad populandos Lacedæmoniorum agros revertitur. Ita Spartani, strepitu circumsonantium undique hostium clausi atque exterriti, ultima propemodum desperatione tabuerunt. Sed Conon, postquam vasta hostilis soli populatione satiatus est, Athenas pergit, in maximo gaudio civium ipse tristis, quippe cum videret urbem, populo quondam cultuque ornatissimam, nunc miserabili ruinarum ac desolationis squalore confectam. Itaque magnum pietatis miserationisque monumentum in reparatione ejus operatus est. Namque eam a Lacedæmoniis exinanitam, Lacedæmoniorum prædis replevit. Persis incendentibus concrematam, Persis ædificantibus reforma- E vit. Interea Artaxerxes rex Persarum, sicut principio dictum est, universis Græciæ populis per legatos, ut ab armis discederent & paci adquiescerent, imperavit: non quod misericorditer fessis consuleret, sed ne se Ægypto bellis occupato, aliqua in regnum suum tentaretur irruptio.

CAPUT II.

De Lacedæmoniorum offensione in Arcadia, victoria Thebanorum, Epaminondæ morte, cum Epilogo dictorum.

Cunctis igitur Græcis optatissima quiete resolutis, domesticoque otio torpentibus, Lacedæmonii, inquieti magis quam strenui, & furore potius quam virtute intolerabiles, post bella deposita tentant furta bellorum. Nam speculati absentiam Arcadum, castellum eorum repentina irruptione perfringunt. Arcades vero exciti injuria, juncto sibi Thebanorum auxilio, amissa furto, bello repetunt. In eo prœlio Archidamus dux Lacedæmoniorum vulneratus, cum jam cædi suos ut victos videret, occisorum corpora per præconem ad sepulturam poscit: quod signum victoriæ traditæ inter Græcos haberi solet. Thebani autem hac confessione contenti, dato parcendi signo, finem dedere certamini. Paucis deinde intervenientibus induciarum diebus, Lacedæmoniis ad alia bella conversis, Thebani cum Epaminonda duce, de invadenda Lacedæmonia quasi secura & destituta, cepere fiduciam. Taciti, intempesta nocte, Lacedæmonem veniunt: sed non ita incautam vel indefensam, sicut rebantur, offendunt. Armati enim senes cum reliqua turba imbellis ætatis, præcognito adventu hostium, in ipsis se portarum angustiis objecerunt, & adversus quindecim millia militum, vix centum confecti ævo homines proruperunt. His itaque tantam molem belli sustinentibus, juventus superveniens congredi adversus Thebanos aperto certamine incunctanter decrevit. Commisso prœlio, cum Lacedæmonii vincerentur, repente Epaminondas dux Thebanorum incautius dimicans, vulneratur. Quare dum his ex dolore metus, illis ex gaudio stupor nascitur; veluti ex consensu tacito utrimque discessum est. Epaminondas autem graviter saucius, cum de victoria suorum comperisset, scutumque exosculatus esset; remota manu qua vulnus occluserat, egressum sanguinis ac mortis patefecit introitum: cujus mortem sic Thebanorum perditio subsecuta est, ut non perdidisse ducem, sed ipsi cum eo tunc perisse viderentur. Contexui indigestæ historiæ inextricabilem cratem, atque incertos bellorum orbes, huc & illuc lymphatico furore gestorum, verbis e vestigio secutus implicui: quoniam tanto, ut video, inordinatius scripsi, quanto magis ordinem custodivi. Improba dominandi Lacedæmoniorum cupiditas, quantis populis, qualibus urbibus, quibus provinciis, cujusmodi odiorum motus, quantas caussas certaminum suscitarit; quis vel numero, vel ordine, vel ratione disponat? cum ipsi quoque non plus adflicti bellis quam bellorum confusione referantur: siquidem, tracto per aliquot ætates hoc continuo bello, Athenienses, Lacedæmonii, Arcades, Bœotii, Thebani, postremo Græcia, Asia, Persis atque Ægyptus cum Lybia insulisque maximis, navales simul pedestresque conflictus indiscretis egere discursibus. Referre cæsa hominum millia non possem, etiam si bella numerarem. At nunc increpet hæc tempora atque illa collaudet, quicumque nescit hosce omnes istarum urbium provinciarumque populos, ita nunc in solis ludis ac theatris consenescere, sicuti tunc in castris maxime prœliisque tabuisse. Florentissima illa, & totius tunc imperium orientis affectans, Lacædemoniorum civitas, vix centum habere potuit senes: ita incessabilibus circumventa malis,

immaturas misere expendebat ætates : & quærun- tur nunc homines, quorum refertæ pueris & senibus civitates, secura juvenum peregrinatione ditantur, pacificisque exercitiis stipendia domesticæ voluptatis adquirunt ? nisi forte (ut adsolent humanæ mutabilitati omnia sordere præsentia) novitates rerum actu audituque prurientibus, ipsa etiam vita fastidio est.

CAPUT III.


Terræ motus Achajæ collatus cum Constantinopolitano. Romani civitates aliquot capiunt.

ANno ab Urbe condita CCCLXXVI. sævissimo terræ motu Achaja universa concussa est, & duæ tunc civitates, id est, Bura & Helice, abruptis locorum hiatibus devoratæ sunt. At ego nunc e contrario poteram similia in diebus nostris apud Constantinopolim æque modo principem gentium prædicta & facta, sed non perfecta narrare; cum post terribilem denuntiationem conscientiamque mali sui præsciam, subter commota funditus terra tremeret, & desuper fusa cælitus flamma penderet, donec orationibus Arcadii principis & populi Christiani, præsentem perditionem Deus exoratus averteret : probans se solum esse & conservatorem humilium, & punitorem malorum. Sed hæc ut commemorata sint magis quam explicata, verecundiæ concesserim; ut & qui scit, recolat; & qui nescit, inquirat. Interea Romani, qui per septuaginta annos ab urbe Volscorum, præterea Faliscorum, Æquorum & Sutrinorum, subacti & adtriti, assiduis bellis conficiebantur, tandem in supra scriptis diebus, Camillo duce, easdem cepere civitates, & redivivo finem dedere certamini. Prænestinos etiam eodem tempore, qui usque ad portam Romæ bellando & cædendo pervenerant, ad flumen Alliam, T. Quinctio pugnante, vicerunt.

CAPUT IV.

De pestilentia gravissima, ejusque expiatione.

ANno ab Urbe condita CCCLXXXIV. L. Genucio & Q. Servilio consulibus, ingens universam Romam pestilentia corripuit: non ut adsolet plus minusve solito temporum turbata temperies, hoc est, aut intempestiva siccitas hiemis, aut repentinus calor veris, aut incongruus humor æstatis vel autumni divitis indigesta illecebra, insuper etiam exspirata de Calabris saltibus aura corrumpens, repentinos acutarum infirmitatum adferre transcursus; sed gravis diuturnaque in nullo dispar sexu, in nulla ætate dissimilis, generali cunctos per biennium jugiter tabe confecit : ut etiam quos non egit in mortem, turpi macie exinanitos adflictosque dimiserit. Conquerentur hoc, ut arbitror, loco obtrectatores temporis Christiani, si forte silentio præterierim, quibus tunc cærimoniis Romani placaverint deos, & sedaverint morbos. Cum pestilentia in dies crudesceret, auctores suasere pontifices, ut ludi scenici diis expetentibus ederentur : ita pro depellenda temporali peste corporum, arcessitus est perpetuus morbus animorum. Uber nunc quidem mihi iste doloris atque increpationis locus est, sed in quo jam reverentia tua studium sapientiæ & veritatis exercuit, mihi super eo audere fas non est. Commonuisse me satis sit, & ex qualibet intentione lectorem ad illius lectionis plenitudinem remisisse.



CAPUT V.

Ingens terræ hiatus medio Romæ adparuit, quem Marcus Curtius præcipitio sui avertit.

SEquitur hanc miseram luem miserioremque ejus expiationem, proximo anno satis triste prodigium. Repente siquidem medio Urbis terra dissiluit, vastoque præruptu hiantia subito inferna patuerunt. Manebat diu ad spectaculum terroremque cunctorum patenti voragine impudens specus, nefariamque vivi hominis sepulturam diis interpretibus expetebat. Satisfecit improbis faucibus præcipitio sui Marcus Curtius, eques armatus, injecitque crudeli terræ inopinatam satietatem; cui parum esset quod ex tanta pestilentia mortuos per sepulcra susciperet, nisi etiam vivos scissa sorberet.

CAPUT VI.

Gallorum ingentem multitudinem Romani sternunt ac fugant: Tusci superantur: Galli tertio irruentes trucidantur.

ANno ab Urbe condita CCCLXXXVIII. iterum terribilis Gallorum inundatio juxta Anienem fluvium, ad quartum ab Urbe lapidem consedit, facile sine dubio, pondere multitudinis & alacritate virtutis, perturbatam occupatura civitatem, nisi otio & lentitudine torpuisset: ubi atrocissimam pugnam Manlius Torquatus singulariter inchoavit; T. Quinctius dictator cruentissima congressione confecit. Fugati ex hoc prœlio plurimi Galli, instauratis iterum copiis in bellum ruentes, a C. Sulpicio dictatore superati sunt. Post paullulum quoque Tuscorum pugna sub C. Marcio consecuta est : ubi conjici datur quantum hominum cæsum sit, quando octo millia sunt capta Tuscorum.


Tertio autem in iisdem diebus Galli se in prædam per maritima loca subjectosque campos, ab Albanis montibus diffuderunt : adversum quos novo militum delectu habito conscriptisque legionibus decem, sexaginta millia Romanorum, negatis sibi Latinorum auxiliis, processerunt. Confecit hanc pugnam M. Valerius, auxiliante corvo alite, unde postea Corvinus est dictus. Occiso enim provocatore Gallo, hostes territi sparsimque fugientes, graviter trucidati sunt.

CAPUT VII.

Fœdus Romanorum cum Carthaginiensibus, complurium malorum caussa. Inter alia mira, veris lapidibus pluit. Alexander magnus nascitur. Rex Persarum Judæos captivos abducit.

NUmerandum etiam inter mala censeo, primum illud ictum cum Carthaginiensibus fœdus, quod iisdem temporibus fuit; præsertim ex quo tam gravia orta sunt mala, ut exin cœpisse videantur. Anno siquidem ab Urbe condita CCCCII. legati a Carthagine Romam missi sunt, fœdusque pepigerunt. Quem ingressum Carthaginiensium in Italiam malorum grandinem secuturam continuatarumque miseriarum tenebras juges, historiarum fides, locorumque infamia & abominatio dierum quibus ea gesta sunt, protestantur. Tunc etiam

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



nox usque ad plurimam diei partem tendi visa est: & saxea de nubibus grando descendens, veris terram lapidibus verberavit. Quibus diebus etiam Alexander magnus, magnus vere ille gurges miseriarum atque atrocissimus turbo totius orientis, est natus. Tunc etiam Ochus qui & Artaxerxes, post transactum in Ægypto maximum diuturnumque bellum, plurimos Judæorum in transmigrationem egit, atque in Hyrcania ad Caspium mare habitare præcepit: quos ibi usque in hodiernum diem amplissimis generis sui incrementis consistere atque exinde quandoque erupturos, opinio est. Cujus etiam belli tempestates transcurrens, & Sidonem opulentissimam Phœnicis provinciæ urbem delevit, & Ægyptum quamvis prius victus, tunc tamen subactam comminutamque ferro, Persarum subjecit imperio.

CAPUT VIII.

Breviter comprehendit sequentium bellorum a Romanis gestorum clades: & de Jani portis clausis.

JAm hinc statim a Romanis adversum Samnitas, gentem opibus armisque validam, pro Campanis & Sidicinis bella suscepta sunt. Samniticum bellum ancipiti statu gestum, Pyrrhus vel maximus Romani nominis hostis excepit. Pyrrhi bellum mox Punicum consecutum est: & quamvis numquam post mortem Numæ a bellorum cladibus fuisse cessatum patentes semper Jani portæ indicent; ex eo tamen, veluti per meridiem, toto impressus cælo malorum fervor incanduit. Porro autem, inchoato semel bello Punico, utrum aliquando bella, cædes, ruinæ atque omnia infandarum mortium genera, nisi Cæsare augusto imperante cessaverint, inquirat, inveniat, prodat, quisquis infamanda tempora Christiana putat. Absque illo tamen, inter bella Punica unius anni, veluti avis prætervolantis excursu, Romani propter clausas Jani portas, inter febres morbosque reipublicæ, ad hoc brevissimo pacis signo, velut tenuissimo aquæ gelidæ haustu, inlecti sunt ut in pejus recalescentes, multo gravius vehementiusque adflictarentur. At vero, si indubitatissime constat, sub augusto primum Cæsare, post Parthicam pacem universarum terrarum orbem, positis armis abolitisque discordiis, generali pace & nova quiete compositum, Romanis paruisse legibus, Romana jura quam propria arma maluisse, spretisque ducibus suis, judices elegisse Romanos: postremo, omnibus gentibus, cunctis provinciis, innumeris civitatibus, infinitis populis, totis terris, unam fuisse voluntatem, libero honestoque studio inservire paci atque in commune consulere: quod prius ne una quidem civitas unusve populus civium, vel quod majus est, una domus fratrum, jugiter habere potuisset: quod si etiam cum imperante Cæsare ista provenerint, in ipso imperio Cæsaris illuxisse ortum in hoc mundo Domini nostri Jesu Christi, liquidissima probatione manifestum est: inviti licet illi quos in blasphemiam urgebat invidia, cognoscere faterique coguntur, pacem istam totius mundi & tranquillissimam serenitatem, non magnitudine Cæsaris, sed potestate filii Dei qui in diebus Cæsaris adparuit, exstitisse; nec unius Urbis imperatori, sed creatori orbis universi, orbem ipsum generali cognitione paruisse: qui sicut sol oriens diem luce perfundit, ita adveniens misericorditer, extenta mundum pace vestierit. Quod plenius, cum ad id ipso perficiente Domino ventum fuerit, proferetur.

CAPUT IX.

Romani Latinis bellum inferunt. Manlius Torquatus filium occidit. Minucia, Vestalis virgo, incesti damnata.

IGitur anno ab Urbe condita CCCCIX. Romani bellum Latinis rebellantibus intulerunt, Manlio Torquato & Decio Mure consulibus: in quo bello unus consul interfectus est, alter exstitit parricida. Manlius enim Torquatus filium suum, juvenem, victorem, interfectoremque Metii Tusculani, nobilis equitis & tum præcipue provocantis atque insultantis hostis, occidit. Alius vero consul, cum iterato conflictu, illud cornu cui præerat, cædi atque adfligi videret, in confertissimos hostes sponte prolapsus occubuit. Manlius, quamvis victor, occursum tamen nobilium juvenum Romanorum qui legitime exhiberi solet, triumphans parricida non meruit. Anno autem post hunc subsequente Minucia virgo Vestalis, ob admissum incestum damnata est, vivaque obruta in campo qui nunc Sceleratus vocatur.

CAPUT X.

Permultæ matronæ Romanæ veneficii accusatæ & damnatæ sunt.

AT vero, parvo exin tempore interjecto, horresco referre quod gestum est: nam Claudio Marcello & Valerio Flacco consulibus, incredibili rabie & amore scelerum Romanæ matronæ exarserunt. Erat utique fœdus ille ac pestilens annus, inflictæque jam undique catervatim strages egerebantur: & adhuc tamen penes omnes de corrupto aere simplex credulitas erat, cum exsistente quadam ancilla indice & convincente, primum multæ matronæ ut biberent quæ coxerant venena, compulsæ: deinde simul atque hausere, consumtæ sunt. Tanta autem multitudo fuit matronarum in his facinoribus consciarum, ut trecentæ septuaginta damnatæ ex illis simul fuisse referantur.

CAPUT XI.

Alexander rex Epirotarum a Samnitibus victus & occisus est.

ANno ab Urbe condita CCCCXXII. Alexander rex Epirotarum, Alexandri illius magni avunculus, trajectis in Italiam copiis, cum bellum adversus Romanos pararet, & circa finitimas Romæ urbes firmare vires exercitus sui, auxiliaque vel sibi adquirere vel hostibus subtrahere studens, bellis exerceretur; a Samnitibus qui Lucanæ genti suffragabantur, maximo bello in Lucania victus atque occisus est. Sed quoniam aliquantum Romanas clades recensendo progressus sum; vel Alexandri istius mentione commonitus, de Philippo Macedonum rege, qui Olympiadem hujus Alexandri Epirotæ sororem uxorem habuit ex qua Alexandrum magnum genuit, paucissimis annis retro repetitis, magna parvis, in quantum potero, colligam.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
419.

CAPUT XII.

Philippi regis Macedoniæ, res gestæ; & quas gentes seu urbes subegerit.

ANno ab Urbe condita CCCC. Philippus, Amyntæ filius, Alexandri pater, regnum Macedonum adeptus, viginti quinque annis tenuit: quibus hos omnes acerbitatum acervos cunctasque malorum moles struxit. Hic primum ab Alexandro fratre obses Thebanis datus, per triennium apud Epaminondam strenuissimum imperatorem & summum philosophum eruditus est. Ipso autem Alexandro scelere Eurydices matris occiso, quamvis ea jam commisso adulterio, & altero primum filio interfecto filiaque viduata, generi nuptias mariti morte pepigisset; compulsus a populo regnum quod parvo occisi fratris filio tuebatur, suscepit: qui cum foris concursu exsurgentium undique hostium, domi autem deprehensarum sæpe insidiarum metu fatigaretur, primum bellum cum Atheniensibus gessit. Quibus victis, arma ad Illyrios transtulit, multisque millibus hostium trucidatis, Larissam urbem nobilissimam cepit. Inde Thessaliam non magis amore victoriæ quam ambitione habendorum equitum Thessalorum, quorum robor ut exercitui suo admisceret, invasit. Ita Thessalis ex improviso præoccupatis atque in potestatem redactis, jungendo equitum peditumque fortissimas turmas & copias, invictissimum fecit exercitum. Igitur victis Atheniensibus subjectisque Thessalis, Olympiadem Arubæ regis Molossorum sororem duxit uxorem. Qui Aruba, cum per hoc quod societatem Macedonum adfinitate regis paciscebatur, imperium suum se dilataturum putaret; per hoc deceptus amisit, privatusque in exsilio consenuit. Deinde Philippus, cum Methonam urbem oppugnaret, ictu sagittæ oculum perdidit. Ipsam vero urbem mox expugnavit, & cepit. Exin Græciam prope totam consiliis præventam, viribus domuit. Quippe Græciæ civitates, dum imperare singulæ cupiunt, imperium omnes perdiderunt: & dum in mutuum exitium sine modo ruunt, omnibus perire, quod singulæ amitterent, oppressæ demum servientesque senserunt: quarum dum insanas concertationes Philippus veluti e specula observat, auxiliumque semper inferioribus suggerendo, contentiones bellorum fomites callidus doli artifex fovet, victos sibi pariter victoresque subjecit. Huic autem ad obtinendam totius Græciæ dominationem, immoderata Thebanorum dominatio facultatem dedit: qui victos Lacedæmonios ac Phocenses, cædibus etiam rapinisque confectos, cum insuper in communi Græciæ concilio tanta pecuniæ multa oneravissent, quantam illi solvere nullo modo possent, ad arma confugere coegerunt. Itaque Phocenses, Philomelo duce & auxiliis Lacedæmoniorum Atheniensiumque fulti, commissa pugna hostibusque fugatis, Thebanorum castra ceperunt. Sequenti prœlio inter immensas utriusque populi strages Philomelus occisus est: in cujus locum Phocenses Onomarchum ducem creaverunt. Porro autem Thebani & Thessali, omisso delectu civium, Philippum Macedoniæ regem quem hostem prius repellere laborabant, ultro sibi ducem expetiverunt. Commisso prœlio & Phocensibus pæne ad internecionem cæsis, victoria ad Philippum concessit. Sed Athenienses audito belli eventu, ne Philippus transiret in Græciam, angustias Thermopylarum pari ratione sicut adventantibus antea Persis, occupavere. Igi-

A tur Philippus ubi exclusum se ab ingressu Græciæ, præstructis Thermopylis videt, paratum in hostes bellum, vertit in socios: nam civitates quarum paullo ante dux fuerat, ad gratulandum ac suscipiendum patentes, hostiliter invadit, crudeliter diripit: omnique societatis conscientia penitus abolita, conjuges liberosque omnium sub corona vendidit, templa quoque universa subvertit spoliavitque; nec tamen umquam per viginti quinque annos quasi iratis diis victus est. Post hæc in Cappadociam transiit, ibique bellum pari perfidia gessit, captos per dolum finitimos reges interfecit, totamque Cappadociam imperio Macedoniæ subdidit. Inde post cædes, incendia deprædationesque in
B sociis urbibus gestas, parricidia in fratres convertit; quos patri ex noverca genitos cum coheredes regni vereretur, interficere adgressus est. Cum autem unum ex his occidisset, duo in Olynthum confugerunt: quam mox Philippus hostiliter adgressus, urbem antiquissimam & florentissimam, cædibus ac sanguine repletam, opibus hominibusque vacuavit, abstractos etiam fratres supplicio & neci dedit.

Dein cum, excidio sociorum & parricidio fratrum elatus, licere sibi omnia quæ cogitavisset, putaret, auraria loca in Thessalia, argenti metalla in Thracia invasit: ac ne quod jus vel fas inviolatum prætermitteret, præoccupato mari & clas-
C se dispersa, piraticam quoque exercere instituit. Præterea cum eum fratres duo, Thraciæ reges, de regni terminis ambigentes, judicem ex consensu præoptavissent; Philippus more ingenii sui ad judicium tamquam ad bellum cum instructo exercitu ingressus, inscios juvenes vita regnoque privavit. Athenienses vero qui prius Philippi ingressum Thermopylarum munitione repulerant, ultro pacem ejus expetentes, fraudulentissimum hostem de neglecta introitus custodia commonuerunt. Ceteræ etiam Græciæ civitates, ut intentius civilibus bellis vacarent, sub specie pacis & fœderis sponte se externæ dominationi subjecerunt: maxime, cum Thessali Bœotique poscerent Philippum,
D ut professum se adversum Phocenses ducem exhiberet, susceptumque bellum gereret: contra Phocenses, adhibitis secum Atheniensibus & Lacedæmoniis, vel differri bellum vel auferri, & pretio & precibus laborarent. Philippus tacite utrisque diversa promisit; Phocensibus pacem & veniam se daturum sacramento confirmans; Thessalis vero adfuturum se mox cum exercitu spondet: bellum tamen ab utrisque parari vetat. Igitur Philippus, instructis copiis, angustias Thermopylarum securus ingreditur, easque occupatas dispositis præsidiis emuniit. Tunc primum se non Phocenses soli, sed & omnis Græcia captam esse persensit: siquidem primos Phocenses Philippus, rupta fide calcatoque sa-
E cramento, infandæ dilacerationi dedit. Inde omnium urbes finesque populatus, cruenta præsentia effecit, ut etiam absens timeretur. Ubi vero in regnum rediit, more pastorum qui pecora sua nunc per æstivos, nunc per hibernos saltus circumducunt, populos & urbes, ut illi replenda vel relinquenda quæque loca videbantur, ad libidinem suam transfert. Miseranda ubique facies & atrocissimum miseriarum genus obversabatur, perpeti excidium sine irruptione, sine bello captivitatem, sine crimine exsilium, sine victore dominatum. Premit miseros inter injuriarum stimulos superfusus pavor, ipsaque dissimulatione dolor crescit: hoc altius demissus, quo minus profiteri licet, timentibus, ne ipsæ quoque lacrymæ pro contumacia accipiantur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Alios populos avulsos a sedibus suis, finibus ho- A stium opponit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdam æmulatione virium, ne possint quod posse creduntur, in supplementa exhaustarum urbium dividit. Ita gloriosissimum illud quondam florentis Græciæ corpus in multas laceratasque particulas, exstincta primum libertate, concidit.

CAPUT XIII.

Byzantium Philippus frustra obsidet. Scythiam bello adgreditur, & vincit. Triballi prædam ei eripiunt.

SEd hæc cum per aliquantas Græciæ civitates B exercuisset, & tamen omnes metu premeret, conjiciens ex præda paucorum opes omnium, ad perficiendam æqualem in universis vastationem, utili emolumento necessariam maritimam urbem ratus Byzantium, nobilem civitatem, aptissimam judicavit, ut receptaculum sibi terra marique fieret, eamque obsistentem illico obsidione cinxit. Hæc autem Byzantium, quondam a Pausania rege Spartanorum condita, post autem a Constantino Christiano principe in majus aucta & Constantinopolis dicta, gloriosissimi nunc imperii sedes & totius caput orientis est. Philippus vero post longam & irritam obsidionem, ut pecuniam quam obsidendo exhauserat, prædando repararet, C piraticam adgressus est. Captas itaque centum & septuaginta naves mercibus confertas, distraxit, & anhelanti inopiæ parva recreatione subvenit. Inde propter agendam prædam & curandam obsidionem divisit exercitum. Ipse autem cum fortissimis profectus, multas Cherronesi urbes cepit: profligatisque populis opes abstulit. Ad Scythiam quoque cum Alexandro filio prædandi intentione pertransiit. Scythis tunc Atheas regnabat: qui cum Istrianorum bello premeretur, auxilium a Philippo per Apollonienses petiit: sed continuo Istrianorum rege mortuo, & belli metu & auxiliorum necessitate liberatus, pactionem fœderis cum Philippo habitam dissolvit. Philippus, dimissa obsidione Byzan- D tii, Scythicum bellum totis viribus adgreditur; commissoque prœlio cum Scythæ & numero & virtute præstarent, Philippi fraude vincuntur. In ea pugna viginti millia puerorum ac feminarum Scythicæ gentis capta, pecorum magna copia abducta, auri atque argenti nihil repertum: & ea res primo fidem inopiæ Scythicæ dedit. Viginti millia nobilium equarum sufficiendo generi in Macedoniam missa: sed revertenti Philippo Triballi bello obviant, in quo ita Philippus in femore vulneratus est, ut per corpus ejus equus interficeretur. Cum omnes occisum putarent, in fugam versi, prædam amiserunt. Aliquantula deinde mora dum convalescit a vulnere, in pace conquievit Statim vero E ut convaluit, Atheniensibus bellum intulit: qui in tanto discrimine positi Thebanos, quondam hostes, tunc socios adsciscunt: totiusque Græciæ civitates legationibus fatigant, ut communem hostem communibus viribus petant. Itaque aliquantæ urbes Atheniensibus se se conjunxere; quasdam vero ad Philippum belli metus traxit. Prœlio commisso, cum Athenienses longe majori numero militum præstarent, assiduis tamen bellis indurata Macedonum virtute vincuntur: quam pugnam longe omnibus anterioribus bellis atrociorem fuisse, ipse rerum exitus docuit. Nam hic dies apud universam Græciam adquisitæ dominationis gloriam, & vetustissimæ libertatis statum finivit.

CAPUT XIV.

Philippi crudelitas in Thebanos, & interitus.

POstea Philippus cruentissimam victoriam in Thebanos & Lacedæmonios exercuit: siquidem principes civitatum alios securi percussit, alios in exsilium egit, omnes bonis privavit. Pulsos dudum a civibus, in patriam restituit: ex quibus trecentos exsules judices rectoresque præfecit, qui ut antiquum dolorem nova potestate curarent, pressos infeliciter populos in spem libertatis respirare non sinerent. Præterea magno delectu militum in subsidium regiæ dispositionis, ex tota Græcia habito, ducenta millia peditum, & quindecim millia equitum, absque exercitu Macedonum & infinita gentium barbarie, Persicæ expeditioni in Asiam missurus instruxit. Tres duces, hoc est, Parmenionem, Amyntam & Attalum, præmittendos in Persas, legit. Et dum supra scriptæ copiæ de Græcia congregantur, Alexandri qui erat Olympiadis uxoris suæ frater, & post a Sabinis in Lucania prostratus est, quem Epiri regem ob mercedem stupri in eum perpetrati constituerat, nuptias in copulando ei filiam suam Cleopatram, celebrare decrevit: qui cum pridie quam occideretur interrogatus fuisset, quis finis hominis magis esset optandus, respondisse fertur, eum esse optimum, qui viro forti post virtutum suarum gloriam in pace regnanti, sine conflictatione corporis & dedecore animi, subitus & celer inopinato ferro potuisset accidere; quod ipsi mox obtigit. Nec ab iratis diis quos parvi semper penderat, quorumque aras, templa & simulacra subverterat, quin electissimam, ut ipsi videbatur, mortem adipisceretur, potuit impediri. Nam die nuptiarum, cum ad ludos magnifice adparatos inter duos Alexandros, filium generumque, contenderet, a Pausania nobili Macedonum adolescente, in angustiis sine custodibus circumventus, occisus est. Adserant nunc multisque hæc vocibus efferant, quasi virorum fortium laudes & facta felicia, quibus amarissimæ aliorum calamitates in dulces fabulas cedunt, si tamen numquam ipsi injurias quibus aliquando vexantur, relatu tristiori deplorant. Si vero de propriis querimoniis tantum alios audientes adfici volunt, quantum ipsi perpetiendo senserunt; prius ipsi non præsentibus præterita, sed gestis gesta comparent: & utraque ex auditu, veluti certi alienorum arbitri judicent, per viginti quinque annos incendia civitatum, excidia bellorum, subjectiones provinciarum, cædes hominum, opum rapinas, prædas pecorum, mortuorum venditiones captivitatesque vivorum, unius regis fraus, ferocia & dominatus agitavit.

CAPUT XV.

Samnites Romanorum copias capiunt: Romani ictum fœdus rumpunt: Satricum expugnant.

SUfficerent ista ad exemplum miseriarum insinuata memoriæ nostræ gesta per Philippum, etiamsi Alexander ei non successisset in regnum. Cujus bella, immo sub cujus bellis mundi mala ordine sequentia suspendo paullisper, ut in hoc loco pro convenientia temporum Romana subjiciam. Anno ab Urbe condita CCCCXXVI. Caudinas furculas

ſatis celebres & famoſas, inſignis Romanorum fecit infamia. Nam cum ſuperiore bello viginti millia Samnitium, Fabio magiſtro equitum pugnam conferente, cecidiſſent; circumſpectiore cura Samnites ac magis inſtructo adparatu apud Caudinas furculas conſederunt: ubi cum Veturium & Poſtumium conſules omneſque copias Romanorum anguſtiis locorum armiſque clauſiſſent, Pontius dux eorum in tantum abuſus eſt victoriæ ſecuritate, ut Herennium patrem conſulendum putaret, utrum occideret clauſos, an parceret ſubjugatis: ut vivos tamen dedecori reſervaret, elegit. Romanos enim antea ſæpiſſime vinci & occidi, numquam autem capi aut ad deditionem cogi potuiſſe conſtabat. Ita Samnites, victoria potiti, univerſum exercitum Romanum turpiter captum armis etiam veſtimentiſque nudatum, tantum ſingulis vilioribus operimentis ob verecunda corporum tegenda conceſſis, ſub jugum miſſum ſervitioque ſubjectum, longum agere pompæ ordinem præceperunt. Sexcentis autem equitibus Romanis in obſidatum receptis, oneratos ignominia, ceteris rebus vacuos, conſules remiſerunt. Quid de exaggeranda hujus fœdiſſimi fœderis macula verbis laborem, qui tacere maluiſſem? Hodie enim Romani aut omnino non eſſent, aut Samnio dominante ſervirent, ſi fidem fœderis quam ſibi ſervari a ſubjectis volunt, ipſi ſubjecti Samnitibus ſervaviſſent. Poſteriore anno infringunt Romani firmatam cum Samnitibus pactionem, eoſque in bellum cogunt; quod Papyrio conſule inſiſtente commiſſum, magnas ſtrages utriuſque populi dedit. Cumque hinc ira recentis infamiæ, inde gloria proximæ victoriæ pugnantes inſtimularet, tandem Romani pertinaciter moriendo vicerunt: nec cædi pariter vel cædere deſtiterunt, niſi poſtquam victis Samnitibus & capto duci eorum, jugum repoſuerunt. Idem deinde Papyrius Satricum, expulſo inde Samnitico præſidio expugnavit & cepit. Hic autem Papyrius adeo tunc apud Romanos bellicoſiſſimus ac ſtrenuiſſimus habebatur, ut cum Alexander magnus diſponere diceretur ab oriente deſcendens obtinere viribus Africam, atque inde in Italiam tranſvehi; Romani inter ceteros duces tunc in republica ſua optimos, hunc præcipuum fore qui Alexandri impetum ſuſtinere poſſe, meditarentur.

CAPUT XVI.

Alexander Philippo ſuccedens, Thebanos, Illyrios, Thracas urbeſque alias perdomuit, Darium vincit.


IGitur Alexander, anno ab Urbe condita CCCCXXVI. patri Philippo ſucceſſit in regnum; qui primam experientiam animi & virtutis ſuæ, compreſſis celeriter Græcorum motibus, dedit: quibus auctor, ut ab imperio Macedonum deficerent, Demoſthenes orator auro Perſarum corruptus exſtiterat. Itaque Athenienſibus bellum deprecantibus remiſit, quos inſuper etiam multæ metu ſolvit: Thebanos cum diruta civitate delevit, reliquos ſub corona vendidit: ceteras urbes Achajæ & Theſſaliæ vectigales fecit: Illyrios quoque & Thracas, tranſlato mox abhinc bello, domuit. Inde profecturus ad Perſicum bellum, omnes cognatos ac proximos ſuos interfecit. In exercitu ejus fuere peditum triginta & duo millia, equitum quatuor mille ducenti, & naves centum & octoginta. Hac tam parva manu univerſum terrarum orbem, utrum admirabilius ſit A quod vicerit, an quod aggredi auſus fuerit, incertum eſt. Primo ejus cum Dario rege congreſſu, ſexcenta millia Perſarum in acie fuere; quæ non minus arte Alexandri ſuperata, quam virtute Macedonum, terga verterunt. Magna igitur cædes Perſarum fuit. In exercitu autem Alexandri, centum & viginti equites & novem tantum pedites defuere. Deinde Gordien Phrygiæ civitatem quæ nunc Sardis vocitatur, obſeſſam oppugnatamque cepit ac direptioni dedit. Inde nuntiato ſibi Darii cum magnis copiis adventu, timens anguſtias quibus inerat locorum, Taurum montem mira celeritate tranſſcendit, & quingentis ſtadiis ſub una die curſu tranſmiſſis, Tarſum venit: ibique cum ſudans B in Cydnum præfrigidum amnem deſcendiſſet, obriguit, contractuque nervorum proximus morti fuit. Interea Darius cum trecentis millibus peditum & centum millibus equitum in aciem procedit. Movebat hæc multitudo hoſtium etiam Alexandrum maxime reſpectu paucitatis ſuæ, quamvis jam pridem ſexcenta millia hoſtium eadem paucitate ſuperatis non ſolum non timere pugnam, ſed etiam victoriam ſperare didiciſſet. Itaque cum intra jactum teli uterque conſtitiſſet exercitus, & intentos ad ſignum belli populos diſcurrentes principes variis incitamentis acuerent, ingentibus utrimque animis pugna committitur. In qua ambo reges & Alexander & Darius vulnerantur: ac tam diu certamen C anceps fuit, quoad fugeret Darius. Exinde cædes Perſarum ſecuta eſt. Ibi tunc peditum octoginta millia, equitum decem millia cæſa, capta autem quadraginta millia fuere. Ex Macedonibus vero cecidere pedites centum triginta, equites centum & quinquaginta. In caſtris Perſarum, multum auri ceterarumque opum repertum eſt. Inter captivos caſtrorum, mater & uxor eademque ſoror & filiæ duæ Darii fuere: quarum redemtionem Darius cum etiam oblata regni dimidia parte non impetraviſſet, tertio cunctis Perſarum viribus ſociorumque auxiliis contractis, bellum inſtaurat. Sed dum hæc Darius agit, Alexander Parmenionem ad invadendam Perſicam claſſem cum copiis D mittit: ipſe in Syriam proficiſcitur: ibi ex multis ſibi regibus cum infulis ultro occurrentibus, alios adlegit, alios perdidit. Tyrum urbem antiquiſſimam & florentiſſimam, fiducia Carthaginienſium ſibi cognatorum, obſiſtentem oppreſſit & cepit. Exin Ciliciam, Rhodum atque Ægyptum pertinaci furore pervadit. Inde ad templum Jovis Ammonis pergit, ut mendacio ad tempus compoſito, ignominiam ſibi patris incerti & infamiam adulteræ matris aboleret. Nam arceſſitum ad ſe fani ipſius antiſtitem, ex occulto monuit, quid ſibi tamquam conſulenti reſponderi velit, ſicut hiſtorici eorum dicunt. Ita certus Alexander fuit, nobiſque prodidit, diis ipſis mutis & ſurdis, vel E in poteſtate eſſe antiſtitis quid velit fingere: vel in voluntate conſulentis quid malit audire. Revertens ab Ammone ad tertium Perſicum bellum, Alexandriam in Ægypto condidit.

CAPUT XVII.

Darii ultimum cum Alexandro prœlium, ejuſque interitus.

DArius vero, ſpe pacis amiſſa, quadringenta & quatuor millia peditum & centum mille equitum, Alexandro ab Ægypto revertenti apud Tarſum bello opponit. Nec pugnæ mora: omnes cæ-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ca rabie in ferrum ruunt. Macedones toties a se victis hostibus, animosi: Persæ nisi vincant, mori præoptantes. Raro in ullo prœlio tantum sanguinis fusum est. Sed Darius cum vinci suos videret, mori in bello paratus, persuasu suorum fugere compulsus est. Hoc prœlio Asiæ vires & regna ceciderunt, totusque oriens in potestatem Macedonici cessit imperii: atque ita adtrita est in hoc bello Persarum omnis fiducia, ut post hoc nullus rebellare ausus sit, patienterque Persæ post imperium tot annorum jugum servitutis acceperint. Alexander triginta quatuor continuis diebus castrorum prædam percensuit: Persepolim caput Persici regni, urbem famosissimam confertissimamque opibus totius orbis, invasit: Darium vero, cum a propinquis suis vinctum compedibus aureis teneri comperisset, persequi statuit. Itaque jusso ut subsequeretur exercitu, ipse cum sex millibus equitum profectus invenit in itinere solum relictum, multis confossum vulneribus, & extrema vitæ per vulnera efflantem. Hunc mortuum inani misericordia referri in sepulcra majorum sepelirique præcepit: cujus non dicam matrem vel uxorem, sed etiam parvulas filias crudeli captivitate retinebat. In tanta malorum multitudine, difficillima dictis fides, tribus prœliis totidemque annis quinquies decies centena millia peditum equitumque consumta sunt: & hæc quidem ex eo regno illisque populis, unde jam ante annos non multo plures decies novies centena millia profligata referuntur: quamquam extra has clades per eosdem tres annos & Asiæ civitates plurimæ oppressæ sint, & Syria tota vastata, Tyrus excisa, Cilicia exinanita, Cappadocia subacta, Ægyptus addicta sit: Rhodus quoque insula ultro ad servitutem tremefacta successerit, plurimæque subjectæ Tauro provinciæ atque ipse mons Taurus diu detrectatum jugum domitus & victus acceperit.

CAPUT XVIII.

De bellis Agidis regis Spartanorum, Alexandri Epiri, Zopyrionis præfecti: de populis post Darii mortem ab Alexandro subactis, ejusque in suos crudelitate.

ET ne forte nunc quisquam opinetur, vel orientem solum Alexandri viribus subactum, vel Italiam tantummodo Romana inquietudine fatigatam; tunc etiam bellum Agidis Spartanorum regis in Græcia, Alexandri regis Epiri in Lucania, Zopyrionis præfecti in Scythia gerebatur: quorum Agis Lacedæmonius, excitata & rebellante secum universa Græcia, cum Antipatri fortissimis copiis congressus, inter magnas utrorumque strages & ipse procubuit. Alexander autem in Italia adfectans occidentis imperium, æmulans Alexandrum magnum, post numerosa & gravia bella ibidem gesta, a Bruttiis Lucanisque superatus est, corpusque ejus ad sepulturam venditum. Zopyrion vero præfectus Ponti, adunato triginta millium exercitu, Scythis bellum inferre ausus est: & usque ad internecionem cæsus, funditus cum omnibus copiis suis abrasus est. Igitur Alexander magnus, post Darii mortem, Hyrcanos & Mardos subegit: ubi etiam illum adhuc bello intentum, Thalestris sive Minothæa regina, excitata suscipiendæ ab eo subolis gratia, cum trecentis mulieribus procax Amazon invenit. Post hæc Parthorum pugnam adgressus: quos diu obnitentes delevit propemodum antequam vicit. Inde Drangas, Euergetas, Parimas, Parapamenos, Adaspios ceterosque populos qui in radice Caucasi morabantur, A subegit, urbe ibi Alexandria super amnem Tanaim constituta. Sed nec minor ejus in suos crudelitas, quam in hostem rabies fuit. Docent hoc Amyntas consobrinus occisus, noverca fratresque ejus necati, Parmenio & Philotas trucidati; Attalus, Eurylochus, Pausanias multique Macedoniæ principes extincti: Clitus quoque annis gravis, amicitia vetus, nefarie interfectus. Qui cum in convivio fiducia amicitiæ regiæ adversus regem, sua opera patri Philippo præponentem, memoriam patris tueretur; ab offenso frustra rege venabulo transfossus, commune convivium moriens cruentavit. Sed Alexander humani sanguinis insaturabilis, sive hostium sive etiam sociorum, recentem tamen semper sitiebat B cruorem. Itaque pertinaci impetu in bella procurrens, Chorasmos & Dahas indomitam gentem in deditionem accepit: Callisthenem philosophum, sibique apud Aristotelem condiscipulum, cum plurimis aliis principibus, quod eum deposito salutandi more, ut Deum non adoraret, occidit.

CAPUT XIX.

Alexander Indiam domat: Porum regem superat: urbes gentesque subigit.

POst hæc Indiam petit, ut oceano ultimoque oriente finiret imperium: Nyssam urbem adiit, C Dædalos montes, regnaque Cleophidis reginæ expugnavit: quæ cum se dedisset, concubitu regnum redemit. Peragrata perdomitaque Alexander India, cum ad saxum miræ asperitatis & altitudinis in quod multi populi confugerant, pervenisset, cognoscit Herculem ab expugnatione ejusdem saxi terræ motu prohibitum: æmulatione permotus, ut Herculis acta superaret, cum summo labore ac periculo saxo potitus, omnes loci ejus gentes in deditionem accepit: cum Poro, fortissimo Indorum rege, cruentissimum bellum gessit: in quo Alexander cum ipso Poro singulariter congressus, occisoque dejectus equo, concursu satellitum præsentiam mortis evasit. Porus multis vulneribus confossus, & captus est: quo ob D testimonium virtutis in regnum restituto, duas ibi condidit civitates, Niceam & Bucephalam, quam de nomine equi sui ita vocari præcepit. Inde Adrestas, Cathæos, Præsidas & Gangaridas, cæsis eorum exercitibus, Macedones expugnavere. Cumque ad Chosides ventum esset, ibi contra ducenta millia equitum hostium pugnam conseruerunt. Et cum jam ætate detriti, animo ægri, viribus lassi, difficile vicissent; castra ob memoriam plus solito magnifica condiderunt. Exin Alexander ad amnem Acesinem pergit. Per hunc in oceanum devehitur: ibi Gessonas Sibosque quos Hercules condidit, oppressit. Hinc ad Mallos & Oxydracas navigat: quæ gentes eum armatis octoginta millibus peditum & E sexaginta millibus equitum excipiunt. Commissoque prœlio, diu anceps & cruenta pugna tandem tristem pæne victoriam Macedonibus dedit. Nam fusis hostium copiis, Alexander exercitum ad urbem duxit. Et cum murum primus ascendisset, vacuam civitatem ratus, solus introrsum desiluit: quem cum undique infesti hostes circumdedissent, incredibile dictu est, ut eum non multitudo hostium, non vis magna telorum, non tantus lacessentium clamor terruerit, solus tot millia ceciderit ac fugarit. At ubi se obrui a circumfusa multitudine persensit, muri obice posteriora tutatus, contrarios facilius eo usque sustinuit, donec ad periculum ejus clamoremque hostium, perfractis muris exercitus omnis irrumperet. In eo prœlio sagitta sub mamma trajectus, fixo genu

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

eatenus pugnavit, donec eum a quo vulneratus esset, occideret. Inde conscensis navibus cum oceani litora peragraret, ad urbem quamdam cui Ambira rex præerat, pervenit. Sed in expugnatione civitatis magnam partem exercitus, sagittis hostium veneno illitis, amisit: ac post herba per somnium sibi ostensa in potum sauciis data cum reliquis subveniretur, urbem expugnavit & cepit.

CAPUT XX.

Omnes provinciæ ad Alexandrum territæ, legatos pacem petentes miserunt. Alexander veneno interiit. Apostrophe ad lectores.

POst quasi circumacta meta, de oceano Indum flumen ingressus, Babyloniam celeriter rediit: ubi eum exterritarum totius orbis provinciarum legati opperibantur, hoc est, Carthaginiensium totiusque Africæ civitatum: sed & Hispanorum, Gallorum, Siciliæ Sardiniæque: plurimæ præterea partis Italiæ. Tantus timor in summo oriente constituti ducis populos ultimi occidentis invaserat, ut inde peregrinam toto mundo cerneres legationem, quo vix crederes pervenisse rumorem. Alexander vero apud Babyloniam, cum adhuc sanguinem sitiens, male castigata aviditate, ministri insidiis venenum potasset, interiit. O dura mens hominum, & cor semper inhumanum! Ego ipse qui hæc pro adferenda omnium temporum alternata calamitate percenseo, in relatu tanti mali quo vel morte ipsa vel formidine mortis accepta totus mundus intremuit, numquid inlacrymavi oculis? numquid corde condolui? numquid revolvens hæc, propter communem vivendi statum, majorum miserias meas feci? cum tamen si quando de me ipso refero, ut ignotos primum barbaros viderim, ut infestos declinaverim, ut dominantibus eblanditus sim, ut infideles præcaverim, ut insidiantes subterfugerim, postremo ut persequentes in mari ac saxis spiculisque adpetentes, manibus etiam pæne jam adprehendentes, repentina nebula circumfusus evaserim, cunctos audientes me, in lacrymas commoveri velim & tacitus de non dolentibus doleam, reputans duritiem eorum, qui, quod non sustinuere, non credunt. Hispanus & Morinus ad supplicandum Alexandro Babyloniam adiit, cruentumque ultro dominum, ne hostem exciperet, per Assyriam Indiamque quæsivit: terrarum metas lustrans & utrique infeliciter notus oceano; & tamen tam violentæ necessitatis memoria, vel oblivione defecit, vel viluit vetustate. Et nos perpetuæ recordationi hæsurum putamus, quod plurima orbis parte secura, unum angulum fugax latro violavit: quasi vero Gothorum & Suevorum pacem, ut non dicam versa vice Indus vel Assyrius, sed etiam vel ipse qui hostem patitur, Hispanus oraverit. At vero si illa Alexandri tempora laudanda potius propter virtutem qua totus orbis obtentus est, quam detestanda propter ruinam qua totus orbis eversus est, judicantur: invenientur & modo plurimi qui hæc laudanda censeant, quod multa vicerunt & miserias aliorum felicitatem suam reputent. Sed dicat quisquam: Isti hostes Romaniæ sunt. Respondebitur: Hoc & tunc toti orienti de Alexandro videbatur: talesque & Romani aliis visi sunt, dum bellis quietos ignotosque petiverunt. Sed illi adquirere regna, isti evertere student. Separata sunt hostis excidia, & judicia victoris: siquidem & illi prius eos bellis adflixerunt, quos postea suis legibus ordinarunt: & hi nunc hostiliter turbant quæ (quod non permiserit Deus) si edomita obtinerent, ritu suo componere molirentur, dicendi posteris magni reges, qui nunc nobis sævissimi hostes adjudicantur. Quolibet autem gesta talia nomine censeantur, hoc est, sive dicantur miseriæ, sive virtutes; utraque prioribus comparata in hoc tempore minora sunt: atque ita utraque pro nobis faciunt in comparatione Alexandri atque Persarum: si virtus nunc vocanda est, minor est hostium: si miseria, minor est Romanorum.

CAPUT XXI.

Etruscorum, Umbrorum, Samnitium & Gallorum contra Romanos conjuratio & clades.


ANno ab Urbe condita CCCCL. Fabio Maximo V. Decio Mure IV. consulibus, quatuor fortissimi florentissimique Italiæ populi in unum agmen fœdusque coierunt. Namque Etrusci, Umbri, Samnites & Galli, uno agmine conspirantes, Romanos delere conati sunt. Tremefacti hoc bello Romanorum animi, & labefactata fiducia est: nec ausi totum sperare de viribus, dolo divisere hostes, tutius rati pluribus se bellis implicare quam gravibus. Itaque cum, quibusdam suis ad populandos hostiles agros in Umbriam Etruriamque præmissis, Umbrorum Etruscorumque exercitum redire ad tuitionem suorum coegissent, cum Samnitibus & Gallis bellum inire properant. In quo bello cum Gallorum impetu Romani premerentur, Decius consul occisus est. Fabius tamen post magnam Decianæ partis stragem tandem vicit. Eo prœlio quadraginta millia Samnitium sive Gallorum cæsa, Romanorum vero septem millia, ex Decii tantummodo parte qui occisus est, exstincta referuntur. Fuisse autem absque Etruscis & Umbris: quos astu Romani bello avocaverunt, Gallorum & Samnitium peditum centum quadraginta millia trecenti & triginta, equitum vero quadraginta quatuor millia, Livius refert: & carpentarios mille in armis contra aciem stetisse Romanam. Sed, ut sæpe dictum est, semper Romanorum aut domesticam quietem extraneis bellis interpellatam, aut externos proventus morbis interioribus adgravatos, tantum, ut omnimodis ingentes animi undecumque premerentur; hanc cruentam tristemque victoriam pestilentia civitatis oneravit, & triumphales pompas obviæ mortuorum exsequiæ polluerunt. Nec erat cui de triumpho gaudium suaderetur, cum tota civitas aut ægris suspiraret aut mortuis.

CAPUT XXII.

Romani a Samnitibus victi eosdem vincunt. Intolerabilis Romanos pestilentia adfligit. Rursum Samnites superant, & cæduntur. Curius consul bellum in Sabinos feliciter gerit. Romani a Gallis sociisque eorum fœdam cladem accipiunt.

SEquitur annus quo Romani, instaurato a Samnitibus bello, victi sunt, atque in castra fugerunt. Postea vero Samnites novum habitum animumque sumentes, hoc est, deargentatis armis ac vestibus, paratoque animo, ni vincant, mori, bello se offerunt. Adversum quos Papirius consul cum exercitu missus, cum a pullariis auguribus vana conjectantibus congredi prohiberetur, irridens eos tam feliciter confecit bellum, quam constan-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ter arripuit. Nam in hoc prœlio duodecim millia hostium cæsa, tria millia capta referuntur. Sed hanc quoque istius vere laudandam victoriam quam vani auspices impedire non potuerunt, oborti subito corrupere morbi. Nam tanta ac tam intolerabilis pestilentia tunc corripuit civitatem, ut propter eam quacumque ratione sedandam libros Sibyllinos consulendos putarint, horrendumque illum Epidaurium colubrum cum ipso Æsculapii lapide advexerint: quasi vero pestilentia aut ante sedata non sit, aut post orta non fuerit. Præterea altero ab hinc anno Fabius Gurges consul male adversus Samnitas pugnavit. Namque amisso exercitu, victus in Urbem refugit. Itaque cum senatus de submovendo eo deliberaret, pater ejus Fabius Maximus, ignominiam filii deprecatus, legatum se filio iturum ultro obtulit, si illi depellendæ ignominiæ & gerendi iterum belli facultas daretur. Qua impetrata prœlioque conserto, cum subito pugnantem filium consulem, insistente Pontio Samnitium duce & infestis hostium telis conclusum videret, in medium se agmen pius senex equo vectus ingessit. Quo facto permoti Romani tota ibi incubuere acie, donec ipsum ducem Pontium deleto hostili exercitu victum oppressumque ceperunt. Cæsa sunt in eo prœlio Samnitium viginti millia, capta autem quatuor millia cum rege suo: tandemque Samniticum bellum quod per quadraginta & novem annos multa Romanorum clade trahebatur, capti ducis destitutione finitum est. Anno subsequente cum Sabinis Curio Consule bellum gestum est, ubi quot millia hominum interfecta, quot capta sint, ipse consul ostendit: qui cum in senatu magnitudinem adquisiti agri Sabini & multitudinem capti populi referre vellet, numerum explicare non potuit. Anno ab Urbe condita CCCCLXIII. Dolabella & Domitio consulibus, Lucani, Bruttii, Samnites quoque cum Etruscis & Senonibus Gallis facta societate, cum redivivum contra Romanos bellum molirentur, Romani ad exorandos Gallos misere legatos: quos cum Galli interfecissent, Cæcilius prætor ob ulciscendam legatorum necem & comprimendum tumultum hostium cum exercitu missus, ab Etruscis Gallisque oppressus interiit. Septem præterea tribuni militum in ea pugna occisi, multi nobiles trucidati, tredecim millia militum Romanorum in bello prostrata sunt. Ita autem quotiescumque Galli exarserunt, totis opibus suis Roma detrita est, ut sub præsenti nunc concursatione Gothorum magis debeat meminisse Gallorum.

CAPUT XXIII.

Veneno Alexandro rege Macedoniæ peremto, duces ejus totum inter se orbem diviserunt, se seque mutuis bellis consumserunt.


At ego nunc revocor, ut per hæc eadem tempora quibus Romani ista perpessi sunt, quæ inter se bella gesserint Macedonum duces, revolvam; qui mortuo Alexandro diversas sortiti provincias, mutuis se bellis consumserunt: quorum ego tumultuosissimum tempus ita mihi spectare videor, quasi aliqua immensa castra per noctem de specula montis adspectans, nihil in magno campi spatio præter innumeros focos cernam: ita per totum Macedoniæ regnum, hoc est per universam Asiam & plurimam Europæ partem Libyæque vel maximam, horrendi subito bellorum globi colluxerunt; qui cum ea præcipue loca in quibus exarsere, populati sunt, reliqua omnia terrore rumo-

A ris quasi fumi caligine turbaverunt. Sed nequaquam tantorum regum ac regnorum bella excidiaque explicabo, nisi prius ipsa cum regibus regna prodidero. Igitur Alexander per duodecim annos trementem sub se orbem ferro pressit. Principes vero ejus quatuordecim annis dilaniaverunt, & veluti opimam prædam a magno leone prostratam avidi discerpsere catuli: seque ipsos invicem in rixam irritatos prædæ æmulatione fregerunt. Itaque prima Ptolemæo Ægyptus & Africæ Arabiæque pars sorte provenit. Confinem huic provinciæ Syriam Laomedon Mitylinæus, Ciliciam Philotas, Philo Illyrios accipiunt. Mediæ majori Atropatus, minori socer Perdiccæ præponitur. Susiana gens Scy-B no, Phrygia major Antigono Philippi filio adsignatur. Lyciam & Pamphyliam Nearchus, Cariam Cassander, Lydiam Menander sortiuntur. Leonnatus minorem Phrygiam accipit. Thracia & regiones Pontici maris Lysimacho, Cappadocia cum Paphlagonia Eumeni data: summa castrorum Seleuco Antiochi filio cessit: stipatoribus regis satellitibusque Cassander filius Antipatri præficitur. In Bactriana ulteriore & Indiæ regionibus præfecti priores qui sub Alexandro esse cœperant, permanserunt. Seras inter duos amnes Hydaspem & Indum constitutos, Taxiles habuit. In colonias in Indis conditas Pithon Agenoris filius mittitur. Parapamenos fines Caucasi montis Oxyartes accepit. Arachosii Gedrosiique C Sibyrtio decernuntur. Drangas & Areos Stasanor, Bactrianos Amyntas sortitur, Sogdianos Scythæus, Nicanor Parthos, Philippus Hyrcanios, Phrataphernes Armenios, Tlepolemus Persas, Peucestes Babylonios, Archon Pelasgos, Archelaus Mesopotamiam adepti sunt. Igitur caussa & origo bellorum epistola Alexandri regis fuit, qua jussit omnes exsules patriæ libertatique restitui. Potentes enim civitatum Græciæ timentes, ne exsules recepta libertate ultionem meditarentur, a regno Macedonum defecerunt. Primi Athenienses, contracto triginta millium exercitu & ducentis navibus, bellum cum Antipatro cui Græcia sorte obvenerat, gerunt: per Demosthenem quoque oratorem Sicyona, Argos & Corin-D thum, ceterasque civitates sibi socias adjungunt, Antipatrum obsidione cingunt. Ibi dux eorum Leosthenes telo e muris jacto perfossus occiditur. Athenienses Leonnato qui Antipatro auxilium ferebat, occurrunt, ejusque copiis comminutis ipsum interficiunt. Perdicca vero bellum Ariarathi Cappadocum regi intulit, eumque vicit; in qua victoria nihil præter vulnera & pericula conquisivit: nam omnes ante irruptionem urbis suæ, succensis domibus suis, se suaque omnia concremaverant: post hæc bellum inter Antigonum & Perdiccam oritur gravissime, multis provinciis & insulis ob auxilia vel negata vel præstita dilaceratis. Diu de-E liberatum, utrum in Macedoniam bellum transferretur, an in Asia gereretur: novissime ipse Perdicca Ægyptum cum ingenti exercitu petit. Sic Macedonia, in duas partes discurrentibus ducibus, in sua viscera armatur. Ptolemæus Ægypti viribus & Cyrenensibus copiis instructus, occurrere bello Perdiccæ parat. Inter hæc Neoptolemus & Eumenes cruentissimo inter se prœlio digladiati sunt. Victus Neoptolemus, ad Antipatrum fugit: quem, ut Eumenem de insperato opprimat perurget: quod Eumenes futurum ratus, insidiantes insidiis capit. In eo bello Polyperchon occiditur, Neoptolemus & Eumenes mutuis vulneribus confossi: sed Neoptolemus interiit, Eumenes victor evasit. Perdicca cum Ptolemæo acerbissimo bello congressus, amissis copiis ipse quoque interfectus est. Eumenes,

Pithon, & Illyrius, & Alceta frater Perdiccæ, a Macedonibus hostes pronuntiantur, bellumque adversum eos Antigono decernitur. Itaque Eumenes & Antigonus collatis adversum se maximis copiis conflixerunt. Eumenes victus, in quoddam castellum munitissimum fugit, unde auxilia Antipatri tunc potentissimi per legatos poposcit: quo nuntio territus Antigonus, ab obsidione discessit. Sed nec sic Eumeni spes firma aut salus certa. Quare ultimo consilio Argyraspidas, ob arma deargentata sic dictos, hoc est, milites qui sub Alexandro militaverant, in auxilium rogat. Qui fastidiose ducem in disponendo bello audientes ab Antigono victi castrisque privati, & uxores & liberos, simulque omnia quæ sub Alexandro adquisiverant, perdiderunt. Qui postea turpiter per legatos reddi sibi quæ perdiderant, victorem rogant. Antigonus autem redditurum se pollicetur, si sibi vinctum Eumenem pertraherent. Ita illi spe recuperationis illecti, dedecorosissima proditione ducem suum cujus signa paullo ante secuti fuerant, captivi ipsi captum catenatumque duxerunt, & mox cum fœdissima ignominia in exercitu Antigoni dispersi sunt. Interea Eurydice, Arridæi regis Macedonum uxor, multa sub nomine viri nefaria egit per Cassandrum, quem flagitiose cognitum ad summum fastigium per omnes honorum gradus provexerat, qui ex libidine mulieris multas Græciæ civitates adflixit. Tunc Olympias mater Alexandri regis, hortante Polyperchonte, cum ab Epiro in Macedoniam, prosequente Æacida rege Molossorum, veniret, & ab Eurydice finibus prohiberetur, adnitentibus Macedonibus, Arridæum regem & Eurydicen jussit occidi: quamquam & ipsa Olympias continuo meritas crudelitatis pœnas luit. Nam cum muliebri audacia multas principum cædes ageret, audito adventu Cassandri, diffisa Macedonibus, cum Rhoxane nuru sua & nepote Hercule in urbem Pydnam concedit: ubi continuo per Cassandrum capta & interfecta est: filius Alexandri magni cum matre in Arcem Amphipolitanam custodiendus est missus. Perdicca, Alceta & Polyperchonte, ceterisque ducibus quos commemorare longum est, diversæ partis occisis, finita bella inter successores Alexandri videbantur. Tum Antigonus ardens cupiditate dominandi, liberandum bello Herculem regis filium ab obsidione simulat. His cognitis Ptolemæus & Cassander, inita cum Lysimacho & Seleuco societate, bellum terra marique enixe instruunt. Antigonus in eo bello cum filio Demetrio vincitur. Cassander Ptolemæo in victoria particeps factus, cum Apolloniam rediret, incidit in Autariatas: qui propter intolerandæ multitudinis ranas & mures, relicto patrio solo & antiquis habitaculis, emigrantes, novas sedes prætenta interim pace requirebant. Sed Cassander & virtutem & multitudinem gentis agnoscens, ne adacti necessitate Macedoniam bello quaterent atque invaderent, receptos in societatem in ultimis Macedoniæ finibus collocat. Inde cum jam Hercules Alexandri filius quatuordecim esset annorum, timens ne eum Macedones quasi legitimum regem præoptarent, occidendum tacite cum matre curavit. Ptolemæus iterum cum Demetrio navali prœlio conflixit; & cum omnem pæne classem atque exercitum perdidisset, victus in Ægyptum refugit. Hac victoria elatus Antigonus, regem se cum Demetrio filio adpellari jubet: quod exemplum omnes secuti, regium nomen sibi dignitatemque sumserunt. Igitur Ptolemæus & Cassander ceterique alterius factionis duces, cum decipi se ab Antigono singillatim viderent, per epistolas se invicem con-

A firmantes, coeundi in unum tempus locumque condicunt; & bellum adversus Antigonum communibus viribus instruunt. Cassander finitimorum bellis implicitus, Lysimachum clarissimum inter omnes ducem cum ingenti manu pro se sociis in auxilium misit. Seleucus quoque ex Asia majore descendens, novus Antigono hostis accessit. Hic siquidem Seleucus plurima per orientem inter socios regni Macedonici bella gessit. Principio Babyloniam bello expugnavit & cepit. Bactrianos novis motibus adsurgentes perdomuit. Transitum deinde in Indiam fecit, quæ post mortem Alexandri, veluti detracto excussoque a cervicibus jugo præfectos ejus occiderat, Androcotto quodam ad vindicandam libertatem

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



B duce: qui postea crudeliter in cives agens, quos de externa dominatione defenderat, ipse servitio premebat. Cum hoc ergo Androcotto Seleucus quamvis multa & gravia bella gessisset, novissime firmatis regni conditionibus & pacta pace discessit. Adunatis itaque copiis Ptolemæi sociorumque ejus, pugna committitur: cujus quanto potentior adparatus, tanto ruina gravior fuit. Nam in ea tunc totius pæne Macedonici regni vires conciderunt. In ipso bello Antigonus occisus est: sed finis belli hujus initium alterius fuit. Nam cum victoribus de præda non conveniret, iterum in duas factiones diducuntur. Seleucus Demetrio, Ptolemæus Lysimacho jungitur. Cassandro defuncto, filius Philippus

C succedit. Sic quasi ex integro nova Macedoniæ bella nascuntur. Antipater Thessalonicen matrem suam, Cassandri uxorem, quamvis miserabiliter pro vita precantem, manu sua transverberavit. Alexander frater ejus, dum bellum adversus fratrem ob ultionem matris instruit, a Demetrio cujus auxilium petierat, circumventus occiditur. Lysimachus cum Doricetis regis Thracum infestissimo bello urgeretur, adversus Demetrium pugnare non potuit. Demetrius augmento Græciæ & totius Macedoniæ elatus, in Asiam transire disponit. Ptolemæus autem & Seleucus & Lysimachus experti priore certamine, quantæ vires essent concordiæ, iterum societate pacta adunatisque exercitibus, bellum in Europam trans-

D ferunt adversus Demetrium. His se comitem & belli socium Pyrrhus rex Epiri jungit, sperans Demetrium Macedonia posse depelli: nec spes frustra fuit; quippe exercitu ejus corrupto ipsoque in fugam acto, regnum Macedoniæ Pyrrhus invasit. Deinde Lysimachus generum suum Antipatrum insidiantem sibi interfecit, filiumque suum Agathoclem ultra humanum morem perosus occidit. Quibus quidem diebus Lysimachia civitas formidolosissimo terræ motu eversa, oppressoque populo suo, crudele sepulcrum fuit. Lysimachum autem assiduis se parricidiis cruentantem omnes socii deseruerunt, & ad Seleucum deficientes, pronum jam regem æmulatione regni, ut bellum Lysimacho inferret, hortati sunt. Res


E fœdissimi spectaculi erat, duos reges, quorum Lysimachus annos septuaginta & quatuor natus, Seleucus autem septuaginta & septem, de eripiendis alterutrum regnis concurrere, in acie stare, arma gerere. Ultimum hoc quidem bellum Alexandri commilitonum fuit, sed quod ad exemplum humanæ miseriæ fuerit reservatum: quippe cum orbem terrarum, exstinctis jam triginta & quatuor Alexandri ducibus, soli possiderent, & angustissimos senectutis ac vitæ suæ terminos non adspicientes, angustos esse imperio suo totius mundi terminos arbitrabantur. In eo bello Lysimachus, vel amissis vel interfectis prius ante hanc pugnam quindecim liberis, postremus occisus est. Sic Lysimachus solutio pugnæ Macedonicæ fuit. Sed ne Seleucus quidem

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

tanta victoria impune lætatus est: nam neque ipse post septem & septuaginta annos quietem naturalis mortis invenit: sed extortam sibi infeliciter vitam velut immatura morte finivit: quippe insistente Ptolemæo cujus sororem Lysimachus in matrimonio habuerat, insidiis circumventus & occisus est. Hæc sunt inter parentes & filios, fratres ac socios consanguinitatis societatisque commercia. Tanti apud illos divina atque humana religio pendebatur. Erubescant sane de recordatione præteritorum, qui nunc interventu solius fidei Christianæ ac medio tantum jurationis sacramento, vivere se cum hostibus, nec pati hostilia sciunt; quibus indubitatissime probatur, quia non sicut illi antea,

— — Cæsa jungebant fœdera porca.

sed quia nunc inter barbaros ac Romanos creatorem ac dominum suum contestantes, tantam fidem adhibita in sacramentum servant evangelia, quantam tunc nec inter parentes ac filios potuit servare natura. Nunc autem finis Macedonici belli, finis etiam libri fiat, præsertim cum jam ab hinc Pyrrhi bella incipiant, & mox Punica consequantur.




PAULLI OROSII

PRESBYTERI HISPANI,

HISTORIARUM

LIBER IV.



PRÆFATIO.

Dixisse Æneam, Virgilius refert, cum post pericula sua suorumque naufragia residuos ægre socios solaretur,

Forsan & hæc olim meminisse juvabit.

Hæc sententia semel apte ficta, semper vim sui triplicem diversissimis effectibus refert, cum & præterita tanto gratiora habentur in verbis, quanto graviora referuntur in gestis: & futura, dum desiderabilia fastidio præsentium fiunt, semper meliora creduntur: ipsis autem præsentibus ob hoc nulla in parte miseriarum justa comparatio adhiberi potest, quia multo majore molestia adficiunt, quantulacumque sint, ista quæ sunt, quam illa quæ sive transacta sive ventura, etsi magna dicuntur, interim omnino tunc non sunt: veluti si quis nocturnis pulicibus titillatus, atque ex eo vigiliis anxius, alias forte quas aliquando ex ardentissimis febribus diu sustinuit, vigilias recordetur, procul dubio impatientius feret istarum inquietudinem, quam illarum recordationem. Sed quamvis apud omnium sensus pro captu temporum ita videri queat, numquid tamen aliquis exsistet, qui vel in ipsa anxietate pronuntiet, graviores pulices esse quam febres; aut acerbius accipiat, se vigilare sanum, quam dormire non potuisse moriturum? Quæ cum ita sint, delicatis istis & querulis nostris utcumque concedo, ut hæc quibus nunc, quia sic expedit, interdum admonemur, sentiendo gravia putent. Non tamen conniveo, ut etiam adserant comparando graviora. Quemadmodum si quis e mollissimis stratis cubiculoque percommodo matutinus egrediens, nocturno gelu lacunarum dorsa obriguisse herbasque incanuisse prospiceret, & inopinato visu admonitus diceret, Frigus est hodie; hic mihi nequaquam reprehendendus videretur, quia vel communi usu vel proprio sensu locutus esset. At si trepidus in cubiculum recurrens, stratisque se se adoperiens vel magis abdens, clamaret tantum omnino frigus esse, quantum nec in Apennino aliquando fuerit, cum Annibal elephantos, equos, plurimamque exercitus sui partem, nivibus clausus atque oppressus amisit; hunc ego puerilibus licentiis nauseantem, non modo dicentem ista non ferrem, sed etiam ab ipsis stratis, otii sui testibus, in populum publicumque protraherem: eique foras producto infantes in eo atque ex eo gelu ludentes, jucundantes sudantesque monstrarem; ut verbosa nugacitas delicatis vitiata nutrimentis non in tempore violentiam, sed in se esse segnitiam doceretur: & in comparatione rerum dijudicanda, non majores parva tolerasse, sed se nec parva tolerare sufficere probaretur. Quod evidentius ipsis in memoriam revolutis præteritorum cladibus adprobabo, Pyrrhi bello in primis, sicut ordo est, prodito: cujus caussa & origo hæc fuit.

CAPUT I.

De bello Tarentinorum, quibus Pyrrhus Epirota auxilio fuit adversus Romanos.

Anno ab Urbe condita CCCCLXIV. Tarentini Romanam classem forte prætereuntem, spectaculo theatri prospectam hostiliter invaserunt, quinque tantum navibus vix per fugam elapsis, cetera retracta in portum classis & profligata est; præfecti navium trucidati, omnes bello utiles cæsi, reliqui pretio venditi sunt. Continuo missi Tarentum a Romanis legati, ut de illatis quererentur injuriis, pulsati ab iisdem, auctas insuper injurias retulerunt. His caussis bellum ingens exortum est. Romanos, qui quantique hostes circumstreperent permetientes, ultima adegit necessitas, proletarios quoque in arma cogere, hoc est, eos qui in Urbe semper sufficiendæ prolis caussa vacabant, militiæ adscribere;

quippe cum frustra de prole cura sit, nisi rebus A præsentibus consulatur. Itaque irruit in universos Tarentinorum fines cum Æmilio consule Romanus exercitus, igni ferroque vastat omnia, plurima expugnat oppida, injuriam insolenter acceptam crudeliter vindicat. Continuo Tarentinos, plurimis finitimorum præsidiis fultos, maxime Pyrrhus auxit, qui etiam in se ob magnitudinem virium consiliorumque, summam belli nomenque traduxit: nam Tarentum, utpote ex Lacedæmoniis conditam cognatamque Græciæ civitatem, vindicaturus, totas vires Epiri, Thessaliæ & Macedoniæ, elephantos etiam, usque in id tempus invisos Romanis, numero xx. in Italiam primus invexit: terra, mari, viris, equis, armis, belluis, ad postremum viribus suis dolisque terribilis: nisi quod Delphici illius vanissimi spiritus & mendacissimi nebulonis, quem magnum ipsi vatem ferunt, responso circumventus ambiguo, exitum fecit ejus qui non consuluisset. Itaque apud Heracleam Campaniæ urbem fluviumque Sirim, prima inter Pyrrhum regem & Lævinum consulem pugna commissa est. Consumtus est gravissimo certamine dies, utrimque omnibus mori intentis, fugere nesciis. Introductos autem inter concurrentia agmina elephantos, forma truces, odore graves, mole terribiles ut videre Romani, novo pugnandi genere circumventi & territi, equis maxime pavitantibus, diffugerunt. Sed postquam Minucius, quartæ legionis primus hastatus, protentam in se manum belluæ gladio desecuit, & conturbatam dolore vulneris averti bello atque in suos sævire compulit, ejusque immoderato discursu perturbari ac permisceri cœpere, finis pugnæ etiam beneficio noctis impositus est. Victos fuisse Romanos turpis fuga prodidit, quorum tunc cecidisse referuntur peditum quatuordecim millia octingenti & octoginta: capti mille trecenti & decem: equites autem cæsi ducenti quadraginta duo, capti octingenti & duo, signa amissa viginti duo. Nam quantus e diverso numerus sociorum Pyrrhi fuerit exstinctus, memoriæ traditum non est: maxime quia scriptorum veterum mos est, ex ea parte quæ vicerit, occisorum non commemorare numerum, ne victoriæ gloriam maculent damna victoris: nisi forte cum adeo pauci cadunt, ut admirationem terroremque virtutis augeat paucitas perditorum, sicut in prima Persici belli congressione apud Alexandrum magnum fuit: cui, inter quadringenta fere millia hostium interfecta, novem tantummodo in exercitu ejus pedites defuisse referuntur. Sed Pyrrhus atrocitatem cladis quam hoc bello exceperat, diis suis hominibusque testatus est, adfigens titulum in templo Tarentini Jovis, in quo hæc scripsit:

Qui ante hac invicti fuvere viri, pater optime Olympi,
Hos ego in pugna vici, victusque sum ab iisdem.

Et cum a sociis increparetur, cur se victum diceret qui vicisset, respondisse fertur: *Næ ego, si iterum eodem modo vicero, sine ullo milite Epirum revertar.* Interea Romanus exercitus, postquam victus clam fugit e castris, miserabilem belli cladem gravioribus monstris auctam adcumulatamque persensit. Nam pabulatores forte progressos, velut hostilis quædam oborta tempestas, cum horribili fragore cæli correptos, diris fulminibus exussit: quippe triginta & quatuor eorum idem turbo prostravit, viginti & duo femineces relicti, jumenta exanimata & capta quam plurima; ut merito contigisse non signum vastationis futuræ, sed vastatio ipsa referatur. Secunda inter Pyrrhum & Romanos consules pugna in Apuliæ finibus fuit: ubi clades belli ad utrosque, sed maxime ad Pyrrhum, victoria ad Romanos concessit. Nam cum diu obnixe cunctis in mutuam cædem ruentibus, anceps belli penderet eventus, Pyrrhus transfixo brachio saucius, prior cessit e prœlio. Sed & Fabricius legatus tunc vulneratus est. Elephanti prima pugna vulnerari, atque in fugam cogi posse deprehensi: deinde subjectis inter posteriora ac mollia ignibus exagitati, ardentes insuper machinas furore trepido circumferentes, exitio suis fuere. Cæsa sunt in ea pugna quinque millia Romanorum: de exercitu vero Pyrrhi viginti millia prostrata sunt. Regis signa ablata B quinquaginta & tria, Romanorum undecim amissa sunt: Pyrrhus bello fractus, Agathocle mortuo rege Syracusano, ad Siciliæ arcessitus imperium, Syracusas concessit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

CAPUT II.

Romani horrenda peste corripiuntur. Cum Pyrrho tertium bellum geritur; qui demum fugatur & interit.

SEd Romanorum miseria nullis cessat induciis. Consumitur morborum malis intercapedo bellorum: & cum foris cessatur a prœlio, agitur introrsum ira de cælo. Nam Fabio Gurgite iterum, C. C Genucio Clepsina consulibus, pestilentia gravis Urbem ac fines ejus invasit; quæ cum omnes, tum præcipue mulieres pecudesque corripiens, necatis in utero fetibus, futura prole vacuabat, & immaturis partubus cum periculo matrum extorti abortus projiciebantur: adeo ut defectura successio & defuturum animantium genus, ademto vitalis partus legitimo ordine, crederetur. Interea reversum ex Sicilia Pyrrhum Curius consul excepit; tertiumque id bellum contra Epirotas, apud Lucaniam in Arusinis campis gestum est. Itaque primo concursu, cum Pyrrhi milites Romanorum impressione trepidarent, & circumspectantes fugam bello cedere molirentur; Pyrrhus elephantos ex subsidiis jussit induci. Romani adsueti jam pugnare cum belluis, cum malleolos stupa D involutos ac pice oblitos, uncis insuper aculeis tenaces præparavissent, eosque flammatos in terga belluarum turresque vibrarent, non difficile furentes ardentesque belluas in eorum excidia quorum subsidia fuerant, retorserunt. Octoginta millia peditum in illo prœlio habuisse regem dicunt, equitum vero sex millia. Ex his cæsa referuntur triginta tria millia, capti autem sunt mille trecenti. Pyrrhus quinto demum anno, quam venerat, ab Italia victus aufugit: qui post multa gravissimaque bella quæ gessit, in Græcia apud Argos Achajæ florentissimam urbem, Spartani regni aviditate seductus, saxo ictus occubuit. Tunc quoque apud Romanos Sextilia, virgo Vestalis, convicta damnataque incesti, ad portam Collinam viva defossa est. E

CAPUT III.

Romani Tarentinos cum auxiliis Carthaginiensium vincunt, & in octavam legionem animadvertunt.

ANno ab Urbe condita CCCCLXXV. Tarentini, Pyrrhi morte comperta, iterum nova adversum Romanos arma solicitant, Carthaginiensium auxilia per legatos poscunt atque accipiunt. Conserto prœlio, vicere Romani: ubi jam tunc Carthaginienses, quamvis nondum hostes adjudicati, vin-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ci tamen a Romanis se posse senserunt. Sequenti anno magnam viscerum suorum partem severitas Romana concidit. Nam, adventante dudum Pyrrho, octava legio diffidens Romanæ spei, novum scelus ausa, Rheginenses omnes quibus subsidio præerat, interfecit: prædam sibi omnem atque ipsum oppidum vindicavit. Hoc facinus in tam sceleratos defectores puniendum Genucio consuli jussum est: qui, obsessa Rheginorum urbe, captisque omnibus, ipse quidem in reliquos perfugas & latrones exercuit digna supplicia; Romanos vero milites integræ legionis Romam misit: qui populi jussu medio in foro virgis cæsi, securique percussi sunt. Visa sibi est tunc Roma vincere, cum legionem suam integram occidit, quæ sine dubio victa fuisset, si eam hostili prœlio perdidisset.

CAPUT IV.

De horrendis quibusdam prodigiis & de bello Picenti.

ANno ab Urbe condita CCCCLXXVII. obscena & dira prodigia vel visa Romæ vel nuntiata sunt. Ædes Salutis ictu fulminis dissoluta: pars muri sub eodem loco de cælo, ut dicunt, tacta est. Lupi tres, ante lucem ingressi Urbem, semesum cadaver intulerunt, sparsumque membratim in foro, ipsi strepitu hominum exterriti, reliquerunt. Apud Formias multis ictibus fulminum mœnia undique ambusta & dissoluta sunt. Apud agrum Calenum repente flamma, scisso terræ hiatu eructata, tribus diebus tribusque noctibus terribiliter exæstuans, quinque agri jugera, exhausto penitus succo ubertatis, in cinerem extorruit; ita ut non fruges solum, sed & arbores cum imis stirpibus absumsisse referatur. Sequenti ab hinc anno Sempronius consul adversus Picentes duxit exercitum. Et cum directa intra jactum teli utraque acies constitisset, repente ita cum horrendo fragore terra tremuit, ut stupore miraculi utrumque pavefactum agmen hebesceret. Diu adtoniti utrimque populi hæsitavere, præjudicata incepti conscientia. Tandem procursu concito iniere certamen. Triste adeo id bellum fuit, ut merito dicatur tantum humanum sanguinem susceptura etiam cum gemitu horrisono tunc terra tremuisse. Romani pauci admodum, eo prœlio qui evasere, vicerunt.

CAPUT V.

Rursum prodigia visa. Vulsiniensium libertini conspirant adversus dominos, quibus Romani subvenerunt. Roma iterum peste corripitur.

ANno ab Urbe condita CCCCLXXX. inter multa prodigia, sanguis e terra, lac visum est manare de cælo. Nam & plurimis locis scaturiens e fontibus cruor fluxit, & de nubibus guttatim in speciem pluviæ lacte demisso, diri, ut ipsis visum est, terram imbres irrigaverunt. Eo tempore Carthaginienses, dato adversum Romanos auxilio Tarentinis, cum a senatu per legatos arguerentur, turpissimam rupti fœderis labem præsumto adcumulavere perjurio. Tunc etiam Vulsinienses, Etruscorum florentissimi, luxuria pæne perierunt. Nam cum licentia in consuetudinem prorogata servos suos passim liberos facerent, conviviis adlegerent, conjugiis honestarent; libertini in partem potestatis recepti, plenitudinem per scelus usurpare meditati

A sunt; & liberati servitutis jugo, ambitu dominationis arserunt; & quos dominos subditi æquanimiter dilexerunt, eos jam liberi, quod dominos fuisse meminerant, exsecrati sunt. Itaque conspirantes in facinus libertini (quorum tanta manus fuit, ut sine controversia ausu potirentur) correptam urbem suo tantum generi vendicant: patrimonia, conjugiaque dominorum sibi per scelus usurpant: extorres dominos procul abigunt; qui miseri, exsules egentesque, Romam deferuntur: ubi ostentata miseria querelaque defleta, per Romanorum severitatem & vindicati sunt & restituti. Anno ab Urbe condita CCCCLXXXI. pestilentia ingens apud Romam conflagravit, cujus atrocitatem significare contentus

B sum, quia verbis implere non possum. Si enim spatium temporis quo mansit inquiritur, ultra biennium vastando porrecta est; si depopulatio quam egerit, census indictus est, qui non quantum hominum deperisset, sed quantum superfuisset, inquireret: si violentia qua adfecerit, Sibyllini libri testes sunt, qui eam cælesti ira impositam responderunt. Sed ne quem tentata usurpatio translationis offendat, quod cum Sibylla iratos deos dixerit, nos iram cælestem dixisse videamur; audiat & intelligat, quod hæc, etsi plerumque per aerias potestates fiunt, tamen sine arbitrio omnipotentis Dei omnino non fiunt. Eodem tempore Capparonia virgo Vestalis, incesti rea suspendio periit: corru-

C ptor ejus consciique servi, supplicio adfecti sunt. Ecce continuatim quæ & quanta numeramus accidisse annis singulis plurima, inter quos certe raro aut pæne nullo nihil triste gestum. Et hoc cum iidem scriptores, proposito sibi magis laudandi negotio, caverent numerositates miseriarum, ne eosdem quibus hæc & de quibus scribebantur, offenderent, auditoresque suos exemplis præteritorum terrere potius quam instruere viderentur. Porro autem nos in ultimo temporum positi, mala Romanorum scire non possumus, nisi per eos qui laudavere Romanos. Ex quo intelligi datur, quanta illa fuerint quæ studio propter horrorem repressa sunt, cum tanta inveniantur quæ tenuiter inter


D laudes emanare potuerunt.

CAPUT VI.

De Carthaginiensium origine, variaque fortuna qua ante bellum Punicum primum sunt usi.

ET quoniam ex hoc jam Punica bella succedunt; res ipsa exigit, ut de Carthagine quæ ante urbem Romam duos & septuaginta annos ab Elisa condita invenitur, ejusque cladibus ac domesticis malis, sicut Pompejus Trogus & Justinus exprimunt, vel pauca referantur. Carthaginienses vernaculum atque intestinum semper inter se malum habuere

E discordiam: qua infeliciter exagitante, nulla umquam tempora vel foris prospera, vel domi quieta duxerunt. Sed cum inter cetera mala etiam pestilentia laborarent, homicidiis pro remediis usi sunt: quippe homines ut victimas immolabant, ætatemque impuberem quæ etiam hostium misericordiam provocaret, aris admovebant. De quo sacrorum, immo sacrilegiorum genere quid potissime discutiendum sit, non invenio. Si enim hujusmodi ritus aliqui dæmones præcipere ausi sunt, ut mortibus hominum occisione hominum satisfieret; intelligendum fuit, se operarios atque adjutores pestilentiæ conduci: ut ipsi quos illa non corripuisset, occiderent; sanas enim atque incorruptas offerri hostias mos est: ita illi non sedarent morbos, sed præveni-



rent. Itaque Carthaginienses adversis diis propter istiusmodi sacra, sicut Pompejus Trogus & Justinus fatentur, sicut autem apud nos constat, propter præsumtionem impietatemque ipsorum irato Deo, cum in Sicilia diu infeliciter dimicassent, translato in Sardiniam bello, iterum infelicius victi sunt: propter quod ducem suum Mazeum & paucos qui superfuerant milites, exsulare jusserunt. Exsules veniam per legatos petentes repulsi, patriam bello & obsidione cinxerunt. Ibi tunc Mazeus dux exsulum, Carthalonem filium suum sacerdotem Herculis, quod sibi velut insultans purpuratus occurreret, in crucem sub oculis patriæ, ita ut erat, cum purpuris infulisque suspendit. Post paucos dies urbem ipsam cepit, qui cum, interfectis plurimis senatorum, cruente dominaretur, occisus est. Hæc temporibus Cyri regis Persarum gesta sunt.

Post hæc vero Imilco rex Carthaginiensium cum in Sicilia bellum gereret, repente horribili peste exercitum amisit. Nec mora: morbis populo catervatim cadente, cito quisque correptus, mox mortuus, jam nec sepeliebatur: cujus mali nuntius cum adtonitam repentino luctu Carthaginem replevisset, non secus ac si capta esset, turbata civitas fuit. Omnia ululatibus personabant, clausæ ubique januæ, cuncta privata publicaque officia damnata, universi ad portum decurrunt, egredientesque de navibus paucos qui cladi superfuerant, de suis percontantur. Postquam de clade suorum, tacentibus illis vel gementibus, miseri intelligunt; tunc toto litore plangentium voces, tunc infelicium matrum ululatus & flebiles querelæ audiebantur. Inter hæc procedit & ipse de navi sua imperator, sordida servilique tunica discinctus: ad cujus conspectum plangentium junguntur agmina. Ipse quoque manus ad cælum tendens, nunc suam, nunc publicam infelicitatem accusat & deflet: ad postremum vociferans per urbem, tandem ingressus domum, cunctos qui lacrymantes prosequebantur, ultimo demisit adloquio: ac deinde obseratis januis, exclusisque etiam filiis, gladio dolorem vitamque finivit. Hæc Darii temporibus gesta sunt.

Post hæc Anno, vir quidam Carthaginiensis, privatis opibus reipublicæ vires superans, invadendæ dominationis hausit cupiditatem. Cui rei consilium utile ratus est, ut simulatis unicæ filiæ nuptiis, omnes senatores quorum dignitatem obstaturam inceptis suis arbitrabatur, inter pocula veneno necaret. Quæ res per ministros prodita, sine ultione vitata est, ne in viro tam potenti plus negotii faceret res cognita, quam cogitata. Hoc consilio elusus Anno, alio machinamento facinus adgredi parat. Servitia concitat, quibus repente incautam urbem opprimeret. Sed cum ante statutam cædibus diem proditum se præventumque intellexisset, castellum quoddam cum viginti millibus servorum armatus occupat. Ibi dum Afros regemque Maurorum concitat, captus est: ac primo virgis cæsus, deinde effossis oculis & manibus cruribusque fractis, velut a singulis membris pœna exigeretur, in conspectu populi necatus est. Corpus verberibus lacerum cruci suffixum, filii cognatique omnes supplicio traditi: ne quis eum ejusdem familiæ umquam aut imitari aut ulcisci meditaretur. Hæc temporibus Philippi gesta sunt.

Post hæc Carthaginienses cum Tyrum urbem auctorem originis suæ ab Alexandro magno captam eversamque didicissent, timentes transitum ejus in Africam futurum, Amilcarem quemdam cognomento Rhodanum, virum facundia sollertiaque præcipuum, ad perscrutandos Alexandri actus direxerunt: qui per

A Parmenionem quasi transfuga exceptus, dehinc in militiam regis admissus, omnia civibus suis per tabellas scriptas, & post cera superlitas, enuntiabat. Hunc mortuo Alexandro Carthaginem reversum, quasi urbem regi vendidisset, non ingrato tantum animo verum etiam crudeli invidia necaverunt. Deinde cum adsidua, nec umquam satis prospera adversus Siculos bella gererent, & Syracusas urbem Siciliæ tunc florentissimam obsidione cinxissent, per Agathoclem Siciliæ regem miro circumventi ingenio, usque ad extrema desperationis adducti sunt. Namque Agathocles, cum apud Syracusas a Carthaginiensibus obsideretur, ac se neque bello parem instructu copiarum, neque obsidionis patientem


B stipendiorum sufficientia videret, bene proviso ac melius dissimulato consilio, in Africam cum exercitu transit: ibi suis, quid moliatur, aperit; deinde quid facto opus sit, docet. Illico unanimiter naves primum in quibus venere, incendunt, ne qua spes refugiendi foret. Dehinc cum omnia in quæ direxisset, prosterneret, villas castellaque incenderet, Annonem quemdam cum triginta millibus Pœnorum obvium habuit; quem cum duobus millibus suorum interfecit. Ipse autem duos tantum in eo bello perdidit. Qua pugna & Afrorum animis incredibiliter fractis, & suorum in immensum auctis, urbes castellaque expugnat, prædas ingentes agit, hostium multa millia trucidat. Castra deinde

C ad quintum lapidem a Carthagine statuit, ut damna rerum opulentissimarum vastationemque agrorum & incendia villarum de muris ipsius urbis specularentur. Adjicitur præsentibus malis tristior fama. Nam & apud Siciliam deletus cum imperatore Afrorum exercitus nuntiatur: quem re vera incautum ac pæne otiosum Antander Agathoclis frater oppresserat. Hoc per totam Africam rumore disperso non tributariæ tantum urbes ab his, verum etiam socii reges deficiebant: inter quos rex quoque Cyrenarum, Ophellas, pactus est cum Agathocle communionem belli, dum regnum Africæ ardenter adfectat. Sed postquam in unum exercitus & castra junxerunt, per Agathoclem blandimentis & insidiis

D circumventus, occisus est. Carthaginienses, contractis undique copiis, in bellum exarsere. Quibus Agathocles, habens secum Ophellæ copias, congreditur, eosque magno utriusque exercitus sanguine & gravi prœlio superat. Hoc certaminis discrimine tanta desperatio illata Pœnis est, ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio fuisset, transfugiturus ad eum Bomilcar dux Pœnorum cum exercitu fuerit. Ob quam noxam in medio foro jussu Carthaginiensium patibulo suffixus, crudele spectaculum suis præbuit. Deinde cum post mortem Agathoclis Carthaginienses Siciliam instructa classe vastarent, a Pyrrho rege Epiri ab Italia accersito, terrestri navalique certamine sæpe superati, novissime ad Romana bella conversi sunt.

E Proh dolor! legunt ne ista de veteribus, qui de recentibus conqueruntur? Immo legunt, & ea non æquitate, sed æmulatione conjiciunt. Maximo enim illo & ineffabili quem nec ipsi discernunt, stimulo compunguntur, non propter tempora mala, sed propter tempora Christiana: & derivatio est invidi ulceris, ut quidquid sub exsecrabili agitur, atrocius esse videatur: sicut etiam inter nos sæpe inimicorum oculis videri solet, eos quos exsecrantur, nihil non pravum, nihil non turpe, nihil non subsicivum, nihil non in vulnus suum, dicto factove agere: & hoc tamen pæne simpliciter. In tantum enim captum cor obliquat invidia, ut rectum natura non videat; de quorum numero

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



sunt isti ; sed multò miseriores , quia inimici Dei ac perinde inimici veritatis, de quibus flentes hæc dicimus , & quos misericórditer , si patiantur , arguimus, ut sanemus, qui vitioso oculo hæc vident, atque ideo duplicia illis videntur , quæ vident : & confusi caligine nequitiæ , in id caduut, ut minus videndo plus videant ; cum tamen id quod est, ita ut est , videre non possint : qui graviora arbitrantur flagella patris, quam hostis incendia : qui acerbiorem vocant blandientem , admonentem & redimentem Deum , quam persequentem , dominantem trucidantemque diabolum . Quamquam si de patre intelligerent, de castigatione gauderent : & si prævideretur fructus eruditionis, esset disciplina tolerabilis : ac propter spem quæ nunc gentibus data est, antea vero non fuerat, leviora ducerent, etsi graviora paterentur : quamquam contemtus miseriarum possunt etiam a suis discere , apud quos summa mala pro summis bonis æstimata sunt , tantum ut gloriam famæ celebrem atque illustrem consequerentur : per quos colligi datur , quanta nobis quibus æternitas beata promittitur , sint toleranda pro vita, cum illi tanta potuerint tolerare pro fama.

CAPUT VII.

Romanorum adversus Syracusanos & Pœnos res gestæ, bellorumque variorum successus. Servorum sociorumque navalium conjuratio.


Anno ab Urbe condita CCCCLXXXIII. Appio Claudio, Q. Fabio consulibus , Mamertinis quorum Messana nobilis Siciliæ civitas erat , auxilia contra Hieronem Syracusanum regem, & Pœnorum copias Hieroni junctas, & Ap. Claudium consulem cum exercitu misere Romani : qui tam celeriter Syracusanos Pœnosque superavit , ut ipse quoque rex rerum magnitudine perterritus, ante se victum quam congressum fuisse prodiderit : qui exin, fractis viribus amissaque fiducia, cum pacem supplex rogaret, ducentis argenti talentis jussu consulum multatus, accepit . Consules Agrigentum Siciliæ civitatem , ibique præsidia Pœnorum, operibus valloque cinxerunt. Cumque inclusus ea obsidione senior Annibal imperator Pœnorum , ad summam egestatem redactus esset , Anno imperator novus Carthaginiensium , cum equitibus mille quingentis & triginta millibus peditum, triginta etiam elephantis, ex improviso intercessit , expugnationemque civitatis paullisper distulit ; sed continuo civitas capta est. Pœni maximo bello victi & profligati, undecim elephanti in potestatem redacti, Agrigentini sub corona omnes venditi sunt. Annibal senior , facta cum paucis eruptione, diffugit. Cn. Cornelio Asina C. Duilio consulibus, cum Annibal senior oram Italiæ maritimam instructa septuaginta navium classe vastaret, Romani & ipsi classem fabricari atque instrui præceperunt : quod Duilius consul celeriter implevit. Nam intra sexagesimum diem quam arbores cæsæ erant, centum triginta navium classis deducta in ancoris stetit . Cornelius Asina consul alter cum sedecim navibus Liparam insulam petiit , ubi ab Annibale quasi ad colloquium pacis evocatus , Punica fraude captus atque in vinculis necatus est . Quod ubi Duilius alter consul audivit , cum triginta navibus adversus Annibalem profectus est. Commisso navali prœlio, Annibal amissa navi qua vehebatur, scapha subductus aufugit : triginta & una naves ejus captæ, tredecim mersæ , tria millia hominum occisa , septem millia capta referuntur. Postea Carthaginienses , C. Aquillio Floro L. Cornelio Scipione consulibus, Annonem in locum Annibalis subrogatum , pro Sardis & Corsis defensandis, navali prœlio præfecerunt ; qui a Scipione consule victus, amisso exercitu, ipse confertissimis hostibus se immiscuit, ibique interfectus est. Eodem anno tria millia servorum & quatuor millia navalium sociorum in urbis Romæ excidium conjurarunt : & nisi maturata proditio consilium prævenisset, destituta præsidio civitas servili manu periisset.

CAPUT VIII.

Romani, Camerinam urbem petentes, in insidias incurrunt. Annibal senior a suis lapidatur. Regulus Liparam Melitamque vastat. Clupea se Romanis dedit. Regulus, ingentis magnitudinis serpente confecto, de Carthaginiensibus victoriam refert.

Anno ab hoc proximo Calatinus consul Camerinam Siciliæ urbem petens, temere in angustias deduxit exercitum , quas Pœnorum copiæ jam dudum præstruxerant. Cui cum omnino nulla vel obsistendi vel evadendi facultas esset, Calpurnii Flammæ virtute & opera liberatus est : qui lecta trecentorum virorum manu, insessum ab hostibus tumulum occupavit, & in se Pœnos omnes pugnando convertit ; donec Romanus exercitus obsessas angustias, hoste non urgente , transiret . Cæsi sunt in eo bello omnes trecenti : solus Calpurnius , quamvis multis confossus vulneribus , cadaveribus obtectus evasit . Annibal senior a Carthaginiensibus iterum classi præpositus , infeliciter cum Romanis navali prœlio congressus & victus, ab exercitu suo, seditione orta, lapidibus coopertus interiit . Atilius consul Liparam Melitamque , insulas Siciliæ nobiles, pervagatus evertit . Consules in Africam jussi transferre bellum , cum trecentis triginta navibus Siciliam petierunt ; quibus Amilcar Pœnorum imperator & Anno classi præfectus occurrit. Conserto navali prœlio Carthaginienses in fugam versi, sexaginta & quatuor naves perdiderunt . Victores consules in Africam transvecti sunt, primamque omnium Clupeam urbem in deditionem receperunt . Inde Carthaginem petentes, trecenta aut eo amplius castella populati sunt, infesta Carthagini signa circumtulerunt. Manlius consul ab Africa cum victrici classe decedens , viginti septem millia captivorum cum ingentibus spoliis Romam revexit . Regulus bellum Carthaginiense sortitus, iter cum exercitu faciens , haud procul a flumine Bagrada castra constituit ; ubi cum plurimos militum aquandi necessitate ad flumen descendentes , serpens miræ magnitudinis devoraret, Regulus ad expugnandam bestiam cum exercitu profectus est : sed nihil in tergo ejus proficientibus jaculis, atque omni telorum ictu irrito, quæ per horrendam squamarum cratem quasi per obliquam scutorum testudinem labebantur, mirumque in modum, ne corpus læderent ipso corpore pellebantur ; cum insuper magnam multitudinem morsu comminui, impetu proteri, halitu etiam pestifero exanimari videret, balistas deferri imperavit, per quas murale saxum spinæ ejus incussum , compagem totius corporis solvit. Talis siquidem est natura serpentis, ut cum pedibus carere videatur , costis tamen & squamis quas a summo gutture usque ad imam alvum parili modo dispositas habet , ita instruitur, ut squamis quasi unguibus, costis quasi cruribus innitatur . Non enim ut vermis cui spinæ rigor non est , & in directum corpusculi sui partes gradatim porrigendo contractas, contrahendo porrectas , motum explicat , sed alternis intenta conatibus latera

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



sinuosa circumfert, ut per exteriorem spinæ curvaturam, rigentem costarum aciem tendat, costis autem natura ad summum rectis squamarum ungulas figat: quod vicissim & celeriter agendo, non solum plana perlabitur, sed etiam convexa conscendit, tot vestigiis instructa quot costis. Hujus itaque rei caussa est, ut si in qualibet corporis parte ab alvo usque ad caput ictu aliquo collidatur, debilis reddita cursum habere non possit; quia ubicumque ille ictus inciderit, spinam solvit, per quam costarum pedes & motus corporis agebantur: unde etiam hic serpens qui tamdiu tot jaculis invulnerabilis obstitit, ad unius saxi ictum debilis cessit, ac mox circumventus telis facile oppressus est. Corium autem ejus Romam devectum (quod fuisse centum viginti pedum spatio ferunt) aliquamdiu cunctis miraculo fuit. Regulus adversus tres imperatores, id est Asdrubales duos & accitum ex Sicilia Amilcarem, atrocissimum bellum gessit, in quo cæsa sunt Carthaginiensium septemdecim millia, capta autem quinque millia, elephanti decem & octo abducti, oppida octoginta duo in deditionem cessere Romanis.

CAPUT IX.

Carthaginienses negata sibi pace, auxilia undique contraxisse, ac Xanthippo Lacedæmonio duce Romanos stravisse, Regulum cepisse, eamque injuriam Æmilium & Fulvium ultos fuisse.

Carthaginienses, fracti bellis & cladibus exinaniti, pacem a Regulo poposcerunt: sed cum intolerabiles & duras conditiones pacis audissent, tutius rati se se armatos mori quam miseros vivere, pretio non solum Hispanorum vel Gallorum auxilia, quæ jam dudum plurima habebant, sed etiam Græcorum comparanda duxerunt. Itaque Xanthippum Lacedæmoniorum regem cum auxiliis accitum, ducem bello præfecerunt. Xanthippus, inspectis Pœnorum copiis atque in campum deductis, longe in melius mutato adparatu, pugnam cum Romanis conferuit. Ingens ibi ruina Romanarum virium fuit: nam triginta millia Romanorum in illa tunc congressione prostrata sunt. Regulus ille dux nobilis cum quingentis viris captus est, & in catenas conjectus, decimo demum anno Punici belli nobilem triumphum Carthaginiensibus præbuit. Xanthippus, tam audacis facti conscius, rerum instabilium mutationem timens, illico ex Africa migravit in Græciam. Igitur Æmilius Paullus & Fulvius Nobilior consules, audita captivitate Reguli & clade exercitus Romani, transire in Africam cum classe trecentarum navium jussi, Clupeam petunt. Eo confestim Carthaginienses cum pari classe venerunt, nec differri potuit navale certamen. Centum & quatuor naves Carthaginiensium demersæ, triginta cum pugnatoribus captæ: præterea, triginta quinque millia militum ex ipsis cæsa sunt: Romanorum autem novem navibus depressis, mille centum periere milites. Consules apud Clupeam castra posuerunt. Duo Annones imperatores Pœnorum, eo rursum cum magno exercitu convenerunt, prœlioque commisso, novem millia militum perdiderunt. Sed & tunc apud Romanos numquam diuturna felicitas erat, & qualescumque successus magnis continuo malorum molibus obruebantur. Cum Romana classis ad Italiam prædis onusta remearet, infando naufragio eversa est: nam de trecentis navibus ducentæ & viginti perierunt, octoginta vix abjectis oneribus liberatæ sunt. Amilcar dux Pœnorum, cum exercitu in Numidiam, Mauritaniamque missus, postquam hostiliter cruenteque in universos egit, quod Regulum libenter suscepisse dicerentur, mille argenti talentis & viginti millibus boum reliquos condemnavit: principes autem omnium populorum patibulo suffixit. Tertio anno, sicut semper indomitus furor cito periculorum obliviscitur, Servilius Cæpio & Sempronius Blæsus consules, cum ducentis sexaginta navibus in Africam transgressi, universam oram maritimam quæ circa Syrtes jacet, depopulati sunt: atque in superiora progressi, captis eversisque plurimis, ingentem prædam ad classem devexerunt. Inde cum ad Italiam redirent, circa Palinuri promontorium quod a Lucanis montibus in altum excurrit, illisi scopulis, centum quinquaginta naves onerarias nobilemque prædam crudeliter adquisitam infeliciter perdiderunt. Vicit aliquando apud Romanos improbissimam cupiditatem enormitas miseriarum: nam patres quibus jam nauticæ rei pertæsum esset, decrevere ne amplius quam sexaginta navium classis ad subsidium haberetur Italiæ: quod quidem decretum continuo, adacti indomita cupiditate, ruperunt. Præterea Cotta consul in Siciliam transgressus, plurimis prœliis adversum Pœnos & Siculos terra marique pugnavit, & per totam Siciliam partim hostium, partim etiam sociorum inhumatas strages reliquit. L. Cæcilio Metello C. Furio Pacilo consulibus, Asdrubal novus Carthaginiensium imperator, cum elephantis centum triginta & equitum peditumque amplius triginta millibus, Lilybæum venit ex Africa, & continuo cum Metello consule apud Panormum pugnam conseruit. Sed Metellus vim magnam belluarum timens, prius eas, magno usus consilio, vel in fugam vel in mortem egit, & sic facile quamvis magnam vim hostium superavit. Viginti millia Carthaginiensium in eo prœlio cæsa sunt, elephanti quoque viginti sex interfecti, centum & quatuor capti & per Italiam ducti, maximum Italicis gentibus spectaculum præbuerunt. Asdrubal cum paucis Lilybæum profugit, atque absens a Pœnis capitis damnatus est.

CAPUT X.

Quod Pœni pace sibi negata Regulum crudeliter interemerint. Romanos parum feliciter in Siciliam semel atque iterum pugnantes, tandem vicisse.

Post hæc fessi tot malis Carthaginienses, petendam esse a Romanis pacem decreverunt. Ad quam rem Atilium Regulum antea ducem Romanum quem jam per quinque annos captivum detinebant, inter ceteros legatos præcipue mittendum putaverunt: quem non impetrata pace, ab Italia reversum, resectis palpebris, illigatum in machina, vigilando necaverunt. Alter deinde Atilius Regulus & Manlius Vulso ambo iterum consules, cum classe ducentarum navium & quatuor legionibus Lilybæum profecti sunt: quod oppidum in promontorio situm Romani obsidere conati, superveniente Annibale qui Amilcaris filius fuit, victi, majore exercitus sui parte perdita, ipsi ægre evaserunt. Post hos Claudius consul cum classe centum & viginti navium ad Drepani portum contra hostem profectus, ibique mox exceptus classe Pœnorum, superatus est. Et ipse quidem cum triginta navibus Lilybæum in castra confugit: reliquæ omnes, hoc est, nonaginta, aut captæ aut demersæ fuerunt: octo millia militum cæsa, viginti millia capta referuntur. Cajus quoque Junius collega Claudii

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



universam classem naufragio amisit: Anno etiam consequenti classis Punica in Italiam transiit, ejusque plurimas partes longe lateque vastavit. Interea Lutatius cum classe trecentarum navium in Siciliam transvectus, dum apud Drepanum civitatem pugnam inter primores ciet, transfixo femore ægerrime, cum jam obrueretur, ereptus est. Porro autem Pœni cum quadringentis navibus magnisque copiis ad Siciliam, duce Annone, concurrunt. Nec Lutatius segnior, immo consilia Pœnorum celeritate mira prævenit. Postquam proxime sibi utrorumque classes apud Ægates insulam, per totam noctem intertextis propemodum ancoris constiterunt, orta luce, prior Lutatius signum bello dedit. Crudescente pugna, victus Anno navem avertit, & dux fugæ primus fuit. Aliquanta cum eo pars exercitus sui Africam petit: alii confugere Lilybæum, sexaginta & tres Punicæ naves captæ sunt, centum viginti quinque demersæ, triginta duo millia hominum capta, cæsa quatuordecim millia fuere. Romanorum autem duodecim naves demersæ sunt. Lutatius deinde ad Erycinam civitatem quam Pœni tenebant, venit; ibique duo millia Carthaginiensium, conserta pugna, interfecit.

CAPUT XI.

Carthaginienses conditionibus pretioque pacem impetrasse: calamitosam Tiberis inundationem, ignisque cujusdam vastationem Romæ fuisse. De bello in Faliscos.

Tunc Carthaginienses præcipiti festinatione ad Lutatium consulem, ac deinde Romam mittunt, orant pacem: quam conditionibus ante propositis illico consequuntur. Conditiones autem erant, ut Sicilia Sardiniaque decederent, proque impensis bellicis puri argenti tria millia talentorum Euboicorum, æquis pensionibus, per annos viginti penderent. Hujus pacis conditio est habita post annum tertium & vigesimum, ex quo bellum Punicum primum fuerat inchoatum. Quis, rogo, duarum civitatum unum bellum per annos viginti tres gestum fando explicet? quot reges Carthaginiensium, quot consules Romanorum, quot agmina exercituum, quantum numerum navium contraxerit, profligarit, oppresserit? & tum demum, si illa ad plenum perpensa videantur, de præsentibus judicetur. Anno ab Urbe condita DVII. repentina subversio ipsius Romæ prævenit triumphum Romanorum: neque enim temere dixerim, quando non vel modicam lætitiam Romæ superveniens repente quam gravissimus luctus oppresserit. Si quidem Q. Lutatio A. Manlio consulibus, diversæ ignium aquarumque clades pæne absumsere Urbem. Nam Tiberis insolitis auctus imbribus, & ultra opinionem vel diuturnitate vel magnitudine redundans, omnia Romæ ædificia in plano posita delevit. Diversæ qualitates locorum, ad unam convenere perniciem: quoniam & quæ segnior redundatio tenuit, madefacta dissolvit; & quæ cursus torrentis invenit, impulsa dejecit. Aquarum gravissimam cladem gravior ignis secuta vastatio est: qui ignis, incertum unde surrexerit, plurimas civitatis partes pervagatus, cum hominum domorumque miserabilem stragem fecit, tum etiam tantum opum uno consumsit incendio, quantum plurimæ & peregrinæ victoriæ conferre vix possent. Dehinc cum omnia in circuitu fori popularetur, ædem Vestæ corripuit. Et ne sibi quidem diis subvenientibus, ignem illum qui æternus putabatur, temporarius ignis oppressit: unde etiam Metellus,

A dum arsuros deos eripit, vix brachio semiustulatus aufugit. Ti. Sempronio Graccho, P. Valerio Faltone consulibus, cum Faliscis bellavere Romani, eoque prœlio quindecim millia Faliscorum interfecta sunt.

CAPUT XII.

Gallos Cisalpinos, Romanis novos infestosque hostes, cæsos: Sardiniam rebellantem subactam: Pœnos ægre pacem impetrasse: Jani portas uno anno fuisse clausas.

B. Eodem anno Galli Cisalpini novi exstitere hostes, adversum quos varia sorte bellatum est: nam in primo conflictu Valerii consulis tria millia quingenti cecidere Romani; secundo quatuordecim millia Gallorum cæsa, duo millia capta sunt, sed ob priorem cladem triumphus consuli denegatus est. T. Manlio Torquato, C. Atilio Bulbo consulibus, Sardinia insula rebellavit, auctoribus Pœnis, unde mox Sardi subacti & oppressi sunt. Carthaginiensibus autem violatoribus pacis quam ipsi poposcissent, inferri bellum decretum est. Contra Carthaginienses pacem suppliciter poposcerunt: & cum bis missis legatis nihil profecissent, post etiam decem principibus bis æque supplicantibus, nec impetrarent, novissime Annonis, minimi hominis inter legatos C oratione meruerunt. Hoc anno porta Jani Gemini clausa, quia nusquam eodem anno bellum erat, quod sub Numa solum Pompilio rege provenerat. Hinc demum nobis tacendum est, & tempora quibus conferri nostra nullo modo possunt, silentio transmitti expedit; ne obtrectatores dierum vitæ suæ ad insultandum potius sibi hoc strepitu suscitemus. Ecce portæ Jani clausæ fuerunt, foris bellum Romanorum non fuit, omnem subolem suam in gremio suo conquiescentem Roma continens non suspiravit. Et hoc quando? post primum bellum Punicum: post quantum temporis? post annos quadringentos & quadraginta: quamdiu? anno uno: & quid altero subsecutum est? ut de ceteris taceam, bellum D Gallicum, & Annibal cum bello Punico secundo. Hei mihi cognovisse hæc & denudasse quam etiam me pudet! Pax ista unius anni, vel magis umbra pacis, lenimentum miseriarum, an incentivum malorum fuit? stillicidium illud olei, in medium magnæ flammæ cadens exstinxit fomitem tanti ignis, an aluit? Parum aquæ frigidæ ardentissimis haustum in febribus, sanavit ægrotum, an potius incendit? per annos prope septingentos, id est, ab Hostilio Tullo usque ad Cæsarem Augustum, una tantummodo æstate, Romana sanguinem viscera non sudarunt: & inter plurimas magnorum sæculorum ætates misera civitas, vere misera mater, vix uno tempore a timore luctuum, ut non dicam ab ipsis E luctibus, conquievit. Hoc si quisquam hominum tam parum in vita sua quietis habuisset, numquid vel vixisse diceretur? Aut si quisquam per totum annum doloribus & cruciatibus angatur, medio autem anni ipsius spatio unum tantum diem tranquillum & sine conflictationibus transigat; numquid ex eo levamentum malorum accipiet, ac non totum annum miseriis deputabit? Sed illi, inquit, hunc annum pro glorioso signo infatigabilis virtutis collocaverunt: atque utinam pro oblivione calamitatis continuæ præteriissent. Nam sicut in corpore hominis ita demum lepra dignoscitur, si variatim inter sanas cutis partes color diversus appareat; at si ita se ubique diffundat, ut omnia unius coloris quamvis adulterini faciat, perit illa discre-

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



tio: ita si labor continuus æquali tolerantia, sine A respirandi appetitu perfluxisset, intentio voluntatis & electio consuetudinis diceretur. Cum autem in hoc pauxillulum otii tantopere vel majorum gaudia, vel minorum studia reclinantur; profecto discernitur, & quam jucunditatem habuerit hæc brevitas, & quam amaritudinem illa prolixitas: hoc est, & quies illa quam grata fuisset, si diuturna mansisset; & hæc incessabilis miseria quam etiam vitanda fuerit, si vitari quacumque arte potuisset.

CAPUT XIII.

De interitu Amilcaris, & bello Romanorum in Illyrios ejusque caussa. De bello in Gallos Cisalpinos: item in Insubres Gallos. De prodigiis variis. De nova Gallorum clade, belloque in Istros.


Anno ab Urbe condita DXVII. Amilcar dux Carthaginiensium, ab Hispanis in bello, cum aliud bellum adversus Romanos clam pararet, occisus est. Sequenti anno legati Romanorum ab Illyriis interfecti sunt. Post cum ipsis Illyriis atrocissimum bellum gestum est: in quo multis oppidis populisque deletis, reliqui se Fulvio Postumioque consulibus dediderunt. Tertio deinceps anno miseram civitatem sacrilegis sacrificiis male potentes funestavere pontifices: namque decemviri consuetudinem priscæ superstitionis adgressi, Gallum C virum & Gallam feminam cum muliere simul Græca in foro boario vivos defoderunt. Sed obligamentum hoc magicum in contrarium continuo versum est. Namque diras illas quas fecerant externorum mortes, fœdissimis suorum cædibus expiaverunt: siquidem, L. Æmilio Papo, C. Atilio Regulo consulibus, magna formidine consternatus est senatus defectione Cisalpinæ Galliæ; cum etiam ex ulteriore Gallia ingens adventare exercitus nuntiaretur, maxime Gæsatorum; quod nomen non gentis, sed mercenariorum Gallorum est. Itaque permoti consules, totius Italiæ ad præsidium imperii contraxere vires. Quo facto, in utriusque consulis exercitu octingenta millia armatorum fuisse refe- D runtur, sicut Fabius historicus qui eidem bello interfuit, scripsit. Ex quibus Romanorum & Campanorum fuerunt peditum trecenta quadraginta octo millia ducenti, equitum vero viginti sex millia sexcenti: cetera multitudo sociorum fuit. Commisso prœlio apud Aretium, Atilius consul occisus est: octingenta millia Romanorum, nec saltem tanta, quanta eos terrere debuit, cæsa sui parte, fugerunt: nam tria millia eorum tunc interfecta historici tradunt; quod ideo ignominiosius turpiusque est, tam paucis amissis, tanta agmina diffugisse, quia se in aliis victoriis non viribus animorum prævaluisse, sed bellorum proventibus, prodiderunt. Quis enim rogo in exercitu Romanorum E crederet numerum istum fuisse saltem, non dico fugisse? Post hæc secundum cum Gallis prœlium gestum est, in quo plane quadraginta millia Gallorum trucidata sunt. Sequenti anno Manlius Torquatus & Fulvius Flaccus consules, primi trans Padum Romanas duxere legiones. Pugnatum est ibi cum Insubribus Gallis, quorum interfecta sunt viginti tria millia, quinque millia capta sunt. Eo deinde anno qui huic proximus fuit, dira miseram Urbem terruere prodigia. Miseram utique, quæ hinc fremitum hostium, inde nequitia dæmonum terrebatur: namque in Piceno flumen sanguine effluxit, & apud Tuscos cælum ardere visum est, & Arimini nocte multa lucem claram effulsisse, ac tres lunas distantibus cæli regionibus exortas adparuisse. Tunc quoque magno terræ motu Caria & Rhodus insulæ adeo concussæ sunt, ut labentibus vulgo tectis, ingens quoque ille Colossus rueret. Eodem anno Flaminius cos. contemtis auspiciis quibus pugnare prohibebatur, adversum Gallos conflixit & vicit. In quo bello novem millia Gallorum cæsa, decem & septem millia capta sunt. Post hoc Claudius consul Gæsatorum triginta millia delevit, ubi etiam ipse Virdomarum regem, in primam aciem progressus, occidit: & inter multa Insubrium quos ad deditionem coegerat, oppida, Mediolanum quoque, urbem florentissimam cepit. Deinde Istri, novi hostes, excitati sunt, B quos Cornelius Minuciusque consules, multo quidem Romanorum sanguine, subegerunt. Emergit hic paullulum antiquus ille Romanorum improbæ laudis etiam de parricidiis adpetitus. Nam Fabius Censorius Fabium Buteonem filium suum furti insimulatum interfecit: dignum scilicet facinus, quod pater vel parricidio plectendum duceret, quod ne leges quidem, nisi multa pecuniæ aut ad summum exsilii, circa quemlibet hominum censuerunt.

CAPUT XIV.

De bello Punico secundo. Annibal ingentes strages in Romanos edidit, per Gallos viam aperiens.

Anno ab Urbe condita DXXXIV. Annibal Poenorum imperator, Saguntum, florentissimam Hispaniæ civitatem, amicam populi Romani, primum bello impetitam, deinde obsidione cinctam & fame excruciatam, omniaque fortiter contemplatione fidei quam Romanis devoverat, digna indignaque tolerantem, octavo demum mense delevit. Legatos Romanorum ad se missos, injuriosissime etiam a conspectu suo abstinuit. Exinde odio Romani nominis quod patri Amilcari, cum esset novem annos natus, fidelissime, alias infidelissimus, ante aras juraverat, P. Cornelio Scipione & Ti. Sempronio Longo consulibus, Pyrenæos montes transgressus, inter ferocissimas Gallorum gentes ferro viam aperuit, & nono demum die a Pyrenæo ad Alpes pervenit: ubi dum montanos Gallos, repellere ab adscensu obnitentes, bello superat atque invias rupes igni ferroque rescindit, quatriduum commoratus, quinto demum die cum maximo labore ad plana pervenit. Fuisse tunc exercitum ejus centum millium peditum & viginti millium equitum definiunt. Scipio consul Annibali primus occurrit, commissoque prœlio apud Ticinum, ipse graviter vulneratus per Scipionem filium, admodum prætextatum, qui post Africanus cognominatus est, ab ipsa morte liberatus evasit. Cæsus est ibi pæne omnis Romanus exercitus. Pugnatum deinde eodem consule ad flumen Trebiam, iterumque Romani pari clade superati sunt. Sempronius consul, cognito collegæ casu, a Sicilia cum exercitu rediit; qui similiter apud eumdem fluvium congressus, amisso exercitu, pæne solus evasit. In eo tamen bello etiam Annibal sauciatus est: qui postea cum in Etruriam primo vere transiret, in summo Apennino tempestate correptus, biduo continuo immobiliter cum exercitu nivibus conclusus & onustus, obriguit: ubi magnus hominum numerus, jumenta complurima, elephanti pæne omnes frigoris acerbitate perierunt. At vero alter tunc Scipio, frater consulis Scipionis, in Hispania plurima bella gessit, Magonem quoque Poenorum ducem bello vicit & cepit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



CAPUT XV.

Multa miraque tum prodigia passim adparuisse. Annibal astu ad internecionem pæne Flaminii consulis exercitum cæcidit.

Diris tunc etiam Romani prodigiis territi sunt. Nam & solis orbis minui visus est, & apud Arpos parmæ in cælo visæ; sol quoque pugnasse cum luna, apud Carpenas interdiu duas lunas ortas, in Sardinia sanguine duo scuta sudasse, Faliscis cælum scindi velut magno hiatu visum, apud Antium metentibus cruentas spicas in corbem decidisse. Igitur Annibal, sciens Flaminium consulem B solum in castris esse, quo celerius imparatum obrueret, primo vere progressus, arripuit propiorem, sed palustrem viam: & tum forte Sarnus late redundans, pendulos & dissolutos campos reliquerat: De quibus dictum est,

Et quæ rigat æquora Sarnus.

In quos cum exercitu progressus Annibal, nebulis maxime quæ de palude exhalabantur, prospectum auferentibus, magnam partem sociorum jumentorumque perdidit. Ipse autem uni elephanto qui solus superfuerat, supersedens, vix difficultatem itineris evasit: sed oculum quo jam dudum æger erat, violentia frigoris, vigiliarum ac laboris, amisit. Ubi vero proximus castris Flaminii consulis C fuit, vastatione circumjacentium locorum Flaminium in bellum excitavit. Hæc pugna ad Trasimenum lacum facta est: ubi exercitus Romanus, infelicissime arte circumventus Annibalis, funditus trucidatus est: ipse quoque consul occisus, viginti quinque millia Romanorum in eo prœlio cæsa, sex millia capta referuntur. De exercitu vero Annibalis duo millia ceciderunt. Famosum hoc ad Trasimenum lacum certamen fuit tanta clade Romana, maxime cum ita intentus pugnantium ardor exstiterit, ut gravissimum terræ motum, qui tunc forte tam vehemens factus est, ut urbes diruisse, montes transtulisse, discidisse rupes & flumina retrorsum coegisse referatur, pugnantes omnino non D senserint. Factam ad Trasimenum ruinam sequitur pugna Cannensis, quamvis Fabii Maximi dictatoris tempus medium fuerit, qui impetum Annibalis cunctando tardavit.

CAPUT XVI.

De miseranda Romanorum clade ad Cannas: de consilio relinquendi Italiam: quomodo Romani respirarint, exercitumque repararint. Item de variis prœliis.

Anno ab Urbe condita DXL. L. Æmilius Paullus & C. Terentius Varro consules, contra E Annibalem missi, impatientia Varronis consulis infelicissime apud Cannas Apuliæ vicum, pæne omnes Romanæ spei vires perdiderunt. Nam in ea pugna quadraginta quatuor millia Romanorum interfecta sunt, quamquam & de exercitu Annibalis magna pars cæsa est: nullo tamen Punico bello Romani adeo ad extrema internecionis adducti sunt. Periit enim in eo consul Æmilius Paullus, consulares aut prætorii viri viginti interfecti sunt, senatores vel capti vel occisi sunt triginta, nobiles viri trecenti, pedestrium militum quadraginta millia, equitum tria millia quingenti. Varro consul

A cum quinquaginta equitibus Venusiam fugit. Nec dubium est, ultimum illum diem Romani status futurum fuisse, si Annibal mox post victoriam ad pervadendam Urbem contendisset. Annibal in testimonium victoriæ suæ tres modios annulorum aureorum Carthaginem misit, quos ex manibus interfectorum equitum Romanorum senatorumque detraxerat. Usque adeo autem ultima desperatio reipublicæ apud residuos Romanos fuit, ut senatores de relinquenda Italia sedibusque quærendis consilium ineundum putarint. Quod auctore Cæcilio Metello confirmatum fuisset, nisi Cornelius Scipio tribunus tunc militum, idem qui postea Africanus, districto gladio deterruisset, ac potius pro patriæ defensione in sua verba jurare coegisset. Romani ad spem vitæ, quasi ab inferis respirare ausi, dictatorem Decimum Junium creant: qui delectu habito ab annis decem & septem, immaturæ inordinatæque militiæ quatuor legiones undecumque contraxit. Tunc etiam servos spectati roboris ac voluntatis, vel oblatos vel si ita opus fuit, publico pretio emtos sub titulo libertatis, sacramento militiæ adegit. Arma quæ deerant, templis detraxerunt, egenti ærario privatæ opes refusæ sunt. Ita equester ordo, ita plebs trepida oblita studiorum in commune consuluit. Junius quoque dictator antiquum Romanæ miseriæ factum recolens, pro supplemento exercitus edicto, velut asilo patefacto, homines quicumque sceleribus ac debitis obnoxii essent, impunitate promissa, militiæ mancipavit, quorum numerus ad sex millia virorum fuit. Campania vero, vel potius omnis Italia, ad Annibalem, desperata penitus Romani status reparatione, defecit. Post hoc Lucius Postumius prætor adversum Gallos pugnare missus, cum exercitu cæsus est. Deinde Sempronio Graccho, Q. Fabio Maximo consulibus, Claudius Marcellus ex prætore [1] proconsule designatus, Annibalis exercitum prœlio fudit, primusque post tantas reipublicæ ruinas spem fecit, Annibalem posse superari. Scipiones autem in Hispania Asdrubalem Pœnorum imperatorem, ad Italiam exercitum comparantem, gravissimo bello oppresserunt. Nam triginta quinque millia militum de exercitu ejus vel cæde vel captione minuerunt. Celtiberos milites, quam primam externam manum Romani in castris habere cœperunt, pretio solicitatos, ab hostium societate in castra sua duxerunt. Sempronius Gracchus proconsule, ab hospite suo Lucano quodam in insidias inductus, occisus est. Centenius Penula centurio decerni sibi ultro bellum adversum Annibalem petiit: a quo cum octo millibus militum quos in aciem eduxerat, cæsus est. Post hunc Cn. Fulvius prætor ab Annibale victus, amisso exercitu, vix evasit. Pudet recordationis. Quid enim dicam improbitatem magis, an miseriam Romanorum? immo verius vel improbam miseriam vel miseram improbitatem. Quis credat eo tempore quo ærarium populi Romani egenam stipem privata collatione poscebat, miles in castris nonnisi aut puer, aut servus, aut sceleratus, aut debitor, & ne sic quidem numero idoneus erat, senatus in curia omnis pæne novitius videbatur: postremo cum ita imminutis fractisque omnibus desperaretur, ut consilium de relinquenda Italia subiretur, eo tempore cum unum domesticum bellum, ut diximus, ferri nullo modo posset, tria insuper transmarina bella fuisse suscepta? unum in Macedonia contra Philippum potentissimum Macedoniæ regem, alterum in Hispania con-

1. Sic & paullo post, *Sempronius Gracchus* PROCONSULE. Nimirum, Latinos & Orosium passim nominandi casu *proconsule* dixisse, viri eruditi jam dudum monuere.



tra Asdrubalem Annibalis fratrem, tertium in Sardinia contra Sardos & alterum Asdrubalem Carthaginiensium ducem : extra hoc quartum Annibalis, quo in Italia premebantur : & tamen fortis in alterutrum desperatio in meliora profecit ; nam in his omnibus desperando pugnarunt, pugnando vicerunt. Ex quo evidenter ostenditur, non tempora tunc fuisse tranquilliora otiis, sed homines miseriis fortiores.

CAPUT XVII.

Claudius Marcellus Syracusas capit. Annibal ad Anienem Romanos terret, nec obruendi copia datur.

ANno ab Urbe condita DXLIII. Claudius Marcellus Syracusas, opulentissimam urbem Siciliæ, secunda oppugnatione vix cepit ; quam cum jam pridem obsedisset, Archimedis Syracusani civis admirabili ingenio præditi machinis repulsus, expugnare non potuit. Decimo anno postquam Annibal in Italiam venerat, Cn. Fulvio, P. Sulpicio consulibus, Annibal de Campania movit exercitum : & cum ingenti clade omnium per Sidicinum Suessanumque agrum via Latina profectus, ad Anienem fluvium tribus millibus ab Urbe consedit, incredibili totius civitatis metu ; cum, senatu populoque diversis curis trepido, matronæ quoque amentes pavore per propugnacula currerent & convehere in muros saxa, primæque pro muris pugnare gestirent. Ipse autem cum expeditis equitibus usque ad portam Collinam infestus accessit, deinde omnes copias in aciem direxit. Sed & consules, Fulviusque proconsule non detrectavere pugnam. At ubi expositæ utrimque acies constiterunt in conspectu Romæ, præmium victoris futuræ, tantus se subito imber e nubibus grandine mixtus effudit, ut turbata agmina, vix armis retentis, in sua se castra colligerent. Deinde cum serenitate reddita in campum copiæ atque in aciem redissent, rursum violentior fusa tempestas, majore metu mortalium audaciam coercuit, territosque exercitus refugere in tentoria coegit. Tunc conversus in religionem Annibal, dixisse fertur, potiundæ sibi Romæ modo voluntatem non dari, modo potestatem. Respondeant nunc mihi obtrectatores veri Dei hoc loco, Annibal a capessenda subruendaque Roma utrum Romana obstitit fortitudo, an divina miseratio ; aut forsitan conservati isti dedignantur fateri, quod Annibal & victor extimuit, & cedens probavit ? At si istam divinam tutelam per pluviam de cælo venisse manifestum est, ipsam autem pluviam opportunis & necessariis temporibus non nisi per Christum qui est verus Deus, ministrari ; etiam ab hujusmodi satis certo sciri, nec negari posse existimo, maxime nunc quando ad documentum potentiæ ejus cum siccitate turbante, pluviam poscere adsidue contingit, & alternis vicibus nunc gentiles, nunc Christiani rogant : nec umquam etiam ipsis testibus factum est, ut optati imbres superveniant nisi in die quo rogari Christum & Christianis rogare permittitur : procul dubio constat, urbem Romam per hunc eumdem verum Deum qui est Christus Jesus, ordinantem secundum placitum ineffabilis judicii sui, & tunc ad futuræ fidei credulitatem servatam fuisse, & nunc pro parte sui incredula castigatam.

At vero in Hispania ambo Scipiones a fratre Asdrubale interfecti sunt. In Campania Capua capta est a Q. Fulvio proconsule : principes Campanorum veneno mortem sibi consciverunt. Senatum omnem Capuæ, etiam prohibente senatu Romano, Fulvius suppliciis necavit. Interfectis in Hispania Scipionibus, cum omnibus incusso pavore cunctantibus, Scipio se admodum adolescens ultro obtulisset, & pudenda penuria esset ærarii, Claudio Marcello & Valerio Lævino auctoribus qui tunc consules erant, aurum argentumque signatum ad quæstores palam omnes senatores in publicum contulerunt ; ita ut nihil præter annulos singulos, bullasque sibi ac filiis, & deinde per filias uxoresque suas singulas tantum auri uncias & argenti non amplius quam singulas libras relinquerent.

CAPUT XVIII.

De variis cladibus inter Romanos & Poenos utrimque acceptis, modo huc modo illuc victoria inclinante.

SCipio annos natus viginti & quatuor, imperium in Hispaniam proconsulare sortitus, ultionem præcipue patris & patrui animo intendens, Pyrenæum transgressus primo impetu Carthaginem novam cœpit : ubi stipendia maxima, præsidia valida, copiæ auri argentique magnæ Pœnorum habebantur : ibi etiam Magonem fratrem Annibalis captum, cum ceteris Romam misit. Lævinus consul ex Macedonia rediens, Agrigentum urbem Siciliæ expugnavit : ibique Annonem Afrorum ducem cepit, quadraginta civitates in deditionem accepit, viginti & sex expugnavit. Annibal in Italia Cn. Fulvium proconsulem, undecim præterea tribunos, decem & septem millia militum interfecit. Marcellus consul cum Annibale triduum continuum dimicavit. Primo die pari pugna discessum est ; sequenti victus consul ; tertio victor octo millia hostium interfecit, ipsumque Annibalem cum reliquis fugere in castra compulit. Fabius Maximus consul Tarentum quæ a Romanis desciverat, iterum expugnavit & cepit : ibique ingentes copias Annibalis cum ipso duce ejus Carthalone delevit, triginta millia hominum captivorum vendidit, pretia in fiscum retulit. Sequenti anno in Italia Claudius Marcellus consul ab Annibale cum exercitu occisus est. Scipio in Hispania Pœnorum ducem Asdrubalem vicit & castris exuit. Præterea octoginta civitates aut deditione aut bello in potestatem redegit. Afris sub corona venditis, sine pretio dimisit Hispanos. Annibal utrumque consulem Marcellum & Crispinum insidiis circumventos interfecit. Claudio Nerone & M. Livio Salinatore consulibus, cum Asdrubal Annibalis frater ab Hispaniis per Gallias ad Italiam veniret, jussusque a Carthaginiensibus, ut fratri cum copiis jungeretur, magna secum auxilia Hispanorum Gallorumque deduceret ; cum maturato adventu descendisse jam ex Alpibus consulibus proditus fuisset, ab exercitu Romano, ignorante Annibale, præventus cum omni exercitu suo interfectus est. Diu quidem incertus belli eventus fuit, elephantis maxime Romanam infestantibus aciem, qui a militibus Romanis occisi sunt, quos a volitando velites vocant : quod genus militiæ paullo ante repertum fuerat, ut lecti agilitate juvenes cum armis suis post terga equitum sederent : & mox cum ad hostem ventum esset, equis desilirent, & continuo pedites ipsi ex alia parte equitibus per quos advecti fuerant dimicantibus, hostem perturbarent. Ab his ergo velitibus elephanti retroacti cum regi jam a suis non possent, fabrili scalpro inter aures adacto, necabantur. Id genus occidendæ cum opus esset bel-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



luæ, idem dux Asdrubal primus invenerat. Fuit hoc prœlio Poenis Metaurus flumen ubi Asdrubal est victus, quasi Trasimenus lacus: & Sena Piceni civitas, ut vicus ille Cannensis: nam quinquaginta & octo millia de exercitu Asdrubalis ibi occisa sunt, capta sunt quinque millia quadringenti. Quatuor millia civium Romanorum inter eos reperta atque revocata sunt; quod victoribus consulibus solatio fuit: nam & ab exercitu eorum octo millia ceciderunt. Annibali caput fratris sui Asdrubalis, ante castra projectum est. Quo viso & simul clade Pœnorum cognita, anno decimo tertio quam in Italiam venerat, refugit in Bruttios. Post hæc anno continuo inter Annibalem & Romanos quies a tumultu bellorum intercessisse visa est; quia inquietudo morborum in castris erat, & gravissima pestilentia uterque exercitus angebatur. Interea Scipio, universa Hispania a Pyrenæo usque ad oceanum in provinciam redacta, Romam venit, consul cum Licinio Crasso creatus in Africam transiit, Annonem Amilcaris filium ducem Pœnorum interfecit, exercitum ejus partim cæde, partim captivitate disperdidit: nam undecim millia Pœnorum eo prœlio occidit. Sempronius consul cum Annibale congressus & victus, Romam refugit. Scipio in Africa adgressus hiberna Pœnorum atque alia Numidarum, quæ utraque haud procul ab Utica erant, nocte concubia fecit incendi. Pœni trepidi cum casu accidisse ignem putarent, inermes ad exstinguendum concurrerunt: quare facile ab armatis oppressi sunt. In utrisque castris quadraginta millia hominum igni ferroque consumta sunt, capta quinque millia, duces ipsi miserabiliter ambusti, ægre effugerunt. Asdrubal imperator Carthaginem profugus venit. Itaque Syphax & Asdrubal mox plurimum reparavere exercitum, atque iterum cum Scipione congressi sunt, victique fugerunt. Syphacem fugientem Lælius & Massanissa ceperunt, cetera multitudo Cirtam confugit; quam Massanissa oppugnatam in deditionem recepit, Syphacem ad Scipionem catenis vinctum deduxit, quem Scipio cum ingentibus spoliis plurimisque captivis Romam perducendum Lælio tradidit.

CAPUT XIX.

Annibalem in Africam revocatum, a Scipione superatum, fugatumque fuisse: & Carthaginiensibus pacem concessisse Romanos.


ANnibal redire in Africam jussus, ut fessis Carthaginiensibus subveniret, flens reliquit Italiam, omnibus Italici generis militibus qui sequi nollent, interfectis: cui ad Africanum litus propinquanti, jussus quidam e nauticis adscendere in arborem navis atque inde speculari, quam regionem teneret, sepulcrum dirutum se prospexisse respondit. Abominatus dictum Annibal, deflexo cursu ad Leptim oppidum copias exposuit. Qui continuo refecta multitudine, Carthaginem venit, deinde colloquium Scipionis petiit. Ubi cum se diu adtoniti admiratione mutua duo clarissimi duces suspexissent, infecto pacis negotio prœlium consertum est: quod diu magnis ducum artibus dispositum, magnis copiarum molibus gestum, magnis militum viribus consummatum, Romanis victoriam contulit. Octoginta ibi elephanti vel capti vel occisi sunt, Carthaginiensium interfecta sunt viginti millia quingenti: Annibal omnia & ante prœlium & in prœlio expertus, cum paucis, hoc est, vix quatuor equitibus, inter tumultum elapsus, Adrumetum A confugit. Postea Carthaginem post sex & triginta annos quam inde parvus cum patre exierat, venit: consultantique senatui, nullam esse residuam spem, nisi in petenda pace, persuasit. Cn. Cornelio Lentulo, P. Ælio Pæto consulibus, Carthaginiensibus pax per Scipionem voluntate senatus populique concessa est. Naves tamen plus quam quingentæ in altum productæ, in conspectu civitatis incensæ sunt. Scipio jam tunc cognomento Africanus, triumphans Urbem ingressus est: quem Terentius qui postea comicus, ex nobilibus Carthaginiensium captivis pileatus, quod indultæ sibi libertatis insigne fuit, trimphantem post currum secutus est.

B

CAPUT XX.

De bello Macedonico, in quo cum variis ac diversis Romani, præcipue adversus Macedones & Antiochum Syriæ regem, varie pugnaverunt.

ANno ab Urbe condita DXLVI. bellum Punicum secundum finitum est, quod gestum est annis septemdecim: cui Macedonicum continuo successit, quod Quinctius Flamininus cos. sortitus, post multa & gravissima prœlia quibus Macedones victi sunt, pacem Philippo dedit. Deinde cum Lacedæ- C moniis pugnavit: victo Nabide duce ipsorum, nobilissimos obsides Demetrium Philippi filium & Armenem Nabidis filium, ante currum duxit. Romani captivi, qui sub Annibale per Græciam venditi fuerant, universi recepti, capitibus rasis ob detersam servitutem, currum triumphantis secuti sunt. Eodem tempore Insubres, Boii atque Cænomani, contractis in unum viribus, Amilcare Pœno duce qui in Italia remanserat, Cremonam Placentiamque vastantes, difficillimo bello a L. Furio prætore superati sunt. Postea Flamininus proconsule, Philippum regem & cum eo Thracas, Macedones, Illyrios, multasque præterea gentes quæ in auxilium ei venerant, bello subegit. Victi Macedones D castra amiserunt, octo millia hostium eo die cæsa, quinque millia capta Polybius scribit. Valerius dicit quadraginta millia trucidata. Claudius vero triginta duo millia interfecta commemorat. Sed hæc varietas scriptorum utique fallacia est. Fallaciæ autem caussa profecto adulatio est, dum victoris laudes accumulare, virtutemque patriæ extollere vel præsentibus vel posteris student: alioquin si inquisitus non fuisset numerus, nec qualiscumque fuisset expressus. Quod si gloriosum est duci & patriæ, plurimos hostium peremisse; quanto magis lætum patriæ & duci beatum potest videri, suorum vel nullos vel paucissimos perdidisse. Ita lucidissime patet, quod simili impudentia mentiendi qua oc- E cisorum hostium numero adjicitur, sociorum quoque amissorum damna minuuntur, vel etiam omnino reticentur. Igitur Sempronius Tuditanus in Hispania citeriore bello oppressus, cum omni exercitu Romano interfectus est: consul Marcellus in Etruria a Boiis oppressus, magnam partem exercitus perdidit, cui postea Furius alter consul auxilio accessit: atque ita universam Bojorum gentem igni ferroque vastantes, propemodum usque ad nihilum deleverunt. L. Valerio Flacco, M. Porcio Catone consulibus, Antiochus rex Syriæ bellum contra populum Romanum struens, in Europam transiit ex Asia. Tunc etiam Annibal propter excitandi belli rumores, qui de eo apud Romanos ferebantur, exhiberi Romam a senatu jussus, clam



ex Africa profectus, ad Antiochum migravit: quem A cum apud Ephesum invenisset cunctantem, mox in bellum impulit. Tunc etiam lex quæ ab Oppio tribuno plebis lata fuerat, ne qua mulier plus quam semiunciam auri haberet, neve versicolori vestimento nec vehiculo per Urbem uteretur, post viginti annos abrogata est. P. Scipione Africano iterum, Ti. Sempronio Longo consulibus, apud Mediolanum decem millia Gallorum cæsa: sequenti autem prœlio undecim millia Gallorum, Romanorum vero quinque millia occisa sunt. Publius Digitius prætor in Hispania citeriore, pæne omnem amisit exercitum. M. Fulvius prætor Celtiberos cum proximis gentibus vicit, regemque eorum cepit. Minucius a Liguribus in extremum periculi B adductus, & insidiis hostium circumventus, vix Numidarum equitum industria liberatus est. Scipio Africanus, inter ceteros legatos ad Antiochum missus, etiam cum Annibale colloquium familiare habuit. Sed infecto pacis negotio, ab Antiocho discessit. In utraque Hispania per Flamininum Fulviumque prætores, bella multum horrida cruentaque utrisque populis gesta sunt. P. Cornelio Scipione, M. Acilio Glabrione consulibus, Antiochus quamvis Thermopylas occupasset quarum munimine tutior propter dubios belli eventus fieret, tamen commisso bello a consule Glabrione superatus, vix cum paucis fugit e prœlio, Ephesumque pervenit. Is habuisse fertur armatorum sexaginta mil- C lia, ex quibus quadraginta millia cæsa, capta plus quam quinque millia fuisse referuntur. Alter consul Scipio cum Bojorum gente conflixit, in quo prœlio viginti millia hostium interfecit. Sequenti anno Scipio Africanus, habens in auxilio Eumenem Attali filium, adversus Annibalem qui tunc Antiochi classi præerat, bellum navale gessit. Antiochus, victo Annibale atque in fugam acto, simulque omni exercitu amisso, pacem rogavit: filiumque Africani, quem utrum explorantem, an in prœlio cepisset incertum est, ultro remisit. In Hispania ulteriore L. Æmilius proconsule a Lusitanis cum universo exercitu cæsus interiit. L. Bæbius in Hispaniam proficiscens, a Liguribus circumventus, D cum universo exercitu occisus est: unde adeo ne nuntium quidem superfuisse constat, ut internecionem ipsam Romæ Massilienses nuntiare curaverint. Fulvius consul de Græcia in Gallogræciam quæ nunc est Galatia, transvectus ad Olympum montem pervenit ad quem universi Gallogræci cum conjugibus & liberis confugerant, ibique acerbissimum bellum gessit: namque de superioribus locis sagittis, grandibus saxis, ceterisque telis Romani graviter contriti, tandem usque ad congressum hostium perruperunt: quadraginta millia Gallogræcorum eo prœlio interfecta referuntur. Marcius consul adversus Ligures profectus superatusque, quatuor millia militum amisit: & nisi victus celeri- E ter refugisset in castra, eamdem internecionis cladem quam Bæbius dudum ab eisdem hostibus acceperat, pertulisset. M. Claudio Marcello, Q. Fabio Labeone consulibus, Philippus rex qui legatos populi Romani interfecerat, propter Demetrii filii sui quem legatum miserat verecundissimas preces, veniam meruit: eumdemque continuo velut Romanis amicum suique proditorem, fratre quoque ipsius ad parricidium patris ministro, nihil de utroque miserum male suspicantem, veneno necavit. Eodem anno Scipio Africanus ab ingrata sibi Urbe diu exsulans, apud Literunum oppidum morbo periit. Iisdem etiam diebus Annibal apud Prusiam Bithyniæ regem cum a Romanis reposceretur, veneno se se necavit. Philopœmen dux Achivorum a Messeniis captus, occisusque est. In Sicilia tunc Vulcani insula, quæ ante non fuerat, repente mari edita cum miraculo omnium, usque ad nunc manet. Q. Fulvius Flaccus prætor in citeriore Hispania maximo prœlio viginti tria millia hominum fudit, quatuor millia cepit. Ti. Sempronius Gracchus in Hispania ulteriore centum quinque oppida vacuata quassataque bellis, ad deditionem coegit. Eadem æstate etiam L. Postumius in citeriore Hispania quadraginta millia hostium bello interfecit. Gracchus prætor ibidem iterum ducenta oppida expugnavit & cepit. Lepido & Mucio consulibus, Basternarum gens ferocissima, auctore Perseo Philippi filio, prædarum spe solicitata & transeundi Istri fluminis facultate, sine ulla pugna vel aliquo hoste deleta est. Nam tunc forte Danubius qui & Ister, crassa glacie superstratus, pedestrem facile transitum patiebatur. Itaque cum improvide toto & maximo simul agmine inæstimabilis hominum vel equorum multitudo transiret, enormitate ponderis & concussione gradientium concrepans gelu & glacialis crusta dissiluit, universumque agmen quod diu sustinuerat, mediis gurgitibus victa tandem & comminuta destituit: atque eadem rursus fragmentis impedientibus superducta, submersit. Paucis ex omni populo per utramque ripam vix concisis visceribus evaserunt. P. Licinio Crasso & C. Cassio Longino consulibus, Macedonicum bellum gestum est, merito inter maxima bella referendum. Nam in auxilio Romanorum tota primum Italia, deinde Ptolemæus rex Ægypti & Ariarathes Cappadociæ, Eumenes Asiæ & Massanissa Numidiæ fuerunt. Perseum & Macedonas secuti sunt Thraces cum rege Corye, & universi cum rege Gentio Illyrii. Itaque advenienti Crasso consuli Perseus occurrit: commissoque prœlio, miserabiliter victi fugere Romani. Sequenti pugna pæne pari clade partis utriusque in hiberna discessum est. Deinde Perseus profligato multis prœliis exercitu Romano in Illyricum transgressus, Sulcanum oppidum defensum a præsidiis Romanis pugnando cepit: ubi magnam Romanorum præsidiorum multitudinem partim occidit, partim sub corona vendidit, partim secum in Macedoniam duxit. Postea cum eo L. Æmilius Paullus consul dimicavit & vicit. Nam viginti millia peditum in eo bello interfecit. Rex cum equitatu subterfugit, sed continuo captus atque in triumpho cum filiis ante currum actus est: & post apud Albam in custodia defecit. Filius ejus junior fabricam ærariam ob tolerandam inopiam Romæ didicit, ibique consumtus est. Plurima præterea & satis diversis proventibus bella multarum ubique gentium gesta sunt, quæ brevitatis caussa prætermisi.

CAPUT XXI.

Scipionem Africanum Hispaniam vastasse: Scipionem Nasicam theatri ædificationem dissuasisse: Galbam parum honeste Lusitanis imposuisse.

Anno ab Urbe condita DC. L. Licinio Lucullo, & A. Postumio Albino consulibus, cum omnes Romanos ingens Celtiberorum metus invasisset, & ex omnibus non esset qui ire in Hispaniam vel miles vel legatus auderet; P. Scipio qui postea

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Africanus est dictus, ultro se se militaturum in Hispaniam obtulit, cum tamen in Macedoniam sorte jam deputatus esset. Itaque profectus in Hispaniam magnas strages gentium dedit; sæpius etiam militis quam ducis usus officio: nam & barbarum provocantem singulariter congressus occidit. Ser. autem Galba prætor, a Lusitanis magno prœlio victus est: universoque exercitu amisso, ipse cum paucis vix elapsus evasit. Eodem tempore censores theatrum lapideum in Urbe construi censuerunt: quod ne tunc fieret, Scipio Nasica gravissima oratione obstitit, dicens, inimicissimum hoc fore bellatori populo ad nutriendam desidiam lasciviæque commentum: adeoque movit senatum, ut non solum vendi omnia theatro comparata jusserit, sed etiam subsellia ludis poni prohibuerit. Quamobrem intelligant nostri, (quibus quidquid extra oblectamentum libidinis occurrit, offensio est) propter hoc quod se infirmiores esse hostibus suis ipsi sentiunt & fatentur, theatra incusanda, non tempora: nec blasphemandum Deum verum qui usque ad nunc ea prohibet, sed abominandos deos vel dæmones suos qui ista petierunt, profundo quidem satis malignitatis suæ argumento, tale sacrificium flagitantes, quo non magis fuso cruore, quam profligata virtute hominum pascerentur. Nam utique tunc nec hostes, nec fames, nec morbi, nec prodigia deerant, immo tunc plurima erant; sed theatra non erant, in quibus quod incredibile dictu est, ad aram luxuriæ virtutum victimæ trucidantur. Carthaginiensibus aliquando visum est, homines immolare; sed male præsumta persuasio brevi prætermissa est: a Romanis vero exactum est, ut semet ipsos perditioni impenderent. Factum est, fit, amatur, & clamatur ut fiat: qui pro mactanda gregis sui pecude fortasse offenderentur, pro interficienda cordis sui virtute lætantur: quin potius Nasicæ erubescant, qui Christianis exprobrandum putant: & non nobis de hostibus quos semper habuerunt, sed illi de theatro quod haberi prohibuerat, conquerantur. Igitur in Hispania Ser. Galba prætor Lusitanos citra Tagum flumen habitantes, cum voluntarios in deditionem recepisset, per scelus interfecit: simulans enim de commodis eorum se acturum fore, circumpositis militibus cunctos inermes incautosque prostravit: quæ res postea universæ Hispaniæ propter Romanorum perfidiam, caussa maximi tumultus fuit.

CAPUT XXII.

De tertio bello Punico. Consules ad delendam Carthaginem profectos, fugatos fuisse. Interim de situ ejusdem.

ANno ab Urbe condita DCII. L. Censorino & M. Manilio consulibus, tertium Punicum bellum exortum est. Igitur cum senatus delendam Carthaginem censuisset, profecti in Africam consules, & Scipio tunc tribunus militum, prope Uticam majoris Africani castra tenuerunt. Ibi Carthaginiensibus evocatis, jussisque ut arma & naves traderent, nec moratis; tanta vis armorum repente tradita est, ut facile tota ex his Africa potuisset armari. Sed Carthaginienses postquam arma tradiderunt, & relicta urbe recedere procul a mari decem millibus passuum jussi sunt, dolorem ad desperationem contulerunt, aut defensuri civitatem, aut cum ipsa per ipsam sepeliendi: ducesque sibi duos Asdrubales creaverunt. Arma primum facere A aggressi, æris ferrique inopiam, auri argentique metallis suppleverunt. Consules oppugnare Carthaginem statuunt, cujus situs fuisse hujusmodi dicitur: viginti millia passuum muro amplexa, tota pæne mari cingebatur, absque faucibus quæ tribus millibus passuum aperiebantur. Is locus murum triginta pedes latum habuit, saxo quadrato, in altitudinem cubitorum quadraginta. Arx cui Byrsæ nomen erat, paullo amplius quam duo millia passuum tenebat. Ex una parte murus communis erat urbis & Byrsæ imminens mari, quod mare stagnum vocabant, quoniam objectu protentæ linguæ tranquillatur. Consules igitur quamvis aliquantam muri partem quassatam machinis diruissent, tamen B a Carthaginiensibus victi ac repulsi sunt: quos fugientes Scipio repulso intra muros hoste defendit. Censorinus in urbem rediit. Manilius omissa Carthagine ad Asdrubalem arma convertit. Scipio, Massanissa mortuo, inter Massanissæ filios tres Numidiæ regnum divisit: quo circa Carthaginem reverso, Manilius Tezagam urbem expugnavit atque diripuit. Duodecim millia ibi Afrorum cæsa, sex millia capta sunt. Asdrubal Pœnorum imperator, Massanissæ nepos, subselliorum fragmentis in curia a suis propter suspicionem proditionis occisus est. Juventius prætor in Macedonia adversus Pseudophilippum congressus, cum maxima clade totius Romani exercitus interfectus est. C

CAPUT XXIII.

De Carthaginis miseranda dejectione ac deletione.

ANno ab Urbe condita DCVI. id est, anno quinquagesimo post bellum Punicum secundum, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio coss. P. Scipio, superioris anni cos. delere Carthaginem suprema sorte molitus, Cothonem ingreditur: ubi dum sex continuis diebus noctibusque pugnatur, ultima Carthaginienses desperatio ad deditionem traxit, petentes, ut quos belli clades reliquos fecit, D saltem servire liceat. Primum agmen mulierum satis miserabile, virorum post magis deforme descendit. Nam fuisse mulierum vigintiquinque millia, virorum triginta millia, memoriæ traditum est. Rex Asdrubal se ultro dedit. Transfugæ qui Æsculapii templum occupaverant, voluntario præcipitio dati, igne consumti sunt. Uxor Asdrubalis se duosque filios secum virili dolore & furore femineo in medium jecit incendium: eumdem tunc mortis exitum faciens novissima regina Carthaginis, quem quondam prima fecisset. Ipsa autem civitas decem & septem continuis diebus arsit, miserumque spectaculum de varietate conditionis humanæ victoribus suis præbuit. E Diruta est autem Carthago, omni murali lapide in pulverem comminuto, septingentesimo post anno quam condita erat. Multitudo omnis captivorum, exceptis paucis principibus, venumdata est. Ita quarto quam inceptum fuit anno, bellum Punicum tertium terminatum est. Sed mihi quamlibet studiose quærenti, verumtamen homini tardioris ingenii, nusquam omnino caussa belli Punici tertii, quam in tantum Carthago accenderit ut juste everti decerneretur, eluxit. Illudque me vel maxime movet, quod si ita ut in superioribus bellis evidens in adsurgentem caussa & dolor accendebat, consultatione non opus erat. At vero cum alii Romanorum propter perpetuam Romæ securitatem delendam esse decernerent, alii vero propter

perpetuam Romanæ virtutis curam quæ sibi semper ex suspicione æmulæ urbis impenderet, ne vigor Romanus bellis semper exercitus in languidam segnitiem securitate atque otio solveretur, incolumem Carthaginem statui suo permittendam esse censerent: caussam non ex injuria lacessentium Carthaginiensium, sed ex inconstantia torpescentium Romanorum ortam invenio. Quod cum ita sit, cur Christianis temporibus imputant hebetationem ac rubiginem suam, qua foris crassi, intus exesi A sunt? qui porro ante sexcentos fere annos, sicut sui prudentes timentesque prædixerant, cotem illam magnam splendoris & acuminis sui Carthaginem perdiderunt. Itaque finem voluminis faciam, ne forsitan collidendo vehementius, discussa ad tempus rubigine, ubi necessarium acumen elicere non possum, supervacuam asperitatem inveniam: quamquam obviantem asperitatem nequaquam expavescerem, si interioris spem acuminis invenirem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

PAULLI OROSII

PRESBYTERI HISPANI,

HISTORIARUM

LIBER V.

CAPUT I.

Romanorum per aliorum clades felicitatem plus damni quam commodi secum traxisse: Item sua tempora prioribus potiora.

SCio aliquantos post hæc deinceps permoveri posse, quod victoriæ Romanæ multarum gentium & civitatum strage crebrescunt: quamquam si diligenter adtendant, plus damni invenient accidisse quam commodi: neque enim parvipendenda sunt tot bella servilia, socialia, civilia, fugitivorum, nullorum utique fructuum, & magnarum tamen miseriarum. Sed conniveo, ut quemadmodum volunt, ita fuisse videatur, unde arbitror esse dicturos: Ecquid his temporibus beatius, quibus continui triumphi, celebres victoriæ, divites prædæ, nobiles pompæ, magni ante currum reges, & longo ordine victæ gentes agebantur? Quibus breviter respondebitur, & ipsos de temporibus solere caussari, & nos pro iisdem temporibus instituisse sermonem: quæ tempora non uni tantum Urbi attributa, sed orbi universo constat esse communia. Ecce quam feliciter Roma vincit, tam infeliciter quidquid extra Romam est, vincitur. Quanti igitur pendenda est gutta hæc laboriosæ felicitatis, cui adscribitur unius Urbis beatitudo in tanta mole infelicitatis, per quam agitur totius orbis eversio? Aut si ideo felicia putantur, quia unius civitatis opes auctæ sunt; cur non potius infelicissima judicentur, quibus miserabili vastatione multarum ac bene institutarum gentium potentissima regna ceciderunt? An forte aliud tunc Carthagini videbatur, cum post annos centum & viginti, quibus modo bellorum clades, modo pacis conditiones perhorrescens, nunc rebelli intentione, nunc suppliciis, bello pacem, pace mutabat bella, novissime miseris civibus passim se in ignem ultima desperatione jacientibus, unus rogus tota civitas fuit? cui etiam nunc, situ parvæ, mœnibus destitutæ, pars miseriarum est, audire quid fuerit. Edat Hispania sententiam suam, cum per annos ducentos ubique agros suos sanguine suo rigabat, importunumque hostem ultro ostiatim inquietantem, nec repellere poterat, nec sustinere: cum se suis diversis urbibus ac locis, B fracti cæde bellorum, obsidionum fame exinaniti, interfectis conjugibus ac liberis suis, ob remedia miseriarum concursu misero ac mutua cæde jugulabant. Quid tunc de suis temporibus sentiebat, ipsa postremo dicat Italia? cur per annos quadringentos Romanis utique suis contradixit, obstitit, repugnavit, si eorum felicitas, sua infelicitas non erat, Romanosque fieri rerum dominos bonis communibus non obstabat? Non requiro de innumeris diversarum gentium populis, diu antea liberis, tunc bello victis, patria abductis, pretio venditis, servitute dispersis, quid tunc sibi maluerint, quid de Romanis opinati sint, quid de temporibus judicarint. Omitto de regibus magnarum opum, magna- C rum virium, magnæ gloriæ, diu potentissimis, aliquando captis, serviliter catenatis, sub jugum missis, ante currum actis, in carcere trucidatis: quorum tam stultum est exquirere sententiam, quam durum non dolere miseriam. Nos, nos inquam ipsos, vitæque nostræ electionem cui adquievimus, consulamus. Majores nostri bella gesserunt, bellis fatigati, pacem petentes, tributa obtulerunt. Tributum, pretium pacis est. Nos tributa dependimus, ne bella patiamur: ac per hoc in portu ad quem illi tandem pro evadendis malorum tempestatibus confugerunt, nos consistimus & manemus. Igitur nostra tempora viderimus, utrum felicia? certe feliciora illis ducimus; quia quod illi ultimo delege- D runt, nos continue possidemus. Inquietudo enim bellorum qua illi adtriti sunt, nobis ignota est. In otio autem quod illi post imperium Cæsaris nativitatemque Christi tenuiter gustaverunt, nos nascimur & senescimus: quod illis erat debita pensio servitutis, nobis est libera collatio defensionis: tantumque interest inter præterita præsentiaque tempora, ut quod Roma in usum luxuriæ suæ ferro extorquebat a nostris, nunc in usum communis reipublicæ conferat ipsa nobiscum. Aut si ab aliquo dicitur, tolerabiliores parentibus nostris Romanos hostes fuisse, quam nobis Gothos esse: audiat & intelligat, quanto aliter quam circa se ipsum agitur, sibi esse videatur. Olim cum bella toto orbe fervebant, quæque provincia suis regibus, suis legibus suisque moribus utebatur: nec erat societas affectionum, ubi diffidebat diversitas potestatum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Postremo solutas & barbaras gentes quid tandem A ad societatem adduceret, quas diversis sacrorum ritibus institutas, etiam religio separabat? Si quis igitur tunc, acerbitate malorum victus, patriam cum hoste deseruit; quem tandem ignotum locum ignotus adiit? Quam gentem generaliter hostem hostis oravit? Cui se congressu primo credidit, non societate nominis invitatus, non communione juris adductus, non religionis unitate securus? An parum exempli dederunt, Busiris in Ægypto peregrinorum infeliciter incurrentium impiissimus immolator; crudelissima circa advenas Dianæ Tauricæ litora, sed magis sacra crudelia, Thracia cum Polymnestore suo usque ad propinquos hospites scelerata? Et ne antiquitatibus videar immorari, te- B stis est Roma de Pompejo interfecto, testis Ægyptus de interfectore Ptolemæo.

CAPUT II.

Orosio, utpote Christiano homini, ubique patria, & quovis securus accessus.

Mihi autem, prima qualiscumque motus perturbatione fugienti, quia de confugiendi statione securo, ubique patria, ubique lex & religio mea est: nunc me Africa tam libenter excepit, quam confidenter accessi: nunc me, inquam, ista Africa excepit pace simplici, sinu proprio, jure C communi, de qua aliquando dictum, & vere dictum est,

— — Hospitio prohibemur arenæ,
Bella cient, primaque vetant consistere terra.

Nunc ultro ad suscipiendos socios religionis & pacis suæ benevolum late gremium pandit, atque ultro fessos quos foveat, invitat. Latitudo orientis, septemtrionis copiositas, meridiana diffusio, magnarum insularum largissimæ tutissimæque sedes, mei juris & nominis sunt: quia ad Christianos & Romanos, Romanus & Christianus accedo. Non timeo deos hospitis mei, non timeo religionem ejus necem meam, non habeo talem quem pertimescam locum, ubi & possessori liceat perpetrare quod ve- D lit, & peregrino non liceat adhibere quod convenit: ubi sit jus hospitii, quod meum non sit. Unus Deus qui temporibus quibus ipse innotescere voluit, hanc regni statuit unitatem, ab omnibus & diligitur & timetur. Eædem leges quæ uni Deo subjectæ sunt, ubique dominantur: ubicumque ignotus accessero, repentinam vim tamquam destitutus non pertimesco. Inter Romanos, ut dixi, Romanus, inter Christianos Christianus, inter homines homo, legibus imploro rempublicam, religione conscientiam, communione naturam. Utor temporarie omni terra quasi patria: quia quæ vera est & illa quam amo patria, in terra penitus non est. Nihil perdidi, ubi nihil amavi: totumque ha- E beo, quando quem diligo mecum est; maxime quia & apud omnes idem est, qui me non modo notum omnibus, verum & proximum facit: nec egentem deserit, quia [a] ipsius est terra & plenitudo ejus, ex qua omnibus omnia jussit esse communia. Hæc sunt nostrorum temporum bona quæ in totum vel in tranquillitate præsentium, vel in spe futurorum, vel in perfugio communi non habuere majores: ac per hoc incessabilia bella gesserunt, quia mutandarum sedium communione non libera, persistendo in sedibus suis, aut infeliciter necati sunt, aut turpiter servierunt; quod clarius promtiusque ipsis veterum gestis per ordinem explicitis aperietur.

CAPUT III.

De bello Achaico, & Corinthi eversione.

Anno ab Urbe condita DCVI. hoc est, eodem anno quo & Carthago deleta est, Cn. Cornelio Lentulo, L. Mummio coss. ruinam Carthaginis eversio Corinthi subsecuta est, duarumque potentissimarum urbium parvo unius temporis intervallo per diversas mundi partes miserabile colluxit incendium. Nam cum Metellus prætor Achæos Bœotosque conjunctos duobus bellis, hoc est, primo apud Thermopylas, iterum in Phocæis devicisset; quorum priore bello occisa esse viginti millia, secundo septem millia cæsa, Claudius historicus refert: Valerius Antias in Achaja pugnatum, & viginti millia Achæorum cum duce suo Diæo cecidisse confirmat; Polybius Achivus, quamvis tunc in Africa cum Scipione fuerit, tamen quia domesticam cladem ignorare non potuit, semel in Achaja pugnatum Critolao duce adserit: Diæum vero adducentem ex Arcadia militem, ab eodem Metello prætore oppressum cum exercitu docet. Sed de varietate discordantium historicorum aliquanta jam diximus, quorum sufficiat detecta hæc & male nota mendaciorum nota: quia parum credendum esse in ceteris evidenter ostendunt, qui in his quoque quæ ipsi videre, diversi sunt. Igitur post exstincta totius Achajæ præsidia, destitutarum eversionem urbium Metello prætore meditante, consul Mummius repentinus cum paucis venit in castra: qui dimisso statim Metello, Corinthum sine mora expugnavit, urbem toto tunc orbe longe omnium opulentissimam: quippe quæ velut officina omnium artificum atque artificiorum, & emporium commune Asiæ atque Europæ per multa retro sæcula fuit. Permissa crudeliter etiam captivis prædandi licentia: sic omnia cædibus ignibusque completa sunt, ut de murorum ambitu quasi e camino in unum apicem coartatum exundaret incendium. Itaque plurima parte populi ferro flammisque consumta, reliqua sub corona vendita est. Urbe incensa, muri funditus diruti sunt. Muralis lapis in pulverem redactus: præda ingens erepta est. Sane cum propter multitudinem & varietatem statuarum simulacrorumque in illo civitatis incendio permixta in unum auri argenti atque æris omniaque simul metalla fluxissent, novum genus metalli factum est: unde usque in hodiernum diem, sive ex ipso sive ex mutatione ejus, æs Corinthium, sicut memoriæ traditum est, & Corinthia vasa dicuntur.

CAPUT IV.

De bello in Hispania cum Viriatho: deque Lusitanorum & Salassorum Gallorum cruento conflictu, & ingenti Romæ pestilentia, aliisque bellis Romanorum cum Numantinis, item Mithridatis.

Iisdem consulibus, Viriathus in Hispania, genere Lusitanus, homo pastoralis & latro, primum infestando vias, deinde vastando provincias, postremo exercitus prætorum & consulum Romanorum vincendo, fugando, subigendo, maximo terrori Romanis fuit omnibus: siquidem Iberum & Tagum, maxima & diversissimorum locorum flumina, late transgredienti & pervaganti C. Vetilius prætor occurrit: qui continuo, cæso usque ad internecionem pæne omni exercitu suo, vix ipse prætor cum pau-

a Psalm. XXIII. 1.



cis fuga lapsus evasit. Deinde C. Plautium prætorem idem Viriathus multis prœliis fractum fugavit. Post etiam Claudius Unimanus cum magno instructu belli contra Viriathum missus, quasi pro abolenda superiore macula, turpiorem ipse auxit infamiam. Nam congressus cum Viriatho, universas quas secum deduxerat copias maximasque vires Romani exercitus amisit. Viriathus trabeas, fasces, ceteraque insignia Romana in montibus suis tropæa præfixit. Eodem tempore trecenti Lusitani cum mille Romanis in quodam saltu contraxere pugnam; in qua septuaginta Lusitanos, Romanos autem trecentos viginti cecidisse, Claudius refert: & cum victores Lusitani sparsi ac securi abirent, unus ex iis longe a ceteris segregatus, cum circumfusis equitibus, pedes ipse deprehensus, unius eorum equo lancea perfosso, ipsius equitis ad unum gladii ictum caput desecuisset, ita omnes metu perculit, ut prospectantibus cunctis ipse contemtim atque otiosus abscederet.

Appio Claudio, Q. Cæcilio Metello consulibus, Appius Claudius Salassos Gallos congressus & victus, quinque millia militum perdidit. Reparata pugna, quinque millia hostium occidit. Sed cum juxta legem qua constitutum erat, ut quisquis quinque millia hostium peremisset, triumphandi haberet potestatem, iste quoque triumphum expetisset, propter superiora vero damna non impetravisset; infami impudentia atque ambitione usus, privatis sumtibus triumphavit. L. Cæcilio Metello, Q. Fabio Maximo Serviliano consulibus, inter cetera prodigia androgynus Romæ visus, jussu aruspicum in mare mersus est: sed nihil impiæ expiationis procuratio profecit. Nam tanta subito pestilentia exorta est, ut ministri quoque faciendorum funerum primum non sufficerent, deinde non essent. Itaque etiam magnæ domus vacuæ vivis, plenæ mortuis remanserunt. Largissimæ introrsum hereditates, & nulli penitus heredes. Denique jam non solum in Urbe vivendi, sed etiam appropinquandi ad Urbem negabatur facultas: tam sævi per totam Urbem tabescentium sub tectis atque in stratis suis cadaverum putores exhalabantur. Expiatio illa crudelis, & viam mortibus hominum morte hominis instruens, tandem Romanis inter miserias suas erubescentibus, quam misera & vana esset, innotuit. Ante enim in suffragium præveniendæ cladis est habita, & sic pestilentia consecuta est; quæ tamen sine ullis sacrificiorum satisfactionibus, tantummodo secundum mensuram arcani judicii expleta correptione, sedata est. Quam si artifices illi circumventionum aruspices, sub ipsa (ut adsolent) declinatione morborum forte celebrassent; procul dubio sibi, diis & ritibus suis, reductæ sanitatis gloriam vindicassent. Ita misera & ad sacrilegia male religiosa civitas, mendaciis quibus liberari non poterat, ludebatur. Igitur Fabius consul contra Lusitanos & Viriathum dimicans, Bacciam oppidum quod Viriathus obsidebat, depulsis hostibus liberavit, & in deditionem cum plurimis aliis castellis recepit. Fecit facinus etiam ultimis barbaris Scythiæ, non dicam Romanæ fidei & moderationi, exsecrabile. Quingentis enim principibus eorum quos societate invitatos, deditionis jure susceperat, manus præcidit. Pompejus sequentis anni consul, fines Numantinorum ingressus, accepta maxima clade discessit, non solum exercitu pæne omni profligato, verum etiam plurimis nobilium qui ei militiæ aderant, interemtis. Viriathus autem, cum per quatuordecim annos Romanos duces atque exercitus protrivisset, insidiis suorum interfectus est: in hoc solo Romanis circa eum fortiter agentibus, quod percussores ejus indignos præmio judicarunt. At ego non modo nunc, verum etiam sæpe intertexere orientis illa inextricabilia bella poteram, quæ raro umquam nisi sceleribus aut incipiunt aut terminantur: sed Romanorum cum quibus nobis actio est, tanta sunt ut jure fastidiantur aliena.

Mithridates tunc siquidem rex Parthorum, sextus ab Arsace, victo Demetrio præfecto, Babyloniam urbem finesque ejus universos victor invasit. Omnes præterea gentes quæ inter Hydaspem fluvium & Indum jacent, subegit. Ad Indiam quoque cruentum extendit imperium: Demetrium ipsum secundo sibi bello occurrentem, vicit & cepit; quo capto, Diodotus quidam cum Alexandro filio, regnum ejus & regium nomen usurpavit: qui postea ipsum Alexandrum filium quem participem periculi in pervadendo regno habuerat, ne in obtinendo consortem haberet, occidit.

M. Æmilio Lepido, C. Hostilio Mancino coss. prodigia adparuere diversa, & quantum in ipsis fuit, ex more curata sunt: sed non semper aucupatoribus eventuum & structoribus fallaciarum aruspicibus, opportuni casus suffragantur. Namque Mancinus consul, postquam a Popillio apud Numantiam suscepit exercitum, adeo infeliciter prœlia cuncta gessit atque in id suprema desperatione perductus est, ut turpissimum fœdus cum Numantinis facere cogeretur: quamvis & Pompejus jam aliud æque infame fœdus cum iisdem Numantinis paullo ante pepigisset. Senatus dissolvi fœdus, & Mancinum dedi Numantinis præcepit: qui nudato corpore, manibus post tergum revinctis, ante portas Numantinorum expositus, ibique usque in noctem manens, a suis desertus, ab hostibus autem non susceptus, lacrymabile utrisque spectaculum præbuit.


CAPUT V.

Quam injuste Romani Mancinum Numantinis dediderint. De Bruti in Gallæcos strage, Lepidi a Vaccæis clade.

Exclamare hoc loco dolor exigit. Cur falso vobis Romani magna illa nomina justitiæ, fidei, fortitudinis & misericordiæ vindicatis? A Numantinis hæc verius discite. Fortitudine opus fuit? pugnando vicerunt. Fides exigebatur? credentes aliis secundum se quos occidere potuerant, pacto fœdere dimiserunt. Justitia probanda erat? probavit eam vel tacitus senatus, cum iidem Numantini per legatos suos aut inviolatam pacem solam, aut omnes quos pignore pacis accepto vivos dimiserant, reposcebant. Misericordia examinanda videbatur? satis documenti dederunt vel emittendo ad vitam inimicum exercitum, vel ad pœnam non recipiendo Mancinum. Mancinus ne rogo dedendus fuit, qui victi exercitus impendentem trucidationem, prætento umbone pacti fœderis dispulit, qui periclitantes patriæ vires in meliora tempora reservavit? Aut si displicuit fœdus quod pactum est, cur miles hoc pignore redemtus, aut cum reverteretur receptus est, aut cum repeteretur redditus non est? Aut si placuit servati militis qualiscumque provisio, cur Mancinus qui hoc pepigit, solus deditus fuit?

Nuper Varro, ut præpropera pugna iniretur, collegam Paullum obluctantem impulit, trepidantem præcipitavit exercitum, infelices copias apud infames illas Romanis cladibus Cannas non disposuit certamini, sed opposuit morti; plus quam qua-

SAECUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



draginta millia ibi militum Romanorum sola impatientia sua de qua sibi victoriam jam dudum Annibal praesumebat, amisit. Collega etiam Paullo (quo tandem viro?) perdito, novissime in Urbem paene solus impudentissime redire ausus est, meruitque suae impudentiae praemium. Nam gratiae ei quod de republica non desperasset quam tamen ipse fecerat desperatam, publice in senatu actae sunt. Porro autem Mancinus qui sorte bellica circumventum exercitum ne perderet, laboravit, ab eodem senatu deditione damnatus est. Scio, Romanis & illud in Varrone displicuit, sed tempori concessum est: & in hoc Mancino placuit, sed secundum tempus praesumtum est: atque ideo ab initio perfecistis, ut nec civis consulat convenienter ingratis, nec hostis fideliter credat infidis. B Interea Brutus in ulteriore Hispania sexaginta millia Gallaecorum qui Lusitanis auxilio venerant, asperrimo bello & difficili, quamvis incautos circumvenisset, oppressit. Quorum in eo praelio quinquaginta millia occisa, sex millia capta referuntur, pauci fuga evaserunt. In citeriore Hispania Lepidus proconsule Vaccaeos innoxiam gentem & supplicem, etiam senatu prohibente, pertinaciter expugnare tentavit. Sed mox accepta clade gravissima improbae pertinaciae poenas luit. Sex millia quippe Romanorum in hoc injusto bello justissime caesa sunt: reliqui exuti castris, armis etiam perditis, evaserunt. Nec minus turpis haec sub Lepido clades, quam sub Mancino fuit. Ita nunc C sibi haec tempora loco felicitatis adscribant, ut non dixerim Hispani, tot pulsati fatigatique bellis, sed vel ipsi saltem Romani, tam continuis subacti cladibus, totiesque superati: ut non exprobrem, quot praetores eorum, quot legati, quot consules, quot legiones, quantique exercitus consumti sint. Illud solum revolvo, quanta fuerit timoris amentia. Miles Romanus hebetatus, ut jam ne ad experimentum quidem belli cohibere pedem aut obfirmare animum posset: sed mox conspecto Hispano specialiter hoste diffugiens, vinci se paene prius crederet, quam videri. Quo argumento patet, apud utrosque misera illa tempora judicata; cum & Hispani etsi vincere poterant, inviti tamen desererent otia sua dulcia D & bella externa tolerarent; & Romani quanto impudentius alienae quieti se se ingererent, tanto turpius vincerentur.

CAPUT VI.


De monstroso puero Romae nato: de Aetnae eructatione & bello servili in Sicilia.

SEx. Fulvio Flacco, Q. Calpurnio Pisone consulibus, Romae puer ex ancilla natus est quadrimanus, oculis quatuor, auribus totidem, natura virili duplex. In Sicilia mons Aetna vastos ignes eructavit ac fudit: qui torrentum modo per prona praecipites, proxima quaeque corripientibus exusfere flammis; E longinquiora autem favillis calidis cum vapore gravi late volitantibus, torruerunt: quod Siciliae semper vernaculum genus monstri, non portendere malum adsolet, sed inferre. In Bononiensi agro fruges in arboribus enatae sunt. Igitur in Sicilia bellum servile ortum est: quod adeo grave & atrox multitudine servorum, instructu copiarum & magnitudine virium fuit; ut non dicam praetores Romanos quos penitus profligavit, sed consules quoque terruerit. Nam septuaginta millia servorum tum in arma conspirantium fuisse referuntur, excepta urbe Messana quae servos liberaliter habitos in pace continuit. Ceterum Sicilia in A hoc quoque miserior, quia insula & numquam erga statum suum juris idonei, nunc tyrannis subjecta, nunc servis: vel illis dominatu improbo exigentibus servitutem, vel istis praesumtione perversa commutantibus libertatem; maxime quia clauso undique mari, egerere foras non facile potest intestinum malum. Viperinam quippe conceptionem perditioni suae aluit, sua libidine auctam, sua morte victuram. In hoc autem servilis tumultus excitatio quanto rarior ceteris, tanto truculentior est: quia intentione commovetur libera multitudo ut patriam augeat, servilis ut perdat.

CAPUT VII.

De Numantia, ejusque per Scipionem Africanum deletione.

ANno ab Urbe condita DCXX. cum major paene infamia de foedere apud Numantiam pacto quam apud Caudinas quondam furculas, pudorem Romanae frontis oneraret; Scipio Africanus consensu omnium tribuum consul creatus, atque ad oppugnandam Numantiam cum exercitu missus est. Numantia autem citerioris Hispaniae, haud procul a Vaccaeis & Cantabris in capite Gallaeciae sita, ultima Celtiberorum fuit. Haec per annos quatuordecim cum solis quatuor millibus suorum, quadraginta millia Romanorum non solum sustinuit sed etiam vicit, pudendisque foederibus adfecit. Igitur Scipio Africanus Hispaniam ingressus non illico se ingessit hostibus, ut quasi incautos circumveniret; sciens numquam id genus hominum adeo in otium corpore atque animo resolvi, ut non ipsa qualitate habitudinis suae adparatus aliorum praecelleret, sed aliquamdiu militem suum in castris velut in scholis exercuit. Et cum partem aestatis totamque hiemem, ne adtentata quidem pugna transegisset, sic quoque parum propemodum hac profecit industria. Namque ubi copia pugnandi facta est, exercitus Romanus, oppressus impetu Numantinorum, terga convertit: sed increpatione & minis objectantis se se consulis, manuque retinentis, tandem indignatus in hostem rediit: & quem fugiebat, fugere compulit. Difficilis tunc in relatu fides: Numantinos & fugavere, & fugientes videre Romani. Unde quamvis Scipio, quia praeter spem acciderat, laetatus & gloriatus esset; tamen ultra bellum adversus eos audendum non esse professus est. Itaque Scipio insistendum inopinatis proventibus censuit, urbem ipsam obsidione conclusit, fossa etiam circumdedit: cujus latitudo pedibus decem, altitudo viginti fuit. Ipsum deinde vallum, sudibus praestructum, crebris turribus communivit: ut si qua ab erumpente hoste in eum tentaretur irruptio, jam non quasi obsessor cum obsesso, sed versa vice obsessus cum obsessore pugnaret. Numantia autem in tumulo sita, haud procul a flumine Durio, tria millia passuum ambitu muri amplexabatur; quamvis aliqui adserant eam & parvo situ & sine muro fuisse. Unde credibile est quod hoc spatii cura alendorum custodiendorumque pecorum, vel etiam exercendi ruris commodo cum bello premerentur, inclusferint, ipsi arcem parvam natura munitam obtinentes. Alioqui tantam paucitatem hominum, tam amplum urbis spatium non munire magis, quam prodere videbatur. Igitur conclusi diu Numantini & fame trucidati, deditionem sui obtulerunt, si tolerabilia juberentur; saepe etiam orantes justae pugnae facultatem, ut tamquam viris mori liceret. Ultimo omnes duabus subito portis erupe-



runt, larga prius potione usi, non vini cujus ferax is locus non est, sed succo tritici per artem confecto, quem succum a calefaciendo Celiam vocant. Suscitatur enim igne illa vis germinis madefactæ frugis, ac deinde siccatur & post in farinam redacta, molli succo admiscetur, quo fermento sapor austeritatis & calor ebrietatis adjicitur. Hac igitur potione post longam famem recalescentes, bello se se obtulerunt. Atrox diu certamen & usque ad periculum Romanorum fuit: iterumque Romani pugnare se adversum Numantinos, fugiendo probavissent, nisi sub Scipione pugnassent. Numantini interfectis suorum fortissimis, bello cedunt: compositis tamen ordinibus, nec sicut fugientes in urbem revertuntur: corpora interfectorum ad sepulturam oblata, accipere noluerunt. Novissime spe desperationis in mortem omnes destinati, clausam urbem introrsum succenderunt, cunctique pariter ferro, veneno atque igne consumti sunt. Romani nihil ex his penitus habuere victis, præter securitatem suam. Neque enim eversa Numantia vicisse se magis Numantinos, quam evasisse dixerunt. Unum Numantinum victoris catena non tenuit; unde triumphum dederit, Roma non vidit; aurum vel argentum quod igni superesse potuisset, apud pauperes non fuit; arma & vestem ignis absumsit.

CAPUT VIII.

De Gracchorum seditione, Attalique regis Pergami hereditate.

IGitur ea tempestate cum hæc apud Numantiam gesta sunt, apud Romam Gracchorum seditiones agitabantur. Scipio autem cum deleta Numantia ceteras Hispaniæ gentes pace componeret, Tiresum quemdam Celticum principem consuluit, qua ope res Numantina aut prius invicta durasset, aut post fuisset eversa. Tiresus respondit: Concordia invicta, discordia exitio fuit: quod Romani tamquam sibi ac de se dictum, exempli loco acceperunt, quippe quibus jam de seditionibus discordantis totius Urbis nuntiabatur. Carthagine Numantiaque deleta, moritur apud Romanos utilis de provisione collatio, & oritur infamis de ambitione contentio. Gracchus tribunus plebis iratus nobilitati quod inter auctores Numantini fœderis notatus esset, agrum a privatis eatenus possessum populo dividi statuit. Octavio tribuno plebis obsistenti ademit imperium, & successorem Minucium dedit. His caussis senatum ira, populum superbia invasit. At tunc forte Attalus Eumenis filius moriens, testamento populum Romanum imperio Asiæ succedere heredem jusserat. Gracchus gratiam populi pretio adpetens, legem tulit, uti pecunia quæ fuisset Attali, populo distribueretur. Obsistente Nasica, etiam Pompejus spopondit, se Gracchum, cum primum magistratu abiisset, accusaturum.

CAPUT IX.

De interitu Gracchi, & bello servili in Sicilia, apud Athenienses & Delum.


GRacchus cum eniteretur, ut ipse tribunus plebis subsequenti anno permaneret, cumque comitiorum die seditiones populi accenderet, auctore Nasica inflammata nobilitas, fragmentis subselliorum plebem fugavit. Gracchus per gradus qui sunt super Calpurnium fornicem, detracto amiculo fugiens, ictus fragmento subsellii corruit, rursusque adsurgens, alio ictu clavæ cerebro impactæ exanimatus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti, eorumque corpora in Tiberim projecta sunt: ipsius quoque Gracchi inhumatum cadaver extabuit. Orta præterea in Sicilia belli servilis contagio multas late infecit provincias. Nam & Minturnis quadringenti & quinquaginta servi in crucem acti, & Sinuessæ ad quatuor millia servorum a Q. Metello & Cn. Servilio Cæpione oppressa sunt. In metallis quoque Atheniensium idem tumultus servilis ab Heraclito prætore discussus est. Apud Delon etiam servi novo motu intumescentes oppidanis prævenientibus oppressi sunt, absque illo primo Siciliensis mali fomite, a quo istæ velut scintillæ emicantes, diversa hæc incendia seminarunt. In Sicilia enim post Fulvium consulem Piso consul Mamertium oppidum expugnavit, ubi octo millia fugitivorum interfecit: quos autem capere potuit, patibulo suffixit: cui cum Rupilius consul successisset, idem quoque Taurominium & Ennam, firmissima fugitivorum refugia, bello recepit, ubi amplius quam viginti millia tunc servorum trucidata referuntur. Misera profecto talis belli & inextricabilis caussa. Pereundum utique dominis erat, nisi insolescentibus servis ferro obviam iretur. Sed tamen in ipsis quoque infelicissimis damnis pugnæ & infelicioribus lucris victoriæ, quanti periere victi, tantum perdidere victores.

CAPUT X.

De bello Aristonici. De Ptolemæi regis Alexandrinorum flagitiis, & Antiocho a Phraate victo. Deque Ætnæ & Liparæ incendiis.

ANno ab Urbe condita DCXXII. P. Licinius Crassus consul & pontifex maximus, adversus Aristonicum Attali fratrem qui traditam per testamentum Romanis Asiam pervaserat, cum instructissimo missus exercitu: præterea a magnis regibus, hoc est, Nicomede Bithyniæ, Mithridate Ponti & Armeniæ, Ariarathe Cappadociæ, Pylæmene Paphlagoniæ, eorumque maximis copiis adjutus, conserto tamen bello victus est: & cum exercitu post plurimam cædem in fuga acto, ipse jam circumventus ab hostibus & pæne captus esset, virgam qua erat usus ad equum, in oculum Thracis impegit: Barbarus autem cum ira & dolore exarsisset, latus Crassi gladio transverberavit. Ita ille excogitato genere mortis, effugit & dedecus & servitutem. Perperna consul qui Crasso successerat, audita morte Crassi & clade exercitus Romani, raptim in Asiam pervolavit: Aristonicum recenti victoria feriatum, improviso bello adortus, nudatumque omnibus copiis, in fugam vertit; cumque Stratonicen urbem ad quam ille confugerat, obsidione cinxisset, trucidatum fame ad deditionem coegit. Perperna consul apud Pergamum correptus morbo, diem obiit. Aristonicus Romæ jussu senatus in carcere strangulatus est. Eodem anno Ptolemæi Alexandrinorum regis misera vita, miseriorem vitæ exitum dedit. Is enim sororem suam stupro cognitam, ac deinde in matrimonium receptam novissime turpius quam duxit, abjecit: privignam vero suam, hoc est, filiam sororis & conjugis, conjugem adscivit: filium suum quem ex sorore susceperat, nec non & filium fratris, occidit. Quamobrem tantis incestis parricidiisque exsecrabilis, ab Alexandrinis regno pulsus est. Iisdem temporibus Antiochus, non contentus Babylonia atque

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



Ecbatana totoque Mediæ imperio, adversus Phrahatem Parthorum regem congressus & victus est. Qui cum in exercitu suo centum millia armatorum habere videretur, ducenta millia amplius calonum atque lixarum immixta scortis & histrionibus trahebat. Itaque facile cum universo exercitu suo, Parthorum viribus oppressus, interiit. C. Sempronio Tuditano & Man. Aquillio coss. P. Scipionem Africanum, pridie pro concione de periculo salutis suæ contestatum, quod sibi pro patria laboranti ab improbis & ingratis denuntiari cognovisset, alio die mane exanimem in cubiculo suo repertum, non temere inter maxima Romanorum mala recensuerim, præsertim cum tantum in ea urbe Africani vigor & modestia valeret, ut facile vivo eo, neque sociale neque civile bellum posse exsistere crederetur. Hunc quidam uxoris suæ Semproniæ, Gracchorum autem sororis, dolo necatum ferunt, ne scelerata (ut credo) familia atque in perniciem patriæ suæ nata, inter impias seditiones virorum, non etiam facinoribus mulierum esset immanior. M. Æmilio, L. Oreste consulibus, Ætna vasto tremore concussa exundavit igneis globis; rursusque alio die Lipara insula & vicinum circa eam mare in tantum efferbuit, ut adustas quoque rupes dissolverit, tabulata navium liquefactis ceris extorruerit, exanimatos pisces supernatantesque excoxerit: homines quoque, nisi qui longius potuere diffugere, reciprocato anhelitu calidi aeris adustis introrsum vitalibus suffocarit.

CAPUT XI.

De ingenti & perniciosa vi locustarum in Africa, quarum interitu infectioneque horrenda ac inaudita pestis orta.

M. Plautio Hypsæo & M. Fulvio Flacco consulibus, vix dum Africam a bellorum excidiis quiescentem, horribilis & inusitata perditio consecuta est. Namque cum per totam Africam immensæ locustarum multitudines coaluissent, & non modo jam cunctam spem frugum abrasissent, herbasque omnes cum parte radicum & folia arborum cum teneritudine ramorum consumsissent, verum etiam amaros cortices atque arida ligna perrosissent; repentino abreptæ vento atque in globos coactæ, portatæque diu per aerem, Africano pelago immersæ sunt. Harum cum immensos acervos longe undis urgentibus fluctus per extenta late litora propulissent, tetrum nimis atque ultra opinionem pestiferum odorem tabida & putrefacta congeries exhalavit: unde omnium pariter animantium tanta pestilentia consecuta est, ut avium, pecudum ac bestiarum corruptione aeris dissolutarum putrefacta passim cadavera, vitium corruptionis augerent. At vero quanta fuerit hominum lues, ego ipse dum refero, toto corpore perhorresco: siquidem in Numidia in qua tunc Micipsa rex erat, octingenta millia hominum: circa oram vero maritimam quæ maxime Carthaginiensi atque Uticensi litori adjacet, plus quam ducenta millia periisse traditum est. Apud ipsam vero Uticam civitatem triginta millia militum quæ ad præsidium totius Africæ ordinata fuerant, exstincta atque abrasa sunt: Quæ clades tam repentina ac tam violenta institit, ut tunc apud Uticam sub una die per unam portam ex illis junioribus plus quam mille quingentos mortuos elatos fuisse narretur. Verum tamen pace & gratia omnipotentis Dei dixerim de cujus misericordia & in cujus fiducia hæc loquor, quamvis & temporibus nostris exoriantur aliquando, & hoc diversis partibus locustæ, & plerumque etiam, sed tolerabiliter, lædant; numquam tamen temporibus Christianis tanta vis inextricabilis mali accidit, ut pernicies locustarum quæ nullo modo ferri viva potuisset, mortua plus noceret: & qua diu vivente peritura erant omnia; ea perdita, pereuntibus magis omnibus optandum fuerit, ne periisset.

CAPUT XII.

De Carthagine restituta. De C. Gracchi seditione & interitu.

Anno ab Urbe condita DCXXVII. Q. Cæcilio Metello & T. Quinctio Flaminino coss. Carthago in Africa restitui jussa, vigesimo & secundo demum anno quam fuerat eversa, deductis civium Romanorum familiis quæ eam incolerent, restituta & repleta est, magno ante prodigio præcedente. Nam cum mensores ad limitandum Carthaginiensem agrum missi, stipites terminorum indices fixos, nocte a lupis revulsos mordicus, corrososque reperissent; aliquamdiu hæsitatum est, utrum Romanæ paci expediret, Carthaginem reformari. Eodem anno C. Gracchus, Gracchi illius qui jam occisus in seditione fuerat, frater tribunus plebis per tumultum creatus, magna reipublicæ pernicies fuit. Nam cum sæpe populum Romanum largitionibus promissisque nimiis in acerbissimas seditiones excitavisset, maxime legis agrariæ caussa pro qua etiam frater ejus Ti. Gracchus fuerat occisus, tandem a tribunatu, Minucio successore, decessit. Minucius tribunus plebis, cum maxima ex parte decessoris sui Gracchi statuta convulsisset legesque abrogasset, Cajus Gracchus cum Fulvio Flacco ingenti stipatus agmine, Capitolium ubi concio agitabatur, adscendit: ibi maximo tumultu excitato, quidam præco a Gracchanis interfectus velut signum belli fuit. Flaccus duobus filiis armatis cinctus, comitante etiam Graccho togato, brevemque gladium sub sinistra occultante, quamvis & præconem frustra præmisisset qui servos ad libertatem vocaret, Janium tamquam arcem occupavit: contra D. Brutus vir consularis a Clivo Publicio cum ingenti certamine irruit. Ibi Flaccus diu obstinatissime dimicavit: Gracchus postquam in templum Minervæ secesserat, gladio incumbere volens, interventu Lætorii retentus est. Itaque cum diu anceps bellum agitaretur, tandem sagittarii ab Opimio missi, confertam multitudinem disturbaverunt. Duo Flacci pater filiusque cum per ædem Lunæ in privatam domum desiluissent, foresque objecissent rescisso cratitio pariete, confossi sunt. Gracchus diu pro se amicis pugnantibus ac pereuntibus, ægre ad pontem Sublicium pervenit: ibique ne vivus caperetur, cervicem servo suo præbuit. Caput Gracchi excisum consuli adlatum est: corpus ad Corneliam matrem Misenum oppidum devectum est. Hæc autem Cornelia Africani majoris filia, Misenum post prioris filii mortem secesserat. Bona Gracchi publicata sunt. Flaccus adolescens in robore necatus est. Ex factione Gracchi ducenti quinquaginta in Aventino cæsi referuntur. Opimius consul sicut in bello fortis fuit, ita in quæstione crudelis. Nam amplius quam tria millia hominum suppliciis necavit: ex quibus plurimi, ne dicta quidem caussa, innocentes interfecti sunt.

CAPUT XIII.

Baleares insulas a Metello subactas: Allobroges a Domitio victos fuisse: Ætnamque rursus exarsisse.

IIsdem temporibus Metellus Baleares insulas bello pervagatus edomuit, & piraticam infestationem quæ ab iisdem tunc exoriebatur, plurima incolarum cæde compressit. Cneus quoque Domitius proconsule Allobroges Gallos juxta oppidum Vindalium gravissimo bello vicit, maxime cum elephantorum nova forma equi hostium hostesque conterriti, diffugissent: viginti millia ibi Allobrogum cæsa referuntur, tria millia capta sunt. Eodem tempore Ætna mons ultra solitum exarsit, & torrentibus igneis superfusis lateque circumfluentibus, Catanam urbem finesque ejus oppressit, ita ut tecta ædium calidis cineribus præusta & prægravata corruerent: cujus levandæ cladis caussa, senatus decem annorum vectigalia Catanensibus remisit.

CAPUT XIV.

Fabius consul Bituitum regem Arvernorum, magnis copiis instructum cum paucis fudit. Q. Marcius alios Gallos fudit.

ANno ab Urbe condita DCXXVIII. Fabius consul Bituito regi Arvernorum Galliæ civitatis bellum maximo instructu comparanti, adeo cum parvo exercitu occurrit, ut Bituitus paucitate Romanorum vix ad escam canibus quos in agmine habebat, sufficere posse jactaret. Qui cum sibi ad transferendas copias unum pontem Rhodani fluminis parum esse intelligeret, alium compactis lintribus catenisque connexum, superstratis confixisque tabulis instruxit. Conserta pugna & diu graviter agitata, victi Galli conversique in fugam, dum quisque sibi timet, coacervatis inconsulte agminibus, & præpropero transitu pontis vincula ruperunt, ac mox cum ipsis lintribus mersi sunt. Centum octoginta millia armatorum in exercitu Bituiti fuisse traduntur, ex quibus centum quinquaginta millia vel cæsa vel mersa sunt. Q. Marcius consul Gallorum gentem sub radice Alpium sitam bello aggressus est: qui cum se Romanis copiis circumseptos viderent, belloque impares fore intelligerent, occisis conjugibus ac liberis, in flammas se se projecerunt. Qui vero præoccupantibus Romanis peragendæ tunc mortis suæ copiam non habuerant, captique fuerant, alii ferro, alii suspendio, alii abnegato cibo se se consumserunt: nullusque omnino vel parvulus superfuit, qui servitutis conditionem vitæ amore toleraret.

CAPUT XV.

De bello Jugurthino, in quo Romani varie cum Jugurtha rege Numidarum pugnarunt.

ANno ab Urbe condita DCXXXIX. P. Scipione Nasica & L. Calpurnio Bestia consulibus, Jugurthæ Numidarum regi bellum consensu populi Romani senatus indixit. Sed ego de Jugurtha ordinis tantum loco & caussa commemorationis breviter perstrinxerim; quia ut de natura ejus varia atque intolerabili, ita & de rebus tam dolose quam strenue gestis, propter opimam scriptorum luculen-

A tiam satis sufficiens apud omnes notitia est. Igitur Jugurtha, Micipsæ Numidarum regis adoptivus, heresque inter naturales ejus filios factus, primum coheredes suos, id est, Hiempsalem occidit, Adherbalem bello victum Africa expulit. Calpurnium deinde consulem adversum se missum, pecunia corrupit atque ad turpissimas conditiones pacis adduxit. Præterea cum Romam ipse venisset, omnibus pecunia aut corruptis aut adtentatis, seditiones dissensionesque permiscuit: quam cum egrederetur, infami satis notavit elogio, dicens: *O urbem venalem & mature perituram, si emtorem invenerit!* Insequenti anno A. Postumium, Postumii consulis fratrem, quem is quadraginta millium ar-B matorum exercitui præfecerat, apud Calamam urbem thesauris regiis conditis inhiantem bello oppressit, cuique victo ignominiosissimum fœdus exegit; universam pæne Africam a Romanis deficientem regno suo junxit. Postea tamen Metelli consulis integritate & disciplina coercitus, duobus etiam prœliis victus, vidit præsente se & vastari Numidiam suam & non posse defendi: a quo ad deditionem coactus, trecentos obsides dedit, frumentum atque alios commeatus persoluturum se se spopondit, tria perfugarum amplius millia reddidit. Exin cum incertus in pace improbos non cohiberet excursus, C. Marii consulis, non minore pæne quam ipse præditus erat astutia, Romanisque C viribus fractus est: maxime postquam Marius urbem Capsam, ab Hercule Phœnice, ut ferunt, conditam, regiis tunc thesauris confertissimam, dolo circumvenit & cepit. Diffidens deinde propriis rebus & viribus Jugurtha, societatem cum Boccho Maurorum rege fecit; cujus equitatu in immensum auctus, Marianum exercitum creberrimis incursionibus fatigavit. Postremo apud Cirtam, urbem antiquam, Masinissæ regiam, adversus Romanos expugnationem ejus parantes sexaginta millibus equitum instructus occurrit. Numquam ulla Romano militi tumultuosior pugna & terribilior fuit; adeo ut discursu & fremitu circumcursantium & impetentium equitum suscitatus pulvis, cælum subtre-D xuerit, diem ademerit, noctemque obduxerit: tantus autem telorum nimbus ingruerit, ut nulla pars corporis ab ictu tuta esset, quippe quibus & visus ad prospiciendum impedimento caliginis, & expeditio ad cavendum compressione multitudinis deerat. Nec laborabat eques Maurus ac Numida, ut bene collocatum hostem opportuno teli impetu rimaretur; sed potius in incertum pila mittebant, certi quod vulnera incerta non essent. Ita coacti in unum Romani equites, in unum pedites densabantur. Intercapedinem tanti periculi nox interveniens dedit. Eadem postera die & belli & periculi facies. Erumpere in hostem, quamvis stricto miles gladio non valebat: eminus enim jaculis repelleba-E tur. Fugere non poterat: undique enim velocior ad persequendum eques incluserat. Jam tertia dies, & nullum undecumque suffragium, dira undique mortis facies objiciebatur: tandem Marius consul forti desperatione spei viam fecit, universo simul agmine prorupit e vallo, campoque se se simul & prœlio dedit. Et cum iterum circumfusi hostes non solum agminis extrema laniarent, verum etiam media excussis procul telis cæderent: turbatosque Romanos insuper etiam æstus solis, intolerantia sitis, mortis circumstantia, usque ad extremum desperationis defatigarent, subito notum illud Romanorum adversus Afros tempestatum imbriumque suffragium cælo missum, insperatæ saluti fuit: siquidem re-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



pentina pluvia sitientibus Romanis & æstuantibus refrigerium potumque præbuit. Porro autem Numidis hastilia telorum quæ manu intorquere sine amentis solent, lubrica ac per hoc inutilia redddit: scuta etiam quæ elephanti corio extento atque durato habilia & tuta gestabant, cujus ea natura est, ut acceptum imbrem, tamquam spongia ebibat, ac per hoc intractabile repentino pondere fiat quia circumferri non poterant, defendere nequiverunt. Ita ex insperato conturbatis destitutisque Mauris & Numidis, Bocchus & Jugurtha fugerunt. Post hoc nonaginta millia armatorum novissimo bello ab iisdem regibus objecta: hæc quoque usque ad internecionem, Romanis vincentibus, cæsa referuntur. Ex eo Bocchus spem belli abjiciens, pacem petivit: atque in pretium pacis Jugurtham, dolo captum catenisque obrutum, per Sullam legatum misit ad Marium: qui in triumpho ante currum cum duobus filiis suis actus, & mox in carcere strangulatus est.

Iisdem diebus obscenum prodigium ac triste visum est. L. Helvius eques Romanus, cum uxore & filia, de Roma in Apulia rediens, tempestate correptus, cum filiam consternatam videret, ut citius propioribus tectis succederent, relictis vehiculis arreptisque equis, filiam virginem, equo insidentem, in medium agmen accepit. Puella continuo ictu fulminis exanimata est. Sed omnibus sine scissura aliqua vestimentis ademtis, ac pectoris pedumque vinculis dissolutis, monilibus etiam annulisque discussis, ipso quoque corpore illæso, nisi quod obscenum in modum nuda & lingua paullulum exserta jacuit; equus quoque ipse quo utebatur, straturis, frenis & cingulis dissolutis passim ac dispersis, exanimis procul jacuit. Parvo post hoc intercessu temporis L. Veturius eques Romanus, Æmiliam virginem Vestalem furtivo stupro polluit. Duas præterea virgines Vestales eadem Æmilia ad participationem incesti solicitatas, contubernalibus sui corruptoris exposuit ac tradidit. Indicio per servum facto, supplicium de omnibus sumtum est.

Iisdem præterea Jugurthini belli temporibus L. Cassius consul in Gallia Tigurinos usque oceanum persecutus, rursumque ab eisdem insidiis circumventus, occisus est. Lucius quoque Piso vir consularis, legatus Cassii consulis, interfectus. C. Popillius, alter legatus, ne residua exercitus portio quæ in castra confugerat, deleretur, obsides & dimidiam partem rerum omnium Tigurinis turpissimo fœdere dedit; qui Romam reversus a Cœlio tribuno plebis die dicta, eo quod Tigurinis obsides dederat, in exsilium profugit. Cæpio proconsule, capta urbe Gallorum cui nomen est Tolosæ, centum mille pondo auri, & argenti centum & decem mille, e templo Apollinis sustulit: quod cum ad Massiliam, amicam populo Romano urbem, cum præsidiis misisset, interfectis clam, sicut quidam contestantur, quibus ea custodienda & pervehenda commiserat, cuncta per scelus furatus fuisse narratur: unde etiam magna quæstio post Romæ acta est.

CAPUT XVI.

De bello Romanorum adversus Cimbros, Teutonas aliasque gentes gesto: ubi & varie utrimque pugnatum: sed Marii industria Romani superarunt.

ANno ab Urbe condita DCXLII. C. Manlius consul & Q. Cæpio proconsule adversus Cimbros & Teutonas & Tigurinos & Ambronas, Gal- A lorum Germanorumque gentes, quæ tunc, ut imperium Romanum exstinguerent, conspiraverant, missi provincias sibi Rhodano flumine medio diviserunt. Ubi dum inter se gravissima invidia & contentione disceptant, cum magna ignominia & periculo Romani nominis victi sunt: siquidem in ea pugna M. Aurelius consularis captus atque interfectus est, duo filii consulis cæsi, octoginta millia Romanorum sociorumque ea tempestate trucidata, quadraginta millia calonum atque lixarum interfecta, Antias scribit. Ita ex omni penitus exercitu decem tantummodo homines qui miserum nuntium ad augendas miserias reportarent, superfuisse referuntur. Hostes binis castris atque ingenti præda poti- B ti, nova quadam atque insolita exsecratione, cuncta quæ ceperant, pessumdederunt. Vestis discissa & projecta est, aurum argentumque in flumen abjectum, loricæ virorum concisæ, phaleræ equorum disperditæ, equi ipsi gurgitibus immersi, homines laqueis collo inditis ex arboribus suspensi sunt, ita ut nihil prædæ victor, nihil misericordiæ victus agnosceret. Maximus tunc Romæ non solum luctus, verum etiam metus fuit, ne confestim Cimbri Alpes transgrederentur Italiamque delerent. Iisdem temporibus Q. Fabius Maximus filium suum adolescentem, rus relegatum cum duobus servis parricidii ministris interfecit, ipsosque continuo servos in pretium sceleris manumisit. Die dicta, Cn. Pom- C pejo accusante, damnatus est. Igitur Marius quartum consul cum juxta Isaræ Rhodanique flumina, ubi in se se confluunt, castra posuisset; Teutones, Cimbri & Tigurini & Ambrones, postquam continuo triduo circa Romanorum castra pugnarunt, si quo pacto eos excuterent vallo atque in æquor effunderent, tribus agminibus Italiam petere destinarunt. Marius post digressum hostium, castra movit & collem occupavit qui campo & fluvio ubi hostes se se diffuderant, imminebat. Cumque exercitui ejus aqua ad potandum deesset, querelisque omnium coargueretur, aquam quidem in conspectu esse respondit, sed eam ferro vindicandam. Primis itaque calonibus cum clamore in pugnam ruentibus, subsecutus exercitus, mox justo certamine D compositis ordinibus bellum gestum: & vicere Romani. Quarto die rursus productæ utrimque in campum acies usque ad meridiem pæne pari pugnavere discrimine. Post, ubi incalescente sole fluxa Gallorum corpora in modum nivium distabuerunt, usque in noctem cædes potius quam pugna protracta est. Ducenta millia armatorum in eo bello interfecta sunt, octoginta millia capta, vix tria millia fugisse referuntur. Dux quoque eorum Teutobodus occisus est. Mulieres eorum constantiore animo quam si vicissent, consuluere consulem, ut si inviolata castitate virginibus sacris ac diis serviendum esset, vitam sibi reservarent. Itaque cum petita non impetravissent, parvulis suis ad saxa col- E lisis, cunctæ se se ferro ac suspendio peremerunt. Hæc de Tigurinis & Ambronibus gesta sunt. Teutones autem & Cimbri, integris copiis Alpium nives emensi, Italiæ plana pervaserant: ibique cum rigidum genus diu blandioribus auris, poculis, cibis ac lavacris emolliretur; Marius quintum consul & Catulus adversum eos missi, die ad pugnam & campo dato, Annibalis secuti ingenium, in nebula disposuere pugnam, in sole pugnarunt. Prima siquidem perturbatio Gallorum fuit, quod Romanam aciem prius offendere dispositam, quam adesse senserunt. Cumque illico vulnerati equites retro in suos cogerentur, totamque multitudinem indispositе adhuc adventantem conturbarent, & sol cum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



vento ortus ex adverso emicuisset; visus eorum pulvis opplevit & splendor hebetavit : ita factum est ut tanta ac tam terribilis multitudo , minima Romanorum clade, sua autem ultima internecione cæderetur. Centum quadraginta millia eorum tunc in bello cæsa , sexaginta millia capta dicuntur . Mulieres graviorem pæne excitavere pugnam , quæ plaustris in modum castrorum circumstructis , ipsæ autem desuper propugnantes, diu repulere Romanos. Sed cum ab his novo cædis genere terrerentur (abscissis enim cum crine verticibus , inhonesto satis vulnere turpes relinquebantur) ferrum quod in hostes sumserant , in se suosque verterunt . Namque aliæ concursu mutuo jugulatæ, aliæ adprehensis invicem faucibus strangulatæ; aliæ funibus per equorum crura consertis, ipsisque continuo equis exstimulatis, postquam suas iisdem funibus quibus equorum crura nexuerant, indidere cervices, protractæ atque exanimatæ sunt ; aliæ laqueo de subrectis plaustrorum temonibus pependerunt . Inventa est etiam quædam , quæ duos filios trajectis per colla eorum laqueis, ad suos pedes vinxerit : & cum se ipsam suspendio morituram dimisisset , secum traxerit occidendos . Inter hæc multa & miserabilia mortis genera, reguli quoque duo strictis in se gladiis concurrisse referuntur. Lugius & Boiorix reges in acie ceciderunt. Claodicus & Cesorix capti sunt. Ita in his duobus prœliis trecenta quadraginta millia Gallorum occisa , & centum quadraginta millia capta sunt , absque innumera mulierum multitudine quæ se suosque parvulos femineo furore, vi autem virili necaverunt. Igitur talem Marii triumphum Romanamque victoriam incredibile facinus , & numquam antea Romanis cognitum , Romæ subito perpetratum, versa in horrorem ac mærorem tota Urbe fuscavit . Poblicius siquidem Malleolus , servis adnitentibus , matrem suam interfecit . Damnatus parricidii, insutusque in culeum & in mare projectus est : impleveruntque Romani & facinus & pœnam , unde & Solon Atheniensis decernere non ausus fuerat , dum fieri posse non credidit : & Romani qui se ortos a Romulo scirent , etiam hoc fieri posse intelligentes , supplicium singulare sanxerunt.

CAPUT XVII.

De ingenti Romæ seditione , auctoribus L. Appulejo Saturnino , C. Mario ceterisque orta .


ANno ab Urbe condita DCXLV. post Cimbricum & Teutonicum bellum , & quintum Marii consulatum , quo status imperii Romani jure conservatus judicatur, sexto consulatu ejusdem C. Marii ita labefactatus est , ut pæne usque ad extremum intestina clade conciderit . Evolvere ac percurrere mihi discordiarum ambages & inextricabiles seditionum caussas incommodum simul ac longum videtur: sane breviter strinxisse sufficiat quod primus L. Appulejus Saturninus excitati tumultus auctor exstiterit , Q. Metello Numidico viro sane primario acerrimus inimicus ; qui eum censorem creatum protractum domo atque in Capitolium confugientem , armata multitudine obsedit ; unde equitum Romanorum indignatione dejectus est, plurima ante Capitolium cæde facta. A. Nomium deinde competitorem suum, Saturninus & Glaucia fraude C. Marii consulis occiderunt . Subsequente anno Marius sextum consul , & Glaucia prætor , & A Saturninus tribunus plebis conspiraverunt Metellum Numidicum in exsilium quacumque vi agere. Die dicta a suppositis ejusdem factionis judicibus per scelus innocens Metellus damnatus, in exsilium cum totius Urbis dolore discessit. Idem Saturninus Memmium , virum acrem & integrum fieri consulem timens, orta subito seditione fugientem per P. Mettium satellitem informi stipite comminutum interfecit. Fremente pro tantis reipublicæ malis senatu populoque Romano , Marius consul adcommodato ad tempus ingenio consensui bonorum se se immiscuit, commotamque plebem leni oratione sedavit. Saturninus infamibus ausis concionem domi suæ habuit , ibique ab aliis rex , ab aliis imperator est B adpellatus . Marius manipulatim plebe descripta , alterum consulem cum præsidiis in colle disposuit : ipse portas communivit. In foro prœlium commissum est . Saturninus a Marianis foro pulsus , in Capitolium confugit. Marius fistulas quibus eo aqua deducebatur, incidit. Bellum deinde in aditu Capitolii horridum satis actum est : multi circa Saufejum & Saturninum cæsi. Saturninus palam clamitans , Marium auctorem esse omnium molitionum suarum contestatus est. Cum autem ipse Saturninus & Saufejus & Labienus, cogente Mario in curiam confugissent , per equites Romanos effractis foribus occisi sunt . C. Glaucia extractus e domo Claudii, trucidatus est. Furius tribunus plebis, bo- C na omnium publicanda decrevit . Cn. Dolabella , Saturnini frater per forum olitorium fugiens, cum L. Geganio interfectus est . Itaque auctoribus tantæ seditionis occisis , quies populo fuit. Tunc Cato atque Pompejus rogationem de reditu Metelli Numidici totius Urbis gaudio promulgarunt : quæ ne perferretur, Marii consulis & Furii tribuni plebis factionibus intercessum est . Rutilius quoque vir integerrimus, adeo fidei atque innocentiæ constantia usus est , ut die sibi ab accusatoribus dicta usque ad cognitionem neque capillum barbamve promiserit , neque sordida veste humilive habitu suffragatores conciliarit , inimicos permulserit , judices temperarit, orationem quoque a prætore con- D cessam nihilo submissiorem quam animum habuerit. Cum evidenti oppugnaretur calumnia, & opinione bonorum omnium jure absolvendus putaretur, perjurio judicum condemnatus est: qui Smyrnam commigrans , litterarum studiis intentus consenuit.

CAPUT XVIII.

De bello sociali , quo Italici populi a Romanis deficientes rebellarunt . Item de prodigiis variis .

E ANno ab Urbe condita DCLIX. Sex. Julio Cæsare & L. Marcio Philippo consulibus, intestinis caussis sociale bellum tota commovit Italia : siquidem Livius Drusus tribunus plebis Latinos omnes spe libertatis illectos , cum placita explere non posset, in arma excitavit. Eo accessit, ut mæstam Urbem prodigia dira terrerent. Nam sub ortu solis globus ignis a regione septemtrionis cum maximo cæli fragore emicuit. Apud Arretinos cum panes per convivia frangerentur , cruor e mediis panibus quasi e vulneribus corporum fluxit . Præterea per septem continuos dies grando lapidum , immixtis etiam testarum fragmentis , terram latissime verberavit . In Samnitibus vastissimo hiatu terræ flamma prorupit, & usque in cælum exten-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



di visa est. Complures præterea in itinere videre A Romani globum coloris aurei, cælo ad terram devolvi, majoremque factum rursus a terra in sublime ad orientem solem ferri, ac magnitudine sua ipsum solem obtexisse. Drusus tantis malis anxius domi suæ, incerto quidem auctore, interfectus est. Igitur Picentes, Vestini, Marsi, Peligni, Marrucini, Samnites, Lucani, cum adhuc occultam defectionem meditarentur, C. Servilium prætorem legatum ad se missum, apud Asculum occiderunt; statimque clausa civitate, omnes cives Romanos indicta cæde jugulaverunt. Continuo atrocissimam perniciem infamissima præcessere prodigia. Namque omnium generum animalia, quæ manus hominum blande perpeti atque inter homines vivere solita B erant, relictis stabulis pascuisque, cum balatu, hinnitu mugituque miserabili ad silvas montesque fugerunt. Canes quoque, quorum naturæ est extra homines esse non posse, lacrymosis ululatibus vagi luporum ritu oberrarunt. Igitur Cn. Pompejus prætor cum Picentibus jussu senatus bellum gessit, & victus est; postquam sibi Samnites Papium Mutilum imperatorem præfecerant., Marsi autem Agamemnonem archipiratam præoptaverunt. Julius Cæsar, Samnitium pugna victus, cæso fugit exercitu. Rutilius consul Marium propinquum suum legatum sibi legit: quem adsidue submonentem moram bello utilem fore, & paullisper in castris exerceri militem oportere tironem, dolo id eum age- C re ratus contemsit, se seque in insidias Marsorum & universum agmen exercitus sui incautus injecit; ubi & ipse consul occisus, & multi nobiles interfecti, & octo millia Romanorum cæsa sunt. Arma & corpora interfectorum in conspectu Marii legati Tolenus fluvius pertulit, atque in testimonium cladis evexit. Marius raptis continuo copiis, victores insperatus oppressit: octo millia & ipse Marsorum interfecit. Cæpio autem a Vestinis & Marsis deductus in insidias, cum exercitu trucidatus est. L. vero Julius Cæsar, postquam apud Æserniam victus aufugerat, contractis undique copiis adversus Samnites & Lucanos dimicans, multa hostium millia interfecit. Cumque ab exercitu im- D perator adpellatus esset, Romamque nuntios de victoria misisset; senatus sagum, hoc est, vestem mæroris quam exorto sociali bello sumserat, hac spe arridente deposuit atque antiquum togæ decorem recuperavit. Marius deinde sex millia Marsorum cæcidit, septem millia armis exuit. Sulla cum viginti quatuor cohortibus Æserniam missus, ubi arctissima obsidione Romani cives & milites premebantur, maximo bello & plurima cæde hostium urbem sociosque servavit. Cn. Pompejus Picentes gravi prœlio fudit: qua victoria Senatus laticlavia & cetera dignitatis insignia recepit, cum togas tantummodo victoria Cæsaris primum respirans sumsisset. Porcius Cato prætor Etruscos, Plotius lega- E tus Umbros, plurimo sanguine impenso & difficillimo labore vicerunt. Cn. Pompejo, L. Porcio Catone consulibus, Pompejus diu obsedit Asculum civitatem: nec tamen expugnavisset, nisi populum in campum prorumpentem gravissima oppressione vicisset. Decem & octo millia Marsorum in ea pugna cum Franco imperatore suo cæsa sunt, capta tria millia. Quatuor autem millia Italici viri ex ea cæde profugi, jugum montis coacto in unum agmine forte conscenderant: ubi oppressi exanimatique nivibus, miserabili morte riguerunt. Namque ita ut attoniti timore hostium steterant, alii stirpibus vel saxis reclines, alii armis suis innitentes, patentibus cuncti oculis dentibusque nudatis, viventium in modum visebantur: nec ullum erat procul intuentibus mortis indicium, nisi diuturna immobilitas quam nullo modo humanæ vitæ vegetatio diu perpeti potest. Eadem die Picentes congressi & victi sunt, quorum dux Judacilius convocatis principibus suis, post magnificas epulas largaque pocula, cunctos ad exemplum sui provocans, hausto veneno absumtus est, cunctis factum ejus laudantibus, sed nemine subsequente.

Anno ab Urbe condita DCLXI. cum ad obsidendos Pompejos Romanus isset exercitus, & Postumius Albinus vir consularis, tunc L. Sullæ legatus, intolerabili superbia omnium in se militum odia suscitasset, lapidibus occisus est. Sulla consul civilem cruorem non nisi hostili sanguine expiari posse testatus est: cujus rei conscientia permotus exercitus, ita pugnam adortus est, ut sibi unusquisque pereundum videret, nisi vicisset. Decem & octo millia Samnitium eo prœlio cæsa sunt: Juventium quoque Italicum ducem, & magnum ipsius populum persecutus occidit. Porcius Cato consul, Marianas copias habens, cum aliquanta strenue gessisset gloriatus est, C. Marium non majora fecisse: & ob hoc cum ad lacum Fucinum contra Marsos bellum gereret, a filio C. Marii in tumultu belli, quasi ab incerto auctore prostratus est. C. Gabinius legatus in expugnatione hostilium castrorum interfectus est. Marrucini Vestinique, Sulpicio legato Pompeii persequente, vastati sunt. Pompædius & Obsidius Italici imperatores, ab eodem Sulpicio apud flumen Theanum horribili prœlio oppressi & occisi sunt. Pompejus Asculum ingressus, præfectos, centuriones, cunctosque principes eorum virgis cæcidit securique percussit, servos prædamque omnem sub hasta vendidit; reliquos liberos quidem, sed nudos & egentes, abire præcepit: & cum de hac præda opitulationem aliquam in usum stipendii publici senatus fore speraret, nihil tamen Pompejus ex ea egenti ærario contulit. Namque eodem tempore cum penitus exhaustum esset ærarium, & ad stipendium frumenti deesset expensa; loca publica quæ in circuitu Capitolii pontificibus, auguribus, decemviris & flaminibus in possessionem tradita erant, cogenda inopia vendita sunt; & sufficiens pecuniæ modus qui ad tempus inopiæ subsidio esset, acceptus est. Et quidem tunc in sinum ipsius civitatis eversarum omnium urbium nudatarumque terrarum abrasæ undique opes congerebantur, cum ipsa Roma turpi adigente inopia, præcipuas sui partes auctionabatur. Quamobrem consideret tunc tempora sua, cum quasi inexplebilis venter, cuncta consumens & semper esuriens, cunctis urbibus quas miseras faciebat ipsa miserior, nihil relinquens, nihil habebat, & stimulo domesticæ famis ad continuationem bellicæ inquietudinis trudebatur. Iisdem temporibus rex Sothimus cum magnis Thraecum auxiliis Græciam ingressus, cunctos Macedoniæ fines depopulatus est: tandemque a C. Sentio prætore superatus, redire in regnum coactus est.


CAPUT XIX.

De bello civili Mariano & Mithridatico, in quo Sulla & Marius maximos tumultus calamitatesque reipublicæ invexerunt.

ANno ab Urbe condita DCLXII. nondum finito sociali bello, Romæ primum bellum civile commotum est: eodemque anno Mithridaticum bellum, etsi minus infame, non tamen minus grave cœptum est. Et quidem de Mithridatici belli spatio

varie traditum est, utrum ab hinc primum cœperit, an tunc præcipue exarserit; maxime cum alii triginta, alii quadraginta annis gestum referant. Sed quamvis iisdem temporibus gesta perplexis coacervata malis exarserint, a me tamen speciatim, etsi breviter, singula proferentur. Marius, Sulla consule, & contra Mithridatem in Asiam cum exercitu profecturo, in Campania tamen propter socialis belli reliquias consistente, adfectavit septimum consulatum & bellum suscipere Mithridaticum: quo Sulla cognito, impatiens re vera juvenis intemperataque ira percitus, cum quatuor legionibus primum ante Urbem consedit, ubi Gratidium Marii legatum quasi primam victimam belli civilis occidit, mox Urbem cum exercitu irrupit, faces ad inflammandam Urbem poposcit. Omnibus metu abditis per Sacram viam citato agmine in forum venit. Marius, cum permovere nobilitatem, inflammare plebem, equestrem denique ordinem perarmare adversus Sullam frustra adtentasset, postremo servis spe libertatis & prædæ ad arma solicitatis, nequidquam repugnare ausus, tandem in Capitolium concessit. Sed cum eo Sullanæ cohortes irruissent, magna suorum cæde diffugit. Ibi tunc Sulpicius, Marii collega servo suo prodente, prostratus est. Servum vero quod ipsum hostem indicaverat, manumitti; quod vero dominum prodiderat, saxo Tarpejo dejici consules decreverunt. Marius fugiens cum persequentium instantia circumseptus esset, in Minturnensium paludibus se se abdidit, e quibus infeliciter luto oblitus ignominioseque protractus, turpi autem spectaculo Minturnas deductus, contrususque in carcerem percussorem ad se missum solo vultu exterruit. Deinde lapsus e vinculis in Africam transfugit, solicitatoque ex Utica filio ubi in custodia observabatur, continuo Romam regressus, Cinnæ consuli societate scelerum conjunctus est. Igitur ad profligandam universam rempublicam, exercitum sibi in quatuor partes diviserunt. Tres siquidem legiones Mario datæ, parti copiarum Cn. Carbo præpositus est, partem Sertorius accepit: ille scilicet Sertorius, jam hinc civilis belli incentor & particeps, qui etiam hoc finito aliud post in Hispania bellum excitavit quod per multos annos maximis Romanorum cladibus traxit. Cetera vero exercitus portio Cinnam secuta est. Porro autem Cn. Pompejus qui a senatu cum exercitu arcessitus, ut reipublicæ opitularetur, & diu se se novarum rerum aucupatione suspenderat, contemtus a Mario vel Cinna, ad Octavium alterum consulem se se contulit, & mox cum Sertorio conflixit. Infelicem pugnam interventus noctis diremit. Sexcenti ex utraque parte milites trucidati sunt. Postera autem die cum permixtim corpora ad sepulturam discernerentur, miles Pompejanus fratris sui quem ipse interfecerat, corpus agnovit. In concursu enim utrique cognitionem vultus galea, considerationem furor ademerat: quamvis parum sit culpæ circa ignorantiam, ut videatur nescisse de fratre, quem non ambigitur scisse de cive. Itaque victor victo infelicior, ubi & fratris corpus agnovit & parricidium suum, exsecratus bella civilia, illico pectus suum gladio transverberans, simulque lacrymas & sanguinem fundens super fraternum se se cadaver abjecit. Et quid hoc profuit ad confusionem crudelis incepti, quod in primo statim bellorum civilium exordio infamis fama percrebuit, concurrisse ignaros quidem fratres, sed conscios cives: petisse fratrem scelere victorem, spolia fratris occisi: ac mox tantæ immanitatis reum, eodem gladio atque eadem manu per suam necem A parricidium quod admiserat, vindicasse? Numquid aliquem in tantarum animositate partium tam triste movit exemplum? Numquid apud quemquam periculum sceleris repulit terror erroris? Numquid hæc quæ communis est etiam cum belluis pietas & reverentia naturæ, quod unus perimendo ac pereundo commisit, quia in se agi posset intremuit, se seque ab hujusmodi incepto, conscientia victus removit? Quin potius annis fere quadraginta consequentibus, in tantum continuata sunt bella civilia, ut magnitudo laudis adpendenda ex magnitudine sceleris putaretur. Omnes enim post tale documentum in tali militia parricidiorum pericula refugissent, nisi parricidia ipsa voluissent. Igitur B Marius coloniam Ostiensem vi ingressus omnia ibi genera libidinis, avaritiæ & crudelitatis exercuit. Pompejus fulmine afflatus, interiit: exercitus vero ejus pestilentia correptus, pæne totus absumtus est. Nam undecim millia virorum de castris Pompeii mortua, sex millia autem de parte Octavii consulis desiderata sunt. Marius Antium & Ariciam civitates hostiliter irrupit, cunctosque in his præter proditores interfecit, bona suis diripienda permisit. Post, Cinna consul cum legionibus, & Marius cum fugitivis Urbem ingressi, nobilissimos quosque e senatu & plurimos consulares viros interfecerunt. Sed quota hæc portio ostentatæ miseriæ est, uno verbo definisse cædem bonorum, cujus fuit C tanta numerositas, tanta diuturnitas, tanta crudelitas tantaque diversitas? Verum tamen æquius est, me aliquid utilitatis subtraxisse caussæ, quam tantum horroris ingessisse notitiæ, sive peritis hæc, sive imperitis objiciantur. De patria siquidem, de civibus & de majoribus nostris hoc loquimur: qui his exagitati malis tam abominanda gesserunt, de quibus etiam auditis posteri perhorrescant; qui profecto nolunt ista nimis exaggerari, aut sufficientis notitiæ moderatione, si sciunt; aut misericordis reverentiæ contemplatione, si nesciunt. Igitur Marius cum interfectorum civium capita, illata conviviis, oblata Capitoliis, collata rostris ad spectaculum ornatumque congereret, ac septimum con- D sulatum cum Cinna tertium consule pervasisset, in exordio consularis imperii sera tandem morte præreptus est. Cinna bonorum neces, malorum cæde supplevit. Nam cum introducta per Marium fugitivorum manus insatiabilis prædandi esset, nullamque partem auctoribus prædæ consulibus ministraret; in forum quasi stipendii caussa solicitata, militibusque circumdata, inermis exstincta est. Cæsa sunt illa die in foro Urbis octo millia fugitivorum: idemque Cinna quartum consul, ab exercitu suo interfectus est.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



CAPUT XX.

E *Quomodo Sulla a senatoribus revocatus fuerit ad subveniendum perditæ patriæ, quosque ipse cum suis subegerit.*

INterea residui senatorum qui potentiam Cinnæ, Marii crudelitatem, insaniam Fimbriæ, Sertoriique audaciam fuga evaserant, transvecti in Græciam, coegere precibus Sullam ut periclitanti, immo jam pæne perditæ patriæ, opem ferret. Igitur Sulla, mox ut Campanum litus adtigit, Norbanum consulem prœlio oppressit, septem millia tunc Romanorum Romani interfecerunt, sex millia eorumdem ab iisdem capta sunt, centum & viginti quatuor de Sullana parte ceciderunt. Fabius vero Adrianus, cui imperium proprætore erat, regnum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Africæ servorum manu adfectans, a dominis eorum apud Uticam, congestis sarmentis cum omni familia vivus incensus est. Damasippus prætor, incentore Mario consule, Q. Scævolam, C. Carbonem, L. Domitium, P. Antistium, in curiam quasi ad consultandum vocatos, crudelissime occidit. Corpora interfectorum per carnifices unco tracta, atque in Tiberim missa sunt. Eodem tempore Sullæ duces plurima prœlia adversus Marianas partes infelicissima felicitate gesserunt. Nam & Q. Metellus Carrinatis copias cæcidit & castra pervasit, & Cn. Pompejus Carbonis equitatum graviter trucidavit. Sullæ etiam & Marii adolescentis maximum tunc prœlium apud Sacriportum fuit; in quo de exercitu Marii cæsa sunt viginti quinque millia, sicut Claudius scribit. Pompejus Carbonem etiam castris exuit, fugientemque insecutus, nunc cædendo, nunc ad deditionem cogendo, plurima exercitus parte privavit. Metellus Norbani agmen oppressit: ubi novem millia Marianæ partis occisa sunt. Lucullus cum a Quinctio obsideretur erupit, & repentina pugna obsessorem delevit exercitum: nam plus quam decem millia ibi tunc cæsa referuntur. Sulla deinde cum Lamponio Samnitium duce, & Carrinatis reliquis copiis, ante ipsam Urbem portamque Collinam ad horam diei nonam signa contulit, gravissimoque prœlio tandem vicit: octoginta millia hominum ibi fusa dicuntur, duodecim millia se se dediderunt; reliquam multitudinem in fugam versam, insatiabilis victorum civium ira consumsit.

CAPUT XXI.

De proscriptione Sullana, aliisque crudelibus facinoribus.

SUlla mox atque Urbem victor intravit, tria millia hominum qui se per legatos dediderant, contra fas contraque fidem datam inermes securosque interfecit. Plurimi tunc quoque, ut non dicam innocentes, sed etiam ipsius Sullanæ partis occisi sunt, quos fuisse plus quam novem millia ferunt. Ita liberæ per Urbem cædes, percussoribus passim vagantibus, ut quemque vel ira vel præda solicitabat, agitabantur. Igitur cunctis jam quod singuli timebant aperte frementibus, Q. Catulus palam Sullæ dixit, cum quibus tandem victuri sumus, si in bello armatos, in pace inermes occidimus? Tunc Sulla, auctore L. Fursidio primipilari, primus infamem illam tabulam proscriptionis induxit. Prima proscriptio octoginta hominum fuit, in quibus quatuor consulares erant, Carbo, Marius, Norbanus & Scipio, & inter eos Sertorius tunc maxime pertimescendus. Item alia cum quingentis nominibus proposita est; quam cum Lollius, quippe securus nihilque sibi conscius legeret, ubi suum repente nomen offendit, dum se trepidus adoperto capite foro subtrahit, interfectus est. Sed ne in ipsis quidem tabulis fides ac finis malorum videbatur. Namque alios quos proscripserant, jugulabant: alios autem postquam jugulaverant, proscribebant. Nec ipsius mortis erat via simplex, aut una conditio; ut in nece civium saltem jus hostium servaretur, qui nihil a victis præter vitam exigunt. M. Marium siquidem de caprili casa extractum, vinciri Sulla jussit: ductumque trans Tiberim ad Lutatiorum sepulcrum, effossis oculis membrisque minutatim desectis vel etiam fractis, trucidari. Post hunc P. Lætorius senatorque Venulejus occisi. M. Marii caput Præneste missum: quo viso, C. Marius ultima desperatione correptus, ubi a Lucretio obsidebatur, ne in manus incideret inimicorum, cum Telesino mutua morte concurrit. Dumque violentius ipse in concurrentem manus adigit, circa suum vulnus manum percutientis hebetavit. Ita eo interfecto ipse leviter vulneratus, cervicem servo suo præbuit. Carrinatem prætorem Sulla jugulavit. Inde Præneste profectus, omnes Marianæ militiæ principes, hoc est, legatos, quæstores, præfectos & tribunos jussit occidi. Pompejus Carbonem a Cossura insula in Ægyptum fugere conantem, in Siciliam ad se retractum, & complures cum eo socios ejus occidit. Sulla dictator creatus est, ut dominationis & crudelitatis libido, honesti præcipuique nominis reverentia & armaretur & velaretur. Pompejus in Africam transgressus, eruptione circa Uticam facta, decem & octo millia hominum interfecit. Quo bello Domitius dux Marianus, dum inter primores repugnat, occisus est. Idemque Pompejus Hiertam Numidiæ regem persecutus fugientem, a Bogude Bocchi Maurorum regis filio spoliari omnibus copiis fecit: quem continuo Bullam reversum, tradito sibi oppido, interfecit.

CAPUT XXII.

Dictorum velut epilogum recitat auctor. De novo tumultu per Lepidum excitato.

CReatis itaque P. Servilio & Ap. Claudio consulibus, visus est tandem Sulla privatus. Hoc fine conclusa sunt duo bella funestissima, sociale Italicum & civile Sullanum. Hæc per annos decem tracta, plus quam centum quinquaginta millia Romanorum consumserunt; tantumque lectissimorum virorum vernaculorumque militum Roma hoc civili bello perdidit, quantum in ea superiore tempore, cum se jam adversus Alexandrum magnum circumspiceret, in discretis ætatibus censu invenit. Præterea viros consulares viginti quatuor, prætorios sex, ædilitios sexaginta, senatores fere ducentos, absque innumeris totius Italiæ populis qui passim sine consideratione deleti sunt; quos neget quisquam, si valet, quin eodem damno suo vicerit Roma, quo amisit Italia. Proh pudor! Num quidnam & heic comparatione ambigua egent tempora? Immo vel maxime, inquiunt. Nam quid tam apte, quam bellis civilibus bella civilia comparantur? An forte dicetur, etiam in his temporibus bella civilia non fuisse? Quibus a nobis respondebitur, justius quidem socialia vocari oportere: sed nobis proficere, si civilia nominentur. Cum enim caussis, vocabulis ac studiis paria docentur omnia, tum sibi in his tanto plus vindicat reverentia Christianæ religionis, quanto minus præsumserit potestas irata victoris. Nam cum plerumque improbi tyranni, temere invadentes rempublicam, usurpatoque regio statu, Romani imperii corpus abruperint, atque ex eo bella vel per se injusta importaverint vel in se justa commoverint, Britannis Gallisque populis erecti & instructi; hæc bella quantum externis proxima, tantum longinqua civilibus, quid nisi socialia jure vocitentur, cum ipsi Romani ne Sertorii quidem, aut Perpernæ, aut Crixi, aut Spartaci bella, civilia uspiam nominarint? In tali ergo vel defectu vel perduellione sociorum, minore nunc utique invidia laboraret, si fortassis exsisteret vel gravis pugna, vel cruenta victoria. Verumtamen cum in hisce temporibus omnia plus necessitatis adferant & minus pudoris;

hoc eſt cauſſa, pugna, victoria; vel pro exſtinguenda inſolentia tyrannorum, vel pro cohibendo ſociorum defectu, vel pro inurendo ultionis exemplo; cui tandem dubium eſt, quanto nunc mitius, quantoque clementius excitata, ut dicunt, bella civilia geruntur, immo reprimuntur potius quam geruntur? Quis enim unum civile bellum per decem annos his temporibus agitatum audierit? Quis uno bello centum quinquaginta millia hominum, vel hoſtium ab hoſtibus, ut non dicam civium a civibus, cæſa meminerit? Quis illam quam explicare longum eſt, optimorum atque illuſtrium virorum multitudinem trucidari in pace cognoverit? Poſtremo quis illas infames interficiendorum tabulas timuerit, legerit, ſenſerit? ac non potius omnibus notum ſit, una cunctos pace compoſitos atque eadem ſalute ſecuros, victos victoreſque pariter communi exſultaſſe lætitia, ac etiam in tantis totius Romani imperii provinciis, urbibus ac populis, vix paucos aliquando exſtitiſſe, quos juſta ultio invito etiam victore damnarit? Et ut verbis verba non onerem, non temere dixerim, tantam vel in bello ſaltem exſtinctam modo fuiſſe gregariorum militum manum, quanta tunc cæſa eſt in pace nobilium. Igitur Sulla mortuo, Lepidus Marianæ partis adſertor adverſus Catulum Sullanum ducem ſurgens, redivivos bellorum civilium cineres ſuſcitavit. Bis tunc acie certatum eſt. Plurimi Romanorum jam ipſa paucitate miſerorum, & adhuc illo furore inſanientium, cæſi ſunt. Albanorum civitas obſidione oppugnata atque excruciata fame ultima, miſerabilium reliquiarum deditione ſervata eſt. Ubi tunc Scipio, Lepidi filius captus atque occiſus eſt. Brutus in Ciſalpinam Galliam fugiens, perſequente Pompejo apud Rhegium interfectus eſt. Ita hoc bellum civile non magis clementia Catuli, quam tædio Sullanæ crudelitatis, ut ignis in ſtipula, eadem celeritate qua exarſit, evanuit.

CAPUT XXIII.

De quatuor novis bellis a Romanis ſuſceptis, Hiſpanico, Pamphylico, Macedonico & Dalmatico.

ANno ab Urbe condita ſexcenteſimo ſeptuageſimo tertio, ſonantibus undique bellorum fragoribus quorum unum in Hiſpania erat, aliud in Pamphylia, in Macedonia tertium, quartum in Dalmatia; exſanguis adhuc atque exhauſta inteſtina pernicie tamquam febribus Romana reſpublica, propulſare armis occidentis ſeptemtrioniſque fortiſſimas gentes cogebatur. Sertorius ſiquidem vir dolo atque audacia potens, cum partium Marianarum fuiſſet, Sullam fugiens ex Africa dilapſus in Hiſpanias, bellicoſiſſimas gentes in arma excitavit. Adverſus hunc ut breviter definiam, duo duces miſſi, Metellus & Domitius: quorum Domitius ab Hirtuleio Sertorii duce cum exercitu oppreſſus eſt. Manilius proconſule Galliæ in Hiſpaniam cum tribus legionibus & mille quingentis equitibus transgreſſus, iniquam cum Hirtuleio pugnam conſeruit: a quo caſtris copiiſque nudatus, in oppidum Ilerdam pæne ſolus refugit. Metellus multis prœliis fatigatus, per devia oberrans hoſtem mora fatigabat, donec Pompeii caſtris conſociaretur. Pompejus contracto apud Pallantiam exercitu, Lauronem civitatem quam tunc Sertorius oppugnabat, fruſtra conatus defendere victus aufugit. Sertorius ſuperato fugatoque Pompejo, Lauronem captam cruentiſſime depopulatus eſt: reliquum agmen Lauronenſium quod cædibus ſuperfuerat, miſerabili in Luſitaniam captivitate tranſduxit. Pompejum autem, hoc eſt, illum Romanorum ducem, a ſe fuiſſe victum gloriatus eſt: quem magna præditum fiducia, ad hoc bellum non pro conſule, ſed pro conſulibus Roma miſiſſet. Fuiſſe tunc Pompejo triginta millia peditum, mille equites, Galba ſcribit: Sertorium autem ſexaginta millia peditum, octo millia equitum habuiſſe commemorat. Poſtea vero Hirtuleius cum Metello congreſſus, apud Italicam Beticæ urbem viginti millia militum perdidit: victusque in Luſitaniam cum paucis refugit. Pompejus Segidam, nobilem Celtiberiæ urbem cepit. Sertorius deinde cum Pompejo congreſſus, decem millia militum ejus interfecit. Ex alio cornu vincente Pompejo, tantumdem pæne ipſe perdidit. Multa inter eos præterea prœlia geſta ſunt. Memmius quæſtor Pompeii, idemque vir ſororis ejus, occiſus eſt. Hirtuleii fratres interfecti. Perperna qui ſe Sertorio junxerat, comminutus eſt. Poſtremo ipſe Sertorius, decimo demum anno belli inchoati, iiſdem quibus & Viriathus, ſuorum dolis interfectus finem bello fecit, Romaniſque victoriam ſine gloria dedit: quamvis Perpernam poſtea pars exercitus ejus ſecuta ſit, qui a Pompejo victus cum univerſo exercitu ſuo interfectus eſt. Civitatibus vero cunctis ultro ac ſine mora per deditionem receptis, duæ tantum reſtiterunt, hoc eſt, Uxama & Calaguris: quarum Uxamam Pompejus evertit, Calagurim Afranius jugi obſidione confectam, atque ad infames eſcas miſeranda inopia coactam, ultima cæde incendioque delevit. Percuſſores Sertorii præmium ne petendum quidem a Romanis eſſe duxerunt, quippe qui meminiſſent antea Viriathi percuſſoribus denegatum. Et quamvis nullo tunc præmio patraverint Romanam ſecuritatem, tamen fortis fide ac viribus ſemper Hiſpania, cum optimos inviςtiſſimoſque reges reipublicæ dederit, nullum umquam tyrannorum ab initio uſque in hodiernum diem de ſe editum miſit vel in ſe extrinſecus incurrentem, vivum potentemve dimiſit. Interea Macedonicum bellum Claudius ſortitus, varias gentes quæ Rhodopæis montibus circumfuſæ ſunt, ac tunc Macedoniam crudeliſſime populabantur: (nam inter cetera dictu audituque horrida, quæ in captivos agebant, raptis, cum poculo opus eſſet, humanorum capitum oſſibus, cruentis capillatiſque adhuc, ac per interiores cavernas male effoſſo cerebro oblitis, avide ac ſine horrore tamquam veris poculis utebantur, quarum cruentiſſimi atque immaniſſimi Scordiſci erant) has itaque, ut dixi, Claudius pellere Macedoniæ finibus bello adtentavit, magniſque ſe malorum molibus objecit: unde cum animo æger & curis circumſeptus, morbo inſuper correptus eſſet, interiit. Hujus ſucceſſor Scribonius adtentatarum ſuperiore bello gentium vim declinans, in Dardaniam arma convertit, eamque ſuperavit. Publius vero Servilius exconſule, Ciliciam & Pamphyliam crudeliſſime adortus, dum ſubdere ſtudet pæne delevit. Lyciam & urbes ejus obſeſſas oppreſſaſque cepit. Præterea Olympum montem pervagatus, Phaſelim evertit, Corycum diruit, Tauri quoque montis latera in Ciliciam vergentia perſcrutatus, Iſauros bello fractos in ditionem redegit: primus Romanorum per Taurum duxit exercitum, ac limitem itineris fecit. Triennio emenſo quo bellum geſtum eſt, Iſaurici nomen adſumſit. Coſconius proconſule ſortitus Illyricum, protrita ſubactaque Dalmatia, Salonas urbem florentiſſimam poſt biennium tandem expugnavit & cepit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

CAPUT XXIV.

De bello fugitivorum seu gladiatorum, & cladibus ejus.

ANno ab Urbe condita sexcentesimo LXXIX. Lucullo & Cassio consulibus, gladiatores septuaginta & quatuor Capuæ a ludo Cn. Lentuli diffugerunt: qui continuo, ducibus Crixo & Œnomao Gallis & Spartaco Thrace, Vesuvium montem occupaverunt; unde erumpentes, Clodii prætoris qui eos obsidione cinxerat, castra expugnarunt: ipsoque in fugam acto, cuncta in prædam verterunt. Inde per Consentiam & Metapontum circumducti, ingentia brevi agmina collegerunt. Nam Crixo decem millium multitudo, Spartaco autem triplex tunc numerus fuisse refertur. Œnomaus enim jam in superiore bello fuerat occisus. Itaque cum cædibus, incendiis, rapinis stuprisque omnia miscerent, in exsequiis captivæ matronæ, quæ se dolore violati pudoris necaverat, munus gladiatorum ex quadringentis captivis, scilicet qui spectandi fuerant, spectaturi, utpote lanistæ, gladiatorum potius quam militum principes, ediderunt. Deinde consules Gellius & Lentulus adversus eos cum exercitu missi; quorum Gellius Crixum acerrime pugnantem prœlio oppressit, Lentulus a Spartaco superatus, aufugit. Post etiam collatis frustra ambo consules copiis, accepta gravi clade, fugerunt. Dehinc C. Cassium proconsulem idem Spartacus oppressum bello interfecit. Itaque exterrita Civitate non minore propemodum metu, quam sub Annibale circa portas fremente trepidaverat; senatus Crassum cum legionibus consulum novoque supplemento militum misit. Is mox ut fugitivorum pugnam iniit, sex millia eorum interfecit, nongentos vero cepit. Inde prius quam ipsum Spartacum, ad caput Silari fluminis castrametantem bello adgrederetur, Gallos auxiliatores ejus Germanosque superavit, e quibus triginta millia hominum cum ipsis ducibus occidit. Novissime ipsum Spartacum dispositа acie congressum, maximasque cum eo fugitivorum copias perculit. Nam sexaginta eorum millia cæsa, sex millia capta referuntur: tria millia civium Romanorum recepta sunt. Ceteri qui ex hoc bello lapsi oberrabant, per complures duces frequenti indagine adtriti sunt. At ego iterum ac sæpius repeto, num quidnam & heic comparatione aliqua egent tempora? Quis rogo audire non horreat non dicam bella talia, sed vel nomina tanta bellorum, externa, servilia, socialia, civilia, fugitivorumque? quæ ne sic quidem saltem se se,


A ut commoti maris fluctus, quamvis molibus magnis, sequuntur; sed undique diversis caussis, vocabulis, formis, malisque excitata coacervataque concurrunt. Ut e proximo repetam, & infame illud servile prætercam, Jugurthinum bellum nondum adhuc ab Africo detonuerat, jam Cimbricum a Circio fulminabat. De Cimbricis illis nubibus adhuc fœdi vastique torrentes effusi sanguinis agebantur, jam socialis belli nebulas in magna continuo malorum nubila coituras, misera exhalabat Italia. Adhuc vero post infinitam crebramque Italici belli tempestatem discurri tuto per Italiam minime poterat: ita omnes absque illis periculosissimis inimicarum urbium voraginibus, dissoluta ac

B lubrica pace titubabant: jam sibi Marianum atque Cinnanum Roma parturiebat excidium, & aliud e diverso oriens atque aquilo, hoc est, Mithridaticum minabatur, quod quidem Mithridaticum a superioribus cœptum porro in ulteriora porrigitur. De Mariana face rogus Sullanæ cladis accensus est: de isto rogo funestissimo Sullani & civilis belli per plurimas terrarum partes ardentes sudes sparsi sunt, multaque incendia ex uno fomite diffuderunt. Nam Lepidus & Scipio in Italia, Brutus in Gallia, Domitius Cinnæ gener in Africa, Carbo in Cossura & Sicilia, Perperna in Liguria, & post cum Sertorio in Hispania, omniumque atrocissimus Sertorius in eadem Hispania, hæc tunc civilia, vel quo

C alia dicenda sunt nomine, bella excitantes, de uno multa, de parvo magna fecerunt; absque illis tribus vastissimis bellis, quæ tunc externa vocabantur, hoc est, Pamphylico, Macedonico atque Dalmatico, dissimulato etiam magno illo Mithridatico, longe omnium diuturnissimo, infestissimo ac formidolosissimo: deinde adhuc Hispaniensi Sertoriano nondum finito, immo ipso adhuc vivente Sertorio, hoc fugitivorum, & ut verius dicam, gladiatorium bellum inhorruit, jam non spectandum paucis, sed ubique metuendum. Quod quia fugitivorum bellum dicitur, nemini vile habeatur ex nomine. Sæpe in eo singuli & aliquando simul cum agminibus frustra junctis ambo consules victi sunt, plurimique

D nobiles trucidati. Ipsi autem fugitivi plus quam centum millia fuere, qui cæsi sunt. Ex quo admonemus, ut ipsa se consoletur Italia de vexatione externorum præsentium, per recordationem præteritorum ex se atque in se; & ipsam se incomparabiliter crudelius dilaceratam noverit a suis. Quamobrem huic nunc quinto volumini finem fecerim, ut bella civilia externis ubique permixta, vel quæ dicta sunt vel etiam quæ sequuntur, quia sic sibi serie temporum & malis sequacibus cohæserunt, libri saltem termino separentur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI,
HISTORIARUM
LIBER VI.

CAPUT I.

Unum Deum, tam gentilium quam Christianorum judicio.

Omnes homines, cujuslibet vel sectæ, vel vitæ, vel patriæ, ita semper ad prospectum prudentiæ naturali bono eriguntur, ut oblectamento corporis rationale mentis, etsi non actu præferant, judicio tamen præferendum sciant. Quæ mens ratione duce illustrata, in medio virtutum quibus genuino favore, quamvis vitiis inclinetur, assurgit, scientiam Dei quasi arcem prospicit. DEUM enim quilibet hominum contemnere ad tempus potest, nescire in totum non potest. Unde quidam, dum B in multis Deum credunt, multos deos indiscreto timore finxerunt. Sed hinc jam vel maxime, cum auctoritate veritatis operante, tum ipsa etiam ratione discutiente, discessum est. Quippe cum & philosophi eorum, ut de nostris sanctis sileam, dum intento mentis studio quærunt scrutanturque omnia, unum Deum auctorem omnium repererunt, ad quem unum omnia referrentur. Unde etiam nunc pagani, quos jam declarata veritas de contumacia magis quam de ignorantia convincit, cum a nobis discutiuntur, non se plures deos sequi, sed sub uno Deo magno plures ministros venerari fatentur. Restat igitur de intelligentia veri Dei per multas intelligendi suspiciones confusa dissensio, quia de uno C Deo omnium pæne una opinio est. Huc usque humana scrutatio, etsi cum labore potuit: at ubi ratiocinatio defecit, fides subvenit. Nisi enim crediderimus, non intelligemus. Ab ipso audias, ipsique Deo credas, quod verum velis scire de Deo. Itaque idem unus & verus Deus, in quem omnis, ut diximus, etsi ex diversis opinionibus secta concurrit, mutans regna & disponens tempora, peccata quoque puniens, [a] *quæ infirma sunt mundi elegit, ut confundat fortia*; Romanumque imperium, adsumto pauperrimi status pastore fundavit. Hoc per reges & consules diu provectum, postquam Asiæ, Africæ atque Europæ potitum est, ad unum imperatorem, eumdemque fortissimum & clementissi- D mum, cuncta sui ordinatione congessit. Sub hoc imperatore, quem omnes fere gentes amore & timore permixto juste honorarent, Deus verus qui superstitione solicita ab ignorantibus colebatur, magnum illum intelligentiæ suæ fontem aperuit, promtiusque per hominem docturus homines filium suum misit operantem virtutes quæ præcellerent hominem, coarguentemque dæmonas quos aliqui deos putavissent; ut qui ipsi tamquam homini non credidissent, operibus tamquam Dei, crederent; deinde ut in magno silentio ac pace latissima inoffensæ & celeriter novi nominis gloria, & adnuntiatæ salutis velox fama percurreret; vel etiam ut discipulis ejus per diversas gentes euntibus, ultroque per cunctos salutis dona offerentibus, obeundi


A ac differendi, quippe Romanis civibus inter cives Romanos, esset tuta libertas. Quod ideo commemorandum putavi, quia hic sextus libellus usque ad Cæsarem augustum de quo hæc dicuntur, extenditur. Quod si aliqui hanc lucidissimam rationem irritam putant, suisque diis potius adsignant quos primum prudentia elegerint, deinde præcipuo cultu invitarint, ut sibi per eos amplissimum hoc pulcherrimumque imperium conderetur: sic enim jactitant, quia ipsi optimo genere sacrorum emeruerint præcipuum deorum favorem; quibus ademtis vel prætermissis, discesserint omnes

adytis arisque relictis,
Dii, quibus imperium hoc steterat.

Unde quamvis reverentia sanctitatis tuæ multa fortissime verissimeque disseruerit, tamen & mihi locus exigit, ut pauca subjiciam. Si Romani colendo deos emeruerunt favorem deorum, & non colendo amiserunt; ut ipse Romulus, parens Romæ, inter tot mala ab ipso ortu suo ingruentia salvus esset, colendo quis meruit? An Amulius avus, qui exposuit ad necem? An pater, qui incertus fuit? An Rhea mater, stupri rea? An Albani parentes, ipsa quoque ab initio Romani nominis germina persequentes? An tota Italia, quæ per quadringentos annos, dum audere potuit, excidio ejus inhiavit? Non, inquiunt, sed dii ipsi, quia se colendos sciebant, futuros custodiere cultores. Ergo præscii sunt. Si præscii sunt, cur hoc imperium inter tot annorum sæcula eo potissimum tempore ad summam potentiæ arcem perduxerunt, quo ille nasci inter homines atque agnosci ut homo voluit, post cujus nomen & ipsi pro nihilo contemti sunt, & cum universo mundo etiam illi quos ipsi provexerant, cucurrerunt? Sed humiliter obrepsit, inquiunt, & latenter intravit. Latentis & humilis unde tam celebris fama? tam indubitata fides? tam manifesta potentia? Signis quibusdam & virtutibus mentes hominum superstitione solicitas cepit & tenuit. At hæc si homo potuit, dii magis posse debuerunt. An quia ille hanc potentiam a Patre sibi traditam prædicabat, perventum est aliquando ad intelligentiam illius noti & ignoti Dei, quam adprehendere, ut dixi, nemo nisi per ipsum potest? Nec quisquam potest, nisi qui toto se perspecto ac despecto, conversus ad sapientiam Dei omnem quærendi ratiocinationem transtulerit ad credendi fidem. Verumtamen breviter discutio: Dii isti, quos tantos ferunt, ut Romanam rempublicam & propitii provexisse, & aversi adflixisse videantur, eo certe tempore quod palam constat, quo nasci Christus voluit & adnuntiari gentibus cepit, devotissime atque intentissime colebantur. Ita illi, consulentes & sibi & cultoribus suis, non potuerunt vel reprimere vel repellere superstitionem ejus, propter quam spernendos se cultoresque suos destituendos vi-

[a] I. Cor. I. 27.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



derent? Quamquam si ab invitis, danda venia, nec deferendi fuerunt; si a voluntariis, servanda præscientia, nec prius fuerant adjuvandi. Hoc factum est, inquiunt: nam excitavimus gentes, accendimus reges, instituimus leges, disposuimus judices, præparavimus pœnas suppliciis & crucibus, orbem totum scrutati sumus, si quo modo Christianum nomen & cultus universo mundo posset abradi. Hoc eatenus factum est, donec fecunda crudelitas eo usque inter tormenta ac per tormenta proficeret, quamdiu ipsum regium culmen per quod solum prohiberi potuerat, occuparet. Et quid postea consecutum est? Imperatores, inquiunt, Christiani cessare sacra, & claudi tempora jusserunt atque ideo

Excessere omnes, adytis arisque relictis,
Dii, quibus imperium hoc steterat.

O quanta & quam inoffensa lux veritatis est, si non adversus eam ultro se se offerentem imbecilli infeliciter oculi clauderentur! Si Christiana fides per multa retro tempora, sævientibus undique adversum se gentibus, regibus, legibus, cædibus, crucibus ac mortibus, reprimi nullo modo potuit, immo ut dixi, inter hæc & per hæc crevit; cultus autem idolorum jam quodammodo ex se deficiens ac sibi erubescens, ad unam clementissimam jussionem sine ullo pœnali terrore cessavit: cui dubium est, hoc per istius intelligentiæ demonstrationem de creatore suo tandem innotuisse creaturæ, quod illa eatenus per varias ratiocinationes mentis, intentæ quamlibet, aliis obfuscata quæsierit, ac per hoc statim amori ejus quem etiam ignorans dilexerat, inhæsisse? Nec igitur mirum est, si in magna familia inveniuntur aliqui servi, qui consuetudine lasciviaque seductorum adsuefacti, patientia domini sui ad contemtum ipsius abutantur; unde & merito Deus vel ingratos, vel incredulos, vel etiam contumaces variis correptionibus arguit: quod semper utique fatendum est, tunc tamen præcipue, quando adhuc per universum mundum nulla erat ecclesia, quæ interventu fidelium precum meritas mundi pœnas justumque judicium Dei, exorata ipsius clementia, temperaret: unde etiam hæc quæ mala hominibus videntur, qualiacumque sunt, graviora sine dubio omnia fuerunt, sicut ipso quo cœpta sunt, ordine probabuntur. Bellum Mithridaticum, vel ut verius dicam, belli Mithridatici clades, multas simul involvens provincias, tracta & protenta per quadraginta annos fuit. Nam sexcentesimo sexagesimo secundo, ut dixi, anno ab Urbe condita, quo etiam primum civile bellum cœperat, inardescens, consulatu Ciceronis vero & Antonii, ut verbis poetæ optimi loquar,

Barbarico vix consummata veneno est.

Sed in his temporibus, triginta gerendi belli inveniuntur anni. Qualiter autem XL. a plerisque dicti sint, non facile discernitur.

CAPUT II.

Prosequitur heic bellum Mithridaticum, quod Sylla confecit.

IGitur Mithridates rex Ponti atque Armeniæ, postquam Nicomedem Bithyniæ regem, amicum populi Romani, regno privare molitus est, atque a senatu monitus, si facere tentaret bellum sibi a populo Romano inferendum fore; iratus Cappado-

A ciam continuo pervasit: atque expulso ab eo Ariobarzane rege cunctam provinciam igni ferroque vastavit. Bithyniam deinde pari clade corripuit. Paphlagoniam simili exitu adflixit, pulsis ex ea Pylæmene & Nicomede regibus. Post cum venisset Ephesum, crudeli præcepit edicto, ut per totam Asiam quicumque inventi essent cives Romani, sub una die omnes necarentur. Et factum est. Nec explicari aut comprehendi ullo modo verbis potest, quæ tunc multitudo Romanorum civium cæsa sit; quis mæror plurimarum provinciarum, quis gemitus occidendorum pariter atque occidentium fuerit, cum singuli quique aut prodere innocentes hospites & amicos, aut ipsi periclitari pœna hospitum co-

B gerentur. Archelaus quoque dux Mithridatis, cum centum viginti millibus peditum atque equitum in Achaiam præmissus, Athenas cunctamque Græciam, partim vi, partim deditione obtinuit. Sylla cui post consulatum Mithridaticum bellum obvenerat, Archelaum apud Piræeum Atheniensium portum, septemplici muro communitum, diu obsedit, ipsam Atheniensium urbem vi cepit, ac postea justo prœlio cum Archelao conflixit. Centum & decem millia de exercitu Archelai interfecta, vix decem millia superfuisse referuntur. Comperta clade Mithridates lectissima septuaginta millia militum Archelao in subsidium misit ex Asia. Secundo prœlio quindecim millia ex his interfecta sunt, ibique

C Diogenes Archelai filius trucidatus est. Tertio bello omnes copiæ quas Archelaus habebat, exstinctæ sunt. Nam viginti millia militum ejus in paludem pulsa, cum Syllæ fidem implorarent, insatiabili victoris ira interfecta sunt, totidemque alia in flumen coacta ac necata, reliqui miserorum passim trucidati sunt. Porro autem Mithridates in Asia nobilissimarum urbium principes occidere, bonaque eorum publicare animo intenderat. Cumque jam mille & sexcentos ita interfecisset, Ephesii exemplum verentes, excluso præsidio ejus, portas objecerunt. Similiter Smyrnæi, Sardi, Colophonii Trallianique fecerunt. Perturbatus Mithridates, per Archelaum ducem suum cum Sylla de pace pepigit.

D Interea Fimbria Marianorum scelerum satelles, homo omnium audacissimus, Flaccum consulem cui legatus ierat, apud Nicomediam occidit: ac mox arrepto exercitu Mithridatis filium ex Asia ad Miletopolin fugat, stationem regis invadit, ipsumque Pergamo pellit, fugientemque insecutus apud Pitanam obsedit: & profecto cepisset, si L. Lucullus civilibus discordiis curam reipublicæ prætulisset, eumque mari coartare objecta classe voluisset. Inde Fimbria Iliensibus iratus, a quibus pro Syllanæ partis studio objectu portarum repulsus videbatur, ipsam urbem Ilium antiquam illam Romæ parentem, funditus cæde incendioque delevit. Sed eam Sylla continuo reformavit. Idem Fimbria apud

E Thyatira, cum ab exercitu Syllæ obsideretur, desperatione adactus in templo Æsculapii manu sua interfectus est. Fannius & Magius, de exercitu Fimbriæ profugi, Mithridati se se adjunxerunt: quorum hortatu Mithridates cum Sertorio per legatos in Hispaniam missos fœdus pepigit. Sertorius ad eum Marcum Marium firmandi fœderis caussa misit. Quem rex apud se retentum, brevi ducem fecit in locum Archelai, qui se ad Syllam cum uxore liberisque contulerat. Marius & Eumachus duces a Mithridate adversus Lucullum missi, magno exercitu brevi congregato, cum P. Rutilio apud Chalcedona congressi sunt, eumque cum plurima exercitus ipsius parte ceciderunt. Lucullus Mithridatem Cyzicenos obsidentem fossa cinxit:

eumque quod faciebat, pati compulit: atque ad ipsos Cyzicenos ut bono animo essent, nuntium misit unum ex militibus nandi peritum: qui duobus utribus suspensus, mediam ipse regulam tenens, plantisque subremigans, septem millia passuum transmeavit. Mithridates inopia laborans, partem copiarum instructam armis domum abire præcepit; quam Lucullus excipiens, universam disperdidit: nam amplius quam quindecim millia hominum tunc interfecisse narratur. Tunc etiam Fannius qui se Mithridati junxerat, & Metrophanes regius prætor a Mamerco victi, cum duobus millibus equitum in Mœsiam profugerunt: atque inde in Mæoniam digressi, in colles camposque Inarimos inciderunt; ubi non solum montes usti vel saxa quasi quadam fuligine obfuscata cernuntur, verum etiam campi ambusto solo squalidi, per quinquaginta millia passuum, sine ullo ignis vel fornacis indicio, & pendulo in profundum cinere putres jacent. Tribus etiam locis torridæ voragines ostenduntur, quas Græci physas vocant: in quibus diu oberrantes, inopinatis tandem periculis exemti sunt, & clam in regis castra venerunt. Deiotarus rex Gallogræciæ, præfectos regis bello trucidavit. Interea Mithridates apud Cyzicum eadem mora qua obsidebat obsessus, in magnam penuriam pestilentiamque exercitum suum coartavit. Nam plus quam trecenta millia hominum fame & morbo in eadem obsidione amisisse fertur: ipse cum paucis arrepta navi clam fugit e castris. Lucullus incruento milite spectator cladis alienæ novum genus victoriæ adeptus est: mox Marium adortus vicit fugavitque. In quo prœlio plus quam undecim millia Marianorum militum interfecta referuntur. Lucullus postea cum eodem Mario navali prœlio congressus, triginta & duas naves regias & complures onerarias aut demersit aut cepit. Multi ibi ex his quos Sulla proscripserat, interemti sunt. Marius postera die de spelunca ubi latebat, extractus, meritas hostilis animi pœnas luit. Eodem vero Lucullus impetu Apamiam vastavit, & sub monte Olympo Prusam munitissimam civitatem, captam expugnatamque diripuit. Mithridates adversus Byzantium instructa classe navigans tempestate correptus, octoginta rostratas naves perdidit: ipse cum quassata jam navi mergeretur, in myoparonem Seleuci piratæ, ipso pirata juvante transsilivit. Inde Sinopem ac post Amisum cum magna difficultate pervenit.

CAPUT III.

De Catilinæ incestu, & Lucullorum adversus Bessos, Mithridatem & Tigranem ceterosque bellis.


Eodem anno apud Romam Catilina incesti accusatus quod cum Fabia virgine Vestali commisisse arguebatur, Catuli gratia fultus evasit. Lucullus Sinopen expugnaturus obsederat. Hanc Seleucus archipirata & Cleochares spado qui præsidii caussa præerant, expilatam atque incensam reliquerunt. Lucullus miserorum hostium intestina clade permotus, celeri occursu immissum restinxit incendium. Ita misera civitas, versa vice hostium sociorumque, unde defendenda, disperdita; & unde disperdenda, servata est. At vero M. Lucullus qui Curioni in Macedonia successerat, totam Bessorum gentem bello adpetitam, in deditionem recepit. Eodem tempore Metellus Siciliæ prætor, cum fœdissima illa C. Verris prætura Siciliam adflictam invenisset, maxime Pyrganione archipirata nefariis prædis & cædibus dilacerante, qui pulsa classe Romana Syracusanum portum obtinuerat, eum mox navali terrestrique prœlio comminutum, Sicilia decedere compulit. Præterea Lucullus transgressus Euphratem & Tigrim, apud Tigranocertam urbem cum Mithridate & Tigrane congressus, parvissima suorum manu magnum hostium numerum occidit. Nam triginta millia hominum in eo bello cæsa referuntur. Tigranes vix centum & quinquaginta equitibus comitatus, aufugit, diademate & tiara ne agnosceretur abjectis. Tunc ad Lucullum totius pæne orientis supplices venere legati: is imminente hieme per Armeniam in Mesopotamiam regressus, Nisibin urbem illis tunc locis inclytam expugnavit & cepit.

CAPUT IV.

De bello Piratico & Cretico, deque re cum Mithridate a Pompejo gesta.

Iisdem diebus piratæ per omnia sparsi maria, & jam non tantum intercipientes navium commeatus, sed etiam insulas provinciasque vastantes, impunitate sceleris & aviditate prædæ vulgo se se adsociantes, in immensum augebantur; quos Cn. Pompejus post multam quidem vastationem quam terra marique diu egerant, mira tamen celeritate compressit. Eodem tempore Cretam insulam per biennium Metellus evertit, diuturnoque bello domitam in potestatem redegit, legesque Minois Romanis legibus permutavit. Pompejus postea, successor Luculli, in minori Armenia juxta montem Dastracum castra regis obsidione conclusit. Rex cum omnibus copiis, eruptione per noctem facta, insuper etiam persequentem bello repellere statuit. Pompejus fugientes persequi intendit. Itaque bellum nocte commissum est. Luna tunc orta, a tergo Romanis erat. Regii longitudine umbrarum proximitatem hostium rati, cuncta in irritum tela fuderunt. Romani, veluti inermes postea adgressi, sine labore vicerunt. Namque de exercitu regio quadraginta millia cæsa vel capta sunt: Romani vulnerati mille, vix autem quadraginta interfecti. Rex inter tumultus belli fuga elapsus, adjutus etiam beneficio sublustris noctis evasit: relictusque ab omnibus amicis, philosophis, scriptoribus rerum vel carminum ac medicis, solus per devia equum manu trahens atque ad omnes nocturnos strepitus trepidans, in quoddam castellum devertit, atque inde in Armeniam perrexit. Pompejus regem insecuturus, inter duo flumina quæ ab uno monte diversis specubus exoriuntur, hoc est, Euphratem & Araxem, urbem Nicopolim senibus lassis & ægris volentibus condidit: oranti Tigrani veniam dedit: exercitum Orodis Albanorum regis, præfectosque ejus ter prœlio vicit: postea epistolas Orodis & munera, pro pace cum Albanis instauranda, libenter accepit: Artocem regem Iberiæ bello fudit, totamque Iberiam in deditionem accepit. Inde, cum Armeniam, Colchos, Cappadociam & Syriam ordinatis rebus composuisset, promovens de Ponto in Parthiam, ad Ecbatanam urbem caput Parthici regni quinquagesimo die venit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



CAPUT V.

Quod Mithridates filios ac amicos peremerit, ipseque vicissim a filio peremtus sit.

IN Bosporo Mithridate Cerealia sacra celebrante, terræ motus adeo gravis repente exortus est, ut magna clades ex eo urbium atque agrorum secuta narretur. Eodem tempore Castor Mithridatis præfectus, qui Phanagorio præerat, interfectis amicis regiis arcem occupavit, & quatuor Mithridatis filios ad præsidia Romana transmisit. Mithridates accensus ira, in scelere exarsit. Nam complures B tunc amicos suos, & Exipodram filium suum interfecit, cum antea jam alium, Macharem nomine, parricidio trucidasset. Pharnaces, alter filius ejus, exemplo fratrum territus, exercitum ad persequendum se missum sibi conciliavit, & mox adversus patrem duxit. Mithridates, diu ex altissimo muro filium frustra precatus, ubi inexorabilem vidit, moriturus exclamasse fertur: *Quoniam Pharnaces*, inquit, *mori jubet*; *vos*, *si estis*, *dii patrii*, *precor*, *ut quandoque & ipse hanc vocem a liberis suis audiat*. Statimque descendens ad uxores, pellices ac filias, venenum omnibus dedit. Quod cum ipse novissimus hausisset, nec tamen propter remedia quibus vitalia sua adversus noxios succos sæpe obstruxerat, veneno confici posset, frustraque C spatiaretur, si quo tandem modo infusa pestis per venas vegetatione corporis acta discurreret; Gallum quemdam militem, jam fracto muro discurrentem, invitavit, eique jugulum præbuit. Hunc exitum vitæ Mithridates habuit, nobisque sententiæ suæ fortissimum argumentum reliquit, homo omnium, ut ferunt, superstitiosissimus, annos natus septuaginta duos, habens secum semper philosophos omniumque artium peritissimos. *Si estis*, inquit, *dii patrii*. Ita ille diu colendo ac diu quærendo perfenserat, hos non esse certos deos qui esse putabantur. Rex multæ experientiæ atque ævo gravis, verum Deum ad cujus notitiam non nisi D auditu per fidem venitur, non intelligebat. Hos autem falsos esse rationis ipsius luce perviderat, aliud consuetudini, aliud menti suæ tribuens: *Si estis*, inquit, *dii*: hoc est dicere, Ego sentiens esse super hominem potentiorem ipso homine potestatem, precandi necessitate motus, commendo diligentiam & excuso ignorantiam meam. Invoco qui est, dum convenio qui non est. Quapropter cum dolore & timore considerandum est, qua pœna quove judicio digni erunt, qui contra interdictum jam propalatæ & publicatæ veritatis, eos sectantur & colunt deos, de quibus etiam illi jam tunc dubitare poterant, qui adhuc præter eosdem scire nihil poterant. Verumtamen breviter con- E sulo, qualia tunc toti orienti tempora videbantur, cum per quadraginta annos miseræ nationes alternis tantorum ducum vastationibus terebantur: cum quæque civitas tantis concursibus media inevitabiliter periclitabatur, inde accensura alterum, unde alterum temperasset: hoc mox habitura supplicii, quod remedii ad tempus habuisset: cum trepidæ diversarum provinciarum legationes inter succedentes Romanorum duces, & truculentiorem notitia Mithridatem, alternis ad utrumque, prout quemque sors belli adtollebat, & incertis satisfactionibus transferebantur, augendo pericula quæ sanabant. Nunc quid continuo Pompejus, & quidem Pompejus, homo Romanorum moderatissimus, per plurimas partes orien- A tis, finito Mithridatico bello egerit, paucis proferam.

CAPUT VI.

De gestis Pompeji in Syria, Phœnice & Judæa, & conjuratione Catilinæ.

ANno ab Urbe condita DCLXXXIX. M. Tullio Cicerone & C. Antonio consulibus, Pompejus, occisi Mithridatis nuntio accepto, Syriam cœlen & Phœnicem bello adgressus, Ituræos primum Arabasque perdomuit, urbemque eorum quam Petram nominant, cepit: hinc Judæos quibus Aristobulus expulso fratre Hyrcano primus ex sacerdote rex præerat; atque ad Hierosolymam urbem eorum, Gabinium cum exercitu mittit. Ipse continuo subsecutus, & a patribus urbe susceptus, sed a plebe muro templi repulsus, oppugnationem ejus intendit. Id non solum natura loci, verum etiam ingenti muro fossaque maxima munitum, cum alias aliis legiones, dies noctesque succedere sine requie cogeret, vix tertio mense expugnavit. Tredecim ibi millia Judæorum cæsa narrantur: cetera multitudo in fidem venit. Pompejus muros civitatis everti æquarique solo imperavit: & cum aliquantos principes Judæorum securi percussisset, Hyrcanum sacerdotio restituit, Aristobulum captivum Romam duxit. Hoc bellum orientis cum viginti & duobus regibus se se gessisse, ipse Pompejus pro concione narravit. Interea conjuratio Catilinæ adversus patriam per eosdem dies in Urbe habita ac prodita; in Etruria vero civili bello extincta est. Romæ conscii conjurationis occisi sunt. Sed hanc historiam agente Cicerone, & describente Sallustio, satis omnibus notam, nunc a nobis breviter fuisse perstrictam sat est. Motus etiam in Pelignis ortus a Marcellis patre & filio per L. Vettium proditus, patefacta Catilinæ conjuratione, quasi succisa radice compressus est: & de utroque per Bibulum in Pelignis, per Ciceronem in Brutiis vindicatum est.

CAPUT VII.

Cæsar quas provincias sortitus, quomodo Helvetios & Belgas domuerit.

ANno ab Urbe condita DCXCIII. C. Cæsare & L. Bibulo consulibus, lege Vatinia Cæsari tres provinciæ cum legionibus septem in quinquennium datæ, Gallia Transalpina, & Cisalpina, & Illyricus. Galliam Comatam postea senatus adjecit. Hanc historiam Suetonius Tranquillus plenissime explicuit, cujus nos competentes portiunculas decerpsimus. Helvetiorum animos, fortissimæ Gallorum omnium gentis ea vel maxime caussa, quod perpetuo pæne cum Germanis bello altercabantur a quibus Rheno tantum flumine dirimuntur, Orgetorix quidam princeps gentis, spe totas invadendi Gallias in arma accenderat. Quo ceteri optimates correpto & ad mortem coacto, cohibere tamen semel animatas in prædam plebes nequiverunt. Qui, conjuratione facta ac die dicta, exustis vicis ac domibus suis, ne quod desiderium ex spe revertendi foret, profecti sunt. Quos cum apud Rhodanum flumen obvios Cæsar habuisset, magno difficilique bello bis vicit, victosque ad deditionem coegit. Horum fuit, cum primum progressa est, omnis multitudo Helvetiorum, Tulingorum, Latobrogiorum, Rauracorum &

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Bojorum, utriusque sexus ad centum quinquaginta & septem millia hominum. Ex his quadraginta & septem millia in bello ceciderunt: cetera in terras proprias remissa sunt. Postea Cæsar Ariovistum regem, excitantem invehentemque secum incredibiles Germanorum copias quibus nuper universos Galliarum populos se subegisse jactabat, apud Sequanos vicit; cum diu exercitus Cæsaris, Germanorum multitudine & virtute perterritus, pugnam detrectasset. Ariovistus in Germaniam, arrepta navicula Rhenum transvectus, effugit: uxores ejus duæ totidemque filiæ captæ sunt. Fuerunt autem in exercitu Ariovisti, Arudes, Marcomani, Triboci, Vangiones, Nemetes, Edures & Suevi. Pugna maxime gravis ex phalange Germanorum fuit, quam coacto in unum agmine scutisque supra capita contextis, ad irrumpendam Romanorum aciem tuti undique præstruxerant. Sed postquam aliqui Romanorum militum, agilitate audaciaque insignes, supra obductam saliere testudinem, scutisque singillatim velut squammis revulsis, desuper nudos deprehensorum detectorumque humeros perfoderunt; territi hostes novo mortis periculo, terribilem dissolvere compagem. Exinde in fugam versi, per quinquaginta millia passuum insatiabiliter cæsi sunt: neque conjici potuit numeros Germanorum, vel quantus pugnæ adfuerit, vel quantus fuerit occisorum. Post hæc Belgarum gens quæ tertia pars Galliarum est, adversus Cæsarem exarsit. Quorum distributim copia hæc fuit. Bellovaci qui ceteris numero & virtute præstare viderentur, habuere lectissima sexaginta millia armatorum; Suessiones ex duodecim oppidis quinquaginta millia; Nervii quorum adeo indomita feritas prædicabatur, ut numquam in id temporis mercatores ad se admiserint vina ceteraque venalia deferre quibus inducta jucunditas torporem virtutis adferret, habuerunt similiter quinquaginta millia: Atrebates & Ambiani decem millia: Morini viginti quinque millia: Menapii novem millia: Caleti decem millia: Velocasses & Veromandui æque decem millia: Aduatici octodecim millia: Condrusi, Eburones, Cæresi, Cæmani qui uno nomine Germani vocantur, quadraginta millia. Et ita fuisse referuntur ducenta septuaginta & duo millia armatorum lectissima. His repente silva erumpentibus, exercitus Cæsaris perturbatus atque in fugam actus, plurimis suorum amissis, tandem hortatu ducis restitit, victoresque adgressus, usque ad internecionem pæne delevit.

CAPUT VIII.

Galbæ expeditio in Veragros & Sedunos. De rebus gestis Cæsaris in conjuratos cum Venetis: item Titurii Sabini & P. Crassi expeditionibus.

IGitur Cæsar magnis in Gallia rebus gestis, cum in Italiam proficisci decrevisset, Galbam cum legione duodecima ad Veragros Sedunosque misit. Qui cum hiemandi caussa in vico Veragrorum cui nomen erat Octodurus, consedisset, mediamque oppidi partem quæ torrente distinguebatur, accolis concessisset; quadam die eosdem discessisse per noctem, ac proximo insedisse colli videt. Quippe illi paucitatem vix mediæ legionis despectui habentes, ultroneam sibi prædam nullo cessuram negotio arbitrabantur, finitimosque suos in hanc cædis ac prædæ societatem vocaverant. Igitur Galba tam præsentibus periculis circumsepto ac trepido, atque inter varias consultationes certi consilii incerto, repente Galli descensu montis effusi, castra imperfecta circumdant, raros per vallum propugnatores saxis telisque onerant. Quumque jam castra irrumperentur, Pacuvii primipilaris & Voluseni tribuni consilio, cuncti Romani portis eruperunt: incautosque subito adgressi hostes, primum perturbaverunt, deinde in fugam versos miserabili strage fuderunt. Nam amplius triginta millia barbarorum tunc cæsa referuntur. Igitur Cæsar cum jam pacatas universas Galliarum gentes putaret, ad novum & maximum bellum retractus est. Namque dum P. Crassus adolescens cum legione septima oceano tenus apud Andegavos hiemat; Veneti ceterique confines repente in arma conjurant, legatos Romanorum vinciunt, eosque ita demum se reddituros si obsides suos recipiant, Romanis indicant. Socios sibi ad id bellum Osismios, Lexovios, Nannetes, Ambivaritos, Morinos, Diablintres & Menapios adsciscunt; auxilia quoque a Britannia arcessunt. Cæsar per Crassum de rebellione deditarum gentium certior factus, quamvis intelligeret quanta ineundi belli difficultas esset; tamen rem tanti negotii non negligendam ratus est, ne ceteris exemplo ejusmodi audendi licentia laxaretur. Itaque terrestri prœlio persequi hostes frustra adgressus; quippe cum hostes per interfusa ex oceano æstuaria atque inaccessos recessus, tutis terrarum finibus munirentur, naves longas ædificari in Ligeri fluvio jubet: per quem in oceanum deductæ, mox ut hostibus visæ sunt, continuo ducentæ viginti naves eorum paratæ atque omni genere armorum instructissimæ, progressæ portu ex adverso constiterunt. Bruto circumspicienti imparem longe navium esse conflictum, quia barbarorum naves solido robore intextæ cavernisque prævalidis obduratæ, saxorum modo adactos rostratarum ictus retundebant, hoc primum auxilio fuit, quod falces acutissimas non pertinaciter contis præfixas, funibus autem subnexas paraverat: quibus cum opus esset adprehensos eminus rudentes, subductis hastilibus per funem falcem retrahendo, succiderent. His celeriter expeditis, dirumpi hostilium antennarum armamenta præcepit. Ita antennis ruentibus, complures illico naves velut captas immobiles reddidit. Alii hoc periculo territi, suspensis velis, qua ventus intenderet fugere conati, cessante mox vento destituti, ludibrio fuere Romanis. Itaque incensis omnibus navibus, interfectisque his qui pugnaverant Gallis, reliqui se se omnes dediderunt. Sed Cæsar maxime ob injuriam legatorum, & ut genti ad omnia consilia mobili terribilis exempli notam inureret, cunctis principibus per tormenta interfectis, reliquos sub corona vendidit. Iisdem diebus Titurius Sabinus Aulercos, Eburonices, Lexoviosque, qui primates suos, cur auctores belli resuscitandi esse nollent, interfecerant, eruptione facta, incredibili cæde delevit. Publius vero Crassus cum in Aquitaniam pervenisset, bello exceptus est. Namque Sontiates magno equitatu pedestribusque copiis prævalidis Romanos adorti, diu graviter turbaverunt: post victi atque in oppidum Sontiatum coacti obsessique, cum se expugnari viderent, armis traditis in deditionem recepti sunt. Aquitani clade permoti, undique exercitum contrahunt: de citeriore quoque Hispania auxilia arcessunt: duces bello maxime eos præficiunt, qui cum Sertorio militaverant. Hi omnes dum obsidionem Crasso parant, in castris suis Crasso obruente deleti sunt. Nam ex Aquitanis & Cantabris quorum quinquaginta millia tunc in auxilium venerant, triginta & octo millia cæsa referuntur. Cæsar Germanos qui Rhenum cum immensis copiis trasmiserant, simul & totas Gallias

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



subjicere sibi parabant, bello adortus, usque ad internecionem cæcidit. Quorum fuisse numerum ad CCCCXL. millia ferunt.

CAPUT IX.

Cæsar quomodo Suevos & Britannos subjecerit.

Tunc Cæsar in Germaniam facto ponte transgreditur: Sicambros & Ubios obsidione liberat: Suevos, maximam & ferocissimam gentem, quorum esse centum pagos & populos multi prodidere, totamque Germaniam adventu suo terret: mox in Galliam, rescisso ponte, concedit. Inde ad Morinos venit, unde in Britanniam proximus & breviffimus transitus est. Navibus circiter onerariis atque actuariis octoginta præparatis, in Britanniam transvehitur. Ubi acerba primum pugna fatigatus, deinde adversa tempestate correptus, plurimam classis partem, & non parvum numerum militum, equitum vero pæne omnem disperdidit. Regressus in Galliam, legiones in hiberna dimisit, ac sexcentas naves utriusque commodi fieri imperavit. Quibus iterum in Britanniam primo vere transvectus, dum ipse in hostem cum exercitu pergit, naves in ancoris stantes tempestate correptæ vel collisæ inter se, vel arenis illisæ ac dissolutæ sunt. Ex quibus quadraginta perierunt, ceteræ cum magna difficultate reparatæ sunt. Cæsaris equitatus primo congressu a Britannis victus, ibique Labienus tribunus occisus est. Secundo prœlio cum magno suorum discrimine victos Britannos in fugam vertit. Inde ad flumen Thamesim profectus est, quem uno tantum loco vadis transmeabilem ferunt. In hujus ulteriore ripa, Cassivellauno duce, immensa hostium multitudo consederat, ripamque fluminis ac pæne totum sub aqua vadum acutissimis sudibus præstruxerat. Quod ubi a Romanis deprehensum ac vitatum est, barbari legionum impetum non ferentes, silvis se se abdidere, unde crebris eruptionibus Romanos graviter ac sæpe lacerabant. Interea Trinobantum firmissima civitas cum Androgorio duce, datis quadraginta obsidibus, Cæsari se dedidit. Quod exemplum secutæ urbes aliæ complures, in fœdus Romanorum venerunt: iisdemque demonstrantibus, Cæsar oppidum Cassivellauni inter duas paludes situm, obtentu insuper silvarum munitum omnibusque rebus confertissimum, tandem gravi pugna cepit.

CAPUT X.

Cæsarem adversus novam Gallorum conspirationem profectum fuisse, eosque denuo subegisse.

Exin Cæsar a Britannis reversus in Galliam, postquam legiones in hiberna misit, repentinis bellorum tumultibus undique circumventus & conflictatus est. Namque Ambiorix cum Eburonibus & Aduaticis conspirans, animatus Trevirorum consilio, Cottam & Sabinum legatos apud Eburones cum tota funditus legione insidiis circumventos interfecit. Ambiorix hac victoria elatus, Aduaticos & Nervios plurimosque alios raptim in arma contrahit, atque ad Ciceronem legatum qui similiter tunc legioni in hibernis præerat, contendit. Multitudo hostium ex hoc colligi potuit; quia cum in obsidione castrorum vallum circumdandum esse a captivis Romanis docerentur, & instrumenta ruralia non haberent; gladiis concidendo terram, & sa-

A gulis exportando, vix tribus horis vallum pedum decem, & fossam pedum quindecim per millia passuum quindecim in circuitu perfecerunt. Præterea centum viginti turres miræ altitudinis exstruxerunt. Et cum jam septem dies noctesque succidui hostium cunei pugnarent, ac ventus subito plurimus exortus esset; testas ferventes intorsere fundis, flammataque focis tela ac mox concepto igne rutilantia, intra castra jecerunt. Quo facto per culmina raptim ventus insistens, sparsum animavit incendium. Sed ne sic quidem Romani, cum undique obruerentur, vulneribus, laboribus, vigiliis, jejuniis incendiisque cesserunt. Tandem Cæsari nuntiatum est, unam deletam esse legionem, alteram jam pæne confectam. B Adventante cum duabus legionibus Cæsare, deserunt hostes obsidionem, atque in eum cuncti raptis copiis ruunt. Cæsar parvissimis se castris consulto condidit, equitibusque præmissis, ut fugam fingerent imperavit, ut ad transitum vallis quæ media erat sibique periculosa videbatur, hostes contemtu sui invitaret. Quibus adventantibus insuper obstrui portas præcepit. Quo viso Galli, quasi jam vicissent, ad obducendum extrinsecus vallum conversi sunt. Cæsar totis repente portis paratum effudit exercitum, versosque in fugam Gallos vastissima cæde confecit. Nam sexaginta millia tunc fuisse referuntur; e quibus pauci per paludes invias evaserunt. Indutiomarus Trevirorum princeps, magnas arma- C torum copias habens, postquam de consensu Galliæ totius certior redditus est, Labieni castra legionemque cui is præerat, quod facile factu arbitrabatur, delere statuit: ac deinde Eburonibus Nerviisque conjunctus, ad opprimendum Cæsarem pergere. Labienus, quibus potest artibus, simulat timorem, atque ita Indutiomarum negligentiorem cum insultantibus copiis pro vallo oberrantem, repentina irruptione prostravit. Hac victoria Labieni, reliqui Gallorum conatus repressi sunt; & Cæsar paullo quietior reliqua parte hiemis fuit. Sed intelligens sibi majora belli superesse negotia, maxime quia plurima parte exercitus amissa, aliisque graviter sauciis, ne ad sustinendum quidem sibi idoneus, non D dicam ad comprimendum Gallorum impetum videretur, a Cn. Pompejo proconsule conscribi legiones sibique mitti in auxilium petit. Itaque ante exactam hiemem tres ad eum legiones in castra venerunt. Igitur Cæsar, prius quam in unum hostium copiæ coirent, ineunte vere adgredi trepidos & opprimere sparsos in suis finibus parat. Primum itaque Nerviorum fines diripit: prædam vero quæ copiosissima erat, exercitui permittit. Deinde Menapios, qui sibi propter immensas paludes atque impeditissimas silvas munitissimi videbantur, tribus agminibus invadit: nimiaque cæde vulgo agitata, residuos supplices in deditionem recepit. Labienus sequenti prœlio omnes Trevirorum copias interfecit, E arte in bellum provocatas, prius quam Germanis adventantibus jungerentur, & continuo ipsam civitatem capit. Cæsar ulcisci mortem Sabini & Cottæ legatorum volens, Ambiorigem & Eburones deletæ legionis auctores, postquam in Arduennam silvam refugisse comperit, quæ silva totius Galliæ maxima est, atque a ripis Rheni finibusque Trevirorum ad Nervios usque pertingit, & in longitudine plus quam quingenta millia passuum patet, permetiens rem suis maximi periculi fore, si per obstructas spatiosasque silvas ignoti dividerentur, hostemque locis notissimum quærerent, omnem Galliam per nuntios invitat, ut quique secundum placitum suum reconditas in Arduenna silva prædas quærant


diripiantque. Quo facto Gallis utrimque morientibus, maximas Romanorum injurias sine cujusquam Romani discrimine vindicavit. Ita hoc tutissimo vincendi genere securus in Italiam rediit.

CAPUT XI.

Cæsar item novam Gallorum in arma adversus se se conspirationem multa clade comprimit.


IGitur Cæsare in Italiam reverso, Gallia rursus in arma conjurat, multique simul populi coeunt. Dux his Vercingetorix fuit, cujus consilio statim omnes Galli civitates suas ultro incenderunt: prima a suis incensa Biturigo. Inde ad Cæsarem qui magnis itineribus per Narbonensem provinciam clam ad exercitum recurrerat, impetum faciunt. Cæsar tunc oppidum nomine Cenapum obsidione concluserat: quod diu oppugnatum, tandem post multas Romanorum clades pluvio die, cum hostilium machinarum amenta nervique languerent, adplicitis turribus captum atque deletum est. Quadraginta ibi millia hominum fuisse referuntur: e quibus vix octoginta per fugam elapsi ad proxima Gallorum castra venerunt. Præterea Arverni ceterique confines solicitatis etiam ad se Æduis, multis adversus Cæsarem prœliis bellaverunt. Qui cum se pugnando fatigati in quoddam castellum recepissent, milites prædæ inhiantes, ad expugnationem oppidi animum intendunt, frustra Cæsare de loci iniquitate caussante. Itaque ibi Cæsar, erumpentibus desuper hostibus pressus, multa exercitus sui parte perdita, victus aufugit. Dum hæc ad Alesiam geruntur, Vercingetorix quem omnes consensu pari regem præoptaverant, suadet uti ex tota Gallia omnes qui arma ferre possent, huic bello præsto sint. Hoc enim esse unum bellum, quo aut perpetua libertas, aut æterna servitus, aut mors omnium consequatur. Itaque absque eo numero quem infinitum ante contraxerat, equitum circiter octo millia, peditum ducenta quinquaginta millia contracta sunt. Dehinc duo colles sibi invicem obversos Romani Gallique ceperunt. Unde multis sæpe eruptionibus & variis proventibus prœliantes, tandem Romani præcipua Germanorum equitum quos sibi jam dudum amicos nunc in auxilium acciverant, virtute vicerunt. Vercingetorix alia die congregatis omnibus qui fuga evaserant, dixit se auctorem bona fide defendendæ libertatis atque rumpendi fœderis fuisse; & nunc, sive Romanis se se ad mortem omnes offerant, sive se solum pro omnibus dedant, paratum animo fore. Itaque Galli voluntatem quam pudore aliquamdiu texerant, quasi ex consilio regis adsumerent, illico sibi veniam precantes, eum solum velut auctorem magni sceleris dediderunt. Bellovaci omnibus Gallorum gentibus ipsorum opinione fortiores habebantur. Hi Correo duce bellum instaurant, sibique in hanc susceptí belli societatem Ambianos, Aulercos, Caletos, Velocasses Atrebatesque conjungunt, & locum quemdam cinctum atque impeditum undique paludibus capiunt: commissoque prœlio magnam Remorum manum quæ auxilio Romanis erat, trucidant. Deinde cum opportunum ipsi locum insidiis provisum occupassent, atque hoc comperto Romani ad insidiarum locum instructi ordinatique venissent; commisso prœlio Romani Gallos fugientes eisdem locorum munitionibus quibus clausi fuerant, incluserunt, cunctosque ad internecionem ceciderunt. Ibi Correus vel fugam vel deditionem detrectans, Romanos, ut vivus caperetur instantes, occidendo, ut occideretur, coegit. Igitur cum pacatam esse universam Galliam Cæsar, neque ausuram fore ad aliquos adspirare motus arbitraretur, legiones in hiberna dimisit: ipse autem Ambiorigis fines qui tot bella excitaverat, horrenda hominum strage vastavit. At vero C. Caninius legatus bellum apud Pictonas invenit: ubi magna hostium multitudo impeditam itinere legionem circumdedit, atque ad extremum discrimen adduxit. Porro autem Fabius legatus, acceptis Caninii litteris, in Pictonas proficiscitur; ibique a captivis de opportunitate locorum certior factus, inopinantes hostes opprimit, magnisque stragibus factis, plurimas prædas agit. Deinde cum Caninio signum adventus sui dedisset, Caninius totis castris subito exsilivit se seque injecit hosti. Ita Fabio ex alia parte, & Caninio ex altera insistente, maximo & diuturno bello innumeræ Gallorum copiæ trucidatæ sunt. Inde Fabius in Carnutes profectus est. Sciebat enim Dumnacum ducem antiquissimum, rebellionis totius incentorem, ab hoc bello elapsum, si Armoricis gentibus adjunctus esset, maximos iterum in Gallia tumultus esse moturum: sed eas adhuc ipsa novitate trepidantes, mira virtute & celeritate perdomuit. Interea Draptes unaque Lucterius, cum adesse Caninium & legiones in finibus suis viderent, undique collectis copiis oppidum Uxellodunum occupant. Hoc oppidum in editissima montis arce pendebat, duabusque partibus per abrupta latera non parvo flumine cingebatur; medio deinde descensu largissimo fonte securum, plurimaque introrsum copia frumenti tutum, irritos procul discursus hostium despiciebat. Caninius, quod solum Romana provisione potuit, ambos duces cum parte copiarum plurima in campum evocatos, maximo prœlio superavit. Nam uno e ducibus interfecto, alter cum paucissimis fugit, nullus in oppidum rediit; sed ad id oppugnandum Cæsare opus fuit. Itaque certior per nuntios factus Cæsar adcurrit: circumspectisque omnibus videt, si expugnare vi moliatur, ludo & spectaculo hostium delendum esse exercitum suum: unum solum esse præsidii, si quo modo hostes aqua arceantur. Sed & hoc quoque nisi Cæsar non potuisset: siquidem fons quo ad potum utebantur, medio devexi montis latere fundebatur. Cæsar ad proximum fontis admoveri vineas, turrimque exstrui jubet. Fit magnus illico concursus ex oppido. Quibus sine periculo prœliantibus, Romani quamvis pertinaciter obsisterent crebriusque succederent, complures tamen trucidantur. Igitur exstruitur agger & turris pedum sexaginta, cujus vertex adæquare fontis locum posset; ut vel ex æquo tela conjici queant, vel præcipitata desuper saxorum volumina non timeri. Oppidani autem, ubi exanimari siti non solum pecora sua, verum etiam infirmiores hominum ætates vident; cupas pice, sevo & scandulis repletas, ac deinde immisso igne, in prona præcipitant, easque ipsi toto oppido effusi subsequuntur. Ardentibus machinis, cum grave prœlium suis Cæsar ac periculosum videret, cohortes in circuitu oppidi ire velociter per occultum imperat, atque undique subito vastum clamorem adtollere. Quo facto consternati oppidani, dum recurrere ad muniendum oppidum volunt, ab oppugnatione turris vel demolitione aggeris recesserunt. Illi tamen qui ad incidendas fontis venas sub obtentu aggeris tuti cuniculos perfodiebant, repertos in abstruso aquarum meatus, per multa dividendo tenuari in semet ipsis, consumique fecerunt. Oppidani fonte siccato, ultima desperatione correpti, deditionem sui faciunt. Cæsar autem, omnibus qui arma tulerant, manus sustulit, & vitam reliquit: quo testa-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

tior esset etiam posteris pœna improborum. Multum enim ad coercendam audaciam valet propositum punitionis exemplum, cum ipsa miseri præsens forma viventis, & ad recordationem admonet conscios, & ad sciscitationem cogit ignaros.



CAPUT XII.

Miseriam & calamitatem Galliæ acceptam a Cæsare subjicit quasi sub oculos.

Exhaustis atque edomitis Gallis, securus Cæsar cum legionibus in Italiam rediit, nullos post se Gallorum motus pertimescens; certo se sciens, minime aliquos qui vel moveri audeant, vel si moveantur, timendi sint, reliquisse. Constitui nunc ante oculos velim exsanguem defectamque Galliam, post illas ardentissimas febres internosque æstus vitalium meliora torrentes, ut se se habeat, quanta macie quantoque pallore sit, quam demissa ac resoluta jaceat, quam ipsos quoque necessarii officii motus, ne eumdem incursum malorum revocent, pertimescat. Irruit enim in eam repentino impetu Romanus exercitus, veluti fortissimo corpori fortior lues: quæ tanto gravius accenditur, quanto impatientius toleratur. Sitiebat misera, cum, instante gladio, profiteri sponsionem servitutis æternæ, avulsis insuper obsidibus cogeretur. Sitiebat, ut dixi, notam illam omnibusque suavissimam velut aquæ gelidæ dulcedinem libertatis: quantoque eam magis subtrahi intelligebat, tanto avidius desiderabat. Hinc illa tam frequens contra vetita præsumtio invadebatur, & pro defendenda libertate, inopportuna libertas: præreptaque insatiabiliter potiundi licentia, quod male conceptam perniciem restinguere videbatur, augebat. Hinc Romanus ante pugnam insidiator argutior, hinc in pugna hostis infestior, hinc post pugnam victor immitior, hinc omnia ad domandam impatientiam crudescentia, hinc jam nec remediis credebatur. Itaque si interrogare possem hanc de qua loquimur, nationem: Quid tunc, cum hæc ipsa sustinebat, de illis temporibus judicarit; responderet, ut arbitror, dicens: Sic me illa tunc febris exsanguem reddidit ac frigidam fecit, ut etiam hæc quæ omnes pæne perstrinxit, fervefacere vel commovere nequiverit: atque ita me Romani inclinaverunt, ut nec ad Gothos surgam. Sed ne ipsa quidem Roma clades quas intulit, evitavit. Exercitæ atque diu actæ sunt per totos mundi cardines potentiæ ducum, viresque legionum: quæ in se se concurrentes, ejus damno vincerent, cujus periculo vincerentur. Nam victorem Cæsarem de Gallia reversum, civilia bella comitata sunt; aliaque gravissima mala, interfecti apud Parthos Crassi & trucidati exercitus, præcesserunt.

CAPUT XIII.

De Crassi avaritia, rebus contra Parthos gestis & interitu.

Anno ab Urbe condita DCXCVII. Crassus, in consulatu collega Pompei, provinciam sortitus in Parthos, homo inexplebilis cupiditatis, audita in Hirosolymis templi opulentia quam Pompejus intactam reliquerat, in Palæstinam divertit, Hierosolymam adit, templum pervadit, opes diripit. Inde per Mesopotamiam tendens in Parthiam quacumque iter habuit, sociis civitatibus auxilia indixit, pretia exegit: moxque ut Euphratem

A transiit, illico Vagesem legatum ab Orode rege Parthorum ad se missum, obvium habuit, a quo vehementer increpitus est, quod contra fœdus Luculli & Pompeii, avaritia inductus, Euphratem transierit. Quamobrem sine mora futurum, ut pro auro Parthico Serico ferro oneraretur. Itaque cum prope Carras ventum esset, Parthi subito ingruentes cum Surena & Sillace præfectis, sagittis oppressere Romanos. Cecidere ibi plurimi senatores, aliquot etiam consulares & prætorii viri. Crassus quoque filius Crassi, lectissimus juvenis, in acie occisus est. Præterea quatuor cohortes cum Varguntejo legato, mediis deprehensæ campis & interfectæ sunt. Surenas rapto equitatu Crassum persequi intendit:

B eumque circumventum ac frustra colloquium ejus petentem interfecit, quamvis vivum auferre maluisset. Pauci noctis beneficio liberati, Carras confugerunt. Cognita clade Romanorum, multæ orientis provinciæ a societate vel fide populi Romani defecissent, ni Cassius collectis ex fuga militibus paucis, intumescentem Syriam egregia animi virtute ac moderatione pressisset: qui & Antiochum copiasque ejus ingentes prœlio vicit, & interfecit: Parthos quoque ab Orode in Syriam missos jamque ingressos Antiochiam bello expulit, ducemque eorum Osacen interfecit.

C

CAPUT XIV.

De mutabilitate Romani imperii, prædictorum velut epilogus.

Igitur Romani status agitur semper alterna mutatio, & velut forma oceani maris, quæ omni die dispar, nunc succiduis per septem dies adtollitur incrementis, nunc insequentibus totidem diebus naturali damno & defectu interiore subducitur. Ut enim de proximis ordiar, Cimbris Tigurinisque vincentibus, cum apud Rhodanum flumen Romanus exercitus periit, arctissimas Roma sensit angustias: refusa continuo clade Cimbrorum, magnis elata

D proventibus, priorum oblita defectuum est. Hanc deinde recentissimæ prosperitatis jactantiam Italicum bellum & dilaceratio Syllana castigat. Rursus post hanc domesticam intestinamque perniciem, qua usque ad medullas pæne eviscerata & exesa est, paribus propemodum spatiis temporum non solum reparata, verum etiam extenta est; cum Lucullus Asiam, Pompejus Hispaniam, Cæsar Galliam perdomuit, Romanumque imperium usque ad extremos propemodum terræ terminos propagatum est. Hanc nunc amplissimam dilatationem vastissima ruina consequitur. Apud Parthos enim consul Romanus occiditur exercitusque deletur; atrocissimum illud Pompeii & Cæsaris bellum civile conseritur; & in-

E ter hæc Roma ipsa repentino correpta incendio crematur. Anno siquidem ab Urbe condita DCC. incertum unde concretus, plurimam Urbis partem ignis invasit; neque umquam antea tanto incendio correptam ac vastatam civitatem ferunt. Nam quatuordecim vicos cum vico jugario consumtos fuisse memoriæ proditum est. Hinc jam bellum civile committitur, quod magnis jam dudum dissensionibus ac molitionibus parabatur.

CAPUT XV.

De bello civili quod cruentissimum Cæsar & Pompejus gesserunt.

NAm rediens Cæsar victor ex Gallia, decerni sibi absenti alterum consulatum poposcit. Contradictum est a Marcello consule, adnitente Pompejo: deinde decretum est a senatu, ut in Urbem Cæsar non nisi dimisso exercitu veniret, & ex Marcelli consulis auctoritate ad legiones quæ apud Luceriam erant, Pompejus cum imperio missus est. Cæsar Ravennam se se contulit. M. Antonius & Q. Cassius tribuni plebis pro Cæsare intercedentes, interdicente Lentulo consule, curia foroque prohibiti ad Cæsarem profecti sunt, Curione simul Cælioque comitantibus. Cæsar, Rubicone flumine transmeato, mox ut Ariminum venit, quinque cohortes quas tunc solas habebat, cum quibus (ut ait Livius) orbem terrarum adortus est, quid facto opus esset, edocuit. Deplorans injurias suas, caussam belli civilis, pro restituendis in patriam tribunis, esse testatus est. Inde per Antonium septem cohortes quæ apud Sulmonem morabantur, a Lucretio recepit; tres legiones quæ cum Domitio apud Corfinium morabantur, ad partes suas traduxit. Pompejus atque omnis senatus, crescentibus Cæsaris viribus, trepidi tamquam Italia pulsi, in Græciam transvecti, Dyrracchium gerendi belli sedem delegerunt. Cæsar Romam venit, negatamque sibi ex ærario pecuniam, fractis foribus invadit, protulitque ex eo auri pondo quatuor mille centum triginta quinque, argenti pondo prope nongenta millia. Inde digressus Ariminum ad legiones, mox Alpes transvectus, Massiliam venit, ad quam oppugnandam, cum receptus non esset, Tribonium cum tribus legionibus relinquens, ad Hispanias contendit, quas L. Afranius, & M. Petrejus, & M. Varro, Pompejani duces, cum legionibus obtinebant. Ibi multis prœliis Petrejum Afraniumque superatos, composita pactione, dimisit. In ulteriore vero Hispania duas legiones a M. Varrone suscepit. Similiter & duces ejus, hoc est, Curio Catonem Sicilia expulit, Valerius Cottam Sardinia, Tuberonem Africa Varus ejecit. Cæsar Massiliam rediens, obsidione domitam, vita tantum & libertate concessa, ceteris rebus abrasit. At vero Dolabella partium Cæsaris, in Illyrico per Octavium & Libonem victus copiisque exutus, ad Antonium fugit. Basillus & Sallustius per singulas legiones quibus præerant, similiter & Antonius, Hortensius quoque ab infimo mari cum classe concurrens, omnes pariter adversus Octavium & Libonem profecti & victi sunt. Antonius cum se Octavio cum quindecim cohortibus dedisset, omnes ad Pompejum a Libone deducti sunt. Curio ex Sicilia in Africam cum exercitu transgressus est: quem Juba rex continuo exceptum cum omnibus copiis trucidavit. Octavius Salonas oppugnare conatus, omnes pæne copias quas duxit amisit. Cœlius descivit a Cæsare, ac se Miloni exsuli junxit. Cumque ambo servorum manu Capuam oppugnare molirentur, occisi sunt. Bibulus apud Corcyram pudore victus, quod custodiæ ejus quam pelago & oppido prætendebat, hostis illuserat, inedia se se vigiliisque confecit. Appius Claudius Censorinus qui jussu Pompeii Græciam tuebatur, jam abolitam Pythici oraculi fidem voluit experiri: quippe ab eo adacta vates descendere in specum, respondisse fertur de bello consulenti: *Nihil ad te hoc Romane bellum pertinet, Eubœæ cœla obtinebis.* Cœla autem vocant Euboicum sinum. Ita Appius

A perplexa incertus forte discessit. Admonet nos aliquid obtrectatoribus nostris consultor iste consulere. Queruntur utique fide Christianorum sibi sacra interdicta cærimoniasque sublatas, & ob hoc maxime, quod extis vaticiniisque cessantibus futuræ clades, quia sciri nequeunt, non vitantur. Cur ergo longe ante imperium Cæsaris nativitatemque Christi, sicut ipsorum auctores adtestantur, abolita fuerat Pythici oraculi fides? Abolita autem ideo, quia contemta. Porro autem quare contemta, nisi quia vel falsa, vel vana, vel dubia? unde prudenter poeta præmonuit,

Inconsulti abeunt, sedemque odere Sibyllæ.

B Et ne forte parvi id pendant, quod contemtu abolitum atque antiquatum fuit, hoc est, aut numen aut sedem; Apollo ille Pythius erat, quem ferunt magno illo Pythone serpente interfecto, totius vaticinationis auctore & principe, heredem & sedis & divinationis & numinis exstitisse: ibique eum reddere elegisse responsa, ubi orta cum auctore ipsa divinatio videbatur: præterea quem per alias quoque terrarum partes spumantibus buccis, rabidoque discursu omnis furiatorum ructat insania, ad quem plurimi terrarum reges, quasi ad vivam vocem consulti numinis concurrerunt, cui sæpissime ipsi quoque Romani opulentissima dona miserunt. At si Apollo iste Pythius paullatim discernente experien- C tia contemtus, relictus atque abolitus est; quid vivum de mortua pecude, quid verum de amente muliercula sperari potest? Quid postremo,

Inflavit cum pinguis ebur Tyrrhenus ad aras,

expositis opimæ pecudis intestinis, non finget esuriens? Nam sicut ipsi fatentur, vel obscura vel falsa dicendo, ipse Apollo seducit. Quamobrem æquo animo ferant, etsi imitari interim nolunt, nos id veritatis judicio etiam prohibere, quod potuerunt majores eorum vel experiendo contemnere.

Interea apud Dyrrachium multi orientis reges ad Pompejum cum auxiliis convenerunt. Quo cum Cæsar D venisset, Pompejum obsidione frustra cinxit: ipse terram quindecim millium passuum fossa præstruens, cum illi maria paterent, Pompejus castellum quoddam propinquum mari quod Marcellinus tuebatur, evertit, præsidiaque Cæsaris quæ ibidem morabantur occidit. Cæsar Torquatum legionemque unam, ut expugnaret, adgressus est. Hoc periculo sociorum Pompejus cognito, omnes eo copias contraxit: in quem se illico Cæsar omissa obsidione convertit. Torquatus autem e vestigio prorumpens, aversum insecutus est. Ita Cæsaris milites ancipiti periculo territi, ipso Cæsare frustra obsistente, fugerunt. Pompejus vero Cæsaris quoque testimonio victor, persequentem revocavit exercitum. Quatuor millia militum Cæsa- E ris, centuriones viginti duo, equitesque Romani complures in eo prœlio cæsi sunt. Cæsar inde citato agmine per Epirum in Thessaliam perrexit. Pompejus cum maximis copiis secutus: bellumque commissum est. Itaque instruitur utrimque acies. Pompejus octoginta & octo cohortes triplici ordine locavit. Fuerunt autem peditum quadraginta millia, equites in sinistro cornu sexcenti, in dextro quingenti, præterea reges multi, senatores, equitesque Romani plurimi, absque levium armaturarum magna copia. Cæsar similiter octoginta cohortes triplici ordine disposuit, cui fuerunt non minus quam triginta millia peditum; equites mille. Videre ibi & gemere erat, contractas Romanorum vires in campis Pharsalicis ad occisionem mutuam constitis-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



se: quas si concordia rexisset, nulli populi, nulli reges ferre potuissent. Prima congressione equitatus Pompeii pulsus, sinistra latera nudavit. Deinde cum diu utrimque dubia sorte cæderentur, atque ex alia parte Pompejus inter hortandum diceret, Parce civibus, nec tamen faceret; ex alia vero Cæsar hoc faceret quod urgeret, dicens, Miles, faciem feri: tandem universus Pompeii fugit exercitus, castraque direpta sunt. Cæsa sunt in eo prœlio Pompejanorum quindecim millia, centuriones triginta & tres. Hic exitus pugnæ ad Palæopharsalum fuit: Pompejus fugiens, in ostio Penei amnis onerariam navem nactus, in Asiam transiit. Inde per Cyprum in Ægyptum venit: ibique mox ut litus attigit, jussu Ptolemæi adolescentis, in gratiam Cæsaris victoris occisus est. Pompeii uxor filiique fugerunt: Cetera Pompejana classis direpta est, omnibus qui in ea erant crudelissime trucidatis: ibique & Pompejus Bithynicus occisus est. Lentulus vero, vir consularis, apud Pelusium interfectus est. Cæsar, compositis apud Thessaliam rebus, Alexandriam venit, perlatoque ad se ac viso Pompeii capite annuloque, flevit: Cumque se in regiam recepisset, eludebatur a tutoribus, quo minus pecuniam acciperet, templa sua astu spoliantibus, ut & regios thesauros vacuos esse ostenderent, & in invidiam Cæsaris populum concitarent. Præterea Achillas dux regius, imbutus semel Pompeii sanguine, Cæsaris quoque necem meditabatur. Nam jussus exercitum dimittere cui præerat, viginti millium armatorum, non modo sprevit imperium, verum & aciem direxit. In ipso prœlio regia classis forte subducta, jubetur incendi. Ea flamma cum partem quoque urbis invasisset, quadringenta millia librorum, proximis forte ædibus condita, exussit; singulare profecto monimentum studii curæque majorum, qui tot tantaque illustrium ingeniorum opera congesserant. Unde quamlibet hodieque in templis exstent, quæ & nos vidimus, armaria librorum: quibus direptis, exinanita ea a nostris hominibus, nostris temporibus memorent; quod quidem verum est: tamen honestius creditur, alios libros fuisse quæsitos, qui pristinas studiorum curas æmularentur, quam aliam ullam tunc fuisse bibliothecam, quæ extra quadringenta millia librorum fuisse, ac per hoc evasisse credatur. Cæsar postea insulam ubi Pharus est, cepit. Eo Achillas cum Gabinianis militibus venit. Ingens pugna commissa est: magna ibi Cæsarianorum militum multitudo cecidit: omnes etiam interfectores Pompeii interfecti sunt: Cæsar vi insistentium hostium pressus, scapham adscendit: qua mox pondere subsequentium gravata ac mersa, per CC. passus ad navem una manu elevata qua chartas tenebat, natando pervenit; mox navali certamine pulsatus, magna felicitate classem regiam aut depressit aut cepit.

CAPUT XVI.

Cæsar Alexandrinis regem reddit: Alexandrinos subigit, civesque multos cædit.

ALexandrinis petentibus regem reddidit, monitum, ut magis amicitiam Romanam, quam arma experiri studeret. Qui tamen illico ut liber fuit, bellum intulit, sed continuo cum toto exercitu suo & ipse deletus est. Nam viginti millia hominum in eo bello cæsa referuntur, duodecim millia cum septuaginta longis navibus dedita, quingenti ex victoribus cecidisse dicuntur. Rex ipse adolescens scapha exceptus ut fugeret, multis insilientibus mersus necatusque est. Corpus ejus ad litus devolutum, indicio loricæ aureæ cognitum fuit. Qua Cæsar Alexandriam præmissa, Alexandrinos omnes ad deditionem desperatione compulit, regnumque Ægypti Cleopatræ dedit. Inde Syriam pervagatus, Pharnacem in Ponto vicit. Postea vero quam Romam venit, dictator & consul creatus, in Africam transiit, & apud Thapsum cum Juba & Scipione pugnavit, maximamque ibi hominum multitudinem interfecit. Castra utriusque direpta sunt, sexaginta elephanti capti. Cato se se apud Uticam occidit. Juba percussori jugulum pretio dato præbuit. Petrejus eodem se gladio perfodit. Scipio in navi qua ad Hispanias fugere contendens vento coactus in Africam redierat, semet ipse jugulavit. In eadem navi etiam T. Torquatus occisus est. Cæsar Pompeii magni nepotes filiamque Pompejam, simulque cum his Faustum Syllam & Afranium & Petrejum filium jussit occidi. Inde quatuor triumphis Urbem ingressus, disposito recuperatæ reipublicæ statu, continuo in Hispanias contra Pompejos Pompeii filios profectus, septimo decimo quam egressus ab Urbe fuerat die, Saguntum pervenit, statimque adversus Pompejos duos & Labienum atque Attium Varum, multa bella & varia sorte gessit. Ultimum bellum apud Mundam urbem gestum est, ubi tantis est viribus dimicatum, tantaque cædes acta, ut Cæsar quoque, veteranis etiam suis cedere non erubescentibus, cum cædi cogique aciem suam cerneret, prævenire morte futurum victi dedecus cogitarit; cum subito versus in fugam Pompejorum cessit exercitus. Et quidem eo die hoc bellum actum est, quo Pompejus pater ab Urbe bellum gesturus aufugerat, quatuorque annis hoc civile bellum indesinenter toto orbe tonuit. T. Labienus & Attius Varus in acie cæsi sunt. Sex. Pompejus cum centesimo equite aufugit. Frater ejus Cn. Pompejus contracta celeriter non parva Lusitanorum manu, cum Cæsonio congressus & victus fugiensque interfectus est. Munda civitas cum immensa hominum cæde, Cæsare oppugnante, vix capta est.

CAPUT XVII.

De Cæsaris interitu, & ob eum tumultibus & bellis.

CÆsar Romam rediit: ubi dum reipublicæ statum contra exempla majorum clementer instaurat, auctoribus Bruto & Cassio, conscio etiam plurimo senatu, in curia viginti & tribus vulneribus confossus interiit. In qua conjuratione fuisse amplius sexaginta conscios ferunt. Duo Bruti & Cajus Cassius aliique socii, strictis pugionibus in Capitolium secesserunt. Diu deliberatum est, utrum Capitolium cum auctoribus cædis oporteret incendi. Corpus ejus raptum populus, dolore instimulatus, in foro fragmentis tribunalium ac subselliorum cremavit. Percensuit latitudinem regni sui Roma cladibus suis, atque in suam conversa cædem, singulas quasque gentes ibidem, ubi domuit, vindicavit. Asiæ, Europæ atque Africæ, non dico tribus mundi partibus, sed totis trium partium angulis, edidit gladiatores suos: feriatisque inimicis spectaculum miseræ ultionis ingessit. Nec tamen sufficit ipsas quoque cum auctoribus caussas fuisse consumtas: recidiva semina in eodem agro germinant, magna continuo metentibus malorum incrementa cum magno sudore factura: victor civilis belli a civibus Cæsar occiditur: in cædem unius trahuntur agmina consciorum. Certum enim erat, quia Cæsar indigne peremtus, plures habere posset ultores. Plurimaque

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

nobilitas una simul catena sceleris copulatur, ne forte tanta malorum materia non belli magnitudine suppleatur, sed vindictæ brevitate tenuetur. Medeam illam fabulæ ferunt dentes quondam occisi sevisse serpentis, e quibus quasi competens semini seges, armati homines terra emerserint, se seque mox invicem pugnando prostraverint. Et quidem hoc poetarum commenta finxerunt: nostra autem Roma, Cæsare occiso, quanta de cineribus ejus agmina armata parturiit? Quanta bella in testimonium miseræ fœcunditatis non legenda pueris, sed spectanda populis excitavit? & tamen horum omnium malorum initium superbia est. Inde exarserunt bella civilia, inde iterum pullularunt. Non ergo injusta cædes est eorum, qui eam injuste consectantur, si ambitionis æmulatio per ipsos atque in ipsis & agitur & punitur, donec qui detrectavere collegium, discant ferre dominatum: summaque imperii totius ad unum redacta, longe aliud omnes homines vivendi genus subeant, ut omnes humiliter placere studeant, non insolenter offendere. Sed ad tam salubrem humilitatis doctrinam magistro opus est. Itaque, opportune compositis rebus, Augusti Cæsaris temporibus natus est Dominus Christus: [a] qui cum in forma Dei esset, formam servi humiliter adsumsit: ut tunc demum aptior fieret humilitatis institutio, quando jam per totum mundum pœna superbiæ omnibus esset exemplo.

CAPUT XVIII.


De Cæsare Octaviano Augusto, rebusque per eum gestis.

Anno ab Urbe condita DCCX. interfecto Julio Cæsare, Octavianus qui testamento Julii Cæsaris avunculi & hereditatem & nomen adsumserat, idemque qui postea rerum potitus Augustus est dictus, simul ut Romam adolescens admodum venit, indolem suam bellis civilibus vovit. Nam, ut breviter coacervationem malorum explicem, bella civilia quinque gessit: Mutinense, Philippense, Perusinum, Siculum, Actiacum: e quibus duo, hoc est, primum & novissimum, adversus Marcum Antonium, secundum adversus Brutum & Cassium, tertium adversus L. Antonium, quartum adversus Sex. Pompejum Cnei Pompeii filium confecit. Antonius a senatu hostis pronuntiatus, D. Brutum ad Mutinam obsidione concluserat. Consules Hirtius & Pansa, & cum his Cæsar, ad liberandum Brutum expugnandumque Antonium missi. Pansa primo veniens, exceptus insidiis, inter suorum clades ipse quoque pilo graviter vulneratus, ab eodem vulnere interpositis diebus est mortuus. Hirtius, auxilium collegæ ferens, magnas Antonii copias vasta strage delevit. Cæsar eatenus castra custodiit. Secunda adversus Antonium pugna magnæ utrimque strages actæ sunt. Namque tunc ibi Hirtius consul occisus est, victus fugit Antonius, Cæsar victoria potitus est; cui D. Brutus de conjuratione occisi Julii Cæsaris confessus, preces pœnitentiæ fudit: Dolabella Trebonium, unum ex interfectoribus Cæsaris, Smyrnæ interfecit. Dolabellam senatus hostem pronuntiavit. Consulum occisorum uterque exercitus Cæsari paruit. Postea D. Brutus in Gallia a Sequanis captus & occisus est. Basillus autem, æque unus de percussoribus, manu servorum necatus est. Lepido satis agente, Cæsar Antonium recepit in gratiam: atque ob fidem reconciliatæ gratiæ, filiam ejus matrimonio sortitus est. Inde cum ad Urbem accessissent, ac rumor de futura proscriptione ortus esset; C. Thoranius vir prætorius nihil tale metuens, incursu militum domi suæ interfectus est,

A aliique complures trucidati sunt. Itaque, ne latius atque effrenatius incircumscripta cædes ageretur, centum triginta & duum senatorum nomina in tabula proposita sunt, primum Lepidi præcepto & nomine, deinde Antonii, tertio Cæsaris. Ibi Antonius Tullium Ciceronem inimicum suum, ibi L. Cæsarem avunculum suum, & (quod exaggerando sceleri accessit) viva matre proscripserat; ibi Lepidus L. Paullum fratrem suum in eumdem proscriptorum gregem conjecerat. Adjecti sunt postea ad numerum proscriptorum triginta equites Romani. Multæ diu & variæ cædes actæ: domus proscriptorum, direptis omnibus, dirutæ sunt. At Dolabella in Syria multa cum Cassio bella gessit, a B quo victus ipse se interfecit. Brutus & Cassius magnis exercitibus comparatis apud Athenas convenerunt, totamque Græciam depopulati sunt. Rhodios Cassius terra marique oppugnatos ad deditionem coegit, quibus præter vitam nihil reliquit. Igitur Cæsar & Antonius eosdem in Macedoniam magnis bellorum adparatibus persecuti, ad mortem compulerunt: quamvis manifestissime illa tunc pugna non virtute partis Antonii, sed Cæsaris felicitate confecta sit. Cæsar enim tunc æger, cum se in castris capiendæ quietis caussa tenere statuisset, hortatu & precibus medici sui, qui per somnium admonitum se se fatebatur, ut ea die castris Cæsarem salutis ipsius caussa educeret, in campum ægre in- C ter copias egressus est, ac mox castra ejus ab hostibus capta sunt: sed rursus Cæsariani milites Cassii castra ceperunt. Quare ad desperationem adacti Brutus & Cassius, immaturam sibi mortem ante belli terminum consciverunt. Nam invitatis percussoribus, Cassius caput, Brutus latus præbuit. At Romæ Fulvia uxor Antonii, socrus Cæsaris, dominatum ut mulier agitabat: incertum in hac mutatione consularis regiique fastigii, utrum deficientis potentiæ ultima, an incipientis prima numeranda; certe etiam in eos insolens, per quos ut insolesceret, agebatur. Nam & Cæsarem reversum apud Brundusium contumeliis, factionibus insidiisque petiit. A quo propulsata ad Antonium con- D cessit in Græciam. Sex. Pompejus, postquam se in proscriptorum numerum relatum comperit, conversus in latrocinia, omnem oram Italiæ cædibus rapinisque vastavit. Sicilia prærepta, commeatibusque impeditis, Romam fame adfecit. Mox cum eo pacem triumviri, ut non dicam tyranni, id est, Lepidus, Cæsar Antoniusque fecerunt. Sed continuo cum contra pactum Pompejus fugitivos adlegeret, ut hostis habitus est. Mena libertus Pompeii, cum sexaginta navium classe ad Cæsarem defecit, eidemque classi ipse jussu Cæsaris præfuit. Idemque continuo cum Statilio Tauro adversus Menecratem Pompejanum cruentissimum bellum navale confecit: sed continuo victricem clas- E sem pæne universam apud Scyllaceum naufragio amisit. Ventidius Persas & Parthos in Syriam irrumpentes tribus bellis maximis fudit, regemque eorum Pacorum in acie interfecit, ea scilicet die qua Crassus a Parthis fuerat occisus. Antonius, uno vix castello expugnato, pacem cum Antiocho fecit, ut ipse tantam rem consummasse videretur. Ventidium Syriæ præfecit, jussitque ut Antigono bellum inferret: qui Judæos tum forte debellaverat, captisque Hierosolymis templum spoliaverat, regnumque Herodi demserat: quem continuo victum in deditionem recepit. Mena libertus cum sex navibus ad Pompejum rediit, a quo clementer receptus, Cæsaris classem incendit, quamvis nu-

[a] Philipp. II. 6. 7.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.




per Cæsar alteram secundo naufragio perdidisset. Idemque Mena postea ab Agrippa navali prœlio circumventus, cum sex triremibus ad Cæsarem transiit. Sed hunc Cæsar tertio transfugam, indulta tantum vita, segnem reliquit. Deinde Agrippa inter Mylas & Liparas adversus Democharem & Pompejum navale prœlium gessit, ac vicit; ibique tunc naves triginta aut demersit, aut cepit, reliquis laceratis. Pompejus Messanam confugit. Cæsar interea Taurominium trajecerat, quem repentino impetu Pompejus adflixit. Unde multis demersis navibus suis, ac magna multitudine suorum militum perdita, in Italiam Cæsar aufugit, nec interveniente mora, in Siciliam rediit: ibique Lepidum ex Africa adventantem obvium habuit, summas sibi partes terrore, minis ac superbia vendicantem. Post dies paucos Agrippa jussu Cæsaris a litore cum acie instructa prospectantis, atrocissimo navali prœlio adversus Pompejum conflixit & vicit. Nam centum sexaginta tres naves aut demersit aut cepit. Pompejus cum decem & septem navibus vix elapsus evasit. Lepidus magna viginti legionum insolentia tumens, cum Messanam militibus permissam diripuisset, ipsum Cæsarem ad se venientem semel atque iterum sprevit, ac potius telis appeti jussit: quæ ille, collecta in lævum brachium lacerna, repellendo vitavit. Mox immisso equo ad suos reversus, instructo exercitu adversus Lepidum veniens, plurimas legiones Lepidi, paucis interfectis, transire in suam partem compulit. Lepidus tandem intelligens, quo vanitas sua tenderet, deposito paludamento assumtaque veste pulla, supplex Cæsari factus vitam & bona impetravit, perpetuo quidem emendatus exsilio. Taurus, Cæsaris præfectus, totam pæne Siciliam ferro pertentatam conterritamque in fidem recepit. Quadraginta quatuor legiones sub unius tunc imperio Cæsaris erant: milites, multitudine ferociores, quosdam pro accipiendis agris tumultus excitaverunt. Sed Cæsar, animo ingens, viginti millia militum exauctoravit, triginta millia servorum dominis restituit, sex millia quorum domini non exstabant, in crucem egit. Ovans Urbem ingressus, ut in perpetuum tribunitiæ potestatis esset, a senatu decretum est. His diebus trans Tiberim e taberna meritoria fons olei terra exundavit, ac per totum diem largissimo rivo fluxit.

CAPUT XIX.

De rebus ab Antonio gestis, & bello Actiaco.

Antonius vero, postquam Araxem transmisit, omnibus undique malis circumventus, vix tandem Antiochiam cum paucis rediit. Nam cum multitudine equitum & sagittarum ab omnibus prœliis quæ plura tentavit, victus semper effugeret; tum præterea incertis & ignotis regionis locis impeditus, gravissima fame ad nefandos cibos coactus est, plurimique militum se se hostibus dediderunt. Inde in Græciam transiit, jussitque Pompejum qui victus a Cæsare exercitum bellumque reparabat, cum paucis ad se venire. Pompejus fugiens, a Titio & Furnio, Antonianis ducibus, sæpe terrestri navalique bello victus & captus, ac post paullulum interfectus est. Cæsar Illyricum, Pannoniam partemque Italiæ bellis subegit & domuit: Antonius Artabanem Armeniæ regem proditione & dolo cepit; quem argentea catena vinctum ad confessionem thesaurorum regiorum coegit. Expugnatoque oppido in quo conditos esse prodiderat, magnam vim auri argentique abstulit. Qua elatus pecunia, denuntiari bellum Cæsari, atque Octaviæ sorori Cæsaris, uxori suæ, repudium indici jussit, & Cleopatram sibi ex Alexandria occurrere imperavit. Ipse Actium ubi classem constituerat, profectus, cum prope tertiam partem remigum fame absumtam offendisset, nihil motus: Remi, inquit, modo salvi sint; nam remiges non deerunt, quoad Græcia homines habuerit. Cæsar ducentis triginta rostratis navibus a Brundusio in Epirum profectus est. Agrippa vero præmissus a Cæsare, multas onerarias naves frumento atque armis graves, ab Ægypto, Syria Asiaque ad subsidium Antonio venientes cepit; peragratoque Peloponnensium sinu, Methonam urbem validissimo Antoniano præsidio munitam expugnavit. Inde Corcyram cepit: fugientes navali prœlio persecutus profligavit; multisque rebus cruentissime gestis, ad Cæsarem venit. Antonius defectu & fame militum suorum permotus bellum maturare instituit, ac repente instructis copiis ad Cæsaris castra processit, & victus est. Tertio post pugnam die, Antonius castra ad Actium transtulit, navali prœlio decernere paratus. Ducentæ & triginta rostratæ fuere Cæsaris naves, & triginta sine rostris, triremes velocitate liburnicis pares, & octo legiones classi superpositæ, absque cohortibus quinque prætoriis. Classis Antonii centum septuaginta navium fuit, quantum numero cedens, tantum magnitudine præcellens. Nam decem pedum altitudine a mari aberant. Famosum & magnum hoc bellum apud Actium fuit. Ab hora quinta usque in horam septimam, incerta vincendi spe, gravissimæ utrimque cædes actæ: reliquum diei cum subsequente nocte in victoriam Cæsaris declinavit. Prior regina Cleopatra cum sexaginta velocissimis navibus fugit; Antonius quoque, detracto insigni prætoriæ navis, fugientem secutus est uxorem. Illucescente jam die victoriam Cæsar consummavit. Ex victis duodecim millia cecidisse referuntur, sex millia vulnerata sunt, e quibus mille inter curandum defecerunt. Antonius & Cleopatra communes liberos cum parte regiæ gazæ ad rubrum mare præmittendos censuerunt. Ipsi præsidiis circa duo Ægypti cornua, Pelusium Parætoniumque, dispositis, classem & copias instaurando bello paraverunt. Cæsar sextum imperator appellatus, & quartum ipse cum M. Licinio Crasso consul, Brundusium venit, ibique orbis terrarum præsidia, divisis legionibus, composuit. Inde in Syriam profectus, mox Pelusium adiit; ubi ab Antonianis præsidiis ultro susceptus est. Interea Cornelius Gallus, præmissus a Cæsare, quatuor legiones quas Antonius apud Cyrenas præsidii loco constituerat, suscepit in fidem: atque inde Parætonium, primam Ægypti a Lybiæ parte civitatem, victo cepit Antonio, ipsumque continuo apud Pharum vicit: Antonius equestre adversus Cæsarem bellum iniit; in eo quoque miserabiliter victus aufugit. Kalendis Sextilibus prima luce Antonius cum ad instruendam classem in portum descenderet, subito universæ naves ad Cæsarem transierunt. Cumque unico præsidio spoliatus esset, trepidus se cum paucis recepit in regiam. Deinde imminente Cæsare turbataque civitate, idem Antonius se se ferro transverberavit, ac semianimis ad Cleopatram in monumentum in quod se illa mori certa condiderat, perlatus est. Cleopatra postquam se ad triumphum servari intellexit, voluntariam mortem petens, serpentis (ut putatur) morsu in sinistro tacta brachio, exanimis inventa est, frustra Cæsare etiam Psyllos admovente, qui venena serpentum e vulneribus hominum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



haustu revocare atque exsugere solent. Cæsar Alexandria, urbe omnium longe opulentissima & maxima, victor potitus est. Nam & Roma in tantum opibus ejus aucta est, ut propter abundantiam pecuniarum, duplicia, quam usque ad id fuerant, possessionum aliarumque rerum venalium pretia statuerentur. Occisi sunt jussu Cæsaris major Antonii filius & P. Canidius, infestissimus quidem semper Cæsari, sed & Antonio infidus; & Cassius Parmensis, ultima violati patris Cæsaris victima; & Q. Ovinius ob eam maxime notam, quod obscenissime lanificio textrinoque reginæ senator populi Romani præesse non erubuerat. Dehinc Cæsar pedestribus copiis in Syriam venit, deinde in Asiam ad hiberna concessit, ac post per Græciam Brundusium pervectus est.

CAPUT XX.

De triumpho Cæsaris & nomine Augusti, monarchia Romana & Epiphaniis nostris: deinde fontis olei explicatio.

ANno ab Urbe condita DCCXXV. ipso imperatore Cæsare Augusto quinquies & L. Apulejo consulibus, Cæsar victor ab oriente rediens, octavo Idus Januarias Urbem triplici triumpho ingressus est: ac tum primum ipse Jani portas, sopitis finitisque omnibus bellis civilibus, clausit. Hoc die primum Augustus consalutatus est. Quod nomen cunctis antea inviolatum, & usque ad nunc ceteris inausum dominis, tantum orbis licite usurpatum, apicem declarat imperii: atque ex eodem die summa rerum ac potestatum penes unum esse cepit & mansit, quod Græci monarchiam vocant. Porro autem hunc esse eumdem diem, hoc est, octavum idus Januarias, quo nos Epiphania, hoc est, apparitionem sive manifestationem dominici sacramenti observamus, nemo credentium sive etiam fidei contradicentium nescit. De quo nostræ istius fidelissimæ observationis sacramento uberius nunc dicere, nec ratio nec locus flagitat: ut & quærentibus reservasse, & negligentibus non ingessisse videamur. Hoc autem fideliter commemorasse ideo par fuit, ut per omnia venturi Christi gratia præparatum Cæsaris imperium comprobetur. Nam cum primum, Cajo Cæsare avunculo suo interfecto, ex Apollonia rediens Urbem ingrederetur, hora circiter tertia repente, liquido ac puro sereno circulus ad speciem cælestis arcus orbem solis ambiit, quasi eum unum ac potentissimum in hoc mundo solumque clarissimum in orbe monstraret, cujus tempore venturus esset, qui ipsum solem solus mundumque totum & fecisset & regeret. Deinde cum secundo, in Sicilia receptis a Pompejo & Lepido legionibus, triginta millia servorum dominis restituisset, & quadraginta quatuor legiones solus imperio suo ad tutamen orbis terrarum distribuisset, ovansque Urbem ingressus omnia superiora populi Romani debita donanda, litterarum etiam monumentis abolitis, censuisset; in diebus ipsius fons olei largissimus, sicut superius expressi, de taberna meritoria per totum diem fluxit: Quo signo quid evidentius, quam in diebus Cæsaris toto orbe regnantis futura Christi nativitas declarata est? Christus enim lingua gentis ejus in qua natus est, Unctus interpretatur. Itaque cum eo tempore quo Cæsari perpetua tribunitia potestas decreta est, Romæ fons olei per totum diem fluxit: sub principatu Cæsaris Romanoque imperio per totum diem, hoc est, per omne Romani tempus imperii, Christum & ex eo Chri- A stianos, id est, Unctum atque ex eo unctos, de meritoria taberna, hoc est, de hospita largaque ecclesia affluenter atque incessabiliter processuros, restituendosque per Cæsarem omnes servos, qui tamen cognoscerent Dominum suum, ceterosque qui sine domino invenirentur, morti supplicioque dedendos, remittendaque sub Cæsare debita peccatorum in ea Urbe in qua spontaneum fluxisset oleum, evidentissima his qui prophetarum voces non audiebant, signa in cælo & in terra prodigia prodiderunt. Tertio autem, cum Urbem triumphans quintum consul ingressus est, eo scilicet die quem supra nominavimus, cum & Janum post ducentos annos primum ipse clausit, & clarissimum illud Augusti nomen B adsumsit, quid fidelius ac verius credi aut cognosci potest, concurrentibus ad tantam manifestationem, pace, nomine, die, quam hunc occulto quidem gestorum ordine, ad obsequium præparationis ejus prædestinatum fuisse, qui eo die quo ille manifestandus mundo post paullulum erat, & pacis signum prætulit, & potestatis nomen adsumsit? Quid autem in quarto reditu, cum finito Cantabrico bello, pacatisque omnibus gentibus, Cæsar Urbem repetiit, ad contestationem fidei quam expromimus, actum sit, ipso ordine melius proferetur.

CAPUT XXI.

C *Cæsar quomodo Hispanias ingressus, Cantabros Asturesque vicerit. Drusus quos in Germania subegerit, & Cossus in Africa: deque Tiberii, Quintilii Vari & Agrippæ gestis.*

ANno ab Urbe condita DCCXXVI. imperatore Augusto Cæsare sexies & bis M. Agrippa consulibus, Cæsar parum in Hispania per ducentos annos actum intelligens, si Cantabros atque Astures, duas fortissimas Hispaniæ gentes, suis uti legibus sineret, aperuit Jani portas, atque in Hispanias ipse cum exercitu profectus est. Cantabri & Astures Gallecię provinciæ portio sunt, qua extentum Pyrenæi jugum haud procul secundo oceano D sub septemtrione deducitur. Hi non solum propriam libertatem tueri parati, verum etiam finitimorum præripere ausi, Vaccæos & Turmodigos & Autrigonas assiduis eruptionibus populabantur. Igitur Cæsar apud Segisamam castra posuit, tribus agminibus totam pæne amplexus Cantabriam. Diu fatigato frustra atque in periculum sæpe deducto exercitu, tandem ab Aquitanico sinu per oceanum incautis hostibus admoveri classem atque exponi copias jubet. Tunc demum Cantabri sub mœnibus Belgicæ maximo congressi bello & victi, in Vinnium montem natura tutissimum confugerunt, ubi obsidionis fame ad extremum pæne consumti sunt. Aracillum deinde oppidum magna vi ac diu repugnans E postremo captum ac dirutum est. Præterea ulteriores Gallecię partes quæ montibus silvisque consitæ oceano terminantur, Antistius & Firmius legati magnis gravibusque bellis perdomuerunt. Nam & Medullium montem Minio flumini imminentem in quo se magna multitudo hominum tuebatur, per quindecim millia passuum fossa circumseptum obsidione cinxerunt. Itaque ubi se gens hominum trux natura & ferox, neque tolerandæ obsidioni sufficientem, neque suscipiendo bello parem intelligit, ad voluntariam mortem servitutis timore concurrit. Nam se pæne omnes certatim igne, ferro ac veneno necaverunt. Astures vero positis castris apud Asturam flumen, Romanos, nisi proditi præventique essent, magnis consiliis viribusque oppressissent.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

A Tres legatos cum legionibus suis in tria castra divisos, tribus æque agminibus obruere repente moliti, suorum proditione detecti sunt. Hos postea Carisius bello exceptos, non parva etiam Romanorum clade superavit. Pars eorum prœlio elapsa Lanciam confugit. Cumque milites circumdatam urbem incendio adoriri pararent, dux Carisius & a suis cessationem impetravit incendii, & a barbaris voluntatem deditionis exegit. Studiose enim nitebatur integram atque incolumem civitatem victoriæ suæ testem relinquere. Cantabricæ victoriæ hunc honorem Cæsar detulit, ut tunc quoque belli portas claustro cohiberi juberet. Ita tunc secundo per Cæsarem, quarto post Urbem conditam clausus est Janus.
B Post hoc Claudius Drusus privignus Cæsaris, Galliam Rhetiamque fortitus, maximas fortissimasque gentes Germaniæ armis subegit. Nam tunc, veluti ad constitutum pacis diem festinarent, ita omnes ad experientiam belli decisionemve fœderis undatim gentes commovebantur: aut suscepturæ conditiones pacis, si vincerentur, aut usuræ quieta libertate si vincerent. Norici, Illyrii, Pannonii, Dalmatæ, Mœsi, Thraces, Daci, Sarmatæ, plurimique & maximi Germaniæ populi, per diversos duces vel superati vel repressi, vel etiam objectu maximorum fluminum, Rheni Danubiique, seclusi sunt. Drusus in Germania primo Usipetes, deinde Tencteros & Cattos perdomuit. Marcomannos pæne ad internecionem cæcidit.
C Postea fortissimas nationes, & quibus natura vires, consuetudo experientiam virium dabat, Cheruscos, Suevos & Sicambros pariter uno bello, sed etiam suis aspero, superavit. Quorum ex eo considerari virtus ac feritas potest, quod mulieres quoque eorum, si quando præventu Romanornm inter plaustra sua concludebantur, deficientibus telis, vel qualibet re qua velut telo uti furor possit, parvos filios collisos humi in hostium ora jaciebant, in singulis filiorum necibus bis parricidæ. Tunc etiam in Africa Musolanos & Getulos latius vagantes Cossus dux Cæsaris artatis finibus coercuit, atque Romanis limitibus abstinere metu compulit.
D Interea Cæsarem apud Tarraconem legati Indorum & Scytharum toto orbe transmisso, tandem ibi invenerunt, ultra quod jam quærere non possent, refuderuntque in Cæsarem Alexandri magni gloriam: quem sicut Hispanorum Gallorumque legatio in medio oriente apud Babylonem contemplatione pacis adiit, ita hunc apud Hispaniam in occidentis ultimo supplex cum gentilitio munere eous Indus, & Scytha boreus oravit. Cantabrico bello per quinque annos acto, totaque Hispania in æternam pacem cum quadam respiratione lassitudinis reclinata ac reposita, Cæsar Romam rediit. Quibus etiam diebus multa per se, multaque per duces & legatos bella gessit.
E Nam inter ceteros & Piso adversum Vindelicos missus est. Quibus subactis, victor ad Cæsarem Lugdunum venit. Pannonios, novo motu intumescentes, Tiberius privignus Cæsaris cruentissima cæde delevit. Idemque continuo Germanos bello arripuit: e quibus quadragiuta millia captivorum victor abduxit. Quod re vera bellum maximum & formidolosissimum quindecim legionibus per triennium gestum est, nec fere ullum majus bellum, sicut Svetonius adtestatur, post Punicum fuit. Sub eodem vero tempore Quinctilius Varus cum tribus legionibus a Germanis rebellantibus, mira superbia atque avaritia in subjectos agens, funditus deletus est: quam reipublicæ cladem Cæsar Augustus adeo graviter tulit, ut sæpe per vim doloris caput parieti collidens, clamaret: Quinctili Vare, redde legiones. Bosporanos vero Agrippa superavit, & signis Romanis quæ illi quondam sub Mithridate sustulerant, bello recuperatis, victos ad deditionem coegit. Parthi, quasi toto terrarum orbe vel domito vel pacato, omnium oculis signarentur, atque in se solos omnis vigor Romani imperii vertendus esset, quippe quos pristina ulciscendæ Crassianæ cædis conscientia mordebat, ultro signa quæ Crasso interfecto abstulerant, ad Cæsarem remiserunt: regiisque obsidibus traditis, firmum fœdus fideli supplicatione meruerunt.

CAPUT XXII.

Octavius Augustus composita undique pace, Janum ipse tertio clausit, & rempublicam composuit, deque censu Cæsaris acto.

Itaque anno ab Urbe condita DCCLII. Cæsar Augustus ab oriente in occidentem, a septemtrione in meridiem ac per totum oceani circulum cunctis gentibus una pace compositis, Jani portas tertio ipse tunc clausit. Quas ex eo per duodecim fere annos quietissimo semper obseratas otio ipsa etiam rubigo signavit: nec prius umquam nisi sub extrema senectute Augusti pulsatæ, Atheniensium seditione & Dacorum commotione patuerunt. Clausis igitur Jani portis, rempublicam quam bello quæsiverat, pace enutrire atque amplificare studens, leges plurimas statuit per quas humanum genus libera reverentia disciplinæ morem gereret: Domini adpellationem, ut homo, declinavit. Nam cum eodem spectante ludos, pronuntiatum esset in quodam mimo, *O Dominum æquum & bonum*, universique, quasi de ipso dictum esset, exsultantes adprobavissent; statim quidem manu vultuque indecoras adulationes repressit, & insequenti die gravissimo corripuit edicto, dominumque se posthac adpellari ne a liberis quidem aut nepotibus suis vel serio vel joco passus est. Igitur eo tempore, id est, eo anno quo firmissimam verissimamque pacem ordinatione Dei Cæsar composuit, natus est Christus: cujus adventui pax ista famulata est, in cujus ortu audientibus hominibus exsultantes angeli cecinerunt, [a] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Eodemque tempore hic ad quem rerum omnium summa concesserat, dominum se hominum adpellari non passus est; immo non ausus, quo verus Dominus totius generis humani inter homines natus est. Eodem quoque anno tunc primum idem Cæsar quem his tantis mysteriis prædestinaverat Deus, censum agi singularum ubique provinciarum, & censeri omnes homines jussit, quando & Deus homo videri & esse dignatus est. Tunc igitur natus est Christus, Romano censui statim adscriptus ut natus est. Hæc est prima illa clarissimaque professio, quæ Cæsarem omnium principem, Romanosque rerum dominos singillatim cunctorum hominum edita adscriptione signavit, in qua se & ipse qui cum cunctos homines fecit, inveniri hominem adscribique inter homines voluit. Quod numquam penitus ab orbe condito atque ab exordio generis humani in hunc modum, ne Babylonio quidem vel Macedonico, ut non dicam minori cuiquam regno, concessum fuit. Nec dubium, quin omnium cognitioni, fidei inspectionique pateat, quod Dominus noster Jesus Christus hanc Urbem nutu suo auctam defensamque, in hunc rerum apicem provexerit, cujus potissime voluit esse cum venit, dicendus utique civis Romanus, census professione Romani. Quamobrem quia ad id temporis perventum est, quo & Dominus Christus

[a] Luc. II. 14.

hunc mundum primum adventu suo illustravit, regnumque Cæsari tranquillissimum dedit, hunc quoque sextum libellum hoc fine concluserim: ut germinantia tempora Christiana, magisque inter reprimentium manus crescentia, & quæ adhuc in provectu posita, horum ipsorum quibus hæc respondere cogimur, insectatione mordentur, septimo libello, si tamen adjuvante Domino suffecerim, comprehendam: ut quoniam ab initio & peccare homines, & puniri propter peccata non tacui; nunc quoque, quæ persecutiones Christianorum actæ sint, & quæ ultiones secutæ sint, absque eo quod omnes ad peccandum generaliter proni sunt, atque ideo singillatim corripiuntur, expediam.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

PAULLI OROSII

PRESBYTERI HISPANI,

HISTORIARUM

LIBER VII.

CAPUT I.

Unum solum verumque Deum, mundi omniumque conditorem, atque adeo potentiam suam ac patientiam per unum, hoc est Christum, voluisse hominibus innotescere.

SUfficientia ut arbitror documenta collecta sunt, quibus absque ullo arcano, quod paucorum fidelium est, probari de medio queat, unum illum & verum Deum quem Christiana fides prædicat, & condidisse mundum creaturamque ejus cum voluit, & disposuisse per multa, cum per multa ignoraretur, & confirmasse ad unum, cum per unicum declaratus est, simulque potentiam patientiamque ejus multimodis argumentis eluxisse. In quo quidem angustas dejectasque mentes offendi paullisper intelligo, quod tantæ potentiæ patientia tanta miscetur. Si enim potens erat, inquiunt, creare mundum, componere pacem mundi, insinuare mundo cultum ac notitiam sui; quid opus fuit tanta, vel ut ipsi sentiunt, tam perniciosa patientia, ut in ultimo erroribus, cladibus laboribusque hominum fieret, quod a principio virtute ejus quem prædicas Dei, sic potius cœpisse potuisset? Quibus quidem veraciter respondere possem, ad hoc ab initio creatum & institutum humanum genus, ut sub religione cum pace sine labore vivens, fructu obedientiæ æternitatem promereretur: sed abusum bonitate creatoris, libertatem indulgentis in contumacem vertisse licentiam, atque ex contemtu in oblivionem deflexisse, justamque nunc esse patientiam Dei, & justam in utramque partem, ut nec contemtus disperdat in totum, cui misereri velit; & adfici laboribus, dum velit, sinat contemtus potens. Deinde subsequens esse, juste semper adhibere quamvis ignoranti gubernationem, cui aliquando pie restituturus sit pœnitenti antiquæ gratiæ facultatem. Sed hæc, quoniam, etsi verissime fortissimeque dicuntur, fidelem tamen atque obedientem requirunt; mihi autem, videro an aliquando credituris, certe nunc cum incredulis actio est, promtius ea proferam, quæ & ipsi, etsi probare noluerint, improbare non possint. Itaque, quantum ad conscientiam humanarum mentium pertinet, utrique sub reverentia religionis & confessione cultuque supernæ potentiæ vivimus, distante dumtaxat fide: quia nostrum est fateri, ex uno & per unum Deum constare omnia: illorum, tam multos deos putare, quam multa sunt elementa. Si potentiæ Dei, inquiunt, quem prædicatis, fuit, ut Romanum imperium tam amplum ac tam sublime fieret; cur igitur patientia ejusdem obfuit, ut ante non fieret? Quibus sub eodem verbo respondebitur: Si potentiæ deorum quos prædicatis, fuit, ut Romanum imperium tam amplum ac tam sublime fieret; cur igitur patientia eorumdem obfuit, ut ante non fieret? An ipsi dii non erant? an adhuc Roma ipsa non erat? an illi non colebantur? an hæc necdum idonea imperio videbatur? Si nondum erant dii; cessat intentio. Ut quid enim jam ibi eorum discutio moram, ubi ne ipsam quidem invenio naturam? Si autem erant dii; aut potentia eorum, ut ipsi judicant, aut patientia in culpa est: vel patientia, si fuit: vel potentia, si defuit; aut si magis suadibile videtur fuisse, tunc quidem deos qui provehere potuissent, sed nondum exstitisse Romanos qui provehi jure possent; nos auctorem rerum potentiam, non artificem scientiam quærimus. De diis quippe (ut putant) magnis, non de fabris vilissimis quæstio est; quibus, nisi materia accedat, ars cessat. Si enim præscisse illis ac voluisse præsto semper fuit, immo etiam subjacente præscientia, quia apud omnipotentiam de operibus dumtaxat suis, hoc est præscire, quod velle; quodcumque illud præsciebatur, cui voluntas adstipularetur, non exspectari oportuit, sed creari: maxime cum & Jovem illum suum acervos formicarum in populos hominum ludo vertere solitum ferant. Porro autem de cura cærimoniarum nec recensendum arbitror: quoniam inter sacra continua incessabilibus cladibus nullus finis ac nulla requies fuit, nisi cum Salvator mundi Christus illuxit: cujus adventui prædestinatam fuisse imperii Romani pacem, etsi jam sufficienter ostendisse me arbitror, paucis tamen adhuc supplere conabor.

CAPUT II.

Babylonem & Romam, regnumque illius & hujus in plerisque omnibus convenire. De quatuor mundi monarchiis, de incendio quodam Romæ, Christi & Abraham sæculis.

PRincipio secundi libelli cum tempora Romanæ conditionis stili tenore perstringerem, multa convenienter inter Babyloniam urbem Assyriorum tunc principem gentium, & Romam nunc æque

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



gentibus dominantem, compacta conscripsi: fuisse illud primum, hoc ultimum imperium: illud paullatim cedens, at istud sensim convalescens: defluxisse illi sub uno tempore novissimum regem, isti primum fuisse: illam deinde tunc invadente Cyro captam velut in mortem concidisse; cum istam fiducialiter adsurgentem, post expulsos reges liberis uti cœpisse consiliis: præcipue cum vindicante libertatem suam Roma, tunc quoque Judæorum populus qui apud Babyloniam sub regibus serviebat, in sanctam Hierusalem recepta libertate redierit, templumque Domini, sicut a prophetis prædictum fuerat, reformarit. Præterea intercessisse dixeram inter Babylonium regnum quod ab oriente fuerat, & Romanum quod ab occidente consurgens hereditati orientis enutriebatur, Macedonicum Africanumque regnum, hoc est, quasi a meridie ac septemtrione brevibus vicibus partes tutoris curatorisque tenuisse. Orientis & occidentis regnum, Babylonium & Romanum jure vocitari, neminem umquam dubitasse scio. Macedonicum regnum sub septemtrione esse cum ipsa cæli plaga, tum Alexandri magni aræ positæ usque ad nunc sub Riphæis montibus docent. Carthaginem vero universæ præcelluisse Africæ, & non solum in Siciliam, Sardiniam ceterasque adjacentes insulas, sed etiam in Hispaniam regni terminos tetendisse, historiarum simul monumenta urbiumque declarant. Dictum est etiam, vastatæ per Medos Babyloniæ, & irruptæ per Gothos Romæ, pares admodum annorum numeros concurrisse. Nunc autem his illud adjicio, quo magis clareat unum esse arbitrum sæculorum, regnorum locorumque omnium, Deum. Regnum Carthaginiense a conditione usque ad eversionem ejus, paullo amplius quam septingentis annis stetit: æque regnum Macedonicum a Carano usque ad Persen paullo minus quam DCC. utrumque tamen septenarius ille numerus quo judicantur omnia, terminavit. Roma ipsa etiam, quamvis ad adventum Domini nostri Jesu Christi perfecto proveheretur imperio; tamen paullulum & ipsa in occursu numeri hujus offendit. Nam septingentesimo conditionis suæ anno, quatuordecim vicos ejus, incertum unde consurgens, flamma consumsit, nec umquam, ut ait Livius, majore incendio vastata est; adeo ut post aliquot annos Cæsar Augustus ad reparationem eorum quæ tunc exusta erant, magnam vim pecuniæ ex ærario publico largitus sit. Poteram quoque ostendere, eumdem duplicatum numerum mansisse Babyloniæ, quæ post mille quadringentos & quod excurrit annos, ultime a Cyro rege capta est, nisi præsentium contemplatione revocarer. Illud sane libenter adjicio, quia primi illius regum omnium Nini (quamvis & pater ejus Belus obscure primus regnasse referatur) illius ergo Nini anno, postquam regnare cœperat, quadragesimo tertio natus est sanctus ille Abraham, cui dictæ sunt repromissiones, ex cujus semine promissus est Christus: deinde nunc primi istius imperatorum omnium Augusti Cæsaris (quamvis & pater ejus Cæsar metator imperii potius quam imperator exstiterit) istius inquam Cæsaris, posteaquam imperare cœpit, emenso propemodum anno quadragesimo secundo natus est Christus, qui Abrahæ sub Nino primo rege fuerat repromissus. Natus est autem VII. Kalend. Januarii, quando primum incrementa omnia anni venientis incipiunt. Ita factum est, ut cum Abraham quadragesimo tertio anno natus sit, sub fine quadragesimi secundi nativitas Christi conveniret, ut jam non ipse in parte tertii anni, sed in ipso potius tertius annus oriretur. Qui annus, quantis, quam novis, quamque inusitatis bonis abundaverit, satis etiam me non proferente compertum haberi arbitror: toto terrarum orbe una pax omnium, non cessatione, sed abolitione bellorum: clausæ Jani geminæ portæ, exstirpatis bellorum radicibus, non repressis: census ille primus & maximus fuit, cum in hoc unum Cæsaris nomen universa magnarum gentium creatura juravit; simulque per communionem census, unius societatis effecta est.

CAPUT III.

Christus quando ad hominum salutem natus, quomodo statim vexatus: de ingenti Romæ fame & jugi pace.

IGitur anno ab Urbe condita DCCLII. natus est Christus, salutarem mundo adferens fidem, vere petra medio rerum posita: ubi comminueretur qui offenderet, qui crederet salvaretur: vere ignis ardens, quem qui sequitur, illuminatur; qui tentat, exuritur: ipse est Christus, Christianorum caput, salvator bonorum, malorum punitor, judex omnium; qui formam subsecuturis verbo & opere statuens, quo magis doceret patientes in persecutionibus quas pro vita æterna exciperent, esse oportere, mox ut virginis partu editus mundo adparuit, de passionibus suis cepit. Namque eum rex Judææ Herodes simul ut natum comperit, necare decrevit; plurimosque tunc parvulos, dum unum insectatur, occidit. Hinc malignis improbe incurrentibus digna punitio est. Hinc in quantum tranquille agitur mundus, credentium gratia; in quantum perniciose inquietatur, blasphemantium pœna est: securis per omnia Christianis fidelibus, quibus aut æternæ vitæ requies in tuto, aut etiam hujus in lucro est: quod promtius, cum per ordinem referam, ipsis rebus ostendam. Postquam redemtor mundi, Dominus Jesus Christus venit in terras, & Cæsaris censu civis Romanus adscriptus est; dum per duodecim, ut dixi, annos, clausæ belli portæ beatissima pacis tranquillitate cohibentur: Cajum nepotem suum Cæsar Augustus ad ordinandas Ægypti Syriæque provincias misit, qui præteriens ab Ægypto fines Palestinæ, apud Hierosolymam in templo Dei tunc sancto & celebri adorare contemsit, sicut Svetonius Tranquillus refert. Quod Augustus ubi per eum comperit, pravo usus judicio, prudenter fecisse laudavit. Itaque anno imperii Cæsaris quadragesimo octavo, adeo dira Romanos fames consecuta est, ut Cæsar lanistarum familias omnesque peregrinos, servorum quoque maximas copias, exceptis medicis & præceptoribus, trudi Urbe præceperit. Ita peccante principe in sanctum Dei, & correpto per famem populo, quantitatem offensionis qualitas ultionis ostendit. Deinde ut verbis Cornelii Taciti loquar, *sene Augusto Janus patefactus, dum apud extremos terrarum terminos novæ gentes sæpe ex usu, & aliquando cum damno quæruntur, usque ad Vespasiani duravit imperium.* Hucusque Cornelius. Ceterum & tunc capta eversaque urbe Hierosolymorum, sicut prophetæ prænuntiaverunt, exstinctisque Judæis, Titus qui ad vindicandum Domini nostri Jesu Christi sanguinem judicio Dei fuerat ordinatus, victor triumphans cum Vespasiano patre Janum clausit. Igitur etsi sub extremis Cæsaris temporibus apertus est Janus; tamen per multa ex eo tempora, quamvis in procinctu esset exercitus, nulla bella sonuerunt. Unde etiam Dominus ipse Jesus Christus in evangeliis, cum temporibus illis in summa tranquillita-

te universus mundus ageret, cunctasque gentes pax una velaret, & a discipulis suis interrogatus esset de conclusione temporum subsequentium, inter cetera sic ait: [a] *Audituri autem estis prœlia & opiniones prœliorum. Videte ne turbemini: oportet enim hæc fieri, sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames & terræ motus per loca. Hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulationem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus propter nomen meum.* Hoc autem divina providentia docens, & credentes præmonendo firmavit, & incredulos prædicendo confudit.

CAPUT IV.

De vita & gestis Tiberii Cæsaris, quomodo Christum amplexus sit: de ejus crudelitate in plurimos.

ANno ab Urbe condita DCCLXVII. post mortem Augusti Cæsaris Tiberius Cæsar imperium adeptus est, mansitque in eo annis viginti & tribus. Hic per semet ipsum nulla bella gessit, sed ne per legatos quidem aliqua gravia; nisi quod tantum aliquantis in locis præcogniti cito gentium tumores comprimebantur. Sane quarto imperii ejus anno Germanicus Drusi filius, Caligulæ pater, de Germanis ad quos ab Augusto sene missus fuerat, triumphavit. Ipse autem Tiberius plurima imperii sui parte cum magna & gravi modestia reipublicæ præfuit, adeo ut quibusdam præsidibus augenda provinciis tributa suadentibus scripserit: *Boni pastoris esse tondere pecus, non deglubere.* At postquam passus est Dominus Christus atque a mortuis resurrexit, & discipulos suos ad prædicandum dimisit; Pilatus præses Palestinæ provinciæ ad Tiberium imperatorem atque ad senatum retulit de passione & resurrectione Christi, consequentibusque virtutibus quæ vel per ipsum palam factæ fuerant, vel per discipulos ipsius in nomine ejus fiebant; & de eo quod certatim crescente plurimorum fide Deus crederetur. Tiberius cum suffragio magni favoris retulit ad senatum, ut Christus Deus haberetur. Senatus indignatione motus, quod non sibi prius secundum morem delatum esset, ut de suscipiendo cultu prius ipse decerneret, consecrationem Christi recusavit; edictoque constituit, exterminandos esse Urbe Christianos: præcipue cum & Sejanus præfectus Tiberii suscipiendæ religioni obstinatissime contradiceret. Tiberius tamen edicto accusatoribus Christianorum mortem comminatus est. Itaque paullatim immutata est illa Tiberii Cæsaris laudatissima modestia, in pœnam contradictoris senatus. Nam regi, quæcumque voluntate faciebat, voluptas erat: atque ex mansuetissimo principe sævissima bestia exarsit. Nam plurimos senatorum proscripsit & ad mortem coegit. Viginti sibi patricios viros consilii caussa legerat: horum vix duos incolumes reliquit, ceteros diversis caussis necavit. Sejanum præfectum suum, res novas molientem, interfecit. Filios suos Drusum & Germanicum, quorum Drusus naturalis, Germanicus adoptivus erat, manifestis veneni signis perdidit. Filios Germanici filii sui interfecit. Referre singillatim facta ejus horret animus, pudetque: tanta libidinis & crudelitatis rabie efferbuit; ut qui spreverant Christo rege salvari, rege Cæsare punirentur. Hujus tamen imperii anno duodecimo nova & incredibilis clades apud Fidenatium urbem accidit. Amphitheatri cavea populo gladiatorium munus spectante collapsa est, & plus quam viginti millia hominum occidit. Dignum sane posteris tantæ correptionis exemplum, tunc ad spectandas hominum mortes avidos homines convenisse, quando pro salute hominum providenda Deus homo esse voluisset. Deinde anno ejusdem decimo septimo cum Dominus Jesus Christus voluntarie quidem se tradidit passioni, sed impie a Judæis apprehensus, & patibulo suffixus est; maximo terræ motu per orbem facto, saxa in montibus scissa sunt, maximarumque urbium plurimæ partes plus solita concussione ceciderunt. Eadem quoque die ad horam diei sextam sol in totum obscuratus, tetraque nox subito obducta terris est, & sicut dictum est [1],

Impiaque æternam timuerunt sæcula noctem.

Usque adeo autem neque lunam lumini solis, neque nubes obstitisse manifestum est, ut decimam quartam eadem die lunam, tota cæli regione interjecta, longissime a conspectu solis abfuisse, & stellas tunc diurnis horis, vel potius in illa horrenda nocte toto cælo fulsisse referatur. Quod non solum sanctorum evangeliorum fides, sed etiam aliquanti Græcorum libri adtestantur. Jam hinc post passionem Domini quem Judæi, quantum in ipsis fuit, persecuti sunt, continuæ clades Judæorum, donec exinaniti dispersique deficiant, incessabiliter strepunt. Tiberius siquidem juventutem eorum intumescentem, per speciem sacramenti in provincias gravioris cæli relegavit; reliquos gentis ejusdem vel similia sectantes Urbe submovit sub pœna perpetuæ servitutis, nisi obtemperassent. Sane Asiæ civitates illo terræ motus dirutas, tributo dimisso, propria etiam libertate donavit. Hic ambiguis signis veneni obiit.

CAPUT V.

C. Caligulæ Cæsaris mores, res gestæ & crudelia facinora.

ANno ab Urbe condita DCCXC. tertius ab Augusto Cajus Caligula cœpit regnare, mansitque in imperio annis non plenis quatuor, homo omnium ante se flagitiosissimus, & qui vere dignus Romanis blasphemantibus, & Judæis persecutoribus punitor adhibitus videretur. Hic ut breviter magnitudinem crudelitatis ejus expromam, exclamasse fertur: *Utinam populus Romanus unam cervicem haberet.* Sæpe etiam de conditione temporum suorum conquestus est, quod nullis calamitatibus publicis insignirentur. O beata germina temporis Christiani, quantum prævaluistis in rebus humanis, ut etiam crudelitas hominis magis potuerit clades desiderare, quam invenire! Ecce de tranquillitate generali feritas jejuna conqueritur:

Furor impius, impius
Sæva sedens super arma & centum vinctus abenis
Post tergum nodis fremit horridus ore cruento.

Servi rebelles & fugitivi gladiatores perterruere Romam, evertere Italiam, Siciliam delevere, jam pæne universo humano generi toto orbe metuendi. In diebus autem salutis, hoc est, temporibus Christianis, convellere quietem non potest vel Cæsar infestus. Hic siquidem magno & incredibili adparatu profectus quærere hostem viribus otiosis, Germaniam Galliamque percurrens, in ora oceani circa prospectum Britanniæ restitit. Cumque ibi

[a] Matth. xxiv. 6-9.

[1] Virg. Georg. I. v. 473.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

Minocynobellinum Britannorum regis filium qui a patre pulsus cum paucis oberrabat, in deditionem recepisset; deficiente belli materia, Romam rediit. Iisdem autem diebus Judæi qui jam tunc ob passionem Christi meritis ubique cladibus exagitabantur, apud Alexandriam seditione excitata, profligati cæde atque urbe propulsi, expromendarum querelarum caussa Philonem quemdam, virum sane in primis eruditum, legatum ad Cæsarem miserunt. Sed Caligula cum omnibus hominibus, tum præcipue Judæis infestissimus, spreta legatione Philonis, omnes Judæorum sacras ædes, atque in primis antiquum illud Hierosolymis sacrarium profanari sacrificiis gentilium, ac repleri statuis simulacrisque imperavit, seque ibi ut Deum coli præcepit. Pilatus autem præses qui sententiam damnationis in Christum dixerat, postquam plurimas seditiones in Hierosolymis excepit ac fecit, tantis irrogante Cajo angoribus coarctatus est, ut sua se transverberans manu, malorum compendium mortis celeritate quæsierit. Cajus Caligula libidinibus suis etiam illud sceleris adjecit, ut sorores suas primum stupro pollueret, deinde exsilio damnaret: qui post omnes simul exsules jussit occidi. Ipse autem a suis protectoribus occisus est. Duo libelli in secretis ejus reperti sunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro signo nomini adscriptum erat: ambo lectissimorum virorum utriusque ordinis senatorii & equestris nomina & notas continebant morti destinatorum. Inventa est & arca ingens variorum venenorum pocula continens, quibus mox Claudio Cæsare jubente demersis, infecta maria traduntur non sine magno piscium exitio, quos enecatos per proxima litora passim æstus ejecit. Magnum re vera indicium miserantis Dei, propter suffragium gratiæ in populum continuo ex parte crediturum, & propter iræ temperamentum in populum tunc infideliter obstinatum; ut quanta multitudo hominum præparatam mortem evaserit, ex multitudine interfectorum piscium disceretur: omnibusque innotesceret, quid tanta veneni moles arte aucta, agere in misera civitate potuisset, quæ negligenter effusa, etiam maria corrupit.

CAPUT VI.

Claudii Tiberii Cæsaris vita & res gestæ: & gravissima sub eo fames Romæ.

Anno ab Urbe condita DCCXCV. Tiberius Claudius ab Augusto quartus, regnum adeptus est: mansitque in eo annis quatuordecim. Exordio regni ejus Petrus Apostolus Domini nostri Jesu Christi, Romam venit & salutarem cunctis credentibus fidem fideli verbo docuit, potentissimisque virtutibus adprobavit. Atque exin Christiani Romæ esse cœperunt. Sensit hoc collatum fidei suæ Roma beneficium. Nam cum interfecto Caligula multa de abrogando imperio, ac republica in antiquum ordinem restituenda evertendaque penitus Cæsarum universa familia senatus & consules decrevissent; Claudius mox ut confirmavit imperium, magna atque adhuc Romæ incognita usus clementia, ne in tantam nobilium multitudinem ultio si esset cœpta, sæviret; biduum illud quo de reipublicæ statu infeliciter consultatum actumque fuerat, memoriæ exemit, omniumque factorum dictorumve in eo veniam & oblivionem in perpetuum sanxit. Ita illam præclaram & famosam Atheniensium amnestiam, quam quidem Romæ inducere Julio Cæsare A interfecto senatus Cicerone suadente tentaverat, sed Antonio & Octaviano propter ultionem exstincti Cæsaris irrumpentibus, in irritum cesserat: hanc Claudius, quamvis multo truculentiore caussa in cædem conspiratorum instimularetur, ultronea clementia nullo expetente firmavit. Accidit etiam eodem tempore præsentis gratiæ Dei grande miraculum: siquidem Furius Camillus Scribonianus Dalmatiæ legatus, bellum civile molitus, legiones multas fortissimasque ad sacramenti mutationem pellexerat. Itaque die dicto, ut in unum undique ad novum imperatorem conveniretur, neque aquilæ ornari, neque convelli quoquo modo signa moverive potuerunt. Exercitus tanta & tam inusitata B miraculi fide motus & conversus in pœnitentiam, Scribonianum quinto statim die destitutum interfecit, se seque sacramento prioris militiæ continuit. Tristius ac perniciosius urbi Romæ nihil umquam fuisse quam bella civilia, satis notum est. Itaque propter adventum Apostoli Petri & tenera Christianorum germina, vix dum adhuc pauca ad sanctæ fidei professionem erumpentia, hanc exorientem tyrannidem & consurgens istud civile bellum neget quisquam divinitus esse compressum? Qui præteritis temporibus de compressione bellorum civilium simile probarit exemplum. Claudius quarto imperii sui anno, cupiens se utilem reipublicæ ostentare principem, bellum ubique & victo C riam undecumque quæsivit. Itaque expeditionem in Britanniam movit: quæ excitata in tumultum propter non redhibitos transfugas videbatur; transvectusque in insulam est, quam neque ante Julium Cæsarem, neque post eum quisquam adire ausus fuerat. Ibique ut verbis Svetonii Tranquilli loquar, sine ullo prœlio ac sanguine intra paucissimos dies plurimam insulæ partem in deditionem recepit. Orcadas etiam insulas ultra Britanniam in oceano positas Romano adjecit imperio, ac sexto quam profectus erat mense Romam rediit. Conferatur nunc, si cuiquam placet, sub una insula, tempus & tempus, bellum & bellum, Cæsar & Cæsar. Nam de fine nihil confero: quoniam hoc felicissima victo D ria, illud acerbissima clades fuit: & sic demum Roma cognoscat, per ejus latentem providentiam in augendis rebus antea se partem felicitatis habuisse; cujus agnitione suscepta, plenissima felicitate perfruitur, in quantum non tamen blasphemiarum offendiculis depravatur. Eodem anno imperii ejus fames gravissima per Syriam facta est, quam etiam prophetæ prænuntiaverant: sed Christianorum necessitatibus apud Hierosolymam, convectis ab Ægypto frumentis, Helena Adiabenorum regina, conversa ad fidem Christi, largissime ministravit. Anno imperii ejus quinto inter Theram & Therasiam insula de profundo emicuit, triginta stadiorum spatio extenta. Anno ejus septimo, sub pro E curatore Judææ Cumano in Hierosolymis tanta seditio in diebus azymorum exorta est, ut in portarum exitu populo coarctato, triginta millia Judæorum cæde prostrata & compressione suffocata referantur. Anno ejusdem nono, expulsos per Claudium Urbe Judæos, Josephus refert: sed me magis Svetonius movet, qui ait hoc modo: *Claudius Judæos, impulsore Christo adsidue tumultuantes, Roma expulit*. Quod utrum contra Christum tumultuantes Judæos coerceri & comprimi jusserit, an etiam Christianos simul velut cognatæ religionis homines voluerit expelli, nequaquam discernitur. Verumtamen sequenti anno tanta fames Romæ fuit, ut medio foro imperator correptus a populo conviciis & fragminibus panis turpissime infestatus, ægre per



pseudothyrum in palatium refugiens, furorem excitatæ plebis evaserit. Parvo autem intercedente tempore triginta quinque senatores & trecentos simul equites Romanos minimis caussis interfecit: ipse autem manifestis veneni signis est mortuus.

CAPUT VII.

Neronis Claudii Cæsaris fœdi mores, & scelesta facinora.

ANno ab Urbe condita DCCCVIII. Nero Cæsar ab Augusto quintus, principatum adeptus est, mansitque in eo annis non plenis quatuordecim. Caji Caligulæ avunculi sui erga omnia vitia ac B scelera sectator, immo transgressor, petulantiam, libidinem, luxuriam, avaritiam, crudelitatem, nullo non scelere exercuit: siquidem petulantia percitus omnia pæne Italiæ ac Græciæ theatra perlustrans, adsumto etiam varii vestitus dedecore, cerices, citharistas, tragœdos, & aurigas sæpe sibi superasse visus est. Libidinibus porro tantis exagitatus est, ut ne a matre quidem vel sorore ullave consanguinitatis reverentia abstinuisse referatur, virum in uxorem duxerit, ipse a viro ut uxor acceptus sit: Luxuriæ vero tam effrenatæ fuit, ut retibus aureis piscaretur, quæ purpureis funibus extrahebantur, frigidis & calidis lavaret unguentis. Qui etiam numquam minus mille carrucis confe- C cisse iter traditur. Denique Urbis Romæ incendium voluptatis suæ spectaculum fecit. Per sex enim dies septemque noctes ardens civitas, regios pavit adspectus. Horrea quadro structa lapide, magnæque illæ veterum insulæ quas discurrens adire flamma non poterat, magnis machinis quondam ad externa bella præparatis, labefactatæ atque inflammatæ sunt; ad monumentorum bustorumque diversoria infelici plebe compulsa. Quod ipse ex altissima illa Mæcenatiana turre prospectans, lætusque flammæ, ut ajebat, pulcritudine, tragico habitu Iliadem decantabat. Avaritiæ autem tam præruptæ exstitit, ut post hoc incendium Urbis, quam se Augustus ex lateritia marmoream reddidisse jacta- D verat, neminem ad reliquias rerum suarum adire permiserit: cuncta quæ flammæ quoquo modo superfuerant, ipse abstulit. Centies centena millia sestertium annua ad expensas a senatu sibi conferri imperavit. Plurimos senatorum, nulla exstante caussa, bonis privavit. Negotiatorum omnium sub una die, tormentis quoque adhibitis, omnem penitus censum abstersit. Crudelitatis autem rabie ita efferatus est, ut plurimam senatus partem interfecerit, equestrem ordinem pæne destituerit. Sed ne parricidiis quidem abstinuit: matrem, fratrem, sororem, uxorem, ceterosque omnes cognatos & propinquos, sine hæsitatione prostravit. Auxit hanc molem facinorum ejus temeritas impietatis in Deum. E Nam primus Romæ Christianos suppliciis & mortibus adfecit, ac per omnes provincias pari persecutione excruciari imperavit: ipsumque nomen exstirpare conatus, beatissimos Christi Apostolos Petrum cruce, Paullum gladio occidit. Mox acervatim miseram civitatem obortæ undique oppressere clades. Nam subsequente autumno tanta Urbi pestilentia incubuit, ut triginta millia funerum in rationem Libitinæ venirent. Britannica deinde clades e vestigio accidit, qua duo præcipua oppida, magna civium sociorumque clade & cæde direpta sunt. Præterea in oriente magnis Armeniæ provinciis amissis Romanæ legiones sub jugum Parthicum missæ, ægreque Syria retenta est. In Asia tres urbes, hoc est, Laodicea, Hierapolis & Colossæ terræ motu conciderunt. At vero Nero, postquam Galbam in Hispania imperatorem creatum ab exercitu cognovit, totus animo ac spe concidit. Cumque incredibilia perturbandæ, immo subruendæ reipublicæ mala moliretur; hostis a senatu pronuntiatus, & ignominiosissime fugiens, ad quartum ab Urbe lapidem se se ipse interfecit, atque in eo omnis Cæsarum familia consumta est.

CAPUT VIII.

De Galbæ, Othonis & Vitellii imperio, & moribus & facinoribus.

ANno ab Urbe condita DCCCXXIV. Galba apud Hispanias usurpavit imperium: qui mox ut Neronis mortem comperit, Romam venit. Cumque omnes avaritia, sævitia segnitiaque offenderet, Pisonem sibi, nobilem industriumque adolescentem, in filium atque in regnum adoptavit: cum quo septimo mense imperii sui ab Othone jugulatus est. Luit Roma cædibus principum excitatisque civilibus bellis, recentes Christianæ religionis injurias: & signa legionum illa, quæ sub adventu in Urbem Petri Apostoli divinitus coercita convelli nullo modo ad excitandum civile bellum valuerant, quod per Scribonianum parabatur; Petro in Urbe interfecto & Christianis pœnarum diversitate laniatis, toto se orbe solverunt. De Hispania siquidem illico Galba surrexerat: quo mox oppresso, Otho Romæ, Vitellius in Germania, Vespasianus in Syria imperia simul atque arma rapuerunt. Probent sane etiam inviti potentiam simul & clementiam Dei, qui Christianis temporibus offenduntur, quanta celeritate tantorum incendia bellorum & excitata sunt & repressa; cum & antea minimis caussis magnæ ac diuturnæ clades agitarentur, & nunc maximi undique concrepantes magnorum malorum fragores, minimo negotio sopirentur. Jam enim erat Romæ, quamvis persecutione vexata, ecclesia quæ judici omnium Christo etiam pro inimicis & persecutoribus supplicaret. Igitur Otho, cum Galba & Pisone Romæ interfectis inter tumultus cædesque invasisset imperium, ac mox creatum imperatorem in Gallia per Germanicas legiones Vitellium comperisset; bellum civile molitus, tribus primum levibus prœliis, hoc est, uno apud Alpes, alio circa Placentiam, tertio circa locum quem Castoris vocant, contra Vitellianos duces congressus victor exstitisset, quarto apud Bebriacum prœlio cum animadvertisset suos vinci, mense tertio quam imperare ceperat, se se interfecit. Vitellius victor Romam venit: ubi cum multa crudeliter ac nequiter ageret, incredibili etiam voracitatis adpetitu humanam vitam probris adgravaret, postquam de Vespasiano comperit, primum deponere molitus est imperium: postea a quibusdam animatus Sabinum Vespasiani fratrem nihil tum mali suspicantem, cum ceteris Flavianis in Capitolium compulit: succensoque templo, & mixta simul flamma ruinaque, omnes in unum pariter interitum ac tumulum dedit. Post deficiente in Vespasiani nomen exercitu suo destitutus, adpropinquantibus jam hostibus trepidus, cum se in quamdam proximam palatio cellulam contrusisset, turpissime inde protractus, cum per viam sacram nudus duceretur, passim cunctis fimum in os ejus jactantibus, in forum deductus, octavo quam regnum præsumserat mense, apud Gemonias scalas minutissimorum ictuum crebris compunctionibus excarnificatus, atque inde

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



unco tractus, & in Tiberim mersus, etiam communi caruit sepultura. Multis autem & nefariis modis per complures dies a Vespasiani militibus adversum senatum populumque Romanum indiscreta cæde sævitum est.

CAPUT IX.

Vespasiani Augusti & Titi imperium quomodo rebellantes Judæos compresserit: ad hæc urbem Hierosolymam cum templo solo æquaverit. De ceteris eorum gestis.

ANno ab Urbe condita DCCCXXV. brevi illa quidem sed turbida tyrannorum tempestate B discussa, tranquilla sub Vespasiano duce serenitas rediit. Namque ut paullo altius repetam, Judæi post passionem Christi destituti in totum gratia Dei, cum omnibus undique malis circumvenirentur, quibusdam in Carmelo monte seducti sortibus, quæ portenderent exortos a Judæa duces rerum potituros fore, prædictumque ad se trahentes, in rebellionem exarserunt. Exstinctisque Romanis præsidiis, legatum quoque Syriæ suppetias ferentem, rapta aquila & cæsis copiis, fugaverunt. Ad hos Vespasianus a Nerone missus, Titum filium suum majorem inter legatos habuit. Nam multas & validas legiones secum in Syriam trajecit. Itaque cum Judæos, multis eorum oppidis captis, in urbem Hie- C rosolymorum præcipue ob diem festum congregatos obsidione clausisset, cognita Neronis morte, hortatu plurimorum regum & ducum, maxime Josephi Judæorum ducis sententia, qui captus cum in vincula conjiceretur, constantissime dixerat (sicut Svetonius refert) continuo se ab eodem, sed imperatore, solvendum, imperium adeptus est, relictoque in castris ad procurationem obsidionis Hierosolymorum filio Tito, per Alexandriam profectus est Romam. Sed cognita interfectione Vitellii, paullisper Alexandriæ substitit. Titus vero magna ac diuturna obsidione Judæos premens, machinis cunctisque bellicis molibus non sine multo suorum sanguine tandem muros civitatis irrupit. Sed ad expugnan- D dam interiorem templi munitionem quam reclusa multitudo sacerdotum ac principum tuebatur, majore vi & mora opus fuit. Quod tamen postquam in potestatem redactum opere atque antiquitate suspexit, diu deliberavit, utrum tamquam incitamentum hostium incenderet, an in testimonium victoriæ reservaret. Sed ecclesia Dei jam per totum orbem uberrime germinante, hoc tamquam effetum ac vacuum, nullique usui bono commodum, arbitrio Dei auferendum fuit. Itaque Titus imperator ab exercitu pronuntiatus, templum in Hierosolymis incendit ac diruit: quod a die conditionis primæ usque ad diem eversionis ultimæ, manserat annis mille centum & duobus. Muros urbis univer- E sos solo adæquavit. Sexcenta millia Judæorum eo bello interfecta, Cornelius & Svetonius referunt. Josephus vero Judæus qui ei tunc bello præfuit, & apud Vespasianum propter prædictum imperium veniam gratiamque meruerat, scribit undecies centena millia gladio & fame periisse: reliquias vero Judæorum diversis actas conditionibus toto orbe dispersas: quarum numerus ad nonaginta millia hominum fuisse narratur. Vespasianus & Titus imperatores, magnificum agentes de Judæis triumphum, Urbem ingressi sunt. Pulcrum & ignotum antea cunctis mortalibus inter trecentos viginti triumphos qui a conditione Urbis usque in id tempus acti erant, hoc spectaculum fuit, patrem & filium


A uno triumphali curru vectos, gloriosissimam ab his qui patrem & filium offenderant, victoriam reportasse. Qui continuo omnibus bellis ac tumultibus domi forisque compressis, pacem totius orbis pronuntiaverunt, & Janum geminum obseratis cohiberi claustris, sexto demum ipsi post Urbem conditam censuerunt. Jure enim idem honos ultioni passionis Domini impensus est, qui etiam nativitati fuerat adtributus. Tunc deinde sine ullis bellorum tumultibus in immensum respublica Romana provehitur: siquidem Achaja, Lycia, Rhodus, Byzantium, Samos, Thracia, Cilicia, Commagene, tum primum redactæ in provincias, Romanis judicibus legibusque paruerunt. Nono autem imperii ejus anno tres civitates Cypri terræ motu corruerunt, & Romæ magna pestilentia fuit. Vespasianus autem in villa propria circa Sabinos nono anno principatus sui profluvio ventris mortuus est.

Anno ab Urbe condita DCCCXXVIII. Titus segregatis a numero principum Othone & Vitellio, ab Augusto octavus, biennio post Vespasianum regnavit. Cujus tanta tranquillitas in imperio fuit, ut nullius omnino sanguinem in republica administranda fudisse referatur. Et tamen tunc Romæ orto repente incendio, plurimæ ædes publicæ concrematæ sunt. Abruptum tunc etiam Vesuvii montis verticem magna profudisse incendia ferunt, torrentibusque flammarum vicina regionis cum urbibus hominibusque delesse. Titus cum ingenti omnium luctu in eadem villa qua pater ejus, morbo absumtus est.

CAPUT X.

De Flavii Domitiani Cæsaris imperio, rebus gestis & facinoribus.

ANno ab Urbe condita DCCCXXX. Domitianus Titi frater, ab Augusto nonus, fratri successit in regnum. Qui per annos quindecim ad hoc paullatim per omnes scelerum gradus crevit, ut confirmatissimam toto orbe Christi ecclesiam, datis ubique crudelissimæ persecutionis edictis, convellere auderet. Is in tantam superbiam prolapsus fuit, ut dominum se se ac Deum vocari, scribi colique jusserit. Nobilissimos e senatu, invidiæ simul ac prædæ caussa, alios palam interfecit, alios in exsilium trusit ibique trucidari imperavit. Libidinis intemperantia quidquid cogitari potest, fecit. Plurimas Urbis ædes, destructis populi Romani rebus exstruxit. Bellum adversum Germanos & Dacos per legatos gessit pari reipublicæ pernicie; cum & in Urbe ipse senatum populumque laniaret, & foris male circumactum exercitum adsidua hostes cæde conficerent. Nam quanta fuerint Diurpanei Dacorum regis cum Fusco duce prœlia quantæque Romanorum clades, longo textu evolverem; nisi Cornelius Tacitus qui hanc historiam diligentissime contexuit, de reticendo interfectorum numero, & Sallustium Crispum, & alios auctores quam plurimos sanxisse, & se ipsum idem potissimum elegisse dixisset. Domitianus tamen pravissima elatus jactantia, sub nomine superatorum hostium de exstinctis legionibus triumphavit. Idemque efferatus superbia qua se Deum coli vellet, persecutionem in Christianos agi, secundus a Nerone, imperavit. Quo tempore etiam beatissimus Joannes Apostolus in Patmum insulam relegatus fuit. Inter Judæos quoque acerbitate tormentorum & cruentissimæ quæstionis exquiri genus David atque interfici præceptum est, dum prophetis sanctis &



invidetur & creditur; quasi adhuc futurus esset ex femine David, qui regnum posset adipisci. Continuo tamen Domitianus crudeliter in palatio a suis interfectus est: cujus cadaver populari sandapila per vespillones exportatum, atque ignominiosissime sepultum est.

CAPUT XI.

Coccei Nervæ Cæsaris imperium.

ANno ab Urbe condita DCCCXLVI. quamvis Eutropius quinquagesimum hunc esse annum scripserit, Nerva admodum senex a Petronio præfecto prætorio, & Parthenio spadone interfectore Domitiani, imperator decimus ab Augusto creatus, Trajanum in regnum adoptavit, per quem re vera adflictæ reipublicæ divina provisione consuluit. Hic primo edicto suo cunctos exsules revocavit: unde & Joannes Apostolus hac generali indulgentia liberatus, Ephesum rediit: emensoque anno imperii sui Nerva, confectus morbo diem obiit.

CAPUT XII.

Ulpii Trajani Cæsaris Augusti imperium & res gestæ.

ANno ab Urbe condita DCCCXLVII. Trajanus genere Hispanus, undecimus ab Augusto, reipublicæ gubernacula Nerva tradente suscepit, ac per annos decem & novem tenuit. Apud Agrippinam Galliæ urbem insignia sumsit imperii: mox Germaniam trans Rhenum in pristinum statum reduxit: trans Danubium multas gentes subegit. Regiones autem trans Euphratem & Tigrim sitas, provincias fecit. Seleuciam & Ctesiphontem & Babylonem occupavit. In persequendis sane Christianis errore deceptus, tertius a Nerone cum passim repertos cogi ad sacrificandum idolis, ac detrectantes interfici præcepisset, plurimique interficerentur; Plinii Secundi qui inter ceteros judices persecutor datus fuerat, relatu admonitus, eos homines præter confessionem Christi honestaque conventicula nihil contrarium Romanis legibus facere, fiducia sane innocentis confessionis nemini mortem gravem ac formidolosam videri, rescriptis illico lenioribus temperavit edictum. Verumtamen continuo Romæ aurea domus a Nerone, totis privatis publicisque rebus impensis condita, repentino conflagravit incendio: ut intelligeretur missa etiam ab alio persecutio in ipsius potissime monumentis a quo primum exorta esset, atque in ipso auctore puniri. Terræ motu quatuor urbes Asiæ subversæ, Helea, Myrina, Pitane, Syme, & Græciæ civitates duæ, Opuntiorum & Oritorum. Tres Galatiæ civitates eodem terræ motu dirutæ. Pantheon Romæ fulmine concrematum. Terræ motus Antiochiam pæne totam subruit civitatem. Incredibili deinde motu sub uno tempore Judæi, quasi rabie efferati, per diversas terrarum partes exarserunt. Nam & per totam Libyam adversus incolas atrocissima bella gesserunt: quæ adeo tunc interfectis cultoribus desolata est, ut nisi postea Hadrianus imperator collectas aliunde colonias illuc deduxisset, vacua penitus terra, abraso habitatore, mansisset. Ægyptum vero totam & Cyrenem & Thebaida cruentis seditionibus turbaverunt. In Alexandria autem commisso prœlio victi & adtriti sunt. In Mesopotamia quoque rebellantibus jussu imperatoris bellum illatum est. Itaque multa millia eorum vasta cæde deleta sunt. Sane Salaminam urbem Cypri interfectis omnibus accolis deleverunt. Trajanus, ut quidam ferunt, apud Seleuciam Isauriæ urbem profluvio ventris exstinctus est.

CAPUT XIII.

Ælius Hadrianus Cæsar, ejusque imperium.

ANno ab Urbe condita DCCCLXVII. Hadrianus consobrini Trajani filius, duodecimus ab Augusto principatum adeptus, uno & viginti annis imperavit. Hic per Quadratum discipulum Apostolorum & Aristidem Atheniensem virum fide sapientiaque plenum, & per Serenum Granium legatum, libris de Christiana religione compositis, instructus atque eruditus, præcepit per epistolam ad Minucium Fundanum proconsulem Asiæ datam, ut nemini liceret Christianos sine objectu criminis aut probatione damnare. Idem quoque continuo pater patriæ in senatu ultra morem majorum adpellatur, & uxor ejus Augusta. Hadrianus rempublicam justissimis legibus ordinavit: bellum contra Sauromatas gessit & vicit. Judæos sane, perturbatione scelerum suorum exagitatos, & Palæstinam provinciam quondam suam depopulantes, ultima cæde perdomuit: ultusque est Christianos, quos illi Cocheba duce, quod sibi adversus Romanos non adsentarentur, excruciabant; præcepitque, ne cui Judæo introeundi Hierosolymam esset licentia; Christianis tantum civitate permissa: quam ipse in optimum statum murorum exstructione reparavit, & Æliam vocari de prænomine suo præcepit.

CAPUT XIV.

Antonini Pii Cæsaris imperium.


ANno ab Urbe condita DCCCLXXXVIII. Antoninus cognomento Pius, tertius decimus ab Augusto imperator creatus, cum liberis suis Aurelio & Lucio, viginti & non plenis tribus annis rempublicam gubernavit, adeo tranquille & sancte, ut merito Pius & pater patriæ nominatus sit. Hujus tamen temporibus Valentinus hæresiarches, & Cerdo magister Marcionis, Romam venerunt. Verum Justinus philosophus librum pro Christiana religione compositum, Antonino tradidit, benignumque eum erga Christianos fecit. Antoninus, ad duodecimum ab Urbe lapidem morbo correptus, interiit.

CAPUT XV.

M. Antoninus Verus quid in imperio suo gesserit.

ANno ab Urbe condita DCCCCXI. Marcus Antoninus Verus, quartus decimus ab Augusto, regnum cum Aurelio Commodo fratre suscepit, mansitque in eo annis decem & novem. Hi primi rempublicam æquo jure tutati sunt: bellum deinde contra Parthos admirabili virtute & felicitate gesserunt. Lucius Antoninus Verus ad id bellum profectus est. Vologæsus enim rex Parthorum gravi eruptione Armeniam, Cappadociam, Lyciamque vastabat. Sed Antoninus, per strenuissimos duces magnis rebus gestis, Seleuciam Assyriæ urbem super Hydaspen fluvium sitam, cum quadringentis millibus hominum cepit, & cum fratre de victoria Parthica triumphavit: ac non multo post, dum

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.



cum fratre in vehiculo sedet, casu morbi quem apoplexiam Græci vocant, suffocatus interiit. Eo defuncto Marcus Antoninus solus reipublicæ præfuit: sed in diebus Parthici belli persecutiones Christianorum, quarta jam post Neronem vice, in Asia & in Gallia graves præcepto ejus exstiterunt, multique sanctorum martyrio coronati sunt. Secuta est lues plurimis infusa provinciis: totamque Italiam pestilentia tanta vastavit, ut passim villæ, agri atque oppida sine cultore atque habitatore deserta, in ruinas silvasque concesserint. Exercitum vero Romanorum cunctasque legiones per longinqua late hiberna dispositas ita consumtas ferunt, ut Marcomannicum bellum quod continuo exortum est, non nisi novo delectu militum quem triennio jugiter apud Carnuntum Marcus Antoninus habuit, gestum fuisse referatur. Hoc quidem bellum providentia Dei administratum esse, cum plurimis argumentis, tum præcipue epistola gravissimi ac modestissimi imperatoris apertissime declaratum est. Nam cum insurrexissent gentes immanitate barbaræ, multitudine innumerabiles, hoc est, Marcomanni, Quadi, Vandali, Sarmatæ, Suevi atque omnis pæne Germania; & in Quadorum usque fines progressus exercitus circumventusque ab hostibus, propter aquarum penuriam præsentius sitis quam hostis periculum sustineret: ad invocationem nominis Christi quam subito magna fidei constantia quidam milites effusi in preces palam fecerunt, tanta vis pluviæ effusa est, ut Romanos quidem largissime ac sine injuria refecerit; barbaros autem crebris fulminum ictibus perterritos, præsertim cum plurimi eorum occiderentur, in fugam coegerit. Quorum terga Romani usque ad internetionem cædentes gloriosissimam victoriam & omnibus pæne antiquorum titulis præferendam, rudi parvoque militum numero, sed potentissimo Christi auxilio reportarunt. Exstare etiam nunc apud plerosque dicuntur litteræ imperatoris Antonini, ubi invocatione nominis Christi per milites Christianos, & sitim illam depulsam & collatam fatetur fuisse victoriam. Idemque Antoninus Commodum filium suum adsumsit in regnum: præteriti etiam temporis per omnes provincias tributa donavit, omniaque simul fiscalium negotiorum calumniosa monumenta congesta in foro jussit incendi, severioresque leges novis constitutionibus temperavit. Postremo in Pannonia constitutus, repentino morbo diem obiit.

CAPUT XVI.

L. Antonini Commodi, P. Helvii Pertinacis & Didii Juliani Cæsarum Augustorum imperia.

Anno ab Urbe condita DCCCCXXX. Lucius Antoninus Commodus, quintus decimus ab Augusto, patri successit in regnum: mansitque in eo annis tredecim. Adversus Germanos bellum feliciter gessit. Ceterum per omnia luxuriæ & obscenitatis dedecora depravatus, gladiatoriis quoque armis sæpissime in ludo depugnavit, & in amphitheatro feris se se frequenter objecit: interfecit etiam quam plurimos senatores, maxime quos animadvertit nobilitate industriaque excellere. Flagitia regis pœna Urbis insequitur. Nam fulmine Capitolium ictum; ex quo facta inflammatio bibliothecam illam majorum cura studioque compositam, ædesque alias juxta sitas, rapaci turbine concremavit. Deinde aliud incendium postea Romæ exortum, ædem Vestæ & palatium plurimamque Urbis partem solo coæquavit. Commodus, cunctis incommodus, in domo Vestiliani strangulatus interiisse fertur, hostis generis humani etiam vivus judicatus. Post hunc a senatu creatus est senex Helvius Pertinax, sextus decimus ab Augusto; qui sexto mense quam regnare cœperat, Juliani jurisperiti scelere in palatio occisus est. Julianus interfecto Pertinace, invasit imperium: sed mox a Severo apud pontem Mulvium bello victus & interfectus est, mense septimo postquam cœperat imperare. Ita inter Pertinacem & Julianum unus annus absumtus est.

CAPUT XVII.

De imperio Septimii Severi Pertinacis Cæsaris Augusti, quomodo Christianos adflixerit.

Anno ab Urbe condita DCCCCXLIV. Severus genere Afer Tripolitanus, ab oppido Lepti: qui se ex nomine imperatoris quem occisum ultus fuerat, Pertinacem adpellari voluit, septimus decimus ab Augusto, destitutum adeptus imperium, decem & octo annis tenuit. Hic natura sævus multis semper bellis lacessitus, fortissime quidem rempublicam sed laboriosissime rexit. Pescennium Nigrum qui in Ægypto & Syria ad tyrannidem adspiraverat, apud Cyzicum vicit & interfecit. Judæos & Samaritas rebellare conantes ferro coercuit. Parthos, Arabas Adiabenosque superavit. Quinta post Neronem persecutione Christianos excruciavit, plurimique sanctorum per diversas provincias martyrio coronati sunt. Hanc profanam in Christianos & ecclesiam Dei præsumtionem Severi, cælestis ultio e vestigio acta subsequitur. Nam continuo rapitur, vel potius retrahitur in Galliam Severus e Syria, ad tertium civile bellum; unum enim jam Romæ adversus Julianum, aliud in Syria contra Pescennium gesserat, tertium Clodius Albinus, Juliani in occidendo Pertinace socius, qui se in Gallia Cæsarem fecerat, suscitabat: cujus bello multum utrimque Romani sanguinis fusum est. Albinus tamen apud Lugdunum oppressus & interfectus est. Severus victor in Britannias defectu pæne omnium sociorum trahitur. Ubi magnis gravibusque prœliis sæpe gestis, receptam partem insulæ a ceteris indomitis gentibus vallo distinguendam putavit. Itaque magnam fossam firmissimumque vallum, crebris insuper turribus communitum, per centum triginta & duo millia passuum a mari ad mare duxit. Ibique apud Eboracum oppidum morbo obiit. Reliquit duos filios, Bassianum & Getam: quorum Geta hostis publicus judicatus, interiit. Bassianus, Antonini cognomine adsumto regno potitus est.

CAPUT XVIII.

De Aurelii Antonini Caracallæ, Opelii Macrini, M. Aurelii Antonini Heliogabali, & Aurelii Alexandri Severi imperiis.

Anno ab Urbe condita DCCCCLXII. Aurelius Antoninus Bassianus, idemque Caracalla, octavus decimus ab Augusto, principatum adeptus est, mansitque in eo annis non plenis septem. Vixit patre asperior, omnibus autem hominibus libidine intemperantior, qui etiam novercam suam Juliam uxo-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

rem duxerit. Hic contra Parthos bellum moliens, inter Edessam & Carras ab hostibus circumventus, occisus est. Post hunc, nonus decimus ab Augusto, Opelius Macrinus qui præfectus prætorio erat, cum filio Diadumeno invasit imperium: sed emenso anno continuo apud Archelaidem militari tumultu occisus est.

Anno ab Urbe condita DCCCCLXX. Marcus Aurelius Antoninus, vigesimus ab Augusto, imperium adeptus, tenuit annis quatuor. Hic sacerdos Heliogabali templi, nullam sui nisi stuprorum & flagitiorum totiusque obscenitatis infamem satis memoriam reliquit. Tumultu autem militari exorto, Romæ cum matre interfectus est.

Anno ab Urbe condita DCCCCLXXIV. Aurelius Alexander, vigesimus primus ab Augusto, senatus ac militum voluntate imperator creatus, tredecim annis digno æquitatis præconio fuit: cujus mater Mammea Christiana Origenem presbyterum audire curavit. Nam statim expeditione in Persas facta, Xerxem regem eorum maximo bello victor oppressit. Ulpiano usus adsessore summam sui moderationem reipublicæ exhibuit: sed militari tumultu apud Moguntiacum interfectus est.

CAPUT XIX.

De Julii Maximini & Gordiani junioris imperiis, & Christianorum persecutione.

ANno ab Urbe condita DCCCCLXXXVII. Maximinus, vigesimus secundus ab Augusto, nulla senatus voluntate imperator ab exercitu, postquam bellum in Germania prospere gesserat, creatus, persecutionem in Christianos, sextus a Nerone, exercuit. Sed continuo, hoc est, tertio quam regnabat anno, a Pupieno Aquilejæ interfectus, & persecutionis & vitæ finem fecit. Qui maxime propter Christianam Alexandri cui successerat, & Mammeæ matris ejus familiam, persecutionem in sacerdotes & clericos, id est, doctores, vel præcipue propter Origenem presbyterum, miserat.

Anno ab Urbe condita DCCCCXCI. Gordianus, vigesimus tertius ab Augusto, imperator creatus est, mansitque in eo annis sex. Nam Pupienus interfector Maximini & frater ejus Balbinus qui usurpaverant imperium, in palatio mox interfecti sunt. Gordianus admodum puer in orientem ad bellum Parthicum profecturus, sicut Eutropius scribit, Jani portas aperuit: quas utrum post Vespasianum & Titum aliquis clauserit, neminem scripsisse memini, cum tamen eas ab ipso Vespasiano post annum apertas, Cornelius Tacitus prodat. Igitur Gordianus, ingentibus prœliis adversum Parthos prospere gestis, suorum fraude haud longe a Circesso super Euphratem interfectus est.

CAPUT XX.

Imperium M. Julii Philippi cum filio.

ANno ab Urbe condita DCCCCXCVII. Philippus, vigesimus quartus ab Augusto, imperator creatus, Philippum filium suum consortem regni fecit, mansitque in eo annis septem. Hic primus imperatorum omnium Christianus fuit, ac post tertium imperii ejus annum millesimus a conditione Romæ annus impletus est. Ita magnificis ludis augustissimus omnium præteritorum hic natalis annus a Christiano imperatore celebratus est. Nec dubium est, quin Philippus hujus tantæ devotionis gratiam & honorem ad Christum & ecclesiam reportarit, quan-

A do vel adscensum fuisse in Capitolium, immolatasque ex more hostias nullus auctor ostendit. Ambo tamen quamvis diversis locis, tumultu militari & Decii fraude interfecti sunt.

CAPUT XXI.

Quincti Trajani Decii, & Galli Hostiliani cum Volusiano filio imperium.

ANno ab Urbe condita MIV. Decius civilis belli incentor & repressor, occisis Philippis, quintus & vigesimus ab Augusto, invasit imperium, tenuitque annis tribus. Idem continuo, in quo se
B etiam ob hoc Philippos interfecisse docuit, ad persequendos interficiendosque Christianos, septimus post Neronem, feralia dispersit edicta, plurimosque sanctorum ad coronas Christi de suis cruciatibus misit. Idemque filium suum Cæsarem legit, cum quo simul continuo in medio barbarorum sinu interfectus est.

Anno ab Urbe condita MVII. Gallus Hostilianus, sextus & vigesimus ab Augusto, regnum adeptus, vix duobus annis cum Volusiano filio obtinuit. Exoritur ultio violati nominis Christiani; & usquequo ad profligandas ecclesias edicta Decii cucurrerunt, eatenus incredibilium morborum pestis extenditur: nulla fere provincia Romana, nulla civitas, nulla domus fuit, quæ non illa genera-
C li pestilentia correpta atque vacuata sit. Hac sola pernicie insignes Gallus & Volusianus, dum contra Æmilianum novis rebus studentem bellum civile moliuntur, occisi sunt. Æmilianus tamen tertio mense invasæ tyrannidis exstinctus est.

CAPUT XXII.

Valerianus & Gallienus quomodo & quamdiu imperaverint. Interim de persecutione ecclesiæ, ejusque per varia bella & tyrannorum conspirationem ultione.

ANno ab Urbe condita MX. duo imperatores vigesimo septimo post Augustum loco creati
D sunt. Valerianus in Rhetia ab exercitu Augustus est adpellatus, Romæ autem a senatu Gallienus. Mansitque Gallienus in regno infeliciter annis quindecim, respirante paullisper ab illa supra solitum jugi & gravi pestilentia genere humano. Provocat pœnam suam obliviosa militia. Impietas enim flagella quidem excruciata sentit; sed a quo flagellatur, obdurata non sentit. Ut de superioribus taceam, facta a Decio Christianorum persecutione, totum Romanum imperium pestilentia magna vexavit. [a] *Mentita est iniquitas sibi*: pravo in perniciem suam circumventa judicio pestilentiam communis esse casus, accidentemque ex morbis mortem, naturæ finem esse, non pœnam. Rursus igi-
E tur atque in brevi iram Dei sceleratis actionibus provocat, exceptura plagam, cujus aliquando meminisse cogatur. Valerianus siquidem, mox ut arripuit imperium, octavus a Nerone, adigi per tormenta Christianos ad idololatriam, abnegantesque interfici jussit, fuso per omnem Romani regni latitudinem sanctorum sanguine. Valerianus illico, nefarii auctor edicti, a Sapore Persarum rege captus, imperator populi Romani, ignominiosissima apud Persas servitute consenuit: hoc infamis officii continua, donec vixit, damnatione sortitus, ut ipse acclinis humi, regem super adscensurum in equum non manu sua, sed dorso adtolleret. Et Gallienus quidem tam claro Dei judicio territus,

a Psalm. XXVI. 12.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

tamque misero collegæ permotus exemplo, pacem ecclesiis trepida satisfactione restituit. Sed non compensat injuriæ ultionisque mensuram unius impii, quamvis perpetua & supra modum abominanda captivitas, contra tot millia excruciata sanctorum: justorumque sanguis, ad Deum clamans, in eadem se se terra ubi fusus est, vindicari rogat. Non enim de solo constitutore præcepti justo supplicium judicio flagitabatur; sed etiam exsecutores, delatores, accusatores, spectatores ac judices, postremo omnes qui injustissimæ crudelitati vel tacita voluntate adsentabantur; quia Deus secretorum cognitor est: & quorum maxima per omnes provincias pars hominum versabatur, eadem ultionis plaga corripi justum erat. Solvuntur repente undique permissu Dei ad hoc circumpositæ relictæque gentes, laxatisque habenis in omnes Romanorum fines invehuntur. Germani Alpibus, Rhetia totaque Italia penetrata, Ravennam usque perveniunt. Alamanni Gallias pervagantes, etiam in Italiam transeunt. Græcia, Macedonia, Pontus, Asia Gothorum inundatione delentur. Nam Dacia trans Danubium in perpetuum aufertur. Quadi & Sarmatæ Pannonias depopulantur. Germani ulteriores abrasa potiuntur Hispania. Parthi Mesopotamiam auferunt, Syriamque corrodunt. Exstant adhuc per diversas provincias in magnarum urbium ruinis parvæ & pauperes sedes, signa miseriarum & nominum indicia servantes: ex quibus nos quoque in Hispania Tarraconem nostram ad consolationem miseriæ recentis ostendimus. Et ne quid forte Romani corporis ab hac dilaceratione cessaret, conspirant intrinsecus tyranni, consurgunt bella civilia, funditur ubique plurimus sanguis Romanorum, Romanis barbarisque sævientibus: sed cito ira Dei in misericordiam vertitur, & cœptæ ultionis major forma quam pœna in mensuram plenitudinis reputatur. Igitur primus Ingenuus qui purpuram imperii sumserat, apud Myrsam occiditur. Postumus in Gallia invasit tyrannidem, multo quidem reipublicæ commodo. Nam per decem annos ingenti virtute ac moderatione usus, & dominantes hostes expulit, & perditas provincias in pristinam faciem reformavit; seditione tamen militum interfectus est. Æmilianus apud Moguntiacum cum res novas moliretur, oppressus est. Post mortem Postumi Marius ibidem invasit imperium; sed continuo interfectus est. Deinde Victorinus a Gallis ultro creatus, & post paullulum occisus est. Huic successit Tetricus, qui tunc Aquitanicæ præsidatus administrabat officium, multasque seditiones militum pertulit. At vero in oriente per Odenatum quemdam collecta agresti manu, victi repulsique Persæ, defensa Syria, recepta Mesopotamia est, & usque ad Ctesiphontem rusticani Syriæ cum Odenato suo vincendo venerunt. Gallienus autem cum rempublicam deseruisset ac Mediolani libidinibus inserviret, occisus est.

CAPUT XXIII.

Flavius Claudius, Aurelius Quintillus & Valerius Aurelianus imperatores.

ANno ab Urbe condita MXXV. Claudius, vigesimus octavus, voluntate senatus sumsit imperium: statimque Gothos, jam per annos quindecim Illyricum Macedoniamque vastantes bello adortus, incredibili strage delevit; cui a senatu clypeus aureus in curia, & in Capitolio statua æque aurea decreta est: sed continuo apud Sirmium, prius quam biennium in imperio expleret, morbo correptus interiit. Claudio mortuo, Quintillus frater ejus ab exercitu imperator electus, vir quidem unicæ moderationis, & solus fratri præferendus, septimo decimo imperii die interfectus est.

Anno ab Urbe condita MXXVII. Aurelianus, vigesimus nonus, imperium adeptus, quinque annis & sex mensibus tenuit, vir industria militari excellentissimus. Expeditione in Danubium suscepta Gothos magnis prœliis profligavit, ditionemque Romanam antiquis terminis statuit. Inde in orientem conversus, Zenobiam quæ occiso Odenato marito suo, Syriam receptam sibi vindicabat, magis prœlii terrore quam prœlio in potestatem redegit. Tetricum, in Gallia minime sufficientem sustinere seditiones militum suorum, scribentemque etiam,

Eripe me his invicte malis,

ac per hoc proditorem exercitus sui, sine labore superavit. Sic orientis & aquilonis receptor magna gloria triumphavit: Urbem Romam muris firmioribus cinxit. Novissime, cum persecutionem adversus Christianos agi, nonus a Nerone decerneret, fulmen ante eum magno pavore circumstantium ruit, ac non multo post in itinere occisus est.

CAPUT XXIV.

Claudius Tacitus, Annius Florianus, Aurelius Valerius Probus & M. Aurelius Carus imperatores.

ANno ab Urbe condita MXXXII. Tacitus, trigesimus, adeptus imperium, sexto mense occisus in Ponto est. Post quem Florianus parem regni sortem ferens, tertio demum mense apud Tarsum interfectus est.


Anno ab Urbe condita MXXXIII. Probus, trigesimus primus, regnum sortitus, obtinuit annis sex & mensibus quatuor. Gallias jam dudum a barbaris occupatas per multa & gravia prœlia, deletis tandem hostibus, ad perfectum liberavit. Bella deinde civilia & quidem plurimo sanguine duo gessit: unum in oriente, quo Saturninum tyrannide subnixum, oppressit & cepit; aliud quo Proculum & Bonosum, apud Agrippinam magnis prœliis superatos, interfecit. Ipse autem apud Sirmium in turre ferrata militari tumultu interfectus est.

Anno ab Urbe condita MXXXIX. Carus Narbonensis, trigesimus secundus, suscepit imperium, ac biennio tenuit. Qui cum filios suos Carinum & Numerianum, consortes regni fecisset, bello Parthico, postquam duas nobilissimas Parthorum urbes, Cochem & Ctesiphontem, cepit, super Tigridem in castris fulmine ictus interiit. Numerianus qui cum patre fuerat, rediens, fraude Apri soceri sui interfectus est.

CAPUT XXV.

C. Aurelius Valerius Diocletianus quomodo imperaverit, & quid sub eo perque eum gestum sit. Romanum imperium primo dissectum.

ANno ab Urbe condita MXLI. Diocletianus, tertius & trigesimus, ab exercitu imperator electus, annis viginti præfuit. Statimque ut potestatis copiam habuit, Aprum interfectorem Numeriani manu sua interfecit. Carinum deinde quem Carus Cæsarem in Dalmatia reliquerat, flagitiose viventem, difficillimo bello & maximo labore su-



peravit. Dehinc cum in Gallia Amandus & Ælianus, collecta rusticanorum manu quos Vacaudas vocabant, perniciosos tumultus excitavissent, Maximianum cognomento Herculeum, Cæsarem fecit, misitque in Gallias: qui facile agrestium hominum imperitam & confusam manum militari virtute compescuit. Deinde Carausius quidam, genere quidem infimus, sed consilio & manu promtus, cum ad observanda oceani litora quæ tunc Franci & Saxones infestabant positus, plus in perniciem quam in profectum reipublicæ ageret; ereptam prædonibus prædam nulla ex parte restituendo dominis, sed sibi soli vindicando accendit suspicionem, quod ipsos quoque hostes ad incursandos fines artifici negligentiam permitteret: quamobrem a Maximiano jussus occidi, purpuram sumsit ac Britannias occupavit. Igitur per omnes Romani imperii fines subitarum turbationum fragores concrepuerunt: Carausio rebellante in Britanniis, Achilleo in Ægypto; cum & Africam Quinquegentiani infestarent; Narseus etiam rex Persarum orientem bello premeret. Hoc periculo Diocletianus permotus, Maximianum Herculeum ex Cæsare fecit Augustum; Constantium vero & Maximianum Galerium, Cæsares legit. Constantius Herculei Maximiani privignam Theodoram accepit uxorem: ex qua sex filios fratres Constantini sustulit. Carausius Britannia sibi per septem annos fortissime vindicata ac retenta, tandem fraude Allecti socii sui interfectus est. Allectus postea ereptam Carausio insulam per triennium tenuit, quem Asclepiodotus præfectus prætorio oppressit, Britanniamque post decem annos recepit. Constantius vero Cæsar in Gallia, primo prœlio ab Alamannis profligato exercitu suo, vix ipse surreptus est: secundo autem secuta est satis secunda victoria. Nam paucis horis sexaginta millia Alamannorum cæsa referuntur. At Maximianus augustus Quinquegentianos in Africa domuit. Porro autem Diocletianus Achilleum, obsessum per octo menses, apud Alexandriam cepit & interfecit. Sed immoderata victoria usus Alexandriam direptioni dedit, Ægyptum totam proscriptionibus cædibusque fœdavit. Præterea Galerius Maximianus, cum duobus jam prœliis adversus Narseum conflixisset, tertio inter Callinicum & Carras congressus & victus, amissis copiis ad Diocletianum refugit. A quo arrogantissime exceptus est, ita ut per aliquot millia passuum purpuratus ante vehiculum ejus cucurrisse referatur. Verumtamen hac contumelia quasi cote ad virtutem usus est, per quam detrita regii fastus rubigine, aciem mentis expediit. Itaque mox per Illyricum & Mœsiam undique copias contraxit, raptimque in hostem reversus, Narseum magnis consiliis viribusque superavit. Exstinctis Persarum copiis ipsoque Narseo in fugam acto, castra ejus invasit, uxores, sorores, liberosque cepit, immensam vim gazæ Persicæ diripuit: captivos quam plurimos Persarum nobilium abduxit. Reversus in Mesopotamiam a Diocletiano plurimo honore susceptus est. Postea per eosdem duces strenue adversus Carpos, Basternasque pugnatum est. Sarmatas deinde vicerunt: quorum copiosissimam captivam multitudinem per Romanorum finium dispersere præsidia. Interea Diocletianus in oriente, Maximianus Herculeus in occidente vastari ecclesias, adfligi interficique Christianos, decimo post Neronem loco, præceperunt: quæ persecutio omnibus fere ante actis diuturnior atque immanior fuit. Nam per decem annos incendiis ecclesiarum, proscriptionibus innocentum, cædibus martyrum, incessabiliter acta est. Sequitur terræ motus in Syria, ex quo apud Tyrum & Sidonem passim labentibus tectis, multa hominum millia prostrata sunt. Secundo persecutionis anno Diocletianus ab invito exegit Maximiano, ut simul purpuram imperiumque deponerent, ac junioribus in rempublicam substitutis, ipsi in privato otio consenescerent. Itaque sub una die Diocletianus apud Nicomediam, Maximianus apud Mediolanum potestatem imperii simul cultumque deposuerunt. Galerius & Constantius augusti, primi Romanum imperium in duas partes determinaverunt: Galerius Maximianus Illyricum, Asiam & orientem: Constantius Italiam, Africam, Hispaniam & Gallias obtinuit. Sed Constantius, vir tranquillissimus, Gallia tantum Hispaniaque contentus, Galerio ceteris partibus cessit. Galerius duos Cæsares legit, Maximinum quem in orientem constituit: & Severum, cui permisit Italiam; ipse in Illyrico constitutus. Constantius vero Augustus, summæ mansuetudinis & civilitatis, in Britannia mortem obiit, qui Constantinum filium ex concubina Helena creatum imperatorem Galliarum reliquit.

CAPUT XXVI.

Constantinus magnus imperator Cæsar Augustus. Interim objectiones adversariorum de novissima decennalique ecclesiæ vastatione pulcre diluit.

Anno ab Urbe condita MLXI. Constantinus trigesimus quartus ab Augusto, gubernacula imperii a Constantio patre suscepit, quæ uno & triginta annis feliciſſime tenuit. Occurritur mihi subito, & tripudiis quibusdam insultatur: Eja, inquiunt, tandem in foveas nostras diu exspectate venisti: heic te decursurum opperiebamur, heic delapsum opprimimus, heic confusum tenemus. Sustinuimus te hactenus, artificiose quodammodo & callide fortuitas temporum mutationes Christianorum ultionibus coaptantem. Et interdum quidem verisimilium specie permoti, utpote homines ignari divinorum secretorum, timore palluimus; sed nunc evacuavit Maximianus noster omnem scenam fabulæ tuæ, nostræque religionis antiquitatem columna inexpugnabilis fulsit. Per annos decem eversæ sunt ecclesiæ vestræ, ut etiam tu fateris: dilacerati cruciatibus, exinaniti mortibus toto orbe Christiani. Tenemus evidens testimonium tuum, nullam superiorem persecutionem adeo vel gravem vel diuturnam fuisse. Et tamen ecce inter tranquillissima temporum bona ipsorum quoque imperatorum qui ista fecerunt, inusitata felicitas. Nulla domi fames, nulla pestilentia, nullum foris bellum, nisi voluntarium, quo exerceri vires, non periclitari queant. Res præterea humano generi huc usque incognita, multorum simul regum patiens consortium, & magna concordia potestasque communis, alias numquam, nunc in commune prospiciens. Deinde etiam quod absque ulla hactenus mortalium notitia est, imperatores illi maximi, quippe & persecutores, honore deposito & adsumta quiete, privati, quod beatissimum homines & summum bonum vitæ bonæ judicant; & hoc tunc velut præmii loco, auctores persecutionis adepti sunt, quando accensa persecutio medio sui tempore toto orbe sæviebat. An etiam hanc beatitudinem illis temporibus pœnaliter accidisse adseris, & nos hinc quoque terre-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



re moliris? Quibus humiliter responderim, me plurima cura pietatis accinctum, commonere de veris, non terrere de falsis. Decem persecutiones a Nerone usque ad Maximianum ecclesia Christi passa est. Novem, ut ego dixi, ultiones ut ipsi non negant, calamitates e vestigio consecutæ sunt. Nec in verbo premor, utrum debitæ ultiones, an fortuitæ permutationes fuisse videantur, quæ tamen meo suoque testimonio clades fuerunt. In decima hæsitatum putant miseri & cæci, non videntes tanto eam ipsis fuisse graviorem, quanto minus intellecta est. Impius enim flagellatur, & non sentit: quod cum expositum fuerit, inviti licet propter ipsam rerum fidem fatebuntur: quia ex illa Maximianeæ persecutionis maxima punitione ista sunt vulnera, quibus etiam nunc isti dolent, & in tantum dolent, ut etiam clament, nosque ad reclamandum lacessant, solicitos fieri, qualiter conticescant.

CAPUT XXVII.

Collatio populi Israelitici & Christiani, Ægyptiaci item & Romani: quomodo illi pro Deo in adflictionibus, hi a Deo in plagis similia fere passi sunt.

IN primo libello expositum a nobis est, Pompejum Trogum & Cornelium Tacitum commemoraffe, non plene quidem; nostrum vero Moysen, etiam ipsorum testimonio fidelem, fideliter sufficienterque dixisse, Ægyptios & regem eorum cum populum Dei servire intentum & paratum Deo suo, impediendæ devotionis instinctu ad lutum paleasque revocarent, decem acerbissimis plagis fuisse vexatos. Deinde violentia malorum edomitos, non solum coegisse festinantem, sed etiam propriis suis argenteis & aureis vasis adcumulavisse. Post, oblitos plagæ suæ & cupidos prædæ indebitæ, invidos etiam religionis alienæ, dum innocentes avide persequuntur, mari rubro ultime receptos omnes funditus interiisse. Quod ego nunc refero ac renuntio, etsi forte fide non acceptatum, exitu tamen probandum, quia hæc in figuram nostri facta sunt. Uterque populus unius Dei est, una populi utriusque caussa. Subdita fuit Israelitarum synagoga Ægyptiis: subdita est Christianorum ecclesia Romanis. Persecuti sunt Ægyptii, persecuti sunt & Romani. Decem ibi contradictiones adversus Moysen, heic decem edicta adversus Christum. Diversæ ibi plagæ Ægyptiorum, diversæ heic calamitates Romanorum. Nam ut etiam ipsas inter se plagas, in quantum tamen figura formæ comparari potest, conferam: ibi prima habuit correptio, sanguinem vulgo vel manasse de puteis vel in fluminibus cucurrisse: heic prima sub Nerone exegit plaga, ut ubique morientium sanguis esset, vel morbis in Urbe corruptus, vel bellis in orbe profusus. Ibi sequens plaga prodidit, perstrepentes persultantesque in penetralibus ranas, inediæ propemodum caussam habitatoribus atque exsilii fuisse: heic sequens sub Domitiano pœna similiter ostendit, satellitum militumque ejus improbis effrenatisque discursibus cruentissimi jussa principis exsequentium, ad inopiam pæne omnes cives Romanos adactos exsilioque dispersos. Ibi tertia vexatio habuit cyniphes, muscules scilicet parvissimas ac sævissimas, quæ mediis sæpe æstibus per loca squalida coadunatim vibrando densatæ, & tinnulo volatu adlabi solent, capillisque hominum ac pecudum setis cum urente morsu interseri: heic itidem tertia sub Trajano plaga Judæos excitavit; qui cum antea ubique dispersi ita jam quasi non essent, quiescerent, repentino omnes calore permoti, in ipsos inter quos erant, toto orbe sævierunt, absque magnis multarum urbium ruinis, quas crebri terræ motus iisdem temporibus subruerunt. Ibi in quarta plaga muscæ caninæ fuerunt, sævæ alumnæ putredinis vermiumque matres: heic itidem quarta sub Marco Antonino plaga, lues plurimis infusa provinciis, Italiam quoque cum urbe Roma universam, exercitumque Romanum per longinquos limites & diversa hiberna dispersum, in mortem dissolutum, putredini simul ac vermibus dedit. Ibi quinta correptio pecorum ac jumentorum repentino interitu expleta est: heic similiter quinta ultione sub Severo persecutore crebberrimis civilibus bellis propria viscera & adjumenta reipublicæ, hoc est, plebes provinciarum & legiones militum, comminutæ sunt. Ibi sexta vexatio intulit vesicas effervescentes, ulceraque manantia: heic æque sexta punitio, quæ post Maximini persecutionem fuit, qui specialiter episcopos & clericos omissa turba populari, hoc est, ecclesiarum primates trucidari imperaverat, intumescens crebro ira atque invidia, non per vulgi cædem, sed per vulnera mortesque principum ac potentium exhalata est. Ibi septima plaga numeratur coacto aere grando profusa, quæ hominibus, jumentis satisque exitio fuit: heic similiter septima sub Gallo & Volusiano qui persecutori Decio mox interfecto successerant, plaga exstitit corrupto aere pestis infusa: quæ per omnia Romani regni ab oriente in occidentem spatia, cum omne propemodum genus hominum & pecudum neci dedit, tum etiam,

Corrupitque lacus, infecit pabula tabo.

Ibi octavam Ægypti contritionem fecere excitatæ undique locustæ, tenentes, terentes tegentesque omnia: heic octavam æque in subversionem Romani orbis excitatæ undique intulere gentes, quæ cædibus atque incendiis cunctas provincias deleverunt. Ibi nona turbatio diuturnas crassas ac pæne tractabiles tenebras habuit, plus omnino periculi comminata quam fecit: heic itidem nona correptio fuit, cum Aureliano persecutionem decernenti, diris turbinibus terribile ac triste fulmen sub ipsius pedibus ruit, ostendens quid cum ultio talis exigeret, tantus posset ultor, nisi & clemens esset & patiens: quamquam intra sex ab hinc menses succidui tres imperatores, hoc est, Aurelianus, Tacitus & Florianus, diversis caussis interfecti sunt. Ibi postremo decima plaga quæ & novissima omnium fuit, interfectio filiorum quos primos quique genuerant: heic nihilo minus decima, id est, novissima pœna est omnium idolorum perditio, quæ primitus facta in primis amabant. Ibi rex potentiam Dei sensit, probavit & timuit, ac per hoc populum Dei liberum abire permisit: heic rex potentiam Dei sensit, probavit & credidit, ac per hoc populum Dei liberum esse permisit. Ibi numquam postea populus Dei ad servitutem retractus: heic numquam postea populus Dei ad idololatriam coactus est. Ibi Ægyptiorum vasa pretiosa Hebræis tradita sunt: heic in ecclesias Christianorum præcipua paganorum templa cesserunt. Sane illud, ut dixi, denuntiandum puto; quia sicut Ægyptiis post has decem plagas dimissos Hebræos persequi molientibus, irruit per superductum mare æterna perditio: ita & nos quidem libere peregrinantes, superventura quandoque persecutio gentilium manet, donec mare rubrum, hoc est, ignem judicii, ipso Domino nostro Jesu Christo duce & judice, trans-



eamus. Hi vero in quos Ægyptiorum forma transfunditur, permissa ad tempus potestate sævientes gravissimis quidem permissu Dei Christianos cruciatibus persequentur; verumtamen iidem omnes inimici Christi cum rege suo Antichristo, accepti stagno ignis æterni, quod magna impediente caligine, dum non videtur, intratur, perpetuam perditionem immortalibus arsuri suppliciis sortientur.

CAPUT XXVIII.

De Constantini magni Augusti, Maxentii, Licinii & Maximiani imperiis & rebus gestis. Item de Ario hæretico, ejusque dogmate damnato.

Igitur mortuo, ut dixi, Constantio in Britanniis, Constantinus imperator est creatus, primus imperatorum Christianus, excepto Philippo, qui Christianus annis admodum paucissimis ad hoc tantum constitutus fuisse mihi visus est, ut millesimus Romæ annus Christo potius, quam idolis dicaretur. A Constantino autem semper omnes Christiani imperatores usque in hodiernum diem creati sunt, excepto Juliano quem impia, ut ajunt, machinantem, exitiabilis vita deseruit. Hæc est lenta illa paganorum pœna, sed certa. Hinc sani insaniunt, hinc non vulnerati compunguntur, hinc ridentes gemunt, hinc viventes deficiunt, hinc secreto excruciantur quos nemo persequitur: hinc jam paucissimi remanserunt, qui numquam aliquo persequente puniti sunt. Verumtamen qualis tunc persecutores illos de quorum impunitate non solum gloriari, sed etiam insultare conantur, finis mansit expediam. Constantino in Galliis strenuissime rempublicam procurante, prætoriani milites Romæ Maxentium filium Herculei qui privatus in Lucania morabatur, Augustum nuncupaverunt. Maximianus Herculeus, jam ex Augusto privatus, & adhuc publicus persecutor, occasione filii sollicitatus qui imperium abjecerat, arripuit tyrannidem. Galerius Augustus Severum Cæsarem adversus Maxentium Romam cum exercitu misit. Severus cum Urbem obsideret, militum suorum scelere desertus & proditus, atque ex eo fugiens, Ravennæ interfectus est. Herculeus Maximianus persecutor, & ex Augusto tyrannus, confirmatum jam in imperio filium veste ac potestate regia spoliare conatus, conviciis autem ac tumultibus militum palam conterritus, in Galliam profectus est, ut Constantino genero æque dolis junctus auferret imperium: sed per filiam deprehensus & proditus, deinde in fugam versus Massiliæ oppressus & interfectus est. Porro Galerius occiso Severo Licinium imperatorem creavit. Cumque persecutionem a Diocletiano & Maximiano missam ipse atrocioribus edictis adcumulavisset, ac postquam per annos decem omni genere hominum exhausit provincias, putrefacto introrsum pectore, & vitalibus dissolutis, cum ultra horrorem humanæ miseriæ etiam vermes eructaret, medicique, ultra jam fœtorem non ferentes, crebro jussu ejus occiderentur; a quodam medico constantiam ex desperatione sumente increpitus, iram Dei suam esse pœnam, atque ideo a medicis non posse curari, edictis late missis, Christianos de exsiliis revocavit. Ipse autem cruciatus non sustinens, vim vitæ suæ adtulit. Ita respublica nunc sub novis quatuor principibus fuit, Constantino & Maxentio filiis augustorum, Licinio autem & Maximino, hominibus novis. Constantinus pacem ecclesiis post decem annos quam a persecutoribus vexabantur, indulsit. Deinde inter Constantinum & Maxentium bellum civile exortum est. Maxentius sæpe multis prœliis fatigatus, ultime ad pontem Mulvium victus & interfectus est. Maximinus persecutionis Christianorum incentor exsecutorque infestissimus apud Tarsum, dum civile bellum contra Licinium disponit, interiit. Licinius repentina rabie suscitatus, omnes Christianos e palatio suo jussit expelli. Mox bellum inter Licinium ipsum & Constantinum efferbuit. Sed Constantinus Licinium sororis suæ virum in Pannonia primum vicit, deinde apud Cibalas oppressit; universaque Græcia potitus, Licinium crebris bellis terra marique adsurgentem & repressum, tandem ad deditionem coegit: sed Herculei Maximiani soceri sui motus exemplo, ne iterum depositam purpuram in perniciem reipublice sumeret, privatum jussit occidi; cum omnibus jam ministris nefariæ persecutionis exstinctis, hunc quoque in quantum exserere potuit, persecutorem digna punitio flagitaret. Constantini filii, Crispus & Constantinus, & Licinius adolescens, Licinii augusti filius, Constantini autem ex sorore nepos, Cæsares sunt creati.


His diebus Arius Alexandrinæ urbis presbyter, a veritate fidei catholicæ devians, exitiabile plurimis dogma constituit. Qui simul ut primum Alexandriæ vel notus vel notatus inter confusos vulgo sectatores insectatoresque factus est, ab Alexandro tunc ejusdem urbis episcopo pulsus ecclesia est. Cumque homines quos in errorem seduxerat, etiam in seditionem excitaret apud Nicæam urbem Bithyniæ, conventus trecentorum & octodecim episcoporum factus est, per quos Arianum dogma exitiabile & miserum evidentissime deprehensum, palam proditum ac reprobatum est. Sed inter hæc latent caussæ, cur vindicem gladium, & destinatam in impios punitionem, Constantinus imperator etiam in proprios egit affectus. Nam Crispum filium suum & Licinium sororis filium, interfecit. Præterea multas gentes diversis prœliis subegit. Urbem nominis sui Romanorum regum vel primus vel solus instituit. Quæ sola expers idolorum, ad hoc brevissimo tempore condita a Christiano imperatore provecta est, ut sola Romæ tot sæculis miseriisque provectæ, forma & potentia merito possit æquari. Tum deinde primus Constantinus justo ordine & pio vicem vertit edicto: siquidem statuit citra ullam hominum cædem paganorum templa claudi. Mox Gothorum fortissimas & copiosissimas gentes in ipso barbarici soli sinu, hoc est in Sarmatarum regione delevit. Calocerum quemdam in Cypro adspirantem novis rebus oppressit. Tricennalibus suis Dalmatium Cæsarem legit. Cumque bellum in Persas moliretur in villa publica juxta Nicomediam, dispositam bene rempublicam filiis tradens diem obiit.

CAPUT XXIX.

Constantinus, Constantius & Constans imperatores. Interim de Magnentio arripiente imperium, & Decentio.

Anno ab Urbe condita MXCII. Constantius tricesimus quintus cum Constantino & Constante fratribus suis adeptus imperium, viginti quatuor annis tenuit. Fuit inter successores Constantini & Dalmatius Cæsar fratris filius, sed continuo militari factione decerptus est. Interea maligna semper

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



adversus Deum verum insectatio diaboli, quæ ab initio mundi usque ad nunc, a sincero fidei religionisque tramite offusis errorum nebulis, lubrica hominum corda perturbat; postquam Christianis imperatoribus summam regiæ potestatis in meliora vertentibus, ecclesiam Christi zelo idololatriæ persequi destitit, aliud machinamentum quo per eosdem Christianos imperatores Christi ecclesiam vexaret, invenit. Fit igitur Ario novi erroris auctori, ceterisque discipulis ipsius ad familiaritatem Constantii imperatoris promtus aditus & facilis via. Suadetur Constantio, ut quosdam in Deo gradus credat: & qui per januam ab errore idololatriæ fuerat egressus, rursus in sinum ejus, dum in Deo deos quærit, tamquam per pseudothyrum inducitur. Perverso igitur zelo potestas armatur illusa, & sub nomine pietatis vis persecutionis agitatur. De nova nominis electione contenditur, ut Arianorum potius ecclesiæ quam catholicorum sint. Sequitur terræ motus horribilis, qui plurimas orientis urbes solo stravit. Constantinus dum Constantem fratrem bello insectatur, incauta petulantia periculis se se offerens a ducibus ejus occisus est. Constantius adversus Persas & Saporem qui Mesopotamiam vastaverant, novem prœliis parum prospere decertavit. Novissime seditione atque intemperantia militum nocte adoriri pugnam coactus, patratam pæne victoriam insuper victus amisit. Post cum se Constans intolerandis vitiis dedisset, ac pœna provincialium favorem militum compararet, Magnentii dolis in oppido cui Helena nomen est, in proximo Hispaniæ interfectus est. Magnentius enim apud Augustodunum arripuit imperium, quod continuo per Galliam, Africam Italiamque porrexit. In Illyrico autem Vetranionem ætate grandævum imperatorem sibi milites creaverunt, virum natura simplicem cunctisque jucundum, sed qui ne prima quidem umquam litterarum elementa didicisset. Itaque cum primas litteras litterarumque syllabas, imperator senex interdum invitus meditaretur, a Constantio qui tunc in Magnentium ultione fratris accensus bellum parabat, deponere jussus imperium, abjiciens cum litteris purpuras contentusque privatis feriis palatium simul scholamque dimisit. Nepotianus deinde Romæ, Constantini sororis filius gladiatorum manu fretus, invasit imperium: qui deinde cum improbus ac per hoc invisus cunctis esset, a Magnentianis ducibus oppressus est. Sequitur bellum illud horribile inter Constantium Magnentiumque apud Mursam urbem gestum, in quo multa Romanarum virium profligatio etiam in posterum nocuit. Magnentius tamen victus aufugit, ac non multo post apud Lugdunum propria se manu interfecit. Decentius quoque frater ejusdem quem Cesarem Gallia præfecerat, apud Senonas laqueo vitam finivit. Continuo Constantius Gallum patrui filium, Cesarem legit: quem rursus crudeliter ac tyrannice agentem, paullo postquam creaverat, occidit. Silvanum quoque per Gallias rebus novis inhiantem, mature circumveniendum opprimendumque curavit. Igitur Silvano interfecto, Julianum patruelem suum Galli fratrem, Cæsarem creatum misit ad Gallias. Itaque Julianus Cæsar eversas oppressasque ab hoste Gallias strenuissime in integrum restituit. Alamannorum parvis copiis magnam multitudinem fudit. Rheno Germanos revinxit. His elatus successibus, fastigium usurpavit Augusti: & mox Italiam Illyricumque pervadens, Constantium Parthicis prœliis occupatum regni parte privavit. Constantius, Juliani scelere comperto, dimissa expeditione Parthorum, dum ad civile bellum revertitur, in itinere inter Ciliciam Cappadociamque defunctus est. Ita ille qui discissa pace & unitate fidei catholicæ, Christianos adversus Christianos armans, civili, ut ita dicam, bello ecclesiæ membra dilaceraverat, totum inquietum tempus imperii sui, molestissimumque spatium vitæ suæ, bellis civilibus etiam per propinquos & consanguineos excitatis, exercuit, exegit, expendit.

CAPUT XXX.

Fl. Claudius Julianus imperator Cæsar.

ANno ab Urbe condita MCXVI. Julianus, dudum Cæsar, post autem sextus & trigesimus ab Augusto regno potitus, anno uno & mensibus octo imperii summam solus obtinuit. Christianam religionem arte potius quam potestate insectatus, ut negaretur fides Christi & idolorum cultus susciperetur, honoribus magis provocare quam tormentis cogere studuit. Aperto tamen præcepit edicto, ne quis Christianus docendorum liberalium studiorum professor esset. Sed tamen sicut a majoribus nostris compertum habemus, omnes ubique propemodum præcepti conditiones amplexati, officium quam fidem deserere maluerunt. Julianus autem bellum adversus Parthos parans, cum Romanas vires contractas undique ad destinatam secum traheret perditionem, Christianorum sanguinem diis suis vovit, palam persecuturus ecclesias, si victoriam potuisset adipisci. Nam & amphitheatrum Hierosolymis exstrui jussit in quo reversus a Parthis, episcopos, monachos omnesque ejus loci sanctos, bestiis etiam arte sævioribus objiceret, spectaretque laniandos. Itaque postquam a Ctesiphonte castra movit, dolo cujusdam transfugæ in deserta perductus, cum vi sitis & ardore solis atque insuper labore arenarum confectus periret exercitus; imperator tanto rerum periculo anxius, dum per vasta deserti incautius evagatur, ab obvio quodam hostium equite conto ictus interiit. Sic misericors Deus impia consilia impii morte dissolvit.

CAPUT XXXI.

Jovianus imperator Cæsar Augustus.

ANno ab Urbe condita MCXVII. Jovianus septimus & trigesimus imperator, in summo rerum discrimine ab exercitu creatus, cum & locorum iniquitate captus & hostibus circumseptus, nullam evadendi facultatem nancisceretur, fœdus cum Sapore Persarum rege, etsi parum, ut putant, dignum, satis tamen necessarium pepigit: quippe ut tutum & incolumem Romanum exercitum non solum ab incursu hostium, verum etiam a locorum periculo liberaret, Nisibin oppidum & partem superioris Mesopotamiæ Persis concessit. Inde dum ad Illyricum rediens per Galatiam iter agit, cum in cubiculum quoddam novum se se cubitum recepisset, calore prunarum & nidore parietum nuper calce illitorum, adgravatus & suffocatus, octavo demum mense quam imperare cœperat, vitam finivit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 419.

CAPUT XXXII.

Fla. Valerius Valentinianus imp. Cæs. August. cum Valente fratre: deque Gratiano jam Cæsare.

ANno ab Urbe condita MCXVIII. Valentinianus octavus & trigesimus, apud Nicæam consensu militum imperator creatus est, mansitque in eo annis undecim: qui cum Christianus integra fide sacramentum militiæ gereret, & sub Juliano Augusto tribunus scutariorum, jussus ab imperatore sacrilego aut immolare idolis aut militia excedere, fideliter sciens & graviora Dei esse judicia & meliora promissa, sponte discessit. Ita parva interjecta mora, Juliano interfecto, ac mox Joviano mortuo qui pro nomine Christi amiserat tribunatum, retribuente Christo in locum persecutoris sui accepit imperium: qui postea fratrem suum Valentem participem fecit imperii, & Procopium tyrannum pluresque postea satellites ejus occidit. Terræ motus per totum orbem factus, ita turbatum quoque pelagus excussit, ut per vicinas terrarum campestrium partes refuso mari, plurimæ insularum urbes concussæ & subrutæ, periisse referantur. Valens ab Eudoxio episcopo, Ariani dogmatis adsertore, & baptizatus & persuasus, in sævissimam hæresim declinavit: sed malignam insectationem diu texit, nec voluntati potestatem admiscuit, quoad viventis fratris auctoritate compressus est. Contemplabatur enim de eo, quantam vim in ulciscenda fide imperator posset exercere, qui tantam constantiam pro retinenda quondam miles habuisset. Horum anno imperii tertio, Gratianus Valentiniani filius, imperator est factus. Eodem anno apud Atrebatas vera lana de nubibus pluviæ mixta defluxit. Præterea Athanaricus rex Gothorum, Christianos in gente sua crudelissime persecutus, plurimos barbarorum ob fidem interfectos ad coronam martyrii sublimavit; quorum tamen plurimi in Romanum solum non trepidi, velut ad hostes, sed certi, quod ad fratres, pro Christi confessione fugerunt. Valentinianus Saxones, gentem in oceani litoribus & paludibus inviis sitam, virtute atque agilitate terribilem, periculosam Romanis finibus, eruptionem magna mole meditantes, in ipsis Francorum finibus oppressit. Burgundionum quoque novorum hostium, novum nomen; qui plus quam octoginta millia, ut ferunt, armatorum, ripæ Rheni fluminis insederunt. Hos quondam subacta interiore Germania, a Druso & Tiberio adoptivis filiis Cæsaris per castra dispositos, in magnam coaluisse gentem: atque ita etiam nomen ex opere præsumsisse, quia crebra per limitem habitacula constituta, Burgos vulgo vocant: eorumque esse prævalidam & perniciosam manum, Galliæ hodieque testes sunt, in quibus præsumta possessione consistunt; quamvis providentia Dei omnes Christiani modo facti, catholica fide nostrisque clericis quibus obedirent receptis, blande, mansuete innocenterque vivant, non quasi cum subjectis Gallis, sed vere cum fratribus Christianis. Anno autem undecimo imperii sui Valentinianus cum Sarmatæ se se per Pannonias diffudissent easque vastarent, bellum in eos parans, apud Brigitionem oppidum subita effusione sanguinis, quod Græce Apoplexis vocatur, suffocatus & mortuus est. Post quem Gratianus filius ejus, occidentis imperium tenuit. Valente patruo in orientis partibus constituto, Valentinianum et- A iam fratrem suum parvum admodum, socium creavit imperii.

CAPUT XXXIII.

Valens imperator, quomodo Christianos punierit & quæ bella gesserit: deque Gratiani imperio.

ANno ab Urbe condita MCXXVIII. Valens nonus & trigesimus, imperium quatuor annis Valentiniano mortuo tenuit, cui soli cum impie ageret & potuisset erubescere, illico velut effrenata libertatis audacia legem dedit: ut monachi, hoc B est, Christiani, qui ad unum fidei opus, dimissa sæcularium rerum multimoda actione se redigunt, ad militiam cogerentur. Vastas illas tunc Ægypti solitudines, arenasque diffusas quas propter sitim ac sterilitatem periculosissimamque serpentum abundantiam conversatio humana non nosset, magna habitantium monachorum multitudo compleverat. Huc tribuni & milites missi, qui sanctos ac veros milites Dei alio nomine persecutionis abstraherent. Interfecta sunt ibi agmina multa sanctorum. Quæ autem per diversas ubique provincias, his similibusque jussis adversus ecclesias catholicas, & rectæ fidei populos gesta sint, satis significatum ipsa reticendi electione sufficiat. Interea in Africæ parti- C bus Firmus se se, excitatis Maurorum gentibus regem constituens, Africam Mauritaniamque vastavit. Cæsaream urbem nobilissimam Mauritaniæ, dolo captam, deinde cædibus incendiisque completam, barbaris in prædam dedit. Igitur comes Theodosius, Theodosii qui post imperio præfuit, pater a Valentiniano missus, effusas Maurorum gentes multis prœliis fregit; ipsum Firmum adflictum & oppressum coegit ad mortem. Post cum experientissima providentia totam cum Mauritania Africam meliorem pristinis legibus reddidisset, instimulante & obrepente invidia, jussus interfici, apud Carthaginem baptizari in remissionem peccatorum præoptavit: ac postquam sacramentum Christi, quod quæ- D sierat adsecutus est, post gloriosam sæculi vitam, etiam de vitæ æternitate securus, percussori jugulum ultro præbuit. Gratianus interea imperator, admodum juvenis cum inæstimabilem multitudinem hostium Romanis infusam finibus cerneret, fretus Christi potentia, longe impari militum numero se se in hostem dedit, & continuo apud Argentariam, oppidum Galliarum, formidolosissimum bellum incredibili felicitate confecit. Nam plus quam triginta millia Alamannorum, minimo Romanorum detrimento, in eo prœlio interfecta narrantur. Tertio decimo autem anno imperii Valentis, hoc est, parvo tempore postea quam Valens per totum orientem ecclesiarum lacerationes sanctorumque cædes E egerat, radix illa miseriarum nostrarum copiosissimos simul frutices germinavit: siquidem gens Hunnorum, diu inaccessis seclusa montibus, repentina rabie percita, exarsit in Gothos: eosque sparsim conturbatos ab antiquis sedibus expulit. Gothi transito Danubio fugientes, a Valente sine ulla fœderis pactione suscepti, ne arma quidem quo tutius barbaris crederetur, tradidere Romanis. Deinde propter intolerabilem avaritiam Maximi ducis, fame & injuriis adacti in arma surgentes, victo Valentis exercitu per Thraciam se se miscentes, simul omnia cædibus, incendiis rapinisque fœdarunt. Valens egressus de Antiochia: cum ultima infelicis belli sorte traheretur, sera peccati maximi pœnitentia stimulatus, episcopos ceterosque san-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ctos revocari de exsiliis imperavit. Itaque decimo quinto imperii sui anno lacrymabile illud bellum in Thracia cum Gothis, jam tunc exercitatione virium rerumque abundantia instructissimis gessit. Ubi primo statim impetu Gothorum perturbatæ Romanorum equitum turmæ, nuda peditum deseruere præsidia. Mox legiones peditum undique equitatu hostium cinctæ, ac primum nubibus sagittarum obrutæ, deinde cum amentes metu sparsim per devia cogerentur, funditus cæsæ, gladiis insequentium contisque perierunt. Ipse imperator, cum sagitta saucius, versusque in fugam ægre in cujusdam villulæ casam deportatus lateret ab insequentibus hostibus deprehensus, subjecto igne consumtus est: & quo magis testimonium punitionis ejus B & divinæ indignationis terribili posteris esset exemplo, etiam communi caruit sepultura. Consoletur se, sed in hoc solo pervicacia miseriaque gentilium, quia temporibus & regibus Christianis tantæ simul congestæ clades, pressam reipublicæ oneravere cervicem: eversæ provinciæ, deletus exercitus, imperator incensus. Magnum re vera hoc est ad nostrum dolorem, magisque miserum, quo magis novum. Sed quid hoc ad consolationem proficit paganorum, qui palam pervident & in his quoque persecutorem ecclesiarum fuisse punitum? Unus Deus unam fidem tradidit, unam ecclesiam toto orbe diffudit, hanc adspicit, hanc diligit, hanc defendit. Quolibet se se quisque nomine te- C gat, si huic non sociatur, alienus; si hanc impugnat, inimicus est. Consolentur se gentiles, in quantum volunt Judæorum hæreticorumque suppliciis: tantum & unum Deum esse, & eumdem personarum acceptorem non esse, vel ex hac potissimum Valentis exstincti probatione fateantur. Gothi antea per legatos supplices poposcerunt, ut illis episcopi a quibus regulam Christianæ fidei discerent, mitterentur. Valens imperator exitiabili pravitate doctores Ariani dogmatis misit. Gothi primæ fidei rudimentum quod accepere, tenuerunt. Itaque justo Dei judicio ipsi eum vivum incenderunt, qui propter eum etiam mortui, vitio erroris arsuri sunt.

CAPUT XXXIV.

Gratianus imperator quanta prudentia imperium rexerit. Theodosius orienti & Thraciæ imperat: deque Arcadio & Maximo.

ANno ab Urbe condita MCXXXII. Gratianus quadragesimus ab Augusto, post mortem Valentis sex annis imperium tenuit, quamvis jam dudum antea cum patruo Valente & cum Valentiniano fratre regnaret: qui cum adflictum ac pæne collapsum reipublicæ statum videret, eadem provisione, qua quondam legerat Nerva Hispanum vi- E rum Trajanum per quem respublica reparata est, legit & ipse Theodosium æque Hispanum virum, & restituendæ reipublicæ necessitate apud Sirmium purpura induit, orientisque & Thraciæ simul præfecit imperio: in hoc usus perfectiore judicio, quia cum in omnibus humanæ vitæ virtutibus iste par fuerit, in fidei sacramento religionisque cultu sine ulla comparatione præcessit. Siquidem ille persecutor, hic propagator ecclesiæ. Ita illi ne unus quidem proprius filius quo successore gauderet, indultus est: hujus autem orienti simul atque occidenti per succiduas usque ad nunc generationes gloriosa propago dominatur. Itaque ut Theodosius adflictam rempublicam ira Dei reparandam credidit

A misericordia illius, omnem fiduciam sui ad opem Christi conferens, maximas illas Scythicas gentes formidatasque cunctis majoribus, Alexandro quoque illi magno, sicut Pompejus Corneliusque testati sunt, evitatas, nunc autem, exstincto Romano exercitu, Romanis equis armisque instructissimas, hoc est, Alanos, Hunnos & Gothos, incunctanter adgressus, magnis multisque prœliis vicit. Urbem Constantinopolim victor intravit: & ne parvam ipsam Romani exercitus manum adsidue bellando detereret, fœdus cum Athanarico rege Gothorum percussit. Athanaricus autem continuo ut Constantinopolim venit, diem obiit. Universæ Gothorum gentes, rege defuncto, adspicientes virtutem benignitatemque Theodosii, Romano se se imperio dediderunt. In iisdem etiam diebus Persæ, qui Juliano interfecto aliisque imperatoribus sæpe victis, nunc etiam Valente in fugam acto, recentissimæ victoriæ satietatem cruda insultatione ructabant, ultro Constantinopolim ad Theodosium misere legatos, pacemque supplices poposcerunt: ictumque tum fœdus est, quo universus oriens usque ad nunc tranquillissime fruitur. Interea cum Theodosius in oriente subactis barbarorum gentibus, Thracias tandem ab hoste liberas reddidisset, & Arcadium filium suum, consortem fecisset imperii; Maximus vir quidem strenuus & probus atque Augusto dignus, nisi contra sacramenti fidem per tyrannidem emersisset, in Britannia invitus propemodum ab exercitu imperator creatus, in Galliam transiit: ubi Gratianum Augustum subita incursione perterritum atque in Italiam transire meditantem dolis circumventum interfecit, fratremque ejus Valentinianum Augustum Italia expulit. Valentinianus in orientem refugiens a Theodosio paterna pietate susceptus, mox etiam imperio restitutus est.

CAPUT XXXV.

Theodosius imperator Cæsar Augustus quæ bella gesserit. Interim de Maximi, Andragathii & Valentiniani interitu: deque Arbogaste & Eugenio tyranno, per Theodosium deletis.

D

ANno ab Urbe condita MCXXXVIII. Theodosius quadragesimus primus, interfecto per Maximum Gratiano, imperium Romani orbis solus obtinuit, mansitque in eo annis undecim, cum jam in orientis partibus sex annis Gratiano vivente regnasset. Itaque justis necessariisque caussis ad bellum civile permotus, cum e duobus Augustis fratribus, & ultionem unius interfecti sanguis exigeret, & restitutionem miseria alterius exsulantis oraret, posuit in Deo spem suam, se seque adversus Maximum tyrannum, sola fide major (nam longe minor erat universa adparatus bellici comparatione) proripuit. Aquilejæ tunc Maximus victoriæ suæ spectator insederat. Andragathius comes ejus summam belli administrabat: qui cum largissimis militum copiis ipsaque magnarum copiarum fortitudine, præcellente consilio, omnes incredibiliter Alpium ac fluminum aditus communisset, ineffabili judicio Dei, dum navali expeditione incautum hostem prævenire & obruere parat, sponte eadem quæ obstruxerat, claustra deseruit. Ita Theodosius nemine sentiente, ut non dicam repugnante, vacuas transmisit Alpes atque Aquilejam improvisus adveniens, hostem illum magnum, Maximum, trucem & ab immanissimis quoque Germanorum gentibus tributa ac stipendia solo terrore nominis exigentem, sine dolo & sine controversia clausit,

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



cepit, occidit. Valentinianus recepta Italia, potitus imperio est. Andragathius comes cognita Maximi nece, præcipitem se se e navi in undas dedit ac suffocatus est. Theodosius incruentam victoriam Deo procurante suscepit. Ecce regibus & temporibus Christianis qualiter bella civilia cum vitari nequeunt, transiguntur. Ad victoriam perventum est, irrupta est civitas, correptus tyrannus: & hoc parum est. Ecce parte alia victus hostilis exercitus, atque ipso tyranno truculentior comes tyranni ad mortem coactus, tantæ dissolutæ elusæque insidiæ, tanti adparatus exinaniti sunt: & tamen nullus dolos instruxit, nullus aciem disposuit, postremo nullus (si dici licet) gladium de vagina extulit. Formidolosissimum bellum sine sanguine usque ad victoriam, & in victoria duorum morte confectum est. Et ne quisquam hoc casu factum putet, quo magis potentia Dei qua & dispensantur & judicantur universa, propalato sui testimonio declarata, obstrepentium mentes vel ad confusionem vel ad fidem cogat, dico rem & ignotam omnibus, & omnibus notam. Post hoc bellum quo Maximus interfectus est, multa utique, sicut omnes recognoscimus, Theodosium filiumque ejus Honorium, usque ad nunc & externa bella & civilia confecuta sunt: & tamen omnia pæne usque in hodiernum diem, & quidem cum fructu simplicis sanctæque victoriæ, vel nullo vel minimo sanguine quieverunt. Igitur Valentinianus junior regno restitutus, exstincto Maximo ejusque filio Victore quem imperatorem Gallis Maximus reliquerat, ipse in Galliam transivit: ubi cum tranquilla republica in pace ageret, apud Viennam dolo Arbogastis comitis sui, ut ferunt, strangulatus, atque ut voluntariam sibi consciviffe mortem putaretur, laqueo suspensus est. Mortuo Valentiniano Augusto, Arbogastes Eugenium tyrannum mox creare ausus est, legitque hominem cui titulum imperatoris imponeret, ipse acturus imperium: vir barbarus animo, consilio, manu, audacia, potentiaque nimius contraxit innumeras undique invictasque copias, vel Romanorum præsidiis vel auxiliis barbarorum, alibi potestate, alibi cognatione subnixus. Historiam notam etiam oculis plurimorum, quam melius qui spectavere noverunt, dilatari verbis non opus est. Potentia Dei, non fiducia hominis, victorem semper exstitisse Theodosium, Arbogastes iste præcipuum in utroque documentum est: qui & tunc, cum Theodosio paruit, tantis instructum præsidiis Maximum ipse minimus cepit: & nunc, cum adversus eumdem Theodosium, collectis Gallorum Francorumque viribus, exundavit, nixus etiam præcipuo cultu idolorum, magna tamen facilitate succubuit. Eugenius atque Arbogastes instructas acies campis expedierant, arta Alpium latera atque inevitabiles transitus, præmissis callide insidiis, occuparant: ut, etiamsi numero ac viribus impares forent, sola tamen belli dispositione victores. At vero Theodosius in summis Alpibus constitutus, expers cibi ac somni, sciens quod destitutus suis, nesciens quod clausus alienis, Dominum Christum solus solum qui posset omnia, corpore humi fusus, mente cælo fixus orabat. Dehinc postquam insomnem noctem precum continuatione transegit, & testes propemodum quas in pretium præsidii cælestis adpenderat, lacrymarum lacunas reliquit, fiducialiter arma corripuit solus, sciens se esse non solum. Signo crucis signum prœlio dedit, ac se in bellum etiam si nemo sequeretur, victor futurus immisit. Prima salutis via exstitit Arbitrio, hostilium partium comes: qui cum ignarum imperatorem circumpositis excepisset insidiis, conversus ad reverentiam præsentis Augusti, non solum periculo liberavit, verum etiam instruxit auxilio. At ubi ad contigua miscendæ pugnæ spatia perventum est, continuo magnus ille & ineffabilis turbo ventorum in ora hostium ruit. Ferebantur per aera spicula missa nostrorum manu, atque ultra mensuram humani jactus per magnum inane portata, nusquam propemodum cadere, prius quam impingerent, sinebantur. Porro autem turbo continuus ora pectoraque hostium nunc illisis graviter scutis everberabat, nunc impressis pertinaciter obstructa claudebat, nunc avulsis violenter destituta nudabat, nunc oppositis jugiter in terga trudebat: tela etiam quæ ipsi vehementer intorserant, excepta ventis impetu supinata ac retrorsum coacta ipsos infeliciter configebant. Prospexit sibi humanæ conscientiæ pavor: nam continuo se se, parva suorum manu fusa, victori Theodosio hostilis prostravit exercitus. Eugenius captus atque interfectus est. Arbogastes sua se manu perculit. Ita & heic duorum sanguine bellum civile restinctum est, absque illis decem millibus Gothorum quos præmissos a Theodosio Arbogastes delesse funditus fertur, quos utique perdidisse lucrum & vinci vincere fuit. Non insulto obtrectatoribus nostris. Unum aliquod ab initio Urbis conditæ bellum proferant, tam pia necessitate susceptum, tam divina felicitate confectum, tam clementi benignitate sopitum; ubi nec pugna gravem cædem, nec victoria cruentam exegerit ultionem: & fortasse concedam, ut non hæc fidei Chistiani ducis concessa videantur, quamvis ego hoc testimonio non laborem, quando unus ex ipsis, poeta quidem eximius, sed paganus pervicacissimus, hujusmodi versibus & Deo & homini testimonium tulit, quibus ait:

O nimium dilecte Deo! tibi militat æther,
Et conjurati veniunt ad classica venti.


Ita cælitus judicatum est inter partem, etiam sine ne præsidio hominum de solo Deo humiliter sperantem, & partem arrogantissime de viribus suis & de idolis præsumentem. Theodosius autem, composita tranquillataque republica apud Mediolanum constitutus, diem obiit.

CAPUT XXXVI.

De imperio & rebus gestis Arcadii, Theodosii junioris & Honorii Cæsarum. De Gildonis perfidia ac molitionibus, tamen per Mascezilem compressis.

Anno ab Urbe condita MCXLIX. Arcadius Augustus cujus nunc filius Theodosius orientem regit, & Honorius Augustus frater ejus cui nunc respublica innititur, quadragesimo & secundo loco commune imperium, divisis tantum sedibus tenere cœperunt: vixitque Arcadius post patris excessum annis duodecim, imperiique summam Theodosio filio suo parvo admodum, moriens tradidit. Interea Gildo comes qui in initio regni eorum Africæ præerat, simul ut defunctum Theodosium comperit, sive ut quidam ferunt, quadam permotus invidia, Africam orientalis imperii partibus jungere molitus est: sive, ut alia tradit opinio, minimam in parvulis spem fore arbitratus, præsertim cum absque his non facile antea quisquam pusillus in imperio relictus, ad maturitatem virilis ætatis evaserit: istique propemodum soli inveniantur, quos ob egregiam patris ac suam fidem & divisos & destitutos Christi tutela provexerit. Afri-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



eam excerptam a societate reipublicæ sibi usurpare ausus est, gentili magis licentia contentus quam ambitu regiæ adfectationis inflatus. Huic Mascezil frater fuit, qui novarum rerum in fratre molitiones perhorrescens, relictis apud Africanam militiam duobus filiis adolescentibus, in Italiam rediit. Gildo & absentiam fratris & præsentiam filiorum ejus suspectam habens adolescente sdolo circumventos interfecit. Ad hunc jam, ut hostem bello insequendum Mascezil frater missus est, quem idoneum procurandæ reipublicæ fore propriæ orbitatis recens dolor pollicebatur. Igitur Mascezil jam inde a Theodosio sciens, quantum in rebus desperatissimis oratio hominis per fidem Christi a clementia Dei impetraret, Caprariam insulam adiit, unde secum sanctos servos Dei aliquot permotos precibus suis sumsit: cum his, orationibus, jejuniis, psalmis dies & noctes continuans, sine bello victoriam meruit ac sine cæde vindictam. Ardalio fluminis nomen est, quod fluit inter Thebastem & Metrideram civitates: ubi cum parva manu, hoc est, cum quinque millibus (ut ajunt) militum, contra septuaginta millia hostium castra metatus, cum interjecta mora excedere loco oppositasque præjacentis vallis angustias transgredi vellet, intercurrente nocte, beatum Ambrosium episcopum Mediolani paullo ante defunctum, per somnium sibi videre visus est, significantem manu, & impacto ad humum ter baculo dicentem: *Heic, heic, heic.* Quod ille prudenti conjectura intellexit merito adnuntiantis fidem victoriæ, verbo locum, numero diem significari. Substitit, ac tertio demum die, post noctem orationibus hymnisque pervigilem, ab ipsis cælestium sacramentorum mysteriis in hostem circumfusum processit: & cum ad eos qui primi occurrerant, pia pacis verba jactaret, signiferum quemdam insolenter obsistentem & jam jamque pugnam excitantem gladio percussit in brachio: eumque manu debilem, ipso vulnere coegit pronum inclinare vexillum. Quo viso, reliquæ cohortes deditionem jam fieri priorum existimantes, certatim se se ad Mascezilem signis tradidere conversis. Barbari quorum magnam multitudinem Gildo ad bellum deduxerat, defectu militum destituti, in diversa fugerunt. Gildo & ipse fugam molitus arrepta navi, ut in altum profectus ac deinde revocatus in Africam, post aliquot dies strangulatus interiit. Periclitaremur sub tantorum miraculorum relatu, præsumta mentiendi impudentia, nisi adhuc vocem nostram conscientia eorum qui interfuere, præcurreret. Nullæ aguntur insidiæ, nulla corruptio, septuaginta millia hostium vincuntur pæne sine pugna: fugit victus ad tempus, ne plus audeat victor iratus. Transportatur in diversum locum, ut nesciat frater occidi, quo vindicatur occiso. Sane idem Mascezil, elatus rerum secundarum insolentia, posthabito sanctorum consortio cum quibus antea Deo militans vicerat, etiam ecclesiam temerare ausus est, atque ex ea quosdam non dubitavit extrahere. Secuta est pœna sacrilegum. Nam iisdem superstitibus atque insultantibus quos ab ecclesia ad pœnam protraxerat, post aliquantum tempus & ipse solus punitus est: probavitque in se uno, ad utrumque semper divinum vigilare judicium: quando & cum speravit adjutus, & cum contemsit occisus est.

CAPUT XXXVII.

De Rufini & Stiliconis scelere: item Rhadagaisii regis Gothorum; quomodo Romam terruerit & victus sit.

INterea cum a Theodosio imperatore seniore, singulis potissimis infantum cura & disciplina utriusque palatii commissa esset, hoc est, Rufino orientalis aulæ, Stiliconi occidentalis imperii; quid uterque egerit, quidve agere conatus sit, exitus utriusque docuit: cum alius sibi, alius filio suo adfectans regale fastigium, ut rebus repente turbatis, necessitas reipublicæ scelus ambitus tegeret, barbaras gentes ille immisit, hic fovit. Taceo de Alarico rege cum Gothis suis sæpe victo, sæpe concluso, semperque dimisso. Taceo de infelicibus bellis apud Pollentiam gestis, quum barbaro & pagano duci, hoc est, Sauli, belli summa commissa est: cujus improbitate reverendissimi dies & sanctum Pascha violatum est, cedentique hosti propter religionem, ut pugnaret extortum est: cum quidem, ostendente in brevi judicio Dei, & quid favor ejus posset, & quid ultio exigeret, pugnantes vicimus, victores victi sumus. Taceo de ipsorum inter se barbarorum crebris dilacerationibus, cum se invicem Gothorum cunei duo, deinde Alani atque Hunni variis cædibus populabantur. Rhadagaisus, omnium antiquorum præsentiumque hostium longe immanissimus, repentino impetu totam inundavit Italiam. Nam fuisse in populo ejus plus quam ducenta millia Gothorum ferunt. Hic supra hanc incredibilem multitudinem indomitamque virtutem paganus & Scytha erat: qui ut mos est barbaris hujusmodi gentibus, omnem Romani generis sanguinem diis suis propinare devoverat. Hoc igitur Romanis arcibus imminente, fit omnium paganorum in Urbe concursus, hostem adesse cum utique virium copia, tum maxime præsidio deorum potentem: Urbem autem ideo destitutam & mature perituram, quia deos & sacra perdiderit. Magnis querelis ubique agitur, & continuo de repetendis sacris celebrandisque tractatur. Fervent tota Urbe blasphemiæ: vulgo nomen Christi tamquam lues aliqua præsentium temporum opprobriis gravatur. Itaque ineffabili judicio Dei factum est, uti quoniam in permixto populo piis gratia, impiis pœna debebatur, oportebatque permitti hostes, qui insuadibilem in plurimis, & contradicentem civitatem severioribus solito flagris coarguerent, non tamen eos qui indiscrete evectos intemperata cæde delerent; duo tunc Gothorum populi cum duobus potentissimis regibus suis per Romanas provincias baccharentur: quorum unus Christianus propiorque Romano, & (ut res docuit) timore Dei mitis in cæde, alius paganus, barbarus & vere Scytha, qui non tantum gloriam aut prædam, quantum inexsaturabili crudelitate ipsam cædem amaret in cæde: & hic jam sinu receptus Italiæ, Romam e proximo trementem terrore quassabat. Itaque si huic ultionis potestas permitteretur, quem Romani ob hoc præcipue timendum arbitrabantur, quia deorum favorem sacrificiorum obsequiis invitaret; & immoderatior cædes sine fructu emendationis arsisset, & error novissimus pejor priore crevisset: quandoquidem in pagani & idololatræ manus incidisse, non solum paganis residuis de instaurando cultu idolorum esset indubitata persuasio, sed etiam Christianis periculosa confusio; cum & hi terrerentur præjudicio, & illi confirmarentur exemplo.



Quamobrem justus dispensator humani generis Deus A perire paganum hostem voluit, & Christianum præ valere permisit; ut pagani blasphemantesque Romani, & illo confunderentur perdito, & hoc punirentur immisso: maxime cum imperatoris Honorii admiranda in rege continentia, & sanctissima fides non parum divinæ misericordiæ mereretur. Conceduntur quidem adversus immanissimum illum hostem Rhadagaisum, aliorum hostium cum copiis suis inclinati ad auxilium animi. Adsunt Uldin & Sarus, Hunnorum & Gothorum duces, præsidio Romanorum: sed non sinit Deus rem potentiæ suæ, virtutem hominum & maxime hostium videri. Conterritum divinitus Rhadagaisum in Fæsulanos montes cogit: ejusque (secundum eos qui parcissime referunt) B ducenta millia hominum, inopum consilii & cibi, in arido & aspero montis jugo, urgente undique timore concludit: agminaque quibus dudum angusta videbatur Italia, latendi spe in unum ac parvum verticem trudit. Quid multis morer? Non disposita in bellum acies fuit, non furor, timorque incerta pugnæ prætulit, non cædes acta, non sanguis effusus est, non postremo (quod felicitatis loco deputari solet) damna pugnæ eventu compensata victoriæ: edentibus, bibentibus, ludentibusque nostris, tanti illi tamque immanes hostes, esurientes & sitientes languentesque confecti sunt. Parum hoc est, nisi captum & catenatum ac subjugatum sciant, quem timuere Romani: illumque idololatram suum cujus sacrificia C se magis pertimescere quam arma fingebant, sine prœlio victum ac vinctum sub jugo catenisque despiciant. Igitur rex Rhadagaisus, solus spem fugæ sumens, clam suos deseruit atque in nostros incidit, a quibus captus ac paullisper retentus, deinde interfectus est. Tanta vero multitudo captivorum Gothorum fuisse fertur, ut vilissimarum pecudum modo, singulis aureis passim greges hominum venderentur. Sed nihil superesse Deus de eodem populo sinit. Nam illico cunctis qui emebantur morientibus, quod improbi emtores eorum non impenderunt turpiter pretiis, expenderunt misericorditer sepulturis. Igitur ingrata Roma, quæ sicut nunc sensit, non ad remittendam, sed ad reprimendam idololatriæ præsumtionem, D judicis Dei obliquam misericordiam; ita continuo propter vivorum mortuorumque sanctorum piam recordationem, Dei iram passura non plenam, si forte confusa pœniteat, & per experientiam fidem discat, ab incursu Alarici regis & hostis, sed Christiani, aliquantulo ad tempus spatio differtur.

CAPUT XXXVIII.

De molitionibus Stiliconis comitis, ejusque & Eucherii interitu.


Interea comes Stilico Vandalorum imbellis, avaræ, perfidæ & dolosæ gentis genere editus, E parvipendens quod sub imperatore imperabat, Eucherium filium suum, sicut a plerisque traditur, jam inde Christianorum persecutionem a puero privatoque meditantem, in imperium quoquo modo sustinere nitebatur. Quamobrem Alaricum cunctamque Gothorum gentem, pro pace optima & quibuscumque sedibus suppliciter ac simpliciter orantem, occulto fœdere fovens, publice autem & belli & pacis copia negata, ad terrendam terendamque rempublicam reservavit. Præterea gentes alias copiis viribusque intolerabiles, quibus nunc Galliarum Hispaniarumque provinciæ premuntur, hoc est, Alanorum, Suevorum, Vandalorum, ipsoque simul motu impulsorum Burgundionum, ultro in arma solicitans, deterso semel Romani nominis metu, suscitavit. Eas interim ripas Rheni quatere & pulsare Gallias voluit, sperans miser sub hac necessitatis circumstantia, quod & extorquere imperium genero posset in filium, & barbaræ gentes tam facile comprimi quam commoveri valerent. Itaque ubi imperatori Honorio exercituique Romano hæc tantorum scelerum scena patefacta est, commoto justissime exercitu, occisus est Stilico; qui ut unum puerum purpura indueret, totius generis humani sanguinem dedidit. Occisus est & Eucherius, qui ad conciliandum sibi favorem paganorum, restitutione templorum & eversione ecclesiarum imbuturum se regni primordia minabatur; paucique cum iisdem satellites tantarum molitionum puniti sunt. Ita minimo negotio paucorumque pœna, ecclesiæ Christi cum imperatore religioso & liberatæ sunt & vindicatæ. Itaque post hæc tanta augmenta blasphemiarum nullamque pœnitentiam, ultima illa diuque suspensa Urbem pœna consequitur.

CAPUT XXXIX.

Quomodo Roma per Gothos irrupta fuerit, deprædata & incensa, solis Christianis tutis & liberis.

Adest Alaricus, trepidam Romam obsidet, turbat, irrumpit. Dato tamen præcepto prius, ut si qui in sancta loca præcipueque in sanctorum Apostolorum Petri & Paulli basilicas confugissent, hos in primis inviolatos securosque esse sinerent. Tum deinde, in quantum possent prædæ inhiantes, a sanguine temperarent. Accidit quoque, quo magis illa Urbis irruptio indignatione Dei acta quam hostis fortitudine probaretur, ut beatus Innocentius Romanæ ecclesiæ episcopus, tamquam justus Lot subtractus a Sodomis, occulta providentia Dei apud Ravennam tunc positus, peccatoris populi non videret excidium. Discurrentibus itaque per Urbem barbaris, forte unus Gothorum, idemque potens & Christianus, sacram Deo virginem jam ætate provectam in quadam ecclesiastica domo reperit: cumque ab ea aurum argentumque honeste exposceret, illa fideli constantia esse apud se plurimum, & mox proferendum spopondit ac protulit. Dumque expositis opibus, adtonitum barbarum magnitudine & pondere ac pulcritudine, ignota etiam vasorum qualitate intelligeret, virgo Christi ad barbarum ait: *Hæc Petri Apostoli sacra ministeria sunt. Præsume, si audes: de facto tu videris. Ego quia defendere non valeo, neque tenere audeo.* Barbarus vero ad reverentiam religionis, timore Dei & fide virginis motus, ad Alaricum per nuntium hæc retulit: qui continuo reportari ad Apostoli basilicam universa, ut erant, vasa imperavit: virginem etiam simulque omnes qui se adjungerent Christianos, eodem cum defensione deduci. Ea domus a sanctis sedibus longe ut ferunt, & medio interjectu Urbis aberat. Itaque magno spectaculo omnium disposita per singulos singula, & super capita elata palam aurea atque argentea vasa portantur: exsertis undique ad defensionem gladiis pia pompa munitur. Hymnis, Deo Romanis barbarisque concinentibus, publice canitur. Personat late in excidio Urbis salutis tuba, omnesque etiam in abditis latentes invitat ac pulsat. Concurrunt undique ad vasa Petri, vasa Christi: plurimi etiam pagani Christianis professione, etsi non fide admiscentur; & per hoc ta-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



men ad tempus quo magis confundantur, evadunt. Quanto copiosius adgregantur Romani confugientes, tanto avidius circumfunduntur barbari defensores. O sacra & ineffabilis divini judicii discretio! O sanctum istud & salutare flumen, quod parva exortum domo, dum beato alveo in sanctorum sedes tendit, oberrantes periclitantesque animas in salutis sinum pia rapacitate pervexit! O præclara illa Christianæ militiæ tuba, quæ generaliter cunctos dulcissimo ad vitam modulamine invitans, quos ad salutem inobedientes non suscitavit, inexcusabiles reliquit ad mortem. Mysterium hoc quod in transferendis vasis, dicendis hymnis, ducendis populis fuit, tamquam magnum cribrum fuisse arbitror, per quod ex congregatione populi Romani, tamquam ex magna massa frumenti, per omnia ex universo ambitu civitatis latebrarum foramina effluxere grana viva, sive occasione sive veritate commota: omnia tamen de præsente salute credentia, ex horreo dominicæ præparationis accepta sunt: reliqua vero, sicut stercora & velut paleæ, ipsa vel incredulitate vel inobedientia præjudicata, ad exterminium atque incendium remanserunt. Quis hæc perpendere plenis miraculis, quis prædicare dignis laudibus queat? Tertia die barbari, quam ingressi fuerant Urbem, sponte discedunt; facto quidem aliquantarum ædium incendio, sed ne tanto quidem quantum septingentesimo conditionis ejus anno casus effecerat. Nam si exhibitam Neronis imperatoris sui spectaculis inflammationem recenseam, procul dubio nulla comparatione æquiparabitur secundum id quod excitaverat lascivia principis, hoc quod nunc intulerit ira victoris. Neque vero Gallorum meminisse in hujusmodi collatione debeo, qui continuo pæne anni spatio incensæ eversæque Urbis adtritos cineres possederunt. Et ne quisquam forte dubitaret ad correptionem superbæ lasciviæ, & blasphemæ civitatis hostibus fuisse permissum; eodem tempore clarissima Urbis loca fulminibus diruta sunt, quæ inflammari ab hostibus nequiverunt.

C A P U T XL.

De irruptione vastationeque Alanorum, Suevorum & Vandalorum. Item de Gratiano tyranno & Constantino imperatore apud Britannos; deque Didymi & Veriniani gestis & interitu.

ANno itaque ab Urbe condita MCLXIV. irruptio Urbis per Alaricum facta est: cujus rei quamvis recens memoria sit, tum si quis ipsius populi Romani & multitudinem videat & vocem audiat, nihil factum, sicut etiam ipsi fatentur, arbitrabitur, nisi aliquantis adhuc exsistentibus ex incendio ruinis forte doceatur. In ea irruptione Placidia Theodosii principis filia, Arcadii & Honorii imperatorum soror, ab Ataulpho Alarici propinquo capta est, atque in uxorem adsumta; quasi eam divino judicio velut speciale pignus obsidem Roma tradiderit, ita juncta potentissimo barbari regis conjugio, multo reipublicæ commodo fuit. Interea ante biennium Romanæ irruptionis, excitatæ per Stiliconem gentes Alanorum, ut dixi, Suevorum, Vandalorum multæque cum his aliæ, Francos proterunt, Rhenum transeunt, Gallias invadunt, directoque impetu Pyrenæum usque perveniunt: cujus obice ad tempus repulsæ, per circumjacentes provincias refunduntur. His per Gallias bacchantibus, apud Britannias Gratianus, municeps ejusdem insulæ, tyrannus creatur & occiditur. Hujus loco Constantinus, ex infima militia propter solam


A spem nominis, sine merito virtutis eligitur; qui continuo ut invasit imperium, in Gallias transiit. Ibi sæpe a barbaris incertis fœderibus illusus, detrimento magis reipublicæ fuit. Misit in Hispanias judices: quos cum provinciæ obedientes accepissent, duo fratres juvenes nobiles & locupletes, Didymus & Verinianus non adsumserunt; ne adversus tyrannum quidem tyrannidem, sed imperatori justo adversus tyrannum & barbaros tueri se se patriamque suam moliti sunt. Quod ipso rei gestæ ordine patuit. Nam tyrannidem nemo nisi celeriter maturatam secreto invadit, & publice armat; cujus summa est, adsumto diademate ac purpura, videri antequam sciri. Hi vero plurimo tempore servulos
B tantum suos ex propriis prædiis colligentes ac vernaculis alentes sumtibus, nec dissimulato proposito, absque cujusquam inquietudine ad Pyrenæi claustra tendebant. Adversus hos Constantinus Constantem filium suum, proh dolor! ex monacho Cæsarem factum, cum barbaris quibusdam qui quondam in fœdus recepti atque in militiam adlecti, Honoriaci vocabantur, in Hispania misit. Hinc apud Hispanias prima mali labes. Nam interfectis illis fratribus qui tutari privato præsidio Pyrenæi Alpes moliebantur, his barbaris quasi in pretium victoriæ, primum prædandi in Palatinis campis licentia data: dehinc supradicti montis claustrorumque ejus cura permissa est, remota rusticanorum fideli
C & utili custodia. Igitur Honoriaci, imbuti præda & illecti abundantia, quo magis scelus impunitum foret atque ipsi sceleri plus liceret; prodita Pyrenæi custodia claustrisque patefactis, cunctas gentes quæ per Gallias vagabantur, Hispaniarum provinciis immittunt, iisdemque ipsi adjunguntur: ubi actis aliquamdiu magnis cruentisque discursibus, post graves rerum atque hominum vastationes de quibus ipsos quoque modo pœnitet, habita sorte & distributa usque ad nunc possessione consistunt.

C A P U T XLI.

D *Dictorum velut epilogus. Item omnes omnia juste sustinuisse, sive pii sive impii fuerint.*

MUlta nunc mihi de hujusmodi rebus loquendi foret facultas, si non secundum omnes homines apud uniuscujusque mentem conscientia secreta loqueretur. Irruptæ sunt Hispaniæ, cædes vastationesque passæ sunt. Nihil quidem novum: hoc enim nunc per biennium illud quo hostilis gladius sæviit, sustinuere a barbaris, quod per ducentos quondam annos passæ fuerunt a Romanis, quod etiam sub Gallieno imperatore per annos propemodum duodecim, Germanis evertentibus exceperunt. Verumtamen quis non se, qui sui suorumque actuum vel etiam cogitationum conscius judicia Dei me-
E tuit, juste omnia passum, vel etiam parva sustinuisse fateatur? aut qui se non intelligit, Deumque non metuit, quomodo non juste ista & quidem parva sustinuit? Quæ cum ita sint, illud tamen clementia Dei eadem pietate qua dudum prædixerat, procuravit ut secundum Evangelium suum, quo incessabiliter commonebat, *a Cum vos persecuti fuerint in una civitate, fugite in aliam*; quisquis egredi vellet atque abire, ipsis barbaris mercenariis ministris ac defensoribus uteretur. Hoc tunc ultro ipsi offerebant. Et qui auferre omnia interfectis omnibus poterant, particulam stipendii ob mercedem servitii sui & transvecti oneris flagitabant. Et hoc quidem a plurimis factum est. Qui

a Matth. X. 23.



autem non crediderunt evangelio Dei, quasi contumaces, vel si etiam non audierunt, dupliciter contumaces non dederunt locum iræ, juste a superveniente ira comprehensi & oppressi sunt. Quamquam & post hoc quoque continuo barbari, exsecrati gladios suos, ad aratra conversi sunt, residuosque Romanos ut socios modo & amicos fovent, ut inveniantur jam inter eos quidam Romani, qui malint inter barbaros pauperem libertatem, quam inter Romanos tributariam solicitudinem sustinere. Quamquam si ob hoc solum barbari Romanis finibus immissi forent, quod vulgo per orientem & occidentem ecclesiæ Christi Hunnis & Suevis, Vandalis & Burgundionibus, diversisque & innumeris credentium populis replentur, laudanda & adtollenda Dei misericordia videretur: quandoquidem etsi cum labefactione nostri, tantæ gentes agnitionem veritatis acciperent, quam invenire utique nisi hac occasione non possent. Quid enim damni est Christiano ad vitam æternam inhianti, huic sæculo quolibet tempore & quoquo pacto abstrahi? Quid autem lucri est pagano in medio Christianorum adversus fidem obdurato, si paullo diutius diem protrahat, quandoquidem morituro desperata conversio est? Et quia ineffabilia sunt judicia Dei, quæ nec scire omnia, nec explicare quæ scimus, possumus, breviter expresserim correptionem judicis Dei, quoquo pacto occidat, juste sustinere qui sciunt, juste sustinere qui nesciunt.

CAPUT XLII.

Recitat catalogum quemdam tyrannorum, qui tandem omnes opera Constantii comitis deleti fuerint.

ANno ab Urbe condita MCLXV. Honorius imperator videns, tot oppositis tyrannis, nihil adversum barbaros agi posse, ipsos prius tyrannos deleri jubet. Constantio comiti hujus belli summa commissa est. Sensit tunc demum respublica & quam utilitatem in Romano tandem duce receperit, & quam eatenus perniciem per longa tempora barbaris comitibus subjecta tolerarit. Igitur Constantius comes in Galliam cum exercitu profectus, Constantinum imperatorem apud Arelatem civitatem clausit, cepit & occidit. Jam hinc ut de catalogo tyrannorum quam brevissime loquar, Constantem Constantini filium Gerontius comes suus, vir nequam ac improbus, apud Viennam interfecit atque in ejus locum Maximum quemdam substituit. Ipse vero Gerontius a suis militibus occisus est. Maximus exsutus purpura destitutusque a militibus Gallicanis qui in Africam trajecti, deinde in Italiam revocati sunt, nunc inter barbaros in Hispania egens exsulat. Jovinus postea, vir Galliarum nobilissimus, in tyrannidem mox ut adsurrexit, cecidit. Sebastianus frater ejusdem, hoc solum ut tyrannus moreretur, elegit. Nam continuo, ut creatus, occisus est. Quid de infelicissimo Attalo loquar, cui occidi inter tyrannos honor & mori lucrum fuit? In hoc Alaricus imperatore facto, infecto, refecto ac defecto, citius his omnibus actis pæne quam dictis, mimum risit & ludum spectavit imperii: nec mirum si jure hac pompa miser lusus est, cujus ille umbratilis consul Tertullus ausus est in curia dicere, *Loquar vobis, patres conscripti, consul & pontifex, quorum alterum teneo, alterum spero*; sperans ab eo qui spem non habebat: & [a] maledictus utique, quia spem suam posuerat in homine. Attalus itaque tamquam inane imperii simulacrum cum Gothis usque ad Hispanias portatus est; unde discedens navi incerta moliens, in mari captus & ad Constantium comitem deductus, deinde imperatori Honorio exhibitus, truncata manu vitæ relictus est. Heraclianus interea Africæ comes missus, cum idem Attalus umbram gestaret imperii, Africam strenue adversum judices ab eo missos tutatus, consulatum adsecutus est; quo elatus supercilio, Sabinum domesticum suum, virum ingenio callidum industriaque sollertem & sapientem nominandum, si animi vires tranquillis studiis adcommodavisset, generum adlegit: cum quo quorumdam periculorum suspiciones dum patitur, fecit; atque aliquamdiu Africana annona extra ordinem detenta, ipse tandem cum immensa certe temporibus nostris satis incredibili classe navium, Romam contendit. Nam habuisse tunc tria millia septingentas naves dicitur: quem numerum ne apud Xerxem quidem præclarum illum Persarum regem, nec Alexandrum magnum vel quemquam alium fuisse regum, historiæ ferunt. Is simul ut cum agmine militum ad Urbem pergens litore egressus est, occursu comitis Marini territus & in fugam versus, arrepta navi Carthaginem solus rediit, atque ibi continuo militari manu interfectus est. Sabinus gener ejus Constantinopolim fugit; unde post aliquantum temporis retractus, exsilioque damnatus est. Hunc omnem catalogum, ut dixi, vel manifestorum tyrannorum, vel inobedientium ducum optima Honorius imperator religione & felicitate occidi meruit, magna Constantius comes industria & celeritate confecit: merito sane, quia in his diebus præcipiente Honorio, & adjuvante Constantio, pax & unitas per universam Africam ecclesiæ catholicæ reddita est: & corpus Christi quod nos sumus, redintegrata discissione sanatum est; imposita exsecutione sancti præcepti Marcellino tribuno, viro in primis prudenti & industrio, omniumque bonorum studiorum adpetentissimo, quem Marinus comes apud Carthaginem (incertum zelo stimulatus, an auro corruptus) occidit: qui continuo revocatus ex Africa, factusque privatus vel ad pœnam vel ad pœnitentiam conscientiæ suæ admissus est.

CAPUT XLIII.

Quomodo Gothi expulsi: quid Ataulphus rex eorum instituerit. De Segerico & Vallia regibus Gothorum.

ANno ab Urbe condita MCLXVIII. Constantius comes apud Arelatem Galliæ urbem consistens, magna rerum gerendarum industria, Gothos Narbona expulit, atque abire in Hispaniam coegit, interdicto præcipue atque intercluso omni commeatu navium, & peregrinorum usu commerciorum. Gothorum tunc populis Ataulphus rex præerat: qui post irruptionem Urbis ac mortem Alarici, Placidia, ut dixi, captiva sorore imperatoris in uxorem adsumta, Alarico in regnum successerat. Is ut sæpe auditum, atque ultimo exitu ejus probatum est, satis studiose sectator pacis, militare fideliter Honorio imperatori, ac pro defendenda Romana republica impendere vires Gothorum præoptavit. Nam ego quoque ipse virum quemdam Narbonensem, illustris sub Theodosio militiæ, etiam religiosum prudentemque & gravem, apud Bethleem oppidum Palæstinæ, beatissimo Hierony-


[a] Jer. XVII. 5.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419

mo presbytero referentem audivi, se familiarissimum Ataulpho apud Narbonam fuisse: ac de eo sæpe sub testificatione didicisse, quod ille cum esset animo, viribus ingenioque nimius, referre solitus esset, se in primis ardenter inhiasse, ut obliterato Romano nomine, Romanum omne solum, Gothorum imperium & faceret & vocaret: essetque, ut vulgariter loquar, Gothia quod Romania fuisset; fieretque nunc Ataulphus, quod quondam Cæsar Augustus. At ubi multa experientia probavisset, neque Gothos ullo modo parere legibus posse propter effrenatam barbariem, neque reipublicæ interdici leges oportere sine quibus respublica non est respublica; elegisse se saltem, ut gloriam sibi de restituendo in integrum augendoque Romano B nomine Gothorum viribus quæreret, habereturque apud posteros Romanæ restitutionis auctor, postquam esse non potuerat immutator. Ob hoc abstinere a bello, ob hoc inhiare paci nitebatur, præcipue Placidiæ uxoris suæ, feminæ sane ingenio acerrimæ & religionis satis probæ, ad omnia bonarum ordinationum opera persuasu & consilio temperatus. Cumque eidem paci petendæ atque offerendæ studiosissime insisteret, apud Barcinonem Hispaniæ urbem dolo suorum, ut fertur, occisus est. Post hunc Segericus rex a Gothis creatus, cum itidem judicio Dei ad pacem pronus esset, nihilominus & a suis interfectus est. Deinde Vallia successit in regnum, ad hoc electus a Gothis ut pacem C infringeret: ad hoc ordinatus a Deo ut pacem confirmaret. Hic igitur territus maxime judicio Dei, quia cum magna superiore ab hinc anno Gothorum manus instructa armis navigiisque transire in Africam moliretur, in duodecim millibus passuum Gaditani freti tempestate correpta, miserabili exitu perierat; memor etiam illius acceptæ sub Alarico cladis, cum in Siciliam Gothi transire conati, in conspectu suorum miserabiliter arrepti & demersi sunt, pacem optimam cum Honorio imperatore datis lectissimis obsidibus pepigit. Placidiam imperatoris sororem, honorifice apud se honesteque A habitam, fratri reddidit. Romanæ securitati periculum suum obtulit, ut adversum ceteras gentes quæ per Hispanias consedissent, sibi pugnaret & Romanis vinceret: quamvis & ceteri Alanorum, Vandalorum Suevorumque reges, eodem nobiscum placito depacti forent, mandantes imperatori Honorio: Tu cum omnibus pacem habe, omniumque obsides accipe: nos nobis confligimus, nobis perimus, tibi vincimus: immortalis vero quæstus erit reipublicæ tuæ, si utique pereamus. Quis hæc crederet, nisi res doceret? Itaque nunc quotidie apud Hispanias geri bella gentium, & agi strages ex alterutro barbarorum crebris certisque nuntiis discimus; præcipue Valliam Gothorum regem insistere patrandæ paci ferunt. Ex quo utcumque concesserim, ut licenter Christiana tempora reprehendantur, si quid a conditione mundi usque ad nunc simili factum felicitate doceatur. Manifestavimus, ut arbitror atque ostendimus, non magis verbo pæne quam digito innumera bella sopita, plurimos exstinctos tyrannos, compressas, coangustatas, addictas exinanitasque immanissimas gentes minimo sanguine, nullo certamine ac pæne sine cæde. Superest ut obtrectatores nostros molitionum suarum pœniteat, veritatique erubescant; Deumque verum & solum qui potest omnia, credant, timeant, diligant & sequantur: cujus omnia & quæ mala putant, bona esse didicerunt. Explicui adjuvante Christo secundum tuum præceptum, beatissime pater Augustine, ab initio mundi usque in præsentem diem, hoc est, per annos quinque mille sexcentos & septemdecim, cupiditates & punitiones hominum peccatorum, conflictationes sæculi & judicia Dei, quam brevissime & quam simplicissime potui; Christianis tamen temporibus, propter præsentem magis Christi gratiam, ab illa incredulitatis confusione discretis. Ita jam ego certo & solo quem concupiscere debui, obedientiæ meæ fructu fruor. De qualitate autem opusculorum tu videris qui præcepisti; tibi adjudicanda, si edas: per te judicata, si deleas.

PAULLI OROSII
VIRI DOCTISSIMI
LIBER APOLOGETICUS
CONTRA
PELAGIUM,
DE ARBITRII LIBERTATE.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
419.



I. POssibilitatis non est, neque præsumtionis meæ, A beatissimi sacerdotes, sed artissimæ ac pæne extremæ, ut ipsi agnoscitis, necessitatis: ut ego nunc videar, (quod quidem ut facerem, injuria coactus sum) non solum defensor fidei meæ, sed etiam perfidiæ manifestator alienæ. Sicut enim purgationi propriæ studere debeo, [1] propter conscientiam; conscientiam autem dico non meam, sed alterius: ita & deprehensos in grege ovium lupos ostentare ad digitum cogor, propter fidem & zelum: zelum autem non meum dico, sed Christi. Sed neque ego, cum sim minimus omnium, aliquid temeritate præsumo. Mihi necessitas est, injuriam manifestare quam passus sum: cunctis pateat qui fecerunt. Dei enim & voluntas & ordinatio est, ut malum quod per B patientiam tolerabatur, necessarie proderetur; & per contentionem furoris ipsorum, eis dignam mercedem quam oportuit erroris sui recipientibus, non solum pessimorum denotatio fieret dogmatum; sed corripiendarum manifestatio personarum. Patres enim & qui jam quieverunt martyres & concordes, Cyprianus, Hilarius & Ambrosius, & quibus etiam nunc permanere adhuc in carne necessarium est, qui sunt columnæ & firmamenta ecclesiæ catholicæ, Aurelius Augustinus & Hieronymus, multa jam adversus hanc nefariam hæresim, absque designatione nominum hæreticorum, scriptis probatissimis ediderunt: quamquam & hæc venenatissimorum dogmatum abominatio habet etiam nunc vi- C ventes mortuos, mortuosque viventes. Nam Origenes & Priscillianus & Jovinianus, olim apud se mortui, in his vivunt; & non solum vivunt, verum etiam loquuntur: nunc vero Pelagius & Cælestius, si in his perseveraverint viventes mortui, ecce adversus ecclesiam, quod miserum est, & quod multo miserius est, in ecclesia palam sibilant, impiique serpentes vibrantibus infecta linguis ora lambentes, dum sanctam & munitissimam sedem cui subtiliter irrepsere, obsident: cunctos fideles ne ad illud firmissimum quondam in Sion refugium convolemus, exterrent.

II. Contra hunc serpentem suffocantemque ha- D litum, multa utique beatissimi quos supra memoravimus viri, & multifaria suaveolentia scripturarum unguenta conficiunt: & ad reficienda æstuantium corda populorum, fragrantissimum thymiama cum oblatione orationis incendunt. Sed hoc parum est, incerto propemodum auctore contendere; & contraria substituendo contrariis, infectum pestifero halitu aerem temperare: nisi ipsi in medium protrahantur proteranturque serpentes. Qui, cum tuendi solius capitis caussa, reliquum concisioni atque injuriæ corpus exponunt, nihil damni arbitrantes, ea tantum sui parte a periculo libera, quæ multimodas venenatasque in se obtinet linguas, si etiam membris omnibus amputentur; nobis sufficere videtur, temperando saltem putori satisfacere, ipsos autem a penetralibus non movere, quasi ullus exhalationis fœtidæ finis sit, nisi auctore finito: & inter hæc illud Salomonis testimonium nunc occurrit: [a] *Unus ædificans, alius destruens, quis eorum proficiet nisi labor?* Stat etiam immanissimus superbia Goliat, carnali potentia tumidus, omnia se per se posse confidens: caput, manus, totum insuper corpus plurimo adparatu vestitus, habens post se armigerum suum: qui etsi ipse non dimicat, cuncta tamen æris & ferri suffragia subministrat. Et non mirum est, si competenter hunc locum providens Scriptura pronuntiat, ubi ait: [b] *Philistiim stabant super montem ex hac parte.* Ab ecclesia siquidem hæreseos impugnator expellitur, & nutriri in sinu ecclesiæ hæreticus invenitur: & propter hoc per Spiritum sanctum *inde Israel stare* pronuntiatur, *hinc hostis.* Et hoc sæpe. Nam & rex David usque ad impium filium pius pater ab Hierusalem deposito regis habitu fugatur: ubi protinus Absalon tyrannus ingreditur. Stat ergo Goliat, proh dolor! ex hac parte, id est, in ecclesia; & non solum stat, verum & provocat: simulque per dies plurimos sanctum Israel manifesti timoris exprobrat.

III. Ne, quæso, beatissimi sacerdotes, quisquam me arbitretur sub prætextu speciei Goliat, David nomine gloriari: vos me participem certaminis vestri esse voluistis, ut auxiliator, non auctor accederem. Latebam siquidem in Bethleem, ignotus, advena, pauper. Quid miser ego sic loquor, iterum forsitan jactantiæ notandus? Quoniam quidem & ipse David, & talis & inde processit. Latebam ergo in Bethleem, traditus a patre Augustino, ut timorem Domini discerem, sedens ad pedes Hieronymi: inde Hierusalem vobis accersentibus vocatus adveni. Dehinc in conventum vestrum una vobiscum, Joanne Episcopo præcipiente, consedi. Illico a pusillitate mea postulastis universi, ut si quid super hac hæresi quam Pelagius & Cælestius seminarunt, in Africa gestum esse cognoscerem, fideliter ac simpliciter indicarem. Exposui coronæ vestræ breviter, ut potui, Cælestium jam ad honorem presbyteri subrepentem, apud Carthaginem plurimis episcopis judicantibus proditum, auditum, convictum, confessum, detestatumque ab ecclesia, ex Africa profugisse: contra librum vero Pelagii

a Eccli. xxxiv. 28. *b* I. Reg. xvii. 3.

1. Andreæ Schotti editionem sequimur. Havercampus: *propter conscientiam autem dico*, omissa repetita voce *conscientiam*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

beatum Augustinum, discipulis ipsius Pelagii prodentibus ac petentibus, plenissime respondere: exstare etiam in manibus meis epistolam supra memorati episcopi, quam nuper ad Siciliam ordinasset, in qua multas quæstiones hæreticorum retulit. Quam etiam ibidem ut legerem, præcepistis: & legi. Ad hæc Joannes episcopus, ut Pelagius coram intromitteretur, expetiit. Cui & propter paternitatis ipsius reverentiam, & propter actionis utilitatem, dum præsentem ab episcopo rectius crederetis confutandum, intromittendi conniventia præstita est.

IV. Intromissum Pelagium unanimiter omnes interrogastis: „ An hæc quibus Augustinus episcopus „ respondisset, se docuisse cognosceret. „ Illico ille respondit: „ Et quis est mihi Augustinus? „ Cumque universi adclamarent: „ blasphemantem in „ episcopum ex cujus ore Dominus universæ Africæ unitatis indulserit sanitatem, non solum a „ conventu illo, verum ab omni ecclesia pellendum. „ Episcopus Joannes illico eum, hominem videlicet laicum, in consessu presbyterorum reum hæreseos, manifeste in medio catholicorum sedere præcepit: & deinde ait: „ Augustinus ego sum. „ Ut scilicet persona quasi præsentis adsumta, liberius ex auctoritate ejus qui lædebatur ignosceret, & dolentium animos temperaret. Cui mox a nobis dictum est: „ Si Augustini personam sumis, Augustini sententiam sequere. „ Tunc idem episcopus nobis omnibus ait: „ Hæc quæ leguntur, in alios „ dicta sunt, aut de Pelagio suggerendum putas? „ Si in ipsum autem Pelagium, quid dicatis ex„ promite. „ Ego autem vobis adnuentibus dixi: „ Pelagius mihi dixit, docere se, hominem posse „ esse sine peccato, & mandata Dei facile custo„ dire, si velit. „ Respondit Pelagius, audientibus vobis: „ Hoc & dixisse me & dicere, nega„ re non possum. „ Ego illico prosecutus sum: „ Hoc in Cælestio Africana synodus detestata est: „ hoc Augustinus episcopus scriptis suis, sicut au„ distis, exhorruit: hoc in ipsius nunc Pelagii „ scriptis sua responsione condemnat: hoc & beatus Hieronymus, cujus eloquium universus Oc„ cidens, sicut ros in vellus, exspectat. Multi „ enim jam hæretici cum dogmatibus suis ipso op„ pugnante supplosi sunt, & in epistola sua quam „ nuper ad Ctesiphontem edidit, condemnavit: „ [1] Similiter & in libro quem nunc scribit, col„ lata in modum dialogi altercatione confutat. „ Hoc est enim lubricum in antichisto draconem „ tenere, ne possit effugere. „

V. Porro autem episcopus Joannes nihil horum audiens, a nobis exigere conabatur, ut accusatores nos, ipso judice fateremur. Responsum sæpissime est ab universis: „ Nos accusatores hujus non su„ mus; sed quid fratres tui, patres nostri, sense„ rint & decreverint super hac hæresi quam nunc „ laicus vulgo prædicat, intimamus: ne ecclesiam „ tuam præsertim ad cujus sinum convolavimus, „ te ignorante conturbet. „ At ille, cum sæpe nos docendi simulatione in aliquam professionis speciem tentaret inducere, dicebat: „ Quia ad Abra„ ham dictum esset a Domino, [a] *Ambula coram* „ *me, & esto sine macula:* „ & Zachariam & Eli„ sabeth pronuntiatos esse [b] *justos ambos ante Do-*

A „ *minum, incedentes in omnibus justificationibus Do-* „ *mini sine querela:* „ quod quidem ab Origene dictum, ab eo proferri compluribus nobis notum erat. Cui responsum per me est: „ Nos filii ec„ clesiæ catholicæ sumus. Non exigas a nobis pa„ ter, ut doctores super doctores esse audeamus, „ aut judices super judices. Patres quos universa „ per orbem ecclesia probat, quorum commu„ nioni nos adhærere gaudetis, damnabilia hæc „ esse dogmata decreverunt. Illis probantibus, nos „ obedire dignum est. Cur interrogas filios quid „ sentiant, cum patres audias quid decernant? „

VI. At quod ille diu disputans, & nostris, pro-
B pter imperitiam ignoti nobis interpretis, quem sæpissime viri primarii & religiosi, Posserius & Avitus presbyteri, & Dominus ex Duce, vel prave interpretantem, vel plura supprimentem, vel alia ex aliis suggerentem confutaverunt: nostris, ut dixi, actionibus vel interpolatis plerumque vel tacitis, episcopus Joannes ait: „ Si sine adjutorio Dei „ hoc hominem posse diceret, pessimum & damna„ bile erat. Nunc autem cum adjiciat, posse ho„ minem esse sine peccato, non sine adjutorio Dei; „ vos quid dicitis? An forte vos Dei adjutorium „ denegatis? „ Cui respondi ego: „ Testibus & „ testificantibus etiam nunc nobis & supra memo„ ratis viris, anathema ei qui negat adjutorium
C „ Dei. Ego certe non nego: præcipue cum e con„ trario in hæreticos confutarim. „ Deinde cum intellecto judice, & interprete prodito, clamaremus: „ Latinum esse hæreticum, nos Latinos, hæ„ resim, Latinis magis partibus notam, Latinis „ judicibus differendam, a se pæne impudenter ad„ judicandum, cum quidem nos accusatores non „ essemus, & unus & suspectus ingererer, dici a „ pluribus necessarium fuit. „ Non potest quisquam „ idem & hæreticus esse & advocatus & judex. „ Multisque aliis actitatis, Joannes episcopus novissimam sententiam protulit, confirmans tandem postulationem intentionemque nostram, ut ad beatum Innocentium papam Romanum, fratres & epistolæ
D mitterentur: universi quod ille decerneret secuturi: sed ut hæreticus Pelagius imposito sibi eatenus silentio conticesceret, & ut nostri ab insultatione convicti Joannis confusique temperarent. Universi in hanc sententiam consensimus: gratiarum actione celebrata, pace facta, & consummata ad pacis testimonium oratione discessimus.

VII. Nunc autem post dies quadraginta & septem, cum primo Encæniorum die, ut solitus eram quando aderam, ad obsequium Joannis episcopi cucurrissem, statim ab eo notam falsi criminis pro gratia salutationis accepi. Ait enim mihi: „ Quare ad me venis homo, qui blasphemasti? „
E Volens, [2] næ credo, intelligi, [c] *Noli me tangere, quia mundus sum & absque peccato.* At ego nihil mihi conscius, interrogavi: „ Quando, aut quo „ audiente, aut cujusmodi illud est dictum, quod „ blasphemiæ possit adscribi? „ Episcopus respondit: „ Ego te audivi dixisse: quia nec cum Dei adjutorio „ possit esse homo sine peccato. „ Ego quidem, beatissimi sacerdotes, sicut & vos testes estis, & universa fraternitas, & præterea sancti viri qui huic testimonio amore veritatis adsistunt, statim testificatus sum, dicens: „ Quia ejusmodi verbum,

a Gen. XVII. 1. *b* Luc. I. 6. *c* Isa. LXV. 5.

1. Agit de Dialogo, quem contra Pelagianos conscripsit, SCHOTT.

2. Male Havercampus, *ne, credo.*

„ quod nunc a me dictum episcopus intenderit, A „ numquam de ore meo antea processisset: „ quamquam hanc incontinentiam miseræ falsitatis ruminare sæpius crebra expositione, non tam me probasse, quam alium videar prodidisse. Concedo enim, ut qualecumque dictum illud est, dixerim, quomodo Latinum expers latinitatis Græcus audivit? Aut si audivit sacrilegum verbum, cur non statim coarguit blasphemantem, vel, ut levius ageret, quasi incautum filium pius pater de cohibenda licentia periculosi sermonis admonuit? Sed contrario, post plurimam magni temporis oblivionem, ipse per se accusationem intulit, ipse testimonium perhibuit, ipse judicium promulgavit, omnium scelerum officia in suæ personæ auctoritate suscipiens, B præsertim evangelica lectione instructus, Dominum nostrum Jesum nisi testimonio principis non fuisse damnatum. Ex alio mihi latere fratres mei adsistebant: ex alio falsi fratres. Deinde in consessu eodem, ex una mecum parte consederant Avitus & Vitalis presbyteri, ex alia nescio quis ignotus interpres, & deinde probati & sæculo & Deo viri, Passerius presbyter & Dominus ex Duce: qui ambo ut pro experientia ac fide sua adesse interpretes dignarentur, ipso conveniente episcopo Joanne a corona vestra conrogati deductique convenerant. Medius quoque vobis ipse fuit, quem in illa tunc circumstantia non minus audisse, quam vidisse mirandum est, quomodo sermo dimissus [1] tantos ad- C versarios collegas auditoresque præterierit, & inscias aures gnari auditoris intraverit.

VIII. Sed ego calore veritatis impulsus, satis urgeor. Excedo professionis modum. Concedendum est magis, ut interpres errasse dicendo, quam episcopus audiendo finxisse videatur; & nunc ad vicem mercedis quam hæreticis præstitit exigendæ, falsos in adjutorium sui testes quærere: quippe cum mirari jam nemo debeat, [2] conqueri & exsistere falsos testes in Hierusalem a sacerdotibus atque senioribus: hoc sanguis Stephani clamat: hoc dominicæ crucis vexilla significant: hoc etiam nunc excitata per eos persecutio manifestat. Sed hæc utrum D ab episcopo temere credita, an malitiose ficta, an ignare subaudita videantur, Christo judici discutienda commendo. Absit a me umquam, ut ego pauper, peccator, ignotus, episcopum & præcipue Hierosolymæ, audeam ad episcopos provocare. Mea mihi apud eminentissimam Trinitatem omnipotentiæ Dei, & apud universos servos ejus catholicos simplicitas & probatio, sat est. Testem invoco Deum super animam meam, beatissimi sacerdotes, scribentibus vobis hæc eadem mecumque testantibus, nullam me in illo conventu vestro ore meo protulisse blasphemiam, neque hujuscemodi verba quæ mihi ab episcopo Joanne sunt objecta dixisse: hoc est: „ etiam cum Dei adjutorio non posse esse E „ hominem sine peccato. „ Satisfactum etiam contentioni opinionis ignaræ a nobis ideo volo, ne forte a vobis quidem non auditum, a me tamen dictum putantes, testimonio laboretis ambiguo: vulgo autem rumorique propterea, ne dum episcopum mentiri posse non crederet, alia innocentem credulitate æstimaret peccare. Et inde quis ignoret auctores, vel in accusatione Susannæ, vel in lapidatione Nabuthæ?

IX. Et ne forte quis nesciat, in Hierosolymam numquam ad effundendum sanguinem Christianum, vel argenti suffragia, vel flagella militum defuisse; nunc quoniam ab hoc qualicumque verbo esse me liberum reor, liberum fide vestra, liberum conscientia mea, ipsius verbi ambiguitate discussa conabor exquirere, hi qui ita nos respondisse adserunt, qualiter ipsi interrogasse videantur. Forsitan per modum interrogationis ipsorum arcanum dogmatis denudabitur, ut reciprocis feriendo vulneribus, emissorem suum remissa certius tela castigent. Ait enim a nobis esse responsum: „ nec cum Dei „ adjutorio potest homo esse sine peccato. „ Hoc si quisquam hominum ita dicendum putet, ut sub infirmitate hominis Deum non posse confirmet, & omnipotentiæ Dei aliquid impossibile suspicetur, in omni creatura cælestium & terrestrium & infernorum, hunc non tantum sententia mea dixerim blasphemum, anathema detestandum; sed etiam vel in exemplum Nadab & Abiu divino igne damnandum, vel, juxta perditionem Dathan & Abiron, hiatu terræ receptum vivum ad inferna mergendum. Utrique siquidem præsumtione cordis Dei potentiæ derogarunt, vel illi dum ignem alienum, quasi hoc indigeret Deus, offerunt; vel isti dum resistentes Moysi in terram repromissionis introduci se posse diffidunt. Deus omnia potest, & quæ vult, semper potest. Quam potens in faciendo de nihilo, tam facilis in perficiendo de facto. [a] *Ipsi enim subest, cum velit, posse*. Hoc indulta secundum spiritum gratia confitetur, hoc secundum litteram lex conscripta testatur, hoc in universis lex naturalis intelligit, hoc ordinatissimus mundi motus ostendit. Quis enim gentilium hoc audeat dicere, cui in prospectu semper sunt cæli terræque ac maris elementa distincta? quis Judæorum hoc suspicari queat, ad quem traditæ per Moysen legis scientia quantulacumque pervenerit cum scriptum & agnoscat & credat, nuda discissis rubri maris fluctibus profunda patuisse, & tutum iter in pelago pediti præbuisse terreno, divisumque Jordanem resupinis in fontem refluxisse gurgitibus: vel mortalem, in corpore Heliam evectum flammei currus igne, nec læsum: vel præparatis onustum escis Abacuc, ut jejuno inter esurientes feras justo prandium ministraret, ut vulgata narrat editio, in momento diei a Judæa in Babyloniam translatum fuisse protinus ac relatum? Quis hoc Christianus in cor suum vel in atomo cogitationis admittat, qui sciat Lazarum quatriduanum mortuum, fœtentibus membris ac liquida jam intra semet pelle fluitantibus, Domini devoto prosiluisse servitio: qui legerit cæcum a nativitate, eumdemque jam ætatem habentem, vel factis subito vel refectis viguisse luminibus: qui probaverit ventos, fluctus ac tempestates, simulque invicem elementa rixantia dominicæ increpationis audito mansuetasse præcepto: qui credat Petrum carnali sarcina gravem, & ter Dominum continuo negaturum, super tumidos fluctus pendulis incessisse vestigiis?

X. Itaque universos homines arbitror, vel qui excellenti fide & sapientia præditi sunt, vel qui se aliter habent, hoc, quod Deus omnia potest, venerari, credere, confiteri. Ideo enim generaliter ab universa creatura dicitur omnipotens, quia omnia potest. Et hoc, est Deus solus, qui ait: [b] *Hæc apud homines impossibilia sunt*. Atque alibi docet, dicens: [c] *Sine me nihil potestis facere*. Potest ergo

a Sap. XII. 18. *b* Luc. XVIII. 26. *c* Joan. XV. 5.

1. Havercamp. *tantus*.

2. Leg. cum Haverc. *conquiri*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

omnia in homine: qui utique potest omnia. Porro autem quid superbit terra & cinis, ut dicat, Homo potest, cum Deus possit? Clamat Apostolus: [a] *Gratia ejus sum, quod sum; & gratia ejus egena in me non fuit, sed abundantius illis omnibus laboravi: Non ego autem, sed gratia Dei mecum.* Quid incaute præsumtor adspicis, quia dixerit, *mecum*? Attende quia præmiserit, *non ego*. Quapropter in hæc duo verba, *non ego* & *mecum*, gratia Dei media est: cujus est vere [b] *& velle & perficere pro bona voluntate*; & tamen voluntate hominis. Unde & ille confisus est, ut diceret, *mecum*: quia dixerat, *non ego*. In voluntate ergo hominis gratia divinæ virtutis operatur, quæ & hoc ipsum velle donavit. Ita conscientia hominis profitetur ut dicat, *non ego*: gratia Dei largitur, ut *mecum*. Clamat Apostolus: [c] *Gratia Dei sum, quod sum*. Meminerat enim Domini prædicantis: [d] *Nemo venit ad me, nisi quem Pater adtraxerit*. Et rursum alibi: [e] *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi*. Et in alio loco de Spiritu sancto sic ait: [f] *Expedit vobis, ut ego eam: nam si non abiero, non veniet Consolator ille ad vos: si autem iero, mittam eum ad vos.*


XI. Infelix o homo, secundum veritatem sententiæ Dei, Pater te adtrahit, Filius tecum est, & Spiritus consolatur; & in hac tanta divinæ majestatis circumstantia audes dicere: „ Gratia quidem „ Dei adjuvante, sed mea possibilitate sum quod „ sum? „ Adseris enim nunc post hanc sociam antiquo errori emendationem: „ Potest homo sine „ peccato esse cum Dei adjutorio: „ quamquam in libro tuo quem testimoniorum titulatione signasti, hæc ipsa sententia hoc modo conscripta sit, „ Posse hominem sine peccato esse, & facile Dei „ mandata custodire, si velit. „ Nulla ibi gratia Dei, nullum adjutorium nominatum est, quamlibet crebro dicas de gratia Dei: Non ideo negavi, quia non dixi, sed ideo dixisse accipiendus sum, quia non negavi. Quasi vero & Susanna ideo de adulterio confessa credenda sit, quia arguentibus aliis non negavit: aut testimonium falsorum testium Dominus Jesus, quia tacuit, adprobavit. Quod si apud vos, non negasse, dixisse est; & tacuisse, clamasse est: frustra David postulat: [g] *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ labiis meis:* frustra & ego me non dixisse in quo arguor, testibus & testificatione confirmo, si alter audire potuit, quod meus sermo non dixit. Sed concedo, ut quod nequaquam dixeris, pro dicto accipiendum putes. Quid agimus ex eo quod invenientes ex sensu diversitatem sermonis, juncturis discordibus non cohærent, quod ipsa quoque pagina discrepantia in se verba non recipit? Scribis enim, „ Posse hominem sine peccato esse, & facile Dei mandata „ custodire, si velit. „ Et quemadmodum beatissimus pater Hieronymus de hac eadem sententia in epistola quam ad Ctesiphontem scribit, exposuit: novissime quasi ex gravissimo somno expergiscens adjicis, „ Non sine adjutorio Dei? „ In hoc enim repugnat tibi ipsa veritas, & reclamat. Quid per fastidiosum tumorem nauseantemque verecundiam non necessarium tibi in ore tuo adjutorium Dei detines, qui facilia tibi cuncta arbitraris? [h] Summis labiis me honoras, cor autem tuum longe est a me. Non est opus duobus in operatione, quod uni facile est: frustraque se gratia divinitatis inter-

A serit, ubi fatetur se homo quod facile possit, si velit. Tu volenti facilia esse mandata dixisti: at ego etiam illud adsero, quod & difficilia dicas compleri. Tamen quoquo modo per hominem posse promittas, Dominum exprobras invidiæ, qui adjuncto adjutorio suo tentet adscribere, quod solus per voluntatem homo potuisset implere. Aut tolle homini, *si velit*, & gratiæ adscribe, *quod possit*: aut quia homini tribuis posse cum velit, remove simulatam gratiæ palpatamque nec cohærentem participationem, & nudam ex abundantia cordis profitere blasphemiam.

XII. Sed mearum ista partium non sunt latius
B indagare: præsertim unde beatissimi patres, Augustinus & Hieronymus, plenissimam convictæ hæreseos probationem occidentalibus provinciis tradiderunt. Ad propositam supra redeam quæstionem, ad quam non fiducia suscitatus ingenii, sed injuria motus accessi. Dicis, posse in hoc sæculo esse hominem sine peccato cum Dei adjutorio. Tu dicis, potest homo: ego dico, potest Deus. Tres in camino pueros æstuans introrsum flamma non læsit. Quis eorum quod contra naturam factum est, potuit? utrum ne ipsi, an quartus in medio eorum similis filio Dei? Leprosus exclamat: [i] *Domine, si vis, potes me mundare*. Possibilitate voluntatem manifestans, voluntatem possibilitate confirmans.
C Ipse est enim solus, cui cum velit, posse subsistit. Accesserunt ad eum cæci, ut illuminarentur, orantes: quibus ait Jesus: [k] *Creditis, quod possum hoc facere?* Dominus Christus summo præmio fidei dignum judicat, si quis hæc filium Dei posse crediderit; & Britannicus noster, mox ut voluerit, se posse confidit? Fideli paralytico Dominus dicit: [l] *Constans esto fili, dimissa sunt tibi peccata tua:* & nunc novus magister ministerque mensarum, remissionem peccatorum de sua magis ausus est possibilitate præsumere, nec de Domino exspectat audire? Scribæ non intelligentes veritatem, murmurant & dicunt: [m] *Quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* & hic abolita esse judicat, quæ Deum
D nesciat dimisisse?

XIII. Ecce inflatus spiritu carnis tuæ, tamquam super nihil sit, libero superbus arbitrio, gloriaris & dicis, Peccator sum quia volo, pecco dum volo; cum autem rursum voluero, possum esse sine peccato. Quod dicis, Pecco cum volo, verum est: quia & quod opere non feceris, cogitatione fecisti: rursus Cum volo, non pecco; durum quidem ac difficile, nec per omnia subest, sed tamen aliquando fieri posse non dubium est: at vero posse esse sine peccato, qui aliquando peccaverit, impossibile est absque sola gratia baptismi, ubi ex persona Domini dicitur: *Remissa sunt tibi peccata tua*. Quod sua-
E deor credere: quia permittor audire. Possum ergo esse sine peccato, in hac dumtaxat corruptione qua vivimus; non suscipio, non præsumo, non audio. Si enim David orat ad Dominum: [n] *Tibi soli peccavi, & malum coram te feci*; & secundum Apocalypsim Joannis, [o] judicandi sunt mortui ex his quæ coram Deo peccaverunt, ex his quæ scripta sunt in libris, recipientes secundum opera sua: cur meum circa me præsumo judicium, si me scio etiam de ipso judicandum? Aut si libri illi sacri numquam nisi in judicio aperiendi, pariter vitæ nostræ bona malaque suscipiunt, examen judicii in pondere præ-

a I. Cor. xv. 10. *b* Philipp. II. 13. *c* I. Cor. xv. 10. *d* Joan. vi. 44. *e* Matth. xxviii. 20. *f* Joan. xvi. 7. *g* Psalm. cxl. 3. *h* Isa. xxix. 13. *i* Matth. viii. 2. *k* Ibid. ℣. 28. *l* Ibid. ℣. 2. *m* Marc. II. 7. *n* Psalm. L. 6. *o* Apoc. xx. 2.



bituri; quomodo ſine examine in hac vita & ante mortem abolitos eſſe cognoſcimus, quos non ſolum poſt mortem, verum etiam poſt reſurrectionem legimus proferendos? Ego in poteſtate habui peccare: liberari a peccato, in poteſtate non habeo. Precari meum eſt, abſolvi non meum. Ubi vero peccato me dedi, ſervus factus ſum accuſatoris, reus judicis. Poſſum propter adſiduarum precum præmiſſa ſuffragia de bono judice ſpem ferre: innocentem ſine timore conſcientiam ante promulgationem ſententiæ vendicare non poſſum. Dicit enim Apoſtolus: [a] *Nolite ante tempus quid judicare, donec veniat Dominus, qui & illuminabit occulta tenebrarum, & manifeſtabit conſilia cordium: & tunc laus erit unicuique a Deo.* Alioquin ſi in poteſtate hominis eſt, ut liberum ſe ipſe faciat a peccato ſuo: aut non eſt judex Chriſtus, aut fruſtra eſt.

XIV. Sed dicis, Ego dixi hominem ſine peccato, ſecundum hunc ſenſum. Peccator cum ingemuerit, tunc ſalvus erit; hoc eſt, tunc ad ſalutem incipiet pertinere: tamen ſine peccato ſtatim non erit. Dominus enim, cum intraſſet domum Zacchæi credentis, ait: [b] *Hodie ſalus domui huic facta eſt.* Numquid ſi unus credidit, ſtatim univerſa domus familias ſine peccato fuit, cui tunc utique [1] major domus credenti initium ſalutis intravit? Nam & David cum peccaſſet, ingemuit. Et quamvis meruiſſet audire dimiſſum ſibi eſſe delictum, multo tamen poſtea id ipſum exſilio, & plurimo expiavit opprobrio: ut manifeſte & pœna in præſenti reddita, & remiſſio in futurum reddenda videatur: & per hoc Deus multum miſericordiæ ingemiſcenti donaverit peccatori, ut peccatum quod morte dignum erat, temporaria caſtigatione purgaret. Ananiæ de Paullo dicitur, querelam de perſecutione ejus cum timore facienti: [c] *Ego monſtrabo illi quanta patietur propter nomen meum:* ut cum Paullus ibi ſolveretur, ubi ligaſſet perſequendo Chriſtum; mox patiendo pro Chriſto, tribulatus uſque ad mortem in reſurrectione glorificatus exſiſteret. Ita fit, quia [d] miſericordia & veritas præeunt ſemper faciem Dei, ut ſi in tempore ab ingemiſcente voluntarium ſacrificium, ut veritas in miſericordia fiat, contribulati ſpiritus & contriti cordis offertur; in fine miſericordia judicio præferatur.

XV. Dominus Chriſtus venturus in gloria Dei Patris & creditur & ſperatur, judicaturus vivos & mortuos, [e] *a cujus adſpectu*, ut Scriptura teſtatur, *fugit cælum & terra:* & exſiſtunt homines, qui nec propter ignorantiam, ut non dicam, propter conſcientiam, judicio ſuperventuro ſubjectos eſſe ſe judicent, nec adventum Domini illuſtrationemque fulgoris ejus, [f] elementis ardentibus & mundo pereunte, trepident? Quos ex illis fore timeo, de quibus præmonet Dominus: [g] *Multi enim dicent in illa die:* homines ſcilicet de illa carnali arrogantia, qua homines ſeducebant, & non tam coram Deo, quam adhuc apud ſemet ipſos juſti, *Domine, Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus, & in nomine tuo virtutes magnas fecimus? Et tunc ego jurabo illis, & dicam: non novi vos: diſcedite a me operarii iniquitatis.* Dicitur per prophetam David in perſona Chiſti: [h] *Domine, quis*

A *habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requieſcet in monte tuo ſancto? Qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam.* Hoc eſt re vera dicere: qui poteſt eſſe, & eſt ſine peccato. Nam & ipſe de ſe Dominus ait: [i] *Venit princeps mundi hujus, & nihil in me invenit ſuum.* Quid enim eſt diabolus? Haud dubium quin peccatum: [k] *Ab initio* enim *diabolus mendax eſt:* & contra, Dominus meus eſt, [l] *qui loquitur veritatem in corde ſuo, & non egit dolum in lingua ſua.* Angelus magnus & fortis, Scriptura teſtante, clamat in cælo: [m] *Quis eſt dignus aperire librum, & ſolvere ſigna ejus? Nec quiſquam poterat, neque in cælo, neque in terra, neque ſub terra aperire librum, neque perſpicere eum.*

B Flet multum Joannes & luget, quod ex univerſitate rationalium creaturarum nemo dignus repertus eſſet, qui aperiret librum, ut videret eum. Flentem Joannem unus e ſenioribus conſolatur & dicit: [n] *Noli flere* Joannes: *Ecce vicit Leo ex tribu Juda, radix David, aperire librum & ſolvere ſigna ejus.* Quis rogo iſte liber eſt, quem de manu viventis in ſæcula nullus fuit dignus accipere, niſi [o] *qui ingreditur ſine macula, & operatur juſtitiam*? Parum eſt quia ſine macula, parum quia agnus; niſi & occiſus, niſi puritatem vitæ paſſionis teſtimonio coronaſſet, *habens ſeptem cornua & oculos ſeptem, qui ſunt ſeptem ſpiritus Dei:* nec dubium, quin [p] *ſpiritus ſapientiæ & intellectus, ſpiritus conſilii &*

C *virtutis, ſpiritus ſcientiæ & pietatis, ſpiritus timoris Domini.* Quis ergo iſte eſt liber? ut credo, judicii. [q] *Pater enim non judicat quemquam, ſed omne judicium Filio dedit.*

XVI. Proh dolor! cogor dicere, quod horrui cogitaſſe. Ecce nunc & Pelagius, qui auſus eſt profiteri, ſe eſſe ſine macula atque peccato; conſequenter arbitratur dignum ſe ad accipiendum librum atque judicium: proximumque eſt ut dicat ſibi, Ego poteſtatem habeo ponendi animam meam, & iterum ſumendi eam; & præparat ſe in throno Chriſti futurum eſſe conſortem. Miſer homo! qui non potius intelligit præparare ſe Antichriſti ad-

D ventui præcurſorem, [r] *qui cum fuerit revelatus, extollit ſe ſuper omne quod dicitur, aut quod colitur Deus:* juxta hunc qui ſe jam comparat in coæquationem unici filii Dei. Agnus Dei, filius Dei, ut accipiat librum de manu Patris, præfert ſtigmata paſſionis, non judicans perpetratam niſi in morte atque in reſurrectione victoriam: & ἀναμάρτητος meus venire ſibi poſſe perfectionem vitæ inmaculatæ manducanti, bibenti, dormientique confirmat? Dominum noſtrum Jeſum poſt quadraginta dierum jejunium ter diabolus tentans, terque ſuperatus reliquit, & non reliquit in perpetuum, ſed [ſ] *ad tempus* acrior uſque ad mortem crucis Apoſtolo prævaricante rediturus: & ἀπαθὴς noſter, victis ſane,

E ut ſibi videtur, cum auctore tentationibus, non poſſe ſe ultra tentari perturbarique confidit? Agnus ille perfectus, ille qui non ſolum peccatum non habet, ſed etiam tollit peccatum mundi, & qui habet cornua ſeptem in capite, non ita ventilare ſufficiat tentatorem quin redeat: & noſter hic mutilus, lævis in fronte, μονόφθαλμος, non neceſſarium ſibi æſtimat munimen in capite, qui poſſibilitatem præſumit in carne? Miſer, qui ſecundum

a I. Cor. IV. 5. *b* Luc. XIX. 9. *c* Act. IX. 16. *d* Pſalm. LXXXVIII. 15. *e* Apoc. XX. 11. *f* II. Petr. III. 10. *g* Matth. VII. 22. 23. *h* Pſalm. XIV. 1. 2. *i* Joan. XIV. 30. *k* I. Joan. III. 8. Joan. VIII. 44. *l* Pſalm. XIV. 3. *m* Apoc. V. 2. 3. *n* Ibid. ℣. 5. *o* Pſalm. XIV. 2. *p* Iſa. XI. 2. 3. *q* Joan. V. 22. *r* II. Theſſ. II. 3. 4. *ſ* Luc. IV. 13.

1. Schott. legit *majore*. Et mox fortaſſe leg. *credente*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

evangelium [a] magis forte si cæcus esset, peccatum non haberet! Sed forsitan, quia septem oculi septem spiritus sunt, abundare se his omnibus jactat, & quasi interiorem hominem suum congestis septiformis gratiæ vigere virtutibus: præsertim qui sibi totidem dogmatum suorum titulis gloriatur. Unde fieri potest, ut judicio suo se arbitretur spiritu sapientiæ refertum, præcipue cum dicat, Facilia Dei esse mandata: spiritu intellectus sufficientem maxime, qui prænoscat & prædicat, Omnes peccatores simul cum impiis in æternum ignem esse damnandos: spiritu consilii divitem, qui moneat Malum nec cogitandum: spiritu virtutis potentem, quo adfirmet, Posse esse hominem sine peccato: spiritu scientiæ inflatum, quo speret, Nisi qui scientiam legis habuerit, sine peccato esse non posse: spiritu pietatis exuberantem, quo doceat, inimicum velut amicum diligendum, oblitus quia ipse dixerit, Inimico omnimodis non credendum: spiritu timoris Dei cohonestatum, qui post multam crapulam novissime expergefactus adjungit, Posse hominem sine peccato esse, non sine adjutorio Dei: & per hos præsumtionum, ut arbitror, gradus non reformidat adscendere, usque in id elatus; ut dicat, quia in similitudinem Christi perfecta sui potentia plenus, in toto super eum descenderit Spiritus sanctus & manserit: cum tamen hoc illi soli a Patre Deo datum sit, [b] *cui etiam dedit nomen, quod est super omne nomen*, qui solus sine peccato est & *ingreditur sine macula*, apud quem manet ipsum sanctitatis unguentum: [c] Nos autem in odore unguentorum ejus currimus; & interim super nos auræ vitalis adflatu dulcia vitæ spiramina Domino præcedente captamus.

XVII. Sed dicis: Cur tanta me lacessis injuria? Cur tam arrogantibus verbis invidia gravas? Ego ne me servus comparare audeam Domino meo? Ego ne terra & cinis conferam Verbo Dei? Ego ne morti obnoxius, dici debeam victori mortis æqualis? Bene quidem, o condemnata nequitia, dans testimonium Deo, humiliaris in verbis; sed aliter sensus tuus clamat in paganis. Dicis, Hominem posse esse sine peccato. Iterum ac sæpius repeto: Homo, qui hoc potest, Christus est. Aut præsume nomen, aut depone fiduciam. Deus illud uni tantum donavit, & hoc non nisi [d] primogenito in multis fratribus. Sic catholica fide traditur, sic tenemus. Sane Dominus noster admonuit infideles: [e] *Ego veni in nomine Patris mei, & non me recepistis. Veniet alius in nomine suo: forsitan ipsum recipietis*. Aut nobiscum illum cui credimus peccatores, unum sine peccato eumdemque unigenitum sequere; aut si tu es ille alius, confitere. Ipse est Dominus Jesus; qui, morte devicta & diabolo triumphato, [f] adscendens in altum, captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus. [g] *De ejus plenitudine nos omnes accepimus*; sicut Apostolus docet: [h] *Unicuique autem nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi*. Et ad Romanos idem magister gentium scribit: [i] *Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos: Non plus sapere quam oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem: & unicuique sicut Deus divisit mensuram fidei*. Deinde ad Corinthios prædicat: [k] *Divisiones vero gratiarum sunt: idem*

A *autem spiritus. Et divisiones operationum sunt: idem autem Dominus. Et divisiones ministrationum sunt*, gratiarum atque virtutum. Subjicit: [l] *Hæc autem omnia operatur unus atque idem spiritus, dividens singulis prout vult*. Deinde per comparationem membrorum in corpore hominis, manifestat corpus unitatis ecclesiæ disparibus operum modis in unam perfectionis convenire concordiam, probans nullum penitus esse membrorum quod non egeat alterius ope atque compage, ipso Domino capite constituto, [m] *in quo omnes sensus ac thesauri sapientiæ & scientiæ sunt absconditi*. Unde [n] *& nobis dedit sensum, per quem sciremus*, quod est Verbum in Christo Jesu, [o] *in quo est omnis plenitudo divinitatis* B *corporaliter*: in quem, juxta testimonium Joannis [p], descendens Spiritus sanctus & permanens in ipso, esse Dominum declaravit. Itaque si nemo habet, nisi quia a te petit, & nemo nisi secundum divisionem mensuramque accepit, & qui acceptum habet, ad ipsum custodiendum alieno eget auxilio; qua rogo amentia sibi de plenitudine promittit, qui in singularitate non sufficit? De Domino Evangelista testatur: [q] *Erat autem lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum*. Dicit vero Dominus Apostolis suis: [r] *Vos estis lux* hujus *mundi*. Ibi in solo Domino lux tota, quia vera: heic in cunctis Apostolis lux quidem, sed de luce quæ tota est. Et cum hoc in Apostolis ita C est, in quorum electione universum ecclesiæ corpus adsumtum est; quid nos, nos inquam, & singuli, quid post eos videri possumus, nisi secundum Apostolum Petrum homines ignari, credentes tantum per fidem evangelico propheticoque sermoni, [f] *tamquam lucernæ lucenti in caliginoso loco*? [1] Qua illustrati, etiam ipsi persuademur: ut præparatæ in operibus bonis sint [t] *lucernæ ardentes in manibus nostris*, quæ multimodis tentationibus fatigatæ, & defectu semper proprio & verbere periclitantur alieno. Unde & Dominus in evangelio ait: [u] *Et si ipsa lux quæ in nobis est, tenebræ sunt; ipsæ tenebræ quantæ erunt?*

D XVIII. Sed concedo, ut hoc, quantulumcumque lumen est, indeficienti usque in finem vigore permaneat, id est, donum illud quod fortitus est specialis gratiæ, non amittat: (alioquin plenitudo lucis adsistit in toto, caligo non remanet: caliginem autem dico insipientiæ, de peccati sordibus accidentem) quid si competens ratio est, ut quantum de luce defuerit, tantum de caligine supersit? Porro autem difficillimum est, ut offendiculum caligo non habeat. Necesse est homini in quantitate luminis & in reliquiis caliginis constituto, volenti bonum & non effugienti malum: & subsistere adjutorium & non deesse peccatum. Quod si cuiquam obscure dictum videtur, accipiat exemplum conver- E sationis humanæ. Duo singuli habent dona diversa: unus ut sit humilis in silentio, alter ut sit suadibilis in docendo. Ille cui silentium cordi est, si forte poscatur rationem de fide reddere, putas ne nullam adsumit in humilitate fallaciam? Aut facile arbitraris, ut simplex scurrilitate careat, lætus verbo, solicitus iracundia, patiens negligentia, mitis pigritia, doctus jactantia, submissus invidia, extra illam quæ est omnium bonorum operum caligo generalis, vanæ gloriæ concupiscentiam? Quod si hoc

a Joan. XV. 22. 24. *b* Philipp. II. 9. *c* Cant. I. 3. *d* Rom. VIII. 29. *e* Joan. V. 43. *f* Psalm. LXVII. 19. Ephes. IV. 8. *g* Joan. I. 16. *h* Ephes. IV. 7. *i* Rom. XII. 13. *k* I. Cor. XII. 4-6. *l* Ibid. ℣. 11. *m* Coloss. II. 3. *n* I. Joan. V. 20. *o* Coloss. II. 9. *p* Joan. I. 32. *q* Ibid. ℣. 9. *r* Matth. V. 14. *f* II. Pet. I. 19. *t* Luc. XII. 35. *u* Matth. VI. 23.

1. *Qua*. Ita recte Schotti editio. Male Havercamp. *Quum*.

pie sanćteque intelligitur, unusquisque nostrum adsumat comparationem, ut magis semet ipsum in melioris prælatione condemnet, quam in minoris despectatione justificet. Ita demum invicem membra sociabit, præcipue si, una caritate veluti pelle ossa circumdante nervisque junctis indigentia sui, conscius homo, hanc ipsam quam habet gratiam, donum intelligat esse, non meritum: & magis ex eo unde accepit glorietur in Domino, quam unde non acceperit irascatur. [a] Nos enim cum essemus naturaliter filii iræ propter delictum nostrum, facti sumus [1] filii misericordiæ propter clementiam Domini, nihil digni nisi damnatione. Non ingeramus Domino de non accepto querelam, sed de accepto gratiam repensemus, gloriamque soli illi creatori redemtorique nostro Domino Jesu Christo tribuamus, [b] *quem posuit Deus propitiatorem in sanguine suo*, [c] *ut in nomine ejus omne genu curvetur, cælestium & terrestrium & infernorum*: quem in illa prædicta potestate judicantem omnis caro videat, & cui omnis lingua fateatur. Unde & Apostolus ait: [d] *Ideo contendimus sive absentes, sive præsentes placere ei. Omnes enim nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut referat unusquisque propria corporis, prout gessit, sive bonum sive malum.* Et alibi: [e] *Omnes enim stabimus ante tribunal Dei.* Paullus Apostolus dixit etiam se staturum ante tribunal Dei, & propria corporis prout gessit cum ceteris redditurum: contra autem Pelagius confidenter audet dicere, Ita consummo universam in carne perfectionem, ut de judicis bonitate nihil sperem. Justi in illa die judicis operum suorum glorias audientes, adhuc tamen velut ignorantes, interrogabunt: [f] *Domine quando te vidimus, & hæc fecimus tibi?* & hic noster scientissimus legis agnoscit, quo die, qua hora, quo momento, ultimam sedem ultra quam non sit alia plenissimæ sanctitatis, intrabit?

XIX. Aut forsitan reclamat & loquitur: „ Recte „ mihi hæc [2] amentiæ, ut non dicam, superbiæ „ ingererentur opprobria, si dicerem, sine adjutorio „ Dei hominem posse esse sine peccato: nunc au„ tem quum adjutorium adjicio, nihil difficile ad„ sero. An tu fortassis Dei adjutorium negas? „ Concedo paullisper calumniæ tuæ, ut dum quod in te convincere volo, in me videar detegere, inveniamur simul, & ego in mei defensione purgatior, & tu in tua confusione manifestior. Mea semper hæc est fidelis atque indubitata sententia, Deum adjutorium suum non solum in corpore suo, quod est Ecclesia, cui specialia ob credentium fidem gratiæ suæ dona largitur; verum etiam universis in hoc mundo gentibus propter longanimem sui æternamque clementiam subministrare: non ut tu adseris cum discipulo tuo Cælestio, cui jam apud Africanam synodum occulta illa impiorum dogmatum natura confusa est, in solo naturali bono, & in libero arbitrio generaliter universis unam gratiam contributam: sed speciatim quotidie per tempora, per dies, per momenta, per ἄτομας & cunctis & singulis ministrare. Dicit enim Scriptura: [g] *Qui facit solem suum oriri super bonos & malos*. At tu forte respondes, Ordinem suum composita bene natura custodit, ac per hoc Deus elementariis semel

A cursibus constitutis, facit inde quæ facit. Quid ergo de illa sententiæ parte quæ sequitur, opinaris: [h] *Dat pluviam super justos & injustos?* Utique qui dat, cum vult dat, & ubi vult dat: vel dispensando dispositam constitutionem, vel effundendo propriam largitatem. Ac ne secundum amentiam impietatis tuæ etiam hoc evacuare mediteris, audi prophetam super hac veritate testantem: [i] *Qui advocat aquas maris, & effundit eas super faciem terræ: Dominus nomen est illi.* Quid vero dicam de spe vera generis humani? quia [k] *omnis qui arat, in spe arat.* Sperare autem, non est possibilitatis propriæ, sed largitatis alienæ. Cum autem quis seminaverit, jactamque sementem in sinu terræ cul-B tor absconderit; non habet ultra quod faciat, nisi ut oculos tendat ad cælum, oret non terram cui commisit, sed Deum cui credidit, ut labores ejus vel matutino vel serotino imbre fecundet. Et, ut spiritali testimonio etiam ad communes usus perfruar, [l] *Neque qui plantat neque qui rigat, quidquam sunt; sed qui incrementum dat Deus.* Quantum ergo de Dei adjutorio gaudeam, per id metire, quod ministrari singula etiam gentibus probo: ut manifestum nobis esset, quem usque in finem cavere, & quem sine cessatione invocare debeamus.

XX. Diabolus interrogatur a Domino: [m] *Unde ades?* At ille respondit: *Circumiens terram & per-*C *agrans quæ sub cælo sunt, adsum.* Rogo te, sollicitudo ista diaboli, bonæ voluntatis, an malæ est? Fatearis necesse est, Omnino malæ. Hoc enim & sequens expostulatio ejus ostendit. Manifestatio ista diaboli tempore Job facta est, scilicet tempore Moysi. Certe tunc nulla Judæa, nulla Hierusalem, nulla per orbem Ecclesia erat. Adhuc universa gentilitas Dei notitiam non habebat; & jam tamen diabolus circumiens terram, omnia quæ sub cælo sunt peragrabat: atque ad seducendum & dispergendum humanum genus, incessabili malitiæ suæ sollicitudine ferebatur. Itaque cum videas, hominibus ignaris tantam diaboli incubuisse nequitiam in disperdendum, nullam hinc credis Dei in custodiendo gra-D tiam præsuisse? Aut forte frustra dictum putas, [n] *Domini est terra & plenitudo ejus, orbis terrarum & universi qui habitant in ea?* At vero ut adesse adjutorium Dei, [3] & per singula manifestius probes: en ipse diabolus, dum testatur de universitate, de uno interrogatur. [o] *Animadvertisti*, inquit Deus, *in puerum meum Job, quia non est quisquam similis illi super terram?* Novit speciatim unumquemque Dominus, novit & diabolus. Ille potestate naturæ, iste labore nequitiæ. Iste ut tentet: ille ut probet. Job, contradicente adversario, a creatore laudatur. Vult Dominus opus judicare hominis, quod ipse operatur in eo: at vero de adjutorio etiam diabolus confitetur. Dicit enim:
E [p] *Nonne tu circumsepivisti quæ sunt extra domum, & intra domum ejus?* Expetente inimico, famulum suum Deus spoliat per tentationem, non nudat: aufert substantiam & dat gratiam: [q] *Ecce*, inquit, *omnia quæcumque habet, do in manu tua; sed ipsum noli tangere.* Parum est. Invidus furit, mortem conatur inducere, sed e contrario dispensatione Dei movetur, gratia non aufertur: experita prædoni præda [4] promitur, & rursus prædæ suæ custos ad-

[a] Ephes. II. 3. 4. [b] Rom. III. 25. [c] Philipp. II. 10. [d] II. Cor. V. 9. 10. [e] Rom. XIV. 10. [f] Matth. XXV. 37. [g] Matth. V. 45. [h] Ibid. [i] Amos V. 8. [k] I. Cor. IX. 10. [l] I. Cor. III. 7. [m] Job I. 7. [n] Psalm. XXIII. 1. [o] Job I. 8. [p] Ibid. ℣. 10. [q] Ibid. ℣. 12.

1. *Filii*] Ab Haverc. edito abest hæc vox, quam exhibet Schottus.
2. *Amentiæ*] Mendose Haverc. *amentia*.
3. *Et per singula*] Hæc desunt apud Haverc.
4. Sic recte se habet Schotti exemplar. Unde inopportune Havercampus *præmitur*, inquiens: „ Forte. *promitur* vel *permittitur*, nisi voluerit *premitur*. „ Mox idem editor, *rursus præd.* conjunctionem & omittens, quam exhibet Schottus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

hibetur. Dicitur enim ad eum: [a] *Ecce trado eum tibi, tantum animam ejus custodi.* Nemo ex hoc æstimet, diabolum ad seducendam in corpore tantummodo animam laborare, nisi etiam ab ipso corpore vellendam; si non saucium infirmumque hominem miserentis Dei tutela muniret, & obvia cunctis insidiarum ejus conatibus semper occurreret. A

XXI. Habes, ut arbitror, etiam in gentibus sufficientem cooperantis gratiæ probationem: accipe manifestam quoque significantiam, de illo præcipue dono, quod Ecclesiæ & corpori suo peculiare largitur. Paullus Apostolus ad Corinthios scribit: [b] *Gratias ago Deo meo semper pro vobis, in gratia Dei quæ data est vobis in Christo Jesu: quia in omnibus divites facti estis in illo, in omni verbo & in omni scientia, sicut testimonium Christi confirmatum est in vobis: ita ut nihil vobis desit in ulla gratia.* Et iterum: [c] *Justificati igitur ex fide, pacem habeamus ad Deum per Dominum nostrum Jesum Christum: per quem & accessum habemus fidei in gratia ista, per quam stamus, & gloriamur.* Unde & Petrus Apostolus admonet, dicens: [d] *Recipientes finem fidei vestræ, salutem animarum. De qua salute exquisierunt atque scrutati sunt prophetæ, qui de futura in nos gratia Dei prophetaverunt.* Ex quo evidentissime declaratum est, nemini hominum deesse Dei adjutorium: præsertim cum & seductor insistat, & insit infirmitas. Confusa evacuataque est calumnia cæci arguentis, qui ait, Forte tu Dei adjutorium negas? Sed quoniam de Job fecimus mentionem, dicamus quod & superiori testimonio recensitum est, Domino dicente: [e] *Homo sine crimine, verax Dei cultor, abstinens se ab omni malo.* Solet enim a vobis sæpissime dictitari, ad probandum hominem sine peccato posse esse, quia fuerit; hoc est, quia & Job, testimonio Dei, homo sine crimine est dictus & verax. Et Zacharias *sine querela* in Evangelio probatus ostenditur [f]. Dixit Dominus de Job, *Homo sine crimine*; numquid dixit sine peccato? Peccatum enim cogitatio concipit, crimen vero non nisi actus ostendit. Esse etiam *sine querela* eorum cognitioni judicioque adscribitur, quibus in promtu est, in facie quidem mansuetudinem adspicere, sed cordis bella nescire. Unde & Paullus confidenter jubet, dicens: [g] *Oportet enim episcopum sine crimine esse.* Et alibi generale dat testimonium Corinthiis atque adserit: [h] *Ita ut non indigeatis ulla gratia, exspectantes revelationem Domini nostri Jesu Christi: qui & confirmabit vos usque in finem, sine crimine.* Ecce Paullus, quos testimonio suo usque in finem confirmat esse sine crimine, mox eosdem in eadem epistola corripit, scribens: [i] *Jam quidem omnino delictum est in vobis, quod judicia habeatis inter vos.* Sub uno titulo iisdemque personis, ecce *sine crimine*, ecce *delictum*: unde declarat, non statim sine delicto adseri, quem videas sine crimine nominari. Dixit enim & Dominus Jesus: [k] *Venit Joannes non manducans neque bibens.* Et iterum scriptum est: [l] *Esca illius erat locusta, & mel silvestre.* Numquid ex alterutro aut Joannes non manducasse, aut Dominus fefellisse credendus est? Sed e contrario in utroque veritas est: quia & Joannes in substantiam carnis escæ aliquid sumserit; & rursum vere dixerit Dominus in Joannem, nec cum ceteris, nec id manducasse, quod ceteros: probans se Scripturasque sanctas, occultata sæpe scientia Dei, hominum manifestare sententias. Quamobrem obsequenter accipitur, quotiescumque Scriptura commemorat & *justum* & *sine querela*, pro captu temporis & secundum illud ultimum judicium Dei, cui universorum conscientia subjicitur, & lingua omnium confitetur.

XXII. Denique liquido intellige, quia justificatio Job, passionumque ejus in carnem permissio, provido consilio Dei confusionem diaboli arrogantis operata est: ut dum homo de honore creatoris, ipso Domino probante laudatur, infidelitatis notam declinans angelus puniretur. Rursus autem ne famulo suo graviorem plagam faceret, dum sanaret, & per curam carnis, animæ vulnus infligeret; hoc est, ne beatus Job, tanta tentatione superata, duplicatisque omnibus & restitutis, in superbiam elatus in judicium incideret diaboli, admonetur ab occultis suis, ut etsi a foris de justitia laudaretur, intus tamen ei se sciret subditum esse debere a quo custodiretur. Dicit enim ad eum Dominus: [m] *Quis est hic qui celat me consilium, continens sermones in corde, & me putat latere? Accinge tamquam vir lumbos tuos. Interrogabo: tu autem responde mihi. Ubi eras cum fundarem terram? indica mihi, si nosti scientiam.* Et post multam docendi correptionem vel corripiendi doctrinam, respondens Job Domino dixit: [n] *Quid* [1] *ego judicor commonitus & increpatus a Domino, audiens talia cum nihil sim?* Talis & Zacharias, homo [o] *sine querela*, dignus honore hominum, dignus testimonio scripturarum, quem aliqua jam, ut arbitror, ex hoc inflatio titillabat, incipiebatque plus credere famæ quam conscientiæ, per corripientem Angelum nota infidelitatis arguitur, & temporario silentio castigatur. Unde & Paullus dicit: [p] *Itaque qui se existimat stare, videat ne cadat.* Et quasi forma hominum de se ipse pronuntiat dicens: [q] *Castigo corpus meum & in servitutem redigo: ne forte, cum aliis prædicaverim, ipse reprobus efficiar.* Ita *sine crimine* dici quemquam & *sine querela*: non est perfectionis testimonium, sed conversationis exemplum.

XXIII. De immaculato autem ubicumque Scriptura pronuntiat, sicut David ait, [r] *Beati immaculati in via, qui ambulant in lege Domini*, sana doctrina traditum reor; quia vere beati sint, qui sunt immaculati in via, hoc est, perfecta fide in veritate gradientes: non declinantes hæretica pravitate, neque in dexteram neque in sinistram. [s] *Via Christus est*, qui per Spiritum sanctum ducit ad Patrem. Igitur qui sine macula atque lepra, nec conviolatus ab his [t] *quorum sermo serpit ut cancer*, venerandæ gloriam Trinitatis audit, credit, intelligit; beatus in fide immaculatusque consistit. Ex quo etiam dicitur ad Abraham: [u] *Ambula coram me, & esto sine macula.* Necessario enim Abraham, qui [x] *credidit Deo, & reputatum est ei ad justitiam*, ut sit in eo quod credidit, [y] *vidit &*

a Job II. 6. *b* I. Cor. I. 4-7. *c* Rom. V. 1. 2. *d* I. Pet. I. 9. 10. *e* Job II. 3. *f* Luc. I. 6. *g* Tit. I. 6. *h* I. Cor. I. 7. 8. *i* I. Cor. VI. 7. *k* Luc. VII. 33. *l* Matth. III. 4. *m* Job XXXVIII. 2-4. sec. LXX. *n* Job XXXIX. 33. sec. LXX. *o* Luc. I. 6. *p* I. Cor. X. 12. *q* I. Cor. IX. 27. *r* Psalm. CXVIII. *s* Joan. XIV. 6. *t* II. Tim. II. 17. *u* Gen. XVII. 1. *x* Rom. IV. 3. 22. *y* Joan. VIII. 36.

1. *Quid ego judicor*] Editi male, *Quid ergo*. LXX. Τό ἔτι ἐγὼ κρίνομαι — ἐλέγχων κύριον; *Quid adhuc ego judicor — arguens Dominum*? Verumtamen, quemadmodum heic Orosius, *increpatus a Domino*, ita quoque legit S. Augustinus, ut adnotat Nobilius.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 149.

gavisus est, perfectus esse ac sine macula commo- A netur, [a] multarum gentium pater constitutus in fide & fidelium sinus in requie, ut simus omnes qui speramus in Deo cum fideli Abraham. *Beati immaculati in via*, scriptum est: [b] *per fidem enim ambulamus, non per speciem*. At vero si vis de immaculato qualem David orans quærit, audire, vanam possibilitatis tuæ depone fiduciam, & prostratus in precibus cum propheta oratione conjungere, flens pariter ac dicens: [c] *Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me Domine, & ab alienis parce servo tuo. Si enim mihi non fuerint dominati, tunc immaculatus ero*. Infelix ego homo, delicta quæ nondum intelligo, quando vitabo? Petrus diligit Christum, nec umquam a dilectione declinat: B testimonio dilectionis Domini, [d] nunc *petra* fundamenti Ecclesiæ constituitur, [e] nunc *satanæ* vocabulo depravatur. Unum atque idem semper operanti, nunc dicitur: [f] *Non revelavit hoc tibi caro & sanguis, sed Pater meus qui est in cælis*: Nunc rursus ingeritur: [g] *Non sapis quæ Dei sunt, sed quæ sunt hominum*. Apostolus diligendo electus est, diligendo confusus: habens pro nimio amore peccatum. Siquidem adnuntianti de passione sua Domino amoris impatientia dixerat: [h] *Propitius tibi esto Domine: non erit illud tibi*.

XXIV. O miseriam miserorum! Si Petrus in aliquo Christum amando peccavit, [i] *Delicta quis in-* C *telligit?* clamat Propheta & clamat in Spiritu sancto: clamat ille, de quo dixerat Dominus: [k] *Manus mea auxiliabitur ei, & brachium meum confortabit eum; & nihil proficiet inimicus in eo*. Et quid clamet, attende: [l] *Ab occultis meis munda me Domine*. David ille electus, [m] *secundum cor*, ille quem promisit Deus *facturum omnes voluntates suas*, ille quem unxit in regem, ille quem prophetici spiritus sanctificatione donavit, stupens in obreptione peccaminum, clamat ad Dominum, ut ab occultis suis mundetur, implorat; & dicitur ei a Domino in alio loco: [n] *Non ædificabis domum nomini meo, eo quod sis vir bellator, & sanguinem fuderis*: quasi vero sordium abolitione cunctarum ita D emundare eum nequiverit; ut dignum digno operi præpararet. David usque ad mortem non emundatur, sed prælato in templi constructione sibi filio se ipse condemnat: [1] & Goliat cum armigero suo calumniatur mihi, cur Dominus non faciat in eo, quod numquam fecit in sæculo? Dicit & Ecclesiastes: [o] *Nihil sub sole novum, nec valet quisquam dicere, Ecce hoc recens est; jam enim præcessit in sæculis quæ fuerunt ante nos*: & novorum dogmatum instructor adfimat, Potest fieri, quod numquam factum est. Non requiras utrum fuerit, quod posse esse non ambigis. Ædificari voluit Deus templum nomini suo; & hoc, ut non nisi innocens & bene immaculatus exstrueret. Duo ad hoc reges E cunctis viribus eliguntur, uterque ad adjutorium: de custodia utrique promittitur. Ad David siquidem dicit Deus: [p] *Veritas mea & misericordia mea cum eo*. De Salomone vero testatur: [q] *Ipsum elegi mibi in filium, & ego ero ei in patrem*. Ex his duobus templum Domini unus præparat, alter ædificat: præparat senex, perficit puer. Dignum est enim, ut sanctum Domini templum sanctus ædificet. Præparat, ut dixi, senex, sed quasi postquam peccare cessavit: perficit puer, sed tamen pæne cum adhuc peccare non cœpit. Ille ante peccavit: hic postea. Ille multo peccato ædificare non meruit: iste multum peccando, quod ædificaverat, dereliquit. Et inter hæc mirabiliter sibi ordinatio sancta disposuit: ut inter duas ætates, quod perpetuum in homine esse non poterat, pro captu temporis inveniret. Uterque aliquando non peccavit; tamen uterque sine peccato esse non potuit: [r] *ut sit Deus verax, omnis autem homo mendax, sicut scriptum est*: [s] *Vani filii hominum, mendaces filii hominum in stateris*.

XXV. Habentes utique gratiam & adjutorium Dei, tamen sine peccato esse, nec obtinere David, nec Salomon valuit custodire: & Joviniani filius, ut omnipotens Deus, pro ipso discipulisque ejus tantum rerum ordinem mutet, sperat, quod si factum forte non fuerit, Deum impossibilitatis accuset? „ Potest, inquit, homo esse sine pecca- „ to; tamen cum Dei adjutorio. „ Quid faciam? Tolerabo interim pannum novum vestimento veteri colligatum, donec emendationis miseræ falsitatem pejor scissura patefaciat. Concedo enim, ut contra ducem veritatis loquentis, cum dixerit, *potest homo si velit*, dixisse videatur, *potest homo cum adjutorio Dei*. Nunc demum mihi veluti ad exordium propositionis sermo revocandus est: &, paullisper injuriæ dolore seposito, cum reverentia disputandi ad celsitudinem capitis recurrendum. Caput enim nostrum est Christus Jesus, quem, sicut Apostolus ait: [t] *proposuit Deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius ad ostensionem justitiæ, propter remissionem præcedentium delictorum, in sustentationem Dei & ostensionem justitiæ ejus in hoc tempore, ut sit ipse justus & justificans eum qui ex fide est Jesu*. Itaque propitiator per fidem in sanguine suo positus ad ostensionem formamque justitiæ, ipse est [u] *Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*. De quo Joannes usque ad ipsam pæne inaccessibilem lucem introductus exclamat: [x] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt*. Ac post paullulum exposita divini operis veritate subjungit: [y] *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus honorem ejus, gloriam tamquam unici nati a Patre, plenum gloria & veritate*. [z] *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus*; qui [aa] *tamquam agnus coram tondente, sic non aperiens os suum*, cum flagellatus, crucifixus & mortuus est; qui aculeum mortis edomuit, qui a mortuis resurrexit; qui [bb] *captivam ducens captivitatem*, adscendit in cælos. Hic est unigenitus in patre: [cc] *primogenitus in multis fratribus*: [dd] *in quo est omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Hic ergo Dominus Christus, hic inquam, filius Dei, in virtute Patris & gloria: qui in principio condidit, & redemit in medio, etiam in novissimo judicabit.

XXVI. Itaque post conditionem universæ quæ

a Gen. XVII. 5. Rom. IV. 18. *b* II. Cor. V. 7. *c* Psalm. XVIII. 13. 14. *d* Matth. XVI. 18. *e* Ibid. ℣. 23.
f Ibid. ℣. 17. *g* Ibid. ℣. 23. *h* Ibid. ℣. 22. *i* Psalm. XVIII. 13. *k* Psalm. LXXXVIII. 22. 23.
l Psalm. XVIII. 23. *m* I. Reg. XIII. 14. Act. XIII. 22. *n* I. Paral. XXVIII. 3. *o* Eccle. I. 10.
p Psalm. LXXXVIII. 25. *q* I. Paral. XXVIII. 6. *r* Rom. III. 4. Psalm. CXV. 11. *s* Psalm. LXVIII. 10.
t Rom. III. 25. 26. *u* I. Tim. II. 5. *x* Joan. I. 1-3. *y* Ibid. ℣. 14. *z* I. Pet. II. 22. *aa* Isa. LIII. 7.
bb Psalm. LXVII. 19. Ephes. IV. 8. *cc* Rom. VIII. 29. *dd* Coloss. II. 9.

1. Pelagium dicit & Cælestium. Schott.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



secundum voluntatem ejus exstitit creationis, compositionis modum rebus imposuit; ut quod rationale factum fuerat, ratione subsisteret; & quod libero donarat arbitrio, ne in licentiam perditionis excurreret, præcepti lege restrinxit: ut cum creatura creatorem & Domini donum agnosceret, & præcepti stabilitatem; in subjectione lapsus libertatem prospiciens, ad hoc tantum ipsa libertate uti vellet, ut per eam servitium quo regeretur eligeret, digno habitus judicio, ut ex prudenti servitute defensionem, ita ex libera voluntate mercedem, confirmante Apostolo, qui ait: [a] *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo*. [b] *Duo luminaria magna omnipotens Deus dixit & facta sunt, præcepitque ut dividant diem ac noctem, & sint in signa & tempora & dies & annos*. Numquid hæc semel decreta distinctio, non usque in præsentem permanet diem? Et tamen hæc ipsa quæ sic ordinato motu feruntur, creatori mutare cum velit, potentia inerat, si ratio non teneret: quoniam in omnibus potentiæ Dei ratio conjuncta est. Si enim esset apud creatorem mutatio operum, qualiter a creatura exspectari posset observatio mandatorum? Jussum a Deo est, ut [c] *germinet terra herbam*, fœnum lignumque fructiferum: hoc etiam nunc annuis vicibus incessabili parturitione custodit. Et tamen iratus sæpissime Deus terræ, fructus negata imbrium ubertate diminuit; & quod auferre in totum potuit, maluit castigare, ut & correctionem plaga ostenderet, & ordinem natura servaret. [d] Fecit Deus hominem de limo terræ, & vitalis spiritus insufflatione viventem posuit in paradiso deliciarum: libero insuper donavit arbitrio, circumdatumque mandato medio immortalitatis & mortis: quamvis adserant tui, qui abundantiora de pectore tuo venena suxerunt, mortalem eum fuisse factum, nihilque eidem damni ex transgressione contigisse præcepti. At vero prævaricante homine, [e] terra maledicitur, laboribus ac doloribus homo ipse coonustatur; ut in sudore faciei panem adquirat, jubetur: nota mortis circumscribitur, donec in terram de qua sumtus est, revertatur. [f] Ejicitur Adam de paradiso, generat filios trahentes secum seminis infidelis originale peccatum: peccat humanum genus: [g] Deum quoque pœnituit quod hominem fecisset in terra.

XXVII. O Domine, sustine paullisper stultitiam meam, donec qui sapiens & prudens videtur, erubescat & sentiat imprudentiam! Peccante uno homine ex quo in universam successionem dira contagia transierunt regnumque in universos mortis invaluit, pœnitet te, irasceris, doles; &, usquequo Verbum caro factum, passione, cruce ac morte opus habeat, commoveris. Forte satius fuerat unum deleri illico peccatorem, ut mox alius secunda plasmatione substitueretur, quo ab omni sorde libera & immaculata propago descenderet. At hæc te, Deus omnipotens, quia non fecisse agnoscimus, non potuisse credimus? O Petre, [h] supra quam petram Christus suam fundavit Ecclesiam; & o Paulle qui [i] *fundamentum posuisti præter quod aliud nemo potest ponere, qui est Christus Jesus*; beati Apostoli, columnæ & firmamenta veritatis: vos saltem huic qui consiliarius Deo est & mediator, sacris respondete sermonibus. Ait Petrus: [k] *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, per quem vocati estis in hereditatem incorruptibilem & incontaminabilem, conservatam in cælis, vos qui in virtute Dei custodimini per fidem in salutem paratam revelari in tempore novissimo*. Deinde Paullus, vas electionis, profert thesauros salutares, & ait: [l] *Benedictus Deus & Pater Domini nostri Jesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cælestibus in Christo; sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, ut essemus sancti & immaculati in conspectu ejus in caritate*: [1] *qui prædestinavit nos in adoptionem filiorum per Jesum Christum in ipsum, secundum propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ suæ, in qua gratificavit nos in dilecto filio suo: in quo habemus redemtionem per sanguinem ejus, remissionem peccatorum, secundum divitias gratiæ ejus, quæ superabundavit in nobis in omni sapientia & prudentia: ut notum nobis faceret sacramentum voluntatis suæ secundum bonum placitum ejus, quod disposuit in eo, in dispensationem plenitudinis temporum, restaurare omnia in Christo, quæ in cælis sunt & quæ in terra*.

XXVIII. Dicit Petrus, *in salutem paratam revelari in tempore novissimo*: testatur & Paullus, quod *proposuit in eo in dispensationem plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo*: & nunc nobis nescio quis quasi rana e cœno emergit & personat; „ Quid mihi est exspectare tempus, exspectare judicium? Deus si potest, semper potest: „ si semper potest, personarum acceptor non est. „ Potest ergo, & modo potest, & in te vere personarum acceptor probandus, si quod in omnibus potest, & utique acturus in tempore suo est, in te solo ante tempus faceret, quod neque in Moyse fecit, cui unum tantummodo in hac vita peccatum exprobravit, & tamen ante mortem remisit: quem ob hanc culpam mori jussit, ne terram repromissionis intraret. Audiat ergo Salomonem, super ordinatione temporum & Dei constitutione testantem: [m] *Omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt universa sub cælo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantandi, & tempus evellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi*. Deinde alio loco dicit: [n] *Vidi sub sole in loco judicii impietatem, & in loco justitiæ iniquitatem; & dixi in corde meo: Justum & impium judicabit Deus: & tempus omnis rei tunc erit*. Quamobrem, o homo vacue, si quam fiduciam habes, patienter exspecta ordinem Dei, quem dignatus est & ipse Dominus exspectare qui fecit: [o] *factus sub lege* qui fecerat legem. Audi ipsum tibi dicentem: [p] *Non est vestrum scire tempora, quæ Pater posuit in sua potestate*. Aut si vis apertius accipere testimonium, quia cum utique possit Deus, tamen pro ipsa sui ordinatione non faciat, dicit ad Petrum: [q] *An putas non posse me modo rogare Patrem meum, & exhibebit mihi plus quam duodecim legiones Angelorum? Sed quomodo complebuntur Scripturæ, Quia sic oportet fieri?* Vides ergo quia operator temporis, temperat virtu-

a I. Cor. IX. 17. *b* Gen. I. 14. *c* Ibid. ℣. 11. *d* Ibid. ℣. 17. *e* Gen. III. 17-19. *f* Ibid. ℣. 23. *g* Gen. VI. 6. *h* Matth. XVI. 18. *i* I. Cor. III. 11. *k* I. Pet. I. 3-5. *l* Ephes. I. 3-10. *m* Eccle. III. 1-3. *n* Ibid. ℣℣. 16. 17. *o* Gal. IV. 4. *p* Act. I. 7. *q* Matth. XXVI. 53. 54.

1. *Qui præd.*] Schottus, *quia*. Havercamp. *qua*. Restituimus Vulgatæ lectionem *qui*, Græco textui concinentem, ubi legimus προορίσας. Mox leg. *in laudem gloriæ* GRATIÆ *suæ*, juxta Gr. εἰς ἔπαινον δόξης τῆς χάριτος αὐτοῦ. Eam vocem quæ librario exciderit apud Orosium, contextus Paullinus requirit.

tes: & ratio dispositionis, miscet potentiæ patientiam. Deinde ait Dominus: [a] *Recondе gladium in theca. Fieri enim non potest, ut calicem quem dedit mihi Pater, non bibam illum.* Et tamen Deus nihil non potest: nec est quidquam quod non faciat, nisi forte quod nolit, non oporteat, non proponat. Loquitur Paullus ad Thessalonicenses, significans de adventu Antichristi: [b] *Non retinetis quod cum adhuc essem apud vos, hæc dicebam vobis? Et nunc quid detineat, scitis: ut reveletur in suo tempore.* Tanta vis est decreti Dei, & tam irrevolubilis status constitutorum in suis quibusque caussis temporum, ut propter electos suos dies sæculi abbreviari dixerit Dominus [c], non auferri: ut faceret temporum statutorum pro majestate plenitudinem, pro pietate brevitatem; simulque & compendium misericordia caperet, & numerum mundus impleret. Et tu vis jam, (ecce ego cum dolore misericordiæ loquor) tu, inquam, vis, o homo similis mei, ut tibi homines in hoc præsenti tempore, quod numquam antea dictum in sacris voluminibus invenitur, quemquam sine peccato esse respondeant; & si in hoc forte consenserint, de die momentoque subscribant: novam calumniæ machinam instruens, ut quod non fieri dicimus, non posse fieri dixisse videamur, & in quo præcipue operantem in dispositionem quam statuit omnipotentiam prædicamus, ne impatienter infamare impotentiam judicemur? Vanum, quæso te, furorem abjice, quoniam hoc ipsum ad peccatum proficit, de quo abstergendo possibilitatem temporis, non clementiam judicis cogitasse. Hactenus de potentia Dei, quam prædicamus & colimus, & de præfinitione temporum quæ profundissimo ipsius sunt statuta consilio, dixisse sufficiat; de qua, etsi plura quæ sunt sanctorum scripta non essent, dæmonum saltem responsio sola sufficeret, qui propria damnati conscientia vociferantur ad Dominum: [d] *Quid tibi & nobis fili Dei? Quid venisti ante tempus perdere nos?* Quos cum intelligas de constitutione judicii [1] confitentes, cape certissimum ipsius contra te exemplum. Si illos in oppressione miseri hominis comprehensos, ultimo tunc judicio intelligis esse damnatos; accipe & te ipsum heic imperturbabili [2] emundatione purgandum. Sin autem, ut legitur, patientia Dei adhuc illis liberum indulget arbitrium; adhuc & te crede tentandum.

XXIX. Nunc ad aliam strictim transeo quæstionem, quam tu adversus omnes catholicos vibrare sæpius diceris. Nam etiam in epistola tua illa lucubratissima hæc ipsa intelligere vix potuimus. Ita ista, inquam, ad Demetriadem, puellam (ut audio) sacram & sanctam, homo verecundissimus scribere non erubuisti: docens, ut credo, reverentiam castitatis sub stropha Joseph luxuriantis dominæ suæ; ubi dixisti. „ Contemta frequenter domina, pro„ piores adolescenti tendit insidias, secretum ac si„ ne testibus manu impudens adprehendit: „ inopportunam historiam obsceníssimo sermone contexens: quamquam hoc quod neque apte, neque decore dicitur, tibi imputare non debeamus, cui neque natales dederunt, ut honestioribus studiis erudireris, neque naturaliter provenit, ut saperes; sed illis dictatoribus tuis, qui miserum sensum miserrimo sermone conscribunt, & te legendum cachinnis quasi titulum confusionis exponunt. Inter hæc ergo hujusmodi sensum in eadem epistola indigestis sermonibus eructasti, „ Quod plerique nostrorum „ dicerent, Deum malam hominibus condidisse na„ turam. „ Quod etiam ille Phinees tuus pedetentim nobis tentavit intendere: unde breviter primum profiteor, deinde respondeo. Ante tribunal Christi in dextera inter agnos Dei non sit dignus adsistere, nec mereatur videre Dominum in regione vivorum, nec in gloria resurrectionis [e] *vita Jesu manifestetur in mortali corpore ejus*, qui dicit Deum aliquam malam vel hominis vel cujusque rei condidisse naturam, vel qui liberum in aliquo tollit arbitrium: cum scriptum legerit: [f] *omnia quæcumque fecit Deus, bona valde.* Et de libero hominis arbitrio scriptum est: [g] *Deus creavit hominem inexterminabilem*, [h] *& reliquit eum in manu consilii sui.* Cæce & maligne, aliter enim tibi loqui nequeo, sensum dominicæ auctoritatis, sensum propriæ fragilitatis, sensum communis intelligentiæ non habenti: Nos naturam hominis infirmam dicimus esse, non malam. Nam si mala esset, bonum omnino non caperet: nunc vero cum genuino adsectu concupiscat bonum, & adhæreat bono, malumque omnino fugiat; ubi in ea mala dicenda est esse substantia? Dominus clamat: [i] *Spiritus quidem promtus est, caro autem infirma.* Clamat Abraham: [k] *Ego autem terra & cinis.* Clamat Job: [l] *Homo putredo, & filius hominis vermis.* Clamat Esaias: [m] *O miser ego, quoniam compunctus sum; quia cum sim homo & immunda labia habeam, in medio quoque populi immunda labia habentis habito.* Clamat Hieremias: [n] *Anima in angustiis, & spiritus anxius clamat ad te: Vide Domine & miserere.* Clamat Abacuc: [o] *Custodivi, & expavit venter meus: a voce orationum intra me turbata est habitudo mea.* Clamat David: [p] *Exaudi me in tua justitia, & non intres in judicium cum servo tuo, quia non justificabitur in conspectu tuo omnis vivens.* Clamant omnes Apostoli infirmitatis timore turbati: [q] *Domine, libera nos, perimus.* Clamat Joannes: [r] *Si dixerimus quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & veritas in nobis non est.* Clamat Jacobus: [s] *In multis enim offendimus omnes.* Clamat Paullus: [t] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* Et ut generaliter universorum clamet infirmitas, clamat Spiritus sanctus in sanctis: [u] *Omnis caro fœnum, & gloria hominis sicut flos fœni. Fœnum aruit, flos decidit: verbum autem Domini manet in æternum.*


XXX. Contra has tam splendidas perspicuasque divinorum nubes testimoniorum, audiat laborans in gemitu suo mundus universus Pelagium reclamantem: atque humili veritati non solum verborum impudentia, sed etiam cauteribus resistentem.

a Joan. XVIII. 11. b II. Thess. I. 5. 6. c Matth. XXIV. 22. d Matth. VIII. 29. e II. Cor. IV. 11. f Gen. I. 31. g Sap. II. 23 h Eccli. XV. 14. i Matth. XXVI. 41. k Gen. XVIII. 27. l Job XXV. 6. m Isa. VI. 5. n Baruch III. 1. 2. o Hab III. 1. sec LXX. p Psalm. CXLII. 1. 2. q Matth. VIII. 25. r I. Joan. I. 8. s Jac. III. 2. t Rom. VII. 24. 25. u Isa. XL. 6. 8.

1. *Confitentes — miseri hominis*] Ita rescripsimus, præeunte Cotelerio in *Mon Eccl. Gr.* tom. III. pag. 526. Editi perperam. *confidentes — miseris homines*. Pravam præterea interpunctionem emendavimus. Sic enim antea, *Si illos in oppressione miserit homines comprehensos: ultimo tunc judicio intelligis esse damnatos. Accipe* cet.

2. *Emundatione*] Ita Schottus: atque sic legendum suadet vox sequens *purgandum*. Havercampus tamen maluit *emendatione*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



Ait enim in epistola quam supra nominavimus : ,, Verum e contrario remisso ac fastidioso animo ,, ac nequam ore nos Domino reclamamus & di- ,, cimus: Durum est, arduum est, non possumus, ,, homines sumus, fragili carne circumdamur. Et, ,, o cæcam insaniam : & , o profanam temerita- ,, tem! duplicis ignorantiæ accusamus scientiæ Do- ,, minum: ut videatur nescire, quod fecit: nesci- ,, re, quod jussit. Et quasi oblitus fragilitatis hu- ,, manæ cujus auctor ipse est, imposuerit homini ,, quod ferre non possit. ,, Quid rogo hac præsumtione feralius ? Quid hac increpatione perversius ? Exprobras Ecclesiæ catholicæ cujus nos viscera sumus, quod quasi dicere desperando videatur, quod Deus, auctor hominis, imposuerit homini quod ferre non possit : cujus tamen fidelissima est & ore & humilitate professio : Deum & primo omnia possibilia præcepisse, & nemine tamen possibilia complente, propter quod subditus sit omnis mundus Deo, postea pondus præcepti substituta gratiæ indulgentia sublevasse. Verumtamen tu, serve nequam & maligne, [a] qui quod tibi Dominus tuus remisit, a conservis tuis conaris exigere : tuum primum sensum discutio, & meum postea si videtur explano. Tu qui non posse ferre onus legis dixisse quosdam arguis, ergo tu ipsum ferre posse confidis? O miser, qui secundum quod scriptum est, dicis in corde tuo : [b] *Dives sum & ditatus, & nullius rei egeo : & nescis quia tu es miser & miserabilis & pauper, & cæcus & nudus*. Numquid ad te locutus est Christus: [c] *Amen dico tibi, non tibi revelavit caro & sanguis, sed Pater meus qui est in cælis?* Numquid tibi dixit: [d] *Tu vocaberis Cephas?* Numquid tibi spopondit : [e] *Super hanc petram fundabo Ecclesiam meam?* Attende enim quid Petrus Apostolus Spiritu sancto docente commoneat, qui ait : [f] *Et nunc ergo vos quid tentatis Deum, imponere jugum collo discentium, quod neque nos ipsi, neque patres nostri potuimus portare? sed gratia Domini nostri Jesu Christi credimus nos posse salvos fieri, sicut & illi*. Petrus Apostolus dicit : quia ille vere Deum tentet, qui nunc homini onus legis moliatur imponere : contra autem tu objicis & minaris, quod ille criminetur injustitiæ Deum, qui per confessionem propriæ infirmitatis, ad gratiam spiritus a littera occidente confugiat. Samuel, Helias, Helisæus, Esaias, Hieremias, Daniel, Zacharias, omnes sancti, vel Judices, vel Reges, vel Prophetæ, patres sine dubio nostri sunt; & neminem patrum Petrus adfirmat, sed neque semet ipsos, hoc est, Apostolos, cum essent Judæi, onus legis ferre potuisse, sed fide Christi secundum spem gratiæ fuisse salvatos.

XXXI. An forte secundum te omnes isti sancti patres Dei adjutorium non habebant ? Ecce Petrus increpat illos, qui grave jugum collo discentium ponere conabantur : tu e contrario in scandalum Petri increpas eos, qui ad fidelem Dei misericordiam confugiunt, & se per semet ipsos onus legis ferre diffidunt. Sed tibi specialis inde portandi oneris fortasse fiducia est, quod balneis epulisque nutritur latos humeros gestas robustamque cervicem : præferens etiam in fronte pinguedinem, sicut scriptum est : [g] *Tetendit enim adversus Deum manum suam, & contra omnipotentem roboratus est. Cucurrit adversum eum erecto collo, & pingui cervice armatus est. Operuit faciem ejus crassitudo, & de lateribus ejus arvina dependet*. At illi tales esse non possunt, quibus semper in corde loquitur Christus : [h] *Contendite per angustam viam introire : lata est enim, quæ ducit ad mortem*. Et Paullus Apostolus monet : [i] *Curam carnis ne feceritis in concupiscentiis*. [k] *Est in me veritas Christi*, quia multum doleo pro vobis. Juxta sententiam enim beati patris mei Augustini, ,, Non est sani fiducia, sed insani. ,, De uno præcepto eodemque primo, te si dignaris interrogo. In lege Dominus per Moysen jubet, quod & in Evangeliis Christus adfirmat : [l] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis viribus tuis : & secundum simile huic, Diliges proximum tuum tamquam te ipsum*. Rogo te, responde non mihi, sed Deo : non voce, sed conscientia : si ita ex toto corde Deum diligis, ut nullam umquam in eo cogitationem, quæ absque timore & dilectione Dei intelligi possit, admittas: si ita in tota anima sequeris, ut suscepta semel cruce in nullam penitus oblectationem habitæ ad tempus jucunditatis succedas : si ita in totis visceribus tuis calore caritatis ardes, ut nulla penitus per augmenta necessitatis infirma concupiscentiis aut desideriis adquiescas. Deinde cum scriptum sit : [m] *Omne quod non sit ex fide, peccatum sit* : & sive nobilium locorum episcopos videris, sive potentes sæculi viros, sive divites sub religione videas, ut omnino nihil vel adulationi, vel timori, vel spei, acceptione personarum captus indulgeas, nec quidquam in quo te cor tuum reprehendat & conscientia remordeat, vel si nulla verba tempori potius quam veritati adcommodata respondeas. Illud etiam consulo, utrum æque omnes Christianos, sicut te ipsum, diligas. Nos enim sub uno capite, quod est Christus; & sub una Ecclesia, quæ est Christus, omnes fratres sumus, & unum corpus in Christo. Utrum ergo, sicut te ipsum, diligas omnes qui misericordiam Dei sperant, quos tamen noveris, confitere. Non enim te de ignotis consulo; quos ex eo te diligere arbitraris, quod quia non noveris, non odisti. Sed quid ego hæc a confessione tua exigo, cum conversationem tuam vulgus agnoscat? Tu perfectus sine infirmitate, tu omnem legis sarcinam ferre possibilis; tu, inquam, homo inflate, sed vacue, audi, si dignaris, Dominum Salvatorem, te, si tamen hoc poteris, ad sancta revocantem : [n] *Amen dico vobis, quisquis non receperit regnum Dei velut infans, non intrabit illud*. Infans nihil in se habet, nisi quod diligit blandientem, & quod panem suum non in sudore suo, sed in precibus sperans alimoniam vitæ, simplici petitione consequitur, quam fiduciali opere non meretur : qua tu comparatione commonitus, convertere ad infantiam, ut revertaris ad vitam.

XXXII. Et quoniam superius dixeram, de possibilitate oneris sustinendi, tuum primum sensum discutio: & meum postea si videatur, explano. Mea sententia est, quia & in hoc quoque peccamus, qui cum infirmi sumus, de infirmitate conquerimur [1], sicut Apostolus ait : [o] *Numquid dicet figmentum*

a Matth. XVIII. 29. 32. *b* Apoc. III. 17. *c* Matth. XVI. 17. *d* Joan. I. 42. *e* Matth. XVI. 18. *f* Act. XV. 10. 11 *g* Job XV. 25-27. *h* Matth. VII. 13. Luc. XIII. 24. *i* Rom. XIII. 14. *k* II. Cor. XI. 10. Rom. IX. 1. 2. *l* Deut. VI. 5. Matth. XXII. 37. 39. *m* Rom. XIV. 23. *n* Marc. X. 15. *o* Rom. IX. 20.

1. Heic post ea verba *de infirmitate conquerimur*, intrusum erat longum excerptum ex libro S. Augustini *de natura & gratia contra Pelagium*, ut advertit Schottus. Nimirum ab his verbis cap. XII. *Hanc esse intentionem legis arguentis*, usque ad ea cap. XIX. *Quomodo potuit vitiare animam tuam quod substantia caret?* Quibus rursus subduntur, quæ exstant ibidem sub initium cap. III. *Medico indiget, quia sana non est*, usque ad illa : *Scripturas utique non ad-*

ei qui se finxit: Quid me fecisti sic? Infirmitatis ei A querela propriæ virtutis ambitio est, quoniam occulte adjutorium Dei fastidit, qui peculiarem fortitudinem quærit. Et hic diabolus est, qui dicit, Viribus faciam. Ego autem secundum Apostolum, [a] *gloriabor* semper *in infirmitatibus meis*: ut semper dicat cor meum Deo: [b] *In velamento alarum tuarum exsultabo: adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua.* Unde & scriptum est: [c] *Postulationes vestræ innotescant coram Deo: & pax Dei quæ superat omnem mentem, custodiat corda & corpora vestra in Christo Jesu.* Habeo itaque infirmitatem, & gaudeo in cognitione infirmitatis meæ. [d] *Cum enim infirmor, tunc potens sum*: potentem invocando Deum, qui me exaudit infirmum, qui B nobis fidelissime repromisit: [e] *Ego autem vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.* Peculiare opus infirmitatis est, in omni loco semper orare, ut omnipotens Deus qui spopondit non deserere, etiam juvare non cesset. Ecce enim Scriptura clamat infirmis: [f] *Quærite Dominum, & confirmamini: quærite faciem ejus semper.* Cui respondet vera & pia confessio: [g] *Ecce sicut oculi servorum in manibus dominorum suorum: ita oculi nostri ad Dominum Deum nostrum, donec misereatur nostri.* Magna & certa est de perfectione fiducia, cum omnipotens facit quod optat infirmus. Rursusque magna & certa est de confirmatione securitas, cum omnipotens servat, nec perdit infirmos, sicut scri- C ptum est: [h] *Ei autem qui potest omnia abundantius facere quam petimus & intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in Christo Jesu.* Quamobrem admonet Apostolus: [i] *Quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram: mortui enim estis, & vita vestra abscondita est cum Christo in Deo. Cum Christus adparuerit vita vestra, tunc & vos adparebitis cum ipso in gloria.* Vitæ fructus, est sanctitas: sanctitas vero est, esse sine peccato. Si ergo incorruptionis gloria abscondita est ab omnibus hominibus in hoc tempore; tu quomodo hoc eodem tempore ipsa incorruptione posse te superindui gloriaris? Sicut enim corruptionis principium fuit homini declinare in peccatum; ita incorruptionis ini- D tium erit, non habere peccatum. Quis ergo illud ante judicium Dei abscondit, aut de sinu Christi abstulit, & tibi tradidit? An forte quia non meretur eam in futuro de manu Domini, intelligis? Hæc præsummus instruit Paullus, & dicit: [k] *Cum autem mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in victoriam. Ubi est, mors, victoria tua? Ubi est, mors, stimulus tuus? Stimulus autem mortis, peccatum est.* Per quod ostendit Apostolus, nullo modo eatenus quemquam insultare posse morti atque peccato, donec mortalitatem immortalitas, & corruptionem incorruptio consequatur: & ubi infirmitate deleta virtus perfecta succedit, ubi non erit masculus & fe- E mina, sed erunt omnes similes angelis Dei. Porro autem si quis jam in tantum cumulum sanctitatis excrescit, ut vivens in hac carne, vel masculum se esse vel feminam nesciat; si jam plenissima sui puritate percepta, nec habens vestimenta sordida, similis est angelis Dei; & si jam illa quæ promissa est sanctis in speciem solis claritate circumdatur: digne hanc perfectionem non voce, sed habitu profitetur. Verumtamen præsumtio ista, perditio est: quin potius hujusmodi homini expedit, ut non suum cor, sed Paullum magistrum gentium audiat & sequatur, simulque oret cum eo, cui oranti respondeat Dominus: [l] *Sufficit tibi gratia mea: virtus autem in infirmitate perficitur.*

XXXIII. Itaque quod solum & in quo solo liberum arbitrium proficit: præbeat se unusquisque nostrum Deo terram voluntariam. [m] *Dei autem agricultura sumus: Dei ædificatio sumus.* Mittat in agrum suum semen verbum, credat in corde: ipse plantet, ipse riget, ipse fecundet, ipse tribuat incrementum, qui est verus agricola. Quod solum tamen in nobis potest voluntaria devotio, ad continendam in se radicem seminis & nutriendos uberes partus fideliter subministret; semperque orationibus suis agricolam suum, ne inimicus zizania superseminare possit, exsuscitet. Hæc sit ejus in opere Dei cooperatio, cum spe non dubia & caritate sincera. Ait enim Dominus Jesus: [n] *Ego sum vitis, vos estis palmites*: quodcumque habet, de vite habet. [o] *Non enim*, inquit Apostolus, *tu radicem portas, sed radix te.* Quid se ergo extollit in fructibus qui videntur in eo, cum totum pertineat ad vitem non solum ut possit, verum etiam ut sit? Alioquin [p] *excidetur, & in ignem mittetur.* Non enim palmes, sed vitis potest: & quod vitis potest, palmes ostendit. Sufficit ergo unicuique, ut habeat. At vero unde & ubi habeat, & humiliter agnoscat, & patienter expetat: ne [q] *dum non habet*, & habere se credit, *id ipsum quod habet, auferatur ab eo.* Primum hominem peccantem de paradiso ejecit Deus, deinde in cruce credentem primum in paradisum Christus induxit. Merito ergo quamdiu in paradiso non sum, & in terra peregrinationis Adæ maneo, sine peccato me esse non credo. Si autem in paradisum gratia Dei traductus fuero: ibi perfectione mea, & morte superata peccatoque deleto, æternam in conspectu Dei potentiæ ejus gloriam prædicabo.

Hæc ergo ut potui, beatissimi sacerdotes, caussa fidei & simplicitatis exposui. Non mihi succenseant, qui læserunt, si in aliquo per comparationes nominum [1] titulantur. De quæstionibus vero æquanimiter ferant, magisque, si timorem Dei habent, gaudeant responsum fuisse quod verum est. Ego, teste Jesu Christo, odisse me fateor hæresim, non hæreticum: sed, sicut justum est, interim propter hæresim, hæreticum vito: quia & prohibui, & corripui. Detestetur & damnet ore pariter ac manu, & cunctis fraternitatis vinculo hærebit: quia scriptum est: [r] *Invicem onera vestra portate, & sic adimplebitis legem Christi.*

a II. Cor. XII. 9. *b* Psalm. LXII. 8. *c* Philipp. IV. 6. 7. *d* II. Cor. XII. 10. *e* Matth. XXVIII. 20. *f* Psalm. CIV. 4. *g* Psalm. CXXII. 2. *h* Ephes. III. 20. 21. *i* Coloss. III. 2-4. *k* I. Cor. XV. 54-56. *l* II. Cor. XII. 9. *m* I. Cor. III. 9. *n* Joan. XV. 5. *o* Rom. XI. 18. *p* Matth. III. 10. *q* Matth. XIII. 12. *r* Gal. VI. 2.

vertens novi Testamenti, ubi dicimus (forte *diximus*) *hanc esse intentionem legis arguentis*, modo allata. Haud equidem existimarim hæc Augustiniana, suppresso S. Patris nomine, suis intexuisse Orosium: sed ista potius infarserit librarius, dictorum S. Doctoris ordinem fortasse invertens, ne fraus detegeretur. Utcumque sit, Schottum secuti, Augustiniana excerpta ex Orosii opusculo avulsa, mox subjicienda curavimus, collata cum edit. BB. tom. X. pag. 129. seqq. Secus vero Havercampus; qui Augustiniana minime agnoscens, tamquam Orosiana omnia venditavit.

1. Forte *titillantur*. SCHOTT.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

DE ARBITRII LIBERTATE EXCERPTA

Ex AUGUSTINI libro *de Natura & Gratia contra Pelagium*:

Intexta OROSII *Apologiæ de arbitrii libertate*.

Ex CAPP. XIII -- XXI.

Edit. opp. S. Augustini BB. tom. X. pagg. 132. seq.

CAP. XIII....[1] HAnc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa quæ perperam fiunt, confugiatur ad gratiam Domini miserantis, velut [a] pædagogo concludente [2] in eamdem fidem, quæ postea revelata est: ubi & remittantur quæ male fiunt, & eadem gratia juvante non fiant. [3] Proficientium est enim via, quamvis bene proficientes dicantur perfecti viatores: illa est autem perfectio summa, cui nihil addatur; cum id quo tenditur, cœperit possideri.

CAP. XIV. Jam vero illud [4] quod ei dicitur, „ *Ipse* „ *tu sine peccato es?* „ re vera non pertinet ad eam rem, de qua vertitur quæstio. Sed quod dicit, *negligentiæ suæ potius imputari, quod non est sine peccato*: bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare [5] Deum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur: quem rogabat quidam, quando dicebat: [b] *Itinera mea dirige secundum verbum tuum, & non dominetur mihi omnis iniquitas*: ne dum suæ diligentiæ quasi propriis viribus fidit, neque heic ad veram justitiam, neque illic, ubi sine dubio perfecta desideranda est & speranda, perveniat.

CAP. XV. Et illud quod ei a quibusdam dicitur, *nusquam esse scriptum his omnino verbis, posse esse hominem sine peccato*, facile refellit: *quia non* [6] *ibi est quæstio, quibus verbis dicatur quæcumque sententia*. Non tamen fortasse sine caussa, cum aliquoties in Scripturis inveniatur [c], homines dictos esse sine querela: non invenitur, qui dictus sit sine peccato, nisi unus solus de quo aperte dictum est [d], *eum qui non noverat peccatum*. Et eo loco ubi de sacerdotibus sanctis agebatur: [e] *Etenim expertus est omnia, secundum similitudinem sine peccato*: in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quamvis non esset caro peccati. Jam illud quomodo accipiendum sit: [f] *Omnis qui natus est ex Deo, non peccat; & non potest peccare, quia semen ejus in ipso manet*: cum ipse Apostolus Joannes, quasi non sit natus ex Deo, aut eis loqueretur qui nondum essent nati ex Deo, aperte posuerit: [g] *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & veritas in nobis non est*: in libris quos [7] ad Marcellinum de hac re scripsi, sicut potui, explicare curavi. Et illud quod dictum est, *Non potest peccare*, pro eo dictum est, ac si diceretur, Non debet peccare: non improbanda mihi videtur hujus adsertio. Quis enim insanus dicat debere peccari, cum ideo sit peccatum, quia non debet fieri?

CAP. XVI. Sane quod Apostolus Jacobus ait: [h] *Linguam autem nullus hominum domare potest*: non mihi videtur ita intelligendum, [8] ut exponere voluit, *quasi per exprobrationem dictum, tamquam diceretur: Ergo ne linguam nullus hominum domare potest: tamquam objurgans & dicens, Domare feras potestis, linguam non potestis? quasi facilius sit linguam domare, quam feras*. Non puto, quod iste sit sensus hoc loco. Si enim id sentiri vellet de facilitate domandæ linguæ, cetera sequerentur in bestiarum comparatione. Nunc vero sequitur: *Inquietum malum, plena veneno mortifero*; utique nocentiore, quam bestiarum est atque serpentum. Nam illud carnem interficit: hoc vero animam. [i] *Os enim quod mentitur, occidit animam*. Non ergo quasi id esset facilius, quam mansuefactio bestiarum, sanctus Jacobus illam sententiam pronuntiavit, aut ea voce voluit pronuntiari: sed potius ostendens, quantum sit in homine linguæ malum, ut a nullo homine domari possit, cum ab hominibus domentur & bestiæ. Neque hoc ideo dixit, ut hujus in nos mali dominationem per negligentiam permanere patiamur: sed ut ad domandam linguam divinæ gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait, Linguam nullus domare potest, sed *nullus hominum*: ut cum domatur, Dei misericordia, Dei adjutorio, Dei gratia fieri fateamur. Conetur ergo anima domare linguam; & dum conatur, poscat auxilium: & oret lingua, ut dometur lingua donante illo, qui dixit ad suos: [k] *Non enim vos estis qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri, qui loquitur in vobis*. Itaque præcepto facere commonemur: quod conantes & nostris viribus non valentes, adjutorium divinum precemur.

CAP. XVII. Proinde & ipse cum exaggerasset linguæ malum, inter hæc dicens: [l] *Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri*: continuo monuit, consummatis his quæ hinc dicebat, quo adjutorio ista non fierent, quæ dixit fieri non oportere: [m] *Quis sapiens*, inquit, *& disciplinatus inter vos? Ostendat*

a Gal. III. 23. *b* Psalm. CXVIII. 135. *c* Luc. I. 6. *d* II. Cor. V. 20. *e* Heb. IV. 15. *f* I. Joan. III. 9. *g* I. Joan. I. 8. *h* Jac. III. 8. *i* Sap. I. 11. *k* Matth. X. 20. *l* Jac. III. 10. *m* Ibid. ℣℣. 13-17.

1. Vide supra notam 1. ad cap. XXXII.

2. *In eamdem fidem*] Edit. BB. opp. Aug. tom. X. pag. 132. *in eadem fide*. Sed Orosiana lectio magis accedit ad textum Paullinum *Gal.* III. 23.

3. *Proficientium — proficientes*] Sic legimus cum BB. At Schottus quem affectatur Havercampus, *proficiscentium — proficiscentes*: mendose, ut videtur.

4. *Quod ei*] Am. Er. & plerique mss. heic & cap. seq. *quod eis*. BB. — Atque ita sane legunt Schott. & Haverc.

5. *Deum*] Sic BB. Schottus vero cum Haverc. *Dominum*. Mox iidem male, *Quam rog. — & ne domin.*

6. *Ibi — quæcumque*] BB. sequimur. Schottus quoque recte habet *ibi*: male Havercampus, *tibi*. Uterque vero editor, *quæque*.

7. *Ad Marcellinum*] Lib. II. *de peccat. merit. & remiss.* cap. VIII. Mendose Schottus *ad Marcellium*: quem errorem facile corrigere poterat Havercampus, simulque advertere non heic Orosium, sed Augustinum loqui.

8. *Ut exponere voluit*] Hæc Augustiniana desiderantur apud Schottum & Haverc.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.



ex bona conversatione operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quod si zelum amarum habetis & contentiones in cordibus vestris, nolite gloriari & mendaces esse adversum veritatem. Non est ista sapientia de sursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Ubi enim zelus & contentio, ibi inconstantia & omne opus pravum. Quæ autem de sursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordiæ & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione. Hæc est sapientia quæ linguam domat, de sursum descendens, non ab humano corde prosiliens. An & istam quisque abrogare audet gratiæ Dei, & [1] eam superbissima vanitate ponet in hominis potestate? Cur ergo oratur ut accipiatur, si ab homine est ut habeatur? An & huic orationi contradicitur, [2] ne fiat injuria libero arbitrio, quod sibi sufficit possibilitate naturæ ad implenda omnia præcepta justitiæ? Contradicatur ergo & eidem Apostolo Jacobo admonenti & dicenti: [a] *Si quis autem vestrum indiget sapientia, postulet a Deo qui dat omnibus adfluenter & non improperat; & dabitur ei. Postulet autem in fide nihil hæsitans.* Hæc est fides ad quam præcepta compellunt: ut lex imperet, & fides impetret. [3] Per linguam enim quam nullus hominum domare potest, sed sapientia de sursum descendens, [b] *in multis offendimus omnes.* Non enim & hoc iste Apostolus alio modo pronuntiavit, sicut illud quod ait: *Linguam nullus hominum domare potest.*

CAP. XVIII. Nec illud quisquam istis pro impossibilitate non peccandi similiter objecerit, quod dictum est: [c] *Sapientia carnis inimica est Deo: legi enim Dei non est subjecta, nec enim potest. Qui autem in carne sunt, Deo placere non possunt.* Sapientiam quippe carnis dixit, non sapientiam de sursum descendentem: & in carne esse, non eos qui nondum de corpore exierunt, sed eos qui secundum carnem vivunt, significatos esse manifestum est. Non autem ibi est quæstio, quæ versatur. Illud est quod exspecto ab isto audire, [4] si possim, eos qui secundum spiritum vivunt, & ob hoc etiam heic adhuc viventes jam quodammodo in carne non sunt, utrum gratia Dei vivant secundum spiritum, an sibi sufficiant, jam data cum [5] crearentur possibilitate naturæ in sua propria voluntate: cum [d] *plenitudo legis* non *sit* nisi *caritas*, & [e] *caritas Dei diffusa sit in cordibus nostris*, non per nosmet ipsos, sed *per Spiritum sanctum qui datus est nobis.*

CAP. XIX. Tractat etiam iste de peccatis ignorantiæ, & dicit, *hominem prævigilare debere ne ignoret; ideoque esse culpandam ignorantiam, quia id homo nescit negligentia sua, quod adhibita diligentia scire debuisset*: dum tamen omnia potius disputet, quam ut [6] oret & dicat: [f] *Da mihi intellectum, ut discam mandata tua.* Aliud enim est non curasse scire; quæ negligentiæ peccata etiam per sacrificia quædam legis videbantur expiari: aliud, intelligere velle, nec posse, & facere contra legem, non intelligendo quid fieri velit. Unde admonemur petere a Deo sapientiam, [g] *qui dat omnibus adfluenter:* utique his omnibus, qui sic petunt & tantum petunt, quomodo & quantum res tanta petenda est.

CAP. XX. *Divinitus* tamen *expianda esse peccata commissa, & pro eis Dominum exorandum* fatetur, propter veniam scilicet promerendam: *quia id quod factum est, facere infectum*, multum ab isto laudata *potentia* illa *naturæ & voluntas hominis*, etiam ipso fatente, *non potest*. Quare hac necessitate restat ut oret ignosci: ut autem adjuvetur ne peccet, nusquam dixit, non heic legi, mirum de hac re omnino silentium: cum oratio dominica utrumque petendum esse commoneat, [h] & ut dimittantur nobis debita nostra, & ut non inferamur in tentationem: illud ut præterita expientur: hoc ut futura vitentur. Quod licet non fiat, nisi voluntas adsit: tamen ut fiat, voluntas sola non sufficit. Ideo pro hac re, nec superflua nec impudens Domino immolatur oratio. Nam quid stultius, quam orare ut facias, quod in potestate habeas?

CAP. XXI. Jam nunc videte quod ad rem maxime pertinet, quomodo humanam naturam tamquam omnino sine vitio ullo sit, conetur ostendere: & contra apertissimas scripturas Dei luctetur [i] sapientia verbi, qua evacuetur crux Christi. Sed plane illa non evacuabitur; ista potius sapientia subvertetur. Nam cum hoc ostenderimus, aderit fortasse misericordia Dei, ut & ipsum hæc dixisse pœniteat. *Primo*, inquit, *de eo disputandum est, quod per peccatum debilitata dicitur & immutata natura. Unde ante omnia quærendum puto*, inquit, *quid sit peccatum: substantia aliqua, an* [7] *omnino substantia carens nomen, quo non res, non exsistentia, non corpus aliquod, sed perperam facti actus exprimitur.* Deinde adjungit: *Credo ita est. Et si ita est*, inquit, *quomodo potuit humanam debilitare vel mutare naturam, quod substantia caret?* Videte, quæso, quomodo nesciens nitatur evertere medicinalium eloquiorum saluberrimas voces: [k] *Ego dixi: Domine miserere mei, sana animam meam, quia peccavi tibi.* Quid sanatur, si nihil est vulneratum, nihil sauciatum, nihil debilitatum atque vitiatum? Porro si est quod sanetur, unde vitiatum est? Audis confitentem: quid desideras disputantem? *Sana*, inquit, *animam meam.* Ab illo quære unde vitiatum sit, quod sanari rogat: & audi quod sequitur: *quoniam peccavi tibi.* Hunc iste interroget, ab isto quærat, quod quærendum putat, & dicat, O tu qui clamas, *Sana animam meam, quoniam peccavi tibi*, quid est peccatum? Substantia aliqua, an omni substantia carens nomen, quo non res, non exsistentia, non corpus aliquod, sed tantum perperam facti actus exprimitur? Respondet ille: Ita est, ut dicis: non est peccatum aliqua substantia, sed tantum hoc nomine perperam facti actus exprimitur. Et contra iste, Quid ergo clamas, *Sana animam meam, quoniam peccavi tibi?*

EX CAP. III. Quomodo potuit vitiari anima tua? [8] Medico indiget: quia sana non est. Omnia quidem bona quæ habet in formatione, vita,

a Jac. I. 5. 6. *b* Jac. III. 2. *c* Rom. VIII. 7. 8. *d* Rom. XIII. 10. *e* Rom. V. 5. *f* Psalm. CXVIII. 75. *g* Jac. I. 5. *h* Matth. VI. 12. 13. *i* I. Cor. I. 17. *k* Psalm. XL. 5.

1. *Et eam superbissima m.*] Ita legunt BB. Uterque editor perperam, *& tam superba m.*

2. *Ne fiat* cet.] Heic Schottus quem sequitur Havercampus, sic legit interpungitque: *ne fiat injuria libero arbitrio? Quod si sibi sufficit possibilitate naturæ ad implenda omnia præcepta justitiæ, contradicatur* cet.

3. *Per linguam —— descendens*] Hæc improvide omittunt Schottus & Haverc. Paullo ante apud ipsos, *fides impetret*, prætermissa conjunctione *&*, minus recte.

4. *Si possim, eos qui* cet.] Schottus & Haverc. *si qui*, voculis intermediis omissis.

5. *Crearentur*] Ita editor uterque. At BB. *creantur*: quod minus placet.

6. *Oret & dicat*] Heic item omittunt conjunctionem *&* Schottus & Haverc. Iidem paullo post, *quæ fieri velit.*

7. *Omnino subst.*] Plerique mss. *omni substantia*. BB.

8. *Medico* cet.] Hæc ex citato Augustini libro cap. III. quæ ut præcedentibus consociaret excerptor, Augustiniana contraxit. Sic enim sanctus Doctor sub finem cap. XIX. *quomodo potuit vitiare animam tuam, quod substantia caret!*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 419.

[1] ſenſibus, mente, a ſummo Deo habet creatore & artifice ſuo: vitium vero quod iſta naturalia bona contenebrat & infirmat, ut illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum eſt, ſed ex originali peccato quod commiſſum eſt libero arbitrio: ac per hoc natura pœnalis ad vindictam juſtiſſimam pertinet. [2] *Si* [a] enim jam ſumus *in Chriſto nova creatura:* tamen [b] *eramus natura filii iræ, ſicut & ceteri. Deus autem qui dives eſt in miſericordia propter multam dilectionem qua dilexit nos, & cum eſſemus mortui peccatis, convivificavit nos Chriſto, cujus gratia ſumus ſalvi facti.*

Cap. IV. Hæc [3] autem gratia Chriſti, ſine qua nec infantes nec ætate grandes ſalvi fieri poſſunt, non meritis redditur, ſed gratis datur: propter quod & gratia nominatur. [c] *Juſtificati*, inquit, *gratis per ſanguinem ipſius.* Unde hi qui non per illam liberantur, ſive quia audire nondum potuerunt, ſive quia obedire noluerunt, ſive etiam cum per ætatem audire non poſſent, lavacrum regenerationis quod accipere poſſent, per quod ſalvi fierent, non acceperunt; juſte utique damnantur: quia ſine peccato non ſunt, vel quod originaliter traxerunt, vel quod malis moribus addiderunt. [d] *Omnes enim peccaverunt*, ſive in Adam ſive in ſe ipſis, *& egent gloria Dei.*

Cap. V. Univerſa igitur maſſa pœnas debet. Et ſi omnibus debitum damnationis ſupplicium redderetur, non injuſte procul dubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non vaſa meritorum ſuorum, ſed vaſa miſericordiæ nominantur. Cujus miſericordiæ, niſi illius: [e] *qui Chriſtum Jeſum miſit in hunc mundum peccatores ſalvos facere*, [f] *quos præſcivit & prædeſtinavit, & vocavit, & juſtificavit, & glorificavit?* Quis igitur uſque adeo dementiſſime inſaniat, ut non agat ineffabiles gratias miſericordiæ quos voluit liberantis, qui recte nullo modo poſſet culpare juſtitiam univerſos omnino damnantis?

Cap. VI. Hoc ſi ſecundum Scripturas ſapiamus, non cogimur contra Chriſtianam gratiam diſputare, & ea dicere quibus demonſtrare conemur, naturam humanam neque in parvulis medico indigere quia ſana eſt, & in majoribus ſibi ipſam ad juſtitiam ſi velit, poſſe ſufficere. Acute quippe videntur hæc dicere: ſed [g] *in ſapientia verbi, qua evacuatur crux Chriſti.* [h] *Non eſt iſta ſapientia de ſurſum deſcendens.* Nolo quod ſequitur dicere, ne amicis noſtris quorum fortiſſima & [4] celerrima ingenia, non in perverſum, ſed in directum currere volumus, facere exiſtimemus injuriam.

Cap. VII. Quanto igitur majore zelo accenſus eſt libri hujus quem miſiſtis conditor, adverſus eos qui peccatis ſuis patrocinium de natura humanæ infirmitatis perquirunt; tanto & multo ardentiore zelo nos oportet accendi, ne evacuetur crux Chriſti. Evacuatur autem, ſi aliquo modo præter illius ſacramentum ad juſtitiam vitamque æternam perveniri poſſe dicatur: quod in libro iſto agitur, nolo dicere ab ſciente, ne illum qui eum ſcripſit, ne Chriſtianum quidem habendum judicem; [5] ſed quod magis credo, a neſciente: magnis ſane viribus, ſed eas ſanas volo, non quales phrenetici habere conſuerunt.

Cap. VIII. Nam prius diſtinguit, *aliud eſſe quærere, an poſſit aliquid eſſe, quod ad ſolam poſſibilitatem pertinet: aliud, utrum ne ſit.* Hanc diſtinctionem veram eſſe nemo ambigit: conſequens enim eſt, ut quod eſt, eſſe potuerit: non eſt autem conſequens, ut quod eſſe poteſt, etiam ſit. Quia enim Dominus Lazarum ſuſcitavit, ſine dubio potuit: [6] quia vero Judam non ſuſcitavit, numquid dicendum eſt, non potuit? Potuit ergo, ſed noluit. Nam ſi voluiſſet, etiam hoc eadem poteſtate feciſſet: quia [i] *& Filius quos vult vivificat.* Sed hac diſtinctione vera atque manifeſta quo tendat, & quid efficere conetur, advertite. *Nos*, inquit, *de ſola poſſibilitate tractamus: de qua niſi quid certum conſtiterit, tranſgredi ad aliud, graviſſimum eſſe atque extra ordinem ducimus.* Hoc verſat multis modis & ſermone diuturno: ne quis eum aliud, quam de non peccandi poſſibilitate quærere exiſtimet. Unde inter multa quibus id agit, etiam hoc dicit: *Idem iterum repeto, Ego dico poſſe eſſe hominem ſine peccato. Tu quid dicis? Non poſſe eſſe hominem ſine peccato? De poſſe & non poſſe: non de eſſe & non eſſe contendimus.* Deinde nonnulla eorum quæ adverſus eos de Scripturis proferri ſolent, ad iſtam quæſtionem non pertinere, in qua quæritur, poſſit ne an non poſſit homo eſſe ſine peccato, jam commemorat: *Nam* [k] *nullus*, inquit, *mundus eſt a ſorde: &*, [l] *Non eſt homo, qui non peccet: &*, [m] *Non eſt juſtus in terra: &*, [n] *Non eſt, qui faciat bonum: & cetera his ſimilia*, inquit, *ad non eſſe, non ad non poſſe proficiunt. Hujuſmodi enim exemplis oſtenditur, quales homines quidam tempore aliquo fuerint; non quod aliud eſſe non potuerint: unde & jure inveniuntur eſſe culpabiles. Nam ſi idcirco tales fuerunt, quia aliud eſſe non potuerunt, culpa carent.*

Cap. IX. Videte quid dixerit. Ego autem dico parvulum natum in eo loco, ubi ei non potuit [7] per Chriſti baptiſmum ſubveniri morte præventum, idcirco talem fuiſſe, id eſt, ſine lavacro regenerationis exiſſe, quia eſſe aliud non potuit. Abſolvat ergo eum, & aperiat ei contra ſententiam Domini [o] regnum cælorum. Sed non eum abſolvit Apoſtolus, qui ait: [p] *Per unum hominem peccatum intravit in mundum, & per peccatum mors; & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccaverunt.* Recte ergo ea damnatione quæ per univerſam maſſam currit, non admittitur in regnum cœlorum: quamvis Chriſtianus non ſolum non fuerit, ſed nec eſſe potuerit.

Cap. X. Sed, *non damnatur*, inquiunt, *quia in Adam peccaſſe omnes, non propter peccatum naſcendi origine adtractum, ſed propter imitationem*, dictum eſt. Si ergo ideo dicitur Adam auctor omnium qui ſubſecuti ſunt peccatorum, quia primus in hominibus peccator fuit: cur non potius Abel, quam Chriſtus, ponitur caput hominum juſtorum, quia primus in hominibus fuit juſtus? Sed de infante non loquor. Juvenis vel ſenex in ea regione defunctus eſt, ubi non potuit Chriſti nomen audire; potuit fieri juſtus per naturam & liberum arbi-

a II. Cor. V. 17. *b* Epheſ. II. 2. 3-5. *c* Rom. III. 24. *d* Ibid. ℣. 23. *e* I. Tim. I. 15. *f* Rom. VIII. 29. 30. *g* I. Cor. I. 17. *h* Jac. III. 15. *i* Joan. V. 21. *k* Job. XIV. 4. ſec. LXX. *l* III. Reg. VIII. 46. *m* Eccle. VII. 21. *n* Pſalm. XIII. 1. *o* Joan. III. 5. *p* Rom. V. 12.

1. *Senſibus*] Ita BB. Al. *ſenſu*.
2. *Si en.*] BB. legendum *etſi* conjiciunt.
3. *Hæc autem*] Schott. & Haverc. *Hæc igitur*.
4. *Celerrima*] Sic BB. quæ quidem lectio concinit cum ſeq. *currere*. At Scotth. & Haverc. *acerrima*.
5. *Sed quod*] Schott. cum Haverc. *Sed quidem*. Altera lectio eſt BB.
6. *Quia vero Judam cet.*] Hunc locum laudatum explicatumque a Petro Lombardo in I. Sent. diſt. 43. cap. ult. monent BB.
7. *Per Chriſti baptiſmum*] Vox *Chriſti* deeſt apud Schott. & Haverc.



trium, an non potuit? Si potuisse dicunt; ecce quod est, [a] crucem Christi evacuere, sine illa quemquam per naturalem legem & voluntatis arbitrium justificari posse contendere. Dicamus & heic, [b] *Ergo Christus gratis mortuus est:* hoc enim omnes possent, etiam si mortuus ille non esset. Et si [1] injusti essent, quia vellent, essent: non quia justi esse non possent. Si autem sine Christi gratia justificari omnino non potuit, etiam istum si audet absolvat secundum verba sua: quia *si idcirco talis fuit, quod aliud esse non potuit, culpa caruit.*

CAP. XI. Sed objicit sibi quasi ab alio dictum, & ait: *Potest quidem esse, sed per Dei gratiam, inquies.* Deinde velut respondendo subjungit. *Ago humanitati tuæ gratias, quod adsertionem meam quam dudum oppugnabas, non modo non oppugnare, [2] aut confiteri solum contentus non es, verum etiam non refugis comprobare. Nam dicere, Potest quidem, [3] sed per illud aut illud: quid aliud est, quam non solum consentire quod possit esse, verum etiam quomodo vel qualiter possit, ostendere? Nullus itaque magis alicuius rei possibilitatem probat, quam qui ejus etiam qualitatem fatetur, quia neque absque re qualitas esse potest.* His dictis, iterum sibi objicit: *Sed tu, inquies, hoc in loco Dei gratiam, quandoquidem eam non commemoras, videris abnuere.* Deinde respondet: *Ego ne abnuo, qui rem confitendo, confitear necesse est & per quod res effici potest; an tu, qui rem negando, & quidquid illud est per quod res efficitur, procul dubio negas?* Oblitus est, jam se illi respondere, qui rem non negat, cujus objectionem paullo ante proposuerat dicentis, *Potest quidem esse, sed per gratiam Dei.* Quomodo ergo illam pro qua iste multum laborat, possibilitatem negat, qui [4] ei jam dicit, *Potest esse, sed per Dei gratiam?* Verumtamen quia isto dimisso qui rem jam confitetur, agit adhuc adversus eos, qui negant esse possibile hominem esse sine peccato, quid ad nos? Contra quos vult, agat; dum tamen hoc confiteatur, quod IMPIETATE SCELERATISSIMA negatur, sine gratia Dei hominem sine peccato esse non posse. Dicit ergo, *Sive per gratiam, sive per adjutorium, sive per misericordiam, & quidquid illud est per quod esse homo absque peccato potest, confitetur, quisquis rem ipsam fatetur.*

CAP. XII. Fateor dilectioni vestræ, cum ista legerem, lætitia repente perfusus sum, quod Dei gratiam non negaret, per quam solam homo justificari potest: hoc enim in disputationibus talium maxime detestor & horreo. Sed pergens legere cetera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere suspectum. Ait enim: [5] *Nam si dixero, Homo disputare potest, avis volare, lepus currere; & non etiam per quæ hæc effici possunt commemoravero, id est, linguam, alas, pedes: num ego officiorum qualitates negavi, qui officia ipsa confessus sum?* Videtur certe, hæc eum commemorasse, quæ natura valent: creata sunt enim hæc membra hujusmodi naturis, lingua, alæ, pedes: non tale aliquid posuit, quale de gratia intelligi volumus, sine qua homo non justificatur; ubi de sanandis, non de instituendis naturis agitur. Hinc jam [6] ergo cœpi legere cetera, & me non falso comperi suspicatum.

CAP. XIII. Quo prius quam veniam, videte quid dixerit. Cum tractaret quæstionem de differentia peccatorum, & objiceret sibi, [7] quod quidam dicunt, *levia quædam peccata ipsa multitudine, quod sæpe irruant, non posse cuncta vitari;* negavit debere *argui ne levi quidem correptione, si vitari omnino non possunt:* Scripturas utique non advertens novi Testamenti, ubi [8] dicimus.

a I. Cor. I. 17. b Gal. II. 21.

1. *Injusti*] Ita BB. Sed Schott. cum Haverc. *justi*. Mox, *quia idcirco*, absque *si*. Et paullo post, *sed per Dei gratiam*, omisso *inquies*. Hæc omnia ex BB. edit. restituimus.

2. *Aut confiteri*] Am. Er. & aliquot mss. *aut non confiteri solum contentus non es*. BB. — Neque aliter Schottus & Haverc.

3. *Sed per illud aut illud*] Ita BB. Schottus vero cum Haverc. *Sed per illum aut per illud*. Mox iidem, *quod posset esse* — *vel qualiter posset*. Et paullo post, *alius rei*.

4. *Ei jam*] Schott. & Haverc. *etiam* prave.


5. *Nam*] Iidem, *Nunc*. BB. lectionem exhibemus.

6. *Ergo* — *legere cetera*] Iidem, *ergo* — *legere & cetera*. BB. prout rescripsimus.

7. *Quod quidam dicunt* cet.] Sic BB. Neque aliter Schottus, apud quem tamen errore typographico legitur, *quidam dicuntur* pro *dicunt*. At Havercampus: *quod quædam sæpe irruant* cet. Scilicet perperam *quædam* pro *quidam*, atque intermedia usque ad *sæpe irruant*, oscitanter omissa.

8. *Dicimus*] Ita BB. qui tamen conjiciunt legendum *discimus*. Schott. & Haverc. *didicimus*. Post *dicimus*, statim legimus apud Augustinum, *hanc esse intentionem legis arguentis* cet. quæ initio hujus excerpti habentur, ut eo loci monuimus.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
419.



CONSULTATIO
SIVE
COMMONITORIUM
OROSII AD AUGUSTINUM,

De errore Priſcillianiſtarum & Origeniſtarum.

Beatiſſimo patri Augustino *epiſcopo* Orosius.

I. JAm quidem ſuggeſſeram ſanctitati tuæ, ſed Commonitorium ſuggeſtæ rei tunc offerre meditabar, cum te expeditum animo ab aliis dictandi neceſſitatibus eſſe ſenſiſſem. Sed quoniam domini mei, filii tui, Eutropius & Paullus epiſcopi, eadem qua & ego [1] puer veſter, ſalutis omnium utilitate permoti, commonitorium jam dederunt de aliquantis hæreſibus, nec tamen omnes ſignificarunt; neceſſe fuit me feſtinato edere & coacervare in unum omnes perditionum arbores cum radicibus & ramis ſuis, & offerre ignienti ſpiritui tuo, ut tu viſo agmine perſpectaque nequitia, permetiaris B [2] quam poſſis diſpoſitionem adhibere virtutis. Tu tantum beatiſſime pater, malignas aliorum plantationes vel inſertiones erue atque ſuccide, & veram ſparge ſementem, nobis de tuis fontibus rigaturis. Ego teſtem Deum ſpondeo, & incrementum operis tui ſpero, quia terra illa quæ nunc ingratos fructus [3] inſincere culta exhibet, ſi eam de manna illo recondito tu apud me mandando & replendo viſitaveris, uſque in centeſimum fructum profuſa aliquando liberius ubertate proficiet. Per te Dominus Deus noſter, per te, inquam, beate Pater, quos caſtigavit in gladio emendet in verbo. Ad te per Deum miſſus ſum; de te per eum ſpero, dum conſidero qualiter actum eſt, quod huc C venirem. Agnoſco cur venerim: ſine voluntate, ſine neceſſitate, ſine conſenſu de patria egreſſus ſum, occulta quadam vi actus, donec in iſtius terræ litus allatus ſum. Heic demum in eum reſipui intellectum, quod ad te venire mandabar. Impudentem non judices, ſi accipis confitentem. Fac me ad [4] dilectam dominam meam idoneum negotiatorem inventa margarita [a], non fugitivum ſervum everſa ſubſtantia reverti. Dilacerati gravius a doctoribus pravis, quam a cruentiſſimis hoſtibus ſumus. Nos confitemur offenſam; tu pervides plagam: quod ſolum ſupereſt, adjuvante Domino largire medicinam. Breviter ergo & quid ante male plantatum convaluit, & quid poſtea pejus inſertum D prævaluit, oſtendam.

II. Priſcillianus, primum in eo Manichæis miſerior, quod ex veteri quoque Teſtamento hæreſim confirmavit, docens animam quæ a Deo nata ſit, de quodam promtuario procedere, profiteri ante Deum ſe pugnaturam, inſtrui [5] adhortatu angelorum: dehinc deſcendentem per quoſdam circulos a A principatibus malignis capi, & ſecundum voluntatem victoris principis in corpora diverſa contrudi, eiſque adſcribi chirographum. Unde & Matheſim prævalere firmabat, afferens quod hoc chirographum ſolverit Chriſtus, & affixerit cruci per paſſionem ſuam: ſicut ipſe Priſcillianus in quadam epiſtola ſua dicit: „ Hæc prima ſapientia eſt, in animarum typis divinarum virtutum intelligere naturas, & corporis diſpoſitionem. In qua obligatum cælum videtur & terra, omneſque principatus ſæculi videntur adſtricti ſanctorum diſpoſitiones ſuperare. Nam primum Dei circulum & mittendarum in carne animarum divinum chirographum, Angelorum & Dei & omnium animarum conſenſibus fabricatum patriarchæ tenent, [6] qui contra formalis militiæ opus poſſident:„ & reliqua. Tradidit autem nomina patriarcharum membra eſſe animæ, eo quod eſſet Ruben in capite, Juda in pectore, Levi in corde, Benjamin in femoribus: & ſimilia. Contra autem in membris corporis, cæli ſigna eſſe diſpoſita, id eſt, arietem in capite, taurum in cervice, geminos in brachiis, cancrum in pectore, &c. Volens ſubintelligi tenebras æternas, & ex his principem mundi proceſſiſſe. Et hoc ipſum confirmans ex libro quodam, qui inſcribitur Memoria Apoſtolorum, ubi Salvator interrogari a diſcipulis videtur ſecreto, & oſtendere, quia de parabola evangelica quæ habet: [b] *Exiit ſeminans ſeminare ſemen ſuum*, non fuerit ſeminator bonus: afferens, quia ſi bonus fuiſſet, non fuiſſet negligens; non vel ſecus viam, vel in petroſis, vel in incultis jaceret ſemen: volens intelligi hunc eſſe ſeminantem, qui animas captas ſpargeret in corpora diverſa quæ vellet. Quo etiam in libro de principe humidorum & de principe ignis plurima dicta ſunt, volens intelligi, arte, non potentia Dei, omnia bona agi in hoc mundo. Dicit enim eſſe virginem quamdam lucem, quam Deus, volens dare pluviam hominibus, principi humidorum oſtendat: qui dum eam apprehendere cupit, commotus conſudet, & pluviam faciat, & deſtitutus ab ea, mugitu ſuo tonitrua concitet. Trinitatem autem ſolo verbo loquebatur: nam unionem abſque ulla exſiſtentia aut proprietate afferens, ſublato [7] &, Patrem, Filium, & Spiritum ſanctum, hunc eſſe unum Chriſtum dicebat.

III. Tunc duo cives mei, Avitus, & alius Avitus, cum jam tam turpem confuſionem per ſe ipſam veritas ſola nudaret, peregrina petierunt. Nam

[a] Matth. XIII. 46. [b] Ibid. ỷ. 3.

1. Forte, *presbyter*.
2. Vaticani codices, *qua poſſis diſpoſitione ſtudium adhibere virtutis*.
3. Editi, *in ſincera cultura exhibet, ſi eamdem anno illo recondito apud te mandando*. Caſtigantur ſubſidio ms. Sigiramnenſis, ſeu S. Cigiranni.
4. Editi, *dilectum dominum meum*. At mss. *dilectam dominam meam*: patriam ſcilicet, ad quam reverti cupit.
5. Ita Vaticani mss. At editi *adoratu*.
6. Sola editio Lov. *qua*.
7. In Vaticanis mss. *ſublato & Patre, Filium* cet.

unus Hierosolymam, alius Romam profectus est. Reversi, unus retulit Origenem, alius Victorinum: ex his duobus, alter alteri cessit: Priscillianum tamen ambo damnarunt. Victorinum parum novimus: quia adhuc pæne ante editiones suas, Victorini sectator cessit Origeni. Cœperunt ergo ex Origene magnifica plura proponi, quæ ex modica occasione veritas ipsa præcederet. Didicimus enim de Trinitate doctrinam satis sanam, omnia quæ facta essent, a Deo facta esse, & omnia bona valde, & facta de nihilo: tunc deinde scripturarum [1] solutiones satis sobrias. Omnia hæc statim a sapientibus fideli pristinorum expurgatione suscepta sunt. Remansit sola offensa de nihilo. Credere enim persuasum erat esse animam: non tamen persuaderi poterat, factam esse de nihilo; argumentantes, * quia voluntas de nihilo esse non possit. Hoc pæne usque [2] ad nunc manet. Isti vero Aviti duo, & cum his sanctus Basilius Græcus qui hæc beatissime docebant, quædam ex libris ipsius Origenis non recta, ut [3] nuper intelligo, tradiderunt. Primum omnia ante quam facta apparerent, semper in Dei sapientia facta mansisse dicentes, hoc verbo: Deus enim quæcumque fecit, faciendo non cœpit. Deinde dixerunt angelorum, principatuum, potestatum, animarum ac dæmonum, unum principium, & unam esse substantiam: & vel archangelo, vel animæ, vel dæmoni locum pro meritorum qualitate datum esse, utentes hoc verbo: Majorem locum minor culpa promeruit. Mundum novissime ideo esse factum, ut in eo animæ purgarentur, quæ ante peccaverunt. Ignem sane æternum quo peccatores puniantur, neque esse ignem verum, neque æternum prædicaverunt, dicentes, dictum esse ignem, propriæ conscientiæ punitionem: æternum autem juxta etymologiam Græcam, non esse perpetuum, etiam Latino testimonio ad-

A jecto; quia dictum sit, [a] *in æternum*, & *in sæculum sæculi* postposuerit æterno: ac sic omnes peccatorum animas post purgationem conscientiæ in unitatem corporis Christi esse redituras. Voluerunt etiam de diabolo asserere, sed non prævaluerunt: eo quod cum substantia in eo bona facta perire non possit, exusta in totum malitia, diaboli aliquando salvandam esse substantiam. De corpore vero Domini sic tradiderunt: quia cum usque ad nos veniens Filius Dei post tot millia annorum, otiosus eo usque non fuerit, sed prædicans remissionem angelis, potestatibus atque universis superioribus, cum qualitatem formæ eorum quos visitaret assumeret, usque ad palpabilitatem carnis assumtionis B specie [4] transivisse: hoc passione & resurrectione determinans, rursus donec usque ad Patrem veniret adscendendo tenuasse: ita neque depositum [5] umquam fuisse corpus, nec in corpore ullo regnantem circumscribi Deum. [b] Creaturam quoque subjectam corruptioni, non volentem, [6] intelligendam esse dicebant, solem & lunam & stellas; & hæc non elementarios esse fulgores, sed rationales potestates: præbere autem servitium corruptioni, [c] propter eum qui subjecit in spe.

IV. Hoc, sicut retinere potui, breviter expositum est, ut perspectis omnibus morbis medicinam adhibere festines. [d] Est veritas Christi in me, quia C propter venerabilem reverentiam sanctitatis tuæ esse impudens non auderem, nisi evidenti judicio & ordinatione Dei ad illius tanti & talis populi, cui sicut peccanti plaga imposita est, sic post plagam cura debetur, remedia proferenda te electum, me missum esse cognoscerem. Memor mei, beatissime Pater, multorumque qui mecum velut ros eloquium tuum ut super eos descendat exspectant, esse dignare.

a Psalm. IX. 6. & X. 16. &c. *b* Rom. VIII. 20. *c* Ibid. *d* II. Cor. XI. 10.

1. In iisdem codicibus, *solutione satis sobria, omnia hæc* cet.
2. Vaticani codices, *usque adhuc manet*.
3. Sic mss. At editi, *ut nunc per intelligunt*.
4. Edit. Amerbachii & Erasmi, *specie crassius se hac passione* cet.
5. Vaticani mss. cum Ar. & Er. *usquam fuisse*.
6. Am. & Er. *intellectam esse*.

* Vir doctissimus Franciscus Florius in Dissertatione I. ad Bachiarium §. III. pag. XXIV. heic legendum conjicit, *quia voluntas* DEI NIHIL *esse non possit*. Ad confirmandam lectionis restitutionem observat idem V. C. sanctum Augustinum quæstionem sibi ab Orosio propositam excutientem, acute probare luculenterque, ex eo quod anima dicatur ex nihilo facta, minime consequi, voluntatem Dei qua facta est, nihil esse. Sancti Doctoris verba ejusmodi sunt lib. contra Priscillianistas & Origenistas, cap. III. *Cui dicitur*, inquit, Subest enim tibi, quum voles, posse: (*Sap.* XII. 18.) *sive adsit unde fiat, sive non adsit; sat est voluntas, ubi summa est potestas. Quomodo ergo in eo quod de nihilo creatur*, VOLUNTAS CREANTIS NIHIL ESSE *perhibetur; quum propterea de nihilo creari aliquid possit, quia voluntas creantis etiam sine materia sibi sufficit?*

INDEX
LIBRORUM ET CAPITUM
HISTORIARUM
PAULLI OROSII
PRESBYTERI HISPANI.

LIBER I.

LIBER II.

LIBER III.

LIBER IV.

L I B E R V.

LIBER VI.

LIBER VII.

BACHIARII
MONACHI
OPUSCULA
DE FIDE
ET
DE REPARATIONE LAPSI:

Ad codices bibliothecæ Ambrosianæ,
nec non ad priores editiones exacta,

CURA ET STUDIO

V. C. FRANCISCI FLORII CANONICI THEOLOGI

Sanctæ patriarchalis ecclesiæ Aquilejensis.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
420.



[1] BACHIARII FIDES.

I. [a] *Omne quod fuit, ipsum quod erit; & non est omne recens sub sole.* Et iterum Apostolus: [b] *Omnia hæc in figuram nostri contigerunt*: quod præsentis rei probatur effectu; cum gesta olim evangelici sacramenta mysterii, iterum ætatis nostræ temporibus renovata [2] celebrentur. Ecce nunc, quantum intelligimus. Christus a Samaritana aquam postulat, cum beatitudo tua Fidem a nobis requirit. Suspectos nos, quantum video, facit, non sermo, sed regio; & qui de Fide non erubescimus, de provincia [3] confundimur. Sed absit, beatissime, ut apud viros sanctos macula nos terrenæ nativitatis inficiat. Nos patriam [c] *etsi secundum carnem novimus, sed nunc jam non novimus;* & * desiderantes Abrahæ filii fieri, [d] terram nostram cognationemque reliquimus. Hoc autem ideo dicimus, quia sicut Samaritanis, sic nobis non creditur a Judæis, eo quod cujusdam hæresis macula solum nostrum originale perstrinxerit: sic præsidentum quorumdam sententia judicamur, quasi liberi esse ab erroris deceptione nequeamus. Dictum est similiter quondam ab incredulis: [e] *A Nazareth potest aliquid boni esse?* & tamen inde Christus processit. * Numquid, rogo, Apostolorum merita unius perfidia avaritiaque mutavit, qui, non dicam de eadem regione, sed eorum processit e latere? Numquid patriarcharum vitam fratrum culpa [4] turpavit? Numquid prophetarum oracula, pseudoprophetarum commenta falsarunt? Core illo Levitico [5] in hæresim declinante, numquid reliqua cognatio ex hac stirpe descendens, maculam ex propinquitate contraxit? Pontificis filiis ignem offerentibus alienum, germani eorum sacerdotali funguntur officio, & inculpatos se a crimine fratrum ministerii sui honore testantur. * Nicolao diacono in hæresim declinante, gloriosa collectorum fratrum in virtutibus Dei opera refulserunt. Crimen nobis regionis intenditur. Quisquis hoc dicit, legat [f] Christum *Samaritanum*: in qua provincia, non solum * hæresis, sed idololatriæ criminibus servierunt. In domo [6] profani & sceleratissimi Achab Abdias servus Domini inventus est, qui corporibus prophetarum meruit copulari. In [7] Sarepta * Sidoniæ, inter * Chananæorum scelestissimum genus, vidua fidelis reperitur, & prophetarum hospita eligitur. Magister idololatriæ & caput hæresis Balaam, ut Christum prædicaret, admissus est. Job [8] ex Esau profani & infidelis stirpe descendit. Ruth cognata generis Christi, Moabitis esse describitur, cujus origo [9] in æternum ab Ecclesiæ foribus abdicatur. Abraham caput fidei de Chaldæorum stirpe descendit, quibus vernacula & naturalis magicæ artis impietas est. Magis Christum adorantibus, vetera errorum non imputantur opprobria. Moysi Ægyptiorum artibus erudito prophetalis spiritus gratia condonatur. Jam in Christo renatis terrenæ provinciæ error adscribitur?

II. Si [10] agnoscimus patriam, erubescamus & culpam; mihi enim civitas cui renovatus sum, regio effecta vel patria est. Nihil mihi de terrenis affinitatibus adscribatur, quibus renuntiasse memini. Quisquis est, qui me provinciæ cognatione æstimat infidelem, ipse infidelem se esse noverit; quia aut oblitus est, aut lubricum putat, quod in baptismo confessum esse cognoscit: sine dubio enim non relinquit terrenam cognationem, qui me de patrio errore confutat. Certe secundum institutionem actus humani, pater patriam facit. Qualiter mihi patria in terra esse dicitur, cui ex præcepto cælesti [11] Patrem in terra vocare, aut habere non finitur [g]? Vis enim, ut evidentibus tibi per me hoc probetur exemplis, qui patriæ culpas errorem? Nonne [12] Novatiani * hoc genere a catholicis diffidentes, probrosæ hæresis lepram judicio contraxere perverso, eo quod ante actam culparum seriem crediderunt etiam posteris adscribendam, & non tam hæresim odere quam plebem? Si pro culpa unius, totius provinciæ * anathemanda generatio est, damnetur & illa beatissima [13] discipula, hoc est, Roma, de qua nunc non una, sed duæ vel tres, aut eo amplius hæreses pullularunt; & tamen nulla earum cathedram Petri, hoc est, * sedem Fidei, aut tenere potuit aut movere. Damnentur postremo & omnes provinciæ, de quibus diversi erroris rivuli manavere. Ille vas electionis & gen-

a Eccle. I. 9. juxta LXX. *b* I. Cor. X. 6. *c* II. Cor. V. 16. *d* Gen. XII. 1. *e* Joan. I. 46. *f* Joan. VIII. 48. *g* Matth. XXIII. 9.

1. Codex Ambrosianus ita inscribitur: *Bachiarii incipit Fides*. Gennadius vero idem opusculum legisse videtur hoc titulo insignitum: *Liber de Fide*.

2. Ita Ambr. At Muratorii editio habet, *celebrantur*.

3. Editionem Mediol. sequimur, licet in codice scriptum sit, *confundamur*.

4. Codex Ambr. & Med. editio mendose, ut puto, *turbavit*.

5. Origenes Homil. IX. in Numeros num. 1. *Core figuram tenet eorum, qui contra ecclesiasticam fidem & doctrinam veritatis insurgunt*.

6. Edit. Mediol. *in domo Achab*.

7. Eadem habet, *Ferepta*, cujus loco reponendum esse, *Sarepta* monuit Cl. Murat. In Ambr. libro legitur, *Serepta*.

8. Consule additamentum, quod legitur ad calcem libri Job juxta versionem τῶν LXX. & Interpretes. *Male*, inquit sanctus Hieronymus in Quæst. Hebr. in Genesim, *quidam æstimant Job de genere esse Esau: siquidem quod in fine libri ipsius habetur*, eo quod de sermone Syro translatus est, & quartus sit ab Esau, *& reliqua quæ ibi continentur, in Hebræis voluminibus non habentur*.

9. τὸ *in æternum* deest in edit. Mediol.


10. Murat. legit: *si agn. pat. erubescimus at culpam*. Sed legendum videtur: *si non agnoscimus &c.* Quam conjecturam confirmant quæ statim subdit. Sed & superius dixerat, se patriam non agnoscere.

11. Cod. Ambr. *Patriam*. Sed veritus non sum tam apertum sphalma emendare.

12. An *Donatiani*? Ita non raro appellantur a veteribus schismatici Afri, ac præsertim a sancto Augustino *de Hæresibus* cap. LXIX. ubi hæc habet: *Donatiani in hæresim schisma verterunt, tamquam Ecclesia propter crimina Cæciliani seu vera seu falsa perierit*. Horum itaque proprium fuit adscribere posteris culpas a majoribus admissas. Sed & *plebis* mentio qua nihil frequentius in caussa Donatistarum, pondus addit non leve suspicioni huic nostræ. Ceterum grave mendum latet in his verbis: *non tam hæresim odere quam plebem;* ac pro *odere* scribendum, *dilexere*, vel quid simile.

13. Aliquid deest. Urbem Romam sanctus Leo magnus appellat *discipulam veritatis*. Forte *Petri discipulam* dixit Bachiarius.

* Hoc asterisco indicantur Notæ Ludovici Antonii Muratorii V. C. ad calcem appositæ.



tium Doctor [a], lapso Eutycho * de tertio tecto, credo, aliquid de Trinitate erranti, restituit calorem fidei, & vitam reddidit, hoc est, veniam relaxavit. Nos fortasse adhuc in fenestra, id est, in lucis via & fidei splendore residentes, severi nimium judices, non ex discussione, sed ex suspectione condemnant: nescientes, quia [b] *quo judicio judicaverint, judicabitur de eis*; & [c] *qui fratri suo dixerit racha, reus erit gehennæ ignis*. Racha enim, *vacuus* interpretatur. Et quis est vacuus, nisi cujus interiora carent fidei veritate, & est [d] *velut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens*? Ille, qui una tantum nocte Christum viderat, ait contribulis suis; [e] *Numquid lex nostra judicat hominem, nisi prius audiat quæ agit*? Et hi qui tot annorum Domini sectatores sunt, prius judicant, quam id unde judicant, audiant atque cognoscant? Si ante cognitionem promenda est sententia, cur legislator præcepit [f], ne ante quam introeat sacerdos, & videat domum quæ cariosæ vel tinnientis lepra hæresis scindatur, immunda judicetur? Ne, quæso beatissime frater, male de provincia sentiatur. Non latet enim perspicaciam tuam, quia [g] cum in adventu arcæ dominicæ Dagonis caput in centum partes cum utrisque pedibus comminutum sit, spina ejus integra superfuisse describitur. Nos enim Dagonis caput sive pedes, membra mundi, id est, orientem & occiduum esse sentimus; * in quibus partibus sub præsentia legis [1] omnis errorum contrita perversitas est. Tuum sit enim judicare, quæ sit medietas spinæ, in qua adhuc nodorum compago dissoluta perdurat. Ut quid, rogo, quæritur provincia mea? [h] *Peregrinus ego sum, sicut omnes patres mei*. Verumtamen si magnopere quæritur, ubi natus sim, accipiatur * confessio mea, quam in baptismi nativitate respondi: non enim mihi patria confessionem, sed confessio patriam dedit; quia [i] credidi, & accepi. Nec me offuscet Samaritana conditio; quia Christum interrogatus ad puteum credidi, & purgatus a lepra infidelitatis agnovi. Verumtamen [2] quia apostolicæ eruditionis instituta nos † commovent [k], ut omnibus poscentibus nobis rationem de Fide & Spe quæ in nobis est, proferamus; non moremur Fidei nostræ regulam beatitudini tuæ, * qui artifex es ipsius [3] ædificii demonstrare.

III. Sed ne forte hoc ipsum suspicionem infidelitatis incutiat, quod tardius ad interrogata respondeo; credimus Deum esse: quod fuit, [4] erat; quod erat, erit, numquam aliud, semper idem: Pater Deus, Filius Deus, Spiritus sanctus Deus: unus [5] Deus, & unus Filius de Patre, * Spiritus sanctus A Patris & Filii. Unius Trinitatis ista substantia, & tria ista unam habentia voluntatem. Nec communicans major, nec accipiens minor: nec est secundus a primo, nec tertius de secundo; quia sic nos prophetica instituta docuerunt [6] dicendo *: [l] *Non ascendes per gradus ad altare meum*. Altare enim velut quamdam basem Fidei suspicamur, unde vitalis cibi participantur alimenta; quia *altare* ex proprietate nominis sui, nonnisi sublimium rerum alta cognitio est. Divisum enim per syllabas nomen altaris, inchoatumque de fine, *res alta* significatur & sonat. Ad hanc Fidem per gradus ascendere non debemus, ne inæqualiter sentiendo, de inferiore ad superiorem transitum faciamus; sed B æquali gradu nostri cordis intrare, ut unius substantiæ, unius potestatis, unius virtutis, & Patrem & Filium & Spiritum sanctum sentiamus. Pater enim principale nomen divinitatis per se, quod creditur, & quod dicitur Pater Deus, Filius Deus ex Patre, non ex se, [7] sed Patris. Pater Deus, & Filius Deus: sed non idem Pater, [8] qui Filius; sed idem esse creditur Pater, quod Filius. Et Spiritus sanctus, non Pater ingenitus, sed Spiritus ingeniti Patris. Filius genitus, non Spiritus Filius, [9] sed ipse Filius, super quem a Patre missus est Spiritus. Itaque, cum ingenitus Pater sit, cujus est Spiritus, * incaute Spiritus sanctus dicitur ingenitus, ne duo ingeniti, aut duo Patres [10] C ab infidelibus æstimentur. Filius Patris ante sæcula genitus a Patre, non potest alium genitum habere consortem; ut credatur unigenitus, & duo geniti non dicantur. Pater enim unus ingenitus, Filius unus est genitus, Spiritus sanctus a Patre procedens, Patri & Filio coæternus; quoniam unum opus, & una in Patre & Filio & Spiritu sancto voluntatis operatio est. Pater ingenitus, Filius genitus, Spiritus sanctus * a Patre procedens, Patri & Filio coæternus; sed ille nascitur, hic procedit, sicut in Evangelio beati Joannis legitur: [m] *Spiritus qui a Patre procedit, ipse vobis annuntiabit omnia*. Itaque Spiritus sanctus, nec Pater esse ingenitus, nec Filius genitus, æstimetur; sed Spiritus sanctus, qui a Patre procedit. D Sed non est aliud quod procedit, quam quod [11] unde procedit. Si persona quæritur, [12] Deus est. Hæc per hoc tripertita conjunctio & conjuncta divisio, & in personis excludit unionem, & in personarum distinctione obtinet unitatem. Sicque [13] credimus beatissimam Trinitatem, quod unius naturæ [14] est, unius deitatis, unius ejusdemque virtutis atque substantiæ; nec inter Patrem & Filium & Spiritum sanctum sit ulla diversitas, nisi quod ille Pater sit, & hic Filius, & ille Spiritus sanctus; Trinitas in subsistentibus personis, Unitas in natura atque sub-

a Act. xx. 9. *b* Matth. VII. 2. *c* Matth. V. 22. *d* I. Cor. XIII. 1. *e* Joan. VII. 51. *f* Lev. XIV. 36. & seqq. *g* I. Reg. V. 4. juxta LXX. *h* Psalm. XXXVIII. 17. *i* Matth. XXI. 22. *k* I. Pet. III. 15. *l* Exod. XX. 26. *m* Joan. XV. 26. & XVI. 13.

1. Ita Cod. Ambr. At Murat. *omnium*.

2. Deest, *quia* in Cod. & edit. Murat.

3. Edit. Med. *artificii*.

4. Vix mihi temperare potui, quin scriberem, *quod fuit, est; quod est, erit*. Amicus doctiss. nihil mutat, sed locum ita distinguit. *Credimus Deum esse, quod fuit: erat, quod erat: erit numquam aliud, semper idem*.

5. Legendum suspicor, *unus* PATER *Deus*: vel, *unus Pater, & unus Filius de Patre*.

6. Prioris editionis interpunctionem corrigimus. Refellit auctor veteres quosdam, ac præsertim Arianos, qui *gradus* in Trinitate commenti sunt, ceu Spiritus sanctus esset inferior Filio, hic Patre, quem solum idcirco vocabant *τὸν ὑπὲρ πάντα Θεόν*.

7. Verba hæc, *sed Patris*, abundant.

8. In libello Orationum Gothico-Hispano, quem edidit Joseph Blanchinus V. Cl. tacite notantur antiqui illarum regionum Unitarii his verbis: *Filius, non ipse qui Pater* E *est, creditur; dum tamen ipsut esse, quod Pater est, fateatur*. pag. 18.

† *Commovent*] An *commonent*?

9. Vix dubito, quin Bachiarius scripserit, *sed spiritus Filii*.

10. Ita Ambr. Minus recte prior edit. *in infidelibus*.


11. Ambros. *inde*; sed retinere placuit scripturam editionis Mediolanensis, seu rectam Muratorii emendationem.

12. Desunt nonnulla. Dixerat fortasse Bachiarius: *si persona quæritur, Spiritus; si natura quæritur, Deus est*. Ex iterato ejusdem vocis intra paucas lineas occursu sæpe contingere, ut quæ media sunt seu interposita, ab amanuensibus omittantur, jam diu observavit Criticorum veterum princeps Hieronymus lib. XI. Comment. in Isaiam cap. 40. & 42. lib. VI. in Hierem. cap. 30. & alibi.

13. Hæc & plura deinceps totidem fere verbis sumta sunt ex Apologia Rufini ad Anastasium. Vide sis Diss. I. cap. 11. — Hæc Dissert. doctissimi editoris alibi proferenda.

14. Rufinus, *sit*. Mox, *nec inter*, cum Rufini, tum Ambrosiani libri auctoritate scribere non dubitavimus. Editio Cl. Muratorii, *ne*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
420.



ſtantia. Filium quoque credimus in noviſſimis die- A bus natum eſſe de Virgine & Spiritu ſancto, carnem naturæ humanæ & animam ſuſcepiſſe. In qua carne & paſſum & ſepultum, reſurrexiſſe a mortuis credimus & fatemur; & in eadem ipſa carne in qua jacuit in ſepulcro, poſt reſurrectionem aſcendiſſe in cælum, unde venturum exſpectamus ad judicium vivorum & mortuorum: * Virginem quoque de qua natum ſcimus, & virginem ante partum, & virginem poſt partum, ne conſortes Elvidiani erroris habeamur. * Carnem [1] quoque noſtræ reſurrectionis fatemur integram atque perfectam, hujus, in qua vivimus in præſenti ſæculo, aut bonis artibus gubernamur, aut malis operibus ſubjacemus; ut poſſimus in ipſa, aut pro malis B pœnarum tormenta ſuſtinere, aut pro bonis bonorum præmia adquirere: neque, ut quidam abſurdiſſime, aliam pro hac reſurrecturam dicimus, ſed hanc ipſam, nullo omnino ei vel membro amputato, vel aliqua corporis parte [2] defecta. Hic eſt noſtræ Fidei theſaurus, quem ſignatum eccleſiaſtico Symbolo quod in baptiſmo accepimus, cuſtodimus. Sic coram Deo corde credimus: ſic coram hominibus labiis confitemur; ut & hominibus cognitio ſua fidem faciat, & Deo imago ſua teſtimonium reddat. Hic eſt [3] baculus defenſionis noſtræ, quo murmurantium adverſus nos ora feriamus, qui nos per viam hujus ſæculi tranſeuntes, jugo conſuetudinis, non ſtudio rationis oblatrant. Hoc ſcutum fidei noſtræ, C quo obtrectantium verborum & venenata ſuſpicionum ſpicula repellimus ac vitamus, ne aliquod in nobis patens membrum & de protectione Fidei nudum, ſermo inimici qui ad feriendum deſtinatur, inveniat. Sed ſileamus de his, quia nobis nunc, non repercutiendi, ſed vitandi tantum hoſtis cura ſuſcepta eſt.

IV. Jam vero, ſi etiam illud a nobis quæritur, qualiter de anima ſentiamus, factam credimus eſſe, ſicut legimus in Hieremia propheta per regem Sedeciam dicentem: [a] *Vivit Dominus, qui fecit nobis animam iſtam*. * Si autem quæritur, unde ſit facta, neſcire me fateor, quia nec uſquam legiſſe co- D gnoſco: & ideo nec de imperitia erubeſco, quia lectione non doceor; neque periculum formido, quia quæ non lego, non præſumo, ne tranſgreſſor propheticorum inveniar præceptorum, qui mandat ſanguinem non manducari, adjiciens [b], quia [4] *omnis carnis ſanguis anima eſt*. Quid enim eſt ſanguinem manducare, niſi de anima diſputare? Et ideo carnem quæ nobis in Adam fundata eſt, poſſumus dicere ex mundi qualitatibus [5] ſubſtantiæ Deo artifice & auctore compactam; ſanguinem enim ad baſem [6] fundamus altaris; id eſt, ut ipſi qui creavit, ſcire unde creaverit, relinquamus. Baſis enim altaris velut quædam radix profunditatis eſt, cujus ſecreto etiam rationem animæ jungamus, de qua diſputare non poſſumus. Et ideo nec partem dicimus Dei animam, ſicut quidam afferunt, quia Deus impartibilis & indiviſus & impaſſibilis eſt: anima vero diverſis paſſionibus mancipata, ſicut quotidianus rerum exitus probat. Nec de creatura aliqua factam dicimus, ne eam faciamus viliorem reliquis creaturis, quibus domina, ſi bene egerit, conſtituta eſt; ſed ex Dei tantum voluntate formari, cujus potentiæ non neceſſaria eſt materia, ex qua quod voluerit operetur, ſed ipſa voluntas ejus materia [7] eorum, quæ fieri aut eſſe mandaverit. * Sed nec illi aſſertioni tradimus manus, qua quidam ſuperfluo delectantur, ut credant animas ex tranſfuſione generari; quia contradicit huic ſuſpicioni beatus David dicendo: [c] *Scitote, quoniam Dominus ipſe eſt Deus: ipſe fecit nos, & non ipſi nos*. Et alibi: [d] *Qui finxit ſingillatim corda eorum*. Ubi heic tranſfuſio inveniet locum, ubi aut ſingillatim corda finguntur, aut dicitur: *ipſe fecit nos, & non ipſi nos*? Qui ergo ex tranſfuſione dicunt animas generari, id aſſerere dicuntur, quia ipſi nos faciamus. Sed hoc [8] præſcientia prophetalis objurgat dicendo: *Ipſe fecit nos, & non ipſi nos*. Abſque ſola igitur Trinitate, omne quod in cælis ſive in terris & mari potentatur, agitur, movetur, creaturam eſſe credimus & fatemur.

V. * Diabolum non ita factum ſentimus, ut diabolus [9] eſt, nec proprium habuiſſe naturæ ſuæ genus, ut diabolus naſceretur, & hoc cognomen meritum dediſſe, non Deum: nec ingenitum eſſe, quia Deus non eſt; nec factum eſſe diabolum, quia Deus malum non [10] fecit, ſed Angelum bonum factum, ſicut Scriptura demonſtrat: [e] *Per bonum operatum eſt mihi omnem concupiſcentiam*. Malum enim Angelum fuiſſe ſic credo, ut Apoſtolus dicit: [f] *Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus ſatanæ qui me colaphizet*. Et alibi: [g] *Niſi venerit refuga & diſceſſio*. Ergo qui nunc refuga eſt, fuit aliquando intuitu creatoris, & in illa gradus ſublimitate [11] quæ ſcripta a prophetis, cum dicitur: [h] *Et tu eras conſignatio ſimilitudinis, & corona decoris*, & reliqua; & alibi: [i] *Quomodo de cælo cecidit lucifer, qui mane oriebatur*? [12] Hunc boni & mali capacem dicimus accepiſſe ex factore naturam, immortalitatis gloria & honore circumdatum; accepiſſe etiam ſcientiæ dignitatem; [13] qui elatus in ſupetbiam, ſuum credidit eſſe quod non erat; quoniam qui eum fecerat, [14] Dominum non videbat. [k] *Ego ſum*, inquit, *& non eſt alius præter me*. Inde terræ deputatus eſt & cineri, ut ſcriptum eſt: [l] *Quid ſuperbis terra*

a Jer. XXXVIII. 16. *b* Lev. XVIII. 14. *c* Pſalm. XCIX. 3. *d* Pſalm. XXXII. 15. *e* Rom. VII. 8. *f* II. Cor. XII. 7. *g* II. Theſſ. II. 3. *h* Ezech. XXVIII. 12. *i* Iſa. XIV. 12. *k* Iſa. XLVII. 12. *l* Eccli. X. 9.

1. Rufinus habet *carnis noſtræ reſurrectionem*; atque ita E corrigendam puto lectionem Cod. Ambr. quam ſequitur Murator.
2. Male in Ambr. atque editis, *deſerta*. Ex Rufino emendamus.
3. Presbyter Aquilejenſis num. 1. profeſſionem Fidei quam ad Anaſtaſium miſit, *baculum* perinde appellat: *Ut æmulis*, inquit, *adverſum me forte oblatrantibus baculum quemdam tibi confeſſionis meæ, quo abigerentur, offerrem*. Vide ſanctum Hieronymum lib. II. in Ruf. n. 2.
4. Monet ſanctus Auguſtinus *contra Adimantum* cap. XII. numquam ſcriptum eſſe, quod anima humana ſanguis ſit: idem repetit lib. II. *contra Adverſ. Legis & Prophet.* cap. VI. Legendus præterea Baſilius Magnus Hom. VIII. in Hexaemeron num. 2.
5. Optime amicus meus locum ita reſtituit, *ſubſtantiaque, Deo artifice &c.*
6. *Fundimus* reponendum eſſe facile crediderim. Rufinus *Apologiæ* num. 6. *Uſque ad præſens*, ait, *certi & definiti aliquid de hac quæſtione non teneo; ſed Deo relinquo ſcire, quid ſit in vero .... præter hoc, quod manifeſte tradit Eccleſia, Deum eſſe animarum & corporum creatorem*.
7. Subauditur *eſt*.
8. Med. edit. *ſcientia*, reclamante autographo, cujus ſcripturam in textum inferre placuit, licet forte legi debeat: *ſed* NOS (nimirum traducis patronos) SCIENTIA *prophetalis objurgat*.
9. Magis placet, *eſſet*.
10. Murator. *facit*.
11. Forte, *deſcripta*, vel, *quæ ſcripta eſt*.
12. Errore, ut videtur, typographi Med. edit. *nunc*.
13. Lege ſodes, & meo periculo, *qua*.
14. Vox *Dominum* deeſt in prima editione.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.

& cinis; &, [a] *Initium peccationis superbia*: Qui tartaro & igni perpetuo deputatus, perennis est pœnæ, non immortalis vitæ. Credimus omnem creaturam Dei quæ ad usus ciborum a conditore concessa est, bonum esse, sicut & [1] factum est: [b] *Et vidit Deus, quia bona sunt valde.* * Sed ab his ad tempus abstinere, non pro superstitione religionis neque abominatione creaturæ Dei, sed pro continentia carnis, utile esse sentimus secundum Apostoli consilium, qui dicit: [c] *Bonum est non manducare carnem, neque bibere vinum*; atque cum libuerit, uti; & cum delectaverit, abstinere, in hominis potestate consistere. * Conjugia probamus, quæ Deo auctore concessa sunt: continentiam in ipsis prædicamus; virginitatem, utpote egregium germen, & ex effeta trunci radice procedens, extollimus & miramur. Justorum peccatorumque distantiam, non ex conditione creatoris, sed arbitrio credimus accedere voluntatis. Pœnitentiam peccatorum plenissima fide suscipimus, ac veluti secundam gratiam suspicamur, sicut Apostolus ad Corinthios dicit: [d] *Volui per vos venire, ut secundam gratiam habeatis.*

VI. Vetus & novum Testamentum æquali fidei lance suscipimus; ac veluti currentis per signa ponderis libra, sic testimoniorum gesta mobili meditatione pensamus. Nec [2] evacuantes historiæ fidem, credimus universa gesta esse quæ legimus; sed juxta doctrinam apostolicam sensum in his spiritualem, prout Dominus dederit, perscrutamur: qui tamen sensus ad typum Christi Ecclesiæque pertineat, aut in morum emendationem correctionemque proficiat. Et hoc ipsum juxta illud, quod Apostolus ait: [e] *Omnia hæc in figuram nostri contigerunt.* Et alibi beatus Petrus: [f] *Omnis sermo interpretatione indiget.* Omnem scripturam quæ ecclesiastico canoni non congruit neque consentit, non solum non suscipimus, verum etiam velut alienam a Fidei veritate damnamus. Peregrinis atque ignotis fabulis de scripturarum continentia, non facile accommodamus assensum; neque cito nova doctrina aurium nostrarum intrat cavernas, quia legimus Virginem [3] novam aliam in secreto, quam rudem vel secretam suspicamur esse doctrinam; quæ ob hoc prohibetur inspici, ne hominum corda, commentitia, sub specie veritatis, sermonum pulcritudine suavitateque decipiat. Virgo est illa doctrina, quæ nulli viro ecclesiastico vel catholico cognita est; sed inter mulieres semper adolevit, id est, animas, quæ semper discentes, omni spiritui deceptionis credula se facilitate commiscent, non curæ habentes unde concipiant; cum Dominus in Lege mandaverit, ne non nisi de Tribu sua in conjugio copuletur, id est, illi Fidei [4] intellectus, qui ex patrum semine, hoc est, doctrina descendit, & Abrahæ qui primus in præputio credidit, prosapia nobilitatur & genere. Virgo est illa doctrina, quæ [5] tantum in secreto sibi placet, & in publicum erubescit exire. Hanc talem, non solum fugimus, verum etiam publica voce damnamus, stultum [6] docentes hoc credere, quod aut ipsi defendere non possumus, aut ad aures publicas non debeat pervenire.

VII. * Jejunia attentiora secundum ecclesiasticam regulam disciplinamque servamus, ut [g] *tribus temporibus anni masculinum nostrum*, hoc est, opus virtutis quod cetero operi præcellat, *appareat*: ac si quando jejunia indicta Ecclesiæ, tunc nos cupimus, non solum de usu consuetudinari, verum etiam a conversatione, fabulis, salutationibus quæ fabulas interserunt, jejunare. Et [7] cum hæc, teste Deo, ita, ut scribimus, sentiamus; tamen non sic nobis de veritate blandimur, ut si forte sacerdotes sive doctores, qui sunt capita populi & columnæ ecclesiarum, quodlibet ex his quæ professi sumus, [8] probantes, (aliquid) rectius quid dixerint, pigri simus in eorum sententiam transire; præceptumque meminimus scriptum: [h] *Interrogate patres vestros, & dicent vobis.* Neque enim tam stulti sumus, ut quibus capita pro sanctificatione summittimus, his corda nostra humiliare nolimus. Pastor est: quo vocaverit, sequar: quod dixerit, ruminabo; quia [i] ipse scit sibi pro custodia mea reddendam esse rationem. Hæc [9] sint, de quibus interim vobis ad præsens occurrere potui: si quæ aut studio præteriisse, aut te adhuc titillare videantur, sine verecundia interrogare dignare, ut sine cunctatione respondeam, & aut emender de errore, aut confirmer in Fide. [k] Testor omni legenti verba professionis hujus, quoniam si quis demserit de [10] his, demet Deus de libro vitæ partem ejusdem. Etenim ille qui nos crediderit aliud labiis loqui, aliud corde tenere; sicut superius dixi, cor nostrum Deus potest inspicere. Ipsi obtulimus labia ad confessionem: de quibus possunt homines judicare, satisfecimus; ac sic [l] duobus testibus stabit omne verbum nostrum, id est, Deo, cujus judicium in nos, si fallimus, invocamus; & hominibus, quorum suspiciones nostra confessione corrigimus, ne amplius in nobis velint male sentiendo peccare. Si quis his auditis in incredulitate perstiterit, ut non nobis fidei assensum

a Eccli. X. 15. *b* Gen. I. 30. 31. *c* Rom. XIV. 21. *d* II. Cor. I. 15. *e* I. Cor. X. 6. *f* II. Pet. I. 20. *g* Exod. XXXIV. 23. *h* Deut. XXXII. 7. *i* Heb. XIII. 17. *k* Apoc. XXII. 19. *l* Deut. XVII. 6.

1. Scribendum videtur, *dictum est: & factum est ita. Et vidit Deus, quia bona sunt valde.*

2. Notissimus est hac de re Origenis error, quem Doctor Maximus sæpe notat, præsertim vero in libro contra Joannem Hierosolymit. num. 7. Consule, si lubet, Diss. II. cap. IV. — Hæc quoque Differt. alibi exhibenda.

3. Locus, si quis alius, corruptissimus. Libenter ita restituerem: *Quia legimus Virginem nominari Alma, hoc est, in secreto*, vel *secretam*. Adeundus sanctus Hieronymus in cap. VII. Isaiæ v. 14. ubi inter cetera hæc habet: *Ergo* ALMA *non solum puella, vel* VIRGO, *sed cum ἐπιτάσει, virgo* ABSCONDITA *dicitur vel* SECRETA, *quæ numquam virorum patuerit aspectibus*. In Hebraicis nominibus sæpe ludit Bachiarius, ut observavimus Diss. II. & cuique observare licet in altero libello *de Reparatione lapsi*.

4. Lege, *intellectui*. Νοῦν vocant Philo Judæus, & Philonis sectator Origenes, quorum uterque innumeris in locis allegorica illius conjugia explicat. Sed Interpretes sæpius decorum non servant, & νοῦν reddunt, *mentem*, femininam vocem.

5. Corrupte editio Med. cui tamen favet autographum, *tanto*.

6. Mallem, *ducentes*.

7. Ita edidit Muratorius. Sed Codex Ambr. hæc habet: *Et quoniam hæc teste* Deo *etiam scribimus*. Rectissimam puto conjecturam viri docti, qui ita locum emendat: *Et quamquam hæc, teste Deo, etiam, uti scribimus, sentiamus.*

8. Lege, *improbantes, rectius quid dixerint*. τὸ *aliquid* varia lectio est ab antiquario in margine prioris exemplaris adnotata pro *quodlibet*. Exscriptor utraque lectione intrusa, sensum turbavit. Simile fere mendum adhuc superest in vetustissimo libro *Pastoris* lib. I. *Vis.* IV. num. 2. *Solitudinem, & solicitudinem tuam*. Prior vox audacter expungenda est. Statim repetit Hermas absque glossemate: *Immittite solicitudines vestras super Dominum*. Et *Vis.* III. num. XI. *Non projecistis a vobis solicitudines vestras in Dominum*.

9. Ita Ambros. Prior autem editio, *hæc sunt quæ*.

10. Male in edit. *de hisdem, & Deus*. Videsis Diss. II. cap. I.

tradat, non dubito, [1] quin in die judicii partem aut inter incredulum populum, aut inter falsos testes habiturus sit, & secundum judicium legis Moysi [a] iniquitatem quam in fratre suo meditatur, sit recepturus.

VIII. Nos enim, etsi peccatores sumus, tamen [2] propter illa trecenta aurea scuta [b] quæ Salomon fabricavit, ærea facere non debemus. Scutum enim Fidei forma est secundum Apostolum, qui dicit: [c] *Accipientes scutum Fidei*. Et ille pro aureis ærea facit, qui [3] subtracta Fidei veritate, solum degenere reddit ex confessione tinnitum; & cum devotus videatur in numero, tamen reus invenitur ex voto, id quod non credit, confitendo. De quibus quidem dixisse beatus Apostolus suspicandus est: [d] *Habentes speciem pietatis, & virtutem ejus abnegantes*. Nonne videtur tibi virtus in auro, & species in ære posse sentiri? Sed optamus assertionem propheticam custodire, ut ante pedes equorum regis, qui nisi episcopi aut doctores sunt, quorum [e] pedes veloces sunt super montes, evangelizantes pacem, Fidei nostræ scuta ponamus. Trecenta enim aurea scuta, sive beatæ Trinitatis Fides, sive omnium creaturarum satio, cæli, terræ & maris: cursores [4] enim qui ante pedes equorum ponunt ea, illi credendi sunt qui potuerunt dicere: [f] *Cursum consummavi*: quia instituti lege [5] huc usque ad finem servare possimus, ne illa [6] Suracim rex Ægypti [g], hoc est, diabolus, a templo nostri cordis abripiat. Excubent suffragia orationum tuarum ad Jesum Christum Dominum nostrum, cui gloria in sæcula sæculorum [7] amen.


SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.

a Deut. XIX. 19. *b* III. Reg. XIV. 27. *c* Ephes. VI. 16. *d* II. Tim. III. 5. *e* Isa. LII. 7. *f* II. Tim. IV. 7. *g* III. Reg. XIV. 25.

1. Sæpius laudatam Rufini apologiam imitatur, qui ait num. 8. *Reddent autem in die judicii rationem hi, qui offendicula & dissensiones & scandala fratribus propter invidiam solum generant & livorem.*
2. Legendum *propterea*.
3. Edit. *substantia*. Textum ad Codicis fidem emendamus. Similem ferme allegoriam exhibet Homilia IX. Origenis in Numeros: *Ubi*, ait, *vera fides est, & integra verbi prædicatio, aut argentea dicuntur, aut aurea: ut fulgor auri declaret fidei puritatem, & argentum igne probatum, eloquia examinata significet. Ista ergo quæ dicuntur ærea, in sono tantum vocis consistunt, non in virtute Spiritus; & sunt, sicut Apostolus dicit, ut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens.*
4. An, *autem*?
5. Scribendum, *hæc usque ad finem*.
6. Med. edit. *Juracium*. In versione τῶν LXX. dicitur Σουσακίμ. In Vulgata III. Reg. XI. & XIV. nec non II. Paralipomenon XII. Rex hic Ægyptius appellatur *Sesac*. Observavit sanctus Hieronymus, ante suam versionem libri Paralipomenon nomina in Græcis & Latinis codicibus ita vitiata fuisse, ut non tam Hebræa, quam barbara quædam & Sarmatica nomina congesta videri possent. Hæc ferme sanctus Doctor Domnioni & Rogatiano in Proœmio Tom. X. pag. 431.
7. In Ambr. cod. *Finit. Amen.*



SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
420.



BACHIARII
LIBER AD JANUARIUM
DE REPARATIONE [1] LAPSI.

Benedicto in Christo fratri, omni mihi fide & dilectione venerabili, Januario, Bachiarius, peccator salutem.

I. NIsi vererer, beatissime frater, ne inter simulatos amicos Job mihi portio poneretur, qui videntes plagam ejus, veluti qui non [2] haberet consolationem, jugi silentio quieverunt; prope fuerat, ut & ego superposita manu ori, & [3] obturata fistula linguæ, januas labiorum meorum taciturnitate concluderem. Sed absit hoc a fide mea, ut aliquam dicam plagam esse, quæ non habeat consolationem; cum mihi propheta proclamet: [a] *Numquid medicus non est in Galaad, aut resina non est illic?* Galaad enim interpretatur [4] *acervus testis*: & hunc acervum testem, totum canonem divinorum librorum esse sentimus; ubi indissolubilium cumulus testimoniorum, ut quidam congestus est lapidum: in quo cumulo medicus verus, [5] noster Dominus Jesus Christus, si quæsitus fuerit, invenitur. Resina autem quid est, nisi continentiæ virtus, quæ dissoluta conjungit & scissa conglutinat? Quod nos scientes, non dubitamus ad consolationem ipsius plagæ quæ contigit, oris nostri lamenta miscere. Audivimus enim horrendæ cladis excidium: audivimus [6] exsultantem de ruina militis Christi satanam; & jubilatio vocis quam in triumpho suo diabolicus dedit exercitus, ad aures nostras usque pervenit: & [b] *testem Deum invoco super animam meam*, quia [7] sunt mota viscera mea; & ita commoverunt se ossa mea, ut omnem partem corporis mei sentirem eadem plaga torqueri. Neque enim absque damno meo hoc accidisse dixerim malum, ubi membrum corporis mei diabolica sagitta percussit; cum Apostolus dicat: [c] *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*.

II. Sed non admittitur in totum animus meus lamentationi vacare vel fletui, quia adversus vos mihi locus est irascendi. Ecce [8] in communes inimicos processit frater nobiscum in prœlio, & subito prostratus est casu: hunc vos nec sepulturæ di-
A gnum honore judicastis, sed reliquistis eum feris & alitibus devorandum. Ubi est misericordia Christianæ religionis, quam Magister noster [d] sacrificio docuit esse meliorem? Ecce jacet frater ab hoste percussus: adhuc forsitan palpitat; & vos, quia sine vulnere [9] revertimini, ne consolationem quidem plagæ ipsius deferri tentastis. Nolite esse sine formidine, beatissimi [10] fratres: fortiorem percussit inimicus, ut celerior postmodum ei fieret aditus ad reliquos. Ut quid, rogo, spernitis vulneratum, aut sic [11] putatis esse mortuum? Melior fuit concubina Saulis [12] filia Respha [e], quæ corpora defunctorum quos David pro Gabaonitarum ultione percusserat, eo usque accincta sacco, hoc est, cilicio custodi-
B vit, donec eis roraret aqua de cælo, id est, donec pro venia eorum misericordiæ cælestis stilla deflueret. Melior ille Judas Maccabæus [f], qui etiam pro mortuis fratribus orationem credidit esse faciendam, quos furata de [13] Jamnia civitate idolorum dona prostraverant.

III. Ut quid, rogo, Medicus noster inter librorum suorum loculos tot constituit genera pigmentorum, si nihil est ex omnibus emplastris ejus, quo sanari possit vulnus quod inflixit inimicus? Ita ne fuit, quod lateret [14] Archiatrum, cui nequaquam artis suæ peritia provideret? [15] Et si placet, aperiamus scholam Medici nostri; & a principio
C canonis vulnerum & medicaminum species perquiramus. Ecce in ipsius introitu scholæ occurrunt illi duo auctores seminis carnalis [16], qui venenato serpentis dente percussi, non statim [17] perpetuæ pœnæ mortis addicti sunt; sed dejecti de paradisi deliciis, id est, de Ecclesiæ libertate & de sacri communione mysterii, ideo temporarie sub typo mæroris tribulationisque damnati sunt, ut malagmate pœnitentiæ sanarentur; & eo usque de ligno vitæ, id est, Christi participio exsules fierent,

a Jer. VIII. 22. *b* II. Cor. I. 23. *c* I. Cor. XII. 26. *d* Matth. IX. 13. *e* II. Reg. XXI. 10. *f* II. Maccab. XII. 40.

1. In editis inscribitur, *De recipiendis lapsis*. Vide sis Diss. II. cap. 1.

2. Ambrosiani codicis ope, cujus apographum accurate descriptum transmisit Cl. Saxius, genuinam lectionem restituimus. Erasmus legit, *haberent*. Editiones aliæ, *haberet solatium*.

3. Ita Ambr. & Eras. sed Gryn. & Margar., *obturato linguæ sibilo*.

4. Interpretationes nominum locorumque Hebraicorum plerumque consentiunt cum sancti Hieronymi libris de hoc argumento. Alia tamen Lexica & Commentaria consuluit, quibus vis illarum vocum tropologice explicatur.

5. Erasmus, *medicus verus, Deus meus Jesus Christus*.

6. Penes Ambr. Gryn. Bign. ita legitur. In editionibus vero Pseudo-Hieronymianæ *Objurgationis*: *exsultantes de ruina Christi milites Satan*. Durius id, si non impie, dictum. Germanam lectionem confirmat Bachiarius num. x. ubi ait, *homines sæculi exhilarari, cum audiunt ruinam militis Christi*.

7. Erasmus, *ita commota sunt v. m. & contremuerunt o. m.*

8. Ita Ambr. in editis, *Ecce enim contra &c.*

9. Optima lectio, quam præfert Erasmus. Reverti dicuntur, *e prœlio* nimirum, ad quod una cum lapso processerant. Ambr. *Sine vulnere convertimini*. Bignæus, *sine vulnere estis, convertimini*.

D 10. Ambr. *patres*. Mox pro *clarior*, quod exstat in edit. Bign. ex Gryn. & Ambr. intulimus *celerior*.

11. Magis placet, quamvis mutila sit editio Erasmi, *aut sicut putatis & mortuum*.

12. Erasmus, *illa Respha concubina Saulis*. Retinemus vulgatam lectionem, cui non medetur codex Ambrosianus. Legendum putarem, *filia Aiæ*, expuncto nomine *Respha*, quod e margine forte in textum irrepsit.

13. Ambr. corrupte, *Trimnia*, Gryn. *Lamyria*. Bign. *Lamyrni*.

14. Pessime in editis, *Architectum*. Locum emendat cod. Ambr. Uberius Erasmus, *ita ne fieret aliqua plaga, quæ scientiam nostri lateret Archiatri*.

15. Legendum censeo, *At*.

16. Gryn. & Bign. addunt, *Adam & Eva*; sed glossema deest in Ambr. & Erasmi editione.

17. Tò *perpetuæ*, quod Gryn. & Bign. non agnoscunt, exstat in Ambr. codice, & Hieronymianis editionibus.

donec ad eum [a] per romphæam flammeam, id est, ignitam martyrii passionem, aut per Cherubim Domini qui interpretatur *multitudo scientiæ*, remearent: de quibus nunc per singula non est temporis loqui. Quid vero ille fratricida, cui ob hoc signum Dominus mandat imponi [b], ne ab aliquo possit occidi? [c] *Non vult enim mortem peccatoris, sed ut convertatur & vivat.* Nec longe ab his distat ille princeps patrum, qui primus [d] *credidit, & reputatum est ei ad justitiam;* qui captum ab hostili [1] legione filium fratris, assumta vernaculorum turba, surripuit: quem postmodum de Sodomæ plaga, id est, de judicio gehennæ, habito cum divina majestate colloquio, hoc est, orationis suæ meritis liberavit. Et tu ergo assume vernaculorum turbam [2], id est, opere tuo non alieno, fratri auxilium præsta captivo. Loquere cum Domino, hoc est, ora ad Christum, ne eum futuri judicii ignis exurat.

IV. Imitare patriarcharum opus [e], qui stuprum sororis suæ in alienigenarum manus incidentis, non solum [3] horruerunt, sed etiam vindicaverunt. Require tamen, qui ultores fuere peccati. Nonne Symeon atque Levi? Et tu ex tribu Levi es, qui ecclesiastico servis officio. Symeon autem *obauditio* interpretatur. Et tu ergo, qui obediens fuisti Deo, inobedientem animam liberare aut vindicare cur cessas? Anima autem fratris tui, soror tua est; quam si passus fueris inter alienigenas servire, peccabis. Sed dicis fortasse, Levita est iste, qui cecidit: non ei remedii potest medicina conferri. Erras frater: recurre ad scholam Medici. Ecce in secundo loco, id est, Exodi libro [f], ubi totius plaga populi vulnusque describitur, etiam Levitæ peccasse referuntur; qui priores ad correptionem legislatoris emendati esse perhibentur; & non tam in eis peccati crimen arguitur, quam velox conversio in pœnitentiæ celeritate laudatur. Cujus rei etiam in Ezechiele meminit Dominus noster, cum dicit de Levitis: [g] *Qui primi exierunt a me, cum errasset Israel.* Ipse quoque pontifex ad suggestionem populi idolum fabricavit: pro quo orationem fecit Moyses, hoc est, fraterno liberatus est auxilio. Sed dicis fortasse beatissime: Adhuc nec Levitæ sanctificati erant, nec pontifex consecratus, cum istius mali crimen admissum est. Non contradico perspicaciæ tuæ, quam ex Scripturarum voluminibus concepisti. Tamen sic [4] possem respondere tibi secundum apostolicam sententiam, qua loquitur ad Hebræos [h]; quia in Abrahæ lumbis latens Levi decimas [5] Melchisedech dedit, & accepit. Aut ipsi Aaron quid tibi minus videtur fuisse de pontificali honore vel gradu, cum Ægyptum signis percussit horrendis, & egrediens nocte cum populo, [6] sanctum celebravit pascha? Scimus autem quia sine sacerdote pascha non poterat celebrari.

V. Sed intermissis his, interrogare te volo: Quid erat Aaron, cum [i] adversus Moysen invidiæ livore percussus, juncta sibi Maria, murmuravit? At dicas fortasse, minus est invidia quam fornicatio. Lege ergo beatum Apostolum, qui dicit: [k] *Neque fornicarii, neque invidi, neque maledici, neque avari, neque detractores regnum Dei consequentur.* Vides ubi velut æqualia sibi similiaque junguntur, quæ ad cælorum regna non subeunt? Adverte cujus pœnæ sententiam mereatur invidia, [l] per quam prophetissa Maria lepra percutitur: cujus etiam avaritia, [m] pro qua Giezi Elisæi minister simili sorte damnatur. Tu vero, [7] qui avarum non detestaris, qui invidum non refugis, qui detractorem raptoremque non devitas, fornicatorem ad tempus fratrem revertentem æternæ mortis pœna condemnas? Nec ideo hoc dicimus, ut peccandi frena laxemus. Advertat quisquis hoc legerit, quia non viventibus loquimur, sed mortuum consolamur. Denique resurgat; & [8] videbis, quod statim ei trademus Psalmistæ versum dicentis: [n] *Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt.* Accipiet virgam correptionis, & baculum qui sustentare possit infirmum. Ita autem intelligamus Apostoli dictum, quod neque invidi, neque fornicatores, neque aliena appetentes regnum Dei possidebunt; id est, si quem in hoc vitio tempus [9] accersionis invenerit; quia alibi Dominus dicit: [o] *Unumquemque in viis suis judicabo.* Et ipse Apostolus ait: [p] *Quales aliquando fuerint, nihil mea interest.* In epistola sua [q] beatus Joannes [10] orare mandat pro fratre, qui non habet peccatum usque ad mortem, id est, non usque ad extremum vitæ suæ finem peccatorum suorum mala fuerit secutus. Nam de Levitis quod superius dixeras, non eos fuisse sanctificatos, cum peccatis fuere polluti: quid tibi vi-

a Gen. III. 24. *b* Gen. IV. 15. *c* Ezech. XVIII. 32. *d* Gen. XV. 6. *e* Gen. XXXIV. 25. & seqq. *f* Exod. XXXII. 1. & seqq. *g* Ezech. XLIV. 10. *h* Hebr. VII. 9. 10. *i* Num. XII. 1. 2. *k* I. Cor. VI. 9. *l* Num. XII. 10. *m* IV. Reg. V. 27. *n* Psalm. XXII. 4. *o* Ezech. XXXIII. 20. *p* Gal. II. 6. *q* I. Joan. V. 16.

1. Mendose in Ambr. scriptum est, *regione*.

2. Ambr. addit *propriam*. Male in editis, *pro isto, id est, opere tuo*. Melius Eras., *turbam, idest, proprio opere tuo*.

3. Ambr. *cruerunt*.

4. Erasmum sequi placuit. Amb. atque editi, *tamen respondissem tibi, si possem respondere*.

5. Ita Ambr. editi vero, *decimas a Melchisedech accepit, & dedit*. Ex libro Geneseos cap. XIV. ℣. 20. non satis aperte colligimus, quinam decimas acceperit, Abraham ne ex Melchisedech, vel e contrario. Sed Apostoli auctoritas cogit, ut sentiamus Abraham dedisse: *Per Abraham, & Levi, qui decimas accepit, decimatus est. Adhuc enim in lumbis patris erat, quando obviavit ei Melchisedech*. Locum igitur Bachiarii in hunc modum restituerem: *In Abraha lumbis latens Levi decimas Melchisedech, quas accepit & dedit*.

6. Bign. *sancto*. Hunc Bachiarii locum affert Antonius Augustinus Touttée Benedictinus Clariss. in notis ad sancti Cyrilli Hierosol. Catech. II. num. 10, ubi per anticipationem, Sacerdotis nomine Aaron exornatur. *Moyses*, inquit Cyrillus, *pro summo sacerdote peccante supplicans Deum flexit*. Hoc sensu explicare facile est etiam Ambrosium epist. LXVI. num. 3. & *Apolog. David* cap. IV. num. 17. Bachiarius autem vix excusari potest.


7. Pessime Bignæus: *cur avarum &c.* Gryn. Er. Ambr. *qui*. Apud antiquos, ut notant Petavius, Morinus aliique, peccata in tres classes distinguebantur: quarum primam constituebant idololatria, mœchia, homicidium, eorumque manifestæ species, quibus eluendis durior pœnitentia indicta fuit. Hac distinctione (quam Hispanicæ ecclesiæ notam fuisse, docet Paciani libellus *de Pœnit. & Confess.* pag. 184. edit. Manut.) ii abutebantur, quos heic refellit Bachiarius, ut fratri lapso negarent pœnitentiæ remedium. Sed longe aliud est desperatio veniæ, aliud rigor disciplinæ. Noster recipiendum quidem ad pœnitentiam lapsum putat, licet gravissimi criminis reum; non tamen, prius quam laboriosum ac diuturnum illius cursum emensus fuerit, communionis participem fieri posse censet. Id cum ex integro libello colligitur, tum maxime ex iis quæ leguntur num. IV. & XV.

8. Ita Er. & Ambr. Minus recte in editis, *videbit . . . tradimus*.

9. Gryn. *arcessionis*. Er. *recessionis*. Bignæanæ editioni favet Ambrosianus liber, quem merito præferendum duxi.

10. Ambr. *hortati*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



detur illud, quod scriptum est in beati Esdræ libris [a], ubi [1] reversi de captivitate Babyloniæ, & restructis nuper templi dominici fundamentis, non solum plebs vulgi, verum etiam familia sacerdotalis, & illius Jesu magni, invenitur in mulieribus alienigenis, hoc est, Syris & Idumæis & Moabitis & Ammonitis esse permixta? Qui tamen omnes peccato eodem, accipientes consilium Esdræ, & recedentes a mulierum alienigenarum consortio, caruerunt. Unde vides, quod sicut peccati contagione maculamur, ita expulsione ejus abluimur [2].

VI. Ne, quæso beatissime, fratrem nostrum in profundo putei sub iniqui principis potestate demersum, lapidibus desperationis obruamus. Imitemur illum Æthiopem [b], qui sanctum Hieremiam in lacum ab iniquo rege demersum, assumtis triginta hominum auxiliis, & demissis ad eum pannis ac funibus [3] liberavit. Ecce frater in lacu est: assumamus triginta homines, id est, sive beatæ auxilium Trinitatis, sive cum labore [4] animi, carnisque & spiritus, demersum in profundo putei liberemus. Mittamus ei pannos veteres: reducamus in memoriam ejus exempla antiquorum, qui per peccatum collapsi, postmodum de profundis malorum per pœnitentiam ad superna relati sunt; quæ cum ei ante oculos posita fuerint, desperare non poterit. Solet percussus miles in primo certamine, in secundo fortius dimicare, & contra [5] percussorem suum magis iratus insurgere. Ecce in [6] sæculi fine consistimus: instant pro Christi nomine prœlia passionum. Quid mirum, si ille quem fornicationis hasta percussit, in passionis congressione superaverit? Quid si victor fuerit in martyrio, quem vicerat incontinentia & libido? Nonne sic fecit ille Nazaræus [c] ex repromissione natus, quem cum in perniciem sui mulieris blandimenta vicissent; postmodum in fine obitus sui, sub [7] martyrii passione, majorem inimicorum exercitum prostravisse, quam ante quando Nazaræus, hoc est, immaculatus fuerat, reperitur? Sicut enim illa sacerdotalis familia de Heli cognatione descendens [d], cui juraverat Dominus, ut nullus de ipsis ante faciem ejus assisteret, eo quod gravibus peccatis Dominum provocasset: nonne omnis illa cognatio pro Davide a Saule refertur [e] occisa? Et quid est hoc, nisi forma martyrii, ut quos grave peccati crimen involverat, mors pro Christo illata liberaret? Hæc sunt beatorum voluminum sacra mysteria. Sic vasa [8] sua nequaquam figulus patitur interire [f], qui etiam ea confracta & in lapidibus illisa redintegrare posse se dicit.

VII. Ne spernas, quæso, fratrem defunctum: filius est Sunamitis sterilis [g], id est, Ecclesiæ: ex repromissione natus est iste qui mortuus est. Quondam enim nativitatem ejus [9] secundo [h] Abrahæ Dominus in Isaac semine spopondit atque pollicitus est; cujus caput in messe calore percussum est, id est, principale mentis ejus inter ipsam [10] spei libidinis flammam concaluit. Currat ad Elisæum mater ejus; id est, solicite plangat Ecclesia: resurget enim, si fideliter hoc speraverimus a Christo. Et tu, beatissime, in defuncto fratre opus imitare Elisæi: manus manibus, pedes pedibus, os ori compone. Primum, ut compatiaris ei qui mortuus jacet; neque elatus integritatis tuæ triumpho, superexcrescas eum, aut superextendas te ei, quem repentina mors rapuit; sed imitare Apostolum, qui dicit: [i] *Timeo, ne humiliet me Dominus Deus meus apud vos, & lugeam multos ex eis qui ante peccaverunt*. Appone præterea oculos tuos oculis ipsius, ne in perditionem sui ulterius evagentur: os [11] illius, ne confabuletur iniqua: manus illius, ne operentur adversa: pedes illius, ne vagentur in turpibus. Et sic, cum pro custodia sui membris illius membra tua fuerint copulata, non solum peccandi ulterius spatium non habebit, verum etiam spem capiet resurgendi; ut qui peccati frigore mortuus est, consolationis tepore revocetur ad vitam. Memento autem, ut omnes a conspectu ejus ejicias: nullus videat, nullus in medio sit, nec quisquam sibi visionem ejus de propinquitate præsumat. Quid dico propinquum? si [12] mater illa car-

a I. Esdr. X. 18. *b* Jer. XXXVIII. 7. 11. *c* Jud. XVI. *d* I. Reg. III. 14. *e* I. Reg. XXIII. 18. *f* Jer. XVIII. 6. *g* IV. Reg. IV. 20. *h* Gen. XXII. 15. Hebr. XI. 18. *i* II. Cor. XII. 21.

1. Expunctis glossematis, locum sanitati reddit cod. Ambr. Historia hæc legitur cum in canonico Esdræ libro, tum III. cap. IX. quem in apocryphorum classem rejecit Ecclesia. Hunc laudari a Bachiario censent Bignæus & Tillemontius: quod minime miraremur, cum solemne fuerit PP. Græcis Latinisque ex eodem testimonia afferre, uti peculiari de hoc libro Differt. docuit Calmetus tom. III. Ven. edit. pag. 162.

2. Hactenus Pseudo-Hieronymiana *Objurgatio in Evagrium*, de qua plura Diss. II. cap. III.

3. Bign. addit, *veteribus*. Legere mallem, *veteribus pannis, ac funibus veteribus*. LXX. Παλαιὰ ῥάκη, καὶ παλαιὰ σχοινία.

4. Passim veteres distinguunt animam a spiritu. Sanctus Pacianus, Hispaniæ lumen, ait Corinthium a Paullo Apostolo traditum fuisse satanæ in interitum carnis, *non tamen animæ, non etiam spiritus, sed ad solius carnis interitum*. Epist. III. ad Sympronian. pag. 207. edit. Rom. 1564.

5. Ambr. *persecutorem*.

6. Vide sis nostram Diss. II. cap. IV.

7. Id fecisse Samsonem, non humaniter deceptum, sed divinitus jussum, sententia est magni Augustini aliorumque. Martyrii laudem illi tribuit Bachiarius, innixus fortasse Paullinæ epistolæ ad Hebræos, ubi inter eos laudatur, qui *testimonio Fidei probati sunt*. Cap. XI. ℣. 32. 39.


8. Ex Ambr. addimus, *sua*.

9. Ambr. *sancto*. Sed mutare nolui, quod certum sit ab auctore innui verba Geneseos: *Vocavit autem Angelus Domini Abraham* SECUNDO *de cælo dicens &c.* Similem varietatem in codicibus mss. Matthæi Villanii objecit Muratorius Justo Fontanino archiepiscopo Ancyrano, qui in comment. *De Corona ferrea* cap. VII. pag. 57. historici illius testimonium protulerat. Consule tomum XIV. *Rer. Italic.* pag. 264. not. 86. sed præsertim præfat. Collectoris pag. 2. & seq.

10. In voce *spei* mendum cubare puto. An *turpis*? Infra num. 18. *per flammam turpis concupiscentiæ*.

11. Sc. *os tuus ori illius &c.*

12. Vulg. edit. *sit mater illa carnalis nec: &c.* Aureis apicibus describenda forent quæ de hoc argumento nuperrime protulit sanctissimus Pontifex BENEDICTUS XIV. lib. VII. *de Synodo Diœcesana* cap. LVII. Inviti plura omittimus; sed præclaram regulam quam ibidem præscribit episcopis, præterire nefas esset: *Quamobrem* (ita recte ille sapienterque num. 4.) *licet in diœcesi contingat turpe incestus flagitium, semel aut iterum, ab uno aut altero clericorum perpetrari; non idcirco fas erit episcopo a communi regula recedere, & non sine populi admiratione ac scandalo, quasi omnes haberentur ejusdem enormis criminis aut rei aut suspecti, statim edicere, ne ullus in posterum clericorum cum nepte, amita, sorore aut matre cohabitet: sed si quemquam reperiat dubiæ famæ, cujus cum consanguinea contubernium, etiam apud probos & prudentes viros, male oleat, illi cui certe congruit regulæ limitatio, separationem injungat, ea tamen adhibita circumspectione & cautela, quam rerum circumstantiæ exposcunt, ne delictum quod latet, patefiat.* Chromatius Aquilejensis ecclesiæ presbyter, & Eusebius illius frater diaconi munere insignitus, domi versabantur una cum matre vidua, & sororibus quæ virginitatem professæ fuerant. Uterque Hieronymi ac Rufini libris consecratus, ac pietatis & doctrinæ merito episcopalem dignitatem adeptus est: prior nimirum Valeriano nostro successit; alter vero incerti nominis ecclesiam (nisi Bononiensis fuerit) sanctissime rexit. Sed quod inculpatis concesserunt canones spiritu Dei conditi, usurpare non licebat lapsis aut pœnitentibus, quorum flagitia publica fuerant. Porro Hispanus asceta, non civitatem modo in qua degerat, sed universum pæne orbem sacrilegii sui fama compleverat, ut ait noster n. X.



nalis sit, nec ei aditus detur intrandi. Sic enim Elisæum in Sunamitis filio [a], sic Dominum nostrum in principis filia [b], sic beatum Petrum in Dorca vidua [c] fecisse cognoscis. Valde enim debet secretus & solitarius locus mortuo in peccatis homini præparari, ubi nihil capiatur amplius, quam medicus & cadaver.

VIII. Ne, quæso beatissime, [1] percussum fratrem, & aliquando nobis placitum relinquamus, inermem quem invenit inimicus. Defuit ei lorica justitiæ [d], galea spei ac salutis, & gladius spiritus, quibus armantur milites Christi. Curetur, rogo, quia adhuc palpitat; & revertatur ad pugnam. Nonne ille egregius & fortis David, qui [e] in adolescentia sua gigantem miræ magnitudinis superavit, postea mulieris inepta nuditate superatur? [2] Qui mox ut prophetæ vocibus [f], quod peccasset, agnovit, statim ad pœnitentiæ malagma confugiens, cicatrices criminum confessionis satisfactione sanavit. Sed nec sic quoque eum impugnare destitit inimicus. Nam & postea eum, populum numerando [g], peccare persuasit; & pæne telo gigantis occidit [h], nisi eum [3] Abisai frater Joab principis militiæ interposita auxilii sui tuitione liberasset. Unde etiam, credo, ipse in Psalmo LXX. dicit: [i] *Mei autem pæne moti sunt pedes*. Et alibi: [k] *Sæpe expugnaverunt me a juventute mea*. Sed [4] qui dicis, Non fiat ejus memoria, quia turpi peccato se ipsum jugulavit; require primum, frater, utrum iste qui cecidit, in pugna inventus, an in domo fuerit vulneratus: quia plus quidem misericordiam meretur quem in certamine hostis percussit, quam ille quem dormientem latro confoderit. Ego illum certe in prœlio vidi constitutum: pugnabat cum scuto jejunii adversus illecebras gulæ: pugnabat cum taciturnitatis lorica contra detractionis jacula & reliqua tela maledicta; sed in illo loco in quo securiorem se arbitrabatur esse, percussus est. Sicut enim Asael, [l] frater ille Joab principis militiæ David, qui [5] *velox sicut cervus* a scriptura esse perhibetur, ob hoc credo, quod incoinquinati corporis puritas donum ei velocitatis indulserat, (*Corpus enim* [m] *quod corrumpitur, aggravat animam*) [6] ab eo quem persequitur, Abner, de cuspide lanceæ in renibus refertur esse percussus. In quo loco membri, vitium fornicationis poni, nullum puto esse qui dubitet. Sicut etiam ipse Abner [n] a Joab fratre ejus postmodum in inguine percussus esse perhibetur; quia fornicationis forma non alibi quam in inguine merebatur interfici. Numquid autem Asael consolationem fratrum non meminit, quem ita totus Davidis planxit exercitus? aut de libro vitæ deletus est, id est, de memoria dominicæ lectionis? Sic scriptura non obliviscitur, ut etiam velocitatis ejus

A quam ante mortem habebat, [7] faciat mentionem, cum dicit: *Velox erat sicut cervus*; id est, qui non solum perspicacia mentis, inimici laqueos evitabat, verum etiam serpentium, hoc est, adversariarum virtutum interfector exstitit.

IX. Memento, frater, quod caro sumus: mare illud (hoc est, forma baptismi) quod beatus Joannes in Apocalypsi [o] vidisse se dicit, vitreum fuisse descripsit; & ideo in nobis cito periclitatur aut frangitur. Lubrica est via sæculi hujus, glaciali iniquitate constricta: quam cum [8] modice concupiscentiæ calor solverit, facilis est ad lapsum ruinamque miserorum: [p] *Porrige manum tuam jacenti*
B *fratri*, qui confusus pudore peccati, nec erigere se nec oculos audet attollere. Comple legem Moysi: [q] *Si ceciderit asinus* [9] *fratris tui sub pondere*, hoc est, caro victa peccato, acclina te, & humilia te, & subleva de ruina. Quid erubescis conjungi homini peccatori? Respice illum, qui dicit: [r] *Noli nimium esse justus*. Magister noster a latronibus vulneratum [s], non solum cura dignum judicat, verum etiam ad stabulum suum & ovile restituit; ac datis stabulario duobus denariis, hoc est, utrisque divini canonis Testamentis, majus ei præmium pollicetur, si diligentia sua percussum hominem ad statum pristinum reduxerit. Et tu ergo collige fratrem, quem diabolus latro cum satellitum suo-
C rum turba percussit: adsigna stabulario, hoc est, [10] B. episcopo, qui si quid in eo impenderit, amplius a Domino consequetur. Sed dicis forte: Ille vulneratus erat; hic mortuus est. Et tu ergo si mortuum dicis, vel juxta Elisæi illum ossa [t] constitue. Nolo, ut eum longe segreges a Christi membris; quia ipse consortio meliorum erubescet, & resurget ad vitam. Non [11] emendationis parvum putes esse tormentum, si peccator adsciscitur in consortium beatorum; quia illorum præmia, sua sentit esse tormenta. Si quis laudatur, erubescit: si quis vituperatur, agnoscit. Inter hæc verborum flagella constitutus, satisfactioni emendationique semper adproximat.

D

X. Jam vero illud quale est, quod a quibusdam audivimus dici: ut illa vel ille, qui criminis peccatique consortes sunt, veluti in matrimonio conjugioque jungantur. Absit hoc a [12] christiani oris eloquio. Serpentis est ista suggestio, ut illius quem occidit, etiam cadaver adsumat. Nonne simile est, si quis percussus graviter, extremo anhelet in fine; & hunc terrenus medicus, si forte visitaverit, quia non posse vivere suspicetur, hortetur occidi? Simile est sine dubio quod dicitur: Inventus est frater, aut soror, concupiscentiæ telo graviter vulneratus: huic cum [13] sceleris sui nuptiæ suadentur;

a IV. Reg. IV. 32. *b* Matth. IX. 25. *c* Act. IX. 40. *d* Ephes. VI. 14. II. Thess. V. 8. *e* I. Reg. VII. *f* II. Reg. XII. *g* II. Reg. XXIV. 1. *h* II. Reg. XXI. 16. 17. *i* Psalm. LXXXII. 2. *k* Psalm. CXXVIII. 1. *l* II. Reg. II. 18. 23. *m* Sap. IX. 15. *n* II. Reg. III. 27. *o* Apoc. IV. 6. XV. 2. *p* Eccli. XV. 18. *q* Exod. XXIII. 5. *r* Eccle. VII. 17. *s* Luc. X. 30. *t* IV. Reg. XIII. 21.

1. Gryn. *impercussum*, eodem tamen sensu. Retinet hæc E editio nonnulla antiquitatis insignia. Nam ex. g. habet, *laqueas*, *stimulas*, non *laqueos*, *stimulos*, uti editio Marg. & Ambr.

2. Addunt *qui* Ambr. & Gryn.

3. Male in editis, *nisi eum Joab princeps*. Hæc veræ lectionis vestigia servat Ambr. *ab Ysai fratre Joab principis &c.*

4. Ita Ambr. melius quam editi libri, qui habent, *sed quid dicis?*

5. In Vulgata nostra dicitur, *quasi unus de capreis, quæ morantur in silvis*. Apud LXX. similiter ὡς ἡ μία δορκὰς ἐν ἀγρῷ.

6. Gryn. *Istum persequitur Abner*. Ambr. *Iste dum persequitur Abner*.

7. Negantem particulam quam interserit Bignæus, expungimus ope ms. & primæ editionis.

8. Iidem libri emendant Margarini editiones, quæ legunt *immodica*.

9. LXX. Τοῦ ἐχθροῦ σου Vulg *odientis te*.

10. Literam hanc initialem non agnoscit cod. Ambr. Rursum num. 17. laudat *beatissimum Pontificem*: de hoc honoris titulo egimus Diss. I. cap. VI.

11. Ita recte Ambr. sensus tamen postulat, ut pro *tormentum* legamus, *momentum*.

12. Edit. *Christi*. Melius Ambr. quem sequimur.

13. Ita Ambr. At Bign. *cum ipsius nuptiæ*. Gryn. *cum sceleris ipsius*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



quid aliud dicitur nisi occidatur, quia vivere aut A evadere non poterit de hac plaga? Nescis fortasse, quæ pœna maneat desperantem? Ille nuntius Saulis mortis [a], cum ad David venisset, & referret ei inimicum suum esse prostratum; David caussam mortis inquirens, audivit ab eo, quod ipse nuntius illum suo gladio peremit, addens & dicens: [b] *Quia videbam, quod ictu illati in se vulneris non erat victurus*: quem David statim morte damnavit; cum percussum ab hostibus desperasset esse victurum, & eum sublata spei fiducia jugulasset. Quin immo more Davidico scindantur vestimenta cordis & pectoris: flebilis vox tollatur in planctum: doceatur lamentum Israeliticus populus, id est plebs ecclesiastica, & dicat: [1] *Subleva* [c] *lapides tuos super* B *altitudines tuas, & cogita de interfectis tuis, quomodo ceciderunt potentes in prœlio. Non nuntietur hoc in Geth, neque prædicetur in viis Ascalonis, ne forte lætentur filiæ alienigenarum. & exhilarentur filii incircumcisorum*; & reliqua, quæ continentur [2] lamenti ipsius edicto; & dicat, aut loquatur: ecce prohibetur, ne in terminis Geth, neque in finibus Ascalonis, hoc est, in notitiam sæcularium sive hominum mundanorum, casus fratris vel ruina seminetur: & nos passi sumus, non solum ipsam quam incolit civitatem, sed etiam totum orbem famæ ipsius desperatione compleri? Nonne huic præcepto cohæret etiam ille evangelicus sermo, qui dicit: [d] *Si peccaverit in te frater tuus*, C *corripe eum solus; quod si te audierit, lucratus es eum: si autem non te audierit, adhibe tecum duos vel tres testes*, & reliqua quæ continet sermo præcepti. Vides ergo quid dicit: *Ne exhilarentur filii incircumcisorum*. Me miserum, qui ista cognosco. Filii enim incircumcisorum qui sunt nisi homines hujus sæculi, in peccati sui errore [3] & gentilitate viventes? Hi ergo exhilarantur, cum audiunt ruinam militis Christi, vel ex illius se consolantur opere dicentes: Ecce qui nobis [4] exprobratur a ceteris: ad cujus exemplum cogebamur vivere; qui cum nostro emersisset e corpore, tamen ad confusionem nostram vita ejus dicebatur esse dissimilis. Numquid non melius erat nec inchoare quod bo- D num est, quam tam turpiter cadere, aut non posse se complere quod cœperis? Nescientes, quod judicio Dei majorem forsitan excusationem habitura sit anima, quæ bonum voluisse & ab insidiatore supplantata esse noscitur, quam ea quæ rebellis Deo, ex servilis desperatione formidinis magis elegerit jugo captivitatis addici, quam periculum certaminis experiri. Nonne apud regem suum [5] miles excusatur propriis vulneribus, & plerumque strenuum bellatorem cicatricum suarum plaga commendat?

XI. Sed prætermissis his, plangatur defunctus, sepeliatur mortuus; id est, partim nostro labore, partim verecundiæ suæ confusione peccatum ejus celetur, & auferatur e medio. Nos autem consolationis linteamina & cælestis spei pigmenta tribuamus: ipse autem intra sepulcrum secreti sui, confusus peccati pudore contineat se; ibi conscientiæ suæ verme laceretur, qui [6] totas in eo putredines peccatorem consumat, donec nullum ex se fœtorem famæ turpis emittat. Nonne sic beatus Tobias [e] veniam misericordiæ cælestis emeruit, mortuis in captivitate fratribus tribuens sepulturam? credo, lapsis sub mundialis principis dominatione suadens insinuansque pœnitentiam. Et nos ergo, secundum quod meretur, corpus illius [7] contegamus. Ecce exiit propheta de Hierusalem [f], hoc est, de domo Domini adversus Bethel quæ fornicabatur a Domino, id est, mundi istius civitatem; cui præceperat Dominus, ne de cibo ejus gustaret aut potu. Sed qui per pseudo-prophetam, id est, per spiritum fornicationis, deceptus est ab iniquo, cecidit in potestatem leonis ac [8] fortem, qui [g] *rugiens circuit, quærens quem devoret*. Qui tamen juxta cadaver ejus assistit, ut nisi fuerit ad Ecclesiæ sinum & sepulcrum portatum, in cibum ei escamque proficeret. Sed nos vel pseudo-prophetæ imitemur officium; & eum quem percussit diabolus, [9] debito omnibus honore tumulemus. Solet Christus de tali sepulcro mortuos suscitare: tantum ne cadaver ejus devorandum feris aut alitibus, id est, vitiis sive hominibus sæculi relinquamus. Qualiter, rogo, de misericordia Domini possumus desperare, qui etiam Pharaonem arguit, quare nequaquam pœnitere dignatus sit, dicens in prophetia Pharaonis: [h] *Brachia regis Ægypti contrivi; & non est deprecatus, ut daretur in eo sanitas, & redderetur ei virtus ad comprehendendum gladium*.

XII. Salomon [10] ille mirabilis, qui meruit *adsistrici Dei* [i], hoc est, Sapientiæ copulari, in alienigenarum mulierum incurrit amplexus; & vinculo libidinis illaqueatus, etiam sacrilegii errore se polluit, quando [k] simulacrum Chamos Moabitico idolo fabricavit. Sed qui per [11] prophetam culpam erroris agnovit, numquid [12] misericordiæ cælestis extorris est? At forsitan dicas: Nusquam eum in canone lego pœnituisse, neque misericordiam consecutum. [13] Audi ergo, frater. Pœnitentiam ejus

a II. Reg. I. 2. seqq. *b* Ibid. ℣. 10. *c* Ibid. ℣℣. 19. 20. *d* Matth. XVIII. 15. 16. *e* Tob. I. 18. II. 9. *f* III. Reg. XIII. 1. seqq. *g* I. Pet. V. 8. *h* Ezech. XXX. 25. *i* Sap. IX. 4. *k* III. Reg. XI. 17.

1. LXX. στήλωσον, quod significat: *titulum inscribe, cippum erige*.

2. Ambr. *continet lamenti ipsius editio*.

3. Pro & in Ambr. *ex* Synchronus auctor Epistolæ *ad Monachum lapsum* XLV. inter Basilianas num. 2. *Captivorum*, ait, *facti sumus tragœdia; a Judæis & gentilibus res nostræ in scenam deducuntur*. 4. Forte, *exprobrabatur*.

5. Gryn. & Ambr. consentiunt. Minus recte in Bign. edit. *suum excus. propr. vuln. & miles*.

6. Edit. *totus*.

7. Bign. *contigamus*. Elegantem ac veram lectionem restituimus ex vetustiore Grynæi editione ex codice Ambrosiano.

8. Quid? si Bachiarius scripserit *fortem*: quo nomine leo innuitur in Samsonis ænigmate *Judic*. XIV. 14. Vulgata tamen lectio ferri potest, eique adstipulatur codex Ambros

9. Ambr. *omni debito tumulemus*.

10. Ad oram libri Ambr. rubeis litteris scriptum est *Salomonis* nomen, ut lectores forte monerentur exstare hoc loco præclaram sententiam, & observatione dignam. Illam excerpsit Fulbertus, quem laudavimus Differt. II. cap. E III. Male ibidem legitur, *astrui Deo, sapientiæ copulari*. Aperte Bachiarius alludit ad illam orationem *Sap*. IX. 4: *Da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam*. Ex quo discimus, Bachiarium tribuere librum hunc Salomoni, cujus nomine inscribitur. Idem placuit Rufino nostro, qui interpretem agens Hom. XII. in Prov. sancti Basilii num. 1. verba hæc τρεῖς τὰς πάσας ἔγνωμεν πραγματείας τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, ita reddit: *Tres istos libros novimus* PRINCIPALITER *sapientissimi Salomonis, Proverbiorum, & Ecclesiasten, & quæ dicuntur Cantica Canticorum*, tom. II. p. 730.

11. Apud Fulbertum rectius, ut videtur, *per prophetiam*.

12. Ambr. *medicinæ cælestis*.

13. Fulbertus locum refert in hunc modum: *Non ambigas, frater, de pœnitentia ejus, quæ non inscribitur publicis legibus. Et fortasse ideo acceptabilior judicatur, qua non ad faciem &c.* Mirum videtur, quei Bachiarius ultro concedat adversariis pœnitentiam Salomonis in libris canonicis non referri; cum veteres qui Salomonis saluti favent, maxime innitantur verbis illis *Proverb*. XXIV. 21. ubi ex versione LXX. Interpretum Sapiens de se testatur: *Novissime ego egi pœnitentiam*. Ceterum publica pœnitentia Salomoni subeunda erat, ut populi offensioni mederetur.

quæ non scribitur publicis legibus, fortasse ideo A acceptabilem aliqui dicant, quia non ad faciem populi, sed in secreto conscientiæ, Deo teste, pœnituit. Veniam autem ex hoc consecutum esse cognoscimus; quia cum solutus fuisset a corpore, sepultum illum inter regum Israelitarum corpora scriptura commemorat: quod tamen alibi peccatoribus regibus abnegatum esse cognoscimus, qui usque in finem vitæ suæ in propositi perversitate manserunt; & ideo quia inter reges justos meruit sepeliri, non fuit alienus a venia: veniam autem ipsam sine pœnitentia non potuit promereri. Synagoga illa Core, cum pro ausus sui temeritate terræ hiatu viva fuisset absorpta; [1] arulæ tamen eorum in quibus ignem succendebant alienum, a Domino circumdari jubentur altario [a], ob hoc quia sanctificatæ fuisse dicuntur: quas nos animas eorum esse sentimus, in quibus adulterinæ flammæ calorem præsumta libertate susceperant; & ideo vivi deglutiuntur; arulæ vero eorum perire prohibentur; sicut etiam Apostolus dicit: [b] *Dedi hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus sit* [2] *in die Domini nostri Jesu Christi*. Considera ergo frater, quam paucis tribuitur, ut de amphitheatro mundi istius, ubi cum feris, hoc est, cum vitiis depugnatur, immaculati a peccati morsu membra liberent sua. Quod expertus ille dicebat: [c] *Ne tradas bestiis animas confitentes tibi*. Sed quia jam dudum est, quod tecum sermocinamur, cavendum est nobis, ne offendat te nostra verbositas. Unde etiam ad te cujus caussa hæc diximus, stilum vertimus.


XIII. Quid me refugis frater? Quid te magis consortio mundialium hominum credis? Illi fortasse [3] rideant culpam tuam; ego plango, & si commori necesse erit, optabo. Quid erubescis præsentiam nostram? Similis nobis caussa est, quia & ego in tuo negotio pudore confundor. [4] Rasit, ut video, Ammonitius rex [d] militibus David, hoc est, ministris Christi, dimidium barbæ & tunicas eorum usque ad inguina præcidit: id est, sustulit ab eis in dimidietate barbæ virilem speciem, & effeminari eos per delectabilem vitiorum novaculam D fecisse monstratur. Dimidia autem barba tibi rasa est, quia uno vitio, si quid boni in Dei virtutibus gesseras, perdideris: dimidia & tu rasus es barba, quia si volueris reliquo vitæ tuæ tempore quod tibi superest laborare, concrescet. Præcidit vero tunicas usque ad inguina, cum turpia facta quæ ipse persuaserat, in oculis hominum revelavit. Sed & super hoc spes. Sedeamus in Hiericho, donec crescant barbæ nostræ: id est, simus opprobrium & ignominia meliorum & efficiamur anathema omnium, sicut in Hiericho Israelitico populo fuit, donec barbarum species nobis, hoc est, virtutum incrementa nascantur. Crede mihi, quia Regi nostro dolebit injuria, ulciscetur nos milites suos, quibus in dehonestatione sua fecit ista inimicus. Absuit paullisper a conspectu nostro rex noster David; & ideo victi ab inimicis, [5] partem agri plenam lenticula rubicunda quæ est verecundiæ nostræ & delicatæ castitatis forma, confregimus. Sed jam ubi recordationem peccati Rex noster oculis nostri cordis aperuit, stemus, ut vel illud quod residuum est, id est, re- B liquum vitæ nostræ tempus defendatur, ut salvum sit. Ne, quæso, te persuadeat quisquis ille dicat tibi, ut scelus hoc in conjugium vertas, ac de crimine matrimonium voces. [6] Nolo offensam Dei provoces, atque multiplices. Si enim id vocatur in culpam, quod furtive ac cum timore persuasit tibi inimicus; quomodo merebitur veniam, quod veluti insultans Deo & ejus judicio, publice tibi cœperis vindicare? Imitare illum Amnon Davidis filium [e], qui cum in sororis suæ stuprum illicita flamma caluisset, postmodum eam magis exosus est, quam antea amaverat; & pro hoc facto occisus est a fratre, quia [7] agnita culpa erroris non mansit in crimine, sed materiam ipsius peccati vehementer exo- C sus est. Unde etiam suspicamur Davidem ei non fuisse commotum, quia cito vidit eum pœnitentiam recepisse; & id, [8] per quod unius horæ spatio deceptus est, statim eum impatientia odisse, & virtute pœnitentiæ disrupisse ejus laqueos. Qui vero captus est in rete vitiorum, & patienter inimicis suis, hoc est, venatoribus acquiescit, donec etiam recludatur in cavea, & ibi longo temporis spatio saginetur ad pompam; tum maxime [9] principalibus sæculi, cum occisus fuerit, placiturus est. Donec [10] muscipulam fornicationis evaseris, non te ebrietatis laqueis credas, per quos [11] animos irati Absalonis incurras [f]; quia luxuria atque ebrietas, quædam sibi in vitiorum nativitate germanitas est.

XIV. Attolle ergo animos frater, erige oculos quos conscientiæ pudor inclinavit; nec te inimica desperatio confringat. Ecce Absalon [g] qui fratrem occiderat, per amicorum suffragia regis veniam promeretur; ita ut etiam osculum pacis & præsentiam vultus Christi non desperet exposcere. Et tu ergo quos amicos Davidis esse nosti, qui quondam

a Num. xvi. 37. *b* I. Cor. V. 5. *c* Psalm. lxxiii. 19. *d* II. Reg. X. 4. seqq. *e* II. Reg. xiii. 15. seqq. *f* Ibid. ℣. 28. *g* II. Reg. xiv. 23.

1. Ambr. *areolæ*. Vulgatus Scripturæ Interpres, *turibula*. Rufinus, *bacilli* tom. II. Oper. Origen. edit. Ben.
2. Ita Ambr. sed Bign. *fiat in diem*.
3. Gryn. *videant*. Bign. *vident*. Et ad libri oram rejecit, *rident*.
4. Legendum, *Annon*. Sanctus Eucherius in libros Regum lib. II. pag. 197. eadem allegoria utitur. *Sicut Annon*, inquit, *rex Ammon servos David ad se missos deturpavit, atque ludibriter fœdatos ad eumdem David remisit; ita & diabolus, princeps hujus mundi, plerosque religiosos per subripientia vitia deturpare consuevit. Qui dum eorum latentia mala in aperta & flagitiosa perpetrataque luxuria detegit, quasi eorum indumentis usque ad nates abscissis, nudos a dignitate castitatis relinquit; & dum pristinam eorum fortitudinem eripit, velut barbam radit: quos tamen verus David, Dominus scilicet & Salvator noster, clementi respectu a pœnitentiæ indulgentia non exclusit; quos & in Hiericho, hoc est, sub anathemate pœnitentiæ residere jubet, donec sacramenta spiritalia, & fortitudinem mentis quæ peccando perdiderunt, satisfaciendo recipiant, & sic demum in conspectu ejus stare valeant*. Utrique, ut videtur, idem fons patuit.
5. II. Reg. xxiii. 11. Μερὶς τοῦ ἀγροῦ πλήρης φακοῦ. Sed quei *partem agri* ait confractam esse? An hoc nomine intelligit vas, seu testeam lagunculam?
6. Integra hæc pericope deest in Ambr. errore ama- E nuensis.
7. Hæ sunt meræ nugæ, quas sacer textus refellit. Quemadmodum incertum est, an fœdissimi criminis Amnonem pœnituerit; ita nemini dubium esse potest, quin Davidi, ut illi parceret, patrius animus; Absaloni autem, ut sæviret in fratrem, impotens iræ cupiditas suaserit. Sed Allegoristis donandæ sunt hujusmodi argutiæ; nec paucis offendimur maculis.
8. Corruptissima est Ambrosiani codicis scriptura: *Et id pro caussa ejus qui unius horæ deceptus est laqueo & statim in patientia hoc est virtute pœnitentiæ dirupit. Et ejus qui captus est &c.* Grynæi editio hoc loco mulctata, nihil præsidii affert.
9. Forte, *principatibus*.
10. Ita Ambr. In edit. Bign. *donec etiamsi*. Videtur legendum: *Denique, etiamsi &c.*
11. Reponendum suspicor, *in manus*; sed invitis editionibus & codice nostro, nihil muto.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



pater tuus, quando non peccaveras, fuit, humilis A esto & acclinis, ut quod a te non potes, per illorum suffragia [1] merearis. Ac si forte duri fuerint in audiendo, opportune, importune non desinas supplicare; quia Absalon per injuriam meruit, quod per amicitiam impetrare non potuit; & quod [2] pro meritis non meruit, per injuriam obtinuit. Vis scire quod plerumque per occasionem injuriæ sancti pro peccatoribus deprecantur? Beatus ille unus ex [3] Quatuor, Confessorum caput & Martyrum, cum ab insano populo lapidibus urgeretur, [a] *in ipso exitu Israel de Ægypto*, id est animæ de corpore discedentis, genu flexo, Patri pro peccatoribus supplicavit [b]: Magistri nostri secutus exemplum, qui persequenti semet ipsum populo veniam postulabat [c]. B Ecce vides, ubi occasio precum nascitur ex injuria & pœna sanctorum. Nec hoc ideo dicimus, ut tu per contumeliam beatorum suffragia merearis; sed consilium damus, ut si pro magnitudine sceleris tui supplicare non ausi sunt, [4] importunitatis tuæ injuriam patientes, facilius pro eo a quo læsi sunt, audiantur. Incende hordeum finitimum tibi, quod est in agro [d]; quia [e] *lingua ignis est* [5], ager autem est hic mundus. Sic quandocumque cœperis vitæ bonæ fructibus derogare, & dicere: ecce quales sunt sancti, qui pro peccatoribus non audent rogare: ubi est quotidiana merces operis? tunc incensa per linguam tuam sanctorum spes incitabitur ad fiduciam deprecandi; quia cognoscent te ad hanc ne- C cessitatem, utilitatis tuæ caussa, non vitio detractionis impactum: sicut Absalon, non ob hoc segetem Joab incendit, quod nocere vellet ei tamquam inimico; sed, ut vel sic ad detrahentem sibi respiceret, quem non audierat blandientem; & ita ejus præsentiam mereretur, qui Christi erat proximus vel amicus. Fructus enim sanctorum qui secundum homines est, in hordeo non incongruenter accipitur: qui vero secundum Deum, in tritico poterit æstimari; quia non dubium est, sanctos utrumque seminare secundum Apostolum, [f] *providentes bona non solum coram Deo, sed etiam coram hominibus*. Et ideo Absalon hordeum finitimum sibi, id est, conversationem quæ inter homines agebatur, incen- D dit: ad illud vero quod coram Deo est, pervenire non potuit, quia illud solus Pater agnovit.

XV. Sed forsitan dicas: Persuasio tua quietum requirit hominem vel securum; me autem necesse est quotidie persecutorem sæculi formidare, qui in me dedecus [6] proximæ suæ optat ulcisci. Si ergo tale aliquid pertimescis, ecce sex refugii civitates [g], quas, si placet, ingredere. Ac si forte pro conscientia peccatorum, illas quæ sunt in terra repromissionis, hoc est, in Ecclesia, intrare non audeas; est *Bosor* [7] ultra Jordanem in solitudine, quæ interpretatur *angustia*; id est, cellula monasterii parva vel modica; & optime tibi conveniet, quia de sorte Ruben est, & [h] ipse torum patris maculavit illicite. Est & Ramoth de sorte Gad, quæ interpretatur *excelsa mors*, vel *visio mortis*. Vere enim excelsa [8] mors, pœnitentia dicenda est, cum mortificatis membris deducatur homo ad excelsa cælorum unde fuerat ante dilapsus: sive juxta istam humilem mortem quæ generaliter omni carni imminet, illa ad comparationem ejus rationabiliter excelsa nominatur; quia multo nobilius est per pœnitentiam mori, quam communi hac morte dissolvi. Si autem visionem mortis sentire velimus, ita potest intelligi; quia cum sumus in pœnitentia constituti, & ante oculos nobis ponimus gehennæ infernique tormenta, videmus ipsam speciem mortis, de qua pœnitentiæ beneficio liberamur. [9] Tantum memineris te in ancillæ filii civitate agere pœnitentiam; quia [i] *Omnis qui peccat, servus est peccati*; [10] & [k] formam servi accipiens, necesse est humilies te ipsum usque ad mortem. Est Gaulon in finibus Manasse, quæ interpretatur *volutatio*, ut tu memineris tibi in cilicio & cinere esse volutandum: & hoc in finibus Manasse, qui interpretatur *oblivio*, ut [l] obliviscens ea quæ ante gessisti, in priora te extendas. Heic ergo inhabita, ut per angustias, mortem & volutationem, iram persecutoris evadas & spem salutis invenias. Tum deinde in his si quid utiliter gesseris, etiam ad Cades in terra repromissionis, quæ est in Galilæa, poteris pervenire: quæ interpretatur *sancta*; ut cum in tribulatione opus corruptionis abjeceris, etiam ad sanctam tibi Ecclesiam tribuatur accessus; & in sortem Nephthalim, quæ dicitur [m] *vitis remissa*, ut de sacramento dominici sanguinis participare merearis. Sed nec Hebron aditus tibi claudatur, quæ interpretatur *conjunctio*, sive *conjugium*. Revertatur enim anima tua ad virum suum, id est, ad spiritum Dei, a quo pro tempore peccaminum fuerat [11] viduata. Sicque etiam sextam civitatem Sichem quam Joseph noster in hereditatem consequitur, [12] propter quod ibi sepultus est, valebis intrare: quæ interpretatur *humerus* sive *labor*; ut ostendas te per laborem pœnitentiæ, ab errore tuo Christi humeris reportatum [n], & adjunctum nonaginta novem ovibus effectumque centesimum, quia ipsa Sichem ab alienigenis centum agnis scribitur [o] comparata.

XVI. Sed cur, frater, adhuc jacentem te torpor delectat? Surge, quia medicus advenit, qui dicit secandas esse putredines peccatorum, & post hæc

a Psalm. cv. 1. *b* Act. vii. 59. *c* Luc. xxiii. 34. *d* II. Reg. xiv. 30. *e* Jac. III. 6. *f* Rom. xii. 17. *g* Jos. xx. 2. seqq. *h* Gen. xlix. 4. *i* Joan. viii. 34. *k* Philipp. II. 7. 8. *l* Philipp. III. 17. *m* Gen. xlix. 21. ex V. lxx. *n* Luc. xv. 4. *o* Gen. xxxiii. 19.

1. Inter officia pœnitentis Tertullianus cap. ix. *de Pœnit.* commemorat, *omnibus fratribus legationes deprecationis suæ injungere*. Et libro ejusdem tituli Pacianus, *multorum precibus adjuvari*.

2. Ita Gryn. & Ambr. Apud Bignæum τὸ *pro meritis* desideratur.

3. Ita editi. Ambrosianus, *ex septem*: qua de re fusius Differt. II. cap. 1.

4. Pessime Bign. *in opportunitate tuam*.

5. Ambr. addit: *Et manus iniquitatis sæpe per linguam insistit in membris*. Paullo aliter Gryn. *Et mundus iniquitatis est. Per linguam constat in membris*.

6. Bign. *proxime suum*. Scripturæ Ambrosiani quam sequimur, confirmare videtur conjecturam Tillemontii, fuisse nimirum, qui monacho nuptias suaderent cum virgine corrupta, ut parentis iram emolliret.

7. Bing. *citra*. Ambr. *contra*. Cur neutrum sequamur, diximus Diff. I. cap. vii. pag. lix.

E

8. Hoc sensu veteres accipiunt verba Apostoli de Corinthio, quem se dedisse ait satanæ *in interitum carnis*. Inter hos eminet sanctus Zephyrinus, in quem frustra debacchatur Tertullianus *de Pudicitia* cap. xiii.

9. Bign. *Donec memineris*. Melior visa est scriptura codicis nostri.

10. Hæc quæ non exstant in Ambr. libenter expungerem.

11. Veram lectionem restituimus ope codicis Ambr. Simili utitur allegoria Philo Judæus in libro, *Quod det. pot. insideat* pag. 141. Veteres editiones habent, *judicata*. Obiter observo vocem *peccaminum* placere Hispanis scriptoribus: sæpius a Prudentio usurpatur; eamdemque noster infra repetit num. xxi. In libello Orationum Gothico-Hispano pag. 24. Virgini Mariæ preces deferuntur, ut a Deo nobis obtineat *peccaminum* remissionem.

12. Male Gryn. *pater quod &c. Eodem loco* (ait sanctus Hieronymus *Quæst. Hebr. in Gen.*) *sepultus est Joseph, & mausoleum ejus ibi hodieque cernitur*.

curandam plagam ipsius cicatricis. Quid expavescis? Quid refugis curam? Qui hastam [1] zabulicam quæ sexcentorum siclorum pondere prægravatur [a], nequaquam veritus es, cur subterfugis cultellos evangelici ferramenti? Qui ignem inimici flammasque perpessus es, cur ignem Domini, [b] hunc quem venit mittere in terram, qui [c] consumet fœnum & stipulam &, ligna, formidas? Abscinde a te [2] putrem consuetudinis voluntatem: ure renes tuos & cor tuum; damna inimicam tuam corporis speciem, per quam aut ipse deceptus es, aut alios decepisti. Horreant [3] exinanita membra jejunio, & cilicium quod sordida ratione pollueras, pro tegmine habere consuescas; ut cum attactus ejus atque asperitate compungeris, semper peccatorum tuorum stimulos recorderis. [4] Timet in te vitulum tuum Moyses [d], per quem luxuriatus es in eremo; id est, carnem tuam legis ac jejunii disciplina conficiat, ut ad nihilum redacta teneatur. Legisti, credo: [e] *Irascimini, & nolite peccare*. Ita & tu irascere peccatis tuis, ut ultra non pecces. Præveni ultricis gehennæ sæva tormenta, & ipse tibi tortor exsiste; ut cum venerit, nihil inveniat, [5] quod in te possit punire inimicus. Si venerit passionis occasio, memento qualiter tibi sub Regis tui præsentia dimicandum sit, ut culpam emendare possis desertoris & refugi. Si vero forsitan defuerit hujus felicitatis occasio, ipse tibimet ipsi tuus poteris esse persecutor; ut, sicut Apostolus dixit [f], [6] per omnem mortem constituas te Deo. Ingredere monasterii tui carcerem; & tenebras solitudinis, quibus ad lucem perditam revoceris, exquire. Sit tibi fames pro [7] gula, sitisque pro flamma; ut manu carnificis voluntatis, per abstinentiæ pœnam costarum compago nudata visceribus sit; & pro supplicio ignis internas ossium medullas duræ sitis depascat incendium. Sit tibi vigilia velut officiorum custodia publicorum; ac sicut catena rigentis ferri, sic duriori consuetudine & lege constrictus, sub imagine martyrii veniam misericordiæ cælestis exspecta. Eja, eja quid dubitas? Scalam illam Jacob [g] unde lapsus es, dum velis ascendere, adhuc posita nondumque subtracta est: & licet in ruina tua omnia membra colliseris, tamen iterum conare ascendere: & donec venias ad illum gradum unde cecidisti, fortiter te serva atque custodi; quia licet lubricus sit omnis ascensus, tamen ille cito vergit ac dejicit in profundum.

XVII. Sed fortasse dicas, quia more Pharisæorum [h] imponam gravia onera super humeros hominum, & ipse digito meo nolim contingere ea. Ecce frater, quia nobis [8] jurandi licentia prohibetur [i], si quid infelicitati meæ credis, spondeo secundum [9] misericordiam Domini, hujus me laboris quem suadeo, velle esse participem: consortium vero tuum, cupidus salutis tuæ non solum ingero, sed etiam offero: ac si tu ad nos fortasse venire confunderis, manda; & ego ad ducendum te sine dilatione properabo. Horreat consortium tuum, velut Ruth de agro Moabitico, hoc est, [10] animæ de ebrietate & fornicatione venientis: qui sua tantum quærit, & misericordiæ nescius, de Israelitica sibi solum stirpe gloriatur. Ego vero licet Booz [k] similis non sim, tamen animam tuam mihi cupio sociari; nec [11] arguat me quispiam esse præsumtionis, quia licitum est mihi [l] semen de fratris defuncti vidua suscitare, ne perdam calceamenta paschalia, & exheres Christi passionis efficiar; ac pro verbo sponsi velut cæcus effectus, salivam [12] jejuni oris quæ in terram projicitur & conculcatur, ne accipiam, donec effuso semine ad viduam animam defuncti fratris, id est mortui per desperationem, introeam; sed quæsita multitudine seminis, aggregata de scripturis copiositate verborum, huic viduæ conjungar [13] ac proximem, ut auditis his, possit sine difficultate concipere, & salutis spiritum parturire. Memini enim apostolici verba præcepti, ubi dicit: [m] *Quosdam quidem eripite de igne, dubios vero consolamini*; & alibi: [n] *Qui revocaverit peccatorem ab errore viæ suæ, salvabit animam suam de morte*. Non est minimum, [o] si [14] extremam aut summam auriculam de leonis faucibus extrahamus: tametsi beatissimum pontificem qui in iisdem locis cum sacerdotibus suis divino assistit altario, non aliud reor quam Davidicum opus imitari; ut quando de grege leo aut ursus ovem rapuerit, insurgat adversus eum, & præstrangulatis faucibus prædam ex gutture eripiat; aut velut pastor bonus vagantem revocet, alligetque attritam, errantemque convertat.

a I. Reg. XVII. 7. b Luc. XII. 49. c I. Cor. III. 12. d Exod. XXXII. 20. e Psalm. IV. 5. f Rom. XII. 1. g Gen. XXVIII. 12. h Matth. XXIII. 4. i Matth. V. 34. k Ruth. IV. 1. seqq. l Deut. XX. 7. 9. m I. Thess. V. 14. n Jac. V. 20. o Amos III. 12.

1. Ambr. ita legit: Vulgati libri *zaboliticam*. V. not. 2. Rosweidi in sancti Paullini epist. ad Severum, aliosque passim.

2. Optimam Grynæi scripturam sequimur. Amb. non male, *putridæ*.

3. Sanctus Ambrosius de Lapsu virginis consecratæ cap. IX. num. 40. *Petas ultro carcerem, obstringas catenis viscera, animam tuam gemitibus jejuniisque crucis; sanctorum petas auxilium; jaceas sub pedibus electorum*. Hæc pœnitentis officia fusius explicat Bachiarius.

4. Corruptam Bign. lectionem retinemus. Ambros. *liniet*. Lege *comminuat, tenuat &c.* —— In codice Vaticano 3834. diserte scriptum est, LIMET, scilicet *atterat, comminuat*, uti legendum esse conjeceram.

5. Ambr. *quod in te prævenire valeat inimicus*.

6. Sententiam hanc verbis expressis apud Apostolum non reperi. Sed in altera ad Corinthios cap. VI. v. 4. hæc leguntur: *Exhibeamus nosmet ipsos, sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitatibus, in angustiis, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigiliis, in jejuniis &c.* En omne genus mortis, laboriosa scilicet pœnitentia, qua lapsus sui criminis maculas eluere debebat.

7. Vitio huic facile medemur, si pro *gula* reponamus *gladio*. Pœnitentia martyrii vices subeat.

8. Plures Veterum ita loquuntur. Sanctus Chromatius noster de octo Beatitudinibus. *Unde jurare nos prorsus non convenit. Quid enim unicuique nostrum jurare necesse est, cum nobis mentiri omnino non liceat?* Vide sis quæ sequuntur tom. II. pag. 168. Bibl. PP. Paris. 1624.

9. Ambr. *secundum nomen Domini*. Antiquus auctor Epistolæ ad Monachum lapsum, quæ inter Basilianas est XLIV. num. 2. habet fere similia. *Ne cuncteris ad me venire. Ego enim receptum mortuum meum lugebo, ego curabo. —— Excipient te omnes, omnes se tibi laborum socios adjungent*.

10. Hæc compares velim cum editis: menda expunximus ope codicis nostri.


11. Legis verba, ad quæ alludit Bachiarius, lucem afferent huic loco, qui obscurior est, ac præterea corruptus. *Sin autem noluerit accipere uxorem fratris sui, quæ ei lege debetur, ... accedet mulier ad eum coram senioribus, & tollet calceamentum de pede ejus, spuetque in faciem illius, & dicet: Sic fiet homini, qui non ædificat domum fratris sui*.

12. Ita editi. Ambrosianus vero, *salivam junioris*. Legendum videtur simpliciter, *salivam oris*.

13. Edit. *conjungar proxime*.

14. An, *extremum aut summum auriculæ?* LXX. λοβὸν ὠτίου. Vulgata consentit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



XVIII. Tu tamen, frater, nequaquam scelerato acquiescas impudicoque conjugio: non [1] insultes ei, cujus iram sustentare non poteris. Quin immo & illa quam tibi fecit sceleris culpa consortem, revertatur ad virum suum. Numquid patriarcharum soror [a], postquam peccavit, [2] nupsisse perhibetur? Legislator præcepit [b], ut qui uxorem alterius macularet, cum ipsa lapidaretur pariter; & ideo non permittit conjugium, sed sub nomine lapidum dura sententia emendat corrigitque peccatum. Aspice prophetam, qui dicit: [c] *Et dixi, postquam meretricata es, ad me revertere.* Licet dominici templi vasa rex captaverit Assyrius [d]; tamen revertantur ad templum [e], ne ea in perpetuum Babylon immunda possideat. Licet per flammam B turpis concupiscentiæ incenderit templum Domini princeps cocorum, qui domino suo, id est, principi mundiali escas nostrorum parat peccatorum; tamen veniat Zorobabel, hoc est, spiritus sapientiæ, qui jam intellexit mulierum potentiam malis hominibus [3] principari, & totus in veritate confidit: veniat Esdras, bibliotheca Legis, & memoria lectionis: veniat [4] Naaman Syrus, virtus confidentiæ contemtorque formidinis; qui pro restructione patriæ principis potentiam non veretur; ac dispositis per singula Hierusalem loca [f], id est, membra corporis angelicis patriarcharumque virtutibus, ut collapsa [5] restruantur, & restructa custodiat, una manu serviat fabricæ, alia vero custodiæ; C quia Adam positus est in paradiso operari [g], & custodire. Reædificentur ergo per tropologias nominum claustra portarum. Restruatur in principiis [h] *porta Probatica*, quam nos esse suspicamur auditum, per quem, utrum bona sint aut mala quæ extrinsecus ad nos introeunt, comprobamus; quia [i] *fides ex auditu* est. Faciamus, quod Apostolus dicit: [k] *Si estis in fide, ipsi vos probate.* Restruatur [l] *porta Piscatoria*, id est, visuum nostrorum vaga semper natura, ac per semitas maris, hoc est, vias mundi istius oculorum velox ac fugitivus aspectus; quia ipse visus pro sagena poterit æstimari: quidquid aspexerit, statim capit; & captum, ad cordis cellaria interiora transmittit. D Restruatur [m] *porta* [6] *in Anathoth*, quæ interpretatur *respondens signum*: quod suspicamur esse frontis patibulum, ubi signum salutis nostræ & dominicæ sanctitatis [7] accepimus: quod est aurea lamina, ubi pontifex nomen Domini scriptum mandatur accipere tetragrammaton. Vis scire, quia non incongrue portam in Anathoth, quæ interpretatur *respon-* A *dens signum*, pro patibulo frontis accipimus? Jungit propheta [n] huic portæ [8] *unguentariorum* loca, quæ per tropologias nominum ab aliis virtutibus dicuntur esse restructa. Unguentariorum autem loca quæ sunt, nisi illa quæ chrismatis sanctificatione tanguntur? Sequitur post hæc [9] *porta Frugis* [o], quam nos suspicamur esse oris ac saporis officium, per quam omnium seminum, hoc est, verborum Dei fructus egreditur. Restruatur & [p] *porta Stercorea*, quam nos suspicamur esse narium sive odoratus introitum, per quem nos turpis decepit illecebra, & [q] æstimavimus lucra esse, quæ erant stercora. Restruatur & [10] *Fortis porta* [r], quam credo manuum nostrarum sive tactus officium esse; quia non fortiter [f] tenuimus quod tenebamus, & alter tulit coronam nostram. Restruantur & [t] *muri Natatoriæ*, id est, forma baptismi nostri, & mystici fontis disrupta munimenta, quæ sunt castitatis insignia; quia soluto per luxuriam continentiæ pariete, velut abruptis obicibus sacri laticis, fontis undam effudimus atque perdidimus. Cujus muri propterea dicuntur restrui, ut cognoscamus tantam esse misericordiam Domini, ut etiam interruptæ castitatis tempora possint restructa ad priorem similitudinem continentiæ virtute revocari. Sic & tu per vocabula nominum ac tropologias locorum, hæc quæ dicuntur restrui, officia intelligas esse membrorum.

XIX. Donec [11] ne opus Babylonis regis imiteris [u], ut in phialis templi dominici vinum perditionis potare debere te credas, & hoc coram diis tuis, Venere, Marte atque Mercurio, id est, fornicatione, vel avaritia, vel furore; quia scriptum est [12]: [x] *Furor hominis incontinens est*, & alibi: [y] *Avaritia, quod est idololatria.* Non enim potestis solam in pecunia avaritiam computare; quia vel maxime avaritia in libidine esse sentitur, cui numquam finis imponitur. Quia vero phialæ in templo Domini virgines nuncupentur, propheta nos docet dicendo: [z] *Triticum juvenibus, & vinum suave olens virginibus*; ac si cui vini liquor infunditur, quid nisi phiala nuncupetur? Velim siquidem a peritioribus edoceri, ex qua scripturarum auctoritate nubere corrupta suadetur; cum beatus David [aa] nec concubinas suas quas filius turpi coitu maculavit, postea nubere aut viros habere permiserit. Nonne viduas eas, præstans illis substantiam, usque in finem servavit? Non vult David, hoc est, Dominus Christus, ut in conspectu ejus

a Gen. XXXIV. *b* Levit. XX. 10. *c* Jer. III. 1. *d* Jer. XXVII. 16. *e* I. Esdr. I. 7-11. *f* II. Esdr. IV. 16. 17. *g* Gen. II. 15. *h* II Esdr. III. 1. juxta LXX. *i* Rom. X. 17. *k* II. Cor. XIII. 5. *l* II. Esdr. III. 3. *m* Ibid. ℣. 6. *n* Ibid. ℣. 8. *o* Ibid. ℣. 13. *p* Ibid. ℣. 14. *q* Philipp. III. 8. *r* II. Esdr. III. 15. *f* Apoc. III. 11. *t* II. Esdr. III. 15. *u* Dan. V. 2. seqq. *x* Job. XXXI. 11. juxta LXX. *y* Ephes. V. 5. *z* Zach. IX. 17. juxta LXX. *aa* II. Reg. XX. 3.

1. Recte Ambrosianus. Gryn. *insulte*. Bign. *conjugio, cujus iram &c.*

2. Ambr. *nubisse*.

3. Miror verbum hoc Joanni Launojo *Epistol.* Parte IV. epist. 1. adeo displicere, ut cardinalem Cajetanum ideo arguat, *barbaræ & opicæ* locutionis. Nimius maledicendi pruritus transversum egit hominem alioqui versatum in scriptis ecclesiasticis. Antiquus Scripturæ interpres apud Lactantium lib. IV. *Div. Inst.* cap. XIII. Vulgatæ auctor Marci X. 42. sanctus Augustinus lib. 1. *de Nupt. & Concup.* cap. IX. num. 10. sanctus Hieronymus in versione Hom. IV. & VIII. in Jerem. præter Bachiarium: hi, inquam omnes, quos barbare aut opice loqui nemo dixerit, aliique plurimi idem verbum usurpant.

4. Fœdum errorem vetustioris editionis non emendat codex Ambr. Editiones Bign. non habent hanc pericopen: *Ven. Na. Sy. vir. conf. cont. for.* Nemo non videt legi debere, *Nehemias*.

5. Ambr. *ut collapsa restituantur*.

6. Vulgatus Scripturæ intetpres II. Esdr. III. 6. ap- E pellat *portam veterem*. LXX. Τὴν πύλην ἰασαναὶ al. τοῦ ἀσανά. Nullam portæ in Anathoth mentionem reperio. Vitiatus itaque Versionis Italicæ liber Bachiarium fefellit.

7. Amb. *accipimus*.

8. Haud procul a porta veteri ædes excitasse fertur Ananias quidam υἱὸς τοῦ ῥωκεὶμ, seu ῥοκείμ. Idem in Vulgata dicitur *filius pigmentarii*.


9. Τὴν πύλην τῆς φάραγγος, *Portam vallis* vocant Seniores interpretes. Ex Græco forte vocabulo efformatum fuit nomen *Frugis*, quod in Italica Versione aut in aliquo Commentario Bachiarius invenit.

10. Corrupto hoc in loco Scripturæ Codice utebatur Bachiarius. LXX. vocant Τὴν πύλην τῆς πηγῆς; ac perinde in Vulgata nostra legimus *portam fontis*.

11. Ita Ambros. Gryn. *Donec nec*. Bign. pessime, *Donec opus*. Lege: *Denique ne opus*.

12. Mutilus refertur hic locus Jobi, nec satis emendatus. Græca Seniorum versio ita habet: Θυμὸς γὰρ ὀργῆς ἀκατάσχετος, τὸ μιᾶναι ἀνδρὸς γυναῖκα.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
420.



ab alio viro habeatur uxor ejus. Denique illam A filiam Saul [a] quam ad tempus in persecutione perdiderat, postmodum sibi poposcit reddi atque restitui; & licet fuisset etiam alteri copulata, tamen ei aufertur, & illi cujus prius erat, destinatur. Polluisti uxorem David: ne ulterius hoc præsumas; sed sicut ille fecit qui eam acceperat, flens ac lugens redde atque restitue.

XX. Ac forsitan suggesserat tibi ille sapientior omnibus bestiis [b] & consiliator antiquus, quia possis istam pœnitentiam quam suademus tibi, in senectute tua agere, & nunc famem desiderii tui sub conjugii nomine satiare. Sed tu ne exstinguas evangelicam scintillam humore vitiorum, quæ de illo B totius libri igne procedit, ubi ait: [c] *Stulte, hac nocte exposcetur anima tua a te.* Si enim apud quos honesta conjugia sunt, diuturna esse non possunt; apud te, ubi cum crimine copulantur, qualiter permanebunt? Veniat ille qui dicit, crimen hoc emendandum nuptiis, & de [1] sceleris tanti nomine conjugium esse vocandum. Conjugium enim religiosi nominis vocabulum est [d], quoniam Deo auctore concessum est. Ecce honestis conjugiis clamat Apostolus: [e] *Habentes, tamquam non habentes.* Et quis dicit, [2] Adulter habeat, utatur, exerceat? Sed video ad quid se pro sui defensione convertat; scriptum est enim [f], inquit, [3] *Melius est nubere, quam uri.* Hoc de virgine dictum est, vel vidua. C Ista jam virgo non est. Tunc urebatur, & nupsit: nunc jam [4] refrigeretur, & vivat. Virgo non est, quia corrupta est: Vidua non est, quia vir ejus vivit in æternum. Ut quid ergo ei nuptias suadetis? Vis scire quæ sit apostolica sententia de hoc errore? Ait in epistola sua: [g] *Omnino auditur inter vos fornicatio, & talis fornicatio, qualis nec inter gentes quidem; ita ut uxorem patris sui quis* [5] *habeat.* Ecce quiddam factum simile. Uxor patris erat hæc juvencula quæ deliquit, illius Patris qui nos [h] *genuit in verbo veritatis.* Tunc, credo, ei in conjugium copulata est, quando secundum exemplum Rebeccæ [i] ad Isaac de Mesopotamia venientis, pallium quo velaretur caput, accepit. De hoc D facto Apostolus dicit: [k] *Dedi hujusmodi hominem satanæ in interitum carnis, ut spiritus salvus fiat.* [6] Numquid dixit, Jussi, ut ei quam corruperat, nubat? Sed, *dedi eum satanæ in interitum carnis.* Satanas enim interpretatur *contrarius*; per quod, credo, significat, ut quidquid contrarium deliciis, quidquid contrarium voluntati est, totum caro sentiat quæ deliquit, *ut spiritus salvus fiat in diem Domini nostri Jesu Christi.*

XXI. Sed & tu frater, quisquis tibi hoc suaserit, exsecrare. Aspice enim, quia numquam [l] in sacrificiis pecora senio confecta jugulantur, sed ubique, aut agnus, aut vitulus, [7] aut hircus, aut hædus immolatur, id est, tenera adhuc parva, vel modica peccata. In uno tamen loco [m] Eliam legimus bovem obtulisse, sed hoc semel tantum. Hoc uni licuit Salvatori, qui inveterata totius populi peccata jugulavit. Sed nec tu putes adhuc hædum tenerum, tuum esse peccatum. Mihi crede, hircus est. Ecce per quot terrarum tractus fœtoris tui, hoc est, famæ turpis opinio peragravit. Qualiter ergo quod ita fœtet, non hircus esse dicitur? Propheta [n] beatum dicit esse eum, qui tenet parvulos Babylonis, alliditque ad petram. Et tu exspectas, donec gigas tuus inimicus efficiatur? Sed si vis scire, jam gigas est. Mox enim ut [o] cupierunt filii Dei filias hominum, nati sunt inde [8] gigantes: quod enormis nimium & ultra staturam peccaminum reliquorum gigantis forma est. Ac si quis est fortasse, qui dicat, quia David [p] eam quam adulteravit, etiam in conjugium suæ societatis adsciverit; non est caussa consimilis: hæc enim conjux regis, illa autem uxor militis fuit. Ille utpote homo terrenus, potuit factione subdolæ artis interfici: Rex autem iste cælestis est, cujus uxor corrupta est atque violata. Nequaquam ei passio mortis adproximat, qui non est temporalis, sed æternus. Et tamen David, non præsente Uria Hethæo, quamvis milite suo, quamquam homine terreno, præsumsit sibi concubitum Bethsabee. Nonne, non solum ingerere ei, sed etiam extorquere conatus est [q], ut post cibum potumque quem subdola arte largius jusserat ministrari, domi suæ toroque cubitaret? Tu qualiter vivente viro ac præsente, simul & Rege, quod his majus est, immortali atque perpetuo, concubitum tibi adulteræ vindicabis? Sed fortasse dicas: Agnita stupri caussa, vir ejus eam dejecit ac repulit. Fallis te, frater, quia per prophetam ipse proclamat: [r] *Quis liber repudii matris vestræ, quo eam dimisi?* Et alibi: [s] *Numquid qui cadit, non resurget? aut avertens non convertatur? Quare non pœnitet populus meus a malitiis suis, & detenti in propositione sua maligna, noluerunt reverti ad me?* Ecce propheta [t] ex præcepto Domini meretricem duxit uxorem; & tu dicis animam ad perditionem a Deo esse projectam? Sed nec ego contradico huic conjugio, si potes talem fructum ex hoc matrimonio procreare, qualis processit de Bethsabee atque David, quem Dominus [u] per prophetam [9] *Dirigam*, hoc est, *in verbo Domini*, nuncupavit, qui inter homines dictus est Salomon, hoc est, *Pacificus*, & universi orbis,

a II. Reg. III. 13. seqq. *b* Gen. III. 1. *c* Luc. XII. 20. *d* Heb. XIII. 4. *e* I. Cor. VII. 29. *f* Ibid. ℣. 9. *g* I. Cor. V. 1. *h* Jac. I. 18. *i* Gen. XXIV. 65. *k* I. Cor. V. 5. *l* Exod. XXIX. & alibi. *m* III. Reg. XVIII. 33. *n* Psalm. CXXXVI. 9. *o* Gen. VI. 4. *p* II. Reg. XI. 27. *q* Ibid. ℣. 13. *r* Isa. L. 1. *s* Jer. VIII. 4. 5. *t* Osee I. 2. seqq. *u* II. Reg. XII. 25.

1. Edit. Lugdun. *de scelere tanti nominis*. Conjugium E *Deo auctore concessum esse*, iisdem verbis profitetur in libro *de Fide* num. 5.

2. Ambros. *adulteram*.

3. Ambrosius *de Lapsu Virginis consecr.* v. 21. *Dicet aliquis: Melius est nubere, quam uri. Hoc dictum ad non pollicitam pertinet, ad nondum velatam. Ceterum quæ se spopondit Christo & sanctum velamen accepit, jam nupsit, jam immortali juncta est viro. Et jam si voluerit nubere communi lege conjugii, adulterium perpetrat, ancilla mortis efficitur.* Vide sis *Dissert.* II. Cap. v. & auctorem libri *de Virginitate* olim Basilio M. adscripti num. 39. ad calcem tom. II. Ben. edit.

4. Ambr. sequimur; editi, *refrigeratur*.

5. Ambr *habuerit*.

6. His jungit Ambr. reliqua Paullinæ sententiæ verba, quæ leguntur in fine hujus sectionis, omissa penitus intermedia explicatione Bachiarii.

7. Invito Bachiario suspicor irrepsisse, *aut hircus*. Quin & glossam redolent quæ statim sequuntur: *In uno tamen loco Eliam legimus bovem obtulisse*. Quibus expunctis ita legerem . . . , *peccata. Sed hoc semel tantum hoc uni licuit Salvatori*.

8. Bign. *nati sunt inter gigantes & petram*. Retinent hæc, ni fallor, veræ scripturæ vestigia: *Nati sunt in terra gigantes, & Rephaim*.

9. Ita edit. In Ambr. *Dirigam*. Minus corrupte Eucherius in III. lib. Reg. aliique, *Ididam*. Sed neque nomen hoc significat, *in verbo Domini*, sed *dilectum Domini*. Theodotionis versionem Bachiarius sequitur, quæ ita habet: *καὶ ἐκάλεσε τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰεδιδία ἐν ὀνόματι κυρίου. Et vocavit nomen ejus Jedidia* (dilectum Domini) *in verbo Domini*. Vide Origenis Hexapla a Montfauconio collecta, tom. 1. pag. 333.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



id est, totius hominis tenuit principatum. Talis A filius nascitur ex pœnitentia: talem parturiunt gemitus & lamenta plangentium. Denique ipse beatus David, cum in adolescentia sua cum adultera deprehensus sit, [a] in senectute cum virgine invenitur; ut intelligamus, quia post peccatum longa castitas imitatrix est virginitatis. Sed & tu imitare Davidem, ut quam habuisti in corruptelæ vitio collegam, habeas in pœnitentiæ labore consortem: non ut conjuncti pœniteatis, sed ut separati ab alterutrum, unum opus agendo jungamini; quia fumantem adhuc de incendio titionem, cito vorax flamma comprehendit.

XXII. Ante omnia igitur, frater, nequaquam B in te desperatio inimica crescat, eo quod afferat ille infidelis, lapsum non posse reparari; cum Dominus dicat: [b] *Quia omnia peccata, & blasphemiæ remittentur hominibus; qui autem peccaverit in Spiritum, non remittetur ei.* Ego autem dico, hoc ipsum desperare de Domino, in Spiritum esse peccare, quia [c] *Dominus Spiritus est*; & ideo non remittitur ei, quia non crediderit Dominum reddere sibi posse quæ perdidit. Quid est enim, quod nobis obsistet de venia? Dominus noster omnipotens est. Numquid omnipotenti impossibile est delere peccatum? Dominus noster bonus est; quia [d] *nemo bonus, nisi unus Deus.* Numquid in [1] illa præcipua bonitate & perfecta potest hoc vitium C cadere, ut non audiat deprecantem? Age ergo, amice, consurge; & [e] perdita inter fluctus sæculi mercede atque substantia, velut naufragus [2] ad unam tabulam, hoc est, ad scientiam te divini canonis tene, quæ te adducat ad litus, ubi ait: [f] *Si dereliquerint filii ejus legem meam, & in judiciis meis non ambulaverint: si justificationes meas profanaverint, & mandata mea non custodierint: visitabo in virga iniquitates eorum, & verberibus peccata eorum; misericordiam autem meam non dispergam ab eis, neque nocebo in veritate mea.* De cujus hoc filiis dicitur? Nonne Domini nostri Jesu Christi, quos ecclesiastici fontis uterus & secreti ac perplexi vulva mysterii parturivit; quos D natos Crucis cuna suscepit, Evangelii mamilla lactavit? Vis & scire, quia baptizati, non catechumeni, filii appellantur? Aspice, quod ipse Apostolis suis dixit: [g] *Jam non dicam vos servos, sed* † *filios.* Et tu ergo, si filium fuisse te nosti, hoc est, si apostolicum in te aliquid habuisti, nec sic desperare permitteris. Si vero servi, hoc est, peccatoris usus es semper officio; major tibi detur ad consurgendum audacia: quia ejus qui de humili labitur, levior est ruina; & minoris iracundiæ pondere prægravatus is, qui semper in errore versatus, ad rectam aliquando se convertat †† vitam, quam is, qui post sanctos actus turpiter vixerit, & [h] veterem pannum rudi adsuerit vestimento. Quid vero illud, quod dicit ad ecclesias suas in Apocalypsi, quæ inter fidelium numerum septiformibus candelabris sub custodia angelica [3] comparantur? [i] *Memento, unde cecideris, & age pœnitentiam, & priora opera tua fac: alioquin venio tibi cito, & amovebo candelabrum tuum.* Et in priore parte libri innumerum populum vidisse se dicit [k], qui in tribulatione laverunt stolas suas, & candidas eas fecerunt in sanguine Agni; quos dicit [l] quia Agnus Dei deducat ad vitæ fontes. Quem tamen nos numerum pœnitentium esse sentimus, quia non nisi per tribulationem planctumque salvati sunt.

XXIII. Et tu ergo lava stolam tuam in fonte lacrymarum: [4] fortasse poteris byssum castitatis imitari. Quid si donaverit tibi purpuram, & ut pro nomine ejus succum tui cruoris effundas? Coccum autem abundare tibi poterit, si erubueris in iis quæ antea gessisti. Nec deerit tibi hyacinthus, si [m] livore [5] obcalueris corpus tuum, & in servitutem redegeris. Ac sic cum his coloribus fortasse poteris in tabernaculum Domini misceri quandoque. Hoc, dilectissime frater, tui amore & dolore compulsus, etiam supra vires meas possibilitatemque tentavi. Tu habebis in die judicii duplicem pœnam, si [n] velut aspides surdæ, incantationis nostræ verba respueris; [6] aut spernendum credideris aut rogantis verbum aut monentis consilium aut dolentis affectum. Jesus Christus Filius Dei sublata tibi per invidiam diaboli, in duplum tua bona restituat; sicque reconcilieris Domino, ut etiam pro nobis qui amici tui sumus, intervenire merearis in Domino nostro Jesu Christo. Amen.

a III. Reg. I. 1. seqq. *b* Matth. XII. 31. *c* Joan. IV. 24. *d* Luc. XVIII. 19. *e* Luc. XV. 13. *f* Psalm. CLXXXVIII. 31-34. *g* Joan. XV. 15. *h* Marc. II. 21. *i* Apoc. II. 5. *k* Apoc. VII. 15. *l* Ibid. ℣. 17. *m* I. Cor. IX. 27. *n* Psalm. LVII. 5.

1. Legere ne dubites: *in illam præcipuam bonitatem, & perfectam &c.* Hæc, ni fallor, exstant apud Lactantium, vel alium Bachiario antiquiorem.
2. Edit. Bign. *Naufragus imam tabulam, hoc est, scientiam divini &c.* Gryn. *naufragiis ad imam.* Nos *unam* ad fidem Ambrosiani exemplaris restituimus.
3. Ambr. *ornabatur.*
4. Locum depravatum, luxatumque in veteribus editionibus sanitati reddimus auctoritate codicis Ambrosiani. Mysticam quod attinet colorum explicationem, parum noster recedit ab Origene, qui Hom. IX. in Exod. num. 3. hæc habet: *Bysso* (conferri potest) *virginitas: cocco, confessionis gloria; purpuræ, caritatis fulgor; hyacintho, spes regni cælorum.*
5. Ambr. *obvolveris.*
6. Lege *&.*

† Gr. *φίλυς, amicos.*

†† An *viam*?



LUDOVICI ANTONII MURATORII V. C.

N O T Æ

IN BACHIARII FIDEM.

Pag. 183. *col.* 1. b. *lin.* 1. DEsiderantes.] Gennadius de Script. Eccles. hæc de Bachiarii Apologia refert: *Satisfacit pontifici Urbis adversum querulos & infamatores peregrinationis suæ, indicans se non timore hominum, sed Dei caussa peregrinationem suscepisse, ut exiens de terra sua & cognatione sua coheres fieret Abrahæ patriarchæ*. Quibus postremis verbis ad hoc loci respexit Gennadius. Quamquam fateor difficile hinc posse cognosci, peregrinationem ullam a Bachiario susceptam fuisse.

Ibid. lin. 10. *Numquid rogo.*] Apposite in hanc rem S. Cyprianus scribit lib. de Unitate Ecclesiæ: *Ut Judam inter Apostolos Dominus elegit, & tamen Dominum Judas postmodum prodidit. Non tamen idcirco Apostolorum fides, & firmitas cecidit, quia proditor Judas ab eorum societate defecit.* Sanctus Hieronymus quoque Epist. 22. ad Eustoch. *Neque*, ait, *undecim Apostoli Judæ proditione sunt fracti*. Et contra Vigilantium: *Apostolorum seriem Judæ proditio non destruxit*.

Ibid. c. *lin.* 7. *Nicolao Diacono.*] Hic ille est Nicolaus, qui Apostolorum temporibus in Diaconorum censum cooptatus Nicolaitarum hæresi originem dedit, cujusque mentio est in Act. Apost. cap. 6. num. 5. S. Irenæus lib. 1. cap. 27. advers. Hæreses hæc de illo habet: *Nicolaitæ autem magistrum quidem habent Nicolaum unum ex septem, qui primi ad diaconium ab Apostolis ordinati sunt, qui indiscrete vivunt*. Clemens Alexandrinus lib. 3. Strom., Theodoritus lib. 3. hæret. fabul. Eusebius Cæsariensis, Augustinus, aliique meminere.

Ibid. lin. 11. *Christum Samaritanum.*] Duplici ratione heic explicari Bachiarius potest. Aut enim Christum Samaritanum appellat, quippe qui non raro in Samariæ urbibus versatus fuerit, aut quod illum Judæi convicii ergo Samaritanum vocarent. S. Joan. in Evang. cap. 8. num. 48. *Nonne*, ajebant, *bene dicimus nos, quia Samaritanus es, & dæmonium habes?* Animadvertit autem Augustinus cum in Enarr. in Psalmum 30. tum in Expos. in Evang. Joan. tract. 43. Christum minime se negasse Samaritanum. Sunt ejus verba: *Horum duorum sibi objectorum unum negavit, alterum non negavit; respondit enim, & ait: Ego dæmonium non habeo. Non dixit Samaritanus non sum* cet. Tum silentii rationem a Samaritani vocabulo petit.

Ibid. lin. 12. *Hæresis.*] Utique ab Hæbreorum doctrinis ac institutis quum olim Samaritani desciverint, idcirco hæretici sunt appellati. Philastrius episcopus Brixiensis lib. de Hæres. cap. 7. perversa eorum dogmata refert. Nicetas Choniates in Thesauro lib. 1. cap. 34. hanc gentem ita hæreticis accenset, ut tamen idololatria non carere affirmet. *Quamvis*, ait, *idololatræ revera sint; summa tamen illis, ne tales videantur, cautio est*. Dilucide supra omnes S. Epiphanius rem prodit lib. 1. adv. hæres. ad Samaritanorum hæresim; enarrata enim eorum a Judæis discessione addit: Καὶ αὐτὴ αἵρεσις ἀθετοῦσα μὲν νεκρῶν ἀνάστασιν, ἀποθυμένη δὲ εἰδωλολατρείαν, ἐν αὐτῇ δὲ εἰδωλολατροῦσα κατ' ἄγνοιαν διὰ τὸ ἀποκεκρύφθαι τὰ εἴδωλα τῶν τεσσάρων ἐθνῶν ἐν τῷ ὄρει cet. Ita vertit Petavius vir magnus: *Sed illud huic hæresi contigit, ut dum mortuorum resurrectionem improbat, idololatriamque respuit, in eam imprudens inciderit, quod nationum quatuor simulacra in monte quodam occultata sunt* cet. A lege autem Judæorum ita dissentiebant Samaritani, ut in alienigenarum numero ab illis notarentur. Propterea cap. 17. num. 17. Luc. ipse Jesus de Samaritano illo, qui ex decem leprosis mundatis unus, ut gratias ageret, rediit, sic loquitur: *Nonne decem mundati sunt? & novem ubi sunt? Non erat alius, qui daret gloriam Deo, nisi alienigena iste*.

Ibid. col. 2. a. *lin.* 1. *In Ferepta.*] Emendandus est locus, & pro *Ferepta* scribendum est *Sarepta*. Urbs hæc in Phœnicia apud Sidonem sita olim fuit nostrisque etiam temporibus durat, ni nos recentes geographi fallunt. Plinius lib. 5. cap. 19. *Inde Evhydra, Sarepta, & Ornithon oppida, & Sidon* cet. Viduæ memoratæ historia desumta est ex Evangelio Lucæ cap. 4. ubi ita legitur: *Multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Israel, quando clausum est cælum annis tribus & mensibus sex, cum facta esset fames magna in omni terra; & ad nullam illarum missus est Elias, nisi in Sarepta Sidoniæ ad mulierem viduam*. Uberius autem res describitur lib. 3. Reg. cap. 17. Ævo quoque Hieronymi tum hoc oppidum, tum Eliæ domicilium exstabat; inquit enim S. Doctor Epist. 27. ad Eustoch. in Epitaph. Paullæ: *Beryto Romana colonia, & antiqua urbe Sidone derelicta, in Sareptæ litore Eliæ est ingressa turriculam*.

Ibid. Chananæorum.] Sarepta, uti dictum superius, inter Phœniciæ urbes numerabatur. Phœnices autem Chananæi quoque promiscue appellabantur. Sic Saul modo filius τῆς Φοινίσσης, hoc est *mulieris Phœniciæ*, modo τῆς Χαναανίτιδος, nempe *Chananitidis* in sacris Bibliis dicitur. Mulier quoque illa *Chananæa* quam memorat S. Matthæus cap. 15. 22. a S. Marco cap. 7. 26. *Syrophœnissa* nuncupatur. Hanc rem illustravit erudit. Bochartus lib. 5. cap. 34. Geogr. Sacræ n. 2.

Ibid. c. *lin.* 3. *Novatiani.*] A Novatiano potissimum hæretici isti originem duxere, cui Novatus Afer in errore promulgando suppetias tulit. Eorum autem perversum dogma fuit, nullos qui in idololatriæ crimen lapsi forent, licet pœnitentes in Ecclesiam admittendos. S. Cyprianus cujus temporibus hæc pestis erupit, quique supra omnes in illam dimicavit, hujusce rei testis habetur in Epist. 52. ad Antonianum. S. Epiphanius in Hæresi 59. n. 1. quæ est Catharorum, Novatianos affirmat pœnitentiæ virtutem omnino infirmasse, quum dicerent μετὰ τὸ λουτρὸν μηκέτι δύνασθαι ἐλεεῖσθαι παραπεπτωκότα, *ei qui post baptismum delinqueret, nullam adhiberi posse misericordiam*. Idem tradunt Philastrius cap. 34. de Hæres. aliique non pauci. Huc igitur respexisse Bachiarium crediderim his verbis, in queis tamen aliquem librariorum errorem latere mihi facile suadeo.

Ibid. lin. 8. *Anathemare.*] Hoc est excommunicatione percellere. Ita scriptum in codice nostro. Vox melioribus quidem ignota, sed Bachiarii tempore usurpata. Siquidem observavit Salmasius ad Tertullianum de Pallio in ms. Commonitorii S.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.

Augustini ad Faustum *Anathemare* bis legi. Pro eo *anathematizare* posuerant veteres typographi, sed Clarissimi PP. Benedictini in postrema Aug. editione *Anathemare* scribunt. Faustus quoque Regiensis pag. 18. & 19. editionis 1586. & concilium Toletanum primum contra Priscillianistas hanc vocem nequaquam fugerunt. Vide Clarissimum Virum du Fresnium in Gloss. mediæ, & infimæ Latinitatis.

Ibid. lin. 12. *Sedem Fidei.*] Et hoc Romanæ sedis præconium animadvertisse prætereundo juvat. Scilicet *Petri cathedra Fidei sedes*, & inviolatum religionis tribunal ac sanctuarium nuncupatur. Hæreses quidem vel ex ipsa Urbe eruperunt; nulla vero Ecclesiæ catholicæ caput ac firmamentum appetere valuit, hoc enim Petro luculente Christus spoponderat. Adderem aliqua, immo omnium antiquorum in hanc rem simillima verba, ni plurium scriptorum calamos hic labor occupasset, & flumina quam rivulos petere præstet. Eminentissimi Bellarminus, Baronius, & Sfondratus heic potissimum consulendi.

Pag. 184. *col.* 1. a. *lin.* 1. *Lapso Eutico.*] Rem narrat S. Lucas in Actis Apost. cap. 20. n. 9. *Sedens quidam adolescens nomine Euticus super fenestram, cum mergeretur somno gravi, disputante diu Paullo, ductus somno cecidit de tertio cœnaculo deorsum, & sublatus est mortuus.* Tum addit eum a sancto Paullo vivis restitutum.

Ibid. c. *lin.* 1. *In quibus partibus.*] Heic quidem concilia omnia sunt intelligenda, quæ tum in oriente, tum in occidente adversus hæreticos celebrata fuerant. Potissimum tamen his innui verbis arbitrarer concilium Constantinopolitanum primum, & Aquilejense, quæ anno Christi 381. hoc est ante paucos quam Bachiarius scriberet annos, habita fuere. Illud in oriente, hoc in occidente; illud œcumenicum, hoc vero ex omnibus ferme occidentis provinciis coactum fuit.

Ibid. lin. 8. *Confessio mea.*] Ab ipsis Ecclesiæ incunabulis Christianis omnibus id moris fuit (quod etiam nunc perseverat) ut ante baptismum solemniter Fidei professio emitteretur. De qua re videndi Tertullianus lib. de Pudic. cap. 9. & lib. de Baptismo cap. 6. Cyprianus Epist. 70. ad Januarium, & 76. ad Magnum; Gregorius Nazianzenus Orat. 40. in Sanct. Lavacr. Cyrillus Hierosolymitanus Catech. 1. & 2. Mystag. Epiphanius in Anchorato, & reliqui Patres. Luculentissime autem omnium rem pertractavit Joseph Vicecomes Ambrosiani collegii doctor in erudito volumine de antiquis Baptismi ritibus lib. 2. cap. 23. & seq.

Ibid. d. *lin.* 3. *Qui artifex esse.*] Posceret illustre hoc Bachiarii testimonium, ut Romani pontificis in rebus Fidei statuendis auctoritatem ex antiquorum penu firmarem; is enim Petri successor neque falli, neque fallere Christi ipsius testimonio potest. Sed ad aliorum in hanc rem tractatus uberrimos dimittere consultius duco, ne incongrue libellum parergis onerem. Itaque consulantur Bellarminus de Romano Pontifice, Bzovius eodem tractatu cap. 17. Card. Sfondratus in Gallia Vindicata, aliique innumeri.

Ibid. lin. 10. *Spiritus sanctus Patris & Filii.*] Spiritum sanctum a Patre Filioque procedere, & hinc discere possumus. Si enim Spiritus est Patris ac Filii, ideoque a Patre procedit, quia Patris est Spiritus; utique quum sit & Filii Spiritus, ab isto quoque procedere est dicendus. Tantum autem roboris hæc ratio habet, ut S. Augustinus tract. 99. in Joan. ita loquutus fuerit: *Cur non credamus,*

A *quod etiam de Filio procedat Spiritus sanctus, cum Filii quoque ipse sit Spiritus?* Idem repetit lib. 15. cap. 17. de Trinit. Spiritum itidem Filii esse nos docuit Cyrillus Alexandrinus in Epist. ad Reg. relata tom. 1. cap. 6. Concilii Ephesini: cui adde Epiphanium in Anchorato, & quæ ego animadverti ad Nat. XI. S. Paullini tom. 1. Anecd.

Ibid. col. 2. a. *lin.* 5. *Dicendo, Non ascendes.*] Divinare mihi non videar, si proposita Bachiarii verba ad celebrem *disciplinam arcani* referenda esse pronuntiem. Etenim heic secundum antiquorum morem mirandum Eucharistiæ sacramentum proponitur, sed sub verborum involucro & nube. Ecquid sane est *Altare, unde vitalis cibi partici-*


B *pantur alimenta*, nisi sacrosanctum dominici corporis sanguinisque sacramentum? Nempe consuevere Veteres dogmata quædam ritusque ecclesiasticos occultare, ne infidelium ludibrio sacra exponerentur, Christi mandatum sequuti: *Non esse dandum sanctum canibus, nec margaritas projiciendas esse ante porcos.* Quin ipsis catechumenis ecclesiastica quædam mysteria occultabantur, ejusque rei fidem facit S. Aug. tract. 96. in Joannem: *Catechumenis*, inquit, *sacramenta fidelium non produntur.* Præcipuum vero ex iis capitibus quæ reticebantur, fuit incruentum sacrificium altaris, utpote quod ethnicorum rudiumque in fide hominum intelligentiam superet. Possem hoc sexcentis proba-

C re exemplis, nisi eruditis præsto forent C. V. Emmanuelis a Schelstrate Vaticanæ olim bibliothecæ præfecti edita in hanc rem volumina, ubi *disciplina arcani* egregie proponitur validiusque confirmatur. Illius quidem laborem Wilhelmus Tentzelius vir eruditus deprimere editis libris conatus est, at quali successu jam doctis est animadversum. Satis igitur Bachiario fuit tantum sacramentum dumtaxat designare, illudque *rerum sublimium altam cognitionem* appellare, ne publicus libellus in ethnicorum manus fortasse delapsus mysterio venerabili periculum pareret. Propterea inferius de animæ origine loquens, altaris injecta mentione hæc ait: *Basis altaris velut quædam radix profunditatis est,*

D *cujus secreto etiam rationem animæ jungamus.* Vides ex nostro auctore tum animæ originem, tum sacramenti venerandi institutionem ad *arcani disciplinam* spectare. Sed hæc satis superque & ex mera conjectura.

Ibid. b. *lin.* 13. *Incaute Sp. S.*] Tertiam Trinitatis personam incaute dici *ingenitam* Bachiarius affirmat, ejusque ratio validissime profecto mihi videtur; evitandum enim est, inquit ille, *ne duo ingeniti, aut duo Patres ab infidelibus æstimentur.* In symbolo tamen quod S. Athanasio adscribitur, atque ab Ecclesia catholica adoptatum fuit, hæc ita leguntur: *Spiritus sanctus a Patre & Filio, non factus, nec creatus, nec genitus, sed procedens.*

E Si *non genitus* est Spiritus, ergo *ingenitus*, ac idcirco stat contra Bachiarium Ecclesia. Et re vera unum Verbum vocari posse *genitum* tum a Joanne in Evangelio cap. primo, ubi *unigenitum* bis appellat, tum a symbolo Apostolorum & a plerisque patribus docemur. Igitur Spiritus dici nequit *genitus*, & contra *ingenitus* dici poterit. Verum recte sensisse Bachiarium, ni mea me fallit opinio, evidenter ostendam. Itaque primum animadvertamus oportet, *ingeniti* vocem ita Patris esse, ut tamquam ejus proprietas personalis apud scriptores antiquos haberetur. Eusebius Cæsariensis cap. 19. lib. 2. Actor. Concilii Nicæni a Gelasio Cyziceno collectorum hæc habet: εἷς ἀγέννητος ὁ Θεὸς καὶ Πατήρ. εἷς καὶ ὁ γεγεννημένος ἐξ αὐτῦ μονογενὴς υἱὸς



Θεὸς λόγος. *Unus ingenitus Deus & Pater. Unus ex eo genitus unigenitus Filius Deus Verbum.* Addit: ὥσπερ οὖν οὐκ ἔστι συναγέννητος τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ Θεὸς ἕτερος, οὕτως οὐδὲ συγγεγεννημένος. *Sicut igitur non est alter Deus cum Deo & Patre ingenitus, ita neque congenitus cet.* Idem etiam animadvertit S. Thomas contra error. Græc. Opusc. 1. cap. 8. Idcirco vetustus auctor Quæstionum quæ S. Athanasio tribuuntur, quæst. 5. *ingeniti* agnomen proprium unius Patris vocat: Ἴδιον τοῦ μὲν Πατρὸς τὸ ἀγέννητον, τοῦ δὲ υἱοῦ τὸ γέννητον, τοῦ δὲ ἁγίου πνεύματος τὸ ἐκπορευτόν. *Proprium Patris est ingenitum esse, Filii vero genitum, at Spiritus sancti procedere.* Neque aliter loquuntur S. Athanasius in Epist. ad Serapionem, Nazianzenus in Orat. 23. in laudem Heron. prope finem, Isidorus lib. 7. Etymol. cap. 4. §. 1. Anselmus in Monolog. cap. 54. a med. aliique patres; inter quos Augustinus lib. 15. de Trin. cap. 26. ait: *Pater solus non est de alio, ideo solus appellatur ingenitus*: quod alibi repetit. Rectissime igitur animadvertit Bachiarius Spiritum sanctum incaute *ingenitum* vocari; illud enim vocabulum proprium amplius non foret Patris. Aliud autem est Spiritum dicere *non genitum*, aliud *ingenitum* appellare. Primum Ecclesia ipsa usurpat, alterum vix patitur, ne duo *ingeniti*, duoque idcirco Patres esse videantur. Hæc est Bachiarii ratio, eademque est quam S. Augustinus sequitur Serm. 58. de temp. qui est 3. infra Oct. Epiph. *Spiritus sanctus*, ait ille, *nec ingenitus, nec genitus alicubi dicitur; ne si ingenitus diceretur, sicut Pater, duo Patres in sancta Trinitate intelligerentur; aut si genitus diceretur, sicut Filius, duo itidem Filii in eadem æstimarentur esse sancta Trinitate.* Auctor quoque anonymus libri de Trinit. & Unitate Dei cap. 1. tom. 4. operum S. Augustini ait: *Spiritum sanctum neque ingenitum, neque genitum Fides recta declarat; quia si dixerimus ingenitum, duos Deos affirmare videbimur* cet. S. Gregorius Nazianzenus Orat. 50. De Fide Nicæna: *Spiritum*, inquit, *sanctum Deum, non ingenitum, neque genitum, veneramur.* Et Orat. 26. col. 3. fatetur: Πνεῦμα ἓν ἐκ Θεοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχον, παραχωροῦν Πατρὶ μὲν ἀγεννησίας, *Spiritum ex Deo substantiam habentem, hoc solo nomine Patri cedentem, quod non ingenitus sit.* Idem repetit aliis in locis laudatus Doctor, & post hos omnes concilium Toletanum undecimum in Profess. Fidei ita Patrem *ingenitum* profitetur, ut dicat *Spiritus sanctus nec ingenitus, nec genitus creditur; ne aut si ingenitum dixerimus, duos Patres dicamus* cet. Hinc est quod Ruiz eruditissimus vir e S. I. in comment. ad S. Thomam de Trinitate disp. 52. sect. 3. & 8. sentiat: *Simpliciter loquendo Spiritum sanctum non esse ingenitum.* Hunc ibidem consule, & præterea Vasquez tom. 2. in primam partem S. Thom. disp. 140. patebit quam prudenter in hanc sententiam Bachiarius iverit.

Ibid. c. lin. 9. A Patre procedens.] Spiritum sanctum a Patre procedere, Bachiarius affirmat, & nihil de Filio habet. Scilicet eo tempore nondum hæreses exortæ fuerant, quæ Ecclesiam ad hanc definiendam quæstionem compellerent, uti sequentibus sæculis factum. Synodus Constantinopolitana prima, seu œcumenica secunda in symbolo vulgato Spiritum a Patre procedentem vocarat, nil autem de Filio cogitavit. Hoc symbolum tota diu Ecclesia custodivit, quale a concilio acceperat; scriptoresque catholici idcirco absque nota processionem Spiritus sancti a Filio reticebant tantum, non

A infitiabantur. Sequuta sunt deinde tempora, quibus occidentalis Ecclesia particulam *Filioque* symbolo addendam prudentissime censuit. At de hac re infra mihi sermo recurret, ubi de Symbolo *Quicumque* agam. Vide etiam, quæ adnotavi ad versum 139. Nat. XI. S. Paullini tom. 1. Anecdot.

Pag. 185. col. 1. a. lin. 8. Virginem quoque.] Helvidii hæresis ejusque impia in Mariæ Virginitatem dogmata cui nota non sunt? Sub sæculi quarti finem famosus hic nebulo vixit, quo eodem tempore Bachiarium nostrum scripsisse, in Prolegomenis non sine ratione affirmavi. Illud etiam hinc probari aliquantulum potest: nullum enim alium hæreticum præter istum noster commemorat, cujus
B rei caussam hanc unam suspicor, nempe quod hæreses propiores magisque præsentes apertiori refutatione indigere, quam longe ante damnatas is arbitraretur. Ceterum Helvidianas blasphemias præclarissimo libello Hieronymus excepit, ubi *perpetuam Virginitatem B. Mariæ* illustribus argumentis tuetur. In hanc eamdem arenam descendit Epiphanius hæresim Antidico-Marianitarum recensens; quin prolixam in eosdem hæreticos Epistolam scripsit, quam ibidem legere est.

Ibid. lin. 11. Carnem quoque.] Hæc quidem verba in Origenem prolata esse videntur; hic enim pluribus in locis, & præcipue lib. 4. de Resurr. & in Expositione primi Psalmi, & in Stromatibus pro-
C priam carnem qua homines in vita sunt usi, extremo judicii die non resurrecturam affirmavit. Mihi tamen propiora Bachiario tempora heic significari creduntur; siquidem sub sæculi quarti finem Joannes Hierosolymitanus episcopus eosdem Origenis errores recoquens, caussam SS. Epiphanio ac Hieronymo præbuit pro catholica veritate scribendi. Egregia admodum hanc in rem videnda est ejusdem Hieronymi Epistola 61. ad Pammachium *adversus errores Joannis Hierosolym.* Hunc vero episcopum infra tacito nomine designari arbitror, quum Bachiarius ait: *Neque, ut quidam absurdissime, aliam carnem pro hac resurrecturam dicimus.*

Ibid. c. lin. 13. Si autem quæritur.] Eminentissimus,
D & clarissimus Card. Norisius in Vind. August. cap. 4. §. 3. quæstionem hanc ita occupavit, ut alia addi omnino nequeant. Pauca ex eodem libabimus. Certum est per plura sæcula vel patrum præstantissimos in origine animæ assignanda ancipites hæsisse. Et sane divini scriptores Augustinus ac Hieronymus, hac per Epistolas varias quæstione agitata, nihil certi statuere potuerunt. Consulantur hujus Epistola ad Marcellinum, & Apologia contra Rufinum; illius vero Epistolæ ad Hieronymum & ad Optatum, librique quatuor *de origine animarum*, in quibus tamen rem dubiam utrique fatentur. S. Eucherius in cap. 3. Genesis, Pomerius in lib. de anima, Africani patres sec. VI. in Epist. synod.
E ex Sardinia Byzantium missa, S. Fulgentius lib. 3. de verit. prædest. & gratiæ, ad eumdem scopulum hæsere; & postremus iste cap. 18. Augustinum, quod ea de re dubitarit, maximis effert laudibus, & caput vigesimum his claudit verbis: *Quanto ergo melius ab hujus quæstionis certamine temperamus, in qua nos inaniter laborare cognoscimus, præsertim quia quod a sanctis viris majoribus nostris videmus minime definitum, oportet nos tanto cautius atque temperantius quærere, quanto ad ejus finem illos præclaros viros cernimus minime pervenisse.* Cassiodorus quoque lib. de anima cap. 14. Gregorius Magnus lib. 7. Epist. 53. in eadem fuere dubitatione: quin S. Isidorus Hisp. episc. lib. 2. de Offic. Eccl. cap.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 420.



23. inter alias sententias, quas *de fide* tenendas proponit, hanc inseruit: *Quod incerta sit animæ origo.* Alios auctores etiam ævi sequioris congerit laudatus cardinalis Norisius in præclarissimo Opere superius memorato. Nemo igitur mirabitur adeo dubium in hac sententia stetisse Bachiarium.

Ibid. a. *lin.* 14. *Sed nec illi &c.*] Animas a Deo in singulorum hominum conceptione creari, veteres patres sensere; eademque sententia, ut docet eminentissimus cardinalis Norisius in Vindiciis Augustin. cap. 4. §. 3. usque ad Pelagianæ hæresis tempora potiorem auctoritatem obtinuit. Quum vero exinde illud argumentum hæretici promoverent, nempe animas, si a Deo creentur, non posse cum peccato produci; tum S. Augustino, tum præstantissimis patribus alia sententia placuit, qua animæ ex anima parentis traduci ac propagari censebantur. Tantum autem roboris Augustini verba sibi conciliarunt, ut pluribus post illum sæculis scriptores sanctissimi de origine animæ dubitarint, donec Scholasticorum opinione prævalente, & animarum traduce antiquato, earumdem creatio in Ecclesia communis evasit. Id ex pluribus Augustini locis patet, & præsertim lib. 10. de Gen. cap. 23. Epist. 28. ad Hieron. ac Epist. 147. &c. Igitur hinc etiam tempus, quo Bachiarius scripsit, eruere nobis aliquantulum licet: si enim iis temporibus quibus ille hanc Apologiam conscripsit, Pelagii deliramenta Christianam rempublicam occupassent; utique sententiam illam qua animas ex traduce in nos devenire censuerunt viri doctissimi, quamque catholicis dogmatibus, Augustino præeunte, altius favere crediderunt, sibi minus probari non dixisset.

Ibid. c. *lin.* 2. *Diabolum non ita.*] Heic insanum Manichæorum dogma refelli patet. Siquidem hi inter cetera deliramenta, quibus perniciosissimam hæresim in orientem invexere, hoc quoque pronuntiarunt, nempe *diabolum ab origine malum nequaquam fuisse.* Audiatur S. Epiphanius Hæres. *66.* quæ est de Manich. num. 16. ubi hanc eorum opinionem refutans, ait: *Αμα δὲ καὶ περὶ διαβόλου ὅτως διαληπτέον, οὐκ ἀπὸ κτίσεως φυσικῶς κακοῦ κεκτημένου, ἀλλὰ ἑαυτῷ μετὰ χρόνον τὸ ποιεῖν κακὸν ἐφευρημένου. De diabolo quoque sic habendum est, eum minime ab origine ipsa neque conditione malum extitisse, sed aliquanto postea tempore malum quod faceret, excogitasse.* Hoc idem infra num. *62.* pluribus probat. Neque solis Manichæis insana hæc opinio placuit, verum etiam Priscillianistis, qui omnium hæresum contagia in unum coegere. Leo magnus Epist. *93.* ad Turibium Asturicensem episcopum cap. *6.* horum errorem ita designat: *Sexta annotatio indicat eos dicere, quod diabolus numquam fuerit bonus, nec natura ejus opificium Dei sit, sed eum ex Chao & tenebris emersisse; quia scilicet nullum sui habeat auctorem, sed omnis mali ipse sit principium atque substantia: cum Fides vera quæ est catholica, omnium creaturarum sive spiritualium, sive corporalium bonam confiteatur substantiam, & mali nullam esse naturam; quia Deus qui universi*

A *est conditor, nihil non bonum fecit*, cet. Videndus hac etiam de re S. Cyrillus Hierosolymitanus Cathec. 2. & Coccius lib. 4. artic. 5. Tom. 2. Damnatus autem hic error antiquitus fuit in vetustissimis Capitulis contra Manichæos, quæ post Bachiarii opera subjeci, ibi enim sic legitur: *Si quis hujus mundi principem, hoc est diabolum, & tenebrarum globum asserit procreatum, & non a Deo bonum Angelum factum, & propria postremum perversitate mutatum, anathema sit.*

Pag. 186. a. *lin.* 6. *Sed ab his ad tempus &c.*] Sanctum jejunii usum Jovinianus, cujus tempore Bachiarium vixisse crediderim, improbare est ausus, eique se catholica statim opposuit Ecclesia. Hieronymus vir B sanctissimus, cui omnium primo hanc hæresim jugulare contigit, hæretici errores duobus libris excepit, in quorum altero pluribus de jejunii utilitate agit, ubi etiam erudite probat *omnem creaturam Dei quæ ad usus ciborum a conditore concessa est, bonam esse*, uti Bachiarius ait; quod tamen inscite Jovinianus negabat. S. Augustinus ad Quodvultdeum lib. de Hæres. num. 82. de Joviniano loquens, ait: *Hic omnia peccata, sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lavacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse jejunia vel a cibis aliquibus abstinentiam.* Vide S. Ambrosium in Epist. 82. ad Vercell. Gennadium in Fidei profess. &c.

C *Ibid. lin.* 13. *Conjugia.*] Altera hæc fuit Joviniani hæresis, nempe conjugia sacro Virginitatis voto æquare. S. Augustinus loco supra citato addit: *Virginitatem sanctimonialium, & continentiam sexus virilis in sanctis eligentibus cælibem vitam, conjugiorum castorum atque fidelium meritis adæquabat; ita ut quædam virgines sacræ provectæ jam ætatis in urbe Roma ubi hæc docebat, eo audito nupsisse dicantur.* S. Hieronymus quoque lib. 1. contra Jovinianum hanc ejusdem proponit hæresim: *Dicit virgines, viduas & maritatas, quæ semel in Christo lotæ sunt, si non discrepant ceteris operibus, ejusdem esse meriti.* Gennadius Massil. in Profess. Fidei, quæ in Append. ad Tom. 3. S. Augu- D stini edita est, num. 68. similia habet: *Sacratæ Deo virginitati nuptias coæquare, aut pro amore castigandi corporis abstinentibus a vino vel carnibus, nil credere meriti accrescere, non hoc Christiani, sed Joviniani est.*

Ibid. col. 2. a. *lin.* 13. *Jejunia.*] Egregiam Disquisitionem de veterum Christianorum Jejuniis vide apud C. V. Cabassutium in Notit. sec. 2. Jejunii autem vera ratio non in eo solum sita erat, ut a cibis & comissationibus Christiana gens abstineret; verum etiam, ut se reliquis voluptatibus subduceret. Qui pius mos apud veteres patres non raro descriptus reperitur, & præcipue apud sanctum Maximum, S. Leonem, aliosque veteres patres. De Jejuniis elegantissimum tractatum edidit clarissimus P. Thomassinus. Vide vero Disquisitionem meam *de Jejuniis trium & quatuor Temporum*, quam ut hunc locum illustrarem in hoc libro invenies.

CONSULTATIONUM
ZACCHÆI CHRISTIANI
E T
APOLLONII PHILOSOPHI
LIBRI TRES.

ACCESSIT

ALTERCATIO
INTER THEOPHILUM CHRISTIANUM

E T

SIMONEM JUDÆUM:

AUCTORE EVAGRIO QUI SUB INITIUM SÆCULI V. FLORUIT,

Ex ms. codice Vindocinensi.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.



[1] CONSULTATIONUM ZACCHÆI CHRISTIANI ET APOLLONII PHILOSOPHI

LIBRI TRES.

INCIPIUNT [2] CAPITULA LIBRI I.

PRÆFATIO.

A Apud quosdam contradictio gentilium, quia sit ab omni vera sapientia exclusa [3], exsul & vacua, spernenda potius videtur esse quam refellenda; cum in contemtu ejus fastidium inutile; in informatione autem duplex bonum sit, quod & religio nostra, sicut est sancta [4] & simplex, omnibus intimatur: & solent edocti * credere quod spreverint nescientes. Visum est ergo rem magnam licet tenui stilo condere, & clarius quidem a multis, sed sparsim dicta in corpore quodam credulitatis aperire; atque introducta sciscitantis respondentisque persona paullatim consultationes de contradictionibus facere. Itaque ne sibi velut absenti præjudicatum gentilitas quæreretur, & ut ille ait, ne *inquam & inquit*, sæpius interponeretur, placuit gentilitatis adhibere Philosophum, qui in præfatione propositionis suæ dum de crudelitate nostra arrogantius disputat, breviter quid credere debeamus exponit: membratim postea perscrutans omnia, subcrescentibus interrogationum caussis Fatum homini non esse cognoscet: de quo præcipue ob Mathesim aliquantisper resultans, sicut de ceteris, ad extremum Fidei manus dabit. Noster vero in expositionem venerandæ religionis sensim leniterque descendens, ex multis atque inenarrabilibus pauca & summa perstringet, rationem quæ sola ab hujusmodi disputatoribus quæritur, sicubi terrenis intellectibus deest, Fidei spiritualiter commissam demonstrans, rerum indiciis non soliditatibus moraturus, quoniam admotum cæcis oculis lumen si splen- B dore non cernitur, calore sentitur.

1. *Consultationum.*] In ms. codice S. Martialis Lemovic. sic legitur: *Altercatio Apollonii philosophi cum Zacchæo Christiano.* Sed veram esse inscriptionem quam edidimus, vel inde liquet, quod auctor ipse in præfat. *Consultationum* voce utitur: *Paullatim consultationes de contradictionibus facere.*

2. *Incipiunt*] Quæ sequuntur capitula, exscripta sunt ex codice Lemovicensi; nam in editis heic deerant. Ea vero Zacchæi non esse ex stili dissimilitudine conjicio.

3. *Exclusa*] Hanc vocem quæ in aliis mss. deerat, restituimus e codice Lemov.

4. *Sicut est sancta*] Ita in cod. Vindoc. nam in editis legebatur, *sit sancta*, nullo sensu. Infra, *edocti* ex eodem cod. & e Lemov. reposuimus, ubi editum erat *eo docti*.

† *Neglectis*] An *necatis*?

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.

CAPUT I.

Apollonius Phil.

IN tempore, [1] Zacchæe, te mihi & his qui adſunt, opportunitas præſtitit, ut quæ olim abuſive præloquebamur, nunc libere proferre liceat & probare. Omnes enim religionum ſectas, & univerſos ſacrorum ritus rationabilibus manaſſe primordiis facile intelligas, ſi diligenter inquiras: veſtræ autem credulitatis ſecta ita ſuperflua & irrationabilis eſt, ut mihi non niſi per ſtultitiam recipi poſſe videatur. Quid enim tam abſurdum, & ab humana ratione tam diſcrepans, quam ut Chriſtus B quem Dei Filium dicitis, Deus & homo pariter idemque credatur? Conceptum ſine ſemine virgo pariat? Deus naſcatur ex femina; per conſequentes poſtea ætatum gradus terreni actus humilitatem cognoſcat, ſentiat, patiatur & perferat? fixus deinde cruci mortem adeat, atque ad extremum mortuus a ſe ſuſcitetur? Nec ſufficit hujus perſuaſionis auctoribus tam ſtultæ traditioni [2] aggregare conſenſum, niſi & immortales gentilium deos faſtidioſa infeſtatione condemnent. Vigentem * præterea æternitate ſua mundum velut temporarium brevemque deſpiciant; ſibi ſine Fati ullius conſtitutione degentibus [3] poſt reſurrectionem corporum mortuorum immortalitatis beatitudinem pollicentes. Cujus ob- C ſervantiæ rationem (ſi tamen ratio dicenda eſt, hominum ſtulta perſuaſio) reddere potes vel audes, cum [4] præſentium examinatione demonſtra; ut aut convictus ab errore diſcedas, aut me, eadem conditione ſuperatum, traditioni tuæ concilio teſte conjungas.

Zacchæus Christ.

Audere quidem quivis facile poteſt verum, [5] & de Deo proferre, ſi tamen quidquam ex divinis veſtræ ſapientiæ congruum, taliſque juſtitiæ [6] non abhorrens poſſit expromi: veſtræ enim ſententiæ eſt, ſapientem nihil opinari, nihil credere, non D falli, ſed * per ſe omnia ſcire, & occulta atque ignorata non perpeti, nec majorem creatori poſſibilitatem facere, quam creaturæ, æque de Dei ſenſu atque hominis judicare: & præcipue adverſum Chriſtianos hanc diſputationis intentionem tenere: unde hæc quoque collectio tua cœpit quod prius damnaveris, poſtea velle cognoſcere.

CAPUT II.

Apollonius Phil.

FAcilitas me veſtræ credulitatis, & contra totius mundi rationem legemque naturæ ſuſcepta E A confeſſio vehementius loqui, & diſtrictius diſſerere coegit. Verumtamen ſi eſt reſpondendi fiducia, hanc primum mihi fidem pande, quomodo Chriſtum videri Deum vel Dei Filium vultis, quem poſtea & hominem non negetis: cum utique aut Deus aut homo debeat prædicari, quia omnium intellectibus patet, alterum fieri poſſe, ſimul utrumque eſſe non poſſe.

Zacchæus Christ.

Veſtrarum argutiarum eſt iſta ſubtilitas, quod credi nolitis recepta primum parte deſtruere, & ad hoc exiguis manus dare, ut integra ſubruatis. Unde maxime ad vos ſilentium præſtat; quia cum B ſit levior culpa non deferre * quam lædere; vos nec credere in Deum [7] vultis, & loqui ſine ejus injuria non poteſtis.

CAPUT III.

Apollonius Phil.

AT ego horum tractatuum collationes ſemper prodeſſe dubitantibus credo, & quibuſdam inquiſitionum rivis ad veritatis fontem veniri [8] expertus affirmo; ac propterea * univerſarum ſectarum eſſe doctrinas, ut audiendo intelligas quod ante neſcieris: facilius enim, ſi ratio ſupperat, credi C audita poſſunt, quam inaudita cognoſci. Qua de re, ſi dignum eſt, ſpeciatim pande propoſita, ne in vacuum certantibus nobis, hi qui præſentes ſunt non ſperato intellectu, ſed faſtidio compleantur.

Zacchæus Christ.

Dignum plane eſt cæleſtium conſiliorum ſacramenta cognoſci; & tam ſimplex de Chriſti divinitate atque elucens per ſe veritas eſt, ut eam licet digne nemo eloqui poſſit, quivis tamen facile intelligat, ſi voluntatem exhibeat crediturі: qua in re etiam ego qui ſum Chriſtianorum minimus, non reticerem, niſi per legem talium altercationum D occaſiones vitare præciperer. Ubi enim nullus profectus eſt, conflictus inhibetur. Unde ſi diſputare tantum & convinci impune niteris non crediturus, Epicureos ac Platonicos, ceteraque ſimilium ſectarum oſtenta perquire. [a] *Nos talem conſuetudinem non habemus.*

CAPUT IV.

Apollonius Phil.

OMiſſa iſta hæc facito, nequaquam a propoſita conditione diſcedens, ut eum ſcilicet altera pars ſequatur, qui hiſdem audientibus in fine ſupe- E raverit. Et quia, ut vere dicis [9], pro religione

a I. Cor. xi. 16.

1. *Zacchæe, te mihi*] In cod. S. Arn. *Apollonius dixit: Zacchæe:* ſed duo priora verba melius abſunt: in editis legitur, *ut mihi*, male: in cod. Vindoc. *te mihi*, bene.

2. *Tam ſtultæ traditioni.*] Sic in cod. S. Arn. & quidem haud paullo melius quam quod in textu legebatur, *rationi*. Infra, ex cod. Vindoc. ſcripſimus *Vigentem*, ubi editi habent *Vincentem*. In Lemov. paullo ſuperius *niſi & ut mortales*, meo quidem judicio, male.

3. *Degentibus*] Ita in cod. Vindoc. in editis, *de gentilibus* fœdo librarii errore.

4. *Cum præſentium*] Lectionem hanc cod. S. Arn. in textu collocare placuit, ubi *eam præſentium* legebatur: in cod. Vindoc. *eum*, haud ita longe a vera lectione.

5. *Verum, & de*] Ita reſtituimus e cod. Lemov. in quo *audere*, & e Vindoc. in quo cetera ſequuntur ſic, ut edita vides. In editis, *audire quidem quivis facile poteſt, & de Deo verum*.

6. *Taliſque juſtitiæ*] In cod. Vindoc. & Lemov. *talique*. Haud ita multo poſt, ubi *ſed per ſe omnia ſcire*, in Vindoc. vocula *ſed* abeſt.

7. *Nec credere in Deum*] In alio cod. *vos non credere vultis in Deum*: qua de cauſſa propoſitionem *in* repoſuimus, quæ in textu deerat. Supra, *non deferre honorem*, lego.

8. *Fontem veniri*] Haud dubium quin ita legendum ſit: nam quod in editis habetur, *venire*, ferri non poteſt. Paullo infra in cod. Vindoc. *propterea*, emendate: in priori editione, *præterea*, male.

9. *Ut vere dicis*] Sic in Lemov. qui deinde addit *ac pene*, fortaſſis *ac bene*. In editis; *Et quia vere, ut ipſe dicis*.

loqui nemo oneri juste reputat, membratim univer- (A) sa dicturus de Christo, primum evidentem pande rationem, ut si Deum vel Dei Filium probare potueris, ceteris quæ ab eodem gesta aut gerenda memoratis, facilius acquiescam; nec me pigebit libere credere quod dii non potuerint prohibere.

ZACCHÆUS CHRIST.

Et ego per ipsum credo, [a] quia [1] excitare sibi incolas etiam ex lapidibus potest, te a gentilitatis errore facile posse deduci, si eum cujus majestatem vel conscius negligis, vel ignorans requiris, deposito falsæ sapientiæ supercilio confestim, ubi rebus agnoveris, corde non renuas: ecce enim munitum (B) Christi fide loquentem dii tui audient, nec prohibebunt. Sed te miror formam totius scientiæ præferentem, an sit Deus Christus vel Dei Filius dubitanter inquirere, qui non nescias etiam vestrorum auctorum volumina testari ejus divinitatem, & crucem quam irrideris proferre [2]; ex quibus interim duorum exempla nunc proferam. Plato enim [3], quem doctissimum ac sapientissimum perhibetis, cum de revelanda Christi majestate loqueretur, his verbis etiam signum illius intimavit, futurum adstruens Deum, cujus signum circumrotundatum & decussatum est. Sibyllæ perinde prædivina, ut asseritis [4], carmina proprietatem sancti nominis personarunt * cum dignitate naturæ: hæc (C) eadem Deum postea uno versu [5] crucemque signavit, quam vos multis disputationibus refutatis, prædictum poema ita ponens:

Felix ille Deus, ligno qui pendet ab alto.

Vide distantibus quidem verbis, expressam tamen utriusque confessionem. Ille futurum designat, quia manifestandum in homine sentiebat: hæc felicem eum vocat, quia divinam prævidet in hominis fragilitate virtutem, & in ejusdem hominis morte victoriam. Quos tamen non idcirco consequi convenit, quia his velut per somnium veram sapientiam loqui aliquando permissum est; neque ut gentilitas meruisse ex Deo præscientiam videretur, sed ut Deum (D) Christum ac Dei Filium etiam vestri loquerentur auctores, qui cum pæne in omnibus falsi sint, in hoc [6] probabiliter erraverunt.

C A P U T V.

APOLLONIUS PHIL.

BEne quidem utriusque dictorum ad tempus reminisceris: sed quia probandi libertas est, præcedentem sententiam tuam pari liceat sermone cohiberi; quod hi quorum auctoritas recipi in omnibus (non) debet [7], in hoc forte humaniter erraverunt. Unde si vere Christus Deus vel Dei Filius (E) est; non veterum tantummodo litteris, sed præsentibus edoceri debet exemplis.

ZACCHÆUS CHRIST.

Quam iniqua est gentilis persuasionis intentio! cum pro se asserit, suis utitur; cum revincitur, nec suis credit. Non est tam inops fidei nostræ aut egena defensio, ut in sui probatione externis tantum testimoniis innitatur, nec quod intra se est, foris quærit. Audi immundos dæmoniorum spiritus, quæ vestra sunt numina, sub hujus vocabuli invocatione conteritos Christum Deum & Dei Filium non negare, ac velut reos cum tormenta sæviunt quæstionum, non quod placeat, dicere; sed quod extorquetur, fateri; & si credulitati nostræ & fidei derogatis, diis saltem vestris credite; aut si alterius pudor non est, negent homines quod etiam dæmones confitentur.

C A P U T VI.

APOLLONIUS PHIL.

QUid mihi varia dæmonum pro omni ratione commenta, & volubilem incertorum spirituum pro tota fide [8] niteris objectare sententiam? Si vobis hæc sola probatio est, ad prædictorum auctoritatem honestius recurreris.

ZACCHÆUS CHRIST.

Æquum esset vestrorum vos primum testimoniis credere; deinde invitam dæmonum confessionem non levi æstimatione pensare: quia nisi invisibilibus cruciatibus agerentur, libere utique pro se facilius dicerent, quam semper contra se mentirentur. Sed cum in re omni inæstimabiles sint divitiæ Dei; maxime in honore sui nominis approbando provocandisque ad fidem hominibus, majestas vera [9] diffunditur. Unde si hæc parva sunt, inaudita curationum remedia succedunt, & inenarrabilia Dei etiam in mortuos porrecta beneficia. Jubente itaque Christo [b] cæci illuminantur, auditus redditur surdis, claudi ambulant, mundantur leprosi, mortui suscitantur. Quæ si ab eodem gesta non creditis, fieri ab hominibus in nomine ejus aut facta cognoscite; qui utique si Dei Filius aut Deus non esset, vel falso induisse hominem crederetur, nec invocatus assisteret, nec profutura indigentibus signa præstaret; quia aperte intelligi potest nec Deum acquiescere mendacio, nec homines per mendacium signa posse promereri.

C A P U T VII.

APOLLONIUS PHIL.

VIderentur hæc a fide non abesse quæ loqueris, si credulitatem sequentia mererentur: nam ut alia interim taceam, veniendi ad terras Deo quæ ratio aut necessitas fuit?

a Matth. III. 9. b Matth. XI. 5.

1. *Quia excitat*] In cod. Vindoc. *qui excitare*, fortasse melius.
2. *Proferre*] In cod. S. Arn. *præferre*.
3. *Plato enim*] Cum eum locum in Platone quæsissemus, hoc reperimus in x. lib. de Legib. scriptum, motum sphæricum sive in orbem, Menti a qua omnia condita sunt ac reguntur, esse simillimum. Quod quidem absurdum esse nemo non intelligit: sed nescio an non id absurdius sit, quod illic nonnulli veteres Christiani crucis Domini mentionem a Platone fieri conjecerunt.
4. *Ut asseritis*] Vera hæc est codd. Vindoc. & Lemov. lectio; nam ea quam editi præferunt, *ut assentis*, ab errore immunis non esse videtur, quippe ex qua concludi posset Zacchæo ipsi Sibyllæ carmina divina visa esse.
5. *Uno versu*] Sic in cod. S. Arn. in textu, *uno verso*, pessime. Superius, *personarunt*, reposuimus, cum antea *personarint*, legeretur; ac belle omnia distinximus.
6. *In hoc probabiliter*] In Vind. *etiam in hoc*. Cujus erroris hic vel Platonem, vel Sibyllam insimulet, haud satis scio; nec multum dubito, quin in verbo *erraverunt*, librarius erraverit.
7. *In omnibus non debet*] Particulam negationis quæ e codd. omnibus exsulabat, restituimus, ut sententia constaret.
8. *Pro tota fide*] Mallem *pro tua*, si codices faverent.
9. *Majestas vera*] In editis *majestatis*, male: in codd. Vind. & Lem. *majestas*, bene.

ZACCHÆUS CHRIST.

Deum quidem necessitas nulla complectitur, quia semper liber & nulli est obnoxius passioni: ipsi per semet subjecta sunt omnia, nec cuiquam ipse subjectus est. Verumtamen absoluta est ejus & certa sententia: [a] *Nisi credideritis, non intelligetis*. Proinde si animum in tenebris oberrantem ad superni intellectus lumen erexeris, ut Deum quæcumque velit credas & posse; veniendi eidem ad terras, immo quia ubique semper est, in homine ut visibiliter appareret, necessitatem quidem, quantum in ipso est, non deprehendes, sed cum ratione fuisse intelliges voluntatem.

CAPUT VIII.

APOLLONIUS PHIL.

SIcut ea quæ velit Deum posse, ambigi non potest; ita eum nolle contraria ac se indigna, perspicuum: atque ideo si necessitas non fuit, cum ratione edoce voluntatem.

ZACCHÆUS CHRIST.

Hoc primum menti tuæ trade, quæcumque idem inter homines Deus ostendit, suscepit ac pertulit, C caussa est vel servandi humani generis vel reparandi: in quo ita beneficia sua quæ a principio dederat semper dilexit, ut plus veniæ largiretur indultis quam ultionibus [1] mali pensaret. Propter hominem volumina scripturæ referta exemplis præteritorum, & adhortatione præsentium, futurorum præterea spe metuque completa sunt; ut si ad agnitionem creatoris & cultum, quæ est summa justitiæ [2], non illicerent promissa fidelia, denuntiati examinis formido constringeret. Cum hæc igitur constituta parum proficerent per prophetas, præsentiam sui Salvator indulsit, ut salutis nostræ opus integrum cum prædicatione virtus impleret, nec semper a solo homine castigatio venire putaretur: cum in D Christo & doctrina & actibus & signis divinitas eluceret, nosque ad imitationem justitiæ ac sanctitatis non vi cogeret, sed mirabilibus invitaret. Itaque opus tantæ dignationis acturus, quemadmodum debuit ad terrena descendere, nisi ut illum in suo fragilis hominum materia [3] sustineret, quem erat visura præsentem, docentem auditura, imitatura operantem?

CAPUT IX.

APOLLONIUS PHIL.

ESto veniendi ad terras probabilis cum voluntate ratio videatur, quoniam pro hominis miseratione Deus venisse perhibetur: numquid nam ei impossibile fuit ex quacumque sublimiore materia incorruptibile corpus efficere, quo assumto ita homini opem ferret, ne corruptibili homine gravaretur?

A

ZACCHÆUS CHRIST.

Omnia Deus ex voluntate sua faciens, nihil quod sibi grave sit velut coactus assumit [4]; sed sicut falli non potest, ita ipse non fallit. Verum ergo ab eo fieri, non simulatum decebat, nec præstigiorum more phantasiam pro homine monstrari, sed ut hoc esset quod esse vellet videri. * Itaque in homine vero pro omnium salute venturus, & nasci debuit, & per ordinem vitæ ætatis incrementa suscipere, ut simul & ea doceret quæ facere homo possit, nec fieri præciperet quod non prius ipse per hominem assumtum fecisset.

B

CAPUT X.

APOLLONIUS PHIL.

FIat si libet certandi ex hac quoque parte compendium. Nonne hoc saltem indignum fuit intra uterum femineum coalescere? aut credibile est eum nasciturum sine semine fuisse conceptum?

ZACCHÆUS CHRIST.

Dixi dudum, intellectus fidem sequitur, nec nisi per fidem quæ se altiora sunt & Deo proxima, C humana mens percipit [5]. Si enim ex non subsistenti materia, vel ex quacumque, ut paullo ante dixisti, Deus cum vellet & facere hominem potuit: nempe facilius de subsistenti & sua [6], ut nihil non verum, & mirum magis esset, & permixtionem seminis non haberet. Vel quod animal aut elementum Deo carius quam homo est? Quæ tantæ formationi materia, quam sanctæ Virginis aptior, intra quam Spiritus Dei electo purissimorum viscerum flore corpus effecit; in quo Filius Dei inter homines conversatus habitavit? Quod ne incredibile videatur per Spiritum Dei fieri potuisse, intuere quid mundi spiritus possit, qui utique non Deus sed unus ex operibus Dei est; quam facile dissolutam natura- D liter humum rigore constringat, aquas vertat in glaciem, ex iisdem & nivem gignens, quæ pondus levitate, colorem candore commutet; idem crystalla flatibus duret, naturæ suæ non receptura mollitiem: & post hæc Deo impossibile fuisse crede, quod esse possibile intelligis creaturæ.

CAPUT XI.

APOLLONIUS PHIL.

ETiam ne Virginem peperisse testamini? Creatio enim, sicut asseris, non de incorruptibili [7] Deo, sed ex materia corruptibili effecta, quo pacto mo- E dum propriæ fragilitatis excessit?

ZACCHÆUS CHRIST.

O mundi sapientia divinum in tua persuasione nihil sentiens! Dei opere fieri intra hominem omnium audis salutem; & cum sine turbatione corporis conceptum intelligas, absque ejus dissolutione

a Isa. VII. 9. sec. LXX.

1. *Quam ultionibus*] Sic codex Vind. in editis *quam pro ultionibus*, haud ita recte.

2. *Quæ est summa justitiæ*] Optima cod. Vind. lectio: in Lemov. *justitia*, ac cetera ut in Vind. In editis, *qui est summa justitia*, alio, nec adeo idoneo sensu.

3. *In suo fragilis*] Fœda lectio, quæ omnes codices insedit: libenter legerem, *in sua fragilis hominum natura*

4. *Coactus assumit*] Ita in Vind. in editis *assumsit*. Haud ita multo post in Lemov. *sed ut quod esset, vellet videri*: nescio an melius

5. *Mens percipit*] In alio codice, *perspicit*, minus recte; cum neque per fidem Deo proxima perspiciantur.

6. *De subsistenti & sua*] Sic in codd. Vind. & Lem. & quidem optime: in editis, *de subsistenti sua, ut & nihil*.

7. *Non de incorruptibili*] Particulam negationis quæ omnino necessaria erat, addidimus e cod. Lemov.

prodiiſſe non credis! Ubi eſt ergo beneficium aut potentia Dei, ſi humanæ fragilitati ſacra conjunctio nomen tantum communicat, non honorem? Tu Chriſtum ex hoc vel maxime Deum eſſe non credis, quia contra conſuetudinem humanæ nativitatis natus prædicatur ex Virgine. At ego hinc eum magis tranſiſſe in Dei gloriam credo, quod conditioni noſtræ etiam ſecundum hominem in aliquo diſſimilis, & naſcendi ordinem decenter implevit, & materni corporis integritatem * naſcentis neceſſitate non violavit. Dubium ergo non eſt, cum ſit creatio de ſpiritu incorruptibilis Dei incorruptibilem etiam editionem fuiſſe; & quod erat fragile hominis, divinitatis potius virtute ſervatum, quam id quod erat Dei, fragilitate hominis imminutum.

CAPUT XII.

Apollonius Phil.

Pone, ut ita ſe Chriſti divinitas & nativitas habeat, quia propter Deum quem rationi ſemper immiſces, etiam Virginem parere potuiſſe judicandum eſt; quid momenti fuit infantem in cunis vagiſſe, deinde in puerili ignorantia remoratum, aut lubricum adoleſcentiæ tempus annis non tranſiſſe majoribus, ubi poſſibilitate [1] divina ſtatim a firmitate virili quæ erat geſturus inciperet?

Zacchæus Christ.

Ex hoc tibi vitæ ipſius ratio adjuncta divinitatis voluntate reſpondit, ut qui convaleſcentis uteri moras tulerat, tempore ſervaret ætatis: nec dedignaretur ut homo vivere, qui dignatus fuerat ita naſci. Quando enim verum induiſſe hominem crederetur, ſi hos [2] vitæ gradus tranſcucurriſſet? Sed forte ſpernere aliquid de homine debuit, qui ad edocendam humilitatem & patientiam veniebat. Quanto modeſtius in ſe Deum & hominem probans & mira prætulit [3], & infirma non reſpuit! Inde in mœrore doluiſſe, dormiſſe in laſſitudine, in inedia eſum deſideraſſe, fleviſſe in luctu, & gemuiſſe in morte perſcribitur; ut cum Deum verum quæ ſuperius comprehenſa ſunt ſublimia opera demonſtrarent, verum hominem flebilia loquerentur. Cum & quæ nobis ſunt propria ſuſcipiendo pertulerit, & quæ ſoli Deo poſſibilia, verbo cum voluerit effecta præſtiterit.

CAPUT XIII.

Apollonius Phil.

Memini dudum & curationum varietates, & mortuorum ſuſcitationes fuiſſe prolatas; in quibus tamen ſpecialem Chriſti admirationem fuiſſe non video: ſiquidem cum & peritiores magi mortuos ſuſcitent, & medici univerſis debilitatibus remedia largiantur.

Zacchæus Christ.

Nec me præterit magicis carminibus non mortuorum, ſed dæmonum ſpiritus evocari, eoſdemque A per phantaſiam paulliſper ſimulare quod non ſunt: conditionem præterea addere falſitati, ut aut non viſi reſpondeant, aut ſi videntur obticeant: ut imprudentium vota debilia umbrarum illudat effigies. Defunctorum autem animæ reſolutis corporibus ad ſedes debitas perducuntur, ac pro meritis uſque ad futuri judicii diem vel in locis beatorum morantur, & ſubjectæ magorum invocationibus non ſunt, aut quibuſdam clauſæ carceribus venire ad ſuperna prohibentur: ita fit ut iiſdem venire vel dedignantibus, vel retentis, eorum ſimilitudinem dæmones fingant, ut & fallaciæ quam diligunt ſemper interſint, & credentes talibus veri imitatione fruſtrentur. Medicorum vero medelæ multis herbarum con- B fectionibus nec ſtatim nec omnibus proſunt; & ſi quando altior ægris morbus inoleverit, aut igni viſcera exuſta torrentur, aut ferro pernicies occulta reſecatur: nihil in remedium imperio agitur, nihil ſolo ſermone perficitur. Et certe fateri omnes poſſumus derogare medicinam ex eo quod ſit in homine, poſſe; addere non poſſe quod non ſit: quæ Chriſti operum contra reputatio eſt. Cæcus materias luminum ab initio non habens, & vacua oculorum loca præbens, limo illitus, quemadmodum erat primum homo factus, viſum recepit: greſſum neſciens jubetur incedere: ſolutus in muliere venarum ſanguis, dicto ſiſtitur: imperio auris ſolidatur abſciſſa: nec medicamine fugit lepra, ſed verbo. C Huc tabefactum ſepulcris cadaver & prodire jubetur, & vivere; nec ſubitam præſentiam cernentibus præſtat, ſed cunctis hominum actibus intereſt, atque annos victurus exſultat. Quis præter Deum quinque panibus tantum plura [4] hominum millia paſcere ita potuit ut ſaturaret? Quis mare pedibus ingredi, & immenſum ambulando libere calcavit elementum, ut famulantibus viæ fluctibus figeret firma veſtigia? Quis ventis jubere, & ſævientes in tempeſtatem procellas ſermone compeſcere? Quis de aqua vinum facere, & ex eadem in eamdem natura ſine intellectu demutationis melioris ſpeciei præſtare profectum? Quæ Chriſtus in homine agens ut ſe & Deum probaret, multis videntibus fecit. Ita- D que ſi echo loquenti, aut fontibus ſpuma, vel vero lumini umbra coæquanda eſt; non indigna comparatione junguntur opera hominum virtutibus Dei: cum heic, hæc tantum remediorum mora ſit, ut prodeſſe jubeantur; illic præſtita per laborem prius pæne quam ſentiantur, evaneſcant.

CAPUT XIV.

Apollonius Phil.

Si prædicta miracula, ut credi ſtudes, manens in homine Deus præſtitit, numquid ſuſcipere & pati crucem voluit? aut quam ob cauſſam erepturus E a morte alios, morte non caruit? vel quemadmodum aliis proderit, qui ſibi prodeſſe non potuit? cum in hoc magis fidem de ſe ambigentibus munire debuerit, liberaturum & alios fore qui hoc primum in ſua liberatione monſtraſſet. Qua in re aut rationem prodi neceſſe eſt, aut credulitatem non exigi ſatis juſtum.

1. *Ubi poſſibilitate*] Sic codex Vind. in priori editione *ut poſſibilitate*, minus idoneo ſenſu.

2. *Crederetur, ſi hos*] Heic quoque codicem Vind. ſequimur; nam antea legebatur, *niſi hos*; fœdo errore, qui inde ortus eſt, quod librarius verbi *tranſcurrere* intellectum aſſequutus non erat.

3. *Prætulit*] Ita in codd. Vind. & S. Arn. in textu *pertulit*, male: utroque haud paullo melius eſſet *protulit*.

4. *Tantum plura*] Sic codex Vind. rectius quam prior editio *plurima*.

* *Naſcentis*] An *naſcendi*?

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

ZACCHÆUS CHRIST.

Etiam in hoc æstimatio tua fallitur, ut in crucis affixione divinitatem credas injuriam pertulisse; quæ incomprehensibilis & libera nec pati potuit, nec teneri: sed quemdam de diabolo per assumtum hominem egit triumphum, cum in ligno victoriam carnis imponens, eum sine sui injuria per hominem superavit, qui hominem cum Dei injuria egerat in delictum. Homo ergo, non divinitas cruci data est; & qui per lignum peccaverat, fixus in ligno est. Atque hæc Deo fuit assumendi hominem præcipua ratio vel voluntas, ut peccatum ab homine contractum per hominem tolleretur, & ab illo fides resurrectionis inciperet, quem primum resurgere debuisse constaret: purus enim & ab omni immunis delicto pati pro omnibus voluit; ut non sola potestate, sed merito, omnibus præferretur. Vides ergo quæ sit divinæ pompa virtutis vitæque victoria, mortem non meruisse sed merentibus abstulisse, & vexillo spiritalis [1] triumphi culpam materiæ affixisse non propriam; quoniam quicumque alius, dum a peccatis nemo hominum liber est, pro se tantum vitam dedisset: * illum oportuit pro omnibus interire, qui pro se noxæ nihil debens, cum condemnari non posset, acquieverit & occidi, ne nos perpetua mors teneret.

CAPUT XV.

APOLLONIUS PHIL.

REmoto hoc interim, ut quis iste diabolus vel unde sit dicas, quem incentorem nescio cujus peccati fuisse confirmas; ipsum, si non piget, hominis pande peccatum, cujus tanta atrocitas sicut asseris fuit, ut nisi per solam Christi crucem non potuerit expiari: inspecta enim si qua est criminis qualitate, quid hæc crucis prædicatio tantopere elata præstiterit, promtius elucebit.

ZACCHÆUS CHRIST.

Non piget plane offensæ veteris explanare principia, & quem mali gradum primi hominis transgressio fecerit, simplici narratione contexere; ut qui peccati tantum caussas audire desideras, etiam Creatorem humani generis propius agnoscas. Cum enim Deus omnia fecisset ex nihilo, habitatorem mundi hominem finxit ex limo, rudique adhuc & exanimo corpori spiritum sensumque largitus est; spiritum quo communem carpimus aerem, quo membra provehimus; sensum quo a ceteris animalibus discrepamus: tum vivendi proprium arbitrium addidit, liberum in omnia imperium tribuens; tum immortalitas cum conditione † permissa est, & in voluntate lex posita, non quæ observatione difficilis periculum inferret ignaro; sed quæ ostensa ne usurparetur, tantam creatoris gratiam cum immortalitatis beneficio custodiret. Sic posito itaque homini inter delicias paradisi, amœnissimi scilicet loci, & nulla aurarum intemperie ac varietate corrupti, ex omni pretiosarum arborum fructu edendi copiosa datur facultas; sed in multis unius tantum arboris usurpatio prohibetur, ut interdictam eamdem arborem semper intuens homo, ejus qui in- A terdixerat meminisset, & prælatus omnibus [2] præ se esse non oblivisceretur auctorem; ac sibi ita omnia subjecta cognosceret, ut ei qui sibi subjecerat, esset ipse subjectus: simul ne homo rationabilis factus sicut bruta animalia sine observatione torperet; sed ut eo quem solus præcipuum acceperat sensum, inter præceptum ac beneficium & cavere intelligeret & mereri.

Huic beatitudini diabolus invidens per serpentem qui erat ceteris animalibus prudentior, mulierem primum, id est inferioris sexus hominem, & ad credendum animi facilioris illexit interdictum gustatum arboris temerare: per eamdem postea virum simili falsitate decepit, futuros asserens Deo similes, B si ejus ligni pomis non abstinerent, quod velut ideo divinitas excepisset, ne cælestem scientiam cum hominibus partiretur. His deceptos dolis in peccatum pravissimum compulit, ut se per transgressionem præcepti creatori similes esse, quamvis non possint, velle tamen ausi sint. Hac fraude immortalitatis beneficio spoliati de paradiso ejiciuntur; ex illa inviolabili temperie detractis, & sub hoc corruptibili aere victuris pelliceus statim vestitus imponitur, & ad quærendum victum labor improbus deputatur; ut solum verterent nil sponte præbiturum, & inter spinas ac tribulos desudantes, quamvis plura congererent, mortis tamen sententiæ subjacerent.

Hæc interdicti prima transgressio malorum o- C mnium caussa mortisque principium; nec tamen in vindictam Dei promtam patientia sententiæ irrogavit effectum, sed vim severioris edicti temporis interpositione mollivit; ut meritum veniæ esset ex labore pœnitentiæ, ac lapsi observationem justitiæ vel posteros edocerent, quorum gratia [3] restitui vitæ quam amiserant possent, qui per se graviter corruissent. Hæc intervalla pietatis ac salutaris viæ tramitem non per conversionem satisfactio tenuit, sed vitiorum potius incrementa creverunt, & sequentium hominum consumsit abusio; ita ut postea mortis convalescente sententia, ardentium criminum labem diluvii infusio sola restingueret.

D CAPUT XVI.

APOLLONIUS PHIL.

SUspectæ audientiæ est præterire quæ permovent: nam si Deus & impassibilis & bonus est, quemadmodum nunc & iratus aut vindicans est? ira enim passibilem significat, ultio malum.

ZACCHÆI CHRIST.

Æquus humanorum actuum Deus judex est, qui reddit bonis præmia, malis pœnam: bonus, cum retribuit; cum vindicat, justus. Unde ira non pas- E sibilem significat, sed improbantem; & non malum vindicta, sed justum.

CAPUT XVII.

APOLLONIUS PHIL.

CEdendum est reverentiæ divinitatis, maxime cum hoc semper credi de Deo debeat, quod pro honore sit dignum. Unde ad suspensum articu-

1. *Vexillo spiritalis*] In Lemov. *specialis*. Infra *dedisset* restituimus e cod. Vind. cum in editis legeretur *dedisse*.
2. *Prælatus omnibus*] Totum hunc locum restituimus e codd. Vind. & Lemov. in priori editione, *prælatis omnibus præesse non sibi*; quo nihil fœdius.

† *Permissa*] An *promissa*?

3. *Quorum gratia*] Optima lectio cod. S. Arn. quam cur in marginem Acherius ablegarit, ut reponeret *cujus*, non video. In sequentibus tot fere occurrunt variæ lectiones, quot verba, sed quæ nullius sunt momenti.

lum narrationem reducens, quemadmodum post diluvium vel facti homines vel nati sint, si auditu dignum est, consultus expone.

ZACCHÆUS CHRIST.

Dignum plane Dei erga nos ab initio pandere medicinam, & post diluvium servatum in Noe humani generis semen expromere, atque hinc progeniem venisse per posteros, non jactis post tergum lapidibus puerili modo Deucalionem Pyrrhamque confingere. Itaque terra diluvio eluta, Noe tantum, quia solus justus inventus sit, ad propagandum humanum genus cum progenie reservatur [1]; mortis tamen adhuc sicut nunc manente sententia, ut ex merito conversationis cum resurrectione immortalitas redderetur. Aliquamdiu apud homines justitiæ forma duravit, & exempli memoria viguit disciplina, ac reverentia terrore servata est. Sed sicut semper longa prosperitas ex abundantia securitatem, ex securitate abolitionem, ex abolitione abusionem creavit; obliti metum oblivifcuntur auctorem, & a vitiis in sacrilegia proruperunt: jam nec terris habitare contenti, tamquam ascensuri cælum exstruunt turrem, & hominum manu nubium celsa temerantur. O inexplicabilis bonitas Dei, & nulli, ut dignum est, eloquenda miseratio! Deo non obedire mors justa est, & Dei sedem appetisse impunitas fuit.

Intuere divinæ clementiæ lenitatem: temerarii non puniuntur in scelere, sed ab scelere deducuntur; & ubi sævire debuit cæleste judicium, præstantur signa virtutum. Insuper pœnitentiæ via & intellectus aperitur; nam cum esset adhuc eo tempore unus omnibus sermo, in numerosas quæ nunc per orbem sparsæ sunt, gentes lingua dividitur singulorum, & in opere ferventissimo, hoc tantum unusquisque loquitur, quod solus intelligit. Cum enim in exstructione sceleris perseveraret audacia, repente nesciunt rogare poscentes, obedire nesciunt ministrantes, & quæ molientibus velut necessaria ingeruntur, adversa sunt. Sic non pœna, sed tædio, cœpta linquuntur, ut miraculis ad omnes postea cum stupore formido sine supplicii perveniret exemplo; cum quam ob caussam linguæ prioris notitiam perdidisset, genti suæ in quam sermonis novitatem transierat, unusquisque narraret.

Sed quid prodest crimina texisse diluvio? Quid hanc insaniæ machinam indulgentia destruxisse, non pœna? Ecce iterum con honorem & cultum invisibilis majestatis ad visibiles transferens creaturas. Si altitudinem suspicis, Deus supra est; si magnitudinem, ille immensior, ubique est; [a] si splendorem, creator est clarior, & qui fecit speciem necesse est hac virtute a se facta præcedat: sit postremo hæc inter creatorem creaturamque distantia, ut sic admirationem quæ cernimus habeant, ut ea quæ ob majestatem videre non possumus, cum reverentia non amittant.

CAPUT XVIII.

APOLLONIUS PHIL.

SI horum quæ recolis fides vera est, inæstimabili modo Dei erga homines, ac sine fine patientia

A est. Sed quoniam opere turris obmisso, per omnem terram gentes factas [2] linguarum diversitate memorasti; quemadmodum cum Moyse Judæorum subrepserit secta; aut quam ob caussam tot sæculorum temporibus absumtis latio legis emerserit, cum hominis sensibus naturaliter lex inserta sit, si facultas scientiæ est, arrepto ordine ingravanter eloquere.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



ZACCHÆUS CHRIST.

A primo homine usque ad quod dixi tempus per successionem gradus Dei notitia tenta est; lex autem etsi non scripta litteris, sicut ipse professus es, sensibus erat inserta naturaliter: sed postquam abolitione utraque cesserunt, Abraham vir fidei B singularis eligitur, quem patrem totius credulitatis ob hoc meritum Deus statuit, quod primum incunctabundus domum, patriam propinquosque per vocationem Dei ad ignota & peregrina iturus reliquit; ne servituti idolorum degens inter proximos dederetur, & gratiam fidei quam jam merebatur & erat aucturus, amitteret, aut certe tepidius retineret: in sua iterum & uxoris senectute postrema, jam membris per ætatem frigentibus, nasciturum sibi filium, quia hoc ei Deus promisisset, non desperavit, credens naturæ difficultatem divinæ sponsionis possibilitate vincendam: quem postea cum esset ei unicus, Dei jussu cædendum aræ incunctanter admovit; præstare amplius Creatori, quam affectui C studens, simulque confidens etiam de ambustis cineribus reddi sibi integrum posse, quem Dei caussa ignis hausisset [3]. Verum numquam credentibus dura * divinitas, non orbari lectissimum virum passa est, sed tantum probari; nam sub ictu gladii jam jamque ferientis arietem subjecit intento, hostiam mitiorem; ut & absque pietatis dispendio devotio compleretur, & nihilominus gratiam fidei acciperet, qui Deum affectui prætulisset.

Tali igitur credulitate promissionem affluentis terræ sequuturo semini meruit, & Judaici princeps populi circumcisionem primus accepit. Non quod præputium justitiæ præjudicaret aut fidei, vel aliquid superfluum in homine Deus creasset, quod postea D juberet abscindi; sed ut inter alias gentes signaculo corporis electi viri soboles nosceretur.

Itaque plebs eadem ob inopiam earum quas inhabitabat regionum transit in Ægyptum: non quod his Deus quocumque loci præstare abundantiam non valeret; sed ut rursum educturus ex Ægypto, quantus esset mirabilibus edoceret. Fit magnus ex hac progenie populus, & usque ad invidiam multitudinis paucitas crescit; ita ut cum sibi prævalituros Ægyptii formidarent, tamquam debitæ subditos servituti indignis operibus afficere niterentur; sæva insuper edicti violentia virilem sexum ab utero neci dabant, ut oriundos expositio, labor validos absumeret. Sub his afflictionibus auctorem Deum sibi E a majoribus traditum peregrina plebs convenit, & in sui liberationem cultam per patres poscit divinitatem; qua factum est ut contra vim crudelis edicti Moyses primum a parentibus educaretur occulte; inventus deinde a filia Pharaonis, cum ob metum præcepti esset expositus, omni Ægyptiorum informaretur sapientia, atque ad liberandum Dei populum præcepta susciperet, ne vel indoctus casualiter, vel mediocris intellectu [4], si institutus

a Sap. XIII. 3-5.

1. *Reservatur*] Sic in codd. Vind. & Lem. in editis *reservato*, male.
2. *Gentes factas*] Heic quoque codd. Vind. & Lem. sequimur, in priori editione *facta*, legebatur.
3. *Ignis hausisset*] Sic cod. Lem. e quo etiam *dura* paullo infra restituimus; nam in editis heic habebatur *ussisset*, deindeque *clara divinitas*, nullo sensu. Cetera quæ leviora sunt, omittimus.
4. *Intellectu, si*] Ita legitur in cod. Vind. male in priori editione, *intellectus*, *institutus*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



omni eorum sapientia non fuisset, incautus quæ susceperat & credidisse videretur & gerere. Huic per ignem de rubo Deus loquitur, & valitura in Ægyptios signa demonstrat: quibus utique & hi crederent quorum servitus solvebatur, & qui renisuri erant deterrerentur, possetque in hac prodigiorum ostentatione gens utraque servari; cum Dei manu evidenter inspecta, & converti ab impietate sua contumaces admonerentur, & liberarentur afflicti.

Tum Moysi emissionem memoratæ plebis ex Dei auctoritate poscenti, cum Pharaone Ægyptiorum rege magi resistunt, fallere eumdem prodigiorum quæ fecisset [1] imitatione nitentes: nec cedit aliquantisper similitudo veritati, signisque phantasia; sed obniti utcumque permittitur, non ut profanorum falsitas vinceret, sed ut Dei virtus latius eluceret. Nam cum plagarum diversitates in caussa signi sicut Moses faciebat, idem quoque facere viderentur, revocare non poterant quod fecissent. Et sicut hæc monstruosa scientia solet, nocere noverant, succurrere nesciebant; malorum quæ ipsi intulerant cessationem ab eo rursum quem imitari conabantur, orantes. Sic ad extremum dimittere populum vi inimitabilium signorum & [2] impossibilitatis suæ confessione compulsi sunt. Admonentur Dei judicio profecturi celebritatem gaudii sub brevi simulare discessu, & ad ornatum absentium solemniorum impetrare hospitum censum, eumdemque pro diuturni laboris merito retinere; non fraudis studio, sed honore mercedis. Ii delusi, cum adhuc de opum retentione nihil scirent, quos ad iter oratu compulerant, recrudescente malitia cum ira insequuntur emissos, & imminente Ægyptiorum exercitu spes evadendi metuentibus deest, cum & a tergo hostes insisterent, & mare a fronte oppositum prohiberet.

Adest territis Deus, & in summo desperantium metu cæleste pugnat auxilium: interjectæ primum per diem tenebræ velut objectu impenetrabili præcedentes defendunt, & a persequentium impetu, mutata elementorum vice, tuetur trepidos subdita noctis infusio. Virga deinde Moyses percutere pelagus jubetur immensum, atque ad præbendam transeuntibus viam profundi aquas imperio removere? celsa altrinsecus undarum acies erigitur, & tamquam ad signum bellici moris dispositos stare diceres fluctus, ac mare muri similitudine solidatum intelligentis obsequio dividi. Panditur siccum gradientibus solum, & ima pelagi ardua laterum mole vacuantur; populoque in litus aliud evadente, cum persequentes abeuntibus imminerent, ictum similiter per Moysen rursum in se convenit mare; & tamquam ob Dei injuriam vindicis elementi immensitas recursu tumidiore conflueret, innumerabili curruum & equorum cum electis ascensoribus multitudo submergitur; mixtaque arenis bellatorum manus, tamquam non fuisset, obtecta est.

His primordiis ab Abraham Moyse duce plebs assumta Judæorum est; & post transitum maris usque ad eremum in qua quadraginta annis mansere, perducti sunt. Hos per noctem columna lucis tamquam itineris dux præibat [3]: eadem etiam per diem ne fessos lassitudo conficeret, in nube præcedens ab æstus injuria vindicabat. Ita prorsus famulantibus elementis Dei auxilio usi sunt, ut in ejus beneficiis non sola cælestis potentiæ dignatione, sed & paternæ pietatis indulgentia fruerentur; & cum inter admirationem ac necessitatem stuperent, signa & pericula non timerent.

CAPUT XIX.

APOLLONIUS PHIL.

Grata est quidem cognitio prædictorum; sed nisi rationis plenitudine muniatur, infirma est. Quid igitur fuit caussæ, ut emenso mari tantis rerum miraculis liberati ad eremum ducerentur; aut cur postea in desertis tam longi temporis ablegatione cruciati sunt? Cum illis præterea alimoniam ceteraque vitæ necessaria horrens regionum nuditas non præberet; unde ergo multitudini pastus; aut quam ob caussam hæc tantopere liberatis pœna fuerit; vel quemadmodum postea lex lata, depromé.

ZACCHÆUS CHRIST.

Nec pœna illud relegationis fuit, nec in desertis ac squalentibus locis necessaria defuerunt; sed pastus hominum exhibitione pretiosior, & eremi ipsius circuitio congrua: atque hæc præcipua morarum caussa, ut illic præcedentia miraculorum augerentur exempla; & quia semper assueta diligimus, providendum fuit, ne statim ad promissionis terram brevi ac recto itinere pervenirent, quibus ad Ægyptum revertendi voluntas, sicut confestim probatum est, posset aliquando subrepere; cum etiam in summa abundantia incognitæ regionis assuetorum desideriorum [4] & profani sacrorum ritus a quibus maxime arcebantur, occurrerent; ne expellendarum præterea ex iisdem regionibus gentium, licet prævia divinitate illis non illatura dispendium, statim bella terrerent. Simul etiam ut post eremi injuriam * promissa habitatio plus placeret, quam licet per se inæstimabilis amœnitas commendaret, præteritorum tamen recordatio faceret aptiorem. Et vide clementem in sua patientia divinitatem. Victum non supplici sperantibus prece, sed deesse tumultuarie querentibus, nubem quamdam præstat annonæ, & angelorum cibo corpora humana vescuntur: ita ut nocturnæ largitatis infusio non querelæ tantum intercluderet locum, sed usui congesta superesset. Illic per omne quod dixi tempus mirum in modum, non calceamentum, non vestis atteritur, nulla perinde capillorum aut unguium excretio dominata est; sed velut immortalitate jam reddita, immutabilem hominis formam simplex servavit integritas.

Illic Moyses ad suscipiendam legem vocatur in montem, & quadraginta diebus ac noctibus Dei tentus alloquio, scripta in lapideis tabulis refert præcepta: pro nefas! corruptos sacrilegio quos reliquerat deprehendens, dum adhuc manna & cælesti oblectatione essent refecti [5]. Cum enim ejusdem Moysi moras velut non redituri idem populus incusaret, prædicta abundantia saturatus cito Deum * a quo ex Ægypto eductus esset, oblitus est; poscere per luxuriam quos coleret deos cœpit; missisque in ignem mulierum monilibus, illi se dandum


1. *Quæ fecisset*] Hæc etiam est cod. Vind. lectio, quam prætulimus editæ, *quæ fecissent*.

2. *Signorum &*] Sic in Vind. & Lem. in editis, *populum inimitabilium signorum impass.* pessime.

3. *Dux præibat*] Totum hunc locum restituimus ope codd. Vind. & Lemov. fœde in priori editione, *hoc per noctem ... dux iis præibat*.

4. *Desideriorum*] Haud dubium quin locus hic male habitus sit a librariis. Ita emendari posse arbitror, *cognitæ regionis*, h. e. Ægypti, *assueta desideria*. Quod deinde legitur, *post eremi injuriam*, ferri non potest: itaque lego *post eremi moram*.

5. *Essent refecti*] Ita cod. Vind. in editis *referti*; infra ex eodem cod. *Deum* adscripsimus.



professus est religioni, quæ culti in Ægypto idoli formam referret. Reversus Moyses fideliter sævit in facinus, & redacto in pulverem tauri capite quod factum in similitudinem abominationis Ægyptiæ fuerat, delatas in legem tabulas indignatione confringit, indignos fore Dei litteris judicans quos talis ausi exsecratio polluisset. Nec prius ab iræ impetu destitit, quam missis per castra sectoribus multorum cæde piaretur admissum, & sedata injuria Dei refecta in tabulis reportarentur præcepta; quorum reparatione monstratum est, Deum non odisse quos permiserit corrigi, sed deleri noluisse quos sic voluerit castigari. Hæc ergo eremi circuitio, hæc erga susceptam semel plebem beneficia Dei quadraginta annis durarunt: tum lex divinitus lata est, quæ sui editione [1] non præceptorum novitatem, sed reparationem justitiæ naturalis afferret; ut quod ante pauci admodum & sapientes sciebant, omnes nunc intueantur & perlegant; nec excusandi habeat ignoratio locum, cum id quod sibi ingenitum quis fore non sentit, non solis sensibus quærat, sed visibus recognoscat.

CAPUT XX.

Apollonius Phil.

Hærere naturaliter humanis sensibus legem, & inesse omnibus intellectum quid noceat ac prosit, quid æquum aut injustum sit, aperta cognitio est; quando & diligere propria [2] scimus & odisse contraria, ac simul placita alii præstare sit bonitas, & rursum improbitas alii quæ displiceant irrogare. Unde quid amplius lex per Moysen lata detulerit, quam natura tradiderat, nisi edictorum qualitas exponatur, intelligere non possum.

Zacchæus Christ.

Dei agnitio & cum dilectione formido, lex prima est. Deum enim nosse quid prodest, si diligere ac timere non cordi est? Consummatus deinde justitiæ ordo subsequitur, studere pietati, & in observantias bonorum operum mentis puritate transscendere. Inest præterea præsens pœna commissis & piacula junguntur offensis, summaque edictorum conclusione præcipitur, ne aliis facias quod fieri tibi nolis; & rursum, ut aliis facias quod fieri tibi velis. Creatio perinde mundi hujus inserta est, & hanc elementorum conspirationem idem qui ex nihilo fecerat fabricator exposuit, sui indicans operis, quæ illi coæterna humanus error invexit.

Post Moysen currentibus temporum spatiis, cum per abusionem salutarium præceptorum idolorum cultus incresceret, additur frequens increpatio prophetarum, & adventum Christi quem jam experti sumus, & nunc opperimur, multa curationum genera denuntiant ac præcedunt. Deus enim ne vel raro vindicet sæpius comminatur, iræ cælestis severitatem timeri magis quam exseri [3] cupiens. At contra Judæorum contumax natio non solum corrigi detrectat, sed argui dedignatur; Deique imperio missos prophetas diversis mulctavere suppliciis, ut humanarum superstitionum traditio præsumtis honoribus non careret, intentiosa pravitate designans Dei se forsitan præsentia corrigendos, quem tamen postea cruci dantes * post signa atque virtutes credere noluerunt, cum & venturum scissent, & venisse cognoscerent.

CAPUT XXI.

Apollonius Phil.

Si igitur tam necessarius adventus illius fuit, ut per se formam justitiæ præbiturus pati pro omnibus non recusaret, in morte propria spem novæ resurrectionis ostendens; cur & Dei beneficium & salus hominum tantorum temporum dilatione tardata est?

Zacchæus Christ.

Grandi, ut inspicere potuisti, dispensatione Dei humanum a principio genus tutatum semper est atque servatum; & si breviter summa perstringas, videbis ad hoc divinæ providentiæ ordinem concurrisse, ne justo judicio Dei necesse esset homines aboleri: potuit enim mortis sententia in prima statim transgressione compleri, ut temeratores punirentur edicti, & tamen pro ratione pœnitentiæ vivendi tempus indultum est. Subcrescentibus postea sceleribus terra corrumpitur; sed ita pollutio eluitur elementi, ut per Noe humani generis reliquiæ reserventur. Post diluvium valida jam & multiplex manus in ædificationem turris insurgit; & non exstinguitur pro immanitate ausi, sed ut corrigi possit cum admiratione dispergitur. Postmodum non cessante perfidia, sicut Noe in diluvio ob generationem, ita Abraham ad propagandam fidem in quadam vitiorum inundatione secernitur: multiplicatus per ejus progeniem populus Ægyptiorum contagione polluitur, & ad Dei cultum non judicii severitate, sed beneficiis signisque revocatur: iterum in eremo deos sculptiles faciendo a vero creatore discedunt: tamquam tunc primum factis hominibus, aut in sensu non habentibus legem, lex Dei sermone conscripta Moyse deferente transmittitur.

Cum vero nihilominus impietas serperet, prædicatio adjungitur prophetarum, & interjectis temporibus divina solicitudo [4] semper in speculis aut ab errore prohibet, aut mediocriter vindicans viventes in errore castigat. Ipse ad extremum cæli terræque & hominis conditor, velut magnæ familiæ dominus fidelibus famulis ante præmissis, potentiæ suæ largitur adventum, assumtionem terreni corporis pro hominum salute non spernens; atque in ipsum quem induit, crucis passionem mortemque convertens, & plenitudinem legis exhibuit & salutis.

Quæris cur ante non venerit? Nonne in promtu est tardari debuisse postrema, finemque differri, ut plenitudinem justitiæ plenitudo temporum custodiret, & inter traditionem ac judicium per prolixitatem abolitio non auferret, quod magna Dei dignatio præstitisset? Si enim vel mediis vel quibuscumque ante temporibus Christus venisset, jam non sola abusio fidem, sed cum abusione tulisset & oblivio, nullaque justitiæ cura hominum corda

1. *Sui editione*] Sic cod. Vind. in priori editione legitur *sui edictione*.

2. *Diligere propria*] Vind. & Lem. sic habent, & quidem haud paullo melius quam prior editio *prospera*.

3. *Quam exseri*] Hæc quoque est utriusque codicis lectio, quæ magis placuit quam ea quæ olim edita est, *exerceri*. Haud ita multo post *trucidantes* legebatur, ubi ex iisdem codd. restituimus *cruci dantes*. Initium capitis sequentis, eosdem codices sequuti, aliter edidimus, quam olim Acherius: sed quæ mutavimus non ejusmodi sunt, ut de singulis lectorem moneri necesse sit.

4. *Divina solicitudo*] Sic sæpe laudati codices: in editis, *divina providentia*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

morderet; quoniam difficilius antiquis credendum eſſet exemplis, cum vix recentibus fides detur. Ecce adhuc dominicæ crucis ac mortis indicia felicis ſepulcri exuviæ continent, & ſignatus a præſenti multitudine locus poſt reſurrectionis viſum cæleſtem teſtatur aſcenſum: pæne adhuc ſolo reſident pedum preſſa veſtigia, ac luſtratæ operibus regiones virtutum exempla demonſtrant: & a multis Chriſtus aut quia fuit mortuus, Deus eſſe non æſtimatur; aut quoniam ſi Deus, fuiſſe mortuus & poſt mortem reſurgere potuiſſe non creditur; cum præter cetera & mors hominem probet, & reſurrectio Deum. Exſtant præterea Apoſtolicæ converſationis actus, & formam juſtitiæ ſequi pæne ut [1] a præſentibus edocemur, cum ea quæ feciſſe legimus vivos, etiam ante defunctorum cineres fieri ſæpe videamus. Vix * propinquitate finis & inſtantis examinis terrore compellimur, relictis idolis, veram colere divinitatem; & inter primum quem novimus ac ſecundum Chriſti quem exſpectamus adventum, brevitate ſalutari atque ipſis temporum arctamur anguſtiis, nec oblivionem admittere præceptorum, nec promiſſæ beatitudinis deſperare proventum. Neceſſarium ergo vides fuiſſe, ut interclusione ſæculorum nec periclitari finem ſineret propinquitas adventus alterius, & ſervari juſtitiam imminens judicii terror exigeret; præcipue cum maxima eſſet & perfecta delaturus, & quæ perfecta ſunt niſi poſtrema eſſe non poſſint. Videto enim, quantos anterior illius ſalvaſſet adventus, plures certe quam nunc faciet, cum a fide invenerit alienos, poſterior perdidiſſet; quoniam quem talium curationum remedia non ſanarint, denuntiati examinis ordo damnabit; parque in deſperationem perpetuitatis eſſe exſpectatio poteſt, Deum per legem ſcire, & nolle juſtitiam, quam ea agere quæ juſtitiæ videantur, & Deum per legem nolle cognoſcere.

CAPUT XXII.

Apollonius Phil.

NON ignoramus animas depoſitis corporibus ad Deum, id eſt ad auctorem proprium remeare; ſed in his prius contractam humanis actibus labem ætherio igne purgari, ut Deo iterum ex quo utique ſunt, puræ ac ſimplices miſceantur. Unde ſi hoc forte judicium vultis videri, non præfinita univerſorum conſummatio efficit finem, ſed ordo decedentium.

Zacchæus Christ.

Tota in errore eſt veſtra definitio: nam quemadmodum [2] animæ hominum judicium ſuſciperent, ſi ex Deo eſſent? Simplex enim ſubſtantia divinitatis non purgatur, quia nec pollui poteſt: neceſſe eſt enim ut purgatio paſſione non careat, quam, ſicut ſcimus, ſubſtantia divina non recipit. Animæ ergo hominum non ex Deo ſunt, ſed a Deo factæ, & opus creatoris, non conſortes divinitatis. Cum vero prædicti judicii tempus advenerit, defuncta quælibet olim recepturæ * ſunt corpora, ut cum iiſdem aut juſte acta percipiant, aut inique perpetrata patiantur. Chriſtus autem manifeſte iterum de cæleſtibus veniet: illius coram tribunali adſtabimus, illius ſententia univerſorum merita penſabuntur; & qui ſub judicio paſſus eſt, judicabit, nulla iniquitatis veſtigia relicturus, cum & fidelibus immortalitatem reddat in regno, & incredulis perpetuum in dolore cruciatum.

CAPUT XXIII.

Apollonius Phil.

HOccine etiam afferi a ſapientibus poteſt, antiquas mortuorum favillas, & in ſepulcris ſæculorum ætate conſumtis vix oſſium cinerem reſidentem, rurſum in corpora poſſe componi, ac priſtinum membrorum vigorem dubii pulveris collectione ſolidari? Unde animas cuilibet judicio ſubdi poſſe facilius acquieſcam, quam mortuorum corpora in vitæ ordinem poſſe revocari.

Zacchæus Christ.

Et admonitionis meæ & tuæ ſponſionis oblitus es, ſi Deo [3] aliquid impoſſibile contendis. Qui igitur quod non erat fecit ut eſſet, * ergo ut ſit quod fuerat non poteſt facere? aut non etiam nobis difficilius eſt facere quod non fuerit, quam reparare quod fuerit? Sed hanc Dei poſſibilitatem æſtimatio humana non capiat [4], ſi hoc præſentes non edocent creaturæ, ſi tempora ſpecierum varietate non ſignant. Diverſæ arbores hiemis rigore nudantur, & decuſſis foliis periiſſe cum gratia ſpem germinum credas. At ubi lenius veris tempus afflavit, mirum in modum humor radicibus tentus celſa conſcendit, candorem cum ſpecie quem in ligno non habuerat, in floribus creans: fructus adjiciuntur in pomis, & quidam veſtitus in foliis, quodque in arbore non erat, videtur in tempore. Quid jacta in agris ſemina? non plenam fidem reſurrectionis oſtendunt? Aperiuntur terræ viſcera, ut nuda ſulcis grana mandentur; quod humus non texerit, vires non habet renaſcendi. Unde etiam in parvis potentiam creatoris conſidera: niſi putruerint ſemina non reſurgunt, & niſi prius mortua non reviviſcunt. Numquid ſulcis virentia ſunt demerſa, aut cum calamis operta latuerunt? Unde ergo in uno [5] multiplex ſemen? Unde cum ariſtis novus palearum candor emergit? Quo pacto ex radice vis germinis ſcandit in ſpicas, vel quemadmodum poſtea ex viridibus herbis alba mollities mutatur in farra? Quæ certe ſimiliter fieri poſſe non crederes, niſi ſemper videres. Quod ergo in his quæ ad victum hominis pertinent, ut ab initio Deus ſtatuit, terra ſic reddit; in ipſius hominis reparatione non faciet? Qui mirabilium Dei teſtis effectus (eſt,) * in ſe neceſſe eſt poſt reſurrectionem maxime ſtupeat, quod in ſubjectis ante laudavit. Unde horum omnium ratione perſpecta, de-

1. *Sequi pæne ut*] Optima eorumdem codicum lectio: prior editio *ſequi prout*, peſſime. Quod ſequitur, *vix propinquitate*, mendoſum eſt; ſed ita ut facile emendetur, ſi legatur, *ſic propinquitate*.

2. *Nam quemadmodum*] Voculam *nam*, addidimus e codd. Vind. & Lem. infra altera pagina ſcripſimus *recepturæ*, ubi prius legebatur *receptura*; hoc enim de animabus dicitur.

3. *Oblitus es, ſi Deo*] Sic in cod. Vind. in editis *es de reſurrectione, ſi Deo*: ſed eas voces imperitus quidam librarius obtruſerat. Infra *ut eſſet* adſcripſimus ex eodem codice.

4. *Non capiat*] Ita reſtituimus, cum in editis legeretur *capit*, & in Vind. *capiat*. Totum hoc caput ita editum erat, ut intelligi vix poſſet: nunc ſervatis interpunctionum legibus, quarum nullam Acherius rationem habuerat, egregias ſententias perſpicue in eo deprehendes.

5. *Ergo in uno*] Heic etiam codicem Vind. ſequimur: in priore editione habetur *ex uno*, male. Haud ita multo poſt ubi *teſtis effectus eſt* legitur, verbum *eſt* addidimus.

functorum cineres vel favillas semen corporum esse A non nescias, ex quo in adventum majestatis suæ Christus secundum merita excitabit & formas. Parum est enim divinæ clementiæ species tantum reparare quæ fuerint, nisi & bonorum corpora splendor exornet, & malorum confusio deformitatis obscuret.

CAPUT XXIV.

APOLLONIUS PHIL.

POne interim quod de sepulcris tamquam ex notis sedibus mortuorum favillæ reparentur in corpora; & quia condita membra sua [1] animæ noverint, ex iisdem locis confidenter reposcant: quid eos qui fluctibus mersi sunt bellisque prostrati, & post latronum cædes exsequiis funebribus caruerunt, escis, non sepulcris membra linquentes; numquid credibile est in eadem quæ habuerint corpora posse restitui, cum etiam reliquiæ cinerum non queant inveniri?

ZACCHÆUS CHRIST.

Si Deum posse omnia crederes, hoc denique factu facile judicares, neque humana disputatione discerneres, utrum fieri possit quod faciundum ille dixisset: & ideo fides summum præ bonis omnibus meritum est, quia quæ Deus dixerit, implenda non dubitat. Rei autem hujus hæc ratio est: elementa omnia cunctæque creaturæ nullo quidem nobis sensu intellectuque respondent, & ad observantiam tantum proprii ministerii videntur bruta subsistere, quoniam vel indigni eorum imperio sumus, vel mundi arcana nescimus: Deum autem & intelligunt & verentur, atque ita jussis illius obsecundant, ut ad nutum præcepta mox impleant. Quælibet ergo exesis corporibus piscium, bestiarum alitumque digestio aut aquis miscetur, aut terris: nec fieri ullo pacto potest, ut ex eo quod qualitercumque substiterit, nihil restet; sed pretiosiorem materiem quacumque deciderit, hæc duo elementa conservant, * & in se velut speciali colore distinctam resurrectioni redditura custodiunt [2], nec residere umquam velut perditum poterit quod & divinitus inquirendum est, & sponte prometur: * sic famulantibus cunctis dispersorum viscerum reliquiæ in suam formam corpusque rediture sunt; ita ut in resurrectionis miraculo inde fidei meritum credentibus augeatur, unde aliis incredulitatis augmentum est.

CAPUT XXV.

APOLLONIUS PHIL.

JAM dudum in hoc tractatus tui tendit intentio, ut cum elementa singula ex nihilo facta commemores, etiam mundum quem ex semet ipso esse, & sua credimus æternitate mansurum, & initio minuas & fine concludas; ac licet assertionis tuæ ordinem teneam, quo factum a Deo in præcedentibus meministi: quemadmodum tamen inexplicabilis poli molem aut factam credi velis, aut sicut nunc est non semper futuram, ratione confirma.

ZACCHÆUS CHRIST.

Omnia igitur elementa quæ vos Deo velut coæterna numeratis, ab ipso, sicut jam dixi, & ex nihilo facta sunt, & in hanc mundi formam mirabili conspiratione sociata; quæ sicut initium ex Dei creatione sumserunt, ita perennitatem ejus beneficio consequentur: & ideo ei coæterna non sunt a quo facta sunt; quia nulli dubium est auctori quælibet non solum paria non esse, sed esse subjecta. Hoc autem intellectui apertissime patet mundum ex pluribus fuisse compositum; unde adverti facile potest non illi inesse, sed præesse divi- B nitatem, quoniam alterius adjumento divinitas sola non indiget, sed una in se & simplex atque perfecta est, quia incorporalis; & ideo invisibilis & incorruptibilis Deus est: quæ in hujus mundi actu & contemplatione non ita sunt, sed corporalia esse, etiam ea quæ ex ipso mundo gignuntur ostendunt. Quæcumque præterea ab eodem vel agi cernimus vel creari sub dispositione divina, non suæ voluntatis, sed officii sunt. Aspice transitus solis lunæque discursus, & utrique quotidie per vicissitudines temporum vel ortum vel occasum esse repentendum. Adventu noctis sol diem perdit, quem tamen nec semper objectu nubium velut exclusus [3] illuminat. Luna sui patitur detrimentum, & ple- C nitudinem luminis sub constitutione rectoris aut perdit, aut recipit. Varius præterea siderum lapsus, & rationi signa famulantia, & intumescens notis mensibus mare, & sub certa horarum dispensatione excessum modumque custodiens aut sereno quiescit, aut tempestate turbatur. Terra imbribus infusa mollitur, eademque rursum aut gelu stringitur, aut calore siccatur: quin & aspectu Dei metuens contremiscit, & se imperio subditam motu fatetur. Ipsum aerem perniciosior halitus sæpe corrumpit, & postquam gravaverit, efficit pestilentem. Vincuntur piis ad Dominum precibus pluviæ, & prolixa rursum serenitas supplicatione mutatur: cunctaque aut impositæ serviunt rationi, aut in usum D hominis necessarium sub religiosa deprecatione vertuntur.

Hæc vos appositis nominibus pro Deo singula atque universa veneramini. Quod si ita est, falso dii æstimantur, & error in promtu est; si vero aliquos qui iisdem ex arbitrio Dei præsint, apertæ stultitiæ est subjicienti æquare subjectos. Dii enim plures non sunt, sed unus nascentium viventiumque formator sicut fecit omnia, & regit, parique imperio vel mansura efficit vel casura decernit. Vides ergo Deo soli initium non apponendum a quo omnium processit exordium, nec consempiterna majestati illius æstimanda, quæ ut æterna sint, sicut de homine, ipse facturus est. Illo enim ad- E veniente destructa in melius mutabuntur, ut immortalia cum homine perdurent, [a] quæ nunc utique nostris criminibus, licet invita & gementia, aut passione tamen polluuntur aut visu; quoniam quæ a passione immunia sunt, contaminantur aspectu. Ita fiet ut etiam elementis cum homine in melius innovatis, memoria auctoresque intereant vitiorum; cum etiam illa purgentur quæ ingenitam puritatem non factis, sed factorum scientia perdiderunt.


a Rom. VIII. 20-22.

1. *Membra sua*] Posterior hæc vocula addita est e cod. Vindoc.

2. *Conservant . . . custodiunt*] Sic codex Vind. & infra idem, ac Lemov. *prometur*. In editis *conservent . . . custodiant ... promitur*.

3. *Velut exclusus*] Ita codd. Vind. & Lemov. in priori editione *exclusum*, haud ita bene.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.



CAPUT XXVI.

Apollonius Phil.

CRedi quidem arduum est, ut mundus tanta virtutum admiratione consistens aut destrui umquam possit aut refici; sed quia immutandum Dei possibilitate confirmas, quid futurum sine ullo erit? aut qualis reparatio est effectura clariorem, cujus tanta vel magnitudo vel gratia est, ut nec magnitudo ejus ratione aut notitia deprehendi, nec splendor possit augeri? Quæ ergo super hoc definitio vel sententia sit sequenda, promissæ instructioni convenit non sileri.

Zacchæus Christ.

Recte quidem dicis, intellectibus nostris ad integrum in Dei providentia indeprehensibilem esse rationem; sed præsentis gratiæ formam multiplex splendor aucturus est: quoniam longe amplior ei a creatore lux veniet, quam est [1] ab eodem inserta creaturis. Ergo invisibilia metiri ex visibilibus nos oportet, & incorruptibilia de corruptibilium admiratione pensare: justis autem in gaudia æterna surgentibus, cælum novum & rudis terra revelabitur: multiplicatum perinde supra solem ex Dei conspectu se lumen infundet; quia multo magis sol a Deo distat, quam nos ab eodem sole distamus. Hi potius quos ad hanc vitam diversis justitiarum gradibus merita provexerint, splendorem solis habituri sunt, & ita singuli indeptæ felicitatis honoribus perfruentur, ut nec altior efferatur, nec spernatur inferior, sed gaudia sua unusquisque sic diligat, ut claritatis distantiam pari immortalitate compenset. Nulla tum interjectio noctis continuitatem diei lucisque violabit: præsens enim cernentium visibus Deus, & beatorum lætitiæ semper socia divinitas obscuritatem fugabit, diemque junctura est. Non livor miseros, non suspicio vexabit incautos, nullus animi ac viscerum dolor; nullaque peccati vel necessitas, vel occasio, vel voluntas mortem aut mereri faciet aut timeri: vernabunt cuncta cum fructibus, omnium specie * nulla temporum varietate mutata: odor cum amœnitate certabit: non illic importunæ obscuritatibus pluviæ, aut perennis auræ libertatem rigor calorquæ corrumpet: sed manebit perpetuo blanda temperies, & inæstimabilia illius beatitudinis gaudia præteritorum recordatio nulla vexabit; ita ut præsentis mundi usum etiamsi abolitio futura non tolleret, transisse tamen gauderent justi potius quam dolerent.

CAPUT XXVII.

Apollonius Phil.

MAgna est, sicut dicis, adhortatio futurorum, sed nondum patuit gentilium vanam religionem [2], aut vacua honore divinitatis numina nuncupari; quando & certa ex adytis responsa præstantur, & futura noscuntur in templis: quæ si & vera sunt & quærentibus prosunt, frustra Christiani destruere conamini quod eripere non potestis.

A

Zacchæus Christ.

Hæc quidem quæ in templis ostendere extorum inspectio solet, & ex adytis velut futura portendere, nec semper vera sunt, & nulli umquam, ut arbitror, prosunt; quia si adversa sunt, & ad correctionem ex Deo veniunt, nisi ab ipso non queunt immutari. Et denuntiata scisse quid prodest, si vitari prædicta non possunt? si autem ex Deo non sunt, nec bona possunt esse nec vera, & sicut haud officiunt, ita nihil prosunt: sed sive sunt falsa, seu certe ex proventu habent aliquid veritatis; omnia figmenta sunt dæmonum, qui & sperari a se volunt, & sperantes decipere consueverunt; ut cum a Dei cultu homines abstraxerint, etiam beneficiis exuant atque ab ejus bonitate disjungant. Hi gentilium obsident templa, hi sub mortuorum hominum nominibus sedem in vestris adytis collocarunt; & quia illis nusquam præterea consistendi in terra locus est, aerem sub nubibus præcipites incursant, volucrique discursu omnia perscrutantes, aut jam visa denuntiant, aut a se nequiter facienda quasi ut caveantur, adversa prædicunt. Nam licet nequam & incerti sint spiritus, omnique crimine reatuque polluti; incorporalis tamen, ejusque substantiæ cujus dignitatem amisere cum cælo, naturæ beneficio & vigore non carent, ac plus quam homines sciant necesse est, quorum & creatio sublimior est, nec terreno corpore sensus includitur. Et quæ, rogo, illorum divinatio est? Nonne similiter cum hominibus quos per vitia ceperint, Christi invocatione terrentur? Volunt quædam sponte prædicere, & de absentibus vel futuris, velut manifesta denuntiant, dum aut medelam cruciatibus sperant, aut prædicturos imitantur ut fallant. Omnis tamen divinandi simulatio de rebus actibusque terrenis est: nihil ante factum, quod sit * Dei, prævident; nihil [3] prius quam videant cæleste noverunt; & quod magis mirere, ne cogitationes quidem in cordibus hominum deprehendunt.

His ergo non pudet cultum veræ divinitatis adscribere, his vitam hominis spemque committi, quibus circumscribendi semper dolus est, & fallendi pro divinatione subtilitas? His etiam simulacra aut igni excocta componitis, aut in ligno vel sculptilibus adoranda præbetis, ex quibus is vobis venerabilior deus est, qui artificis manu melius expolitus; & hoc divinitas clarior, pictura si pulcrior: nec requirendi creatorem studium est, aut agnoscendi Deum verum sensus apponitur. Nonne manifestæ dementiæ est, his quasi Deo hominem subjici quos tibi possis Deum credendo subjicere, & ab his vitæ auxilia postulare quos in reatu esse non dubium est? Quos si profuturos putas, & ideo placari debere confidis; profuturos cuiquam crede propitios, si spreti a fidelibus nocent, si his a quibus propter Deum contemnuntur officiunt. Cum ergo nos timeant, vobis præsunt [4]. Et vide qualiter haberi debeant, qui nec prodesse umquam possunt, nec semper nocere, cum & sit facilius, & velle non desinant.

1. *Quam est ab eodem*] Voculam *est* addidimus e cod. Vind. Infra in eodem & in Lemov. *omnium specierum nulla*.

2. *Vanam religionem*] Optima codicis Vind. lectio: in priori editione corrupte, *nondum gentilium potuit vana religione*. Alia sunt quæ ope ejusdem codicis deinde emendavimus; sed leviora sunt, quam ut singula indicare necesse sit.

3. *Prævident, nihil*] Totum hoc de rerum cælestium cognitione e margine in textum revocavimus. Illud, *quod sit Dei*, vix ferri potest, itaque libenter legero, *quod solius est Dei*.

4. *Vobis præsunt*] Sic codd. Vind. & Lemov. emendate: prior editio, *vobis prosunt*, corrupte.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.

CAPUT XXVIII.

Apollonius Phil.

Habet quidem speciem veritatis objurgatio tua, sed potest recurrentibus confutari. Nos enim eorum simulacra vel imagines adoramus, quos vel vera religione deos credimus, vel antiquorum traditionibus docti [1] deos non esse nescimus: vos vero quibus istud abominatio est, cur imagines hominum vel ceris pictas, vel metallis desictas sub regum reverentia etiam publica adoratione veneramini, & ut ipsi prædicatis Deo tantum honorem debitum etiam hominibus datis? Quod si & illicitum legique contrarium est, cur hoc facitis Christiani, aut cur hoc vestri non prohibent sacerdotes, ne id quod ignorantibus nobis pro sacrilegio adscribitis *, scientes sub officii excusatione subeatis?

Zacchæus Christ.

Istud quidam nec debeo probare nec possum, quia evidentibus Dei dictis non elementa, non Angelos, nec quoslibet cæli ac terræ vel aeris principatus adorare permittimur. Divini enim speciale hoc nomen officii est, & altior omni terrena veneratione reverentia: sed sicut in hujusmodi malum primum adulatio homines impulit, sic nunc ab errore consuetudo vix revocat; in quo tamen incautum obsequium, non aliquem divinum deprehenditis cultum. Scilicet [2] propter similitudinem amabilium vultuum gaudia intenta plus faciunt, quam hi forte exigant quibus defertur, aut perfungi oporteat deferentes; & licet hanc incautioris obsequii consuetudinem districtiores horreant Christiani, nec prohibere desinant sacerdotes; non tamen Deus dicitur cujus effigies salutatur, nec adolentur ture imagines, aut colendæ aris superstant, sed memoriæ pro meritis exponuntur, ut exemplum factorum probabilium posteris præstent, aut præsentes pro abusione castigent. Vides ergo nil vestris erroribus simile in hoc esse quod arguis, nec juste profanis actibus officia incautiora conferri; quando etiam ipsi ad quos referri istud potest, aut fieri hoc nolint si consulantur, aut quamlibet vanæ gloriæ consuetudinem non recidant, nihil temere assumentes divinum, mortales se esse, & Dei indignos honore fateantur, cui & quod sunt debent, & fide ut hoc essent fortasse meruerunt.

CAPUT XXIX.

Apollonius phil.

Advertere in hujus propositionis principio potuisti, tenui me objectione ista libasse, quia professionis vestræ perfecta ut vultis observatio, nil penitus quo exasperari Deus possit, debet admittere: nunc autem neglectis his, hoc si videtur signanter exprome, cur fatum homini esse nolitis, aut quam ob caussam nullam decreti necessitatem videri; cum hæc ipsa per cursum siderum lunæque A rationem ita inveniantur & certa sint, ut nemo facile devitet, quod futurum ei statuta propriæ [3] nativitatis affixerint.

Zacchæus Christ.

Credo intelligas ex interpretatione sermonis fati nomen assumtum, & quod vocari putatur in specie non rei alicujus esse, sed verbi; decreti autem necessitas si est ulla, quod credi nefas est, humanæ vitæ Deus aut ignarus est, aut injustus: injustus, si bona malaque inexpertis ipse constituit; ignarus, si decerni ab alio se cessante permittit. Nam si necesse est bonos esse, cur adscribuntur merita vo-
B luntati; si malos, cur pœna commissis? Ergo & lex supervacua est, & nescio quam ob caussam sæculi jura condantur, si quod recte homo gesserit, proventibus adscribendum est; quod prave, necessitati. Cur præterea idem bonorum potius conditor Deus tantis scripturarum voluminibus vel comminatur judicium, vel beatitudinem repromittit? Quid religiosæ hominum preces faciunt, aut supplicatio enixa quid præstat, si potestas aliqua decreti inexpertis hominibus atque in lucem nascendo prodeuntibus, quod vitari non queat, & quod ipsi videtur affigat? At contra, justus & nulli umquam inæqualis judicio Deus, sicut cuncta ipse formavit, ita & cuncta moderatur, legem ab initio statuens,
C ut boni tantum simus; immo quia sic creamur & nascimur, ne mutemur: neque tantum ne mali simus, sed ne vel mali esse velimus, ut & faciamus semper bona, non ut merentes mala aliquando patiamur.

Verum hanc de homine, ut videtur, præscientiam malitiarum omnium diabolus auctor invenit, ut velut per innoxiam mathesim occultius decipiantur, qui fraudem illius hanc esse non norunt [4]. Inter omnes enim scelerum suorum artes nulla dubios perniciosius appetit, nec alia * a Dei cultu subtilius homines avocat, quam ut, cum sciamus omnes Deo nos debere quod formamur & nascimur, fato nos suadeat debere quod vivimus. Fallimur nisi
D hæc quibusdam pro tota religione præcipua cura est ut futura non nesciant. Velint nolint, ei a quo scierint efficiuntur obnoxii, quia credunt; ac dum ista sectantur, a fide & religione discedunt; & quod est sævius, sub specie innocentiæ malum non cavetur, dum vitari posse non creditur, neque si est prosperum a Deo poscitur, quod necessario eventurum speratur. Intuere præterea ipsam maleficiorum scenam: signorum qualitas, status lunæ, dies, hora, consulentis nomen inquiritur. Ecce jam incerta divinatio est, ubi falli interrogans vel respondens potest. Fit postea quicumque prosperorum gradus, & cum evadendi conditione prædicuntur adversa. Nempe etiam heic memorati artificis fraus
E elucet, quod esse fateatur incerta, quæ evadi posse denuntiet. Deus enim innoxiis adversa non statuit, inexpertis mala [5] non tribuit. Vides ergo & divinæ patientiæ & humanæ curiositati fraudem diabolicæ artis illudere, & velut in supputatione lunæ ac siderum cursu occultum perfidiæ vulnus & virus latere, ut inter cognitionem ac præscientiam futurorum & reverentia Dei, & amor justitiæ apud

1. *Traditionibus docti*] Uterque codex, *ducti*, fortasse melius: haud multo post iidem codices, ubi legitur *nobis pro sacrilegio adscribitis*, habent tantum *nobis objicitis*.

2. *Cultum. Scilicet*] Sic ex ingenio restituimus. Nam in editis & in mss. *cultum, sed:* corrupte.

3. *Statuta propriæ*] Posteriorem vocem adjecimus e codd. Vind. & Lemov.

4. *Esse non norunt*] Sic codex Vind. prior editio *esse non credunt*. Infra ubi ex eodem restituimus *nec alia a Dei*, legebatur corrupte *nec alias a Dei*.

5. *Inexpertis mala*] Sic edere maluimus, quamquam nullus codex faveret, quam quod antea legebatur *inexpertis magna*. In fine etiam capitis reposuimus *posse*, cum editum esset [illegible].

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

homines minuantur, cum Deus aut mala naſcenti- A bus ſtatuiſſe credendus ſit, aut ab alio conſtituta auferre non poſſe. *

CAPUT XXX.

APOLLONIUS PHIL.

QUantum video magna eſt diaboli hujus potentia, quia contra Dei, ut intelligitur, voluntatem, etiam lunæ ac ſiderum curſui ea per quæ hominibus nocere poſſit, inſeruit: verumtamen quo pacto aliunde venire credenda ſunt, quæ illic inſpecta noſcuntur? Arbitror autem in occultis falſitatibus illudi homines ab eo poſſe; ma- B theſim vero cum ſignis ac ſideribus ſimpliciter convenire: ac non ideo noxiam debere judicari, quia nihil de caſibus ſubtrahit, ſed magis utilem, quæ aut denuntiet proſpera, aut cavenda prædicat.

ZACCHÆUS CHRIST.

Prius dixi matheſim hoc eſſe ſævius malum quod innocens æſtimatur; ſed licet inveſtigabili ſubtilitate tecta atque concluſa ſit, actus ſui tamen, ſicut expoſui, corpore ac fine reſeratur. Ex Deo enim non eſt, & idcirco nec ſideribus cohærere credenda eſt; quæ primum incerta & infidelis, deinde inanis eſt operis, & idcirco obſervari ſuper- C vacuum eſt nil profuturam. Multæ autem ſtoliditatis eſt ab eadem prædicta metuere, quæ & cum prædicentis confeſſione evadi poſſunt, & præcipue converſis ad Deum precibus ſuperari. Proſperum vero aliquid ab eadem ſperare perſtultum eſt, cum tam facile aut falli poſſit aut fallere. Sed finge verum aliquando denuntiet; quod conſilium eſt cum manifeſto reatu ab hujuſmodi prodigiis dubios potius exſpectare proventus, quam in fide ſemper ſecurum, vel medelam a Deo ſperare vel meritum? Hoc magis noveris, quemdam eſſe diabolo in ſceleribus principatum, atque huic immundorum ſpirituum miniſteria diverſa ſervire; ſub illius enim flagitioſa diviſione alii concupiſcentiæ faces præfe- D runt, & luxuriæ fomenta ſuccendunt: per quoſdam in præceps fertur libido, atque avaritia officiis ſuis ūtitur [1]; alii amore habendi cruenta perſuadent, & fraudes furtorum ſorores. (Lætantur ad cognitos.) * Hi mæroribus præſunt, & qui terrores metuentibus ingerant certi ſunt: aliorum exercetur turba cruciatibus, ut ſævius infelicium hominum corpora vexatione quatiantur: a quibuſdam ſub incremento lunæ augetur inſania, & tamquam de plenitudine puriſſimi luminis captorum labes veniat, ſub quadam mali dimenſione aut exaggeratur aut incipit: nonnulli magicam præſtolantur artem, & mentiri mortuorum figuras in meditatione deputant: his etiam divinationibus doctiores præcurrunt, E & fallendi ſubtiliſſimos velut ſimplex matheſis amplectitur. Alii in avibus auguria præcinunt, & volantum lapſus certis laterum partibus monſtrant; atque ita illo falſitatum omnium incentore vel præſule, diverſis criminum ſtipendiis dæmones militant, ut indefeſſos humano generi laqueos prætendentes, vitari ab hominibus ferrique non poſſint; ſi tamen, ſicut illi vel credi ſemper vel fieri volunt, totum aut crederetur aut fieret.

CAPUT XXXI.

APOLLONIUS PHIL.

OPportune ad reſponſionem interrogatio dudum ſequeſtrata deſcendit: unde igitur quive iſti ſunt dæmones quos dudum in templis gentilium commorari, & nunc univerſis vel præeſſe vel intereſſe criminibus ſignantius ediſdiſti? Quis eorum ſimiliter princeps, quem diabolum vocas? Vel unde ad hæc opera ſunt dejecti, ſi ulla his tamen ſublimioris naturæ dignitas fuit? Effici enim per eos quæ in ſuperioribus meminiſti, non niſi ipſorum genere & qualitate monſtrabitur.

ZACCHÆUS CHRIST.

Eadem quidem etiam nunc illis eſt natura quæ ab initio fuit, quia quod ſemel creaverit Deus, aut in melius mutat, aut ipſe non abrogat: cæleſtem vero dignitatem non ſui creatoris, ſed voluntate propria perdiderunt. Unde quia & offenſæ cauſſas requiris, ex ſcripturarum ratione utraque cognoſce. Duo creationum genera cum omnia conderet, præcipua Deus fecit, quibus ſecundum officium tribuit & ſenſum: in cælis Angelos, homines in terris: incorporales ſunt & vere ſpiritus Angeli; nos vero cæleſtes ſenſus intra corpora terrena geſtamus. Et cum munere creatoris voluntas utriſque ſit libera, major eſt tamen in hominibus occaſio delinquendi; quibus & animo & corpore cavendum eſt: nam deſideriis animæ, corpora actibus peccant.

Hi ergo propiores Deo, qui magis liberi; & quia imperiorum ejuſdem miniſtri ſemper ac medii, ideo plus ſcientes. Ergo (ut) quæcumque [2] in terris agi poteſtatum & dignitatum gradibus vides, umbra cæleſtium eſt: ita & illic magis ſecundum Dei datum & diſciplinæ * & ordinum modus præſidentis Dei ſervit imperiis, atque ad nutum ineffabilis majeſtatis innumerabilem Angelorum multitudinem, Archangelorum obedientia regit. Qui nunc autem diabolus & dæmonum princeps, primus omnium Angelus fuit; qui factura & gradu ceteris præeminens, dum effertur ſuperbia, infra omnes effectus eſt: videri ſe etenim Deum, quod non erat, voluit; & quia primus inter omnes factus fuerat, divinitati ſe comparando honorem Creatoris aſſumere: ob cujus auſi præſumtionem cum aliquantis ex inferioribus qui aſſenſum præbuerant, ejectus e cælo eſt; quos poſtquam ſecum traxit ad terras, tamquam amiſſum reparans principatum, ex Angelis ſatellites ſuos fecit; & ſicut paullo ante memoravi, officiis criminum maliſque lapſorum, negatum in cælos reditum conſolatur. Hic primum hominem ad temerandam præcepti legem in ſerpente prævius & ſuaſor animavit, & in conſequentibus ſemper bonam noſtri creationem per vitæ blandimenta egit in crimina; & quamlibet per manus hominum, hoc tamen Chriſtus inſiſtente crucifixus eſt.

Illi invidia, tumor, crudelitas & mixtus concupiſcentiæ luxus in ſordibus cordi ſemper & gaudio eſt: & ne ſemper impia vel polluta ſectando ſubtilis nequitiæ figmenta nudaret, informationi at-

1. *Officiis ſuis utitur*] Hoc ut intelligat, monendus eſt lector. vocem *officium*, ita heic accipi ut in Codice, & in Notitia dignitatum imperii, pro Miniſtris ſive *Officialibus* Præſidis. Quæ uncinis incluſa vides, ea ſuperſunt ex commate in quo Zacchæus ſcribebat immoderatæ lætitiæ præeſſe dæmones, quibus id munus a principe dæmone collatum erat.

2. *Ergo ut quæcumque.*] Voculam *ut* quæ in editis & in mss. deerat, ideo adjicimus quod neceſſaria videatur. Infra *& diſciplinæ* edidimus ex Vind. nam antea legebatur *eſt diſciplinæ*, male.

que effectibus scelerum honesta permiscuit; videri studens sibi virginitatem placere, dicari debere idolis castitatem, ut quod re destruit, ambiret in nomine; purificatis etiam plus quiddam fallaciæ suæ præstans, & quamlibet homini sectam libenter indulgens, dum Deum nec ignoratum aliquis scire queat [1], nec agnitum ex ipsius voluntate ac lege veneretur. Hi ergo dæmones, & hic eorum diabolus princeps: hos * Christi nomen intra hominum viscera abditos terret & cruciat. Hi omnibus memoratas superius insidias struunt, quos metu nequeunt illecebris capientes, ut cum quolibet modo offensos Deo fecerint, ab spe immortalitatis abducant & oblectatione præsentium, & incredulitate futurorum.

CAPUT XXXII.

Apollonius Phil.


Si tam malus est diabolus quam dicis, & tam pertinax criminum, futuri præscius Deus nec malum creare debuerat, nec tanto culmine dignitatis efferre, ne aut sibi obvium, aut hominibus crearet inimicum; cujus quæ ratio facti sit, si scientia suppetit, narratio subsequatur.

Zacchæus Christ.

Nihil malum penitus in suo opere Deus fecit, nec insitum in his creaturis aliquid noxium est, sed ab his potius appetitum, quia ut placerent facta sunt omnia, non ut nocerent: sed primum Angelis sicut hominibus postea liberam Deus præstitit voluntatem, alioquin in nullo præter naturam mutis animalibus præstitissent, hoc est [2] sicut jam de hominibus dixi, in quodam ignorantiæ torpore compositis aut licerent omnia, aut omnia non licerent. Fons ergo totius rationis Deus irrationabiles sibi erat creaturus ministros? Aut quæ ipsorum sensibus ratio, si nulla voluntati potestas? Quæ postremo obedientia, aut quis Dei cultus nisi jubentis imperiis consequens esset similitudo famulantum? Quod si propter uniuscujusque voluntarium malum creator est arguendus, quod dici nefas est; & de omnibus hoc modo argui potest, quia ad bonum usum facta sunt omnia, & malos exitus habent, si his aliter uti velis.

Numquid malum est ignis? & certe quæ importune admoveris exuruntur: terra obruit, sed cum subruitur: non naufragiis maria congregata sunt, & tamen intempestive ratibus adita submergunt. Numquid ad decidendum celsa constructa sunt? & nisi summis cautius consistamus, excidimus. Vertendæ in sulcos terræ atque excidendorum caussa lignorum ferrum hominibus datum est, & exin gladios bella sumserunt. Numquid in resti mors posita est? & multi vitam laqueo finiunt. Quis hominum lapidationibus saxa, quis ligna crucibus deputavit? Numquid summæ dignitates idcirco regibus dantur, ut tyrannides facilius assumantur? Quam bona creatio vini est! & acceptum effusius gignit insaniam. Ipsi herbarum succi qui profuturis medicaminibus admiscentur, aut sævius insciis nocent, aut largius hauriuntur & perimunt. Creandorum A liberorum caussa sunt permissa conjugia, & ex licitis coitibus adulteria admittuntur illicita.

Sæcl. V. circa Ann. Chr. 421.



Quid, rogo, æquius facere Deus debuit, quam rationabilem Angelorum & hominum creaturam, atque hanc nec libertate privaret, & scientia cautionis imbueret? Quod si futuri præscius Deus creare hujusmodi, aut ceteris præferre non debuit; ergo nec hominem facere aut cunctis præferre debuerat, quem peccaturum sciebat: & sicut tu dicis, ne ipsa quidem fieri elementa debuerunt, si nullius erant usui profutura, vel quoniam nocere universa possunt, si iisdem non ita utaris ut facta sunt. Quanto hic divinæ providentiæ probabilior ordo est, idcirco illi primum summa committere, B qui erat ausurus illicita, ut attentior successuris cura justitiæ & amare creatorem institueret & timere [3], ac simul tentari eum nec ab Angelis impune monstraret, qui ob præsumtionem etiam Archangelum dejecisset. Vides ergo Dei creatione bonum factum, atque ipsius beneficio in sublimibus constitutum voluntate propria, quam liberam acceperat, & bonitatem mutasse malitia, & dignitatem insolentia perdidisse.

CAPUT XXXIII.

Apollonius Phil.

C Etiam hæc cum ratione facere videntur quæ de diaboli creatione casuque dixisti: sed quid caussæ sit, quod post ausum tantæ temeritatis, sicut jam quæsivi, deletus statim cum satellitibus non fuerit, signanter edissere.

Zacchæus Christ.

Dei judicium non tantum ex potestate, sed ex ratione est, qui in condemnatione [4] non judicantis solam vult esse sententiam, nisi & conscientiam delinquentis per quamdam pœnitentiæ comperendinationem, misericordiam semper ad se reverti cupientibus præstans. Et licet in omni æquitate sua D justus sit, est tamen in miseratione propensior, neque ad ulciscendum celeri indignatione festinat cujus judicio nemo succedit. Salvare ergo, non perdere quod creavit studet, & inde inenarrabilis patientiæ nec præcipitis aliquando vindictæ est: quod si idem diabolus ceterique ejus perditionis socii ante augmenta consequentium flagitiorum, & secretorum cælestium quæ ex parte sciebant, proditionem obnoxias pœnitentiæ manus dedissent, humilitatis exoratione crimen superbiæ diluentes; profecto in eos honor redisset angelicus, nec miseri in eorum nunc sordibus volverentur, quos captos nequitiarum laqueis deprimunt, & infelici sorte vitiorum tamquam in solatium suæ perditionis adsciscunt. E

Vide præterea inter delicta & justitiam hominum dæmonumque certamen, ex compugnantibus inter se luxu atque virtutibus, præmium immortalitatis exsistere. Spectat nos quotidie prœliantes meritorum arbiter Deus, & spiritales insidias fragili corpore superari placidus intuetur: debuit profecto tam sublimis creaturæ culpa sic plecti, & erecta in Deum Angeli superbia hominibus subjugari; ut qui sibi auctorem suum præesse noluerit, subdito-

1. *Scire queat*] In Vind. *scire quærat*, nescio num melius. Haud ita multo post ubi, *hos ergo Christi*, vocem *ergo* delevimus ejusdem codicis auctoritate freti.

2. *Præstitissent, hoc est*] Hasce duas voculas quæ in editis deerant, adscripsimus e cod. Lem.

3. *Amare ... & timere*] Sic codex Vind. in priori editione *amari ... & timeri*.

4. *Qui in condemnatione*] Ita e cod. Vind. restituimus, cum antea legeretur, *qui condemnationem*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

rum prius nunc imperia pateretur, & quamlibet in pejorem partem homines voluntatis suæ dominos pertrahat, plures tamen per se [1] ad Dei sedem virtutum ac fidei probatione transmittit. Vides ergo diabolum ejusdemque participes futuro judicio per providentiam Dei etiam cum quadam hominum utilitate servatos, ut & longanimitas creatoris lapsis pœnitentiæ locum daret; & si indulgentiæ spatia nihil profecissent, sua potius quam Dei sententia damnarentur; quorum reatui quotidie extrinsecus illud accrescit, quod licet ad justitiam hisdem impugnantibus exerceamur: nihilominus tamen & eo magis obtinet terrena fragilitas, quod hi nullo * adversante in substantia angelica perdiderunt.

CAPUT XXXIV.

APOLLONIUS PHIL.

INtelligo assertionis tuæ summam in hanc venire sententiam, ut Dei Filium Christum non solum ad restituendum hominem, verum etiam ad condemnandum diabolum ejusque consortes, vel jam ad terras venisse, vel iterum venturum esse confirmes; quod si ita est, potuit & Angelus mitti, qui absque injuria Dei & discretos a bonis malos perderet, & ipsum cum sociis malorum principem divina auctoritate puniret.

ZACCHÆUS CHRIST.

Prima est quidem [2] caussa qua Christus Dei Filius veniendi ad terras habuit voluntatem, * ut vel periturum hominem perire non sineret, vel perditum repararet: sed hoc quoque ejus providentiæ junctum est, ut diabolum atque ipsius socios sicut in homine in primo superavit adventu, ita in homine judicet in secundo; nec difficile Deo fuit per quamlibet cælestis militiæ potestatem finem præsenti sæculo mittere, & punire prædictos: sed quia memoratus nequitiarum auctor Deum se, sicut jam exposui, voluisset videri, ut coram qui uterque esset ab Angelis & hominibus nosceretur, manifestari Dei Filium visibiliter oportuit, & præsumtorem cominus confutari, ut nulla deinceps de intellectu unius majestatis apud utramque creaturam dubitatio linqueretur. His præterea additur caussis, quod hominem sub conditione immortalem antea factum, idem restituere in melius debuit, qui ante plasmaverat. Etenim indecens erat si a Deo corruptibilis homo factus ab Angelo incorruptibilis redderetur, postea quam hoc fidei probatione meruisset. Quid vero Dei munificentia dignius, quam ut præsentiam suam in summam beatitudinis præstet, & quod homini negaverat inexperto, indulgeat restituto? Ut postremo quem tantis malorum passionibus sequimur, quem cum sæculi invidia & periculis confitemur & credimus, sicut cupimus, ab his omnibus liberati, in sua videamus majestate regnantem.

CAPUT XXXV.

APOLLONIUS PHIL.

FIrmata est intra animum expositorum fides: sed ut nihil cunctationis resideat, jam credenti A pande quæso, quæ vis florere iniquos facit, vel deprimit rectos; & cum de homine, sicut aperuisti, tanta sit Deo cura, tam prava nihilominus utrosque diversitas agat, ut cum in illis malorum & voluntas & actus sit, copia contrario cedat bonorum; his prospera denegentur, quos magis æquum est esse locupletes.

ZACCHÆUS CHRIST.

Facilis rei istius intellectus est, nec tota in spiritalibus experimenta quærenda sunt; quoniam evidenter etiam præsens conversatio docet, quo pacto aut iniquis affluant cuncta, aut necessaria bonis desint. B Hi enim versa actuum vice non solum pertinaciter quæsita concludunt, verum insuper populantur aliena; hi quibuslibet lucris totius vitæ tempus addicunt, & in pecunia spem requirunt. Hi autem propter occasionem delicti etiam honesta compendiorum studia devitant, ac bene parta pertinaciter non tuentes, quietem jurgiis præferunt, & auctorem justitiæ vindicem sperant. Additur, quod pravos miseratio numquam permovet, aut ad data exigua vix educit. His vero inopum sumtus operi est, & promta semper in opere bonæ voluntatis expensa: quia vero morum subversio ex abundantia maxime venit, suos tantum incentor criminum fovens largas exsultantibus sufficit opes; C ut successibus gaudiorum luxuria subrepat: deinde in comessationem exuberatio vertatur, & captiva temulentia vitiis irrigetur. Hinc ad Deum minor abundantibus cura est, & fiducia præsentium sperare non sinit divitias futurorum; prolixæ autem patientiæ Deus & tumentes in dissolutionem projici sinit, & angustatos in passione confirmat, promissum cunctis judicium redditurus, ut hoc illic percipiat unusquisque quod heic egerit, hoc in perpetuum patiatur, quo inferiores ac subditos temporarie despiciendo vexaverit.

CAPUT XXXVI.

APOLLONIUS PHIL.

D APerte etiam hujus interrogationis membra patuerunt; & nisi molestum vererer aliquid tamquam in cumulum præstitæ hactenus expositionis adjicere, non supervacue inquirerem quid hoc sit, quod vitiorum ac peccatorum penitus inscii diversis malis afficiuntur infantes, ac nonnumquam ex utero prodeuntes aut debilitas occupat, aut ad mortem immatura vis præripit; quod sæva innoxios vexat insania, nec majestatis indubie pietas & justitia omnibus promta succurrit. Unde si, ut dixi, tædium non est, breviter cuncta ostensurus eloquere.

E ZACCHÆUS CHRIT.

Amplius quidem postulas quam sufficere possit credenti; & necessariæ scientiæ terminos inquisitione prætergrederis [3]: sed ne in fidei susceptione ex aliquo incertus nutes aut hæreas, atque ut in nullo * de Dei justitia infidelium disputatio locum teneat; quid sentiri debeat * adverte. (* Ex quatuor elementis hominem Deus fecit, siccis, humidis, calidis frigidisque. In splene frigida, calida

1. *Tamen per se*] Heic etiam codicem Vind. sequimur: nam in priori editione legebatur, *præ se*, nullo sensu. In fine, *quod hi nullo*, repererat in uno codice Acherius, & nos in Vind. reperimus: quod quidem haud paullo melius est, quam id quod edidit *quam nullo*.

2. *Prima est quidem*] Sic codex Lem. in editis *prima & quidem*, male. Ibi em Acherius monet in uno codice legi, *Deus filius venit ad terras, ut*.

3. *Prætergrederis*] Sic Acherius ipse in margine monuit legi oportere, cum in omnibus codicibus reperisset *progre-*

ponuntur in felle, in sanguine humida, sicca reputantur A in offibus, miraque ut intelligis conspiratio hæc ex contrariis factoris opus in homine conservat, & divinæ artis ingenio, præstantiorem speciem sociata demonstrant quam in semet prius singula retinebant. Sic ire semper in melius quidquid a creatore renovatur, apparet. Hæc ergo in conceptionem æquis partibus confluunt, atque ita ex omni viscerum regione conveniunt, ut in nullo æqualitatem germina creatoris excedant; sed hanc nascendi integritatem aut parcimonia, aut nimietas temperat parentis alterius, & quod male prævaluerit coalescenti intra uterum, vel mox ex utero prodeunti aut valetudines gignit aut mortes: geminæ enim in homine venæ sunt, quæ præcipuum inter B omnes spiraminis ac sanguinis obtinent principatum, & ab ipsa sede vitalium exiguis meatibus sparsæ totum corpus illustrant, notisque discursibus exploratum vitæ iter ac pervium servant; quarum si alteram de prædictis vis aliqua præcluserit, perniciem haud dubiæ debilitatis ac mortis operatur: unde infantes sæpissime aut totius lucis efficiuntur expertes, aut confestim parvulos immatura mors præripit.) Nonnumquam & ob eorumdem parentum vel peccata vel merita, infantum citus finis est; quia dilectorum ablatione probantur boni, puniuntur injusti; & qui se argui doloribus aliis, damnisque non sentiunt, etiam orbitatibus affliguntur: justos autem major fidei ignis examinat, cum C in levioribus stabiles etiam amissione probantur affectuum [1].

Quod vero nondum boni vel mali conscios infanda dæmonum vexat insania, patrum quidem, sed distantibus modis caussa est: si iniqui sunt, nec prædictis vel similibus castigationibus emendantur, etiam innocentum suorum arguuntur exitiis. * Hi autem quibus conversatio recta est, & per se malitiam diabolicam superant, etiam tamen talibus fatigantur insidiis; neque a tædiorum exercitio vacant, quibus nocere aliter vis dolosa non prævalet, ad hoc malorum versutiam semper involvens, ut sive ob vitia, seu propter fidem, ista proveniant, aut iniquum aut negligentem Deum, si qui- D bus forte [2] suadere possit, affirmet. Sed qualibet arte vel parvulos cruciet, vel parentes, Dei justitia in utroque non deest: nam & infantibus translatio * malis vitæ istius melior etiam hoc præstat, ne ex improbis geniti similes quandoque efficiantur auctoribus; & hisdem qui genuerunt pro beneficio reputandum est, quod temporario vexatorum dolore aut peccatis eruuntur, & boni sunt, aut meritis augentur, & in fide crescunt.

Habes ergo interrogationum tuarum caussas, & omnium ambiguitatum intellectum patentem. Itaque jam subditus Deo promissam concilio fidem redde, abjectaque hac mundi sapientia veræ sapientiæ affatibus crede; & quærere a te altiora desistens, E rationem cælestium secretorum auctoris sui scientiæ consilioque permitte. Nam licet nunc plura cognoveris, & de interioribus fidei aliqua supersint; non tamen putes omnia hominem scire posse quæ Dei sunt, nisi quæ aut scire hominem ipse perdocuit, aut intelligere divina aspiratione permisit. Age ergo, & fidem cordis simplicitate susceptam, devoti oris [3] confessione testare, nec gravi præceptorum onere terrearis: levis est servitus Dei, & intra voluntatem hominis tota necessitas legis, quam cum penitus revelatam compereris, ita ejus agnitione gaudebis, ut licet stimulet de ante acto errore pœnitentia, major tamen veniat de confessione * gratulatio.

CAPUT XXXVII.

APOLLONIUS PHIL.

JAM dudum voluntas quam expetis, promta est: sed velut oppleta ruderibus fundamentorum loca, ita mentem dubietatibus emundari, ignorantiam scientia [4] oportuit imbui; ut patentem fidei aditum veterum purgatio firma prospiceret. Unde, quia occupatiori dudum plena legis non potuit hærere revelatio; digestam in pauca nunc repete; ut, quam prope modum non recepturus audieram, examinatam multipliciter cum veneratione suscipiam.

ZACCHÆUS CHRIST.

Repetam plane; & animæ visceribus intimandam brevioribus eloquar verbis. Christianis * fidei integritas, plenitudo justitiæ est, id est Deum nosse, colere, timere, diligere; manu facta nec adorare nec colere, nec profanis immolatorum cibis vesci. Ecce jam non copiosæ cruor hostiæ aut odor polluti ignis exposcitur: enixe Deum colueris, si temet pro omnibus Deo dedas, duo ex omnibus præcipua tenturus præcepta, ut Deum plus quam te, sicut te autem hominem diligas; quia nec prodesse sibi ullus ex se tantum potest, quantum ille vel omnibus in commune vel singulis: quid autem æquius quam ut sicut te hominem diligas, a quo te similiter diligi, si * consolari exoptas? Sic præstare quemadmodum & cupere bona: certe non propter caducam brevissimi temporis voluptatem, spem beatissimæ æternitatis excludere, nec tueri præsentium vanitatem, ac fidem destruere futurorum; cum ex duobus conducibilius fore alterum clareat, non dicam sub Dei, sed cujuslibet honesti hominis arbitrio spem ponere, & propter electionem venientium præsentia spernere, quam ob præsentium transeuntem usum mansura præterire.

CAPUT XXXVIII.

APOLLONIUS PHIL.

DEI unam esse & simplicem majestatem atque ab eo visibilia & invisibilia condita omnes quidem sentiunt, & intelligere omnes possunt [5];

deris. Infra, *ut in nullo*, restituimus ex codd. Vind. & Lem. nam antea legebatur *ut nullum*. Quæ deinde parenthesi inclusa sunt, hæc in omnibus codd. præterquam in uno S. Arnulfi, desunt. Idem S. Arn. codex ubi legis *quid sentiri debeat*, plenius habet *quid usus attentioris vitæ docuerit*.

1. *Probantur affectuum*] Sic cod. Vind. emendate: prior editio, *probantur affectum*, corrupte. Haud ita multo post, ubi ex eodem codice scripsimus *arguuntur exitiis*, legebatur *arguuntur exitu*, minus recte.


2. *Si quibus forte*] Heic etiam cod. Vind. auctoritatem sequuti, emendavimus id quod prius legebatur *si quis forte*. Infra, ex eodem & e Lem. edidimus *malis vitæ*, nam Acherius scripserat *ex malis vita*.

3. *Devoti oris confessione*] Optima cod. Lem. lectio: quod prius legebatur *devotionis confessione*, minus placebat. In fine idem codex & Vind. *de confessione*; prior editio *de conversione*.

4. *Ignorantiam scientia*.] Sic in cod. Lemov. in editis, *ignorantiam scientiam*. Infra *Christianis fidei*, quod reperimus in cod. Vind. magis placuit quam quod prior editio habet *Christianæ fidei*. Haud ita multo post ubi *si consolari*, lego *& consolari*.

5. *Et intelligere omnes possunt*] Sic uterque cod. Vind. & Lemov. & quidem emendate. In priori editione, *sed intelligere quoque non possunt*. Infra, ubi *evecto in cælos*, Lemov. habet *suo*, Vind. *elato*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



plenam perinde legis ac promissorum illius fidem, plenamque justitiæ & merito divinæ possibilitati subesse, resurrectionis effectu æterno careat, qui non credit; quique te Christe Dei Filium & Deum manentem in homine diffitetur, nec redemtorem humani generis evecto * in cælos crucis triumpho & confitetur & prædicat; qui retributorem sancti laboris, aut scelerum vindicem non speret futurum; ille consortio diaboli gemens perpetuas eat exsul ad tenebras, & profundæ noctis mersus horroribus flagrantis cœni volvatur incendiis.

Absit autem nunc mihi amplius quam de Deo rebusque illius sapere, & nisi ab illo edocta scire velle vel quærere; tantum, ne ignorantiæ vel tardæ credulitatis culpam pœna comitetur. Maculatæ idolorum [1] concidant sedes, & exsecrandæ abominationis templa vacuentur, ipsaque divinatio quæ ut video a multifariis dæmonum fraudibus vel dolosa vel falsa est, sub reverentia sanctæ religionis intereat. Ego Deum Christum & salutis viam sequar, illum præ anima & cunctis visceribus diligens, in me hoc tantum amaturus quod ille dilexerit. Tu autem, qui divini in me muneris minister fuisti, ab auctore gratiam recepturus, trade, quæso, plenitudinem fidei; trade interioris sacramenta mysterii, & caducam materiem celsioris spei innovatione perfunde; si quid enim creditis qui nostris tractatibus affuistis, ita animum veræ lucis gaudia perfuderunt, ut Deum Christum ejusque pietatem, licet diu ignorasse pœniteat, æternæ tamen beatitudinis sperem esse, vel sero agnitum credidisse.

1. *Maculatæ idolorum*] Codex S. Arn. & Vind. habent *pollutæ*. Haud ita multo post lectionem codicis S. Arn. *gaudia perfuderunt*: prætulimus illi quam in textu collocaverat Acherius, *gaudia repleverunt*. In fine codd. Lemov. & Vind. *sero agnitum*: prior editio, *sero agnitam*.

INCIPIT EARUMDEM CONSULTATIONUM.

LIBER II.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI II.

PRÆFATIO ZACCHÆI.

CUM ad exercitium justitiæ optima atque exoptabilis via sit pie vivere, & vitæ ipsius rationem factorum & cognitionum observantia custodire [2]; præcipui inter bona omnia studii est, aut Deo semper aut de Deo fideliter loqui, quodque in homine maximum est, linguæ ac mentis officium auctoris sui laudibus * deputare, nec tamen ita fervore piæ voluntatis attolli, ut in aliquo sentiendi ac profitendi modum subnixa fidei vota transcurrant, aut sacros divinæ prædicationis terminos audentior licitis [3] calcet ingressus. Non ergo fiducia sed fide promti, insinuationem primum sanctæ Trinitatis aggredimur; post in Judæos, ac deinceps in hæreticos plana expositione pergentes; etiam schismaticum Novatianorum detegemus errorem. Ita instructio ex multis collecta voluminibus

1. *Tradiderint*] In cod. Vind. legitur *intulerunt*. Infra ex eodem codice & e Lemov. restituimus *qui duos dicunt*, ubi male editum erat *qui nos dicunt*; & capitulo sequenti verbum *credit* adscripsimus.

2. *Observantia custodire*] Sic codd. Vind. & Lemov. emendate: prior editio *observantiam*, corrupte. Haud ita multo post *auctoris sui laudibus*, scripsimus auctoritatem codicis Vind. sequuti; in quo voces intermediæ *rebus aut* non comparent.

3. *Audentior licitis*] Optima ejusdem Vind. cod. lectio; in editis *audentiori liceat calcare ingressu*, minus bene, ut equidem sentio.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
421.



A breviarii vicem dabit, non omnia in ſingulis elaborans. Experti itaque rem inter perſonas melius agi, Zacchæum noſtrum Apolloniumque jam noſtrum ad prædictos cauſſarum gradus robuſtiore ſcientia deducemus, ut libelli ſuperioris more, religionis noſtræ æmuli prædamnentur; & is qui diſcendi accenditur ſtudiis, Deo vivere cupiat ac vitiis interire. Nunc ergo inter prædictos leni collatione & proferentur omnia & probabuntur, ut congrua brevitate monſtretur quid recipi debeat, quid caveri; cum & fidelium credulitas cæleſtibus confirmetur exemplis, & profanorum perfidia ſuis vel maxime intellectibus deſtruatur.

APOLLONIUS.

SI quiſquam, Zacchæe, referre, ut dignum eſt, gratiam Deo pro collatis in ſe ejus miſeratione beneficiis, aut ſermonibus ſufficit, aut animo comprehendit; ego præcipue perſungi hoc munere debeo confeſſionis & mentis, qui illius adſpiratione tuave doctrina tantis errorum laqueis evolutus, mortis vincla depoſui; & terrenum exutus hominem, in ſpem cæleſtium gaudiorum Dei adoptione tranſivi; æterni inſuper ſacrificii particeps factus, immo Deum ſumendo [1] pars ipſius, toto animi vigore & ſalutaria expetere debeo, & obliqua deſtruere. Sed quoniam in retribuenda gratiarum vice, nec in hoc quidem ſufficientes ſumus quod C intelligendo ſentimus; hæc ſolum retributionis penes impares via eſt, ſi largitor totius indulgentiæ Deus, dignatione qua noſtris cogitationibus intereſt, debentibus inſpiciat votum, & pro effectu recipiat voluntatem. Quamlibet ergo ineffabilis lætitiæ compos magna ſim conſequutus, major mihi tamen ignorantiæ metus eſt ex quo aliquid eſſe cœpit ſcientiæ; grandiſque animum cura ſolicitat, ſi ſpiritualium conſcius ſecretorum plenitudinis ſacræ quantum audire farique liceat, aut ignarus aut trepidus deprehendar. Nam prima fidei in me præcepta concludens, Patris tantum ex quo ſunt omnia, & Filii per quem facta ſunt omnia, credulitatem ſimplicem popoſciſti; poſt autem ineuntis D traditionem myſterii etiam ſancti Spiritus mihi a te exacta confeſſio eſt, & tota in Trinitatem miſſa credulitas.

CAPUT I.

APOLLONIUS.

PRomiſſionis igitur [2] memor pande, an ſit tertia in religionis honore perſona, vel ſi ex uſu multiplicis reverentiæ & non ex ſpeciali appellatione nomen aſſumtum: quod ſi hæc ſapientiæ cæleſtis occulta reſeraveris, quidquid in ſuſceptione advenientis fidei bene ceſſit conſummatum notitia perfectiore roborabitur: conſequens erit ut doctrinas quoque hæreticorum & univerſas ſchiſmatum pravitates, quo vitari ocius * poſſint, conſultus expedias, ſi prius qualiter credi debeant jam conceſſa monſtraveris.

ZACCHÆUS.

Semper quidem ſtipendiis militiæ ſpiritalis accinctos velut ſub imminentium exſpectatione bellorum inſtructionis uſu oportet inſtitui, & otium deteſtari; ſed a multis quæ expetis & prolixe & ſublimiter condita, velut novæ eruditionis opus recuſant, ac tam plane de omni dudum ambiguitate diſſertum eſt, ut nunc non modo rudes in interpretationibus ſenſus, ſed verba denique niſi inculcata non ſuppetant. Notiſſimum præterea in qualibet editione faſtidium eſt aut refricare jam cognita, aut clarioribus inſerta monumentis ſuppreſ- B ſo auctore proferre; unde magis utrique noſtrum fortaſſe conveniat exemplaria adire priſcorum, ac de illuſtrium voluminibus hujuſmodi haurire doctrinam: quia & tibi abſque dubio conducibilius eſt perfecta ab eruditioribus diſcere, & mihi de maximis tutius reticere.

CAPUT II.

APOLLONIUS.

ET ego credo aliquos ſuper his creſcente fide noſtra latius diſputaſſe, ac tantis annorum temporumque curriculis ſpiritalium virorum ingenia, non ſilentio poſſeſſa, ſed meritis. * Verumtamen rudibus animis diffuſa tardius innoteſcunt, & ſenſum prius onerant prolixa, quam doceant. Atque ideo excuſatione ceſſante invidiæ metum utilium fervor [3] excludat, & indeptæ quietis quam amplecteris gratiam inexſuperabilis fidei amor vincat; verecundiam proverbii veteris ſententia ſublevante. Quid enim dici a quoquam poteſt quod ante non dictum ſit? Aut quæ tam abſtruſa in noſtris rebus ſcientia eſt, quam uſus non illuſtraverit præcedentum? Unde hoc primum de ſancto Spiritu certus revela: Deus ne, an res aliqua Dei ſit? Et munus divinitatis, an plenitudo credendus? Probari autem teſtimoniis oportebit quidquid ſimpliciter credituro fidei ſacramenta, dictaveris [4].

ZACCHÆUS.

Oneri licet expoſtulatio tua ſit, & quoddam negotium tantæ interrogationis nectat intentio, quia ardui operis res loquenda, & fide magis eſt intuenda quam verbis: tamen quoniam exigere ab humilibus magna non deſinis, & recitandi * opportunitatem dominicus fervor exſuſcitat, quo fidei ſubſtantiam non depreſſam humo tegere, id eſt, non incluſam cordis retinere ſecretis, ſed notitiæ cupientium prompta annumeratione mutuare, ac vi- E cenoris multiplicare præcipimur; ad expoſitionem ineffabilis majeſtatis trepidi, ad confeſſionem ſecuri commiſſa auctori ſuo ora ſolvamus. Deus unus eſt, & quamlibet perſonis ac nominibus diſtincta ſit Trinitas, a ſe tamen atque a ſua æternitate non diſtat, ſed manens ante ſæcula divinitas in Patre ac Filio & ſancto Spiritu, vere ac proprie creditur una atque eadem, nec dividi noſtris interpretationibus poteſt, nec rurſum verſa in unius

1. *Immo Deum ſumendo*] Vix quidquam in toto hoc opere præclarius, quam hocce Apollonii jam Chriſtiani de reali Chriſti dum ſumitur præſentia teſtimonium.

2. *Promiſſionis igitur*] Sic codex Vind. meo judicio melius quam prior editio *profeſſionis*. Infra idem & Lemov. *quo vitari tutius*.

3. *Utilium fervor*] Ita edidimus ex codice Lem. in editis *ut illum fervor*, male. Paullo ſuperius, ubi legitur *non ſilentio poſſeſſa, ſed meritis*; nemini quidem dubium erit quin aliquod vitii inſit, ſed nihil in mss. reperimus, quo hæc menda reparari poſſet.

4. *Sacramenta, dictaveris*] Præclara emendatio quam codex Vind. ſuppeditavit: antea corrupte editum erat, *dictaverint*. Haud ita multo poſt ejuſdem codicis eſt quod ſcripſimus *recitandi opportunitatem*, in ejus quod Acherius ediderat locum *reticendi opportunitatem*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

personam Trinitate confundi. Sic ergo Spiritus sanctus ut Pater ac Filius, Deus est. Neque in Trinitate unus, sed Trinitas unum est. Hæc fides plena, hæc nostra credulitas. Idcirco Deos nec æstimari patimur nec vocari, sed Deum in prædictis personis ac nominibus confitemur. Inenarrabilis enim divinitas, non ut concludi aut apprehendi vel vocabulis possit intra nomina personasque se præstitit: sed ut quod erat, esse & nosceretur, intelligentiam sui ex parte, quam capere humani sermonis angustiæ prævalebant, credentibus dedit. Verum hæc tibi non subtracta æstimes prius, sed non credita prius; quia ab idolorum multitudine veniens, etiam heic tibi prædicari Deos putasses, nisi id quod plenitudo fidei continet, traditionis exordia siluissent.

CAPUT III.

APOLLONIUS.

QUantum intelligi datur, adest sperata in interpretationibus fides, ac veritati ratio expositionis cohæret; verumtamen sacris interloquutionibus eadem dicta firmari stabilitas puræ credulitatis exposcit, & quoddam veritatis culmen cessantibus argumentis lectione constitui; quia videri incongruum potest, ita de Deo loqui, ut non magis illa quibus se idem insinuari voluit, proferantur. Qua de re ex multis quæ enumerari ad præsens non posse arbitror, neque ut nunc enumerentur expostulo, qui interim doctrinæ ordinem, non historiæ corpus inquiro; perspicua quoque & pauca dicturus auctoritatem redde memoratis. Nam, sicut dixi, velut tenuiter jacta nutabunt, nisi humanis adstructa sermonibus, divinis insuper fulciantur exemplis.

ZACCHÆUS.

Competenter exposcis, ut his potius fides detur quæ in testimonium sui divinitas ipsa proloquuta est; & recte ex innumerabilibus pauca proferri; quoniam veræ probatio majestatis, tametsi habet pluralitatem, pluralitate non indiget; credentique & pauca sufficiunt, quæ increduli, etiam si in multis scrutentur, ignorant. Unde primum de veteris Testamenti libris, post etiam novi, sanctum Spiritum in substantia unius divinitatis agnosce, libro Genesis sic inchoante: [a] *In principio fecit Deus cælum & terram; terra autem erat invisibilis & incomposita; & Spiritus Dei ferebatur super aquas.* Ille principium est, qui Judæis, quis esset, interrogantibus dixit [1]: [b] *Principium quod & loquor vobis;* unde ab eo & alio loco dictum est: [c] *In capite libri scriptum est de me.* Ferebatur autem Dei Spiritus super aquas, ut ex his viva omnia producturus ipse rudibus ignis proprii * fomenta præstaret, qui nunc purificatis dona sanctificationis infundit. David perinde, Deo aspirante, testatur: [d] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Vide quam plena sit brevitas, & quam clare in sacramentum unitatis recurrat; Patrem in Domino, in Verbi significatione Filium ponens, sanctum Spiritum ex ore Altissimi nuncupavit. Et ne vocis editio reputaretur in Verbo, cælos per eum edocet factos: ne flatus in Spiritu, virtutis in eo plenitudinem demonstravit. Nam ubi *virtus*, ibi necesse est & persona subsistens; ubi *omnis*, non ablata a duabus sed consummata signatur in tertia; non ut sola habeat quod in toto est, sed ne minus habeat quæ in sola appellatione postrema est.

Iterum idem propheta Trinitatem, dum precatur, exponit: [e] *Cor mundum crea in me Deus, & Spiritum rectum innova in visceribus meis. Ne projicias me a facie tua, & Spiritum sanctum tuum ne auferas a me. Redde mihi lætitiam salutaris tui, & Spiritu principali confirma me.* Principalis Spiritus, Patris est; Rectus est Filii, Sanctus vero cognominis sui adjectione distinguitur. Nec de vocabulorum adjectione movearis, quod principalis & rectus Spiritus sanctus prophetica appellatione signatus est. Licet proprietas una sit in singulis; tamen quia Deus Spiritus est, ne personarum confusio nostris intellectibus fieret, nominibus est adjecta diversitas: qui enim sanctus, necessario rectus est; nec potest iterum rectus esse, nisi sanctus sit: principalis autem, quia ex eo unigenitus Filius, atque ab ipso Spiritus sanctus procedens; de quo Esaias sub persona Dei de Christo loquentis hæc posuit: [f] *Ego loquutus sum; & ego vocavi & adduxi eum, & prosperum iter ejus feci: accedite ad me & audite hæc. Non in occulto ab initio loquutus sum; cum fierent, illic eram: & nunc Dominus misit me, & Spiritus ejus.* Angelus perinde ad MARIAM sacræ nativitatis mysteria nuntians, paria de eodem sic depromit: [g] *Spiritus Dei superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Dominus postea, cum de vocatione gentium loqueretur, intra unum divinitatis nomen sanctum Spiritum prædicans ait: [h] *Euntes nunc, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti.* Paullus similiter Apostolus: [i] *Qui autem confirmat nos vobiscum Christus Dominus, & qui unxit nos Deus, & qui signavit nos & dedit pignus Spiritus in cordibus nostris.* Et iterum, dum cælestia Corinthiis precaretur, hæc subdidit: [k] *Gratia Domini nostri Jesu Christi, & caritas Dei & communicatio Spiritus sancti cum omnibus vobis.* Unde propositæ veritatis memor, sententiarum multitudinem quæ largissima suppetit, non requiras; quoniam, sicut dixi, in paucis Deo credere consuetudo fidelium est; meminisse autem plurium, diligentiæ magis per se proficientis, quam docentis officium est.


CAPUT IV.

APOLLONIUS.

JAM quidem simplex assertio fidem fecerat sanctum Spiritum vere ac proprie Deum credi; sed quia facilius est sermonibus præbere consensum, quam intellectum sensibus mutuari; firmiter oportuit examinare suscepta, ac voluntariam confessionem cælestibus confirmare doctrinis. Nunc autem sectarum quæ adversæ nobis sunt pravitates retexens, a Judæis, si videtur, ordire principia, cur indomabilis populus Deum ac Dei Filium abnuat Christum, creaturamque omnium Dominum in neutra velint nativitate subsistere, qui utique ante omnes quæ nunc salvantur salvatæque sunt

a Gen. I. 1. sec. LXX. *b* Joan. VIII. 25. *c* Psal. XXXIX. 8. Hebr. X. 7. *d* Psal. XXXII. 6. *e* Psal. L. 12 - 14. *f* Isa. XLVIII. 15. 16. *g* Luc. I. 35. *h* Matth. XXVIII. 19. *i* II. Cor. I. 21. 22. *k* II. Cor. XIII. 13.

1. *Interrogantibus dixit*] In Vind. totum hoc comma sic descriptum est. *Ille principii nomine designatur, qui de semet ipso: Ego principium*, cet. Infra ubi legitur *ignis proprii*, ex cod. Lem. in editis corrupte legebatur *signis propriis*.



nationes, futurorum scientiam per legem prophetasque noscentes, quæ erant pro mundi salute facienda nescire nullatenus potuerunt, cum & Deum nossent & Dei eloquiis non carerent.

ZACCHÆUS.

Non fallitur æstimatio tua, Redemtoris nostri nativitatem, & quæ secundum Deum & quæ secundum hominem in uno eodemque nunc permanet, totis scripturarum voluminibus contineri; aperteque Judæis sacri adventus mysteria revelata, quæ intimare summatim ab animo non abesset, si in cunctis attentos sensus sequeretur ordo sermonum. Sed quoniam voluntas nobis intelligentiæ simplicis, B non pugnæ contraria difficultas est; auditioni tuæ satis sit libatis fastigiis totam lucem in parte luminis intueri, & utrumque brevi expositione percurrere. In libro itaque Genesis dum refertur conflagratio Sodomorum, unius quidem ut semper voluntatis, sed non unius personæ actus ostenditur, scriptura dicente: [a] *Et pluit Dominus a Domino de cælis*. Moyses iterum Dei jussu in lapide constitutus cum posteriora illius cerneret, Trinitatis distinctionem in numero designavit dicens, [b] *Domine, Domine, Domine, misericors & miserator*. Per David autem loquentis ad Filium Dei Patris hæc verba sunt: [c] *Ex utero ante luciferum genui te*. Per Salomonem vero de se Filius ipse testatur: [d] *Cum C pararet Dominus cælum, aderam illi* [1]. *Cum secerneret suam sedem, & super ventos validos * faceret nubes; cum confirmatos poneret fontes sub cælo: quando fortia faciebat fundamenta terræ: ego eram apud eum disponens, ego eram cui adgaudebat: quotidie jucundabar ante faciem ejus, cum lætaretur orbe perfecto*. Idem iterum dum de ejus ac Patris ambigit nomine, proprietatem veræ nativitatis exponit dicens: [e] *Quod nomen ejus, vel quod nomen Filii ejus*? Hæc de Christo secundum divinitatem ad præsens dicta sufficiant.

Assumendi vero corporis fidem, Moyses primum jussus hoc populo prædicare sic loquitur: [f] *In novissimis diebus Prophetam vobis excitabit Deus de D fratribus vestris, sicut me: hunc audietis;* [g] *& qui non audierit Prophetam illum, ego vindicabo, dicit Dominus*. Quod testimonium a Salvatore firmatum est, cum in Evangelio eosdem Judæos increpans dicit: [h] *Si crederetis Moysi, & mihi crederetis: de me enim ille scripsit*. Innumeris vero sub ejusdem Moysi persona trucem populum dum Jesum Nave Deus commendaret, admonuit ut in cognomine terreni ducis, futuri & cælestis vocabulum nosceretur: ait enim Deus ad Moysen: [i] *Ecce hic Jesus qui assistit tibi: vide ne spernas illum, quia & ipse obtemperans tibi erit; & nomen meum est in illo*. Planissime denique per Jacob patriarcham veritas propheticæ benedictionis impleta est, cum E & dux & princeps, id est, rex & sacerdos, usque ad ejus tempus Judæis futurus verbis talibus intimatur: [k] *Non deficiet dux de femoribus Juda, & princeps ex Israel, donec veniat cui repositum est* [2]: *& ipse est exspectatio gentium*. Balaam perinde in Numeris eadem annuntiat, dicens: [l] *Orietur stella ex Jacob, & homo ex Israel exsurget*.

A Quod magi in orientis partibus semper retinentes, primi ortum Salvatoris inspecto sidere nuntiarunt; & quod olim per auctorem suæ artis fuerat prophetatum, per ipsos cognita æterni luminis inspectione completum est. Per Esaiam denique Deus loquitur: [m] *Ecce mitto in Sion lapidem electum * angularem, pretiosum; & qui crediderit in illum, non confundetur*.

Hunc eumdem ex Virgine nasciturum idem propheta sic memorat: [n] *Ecce Virgo concipiet & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel; quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Sub verbis iterum eorumdem Judæorum in futuro judicio gementium, cum Christum in Patris majestate conspicient, hæc depromsit: [o] *Non est Deus præter te: tu enim es Deus; & nesciebamus*. Hieremias autem fidelis populi vocibus hæc exponit: [p] *Hic est Deus noster, & non deputabitur alius absque illo: qui invenit omnem viam prudentiæ, & dedit eam Jacob puero suo & Israel dilecto suo: post hæc in terris visus est, & cum hominibus conversatus est*, Michæas vero etiam locum in quo erat oriundus ita prodidit: [q] *Et tu Bethleem domus illius Ephrata, numquid exigua es, ut constituaris in millibus Juda? Ex te enim mihi prodiet qui* [3] *sit Princeps in Israel; & processiones ejus a principio * sæculi*. Innumera præterea leguntur & suppetunt, quæ mysterium nativitatis utriusque in Deo Christo apertissime docent; sed confutari perditos ac rebelles suorum tantum auctoritatibus ratio est: & sicut jam admonui, interrogationi potius tuæ quam renitentium intentioni respondere propositum: habere enim prolixitatum necessitatem ratio certaminum potest; expleri brevibus æquum est studia consulentium.

CAPUT V.

APOLLONIUS.

Dubium non est his testimoniis nequaquam subtrahi fidem posse, atque ejusmodi probationes ne ab ipsis quidem Judæis, nisi insanire plus malunt, æquanimiter improbandas; præcipue cum ex eorumdem voluminibus intimatæ adeo clara integritate perluceant, ut etiamsi sine assertore percenseas, ipsa se comprobent. Verumtamen quibus iidem Judæi in diversum agantur exemplis, fieri certior cuperem, nec solum rectis sed contrariis pariter edoceri; quoniam illa demum consummata dici doctrinæ veritas potest, quæ errantibus non solum in quo corrigi possint, verum etiam in quo per semet depravantur ostendit.

ZACCHÆUS.

Inculcatum tibi sæpissime retines, unum Deum esse, hoc est unam Trinitatis divinitatem, & in hujus vocabuli appellatione significationem unius substantiæ, non unius esse personæ: sed illis hinc error occasioque perfidiæ est, quod sibi in Horeb monte Dei vocibus hæc dicantur: [r] *Audi Israel, Dominus Deus tuus, Deus unus est*. Et iterum: [s] *Ego Deus, & præter me Deus non est*. Et ter-

a Gen. XXIX. 24. b Exod. XXXIV. 6. c Psalm. CIX. 3. d Prov. VIII. 27-31. sec. LXX. e Prov. XXX. 4. f Deut. XVIII. 15. g Ibid. ꝟ. 19. h Joan. V. 46. i Exod. XXIII. 20. 21. k Gen. XLIX. 10. l Num. XXIV. 17. m Isa. XXVIII. 16. n Isa. VII. 14. Matth. I. 23. o Isa. XLV. 14. p Baruch. III. 36-38. q Mich. V. 2. r Deut. VI. 4. s Ibid. ꝟꝟ. 32. 39.

1. *Aderam illi*] In cod. Vind. *aderam illic*. Idem infra *validas faceret*.
2. *Cui repositum est*] Codex Vind. *qui mittendus est*: haud ita multo post idem, *in Sion lapidem angularem*.
3. *Prodiet qui sit*] Codex S. Arn. *prodiet ut sit*: idem, *processiones ei ab initio a diebus sæculi*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.



tio: [a] *Ego Deus, & non demutor*: [b] *gloriam meam* A *alteri non dabo*. Non utique nulli, sed non alteri; id est, huic tantum dabo per quem vobis ab initio amissam immortalitatem in melius reparari in prædestinatione constitui: demutari autem vere non potest, qui dispendium augmentumque non recipit. Cum vere alia divinitas non sit, necesse est ut Deus alius non dicatur. Hoc tamen Judæis de unitate divinitatis non tamquam nescientibus dictum est, sed ad idola transgressuris prædictum, ne deos scilicet aut interpretarentur aut colerent, qui unum in substantia & [1] majestate cognoscerent. Illud præterea clarum est, cum Deus de mundi & hominis creatione disponeret, sacramentum Trinitatis ostensum, scriptura dicente: [c] *Et dixit Deus: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*. B Cum dicit *nostram*, prodit utique non unius; cum vero *ad imaginem & similitudinem* profert, æqualitatem distinctionis insinuat, ut in eodem opere sit Trinitatis aperta cognitio, in qua nec pluritas cassa est, nec similitudo dissentiens, dum & consequentia sic traduntur: *Et dixit Deus fiat*: Et, *Fecit Deus*: Et, *Benedixit Deus*. Deus ergo Pater faciunda denuntiat, Filius perficit dicta, Spiritus sanctus benedictione confirmat: & necesse est, ut creationis totius auctor Deus unus sit, tametsi est enuntiantis sermo *Faciamus*: quam fidei rationem antiqua denique per Moysen benedictio pandit & comprobat, qua benedicere populum sacramento trinæ invocationis jubetur; ait enim Deus ad Moysen: [d] *Sic * benedices populum meum, ut & ego benedicam illos: Benedicat te Dominus & custodiat te: & illuminet Dominus faciem suam super te, & misereatur tui: attollat Dominus faciem suam super te, & det tibi pacem*. Unde intelligis non interesse indissociabilis atque indemutabilis Dei, si non ad omnes sententiarum proprietates humanæ efficientiæ verba conspirent; cum evidenti fidelium intellectui sit relictum, ut quod creari a Deo vel effici dicitur, agi & effici * semper a Trinitate credatur.

CAPUT VI.

Apollonius.

Specialibus documentis Christi nativitas in Deo & homine monstrata est, atque indubitanter apparuit Spiritum sanctum in eadem substantia permanentem sacramentum perfectæ Trinitatis implere. Unde nunc eadem, si suppetit, scripturarum editione confirma, utrum & dominicæ crucis prædicta sit passio, vel si in aliquo legis veteris corpore venerandæ mortis indicia prænotantur; ut solicitudine parumper indulta, hanc denique sacri operis partem ordo cœptæ eruditionis illustret, quam dudum simplicis traditionis informatio revelavit.

Zacchæus.

Est plane omnium scripturarum non solum de passione, verum etiam de resurrectione cælique conscensu aperta prædicatio, atque in nobis Dei regnum a Christi passione cœpturum præscia prophetarum ora cecinerunt. David præ ceteris sic loquente: [e] *Dicite in gentibus, Deus regnavit a ligno*. Non quod non semper a conditione nostra sub Dei imperio fuerimus; sed quamdiu ab ejus cultu ac voluntate dissensimus, æstimati sumus alieni. Unde & Moyses prædictum populum prophetice increpat dicens: [f] *Erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ*. De quo & in Numeris ita scriptum est: [g] *Non quasi homo Deus suspenditur, nec quasi filius hominis minas * patitur*. Vere enim in ea exprobratione quod se Dei Filium diceret, cuncta perpessus est, & non ut homo datus est morti [2], quem non a crimine crux recepit. Per Amos vero prophetam Spiritus loquitur die media, sicut factum est in passione illius, noctem futuram; ait enim: [h] *Et erit in die illa dicit Dominus, occidet sol meridie, & dies lucis [3] obtenebrabitur super terram*. Et Hieremias: [i] *Exterrita est quæ parit, & timuit anima ejus. Subiit sol, cum adhuc medius dies esset, & confusa est*. Sub verbis autem ipsius C Domini, etiam tormentorum atque illusionis injuriam Esaias apertissime declaravit dicens: [k] *Dorsum meum posui ad flagella, & maxillas meas ad palmas, & faciem meam non averti a fœditate sputorum*. Hinc & per David ante prædixerat: [l] *Foderunt manus meas & pedes meos, & dinumeraverunt universa ossa mea. Ipsi vero consideraverunt & conspexerunt me. Diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem*. Nota omnibus caussa est, a militibus qui eum cruci dederant, vestem illius fuisse divisam, & unum ex omnibus vestimentis esse ante judicium [4] forte transscriptum. Aceti similiter & fellis admixtio quam iidem Judæi pendenti in cruce Domino dederunt, per David longe ante prædicta est, sic loquentem: [m] D *Dederunt mihi in escam fel, & in siti mea potaverunt me aceto*. Ita & per Zachariam de vulnerum acerbitate conquestus est dicens: [n] *Intuebuntur in me, quem transfixerunt*. Lancea enim latus illius penetrantes *; quia frangere os jam defuncto sævientibus non licebat, quod olim Moysi dictum fuerat impleverunt; ait enim Dominus ad Moysem: [o] *Accipient * agnum maturum anniculum ab agnis & hœdis, & occidet eum omnis multitudo synagogæ ad vesperum, & manducabunt ea * nocte; & os non frangetis ex eo*. Latrones denique suspensioni ejus * esse jungendos Spiritus prophetavit, dicens: [p] *Et deputabitur cum iniquis*. De pactione vero infelicis E Judæ, qui unus ex Apostolis fuit, & Salvatorem

a Malac. III. 6. *b* Isa. XLII. 8. *c* Gen. I. 26. *d* Num. VI. 23. *e* Psalm. XCV. 10. *f* Deut. XXVIII. 66. *g* Num. XXIII. 19. *h* Amos VIII. 9. *i* Jer. XV. 9. *k* Isa. L. 6. *l* Psalm. XXI. 17. *m* Psalm. LXVIII. 22. *n* Zach. XII. 10. *o* Exod. XII. 3. & seq. *p* Isa. LIII. 12.

1. *Substantia & majestate*] Sic codex Vind. & Lem. prior editio *substantiæ majestate*, minus recte. Infra ex cod. Vind. voculam *sic* quæ deerat, adscripsimus ubi legitur, *sic benedices populum*. Ejusdem est quod edidimus in fine, *agi & effici*, cum edita illic mutila essent.

2. *Datus est morti*] Id in hunc locum annotavit Acherius: *Id est non quod hominem se diceret, morti datus est*: sed ut verum fatear, mihi quidem hæc interpretatio non placet. Hoc enim dicere videtur Zacchæus, Christum a Judæis idcirco esse morti datum, quod se Dei filium diceret, nec damnatum esse ut ceteros homines, cum eum nullius admissi piaculi insimulatum crux receperit; itaque in hunc convenire quæ ex Numerorum libro supra exscripsit. Quod eo loco legitur *minas patitur*, non probat codex Lemov. in quo vox *minas* omissa est.

3. *Et dies lucis*] In alio codice *& in die lux*.

4. *Esse ante judicium*] Optimam lectionem hanc suppeditavit codex Lemov. nam in priori editione legebatur *cessante judicio*, quod vix ferri poterat. Infra *penetrantes* maluimus, quam quod in editis erat *penetrante*; & favet codex Vind. ex quo etiam infra scripsimus *suspensioni ejus*, cum prior editio præferret *suspensioni ei*. Eum locum Exodi quem Zacchæus laudat, idem codex paullo aliter exhibet: nam in eo legitur *accipe agnum*, & *manducabunt eum nocte*: in Lemov. etiam *accipe*.

acceptis triginta argenteis tradidit, adeo ſcriptura A non tacuit, ut modum quoque pecuniæ deſignaret, ait enim: [a] *Et fecerunt pretium appretiati triginta argenteos.* His teſtimoniis paſſionem probaſſe ſufficiat.

Nunc vero reſurrectionem ſub ipſius Salvatoris verbis ad Patrem loquentis agnoſce, David pleniſſime perdocente: [b] *Non derelinques animam meam in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre corruptionem.* Dicere hoc de ſe prædictus propheta non potuit, qui uſque ad communis reſurrectionis diem, in ea qua eſt patribus additus corruptione, durabit. Per Eſaiam ſimiliter: [c] *Nunc reſurgam, nunc glorificabor, nunc exaltabor, nunc videbitis, nunc erubeſcetis.* Vere autem de Salvatore præmonitum præ- B ſtita inferis bidui mora, & poſt aſcenſus conſequens prodit, quo corpus ſponte depoſitum, ſponte iterum propria reſumens evexit. Hunc enim dierum poſt reſurrectionem illius numerum Oſee propheta apertius indicavit dicens: [d] *Vivificavit nos Deus die tertio, poſt biduum reſurgemus.* Eſaias vero totam paſſionis aſcenſuſque indicans fidem, hæc in prædicatione ſua poſuit: [e] *Tamquam ovis ad occiſionem ductus eſt, & ſicut agnus coram tondente ſe ſine voce ſic non aperuit os ſuum. In humilitate judicium ejus ſublatum eſt. Generationem autem illius quis enarrabit? Quoniam tolletur a terra vita ejus.* David perinde ſub verbis Dei Patris ad Filium proloquentis; non ſolum aſcenſum, ſed & judicium C prædicavit, dicens: [f] *Dixit Dominus Domino meo: ſede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum.* Cum igitur teſtante propheta, Dominus ad Dominum ſit loquutus; cui dubium eſt, quod Filio Pater in gloriam divinitatis ex homine tranſeunti, cæleſtis judicii potentiam ac vim exercendæ majeſtatis inſinuet, ſicut ipſe in evangelio de hoc eodem loco dicit, nulli unquam Angelorum aut hominum dictum fuiſſe, ut ad Dei Patris dexteram ſedens ſubjectos pedibus nominis ſui calcaret inimicos? Hunc ſibi Zacharias adſtruens demonſtratum, ſic loquutus eſt: [g] *Et oſtendit mihi Dominus Jeſum ſacerdotem illum magnum ſtantem ante faciem Angeli Domini; & diabolus ſtabat ad* D *dexteram ejus adverſari ei. Et dixit Dominus ad diabolum: increpet Dominus in te diabole, increpet Dominus in te, qui elegit Hieruſalem. Nonne hic titio extractus ex igni eſt?* Id eſt, numquid non peracta jam paſſio eſt, & hominis fragilitate depoſita, poteſtas Chriſto ſempiterna ſucceſſit? Daniel quoque paria de eodem proferens ait: [h] *Videbam: ecce in nubibus cæli quaſi filius hominis venit uſque ad veterem dierum: qui aſſiſtebant obtulerunt eum, & data eſt ei poteſtas regia, & omnis terra, & genus, & omnis claritas ſervient: & poteſtas ejus poteſtas æterna, quæ non auferetur; & regnum illius non corrumpetur.* Hæc itaque Judæi audiunt & recenſent: noverunt iſta, nec tamen credunt Chriſtum, E quem a patribus abjuratum non neſciunt: ſed neſcire ſe ſimulant, dum ita ſemper etiam in eadem quam præferunt lege vixerunt, ut id quod labiis faterentur, corde ſimul & opere denegarent.

CAPUT VII.

Apollonius.

Satis abundeque monſtratum eſt, reſurrectionem dominicam aſcenſumque cæleſtem divinis teſtimoniis elucere, & iſta omnia ſpiritualibus fulgere documentis; ut etiam ſi admiſſi facinoris aliqua poſſint ignorantiæ excuſatione defendi, damnari præſentium incredulitatem veritas latius diffuſa compelleret: quia auctoritatem cæleſtium ſtatutorum actus denuntiatæ humilitatis implevit, & ſubcreſcentium docet credulitas populorum. Pande nunc itaque cur legis veteris portio ſit reciſa, vel quæ antiquandorum priorum voluminum cauſſa formam obſervantiæ juſtioris invexerit; cum & idem utrorumque ſit conditor, & eidem divinæ majeſtatis ſubſtantiam poſſidenti nec voluntas in ratione diſſentiat, & in præſcientia æternitas obſecundet.

Zacchæus.


Fidelis ac vera profeſſio eſt, utraque unius Dei cenſere præcepta, & per Moyſen traditam legem non abrogatam per Chriſtum, ſed impletam fateri, ipſo in evangeliis ſic proteſtante: [i] *Non veni legem ſolvere, ſed adimplere.* Olim enim evangelicæ prædicationis promiſſa lex fuerat, Deo per Eſaiam ſic loquente: [k] *Lex ex Sion prodiet, & verbum Domini ex Hieruſalem.* Id eſt, conſummata juſtitiæ fideique doctrina per Chriſtum, in eccleſia dignoſcetur. Et iterum Michæas: [l] *Lex ex Sion prodiet, & ſermo Domini ab Hieruſalem: & judicabit inter plurimos populos, & revincet & deteget validas nationes.* Alioquin veteri lege jam tradita, quæ alia niſi evangeliorum nuntiabatur addenda? De qua per Hieremiam ſimiliter eſt loquutus: [m] *Ecce dies veniunt, & conſummabo ſupra domum Iſrael & domum Juda teſtamentum novum. Non ſecundum teſtamentum quod diſpoſui patribus eorum, cum apprehendi manus eorum, ut educerem eos de terra Ægypti.* Id eſt mitiorem * in evangeliis ordinabo, illaque ceſſabunt, de quibus ſcriptum eſt: [n] *Dedi illis præcepta non bona, in quibus non juſtificabuntur in eis;* [o] *ſed qui fecerit ea, vivet in illis.* Quædam ergo in lege idcirco ſeverius ſunt ſtatuta, ut rebellem populum atque aſſueta gentilitate laſcivum potius humiliarent, quam attolli juſtificatura [1] permitterent; & velut quadam cuſtodia diſciplinæ præſentis pœnæ terrore cohiberent, quos adhuc longe a ſæculi fine degentes, ſervare judicii interminatio tarda non poſſet. Hinc illud eſt: [p] *Oculum pro oculo, dentem pro dente:* [q] *Ne manducaveritis, ne contigeritis.* Hinc menſium obſervatio definita, neomeniarumque feſtivitas: hinc ſtatutum ſabbati iter, ac pæne totis humanorum actuum rebus otio intercluſa libertas. Sacrari vero pecudum atque alitum victimas prima ratio conſuetæ abominationis exegit; quia arceri ab iiſdem repente non poterant, conſultius fuit paullatim abolenda reſpuere, quam ſtatim inhibenda punire.

Hæc autem alia & evidens ratio eſt, quod licet gentilium ritu hoſtias immolabant, Deo tamen docebantur offerre, quod præſtare idolis ante conſue-

a Zach. XI. 13. b Pſalm. XV. 10. c Iſa. XXXIII. 10. d Oſee VI. 3. e Iſa. LIII. 7. 8. f Pſalm. CIX. 1. g Zach. III. 1. 2. h Dan. VII. 13. 14. i Matth. V. 17. k Iſa. II. 3. l Mich. IV. 2. 3. m Jer. XXXI. 31. 32. n Ezech. XX. 25. o Gal. III. 12. p Lev. XXIV. 20. q Lev. XI. 8.

1. *Attolli juſtificatura*] Sic cod. Vind. & alius quem viderat Acherius, a quo tamen editum eſt *juſtificaturi*. Supra, *id eſt mitiorem in*, nonnihil deeſt, quod niſi mss. ope reſarcire non poſſumus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



verant, & multiplicis sacrificii actibus occupatis ne cogitare quidem de transgressione spatium aut occasio præbebatur [1]; cum & quod desiderare possent, non auferebatur, semperque supererat quod explere devotionis intentio non * valeret. Denique mox audiunt prophetam: [a] *Quo mihi multitudinem sacrificiorum vestrorum, dicit Dominus? plenus sum. Holocautomata arietum, & adipem agnorum, & sanguinem hircorum & taurorum nolo: nec sic veniatis ante conspectum meum. Quis enim exquisivit ista de manibus vestris? Calcare regiam meam non apponetis. Si attuleritis similaginem, vanum est: incensum, abominatio est mihi. Neomenias vestras & sabbata & diem magnum non sustineo. Jejunium & dies festos odit anima mea. Facti estis mihi in abundantiam. Non dimittam peccata vestra*. Id est, non his piaculis crimina vestra purganda sunt; sed quid esset in nostro baptismate purificationis futurum prophetice demonstravit dicens: [b] *Lavamini, mundi estote.* Id est, cum illius visitationis tempus advenerit, spiritalis lavacri sacramenta sectamini: [c] *Et si fuerint delicta vestra ut phœnicium, ut nivem dealbabo ea; si autem ut coccum, ut lanam candidam efficiam.* In phœnicio obscuritas peccatorum, in cocco mens cruenta designatur. Talibus ergo per Christum denuntiata mutatio in melius versa est, ac pro obsoletis pecudum atque alitum victimis cæleste fidelium munus pura oblatione celebratur, & contra omnes insidias infestantis inimici spiritalis sacrificii admixtione munimur; & illud in assumtum hominem Dei Patris completur edictum: [d] *Tu es Sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech.* Ubi ergo evangeliorum tempus illuxit, solvit continuo gratia quos legis servitus retinebat, sacroque Domini ore prædicatum est: [e] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & invenietis requiem animabus vestris. Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde: jugum enim meum suave est, & onus meum leve.* Ne autem prædictarum vindictarum rigor maneret, & medelam salutaris pœnitentiæ incumbens reatui exitus raperet, sequestrari judicio plectenda constituit, in evangelio Dominus ita prædicans: [f] *Mihi vindictam, & ego retribuam*: quoniam nisi emendatio justa successerit, nemo rectius vindicat, quam qui in admissi probatione non fallitur.

Sic itaque & sabbati abolitus torpor est, atque a bono opere nullum fidelibus tempus exclusum; ipso in evangeliis sic loquente: [g] *Quia licet sabbatis bene facere.* Et, [h] *quia Filius hominis Dominus sabbati est.* Edendi præterea quæ conveniant, facultas est attributa; quoniam, ut ipse testatus est: [i] *Non coinquinant hominem quæ in os ingrediuntur; sed ea quæ de ore exeunt.* Ita hæc omnia quæ cruciatui rebellibus erant, indulta per Christum libertate solvuntur; paucisque a superstitione cessantibus [2], quæ vere * justitiam merentur adjecta sunt: atque ideo inter exordia & plenitudinem fidei lex media subrepsit, quæ feras Judæorum mentes talium sanctionum difficultate confringeret, & ven- A turæ indulgentiæ gratiam suscipi facilius persuaderet, quam diuturnæ absolutio servitutis & exoptata olim libertas amabiliorem etiam incredulis reddidisset.

CAPUT VIII.

APOLLONIUS.

Non immerito in hujus causæ interrogatione prospexeram aliquod divinæ providentiæ fuisse consilium, ut hæc rudis populi permissa primordiis velut profutura ac placita juberentur, quæ aboleri postmodum conveniret. Quid rogo in circumcisione hisdem Judæis sanctificationis aut meriti est, B quod ea sibi etiam nunc in vicem baptismatis blandiuntur, quam in signaculum tantum electæ sobolis constitutam præcedentis libelli tenore signaveras? Et procul dubio clarum est eos justitiæ præmiis carituros, si in hac tantum corporis imminutione fidentes totius spei documenta componant, quos rejecta carnis injuria gaudere potius incruentis sancti Spiritus muneribus oportebat.

ZACCHÆUS.

Recte recolis prioris libelli hujusmodi expositionem fuisse, in circumcisione carnali signaculum fidei, non statum fuisse justitiæ, scriptura memorante: C [k] *Et dixit Deus ad Abraham: hoc testamentum meum servabis inter me & vos; tu & semen tuum tecum. Circumcidetur omne vestrum masculinum, & circumcidetis carnem præputii vestri. Et erit in signum testamenti inter me & vos.* Hanc usque ad Christum carnaliter [3] custoditam Jesu Nave actus subsequens probat, qui post excessum eremi in qua iidem Judæi quadraginta vixerant annis, nec quisquam huic fuerat subjectus injuriæ, quia in solitudine permixtio extraneorum non erat populorum, plebem signare præcipitur, atque indicto patribus more, Jordanem transituris cognitionem avitæ credulitatis imponere, scriptura dicente: [l] *Et ait Dominus ad Jesum Nave: Fac tibi cultellos petrinos,* D *& sedens circumcides secundo filios Israel.* Istud quidem & secundum litteram contigit: sed in nos magis prophetica interpretatione porrectum est. Jesus enim ille, sed vocabulo tantum, * noster & facto, Angelo ad Pastores in evangeliis nuntiante: [m] *Natus est*, inquit, *vobis hodie Salvator*, [n] *quem vocabitis Jesum: Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* In secundis autem filiis gentium intelligitur populus, & in abscissionibus petrinis evangelicæ conveniunt disciplinæ. Unde Moyses primum talia prophetavit dicens: [o] *In novissimis diebus circumcidet Deus cor vestrum, & cor si-* E *milis populi tui* [4] *ad amandum Deum vestrum.* Hieremias perinde non carnem circumcidendam, sed corda denuntiat dicens: [p] *Circumcidite vos Deo vestro; sed & circumcidite præputium cordis vestri.*

Dominus autem in evangelio principi Judæorum evidentissime protestatur, nullum penitus sine la-

a Isa. I. 11-15. *b* Ibid. ℣. 16. *c* Ibid. ℣. 18. *d* Psalm. CIX. 4. *e* Matth. XI. 28-30. *f* Rom. XII. 19. *g* Matth. XII. 12. *h* Ibid. ℣. 8. *i* Ibid. ℣℣. 15. 11. *k* Gen. XVII. 10. 11. *l* Jos. V. 2. *m* Luc. II. 11. *n* Matth. I. 21. *o* Deut. XXX. 6. *p* Jer. IV. 4.

1. *Occasio præbebatur*] Ita reperimus in cod. Vind. ex quo etiam infra scripsimus *intentio non valeret*. In editis *præbeatur ... intentionem valeret*, male.

2. *A superstitione cessantibus*] Vix adducor ita scriptum esse a Zacchæo; cum enim dicere voluerit pauca quædam esse abrogata, in quibus nonnihil esset superstitionis, eam sententiam non male exprimi arbitror si scribas *ob superstitionem*: sed eamdem in vulgata lectione an quisquam agnoscere possit, haud satis scio. In Lemov. deinde legitur, *quæ veram justitiam*, fortasse melius.

3. *Carnaliter custoditam*]. In cod. Vind. & Lemov. *rationabiliter custoditam*. Haud ita multo post in Vind. & in alio codice quem Acherius viderat, *Jesus enim ille verbo noster & facto*.

4. *Similis populi tui*] In alio codice *feminis populi tui*. Infra ex codice Vind. scripsimus, *amen dico tibi*, cum in editis legeretur *vobis*.

vacero spiritalis aquæ posse salvari, aut possessionem regni illius adepturum; ait enim: [a] *Amen, amen dico tibi: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & Spiritu sancto, non videbit regnum Dei.* De quo tamen per Esaiam ante prædixerat: [b] *Nolite priora meminisse, & antiqua nolite recordari. Ecce nova facio, quæ nunc orientur: & cognoscetis ea; & faciam in deserto viam, & flumina in loco inaquoso, adaquare genus meum electum, & plebem meam quam acquisivi, ut virtutes meas exponeret.* Et iterum: [c] *Si sitierint per desertum, adducet illis aquam de petra; findetur petra & fluet aqua, & bibet plebs mea.* Et tertio: [d] *Flumina de ventre ejus fluent aquæ vivæ.* Itaque secundum Apostolum, [e] *Circumcisio nihil est, & præputium nihil est, sed observatio mandatorum Dei.* Quæ in fide evangelicæ credulitatis impleta; gratiaque baptismatis, non nunc etiam [1] sicut ante aut populum signat aut sexum: sed injuriam carnis in signaculum spiritale convertens, nec sexum excipit, nec gentem secernit; atque in se omnes æqualiter salvans præputium in vitiis reputat, & circumcisionem tradit in moribus; quia id quod veræ sanctificationis est, in fide dignoscitur; quod * manifestæ fidei, operibus justitiæ non injuriæ corporis deputatur.

CAPUT IX.

APOLLONIUS.

Hujus quoque dispensationis sicut acceperam certa probatio est, & Judæorum vana præsumtio, qui reputandum sibi pro munere baptismatis credunt, quod pro temporis ratione præceptum, non statum fidei, sed notitiam generis custodivit [2]. Quid patriarchis justitiæ merita retinentibus, quam ob caussam habere in conjugio conventuque plures licuit? Nec in peccatum, Deo utique sciente [3], reputatum est, quod nunc ita inhibetur & plectitur, ut non solum Dei dignum æstimetur offensa, sed ultione hominum æquissimum * judicetur.

ZACCHÆUS.

Multiplex quidem apud plures licentiæ istius caussa est, sed hæc præcipua fuisse credenda; ut perfectionis ordine sequestrato, Dei primum credulitas fundaretur; & fidem potius stabilire contendens lex illata non tolleret, quod fieri velut innoxium reperisset; eaque tantum signarentur illicita, quæ vere mortalia credebantur. Inde Abrahæ fides pro justitia reputata est, & devotio cessit ad merita, scriptura dicente: [f] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est illi ad justitiam.* Deinde quod plebem exiguam divinitas fovens, gaudere voluit successionibus numerosis, ut præ ceteris augeretur quam præ ceteris [4] diligebat, & maledictum legis effugeret, cui semen in sobole substitisset. Sed excusatio cunctis ista communis est, & non paucorum caussa, sed populi: patriarchis vero extrinsecus æstimatur; nam promissum ex semine suo Christum dum sibi quisque crederet proventurum, & oriundum adhuc absque semine non legissent, tantæ sobolis amore ferventes conjugia adiere multarum, infirmissimum judicantes uni tantum matrimonio spem sublimissimi germinis deputare. His enim Dei verbis Abrahæ primum ejus facta promissio est: [g] *In semine tuo benedicentur omnes gentes.* Pari propemodum patriarcha Jacob honoratur eloquio, Domino ad eum loquente: [h] *Ego sum Deus tuus: cresce & reple gentes, & ecclesiæ gentium erunt de te: reges de lumbo tuo exibunt: & terram quam dedi Abraham & Isaac, tibi dabo eam & semini tuo post te.* David autem in spiritu planius sibi hæc promissa commemorat dicens: [i] *Juravit Dominus David, & non pœnitebit eum: de fructu ventris tui ponam super sedem tuam.* Similis per Esaiam promissionis istius ordo servatus est; ait enim: [k] *Exiet virga de radice Jesse, & flos de radice ejus [5] ascendet;* [l] *in ipso gentes sperabunt.* In virga Mariæ venerabilis monstratur integritas; in odore floris & gratia signatus est Christus, ipso in Canticorum Canticis hoc docente: [m] *Ego sum flos campi, & lilium convallium.* Ergo hæc avidorum vota simplicia, Domino per Esaiam loquente, mollita sunt, dum in salutem humani generis per occasionem signi virginalis partus ostenditur, propheta ad Achaz promissionem muneris istius sic loquente: [n] *Ecce dabit Dominus signum. Virgo concipiet & pariet filium.* Ecce tertia. *

Prima ergo est caussa, quod non vetitis simpliciter sunt abusi, missisque in numerosam sobolem studiis augeri insipientem [6] populum divinitas voluit. Hæc denique insuper juncta, quod ex genere suo Christum promissum tamdiu sibi eventurum accessione * multiplicis matrimonii incauta sanctorum desideria putaverunt, donec ex virgine nasciturum prædicatio continentiæ jam vicina revelaret, & idem sensim salutis nostræ reparator & conditor crescente justitia impleturus afferret quod olim per dispensationem immaturi temporis distulisset.

CAPUT X.

APOLLONIUS.

Quantum reor, & patere omnium intellectibus credo, a cunctis sevioris concupiscentiæ suspicionibus sanctorum simplicitas absoluta est; præcipue cum explorator mentium Deus prærogativam justitiæ talibus non dedisset, si id quod prohibitum pro dispensatione non fuerat, præsumtum injuria comprobasset. Sed exactis, ut jam videtur, caussis

a Joan. III. 5. *b* Isa. XLIII. 18-21. *c* Num. XX. 8. *d* Joan. VII. 38. *e* I. Cor. VII. 19. *f* Rom. IV. 3. *g* Gen. XXII. 18. *h* Gen. XXXV. 11. 12. *i* Psalm. CXXXI. 11. *k* Isa. XI. 1. *l* Ibid. ✝. 10. *m* Cant. II. 1. *n* Isa. VII. 14.

1. *Non nunc etiam*] Sic codex Vind. sed vox *circumcisio* deinde addenda est sic, ut legatur *non nunc etiam sicut ante circumcisio*: in editis *nonnumquam* male. Acherius conjecit, *non umquam*. In fine *quod manifestæ fidei*, optima lectio codicis Vind. contra, prioris editionis *quia manifestæ fidei*, pessima.

2. *Non statum fidei .... custodivit*] Sic codex Vind. & alius quem Acherius viderat, emendate: in textu prioris editionis *non statutum fidei .... custodiunt*, corrupte. Superiori capite, *signaculum fidei, non statum fuisse justitiæ*.


3. *Deo utique sciente*] Heic sciendi verbum aliter accipitur ac vulgo solet, nimirum ut *scitum* in illa voce *plebiscitum*. Infra *ultione hominum æquissimum*, ultima vox adscripta e codice Vind. & Lemov.

4. *Augeretur quam præ ceteris*] Hæ voces quatuor additæ e codice Vind. In Lemov. cetera quidem ut in Vind. sed in eo habetur, *quæ præ ceteris diligebatur*.

5. *De radice ejus*] Postremam voculam addidimus, sequuti auctoritatem codicis Vind. Infra in eodem, *pariet filium & cetera*: sed quanto melius codex Lemov. *Ecce tertia*, nimirum caussa cur patriarchis plures uxores ducere licuerit. Hæ duæ voces in editis omnino deerant.

6. *Augeri insipientem*] Hunc locum ab errore immunem esse vix credo. Infra *accessione multiplicis* habent codd. Vind. & Lemov. ubi prior editio *accersione*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



interrogatio inopina subrepit, quæ fuerit gentium specialis offensa, quæ tot sæculis ac temporibus abjectas a Dei informatione repulerit, & nunc spe æternorum munerum provocatas amplectatur ac doceat, Judæis penitus a gratia Dei pulsis, quibus & in legis susceptione usus anterior, & in electione sors prima est.

ZACCHÆUS.

Nullum a principio credentium Deus repulit, nec prius creatori suo displicuere gentes, quam beneficiorum illius & suæ conditionis oblitæ pro ejus reverentia vel honore insensibiles colerent creaturas; ac simulacra hominum & pecudum venerantes, his merito similes redderentur, quæ sibi, cum potiores a Deo facti essent, prætulerunt; Scriptura memorante: [a] *Simulacra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum.* [b] *Similes eis fiant qui faciunt ea, & omnes qui confidunt in eis.* Similiter & Salomon: [c] *Homo fecit eos, & qui spiritum mutuatus est, finxit illos. Nemo autem hominum similem sibi poterit Deum fingere: cum sit mortalis, mortuum fingit manibus iniquis: melior est ipse his quos colit; quoniam ipse vixit, illi vero numquam.* Et iterum: [d] *Attendentes opera, non noverunt quis esset artifex; sed aut ignem, aut spiritum, aut aerem, aut gyrum stellarum, aut nimiam aquam, aut solem, aut lunam rectores orbis terrarum deos putaverunt.* Cum ergo totius spei fiduciam, neglecto creatore, in talibus collocassent, mercedem proprii operis perceperunt, ut sua sponte in omne immunditiarum genus ruentes alienæ ab informatione Dei fierent, quæ solis vitiis serviebant, demersæque criminibus non prius viam adipiscendæ immortalitatis agnoscerent, quam mediatori Dei & hominum credidissent: unde in Deuteronomio scriptum est, synagogæ ecclesiam ex gentibus præferendam: [e] *Eritis*, inquit, *gentes in caput: incredulus autem populus in caudam.*

Judæis autem quamdiu fides & justitia viguit, Dei quoque ab his dilectio non recessit, ipso per Esaiam in Canticis protestante: [f] *Cantabo nunc dilecto canticum dilectæ vineæ meæ.* Querela in Cantico, dilectus in Christo est; Vinea, synagoga: hoc enim & in consequentibus ait: [g] *Et nunc homo Juda, & qui inhabitatis Hierusalem, judicate inter me & vineam meam: Quid faciam vineæ meæ quod adhuc non fecerim ei:* [h] *Vinea enim Domini sabaoth, domus Israel est.* Homo Juda, Salvator ut supra: hi autem qui habitant Hierusalem, quorum pes [1] in ecclesiæ fide currit. Itaque inter se ac populum Judæorum velut pari conditione Dominus hortatur agnosci. Quid ei adhuc mirabilium ac beneficiorum præstare possit, quod ante * non factum sit: cui ex Ægypto gravissimæ liberatio servitutis, & absolutæ a cophino manus: cui innumera in Pharaonem atque omnes Ægyptios signa, sicut in columna nubis & luminis die ac nocte visibile præviæ divinitatis auxilium, & a persequentium impenetrabilis discretio tenebrarum? Inaudita præterea pelagi fuga, & contra insistentium violentiam defensio prœliantis elementi; manna in eremo, & sine decoris ac vestium detrimento diuturnæ usus ætatis: expulsio perinde gentium vi ac numero imparibus [2] præstita, atque in possessionem affluentis terræ hereditas constituta. Quid objurgatio sæpe incruenta peccantibus, & abolita paucorum animadversione transgressio, remissæ peccantium neces, ac pæne * in abusionem donantis redacta assiduitas lenitatis?

Tantis igitur debacchantis perfidiæ malis quid adjici potius potuit [3] in medelam, quam ut in remedia pereuntium ex utriusque & sancti Spiritus voluntate Dei Filius mitteretur, qui fragilitatis nostræ materiam dignatus assumere totum in Deo susciperet hominem, ut & totum si crederet, in sua adoptione salvaret? Sed restabat incredulis, ut in illos eorumque nunc posteros sententia compleretur: [i] *Oculis videant & non videant: corde intelligant & non intelligant; auribus audiant & non audiant: ne quando convertantur, & sanem illos, dicit Dominus.* Et iterum: [k] *Væ genti peccatrici, populo pleno peccatis, filiis sceleftis.* Et tertio: [l] *Derelinquetur filia Sion ut tabernaculum in vinea, & sicut casa custodiaria in cucumerario, & sicut civitas quæ expugnatur.* Quæ a se olim per prophetam dicta confirmans, in evangelio Dominus approbavit dicens: [m] *Hierusalem, Hierusalem, quæ occidis prophetas, & lapidas missos ad te: quoties volui congregare filios tuos sicut gallina congregat pullos suos sub alas suas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta.* Id est quæ Dei erat habitatio ante, nunc dæmonum est: quia quidquid religio vera deseruerit, superstitio profana sibi vindicat.

Ubi ergo Judæorum perditio in Christi internecione completa est, credulitati gentium fides patuit promissorum: & sicut ab initio non generis dignitati, sed meritis fidei salus magna promissa est, Domino sic docente cum se iidem Judæi pro potius fidei probatione Abrahæ filios esse jactarent: [n] *Vos*, inquit, *de diabolo patre nati estis, & opera illius facitis.* [o] *Si enim Abrahæ filii essetis, opera illius faceretis*; id est, fides in vobis similis appareret: & sicut ille in omni humanæ hæsitationis difficultate mihi credidit, pari & vos mansuetudine crederetis. Hanc tamen eorum cordis duritiam manere quidem pro sui miseratione divinitas non vult, sed exsistere pro eorum incredulitate permisit, ac secundum Apostolum: [p] *Ex parte in Israel cæcitas contigit, ut fides gentium subintroiret.* Itaque ad obtinenda æternitatis bona nec Judæis prærogativa generis sufficit, nisi & fides origini suffragetur; nosque rursum sola eorum non salvat offensa, nisi prælati humiliatorum pariter vereamur exemplum; & unam in Christo atque indubitabilem viam utrique populo patere credentes, intemerata fidei dona teneamus; sicut in Evangelio ipse nos docuit dicens: [q] *Ego sum via, & veritas, & vita. Nemo venit ad Patrem nisi per me.* Et, [r] *Qui crediderit in me, hic salvus erit.* Id est, ut sicut unus Deus, ita unus credentium populus creatoris in perpetuum serviat voluntati: cultumque non respuit, dum neutram partem Dei justitia deprimens, absolvi lætatur in confessione credentes, quos incredulitas in auctoribus prædamnavit.

a Psalm. CXIII. 4. *b* Ibid. ℣. 8. *c* Sap. XV. 16. 17. *d* Sap. XIII. 1. 2. *e* Deut. XXVIII. 44. *f* Isa. V. 1.
g Ibid. ℣℣. 3. 4. *h* Ibid. ℣. 7. *i* Isa. VI. 10. *k* Isa. I. 4. *l* Ibid. ℣. 8. *m* Matth. XXIII. 37. 38.
n Joan. VIII. 44. *o* Ibid. ℣. 39. *p* Rom. XI. 25. *q* Joan. XVI. 6. *r* Joan. VI. 47.

1. *Quorum pes*] Sic codex Vind. emendate: prior editio, *quorum spes*, corrupte. Infra idem codex & Lemov. *quod ante non*: antea legebatur *quod certe non*.

2. *Imparibus præstita*] Edita *in patribus*, pessime; codd. Vind. & Lem. *in paribus*, & ipsi male: haud dubium quin veram lectionem exhibuerimus heic, perinde atque infra ubi editum erat *ac pene in abusionem*.

3. *Potius potuit*] Sic codd. Vind. & Lemov. prior editio *pretiosius potuit*.

Sæc. V. circa Ann. Chr. 421.

CAPUT XI.

Apollonius.

MUlta est Judæorum vecordia, si tam perspicua nesciunt; damnabilior contumacia, si intellecta contemnunt: sed sive ignorent seu intelligant & recusent, alieni a crimine esse non possunt, quibus aut negligentiæ præjudicium in abusione, aut reatus in incredulitate subeundus est. Hos igitur perditioni suæ, si hoc tamen eligunt, derelinquens, hæreticorum genera proprietatesque [1] mihi pande, ut in fide tamquam in immobili rupe sistentem, cum infestare fluctus perfidiæ cœperint, præcogniti ante non moveant. Nam licet simplicis animi fore credam horum pravitates erroresque nescire, munitioris tamen fidei est pro cautione cognoscere.

Zacchæus.

Tantæ hæreticorum ac tam innumeræ pestes sunt, ut eos non solum enumerare difficile, verum etiam nominare deforme sit; ita miseros evidentium pravitatum detestanda traditio a fide avertendo cæcavit, sic denique in sensus pereuntium subtilitas se diabolicæ fraudis immersit, ut etiam hæretici hæreticos habere * se credant. Hi itaque traditionem apostolicam relinquentes, magistros perfidiæ sunt sequuti, & nomen religionis mutavere cum sensu. Prout enim cuique libuit plebem insciam fallendo seducere, ac sibi honorem parare de crimine; Deum aut ex parte credendum docuit, aut penitus abnegandum: habentes præterea Christi nomen, proprio nuncuparunt [2], ut quoquo pacto a sacrilegio non * abessent, qui Christi nomine derelicto religionis vocabulum ex homine sumsissent. Quid enim interest ab idolo an ab homine vocabulum accipiat, qui vocari Christianus desistit? Ex illo igitur hæresis unaquæque nunc dicitur, quo auctore transgressa est, & in tantum proprietate criminis delectantur, ut nec sic quidem intelligant se ab unitate religionis abscissos, quod fidem etiam in nomine perdiderunt.

Ex Manete itaque Manichæi, ex Marcione similiter alumna plebs nominis: Photinus suos etiam vocabulo dividit: Sabellius perinde appellari ex se conventus sui exigit partem: Patripassianis error nomen imposuit; & in diaboli hereditate arcem Arius tenens ex se gregem nuncupat perditorum. Innumera præterea talium prodigiorum portenta dicuntur, quæ stultitiæ vilitas etiam reprehensione indignos facit: prædictorum tamen impietati velut in appendicem connexi, impugnare ecclesiam Christumque non desinunt. Sed quia semper nihil est validius veritate, elisis undique fluctibus magnæ molis pondus immobile est, & ictibus propriis infesta franguntur, dum ad hoc tantum perfidorum consurgit intentio, ut a se invicem discrepantes, fidem nostram dum destruere singuli cupiunt, adstruant universi.

A Manichæus enim duos esse adstruit deos, duoque principia, quorum alterum bonum, malum credi alterum velit; bonum scilicet, qui severitatem veterum præceptorum evangelii editione molliverit: malum, qui hunc fecerit mundum, & per Moysen ac per prophetas ceteros sit loquutus. Humani generis insuper Redemtorem non veritatem afferunt carnis habuisse, sed speciem.

Marcion vero secundum divinitatem Dei Filium confitetur, secundum hominem negat. Porro Photinus ex tempore assumti de Maria hominis Filium Dei dicit, ante tempora non esse confirmat. Sabellius cum perfidia qua in Dei Filium blasphemat ut ceteri, etiam sanctum Spiritum diffitetur, B & in Patre tantum veritatem deitatis [3] assumit. Patripassianus esse quidem adstruit Patrem, sed ipsum mox esse sibi Filium, atque eumdem ab innata substantia [4] in nativitatem passionemque descendere; sanctum perinde Spiritum etiam in persona eumdem esse, non tertium. Scandit Arius sublimia ruiturus ad ima, & Trinitatem in personis ac nominibus confitetur, sed unitatem divinitatis excludit; Dei Filium per quem omnia sunt creata, creaturam statuens non creatorem: appellationi præterea nominum gradus adjicit dignitatum [5], humiliorem faciens in honore, quem posterius loquatur in nomine.

Istæ sunt principales hæreticorum sectæ, & tam C funestæ hominum persuasiones in dogmata diversa rapiuntur, ut substantiam indissociabilis Dei simplicem, & divinitatis ineffabilis majestatem aut interpretationibus dividant, aut gradibus exhonorent, cum & quæ indigna sunt de Deo fingunt, & quæ ei sempiterna vel propria, diffitentur.

CAPUT XII.

Apollonius.

ÆStimari ab his haud dubie potest, quas haberi principe loco dicis, quales illæ hæreticorum D sectæ sint, quæ condemnari etiam a talibus possunt. Verum quoniam in sponsione propositi est exemplis cuncta firmari, quibus tandem scripturis has perfidiæ divisiones gradusque condiderint, quove intellectu ad hæc præcipitia sint deducti, interpretationum qualitatibus pande. Ego enim licet nondum quid ab his obtendatur audierim, errare tamen miseros incunctanter adverto, & solam catholicæ fidei integritatem manere; dum plenitudinem Trinitatis atque ejus spiritalia constituta, & probata non renuit, & suscepta custodit.

Zacchæus.

E Si recte de malis meliora dici possint, profecto veniabilius videretur nescire Deum, quam impie confiteri: sed quoniam hi quoque statutorum cælestium damnantur edictis, qui Deum per legem scire neglexerint; eadem perfidos credere detre-

1. *Genera proprietatesque*] Sic codex Vind. editi *genera erroresque*. Haud ita multo post ubi legitur *ut etiam hæretici*, cet. in eodem codice, *ut jam nec haberi hæreticos se credant*, minus recte. Vide initium cap. seq.

2. *Proprio nuncuparunt*] Codex Vind. *proprio, ut est Ario, nuncup.* Lem. *id est Ario*: sed hoc mihi glossema videtur quod e margine in textum irreplit. Statim *a sacrilegio non abessent*, bene quidem, sed ne id quidem male quod est in codice Vind. *a sacra religione abessent*.

3. *Tantum veritatem deitatis*] Sic codex Vind. & quidem haud paullo melius quam prior editio, *tantum ac Filio sacramentum veræ Trinitatis*; cum ibi Trinitatem agnoscere non potuerit Sabellius, ubi duas dumtaxat esse personas contendebat.

4. *Ab innata substantia*] Sic codex Vind. emendate: in editis *ab inita*, corrupte, nec melius in codice Lemov. *ab unita*. Acherius in margine scripserat *ab ingenita*, ex codice quodam: an quod sic legendum esse conjecerat? Idem monet in codice S. Arn. scriptum *subsistentia*: quod non placet.

5. *Gradus adjicit dignitatum*] Ita scriptum in utroque cod. Lem. & Vind. male in editis *gradus adjicit dignitatem*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



ctantes malorum perennium amplexura conditio est, scriptura memorante: [a] *Qui ignorat, ignorabitur*. [b] *Qui sine lege peccaverunt, sine lege peribunt*. Merito hos eosdem Antichristos † vocans, qui veram religionem latenti perfidia destruentes, ut fidem facilius impetant, Deum credere ac prædicare se simulant. Jamque primus Manichæus nefas propriæ traditionis ingressus, ut duos adstruat deos duoque principia, ex scripturis fidelibus auctoritates effecit infideles, Davidicum maxime illud assumens, quo ait: [c] *Tecum principium in die virtutis tuæ*. Non intelligens in Verbo esse principium quod vere manens prædicatur in Christo: diem passionis & judicii mox futuri, omnemque divinitatem non in duobus, sed in Trinitate compleri. Ajunt præterea malum esse qui hunc fecerit mundum, quia scriptum sit: [d] *Mundus in maligno positus est*. Non hæc quæ cernimus elementa sunt noxia, aut mali aliquid vel gignere vel habere credenda sunt, quæ Dei operatione disposita valde cum facta sunt placuerunt, scriptura dicente: [e] *Ecce omnia bona valde*. Sed in *malignitate* iniquitas nostra, in *mundo* genus designatur humanum, Joanne dum de adventu Salvatoris prædicat, hoc docente: ait enim: [f] *In hunc mundum venit, & mundus eum non cognovit*. Si diversum [1] evangeliorum ac legis afferunt conditorem, quoniam in lege ultio præsens, in evangeliis veniæ locus datur: lex quidem vicem poscit injuriæ, & parem conditionem sancit amissi; Deus tamen [g] *Non vindicat bis in id ipsum*: & expensa in corpore pro admissi qualitate supplicii * mitioris, ut credimus, judicii forte pensanda sunt. Isthic autem satisfaciendi quidem tempus admittitur: sed nisi dignus pœnitentiæ fructus & opera subsequantur, æternus ignis est vermisque perpetuus; Domino hisdem in evangeliis protestante: [h] *Quorum vermis non morietur, nec ignis exstinguetur*. [i] *Ibi erit fletus & stridor dentium*. Non ergo alius in Christo Deus, aliudque principium; sed idem latæ olim & nunc impletæ auctor est legis: nec malus in Trinitate quisquam, quia unus dicitur bonus: sed cum in uno Deo divinitatis unitas exprimatur, eadem necesse est bonitatis unitatisque æqualitas intimetur: cum & in lege custos justitiæ severitas, non malitia sit putanda; & in evangeliis absque justitia bonitas non credenda.

His præterea illud adjiciunt, non veram in Christo carnem fuisse, sed ex nescio qua re [2] vel fluento frivolam speciem pro homine demonstratam. Quid ergo universa prædicatio prophetarum de corporali ejus nativitate præmonuit? Quid diversis vicibus Angeli sunt loquuti? Joannes deinde fortasse non missus est, aut illa ad eumdem Dei Patris falsa sententia est: [k] *Ecce mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam*. Quid denique intra beatissimam Virginem infusio sancti Spiritus fecit? Cur non in abolitionem secundum prædictos tumentis uteri tempus exceptum est? Ubi integra felicis puerperii signa, & partus matrum omnium conditione sublimior? Infans in præsepibus vagiens, ætate & sapientia puer crescens, atque inter electos seniorum cœtus divinorum intellectuum disputator? Quid rogo impietas flagitiosa non diceret, si hæc fundator salutis omnium non egisset: si despiciens prædicantem, & opinionem tantum originis, non mysterium veræ nativitatis intelligens incredula Judæorum turba siluisset, dicens: [l] *Nonne hic est filius Joseph fabri, & mater & fratres ejus nobiscum sunt?* Veri ergo hominis gradus isti sunt, & annorum communium certa provectio, evangeliis sic protestantibus: [m] *Proficiebat Jesus ætate, & sapientia & gratia apud Deum & homines*. Meruit ergo esse quod natus est, qui justitia & vitæ puritate Deo placuit, mansuetudine & humilitate consortibus. Adde usum corporis manifesti; & licet in vita inimitabilis sanctitatis [3], humanæ tamen infirmitatis natura præsidio indiget vestium; esurit, sitit, mæret, quiescit, dolet perinde, atque in fletum movetur, neque ullum ulterius actum aut spernit aut præterit; quin etiam spiritalibus dolis tentatur & vincit, & hostis sui professione, an sit idem Dei Filius exploratur. Huic in exhortationem victricis constantiæ Angeli ministraverunt; hic traditus osculo, tentus ac passus est: & si probari verum hominem infelix perfidia sibi velit, clamantem de cruce priusquam moreretur audiat: * [n] *Deus, Deus meus quare me dereliquisti?* Ubi enim humilitas & injuria est, hominem intelligas: ubi virtus & divinitas, Deum credas, Apostolo sic docente: [o] *Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi*.

Ecce enim infirmus ac subditus statuto Apostolis loco sicut prædixerat, tertia die resurgens vix credendus stupentibus redit, fractisque inferi faucibus cælo sedem locaturus apparuit. Gratias tibi Thoma, qui unus ex omnibus tardius credidisti, qui clavorum loca palpans & totius passionis indicia flagitans, probari tibi confitenter expostulas, quod erat quandoque a perfidis denegandum. Profecto facilius incorporeum rediisse contenderent quem sine corpore vixisse confingunt, ex hoc fallaciæ superioris suffragia colligentes, quod mare pedibus supergressus sit, quod manentia improvidus claustra penetrarit, atque exceptus nube fulgenti paternum solium iterum venturus inscenderit. Qui Petrum jubente eodem in fluctibus ambulasse non nesciant, & cadentibus sponte vinculis emissum custodia carceris per Angelum non ignorent: Paullum vero ut invidiam vanitatis effugeret, in corpore an extra corpus, sub Dei tamen scientia usque ad cælum tertium isse fateantur: Heliam denique curru igneo fuisse sublatum, & aspicientes relinquentem prophetas inauditum homini iter subiisse commemorent. Qui nunc in Dei Filio virtutes hujusmodi non credentes, dum sacramentum veræ incarnationis abjurant, actumque dissimulant, & hominem nolunt habere quod meruit, & Deum non credunt potuisse quod fecit.

CAPUT XIII.

APOLLONIUS.

PAtuit sectæ hujus impietas, & manifeste execrabilis damnanda persuasio, quamvis in exordiis narrationis inspecta sit, de propriis tamen est


a I. Cor. XIV. 38. *b* Rom. II. 12. *c* Psalm. CIX. 3. *d* I. Joan. V. 19. *e* Gen. I. 31. Eccli. XXXIX. 21. *f* Joan. I. 10. *g* Nahum I. 9. *h* Marc. IX. 43. 45. 47. Isa. LXVI. 24. *i* Matth. VIII. 12. *k* Malach. III. 1. *l* Matth. XIII. 55. *m* Luc. II. 52. *n* Psalm. XXI. 1. *o* II. Cor. V. 19.

1. *Si diversum*] Ita edidimus e codice Vind. in editis *sic diversum*. Haud ita multo post ubi ex eodem scripsimus *qualitate supplicii*, antea legebatur *supplicia*, sic ut ea vox referretur ad expensa, fortasse non male.

2. *Ex nescio qua re*] Sic uterque codex Lem. & Vind. prior editio *ex nescio quo aere*.

3. *Inimitabilis sanctitatis*] Heic in codice Vind. legitur, *inæstimabilis sanctitatis*. Infra ubi *audiat: Deus*, antea legebatur *audiret*.

† *Vocans*] Forte leg. *vocat*, scriptura scilicet: ut I. *Joan*. II. 18. 22. IV. 3. — II. Joan. ℣. 7.



facta signatior: consequens nunc est, ut quæ sit alia- A rum in sua traditione perversitas, vel quam defensionem objiciat singularum modum servaturus edisseras; quia speciatim ordinata distinctio confusionem intellectibus derogabit, dum expositionum luce fit clarius, quod errorum tenebris involutum lumen semper refugit veritatis.

ZACCHÆUS.

Intimatum est superius Marcionitas secundum divinitatem Dei Filium credere, secundum hominem refutare: Photinianos e contrario, ex tempore terrenæ nativitatis Dei Filium dicere, ante tempora diffiteri. Vide concertantium perfidiarum in una col- B latione veritatem: simul quod in toto est neuter confitetur, & quod simul in toto est uterque non renuit. Dei enim Filius in Verbo ante omnium sæculorum creationem natus ex Patre, de sempiterno sempiternus, verus ex vero est. Neque in eo aliud potest esse quam id quod semper in Patre est, ipso in evangeliis hoc docente: [a] *Omnia quæcumque habet Pater, mea sunt*. Et tamen non ita ab eo velut soli propria vindicantur, sed ita communia, ut in singulis plena. Et iterum: [b] *Abraham vidit diem meum, & lætatus est*. Et, [c] *Ante Abraham ego sum*. Dicitur perinde ad patriarcham Jacob: [d] *Fac illi Deo altare, qui tibi apparuit cum fugeres a facie fratris tui Esau*. Ipse iterum in evangelio sic C loquutus ad Patrem est: [e] *Clarifica me Pater, claritate quam habui apud te, prius quam mundus fieret*. Iste est qui populum de Ægypto venientem præcessit in nube. Illum Esaias manifesto a se visum testatur aspectu. Ille denique se principem cælestis militiæ fore in acie a Jesu Nave interrogatus edixit [1]. [f] *Nemo enim umquam novit Patrem nisi Filius*, (sicut scriptum est) *& cui voluerit Filius ostendere*. Ille se semper humanis aspectibus dedit, quia * cælestem societatem fragilitati nostræ admiraturus in homine quod erat futurus, jam meditabatur intelligi. Hæc itaque Marcionitis secundum divinitatem dicta sufficiant.

Corpoream nativitatem Photiniana vicissim hære- D sis agnoscat. Ait Dominus ad Nathan prophetam: [g] *Vade, dic servo meo David: Non tu ædificabis mihi templum*, [h] *sed suscitabo semen tuum post te, & parabo regnum ejus: hic ædificabit domum nomini meo, & erigam thronum ejus in sæcula, & ego ero ei in patrem, & ipse erit mihi in filium*. Similiter in Genesi patriarcha Jacob de eodem ante prophetaverat: [i] *Juda, te laudabunt fratres tui: manus tuæ super dorsum inimicorum tuorum: adorabunt te filii patris tui. Catulus leonis Juda: de germine filius mihi ascendisti: recubans dormisti sicut leo & sicut catulus leonis: quis suscitabit eum?* Forte non lateat nobilissimæ feræ hanc esse naturam, ut leo sine spiritu integra tantum corporis forma nascatur, E jacensque sic biduum spiramine genitoris usum vitæ communis accipiat: unde hæc in Salvatorem [2] suscitatio comparata, merito subjecit: *Quis suscitabit eum?* Nemo utique nisi Pater. Adoratus vero Judas a fratribus suis non est: sed quia ex eadem tribu corpus assumsit, propheticæ benedictionis eloquiis Salvator in Juda, credentes autem computantur in fratribus; ipso in evangeliis sic protestante: [k] *Hi sunt fratres mei, qui faciunt voluntatem Patris mei qui est in cælis*. Esaias perinde ait: [l] *Confortate manus resolutas, & genua debilia roborate: Dominus noster judicium retribuit: ipse veniet & salvos faciet nos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorum audient: tunc saliet claudus sicut cervus: & plana * erit lingua mutorum*.

Jam quidem hoc in evangelio novimus factum: sed faciundum plenius in resurrectione confidimus, cum innovata siccis ossibus membra jungentur, & post assumtorum corporum pulverem spiritalis formæ muneribus induemur; Apostolo sic docente: [m] *Oportet mortale hoc induere immortalitatem, & corruptibile hoc induere incorruptionem*. Ut simus conformes formæ corporis Christi, quem Hieremias venturum in corpore prædicans ait: [n] *Et homo est; & quis cognoscet eum?* Non enim fuerat necessarium cum adjectione hominis de Deo loqui, nisi ut in Deo homo pariter monstraretur. David autem sub verbis Domini ipsius ait: [o] *Dominus dixit ad me: filius meus es tu; ego hodie genui te*. Quod testimonium in evangelio gemina Patris voce firmatum est: primum cum a Joanne baptizatum Jordanis emitteret [3]: secundo cum in monte futuræ claritatis splendore perfusus medius inter Moysen Heliamque consedit. Hæc itaque de eodem Dei Patris utroque in tempore verba tonuerunt: [p] *Hic est Filius meus dilectus, in quo bene complacui: ipsum audite*. Id est, jam non Moysen qui nunc speciem * legis exhibuit, aut Heliam qui figuram intulit Prophetarum; sed hunc audite, cui & sermo in potestate est, & in virtute lex gratiæ. Sic enim de eo scriptura prædixerat: [q] *Orietur vobis sol justitiæ, & in pennis ejus sanitas*. Paullus quoque prædicans ait: [r] *At ubi venit adimpletio temporis, misit Deus Filium suum* [s] *qui factus est ei secundum carnem*. Joannes similiter: [t] *Omnis*, inquit, *spiritus qui confitetur Christum in carne venisse, de Deo est: qui autem negat, de Deo non est, sed antichristus est*.

Vides ergo perfacile Photinianorum, Marcionitarúmque doctrinas posse convinci; sed imbutas funestis fraudibus mentes antiquus serpens diris nexibus illigavit, ut sectæ inexplicabilis labem quadam constantiæ præsumtione tueantur. Nihilominus tamen per utriusque confessionem veritas manifestæ divinitatis elucet, dum altercantium malignitas discors hebesque perfidia partem negantis affirmat, cum partem negaverit confitentis.

CAPUT XIV.

APOLLONIUS.

Plana est etiam in his speratæ expositionis inspectatio, & utriusque sectæ indubitata perversitas infelicium pravitatum commenta nudavit. Ordo nunc hæreses pergat in ceteras, & cunctarum vulgationem series cœpta percurrat, ut tamquam venenatorum anguium intra volumina pe-

a Joan. XVI. 15. *b* Joan. VIII. 16. *c* Ibid. ℣. 58. *d* Gen. XXXV. 1. *e* Joan. XVII. 5. *f* Matth. XI. 27. *g* II. Reg. VII. 5. *h* Ibid. ℣℣. 12. 13. *i* Gen. XLIX. 8. 9. *k* Matth. XII. 50. *l* Isa. XXXV. 4-6. *m* I. Cor. XV. 53. *n* Jer. XVII. 9. sec. LXX. *o* Psalm. II. 7. *p* Matth. XVII. 5. *q* Malach. IV. 2. *r* Galat. IV. 4. *s* Rom. I. 3. *t* I. Joan. IV. 2.

1. *Denique se ... edixit*] Ita legitur in codice Vind. in editis *denique principem ... se dixit*. Haud ita multo post *quia cælestem* ex eodem cod. scripsimus, cum editum esset *qui cælestem*.

2. *Hæc in Salvatorem*] Codex Vind. *hæc Salvatori*. Infra in Lemov. *plena erit lingua*.

3. *Jordanis emitteret*] Antea legebatur *Jordani se mitteret*, fœdo librarii errore. Infra ubi *qui nunc speciem*, vitii nonnihil esse suspicor.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.

ctorum [1] conditos ſinus illata fidei lux revolvat; non quia tales mereantur agnoſci, ſed ne dubiorum ſenſibus nocituræ facilius, dum ignorantur, obrepant.



Zacchæus.

Credo teneas in præcedente titulo prænotatum, a Sabellianis præcipue ſanctum Spiritum denegari, & donum potius quam donatorem impiorum traditionibus dici; malique hujus auctoritatem ſacris vel maxime teſtimoniis uſurpari, quia & dari legatur & accipi; Salvatore ad Apoſtolos ſic loquente: [a] *Et inſufflans eis dixit: Accipite Spiritum ſanctum.* Quidam etiam diſcipulorum a Paullo interrogati, [b] *An accepiſtis Spiritum ſanctum?* neque accepiſſe, nec ſi eſſet, ſcire ſe dixerunt. Quorum intellectuum ratio talis eſt. Datur quidem, non quia ſe ipſe non præſtet, ſed ut in eo qui tribuit, ineſſe monſtretur: ſicut enim Pater in Filio, & Filius in Patre, ita ſanctus Spiritus in utroque, ac rurſus in ipſo eſt uterque conſpicuus [2]. Hac igitur ratione poſt aſcenſum Salvatoris venturus dicitur qui ab eodem prius datur; & quem a ſe poſtea mittendum promittit, in ſe jam eſſe demonſtrat; ſeque ſimiliter poſt ejus adventum ſuumque conſcenſum nobiſcum uſque ad mundi conſummationem futurum promittens idem Dominus, ait: [c] *Et ero*, inquit, *vobiſcum uſque ad conſummationem mundi.* Et iterum: [d] *Niſi ego iero, Paraclitus ille non veniet.* Adeo connexa & indiſſociabilis datio in infuſione indubitabilem Dei actu aliam probat in exſpectatione perſonam, dum & aſcendens ad Patrem nihilominus eſt nobiſcum, & bene ab aſcenſuro creditur datus qui promittitur adfuturus. Quamvis enim Apoſtoli ante aſcenſum Salvatoris, ſancti Spiritus donum fuerint conſequuti; in ipſo tamen poſtea plenitudinem perceperunt, libro Actuum ſic docente: [e] *Et factus eſt ſubito de cælo ſonus tamquam ſpiritus validi advenientis; & implevit domum totam in qua erant ſedentes: & apparuerunt illis linguæ dividuæ: ſeditque ſicut* [3] *ignis ſuper ſingulos eorum.* Spiritus * quin etiam & ſermone manifeſtus eſt, eadem ſcriptura memorante: [f] *Et ait Spiritus ad Philippum: Accede ad currum eunuchi.* Et iterum: [g] *Separate mihi Paullum & Barnabam in opus in quo aſſumſi eos.* Dominus autem in evangelio ſancti Spiritus reverentiam cum interminatione commendat dicens: [h] *Qui blaſphemaverit in Spiritum ſanctum, non remittetur ei neque heic, neque in futurum.*

Hic fidelium corda ſanctificat, atque ad omnem cæleſtis gratiæ perfectionem informat & dirigit, Domino prædicante: [i] *Cum autem venerit Paraclitus ille quem ego mittam vobis a Patre meo,* [k] *ipſe vos diriget, & ipſe arguet mundum a peccatis eorum.* Non eſt ergo munus, ſed munerator; nec donum aliquod, ſed largitor donorum: non ſanctificatur, ſed ipſe ſanctificat; numquam inter creaturas, ſed ſemper in ſubſtantia Trinitatis apparens,

A Apoſtolo ſic docente: [l] *Diviſiones gratiarum ſunt, idem autem Spiritus: & diviſiones miniſteriorum, idem autem Dominus: & diviſiones operationum, idem autem Deus. Hæc autem omnia operatur unus atque idem Spiritus.*

Jam vero illud affirmare perſtultum eſt, eumdem Angelum aut aliquem de ſupernis poteſtatibus æſtimari [4], cum infundi in plures Angeli non queant, quod huic de propria divinitate poſſibile eſt. Illum perinde Angeli tantum obtinent locum, ad quem a Deo aut mittuntur aut redeunt: hic ita alicubi eſt, ut & ubique ſit ſemper, Pſalmiſta dicente: [m] *Quo abibo a Spiritu tuo*, &c. Angelos idem propheta ita indicat factos: [n] *Qui facis*, inquit, *Angelos tuos ſpiritus, & miniſtros tuos ignem urentem.* Sanctum vero Spiritum Deum eſſe ſcriptura evidenter oſtendit, dicens: [o] *Quoniam Spiritus Deus eſt.* In largitatibus liber, in majeſtate ſimplex, & conſentiens in Patris ac Filii voluntate, non ſubditus, Apoſtolo ſic proteſtante: [p] *Tribuit Spiritus unicuique prout vult.* Implet omnia nec minuitur; a cunctis recipitur, & ipſe nil recipit; temperat ſancto moderamine pias mentes, & nullius indigens invenitur; in judicio juſtus eſt, promtus in munere. Namque & juſtum Ananiæ exitus monuit; & non inaniter Deum credi ante invocationem docentis Petri Cornelius approbavit: ſed tamen non hæc tantum ſubſiſtentem ejus in deitate * perſonam teſtantur aut comprobant. Viventis Dei viva ſpecies in columba e ſupernis cælorum ſedibus venit, & ab ipſo ut Redemtor mundi eſſet atque adoraretur ab Angelis, unctus eſt Chriſtus, ipſo de Iſaia in evangeliis ſic recenſente: [q] *Spiritus Dei ſuper me, propterea quod unxit me*, &c.

Ergo his teſtimoniis innumeriſque præterea perditus Sabellianorum error oſtenditur, qui ſanctum Spiritum ſpecialiter refutantes, plenitudinem ſolidæ majeſtatis ſacrilega traditione contaminant; non intuentes illum ut cauſſæ noſtræ utilitas exegerit, aut in Patre aut in Filio, aut rurſum iiſdem in ſe manentibus demonſtrari: quia licet plena noſtræ credulitatis ſalus ſit, unum per omnia ſicut eſt Deum credere & confiteri, abeſſe tamen fidei non poteſt, Trinitatem non eſſe ſine tertio.

CAPUT XV.

Apollonius.

Diverſus quidem a memoratis Sabellianorum error & cauſſa eſt, ſed ut credo perfidiæ exitus ſimilis ac retributio præcedentibus comparanda; cum ſanctum Spiritum in Dei virtute ac ſubſtantia permanentem ab unitatis [5] excipiunt Trinitate, & ſcripturis omnibus renitentes, fidem Trinitatis impugnant. Verum his quoque in numero profanorum relictis, reſiduorum perverſitas confutetur, ne id quod retectum expoſitione non fuerit, ſuppreſſum potius æſtiment quam relictum, & in quemdam ignem favilla deficiens convaleſcat, ſi

a Joan. xx. 22. *b* Act. xix. 2. *c* Matth. xxviii. 20. *d* Joan. xvi. 7. *e* Act. II. 2. 3. *f* Act. viii. 29. *g* Act. xiii. 2. *h* Matth. xii. 32. *i* Joan. xv. 26. *k* Joan. xvi. 8. 13. *l* I. Cor. xii. 4-6. 11. *m* Pſalm. cxxxviii. 7. *n* Pſalm. ciii. 4. *o* Joan. iv. 24. *p* I. Cor. xii. 11. *q* Luc. iv. 18. Iſa. lxi. 1.

1. *Volumina pectorum*] Sic codex Vind. & alius quem viderat Acherius, qui tamen edere maluit *volumina peccatorum*.

2. *In utroque ... conſpicuus*] Heic e codd. Vind. & Lem. reſarcivimus lacunam prioris editionis, in qua hoc tantum legebatur, ita *ſanctus Spiritus in utroque conſpicitur*, & in margine, *conſpicuus*.

3. *Dividuæ: ſeditque ſicut*] In codice Vind. *diſpertitæ: ſeditque ignis*. Acherius in uno e ſuis codicibus legerat etiam *diſpertitæ*, in alio *diviſæ*. Statim vocem *Spiritus* adſcripſimus e cod. Vind.

4. *Poteſtatibus æſtimari*] Sic codex Vind. in editis *æſtimare*. Infra ex eodem codice *in deitate perſonam*, ſcripſimus, ubi erat *in deitatem perſonam*.

5. *Ab unitatis*, cet.] Sic uterque codex Lem. & Vind. niſi quod heic *pœnitentes* habet, male. Prior editio, *ab unitate propriæ divinitatis excipiunt, & Trinitatem ſcripturis omnibus recenſentes*.

quando quæſituris mentio facta prætereat, quod A ſcripturarum auctoritas fortaſſe non reticet.

ZACCHÆUS.

Præmonueram primæ interrogationis exordiis plenitudinem ineffabilis majeſtatis utcumque intelligi fide poſſe, verbis ut dignum eſt patere non poſſe; ſiquidem cum ipſa nominum ac perſonarum diſtinctionem efficientia veritatis, non ſtatus faciat ſubſtantiæ differentis: quoniam ad intuendam divinitatem cum etiam ſenſus impar ſit; nulli dubium eſt imbecilliorem multo ſermonis ſubſtantiam eſſe quam mentis. Hanc itaque humanæ infirmitatis difficultatem auctores univerſorum amplectuntur er- B rorum. E quibus Patripaſſianus eam ſibi partem impietatis elegit, ut quia ex Patre primogenitus Filius, & ab ipſo Spiritus ſanctus procedens; idem Pater & Verbum ſit, atque ab ipſo & caro ſuſcepta videatur & paſſio: idem perinde & Spiritus ſanctus. Nec auctor in Trinitate, ſed ſolus in diviſionem divinitatis ad diſpendium prædicatur [1], niſi in communionem * Trinitas redacta credatur: de qua, ut creberrime memini, quod ſenſu percipi non poteſt, inenarrabile potius quam nullum eſt æſtimandum. Non ſolum autem a Patre abeſſe injuriam paſſionis, verum etiam a Verbo multipliciter agnoſcitur *. Nec enim incorporabilis divinitas, ſed corpus affixum eſt; & quidquid infra honorem C cæleſtis potentiæ Dei Filius pertulit, non Verbo, ſed homini reputatur aſſumto. Cumque peccatum in primo homine fuerit, quemadmodum denuntiata a tot ſæculis humano generi redemtio proveniret, niſi illud ſanguis veri iterum hominis expiaſſet? Cujus mortem licet jam teſtimonia plura docuerunt, ne tamen adverſus ſe prædicta hæreſis adſtruat nihil prolatum, de copioſa exemplorum multitudine pauca ſumemus.

David itaque ſub verbis Domini ipſius dicit: [a] *Obediens factus* [2] *ſum uſque ad mortem.* Et iterum: [b] *Poſuerunt me in ſepulcris ſicut mortuos ſæculi.* Et tertio: [c] *Factus ſum ſicut homo ſine adjutorio, inter mortuos liber.* O inæſtimabilis Dei vir- D tus, & inſcrutabilis Dei ſapientia! Unde hic paullo ante *ſicut mortuos ſæculi*, nunc *ſine adjutorio inter mortuos liber eſt?* niſi quia ut ipſe prædixerat: [d] *Oportebat Filium hominis pati & crucifigi a ſcribis & principibus ſacerdotum, & debellata morte die tertia ab inferis remeare*; ut in effectum noſtræ ſalvationis, vivorum ſimul ac mortuorum acciperet dominatum; & illud ſublimiſſimæ caritatis ſtatueretur exemplum, ut noſmet pro eo paſſionis calicem biberemus, quem non reſpuerat ille pro cunctis. Manifeſta ergo in perſonis ac nominibus Trinitas, ſed divinitas una eſt; nec Patripaſſiani recipimus unionem, ſed catholicam in Deo amplectimur unitatem. Ab hac itaque memorati interpre- E tatione diſſentiunt, & falſa imponere moliuntur occultis; dum quod ex Patre eſt, non niſi in eo tantum eſſe confirmant, quod ſpecialiter ex homine, injuriæ divinitatis adſcribunt.

CAPUT XVI.

APOLLONIUS.

Quam metui ne quod validius aut abſtruſius malum intra occulta perfidiæ iſtius viſcera reſideret! namque ad primam relationis tuæ frontem non tam perſpicua fidei noſtræ membra cernebam, & obſcuritatem noxiorum fraudibus involutam ignorantiæ potius quam malitiæ deputabam. Itaque probabilis doctrinæ tuæ ordo auctoris laceram rabiem perditioni miſcuit & clientelæ. Quid nunc ſibi Ariani contra veritatem noſtræ credulitatis aſſumant, ſimili modo pande; ut ſi vel ejuſdem vel tectioris nequitiæ [3] docebuntur, gregi hæreant * prædictorum, non immerito exſecrabiles judicandi, ſi traditionibus ſubdolis derogant, quod profeſſionis titulo non recuſant.

ZACCHÆUS.

Dixi dudum Arianos arcem tenere perfidiæ, & hoc ruinæ majoris putandos, quo celſiora profitentes velut integram fidem præferunt, qui fidei integritatem recuſant: non enim creatorem ſed creaturam Dei Filium dicunt, & ceteris hoc tantum modo eſſe potiorem, quod factus prius ex Deo Patre, non genitus ſit: tempori perinde obnoxium eſſe quia natus eſt. Quam impietatem talis ſententiæ calliditate confirmant: *Erat*, inquit, *quando non erat.* O ſæva impiorum malignitas! Deus ne potuit aliquando non eſſe? aut quemadmodum genitus, ſi [4] & ſecundum divinitatem factus adſtruitur? Nam cum Deo ſpeciale ſoli ſit ſemper fuiſſe, ex ipſo atque intra ipſum naſcens quid aliud poteſt eſſe quam Pater eſt? Aut ille quemadmodum Pater, ſi in Verbo aſſumtio aliqua, non nativitas vera eſt? Quod ſi verus Pater, verus & Filius; & ſi in nullo diſſimilis, tum demum certa imago genitoris. Atque illud conſentiens in propheta: [e] *Eructavit cor meum verbum bonum.* Et iterum: [f] *Ante luciferum genui te.* Sed his confeſtim illa ſubſtituunt quæ ſub Domini ipſius verbis in perſona aſſumti hominis proferuntur: [g] *Pater*, inquit, *major me eſt.* Et, [h] *Non veni voluntatem meam facere, ſed voluntatem ejus qui miſit me Patris.* Altioris denique ſenſus ex verbis Salomonis ſcripta corripiunt: [i] *Prior*, inquit, *omnium creata eſt Sapientia.* Et, [k] *Dominus in initio viarum ſuarum creavit me.* Quæ ſi * in præſcientia, ſicut dixi, de auctore redemtionis noſtræ prædicta non cenſent [5], & Salomonem in eodem Spiritu aliud putant ſenſiſſe quam ceteros; audiant æqualitatem ſubſtantiæ & divinitatis unius, Patremque ac Filium licet in perſonis ac nominibus non eumdem, unum tamen in majeſtate cognoſcant: [l] *Ego*, inquit, *& Pater meus unum ſumus.* Et iterum: [m] *Philippe, tanto tempore vobiſcum ſum, & nondum me noſtis? Qui me videt, videt & Patrem.* Et tertio: [n] *Omnia quæcumque habet Pater, mea ſunt:* [o] *& quæ vult Fi-*

a Pſal. xxi. Philipp. II. 8. *b* Pſal. cxlii. 3. *c* Pſal. lxxxvii. 5. *d* Matth. xvi. 21. *e* Pſal. xliv. 1. *f* Pſal. cix. 3. *g* Joan. xiv. 28. *h* Joan. vi. 38. *i* Eccli. I. 4. *k* Prov. viii. 22. *l* Joan. X. 30. *m* Joan. xiv. 9. *n* Joan. xvi. 15. *o* Joan. V. 19.

1. *Diſpendium prædicatur*] In codd. Vind. & Lem. *prædicantis*. Statim codex S. Arn. *in unionem*. Infra *agnoſcitur* ſcripſimus ſic, ut Acherius legendum eſſe monuit, cum in textu legatur *agnoſci*.


2. *Obediens factus*, cet.] Ad hunc locum monuit Acherius, auctorem vel memoriter præfatum eſſe, vel alludere ad Pſalmum xxi. in quo tamen nihil hujuſmodi reperi.

3. *Vel tectioris nequitiæ*] In codice S. Arn. *vel terrioris*: ſtatim *hæreant* codex Vind. prior editio *adhæreant*.

4. *Genitus, ſi & ſecundum*] Optima lectio codicis Lem. Quod antea legebatur *genitus ſit, & ſecundum*, intelligi non poterat.

5. *Quæ ſi .... non cenſent*] Priores duæ voces e codice Vind. poſteriores duæ e Lemov. deſcriptæ ſunt. In editis, *quaſi ... non eſſent*: peſſime.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



lius eadem vult *&* Pater: *&* *sicut operatur Pater, operatur* *&* *Filius*. Similiter clarificari perinde a Patre se postulat; sed rursum Patrem a se clarificatum coram hominibus protestatur. Quo autem pacto includi qualibet protensione temporum potest, a quo tempora sunt creata? Vel quod ei initium est adscribendum, per quem omnium initia prodierunt?

Intuere Ariani cæcam persuasionem, & sensum totius impietatis terminos excedentem. Finge quod transgredi rerum initia opinione sua possit, & solidæ majestati præjudicium comparare. Nonne apertæ insaniæ est, Deo cui omnia debeas, nomen substantiæ deterioris adscribere, ac de immenso quasi possis exigua definire? Quid in te, o nequam homo, tantum ille promeruit; immo quid non præ ceteris, cum te post omnia formaret indulsit, ut bonis mala referas, ut zizania esse quam triticum malis? Cunctis posterior factus creaturis per eum potior factus es, quem a se factis profane permiscere studes. Tu de calcabili, ut ipse non renuis, limo, sensu, specie ac potestate imago ac similitudo Dei es; terræ insuper præes de qua assumtus es; validioribus infirmior dominaris, profunda modicis trabibus vectus ingrederis, & subjecto serviunt elementa, non præsunt: tibi anni aut gratæ aut utiles vices mutantur, rerumque varietas dispositos universorum germinum educit fructus: tibi aereæ aves decidunt, & aquis nascentia aluntur ac vivunt. Taceo quod generali exemtus ruina in spem quam amiseras repararis; quod per te munere immortalitatis exutus, per illum tamquam a principio dignus indueris; & velut exigua sit ista liberalitas, cælum insuper si mereare conscendes: situque materiæ tuæ ulterius non gravandus, choris misceberis Angelorum, ac tot sæculis invisibilem Deum perennis lætitiæ possessor aspicies. Quid plura? Si adoptionis catholicæ fidem serves, heres Dei, coheres autem Christi perpetuo permanebis.

Sed his ac talibus pulsi hærere nihilominus malignis intellectibus student, illud ex evangeliis assumentes, quod horam adventus sui diemque nescierit. Ut illis hoc dimittatur, assumtum hominem ante nescisse quam terrestrium & cælestium potestatem in Dei gloria receptus acciperet; numquid etiam Verbi divinitas ignorabat, aut cum sit Filius semper in Patre, atque in Filio Pater, sciet aliquid unus alio nesciente? Et quamlibet ex voluntate Patris a se tamen facienda penitus ignorabit? cum in ipsa paternæ voluntatis ratione non subjectio, sed consensus est; David in Spiritu sub verbis ipsius sic docente: [a] *Ut facerem voluntatem tuam, Deus meus, volui*. Non est ergo ita obtemperans, quasi subditus, sed voluntatem Patris in sua faciens voluntate: mitti autem dicitur, sed ut alter intelligatur. Novitque etiam secundum hominem omnia; quæ futura sic prænotat, ut in aperto sit consummationis diem nobis potius congruum fuisse nescire, quam illum penitus ignorasse. Denique hinc & vitæ propriæ fine celamur, ut attentiores ad justitiam incerti exitus solicitudo perficiat, & sub omni peccatorum occasione compositi mortem facilius evitemus, si mortis adventum quotidie timeamus; hoc enim generaliter providens scriptura præmonuit dicens: [b] *Stulte, hac nocte expostulabitur anima tua: ea quæ præparasti, cujus erunt?* Similiter Apostoli præmonentur, Salvatore dicente: [c] *Orate sine intermissione;* [d] *quia nescitis quando Filius hominis venturus sit*. Id est, metus vobis & exspectatio incerta consultior est, ne securos fiducia subruat, & futurorum scientia decipiat nil timentes; cum magis spe diuturnitatis abjecta audere salubriter timeas, quod corrigi in spatio posse non credas.

Universæ tamen hæreticorum perfidiæ de utraque Christi nativitate duobus vel maxime testimoniis subruuntur, Joannis evangelio sic intonante: [e] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum; & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil*. Et iterum: [f] *Et Verbum caro factum est, & habitavit in nobis: & vidimus gloriam ejus, gloriam quasi unigeniti a Patre, plenum gratiæ & veritatis*. Vides ergo nullum Arianis locum relictum, quo merito a fidei nostræ integritate dissentiant: cum idem Dei Filius ante sæcula unigenitus, & nunc primogenitus prædicetur; terreni corporis obtinens veritatem, & cælestem potentiam non † omittens, utraque nativitate complexus est quod per solam divinitatem antea possidebat.

CAPUT XVII.

APOLLONIUS.

Omnium quidem sectarum error & pravitas in prima statim expositione claruerat; sed ut promtius eluceret, necessario firmitas doctrinæ sequentis accessit, & currens per singula modus competenter detexit quidquid traditio sceleratæ interpretationis obduxerat. Unde nunc ut nulla animo desit instructio, pande quæso quæ Novatianos a nobis caussa disterminet, ut a credulitate catholica discedentes, non solum conventus extra ecclesiam contrahant, sed, ut credo, etiam fidem illius impetant, a cujus pace unitatis odio recesserunt.


ZACCHÆUS.

Recte intelligis fidei unitatem penes eos esse non posse, a quibus ecclesiæ unitas sit relicta; quia non interest quemadmodum quis recedat, si ab ejus corpore sponte se dividit, Domino in evangeliis hoc loquente: [g] *Qui mecum non est, adversus me est: & qui mecum non colligit, spargit*. Fuerunt hi enim aliquando nobiscum, sed quodam Novato auctore disrupti sunt; non tamen hæreticis coæquandi, quia non a confessione catholica, sed a caritate dissentiunt, atque in solam pietatem rebelles Dei misericordiæ subtrahunt, quos semel inimici laqueis irretitos restitui non admittunt. Mundos se atque, ut ipsorum verbo utar, Catharos vocant, divinæ admonitionis semper immemores, qua primum in Job Spiritus dicit: [h] *Quis enim mundus a sordibus, nec si unius diei sit ejus vita in terra?* Unde & Psalmista similiter sentiens, ait: [i] *In peccatis peperit me mater mea*. Et Joannes in epistola sua: [k] *Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus; & veritas in nobis non est*. Severioribus itaque judiciis plectenda non credunt, quæ numquam in confessionem deducta, velut latere perpetuo possint, callidissime supprimuntur. Profitentibus vero cum præsentium emendatione præterita non solum veniam non negari, verum etiam justitiæ privilegium tribui Deus ipse sic loquitur, per Esaiam conversis ista denuntians: [l] *Dic tu*

a Psal. XXXIX. 9. *b* Luc. XII. 20. *c* I. Thess. V. 17. *d* Matth. XXIV. 42. *e* Joan. I. 1-3. *f* Ibid. ℣. 14. *g* Luc. XI. 23. *h* Job XIV. 4. 5. sec. LXX. *i* Psal. L. 7. *k* I. Joan. I. 8. *l* Isa. XLIII. 26.

† *Omittens*] Forte, *amittens*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



injustitias tuas prius, ut justificeris. Intuere cum A venia præmium, & cujusdam honoris in simplici confessione mercedem: Deus illi justitiæ fructum promittit, in quem Novatianus dura pronuntiat; & absolvi posse cum gratia pollicetur, quem ille ne salvetur, expellit.

His tamen non legitimus sacerdotii principatus, summaque in pontificio non fuit sedes, sed per obreptionem velut in quadam tyrannide discordia convalescens prædictum schismatis sectatur auctorem, & a consortio piæ communionis exclusi [1] tradi satanæ perpetuo malunt, quam Deo spiritalis gratiæ exhortatione revocari; recipere innumera scripturarum exempla nolentes, quibus haud dubia interpretatione cognoscitur & provocari lapsos debere, B & suscipi revertentes, Psalmorum libro sic inchoante: [a] *Beatus vir qui non abiit in consilio impiorum, & in via peccatorum non stetit*. Beatus ergo est qui non ita abiit ut redire contemneret, & profectum consilii melioris accipiens misceri impiis destitit, postquam corrigi potius * intellexit. Beatus perinde est qui in via non stetit peccatorum, ille utique qui ingressus vitia non permansit in vitiis, ipso in consequentibus hoc docente, cum obrepentium delictorum excusationem præmittens, conscius nostræ fragilitatis hæc posuit: [b] *Delicta quis intelligit?* Id est, admitti facilius posse, quam nosci. Addit in precibus, ut & ab alienis & ab occultis propriis emundetur; immaculatum se fore confiden- C ter affirmans, si ea sibi non dominentur in quibus ante peccaverat. Ecce etiam a maximo delicto purus efficitur, qui in se crimina non reditura condemnat; & immaculati honore gloriatur, qui elegit hoc esse quod noluit, dum perfrui respuit quod dilexit. Similis per Ezechielem sententia Dei est, hæc dicentis: [c] *Ut quid moriemini filii hominum? convertimini ad me, & convertar ad vos*. Id est, inferni est via ista quam pergitis, & in veniæ desperatione mors vera: non sum ego crimina avarus abolere, qui tam leniter ne jam admittantur admoneo, qui judicii mei inviolabilem formam his sermonibus pando: [d] *Nolo mortem morientis; tantum revertatur & vivat*. Et, [e] *Si iniquus convertat* D *se ab iniquitatibus suis quas fecit, & custodiat omnia mandata mea, & faciat justitiam & judicium; vita vivet & non morietur. Omnia delicta ejus quæcumque fecit, non commemorabuntur*.

Sed tamen Dei munus & dignissimum piæ remissionis edictum non solum in abolitione [2] Novatianus reddi prohibet, sed pertinaciter ad veniam non sinit pertinere. Ne sane ab his horumque similibus penitus excedat, levissima quæque & pauca dimittens, in qualibet correctione exsertæ * indulgentiæ vim repellit: cum Salvator in evangeliis mundari per eleemosynam cuncta commemoret, ac, [f] *sicut aqua exstinguit ignem, sic eleemosyna exstinguit peccatum*. Relicto denique toto admodum grege, unam E ovem fidei pastor inquirit, & inventam humeris superponens plus gaudii in amissæ recuperatione constituit, quam habebat in salvis. Apostolus autem formari in se rursum more partus Galatas ait, quos revalescentibus vitiis frustra primum in regeneratione mentis ediderat. Unde & opere caritatis effecto peccatorum multitudinem tegi, Petrus & Jacobus Domini frater affirmant, verbis similibus protestantes: [g] *Caritas*, inquit, *tegit multitudinem peccatorum*. Ita, his evidenter inspectis, intelligis Novatianos atroci obstinatione cæcatos, malitiæ potius suæ quam Dei satisfacere voluntati; dum in proximos & post compunctionem præteritorum, ipsis qui judicant fortasse meliores, & confessa condemnant, & expiata non solvunt; quæ & donari possunt, & occuli non oportet.

CAPUT XVIII.

APOLLONIUS.

MAnifesta & evidens ratio est, non dicam Dei, penes quem misericordiæ summa est, verum etiam justorum hominum judicio irremediabiles (non) duci [3], qui vitiorum pravitate calcata ad meliora se conferunt, & antea vel ætatis ignorantia negligentes, vel casuum diversorum erroribus occupati, iter fidei repetunt, atque abjecta, quam prius prætulerant, carnis illecebra, supernæ conversationis actibus diluunt quidquid ante terrenorum amore polluerant. Sed forte ante infusionem baptismatis ista concessa sint, & aliqua Novatianis adsit auctoritas, qua post lavacrum spiritale pollutos purgari non posse contendant, & inviolabilis sancti Spiritus munus tradi per homines semel posse, amissum restitui non posse confirment: assertioni ipsorum illo forsitan extrinsecus suffragante, quod a se locus pœnitentiæ non negetur, sed a Deo venia sit speranda; & satisfactio explenda pro factis, non reputanda pro meritis. Quid ergo in hujusmodi intentione durantibus referri debeat vel probari, more consuetæ expositionis insinua: ut sermonis nostri occasione & pravis correctio, & venia suadeatur afflictis; dum irreligiosorum pertinacia panditur quidquid spei desperantium comprobatur.

ZACCHÆUS.

Felicius quidem est intemerata spiritalis gratiæ dona servare, & incorruptum cælestis indulgentiæ munus futuro deferre judicio [4], David hoc perdocente: [h] *Beati immaculati in via*. Apostolus similiter: [i] *Ut possimus*, inquit, *fratres, integram & animam & corpus & spiritum servare in diem Jesu Christi Domini nostri*. Sed alios incautæ ignorantia juventutis, alios terrenæ fervor illecebræ, ad proclivem delictorum viam ducit; sub verbis propriæ excusationis David in Spiritu istud loquente: [k] *Delicta juventutis meæ & ignorantias meas ne memineris Domine*. Justarum quippe allegatio precum est, annis infirmioribus perpetrata forma remissionis recenseri, & cum ætatis privilegio perperam gesta dimitti *; quia in hoc eodem testimonio non otiosa per prophetam refertur historia; sed ætatis ad casum facilitas incautior intimatur. In quo anno-

a Psal. I. 1. *b* Psal. XVIII. 13. *c* Ezech. XXXIII. 11. *d* Ibid. *e* Ibid. ℣. 14. *f* Eccli. III. 33. *g* I. Pet. IV. 8. Jac. V. 20. *h* Psal. CXVIII. 1. *i* I. Thess. V. 23. *k* Psal. XXIV. 7.

1. *Communionis exclusi*] Sic e codd. Vind. & Lem. edere libuit, cum antea legeretur *exclusos*. Infra eosdem codices sequuti, scripsimus *potius intellexit*, ubi male erat *potuisse intellexit*. Cetera quæ leviora sunt, adscribere piget.

2. *In abolitione*] Codex Lemov. *in abolitionem .... redigi*: quod ultimum verbum agnoscit codex Vind. uterque deinde *exertæ indulgentiæ*.

3. *Irremediabiles non duci*] In editis *irremeabiles duci*, sic tamen ut Acherius ad marginem monuerit particulam negationis esse adjiciendam: vocem *irremediabiles* e codice Vind. sumsimus.

4. *Futuro deferre judicio*] Sic codex S. Arn. quem cum Acherius vidisset, edere tamen maluit *puro deferre judicio*. Infra *gesta dimitti*, quod est in codice Vind. maluimus quam quod erat in priori editione *gesta commissi*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



rum gradu ne velut [1] ſpecialem Novatiani locum A teneant, audiant Salomonem ſine exceptione temporum ſimilia prædicantem: [a] *Quis gloriabitur caſtum ſe habere cor, & mundum ſe eſſe a peccato?* Excluſa eſt ergo vanitas tacitæ * falſitatis: quamlibet purus oculis videatur humanis, non tamen ideo reus non eſt, quod ſuæ * ille conſcientiæ Deoque pollutus eſt.

Hanc igitur noſtræ fragilitatis infirmitatem trino indulgentiæ gradu purgari pietas divina permiſit; donans principio cuncta per baptiſmum; obrepentia poſtea pœnitentia tegens, reputari penitus nulla conſtituit, ſi ab omni corporis labe martyrii quempiam fervor abſolvat, Pſalmiſta dicente: [b] *Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates; & quorum B tecta ſunt peccata. Beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum.* Remittuntur ergo in baptiſmate omnia, quoniam illa tantum quæ contracta poſt fuerint, adſcribuntur: teguntur in pœnitentia, quæ ſi fuerint repetita reviviſcunt. Imputari autem in martyrio nulla poſſunt, quia & primum pretioſa ſanguinis effuſione delentur, & in præjudicium exſtincti feliciter corporis non recurrunt. Sed quamlibet adſtipulante pœnitentia dimittere gravia ſuæ poteſtatis negabunt, cum pariter officii ac profeſſionis ſuæ eſſe cognoſcant, aut ligare quæ dura ſunt, aut expiata diſſolvere; illa ad Petrum, in cujus perſonam poteſtas omnium convenit ſacerdotum, Salvatoris ſententia perdocente: [c] *Quæ- C cumque ligaveritis in terris, ligata erunt & in cælis: & quæcumque ſolveritis ſuper terram, ſoluta erunt & in cælis.* Donari itaque delicta ſine exceptione permiſſum eſt, ſi tantum in abolitionem miſſa non redeant; nec ſicut ſcriptum eſt [d] horrorem proprii vomitus canis repetat, atque ablutas piis laboribus ſordes ſus in volutabris mergenda deſideret [2], plus poſt remedia paſſura * diſcriminis, quam inchoantibus malis lapſura * pertulerat, Domino in evangeliis ſic monente: [e] *Ecce ſanus factus es, jam noli peccare; ne quid tibi deterius contingat.* Nolo dubites: præſentia ſemper, non præterita Deus cenſet; hoc enim ait: [f] *In qua via te invenero, in* D *qua te judicabo, dicit Dominus.*

Quod ſi poſt baptiſma, id eſt, poſt ſancti Spiritus ſuſceptionem, redintegrandæ nobis gratiæ locus non eſt; quemadmodum Aaron, utique jam ſacerdos, gravi exemtus offenſæ amiſſum pontificii gradum recepit, & poſt lepræ infuſionem mundari Maria cælitus meruit, quæ ne quemquam pollueret, fuerat ſegregata? nam in caſtris congregatio ſpiritalis ſignatur eccleſiæ; lepra vero delicti mortalis effigies demonſtratur. Cur patriarcha David geminis ſanguinibus expiandus, innovari in ſe prioris gratiæ Spiritum petit, evidenti fiducia Deo pollicens, ut iniquorum converſio veniæ ſuæ provocetur exemplo: patere inſuper ſibi in Dei laudibus loquendi copiam deprecatus, auctoritatem præ- E dicationis obtinuit, dicens: [g] *Labia mea aperies, & os meum annuntiabit laudem tuam.* [h] *Peccatori autem dixit Deus: Quare tu enarras juſtitias meas, & ſumis teſtamentum meum per os tuum?* Niſi forte in prophetis alium ſpiritum, quam nunc accipimus, fuiſſe contendunt, aut penitus non fuiſſe; atque immitiorem ſub gratia evangeliorum Deum quam in lege conſtituunt; qui Petrum, id eſt, ipſum eccleſiæ fundamentum, tametſi in crimine non manſiſſe, fuiſſe tamen in crimine fatebuntur; & admonitionis dominicæ recordantem, non perfidiæ, ſed infirmitatis reatum amaritudine diluiſſe intelligant [3] lacrymarum. Talis perinde luxurioſi illius in evangelio reditus abſumtis opibus ſubſtantiæ ſpiritalis, atque a ſe in cælum peccatum fatentis, non renuitur ut pollutus, nec refutatur ut prodigus, ſed incumbentis in cervicem ſuam patris oſculis, id eſt, catholica pace, ſuſcipitur; qui utique niſi per adoptionem baptiſmatis prius filius eſſe non potuit. Magni etiam convivii lætatus eſt apparatu, id eſt, communionis divinæ honore donatus eſt; in annulo fidem recipiens, in ſtola gratiæ veſtimentum: carne inſuper paſcitur vituli, id eſt, æternæ hereditatis, ſacri corporis aſſumtione, fit particeps; plena Apoſtolicæ dignitatis ornamenta ſortitus.

Poſtremo etiam blaſphemiam quæ cuncta ſupergreditur crimina, remitti poſſe Salvator inſinuat, abolerique in ſe commiſſa non renuit, ſi veræ converſionis labore mereamur ut ſub ejus præcepto cælum conſentiat cum judicio ſacerdotum; qua fiducia Salvatoris edicti eos, qui per fidem vitiis emundantur, non tantum ad veniam ſed honorem gentium Doctor invitat dicens: [i] *Qui autem ſe emundaverit ab iſtis, erit vas ſanctificatum in honore, utile Domino* [4], *ad omne opus bonum paratum.* Itaque ut in unitate divinitatis eſt Trinitas, ita in uno baptiſmatis nomine trina purgatio; Domino ad Apoſtolos ſic loquente: [k] *Adhuc*, inquit, *habeo baptizari baptiſmate quod vos neſcitis.* Cujus tamen gradus omnibus relicturus exemplum, agens in corpore ipſe luſtravit. In Jordane baptizatus eſt; pœnitentiæ ſpeciem pertulit in deſerto: quod autem ſummæ purificationis erat, in paſſione complevit.

Unde advertis, Novatianos ſub omni peccatorum occaſione degentes adverſum ſe ſtultiſſime recuſare, quod Deum pro ſe intelligant præſtitiſſe; ſolamque eccleſiam, ut fide, ita & pietate, Deo proximam, ſupra vilem concubinarum gregem, reginam merito nuncupari, quæ dextræ partis obtinens locum, ſiniſtræ filios celſa condemnat; ad ſe venientibus integram fidem tradens, revertendi ad ſe cupientibus aditum non præcludens; dum & manifeſtam divinitatem fidelibus prædicat, & ſpe veniæ promtioris mavult revocare pereuntes, quam corrigendos forſitan deſperatione confundere.

CAPUT XIX.

APOLLONIUS

IN aperto eſt Novatianos ſtulte ignoſci nolle peccatis, & ſuæ fragilitatis immemores lapſorum magis damnatione, quam converſorum emendatione lætari: ſed niſi expoſtulatio multiplex tædium gignit, unam hanc conſummandi operis adjice firmitatem, ut totius credulitatis corpus amplectens, ſacramentorum enumeres faſtigia divinorum, & memoriæ mandanda conſtituas, quæ perennis ſpei

a Prov. xx. 9. *b* Pſal. xxxi. 1. *c* Matth. xvi. 19. *d* II. Pet. II. 22. *e* Joan. V. 14. *f* Ezech. xxxiii. 20. *g* Pſal. L. 17. *h* Pſal. xlix. 16. *i* II. Tim. II. 21. *k* Luc. xii. 50.

1. *Ne velut ſpecialem*] Sic codd. Vind. & Lemov. in editis *ne vel ſpecialem*: iidem infra *tacitæ falſitatis*, bene, ubi prior editio *tantæ falſitatis*, male: poſtremo e codice Lemov. edidimus *quod ſuæ ille*, cum antea legeretur *quod ſoli*.

2. *Mergenda deſideret*] Totus hic locus fœde corruptus. Ita legerem ſi res mei arbitrii eſſet, *mergendo ſe deſideret ... paſſurus ... lapſus*.

3. *Diluiſſe intelligant*] Sic uterque codex Lem. & Vind. emendate: prior editio, *dilui intelligant*, corrupte.

4. *In honore, utile Domino*] Codex Vind. *in honorem, utile Deo*. Supra altera pagina ubi legitur *ſacri corporis aſſumtione*, in utroque codice vox *ſacri* deeſt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



intelle&ibus prodidisti, ut concluso paucis sensibus verbo recolere possit crebra confessio, quod in formam catholicæ brevitatis insinuatio fidelis aptaverit.

ZACCHÆUS.

Sufficere quidem poterat decursa in caussis singulis ratio, & omnium interpretationum textus elucens: sed ne aliquis ex varietate sensuum scrupulus, ne qua ex responsionum pluralitate ambiguitas excitetur; totius fidei sacrum ordinem tenens, semper hæc recoles. Unus est Deus Pater, qui semper hoc habuit speciale quod Pater est, non recipiens ulla, sed a se proferens omnia; inconvertibilis, invisibilis, inæstimabilis, æternus. Est igitur & Filius nomine atque persona, non substantia, a Patre distinctus, plenæ majestatis ut genitor, perfectus perinde & sempiternus; nec secundum perfidorum opiniones a tempore credendus est quia natus est; sed cum Patre ante tempora manens, nobis ex tempore assumti Salvatoris ostensus: unus nunc idemque mansurus & credendus est & confitendus; quoniam manifesta ejus divinitas non admittit ut aliquando non fuerit; nec rursum veræ carnis assumtio patitur, ut sancti Spiritus creatione cessante natus ex Virgine non credatur. Est & Spiritus sanctus a Patre similiter [1] ac Filio, persona tantum & nomine, non majestate aut substantia alius æstimandus; non genitus ut Filius, sed a Patre procedens, virtutis, divinitatis, honoris perinde ac voluntatis ejusdem, idem semper quod Pater ac Filius faciens atque idem præstans: informator sapientiæ, fidei dator, largitor munerum, sanctificationis indultor, remissor criminum, gratiarum divisor, Patrique semper ac Filio omni operum bonitate permixtus; nec creatus aliquando, sed creans semper. Hunc perpetuo credi & confiteri, adorari, colique ac metui convenit; summaque cordis puritate sic diligi; ut sicut idem in Patre semper ac Filio est, ita in eo Patris ac Filii plenitudo credatur.

Habes quæsitorum intellectuum veram ac simplicem rationem, brevitatisque responsi scientiæ congruentis affectum: superest, ut sicut prædictum in principio meministi, refertioribus majorum voluminibus strenuus lector invigiles, & in hoc vel sola brevitate contentus, celsioris doctrinæ notitia glorieris: voluntati potius privatim tuæ quam editioni publicæ respondisse nos credens. Et sane ulterius pergere cælestium secretorum arcet immensitas, ac retusos propria imbecillitate sensus inenarrabilis majestatis prohibet magnitudo: jamque horis in occasum vergentibus vicina tenebris umbra diffunditur, atque attentos crebra interpretatione sensus & refoveri convenit, & resolvi. Tu autem hæc toto mentis & corporis labore custodiens, numquam fidem, * numquam deseras confessionem: * ne licitis excedas dum sectaris illicita; & impossibilia cupiens, exuare salutaribus, Deo taliter præmonente: [a] *Altiora a te* [2] *ne quæsieris & fortiora a te ne scrutatus fueris*. Id est, quæ tibi prodita de cælestibus vel infernis lege ipsius non sunt, noli penitus audire vel credere; quoniam quos decipere carnis vitiis diabolus non potest, tali studio & vanitate supplantat; occultæque scientiæ arbitros statuens, lapidem sub lapide cogit inquirere, ut inveniant serpentem. Ergo sufficiat canonicis inhærere doctrinis & divinarum historiarum notitiam perquirenti, ea tantum non ignorare quæ scripta sunt, summaque diligentia conditum assidue recordari Christum Dominum crucifixum, venturumque in judicium resurgentium corporum, & cum electis perpetuo regnaturum. Hæc fiducialiter credes, hæc futura profiteberis, ut sanctorum cœtibus aggregatus æternæ vitæ honore blandissimo & donari possis & perfrui. Sic inter obvias [3] peccatorum procellas atque æstus sæculi collabentis justitiæ regulam servans, fidei specialiter integritate merearis quæ sunt perpetuo mansura post sæculum.

CAPUT XX.

APOLLONIUS.

Magna est quidem libelli prioris editio, ac perspicuis intellectibus [4] sensus rerum notitiam fidemque docuerunt; sed non minus præsentis utilitati, quam gratiæ adscribendum est præcedentis: quia licet a multis, ut ipse professus es, decursa lustraveris, intulit tamen brevitas commodum quod raro mereantur eloquia prolixorum; fructusque non parvus est, Trinæ primum unitatis divinitatem clara expositione cognoscere, tum Judæorum in perfidia sua casum, & in hæreticis universarum impietatum ruinam; tum denique in stultitia tua Novatiane, convictus, quantum tibi ex Dei indulgentia derogaris, evidentibus scripturarum testimoniis didicisti. Brevis insuper fidei adjecta conclusio est, cordique adeo cuncta sederunt, ut in his quæ secunda sunt degere votum sit, in his consummare desiderium: modo ut hæc rerum omnium creator ingenitus per eum quem ex se atque intra se genuit Deum, & nunc florem sumti corporis habitantem in utraque mansurum nativitate complectitur, per sanctum perinde Spiritum impleturus exaudiat; & alumnæ precationis effectu * conferre non abnuat, quæ præstitit velle; reptantemque inter præcepta sua parvis gressibus famulum placidus tueatur & dirigat, Trinitatem in personis ac nominibus, Deum in majestate ac substantia confitentem; utrumque tamen suæ miserationis beneficiis relaturus, si & vivendo voluntatem ipsius impleam, & servatam patrum traditionibus fidem, futuræ resurrectionis gaudiis repræsentem.

a Eccli. III. 22.

1. *A Patre similiter ac*] Sic codex Vind. haud paullo melius quam prior editio *a Patre simul ac*: nam in vulgata lectione hæ voces *a Patre ac Filio*, ad verbum *est*, referri necessario debent: in Vindocinensi, ad vocem *alius*, quæ sequitur, referuntur.

2. *Altiora a te*] Ita hunc locum exhibet codex Vind. *Altiora te ne quæsieris & inferiora te ne*, cet. Supra ex eodem codice scripsimus *fidem ... confessionem* cum antea legeretur *fide ... confessione*.

3. *Sic inter obvias*] Ita edere maluimus, quam quod erat in priori editione *si inter obvias*.

4. *Perspicuis intellectibus*] Sic uterque codex Lemov. & Vind. in editis *perspicui intellectibus*. Sub finem ubi *alumnæ precationis effectu*, legebatur *effectus*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

INCIPIT EARUMDEM CONSULTATIONUM.

LIBER III.

INCIPIUNT CAPITULA LIBRI III.

PRÆFATIO.

Tertium hunc jam instruentes libellum conversationis catholicæ formam loquemur, qua instrui alios, non qua ipsi velimus efferri: hæc dispositis observantiæ gradibus quid effici ab homine possit aut soleat, divinis ut exinde sententiis demonstrabit, exiguis ac mediocribus summa sic temperans, ut nequaquam humilioribus deroget, quod sit collatura potioribus; sed ut illud Apostoli: [a] *Quisque sibi vindicans fidem penes se habeat, nec judicans quemquam in Domino glorietur*: cautius utique servaturus in propriis, quod in alienis gravius æstimarit [1]. Huic igitur operi paullisper studium commodantes, solitas exercebimus sub congrua disputatione personas; atque institutum a cognito eruditore discipulum arduæ professionis honore provocabimus, morem districtioris aggredi disciplinæ, subjectisque actibus probabilium monachorum mentionem futuræ consummationis inducere: cui hæc breviter perscrutanti quæ sit de Antichristo absolvetur obscuritas; ut his speciatim decursis ultima resurrectionis fides pateat, quæ licet dudum bene credita atque suscepta sit, verbis tamen simplicibus intimata divina promissione * firmabitur.

Primus itaque, ut in ceteris, Apollonius dilatæ collationis spatia relaturus, velut comperendinatam repetet subnixa auctoritate vel affabilitate doctrinam, ut prædicti ordinis membra perlustrans servire justitiæ arctius cupiat, ævique residua Deo deputans, mori quoque pro ejus nomine non recuset, cum librato in singulis tenore cognoscat quid velle hominem, quid audere * conveniat: quia & soli fiduciæ omnia credere parum firmum est, & infirmitati in omnibus subjici nihil merentis.

CAPUT I.

APOLLONIUS.

Si digne comparatum est, o Zacchæe, ut id quod in mutis animalibus sæpe comperimus, etiam A in quorumdam hominum sensibus cerneremus; profecto in me hoc specialiter veniens dicti veteris sententiam comprobavit: nam sicut cetera animalia ad ea semper loca ubi aliquando bene pasta sunt revertuntur, nec largioribus illecta pabulis oblivisci possunt quod jejuna perceperint: sic nos post verbi, ut nunc intelligo, famem sitimque doctrinæ colloquia tua avidi petimus, expertisque tractatibus fiducialiter inhæremus; a quo scilicet cælestis scientiæ cibos & haustus intellectuum sumsimus divinorum. Ecce enim vix adhuc vastis gentilitatis erroribus liberi, modo infusæ regenerationis novitatem spirantes, integritatem fidei [2] te tradente jam novimus, atque universa hæreticorum membra carpentes B munus catholicæ confessionis amplectimur, & Deo auctore fidentes exstructæ super petram domus tegmina possidemus; si idem bonorum omnium largitor indulgeat, terrenæ conversationis actum & cæcas sæculi vanitates ab evangelicæ turris specula visuri. Sed quamlibet creatorem proprium, ut est, nosse bonum primum sit, atque in fidei susceptione veræ salutis certa fundamina; alia tamen ordinatio credulitatis, alia vitæ * est: & spiritalis ædificii solidam molem tametsi impacta nequitiarum torrentibus unda non subruit; justitiæ tamen metalla non pingunt, si nulla virtutum opera suffragentur. Unde quia ab hujusmodi studiis tempore pridem non mente cessavimus, recentes C post quietem sensus dilatis, ut recolis, redde tractatibus; & quam nos potissimum vivendi formam inire conveniat, consultus exprome: ut dum spiritalem indulgentiam salubriter suades, hæc denique ex scripturis edicta constituas, quæ cum fidem teneant, virtutis operum [3] & gratiam non omittant.

ZACCHÆUS.

Memini dudum collationem nostram diei fine suspensam, & subcrescentibus interrogationum caussis tempus magis quam studia defuisse; ob quæ nunc

a Rom. xiv. 22.

1. *Gravius æstimarit*] In codd. Vind. & Lem. *æstimaret*. Infra ex iisdem scripsimus *divina promissione*, ubi erat *divina provisione*; & sub finem *quid audere*, cum antea legeretur *quid audire*.

2. *Integritatem fidei*] Sic uterque codex Lem. & Vind. in editis *integram fidei*, male: infra *alia vitæ est*, in iisdem scriptum, ubi editum erat *alia vita est*.

3. *Virtutis operum &*] Sic codex Lem. & Vind. *virtutis opera &*. Prior editio *virtutes operum &*. Infra ubi *tutis primordiis munire proposita*: in editis *tut. prim. munere proposito*: quo nihil fœdius; nec tamen melius mss. codices, nisi quod Vind. habet *proposita*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

ea conditione tibi cedimus, ut a nobis vivendi formam requirens, competentem scientiæ gradum, non quod gloriemur ex nobis, sed quod ex Deo prodesse aliis velimus, accipias: in quo tamen non absurda præmonitio est tutis primordiis munire proposita, * & manentibus in observatione desideriis ascensum semper potiorum moliri. Ait enim in evangelio Dominus: [a] *Nemo*, inquit, *ædificaturus turrem, non prius secum cogitavit & sumtum*. Ne interrupto opere incautius cœpta rideantur, & sint odii quæ fuerant prius voti. Talis * aggrediendorum hostium caussa, * prænoscere pugnaturos, proprias docet [1] vires, perpensoque adversi agminis pondere vel fœdus inire vel prœlium, ne sera infirmitatis querela dare insequuturo terga compellat, & post facti præcipitis pœnitentiam loco motis aut lugubris conditio subeatur aut turpis.

Itaque prima ac sine discrimine via est, Deum firmiter credere, & cum bene credideris, plus timere; toto insuper, ut sæpe jam diximus, formidatum corde diligere: non quia idem bene ac male facere potens est, sed quia magis præstare bona mavult, & numquam pro noxa ut meremur ulcisci. Consequens bonum est vitæ simplicis puritas, & exosis facinoribus in proximos studium caritatis. Sic enim scriptum est: [b] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex totis visceribus tuis;* [c] *& proximum tuum tamquam te*. Quo in loco non de propinquitate sola fit mentio, sed jure proximus dicitur, qui malis obrutus prosperis adjuvatur, & adoptiva miseratione confotus, quod cognatione generis non habet, gratiarum ad Deum reddit affectu [2]. Unde illud Salomonis est: [d] *Conclude eleemosynam in corde pauperis, & ipsa pro te exorabit ab omni malo*. Et iterum: [e] *Qui pauperis miseretur, Deo fœneratur*. David similiter: [f] *Junior fui & senui, & non vidi justum derelictum; nec semen ejus quærens panem. Tota die miseretur & commodat, & semen ejus in benedictione erit*. Job perinde: [g] *Conservavi*, inquit, *egenum de manu potentis; & pupillo cui non erat adjutor, auxiliatus sum. Os viduæ benedixit me semper, cum essem oculus cæcorum, & pes claudorum, & invalidorum pater*. Et Dominus in evangelio se in personis humilium sublevari docuit, dicens: [h] *Amen dico vobis, quod fecistis uni ex minimis istis, mihi & fecistis*. Apostolus quoque: [i] *Qui parce seminat, parce & metet; & qui seminat in benedictione, de benedictione & metet. Unusquisque autem secundum quod proposuit in corde suo, non quasi ex tristitia & ex necessitate; hilarem enim datorem diligit Deus*. Totum autem misericordiæ opus prodesse * per Esaiam Spiritus pandit, dicens: [k] *Solve omnem nodum injustitiæ, resolve suffocationes impotentium commerciorum, dimitte quassatos in requiem, & omnem consignationem in-*

A *justam dissipa. Frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto induc in domum tuam. Si videris nudum, vesti, & domesticos seminis tui ne despexeris. Tunc erumpet temporaneum lumen tuum, & vestimenta tua cito orientur *, & præibit ante te justitia tua, & claritas Dei circumdabit te. Tunc clamabis, & ego exaudiam: dum adhuc loqueris dicam, ecce adsum*. Ergo substantia absque fraudibus parta, si ita possideatur, accepta est; ac non in facultate mediocri, sed in cupidine divitiarum caussa peccati est, Domino protestante; [l] *Væ vobis divites, qui habetis consolationem vestram*. Et iterum: [m] *Difficile, qui pecunias habent, intrabunt in regnum cælorum*.

B Conjugia autem honesta Deo non displicent, & in procreationis liberorum solemnis tori modesta dilectio, scriptura dicente: [n] *Propter hoc relinquet homo patrem suum & matrem suam, & adhærebit uxori suæ; & erunt duo in carne una*. Et iterum: [o] *Quod Deus junxit, homo non disjungat* [3]. (Inde habitus non luxui deditus, sed nitori.) * Et secundum Apostolum: [p] *Omnium quæ in macello veneunt, esca sine culpa est*; quoniam, sicut idem Apostolus ait: [q] *Non est regnum Dei esca & potus, sed justitia & pax in Spiritu sancto*. Perniciosa tamen nimietas usus utriusque est, Domino sic monente: [r] *Videte ne graventur in vino & crapula corda vestra*. Quod jam tamen per Salomonem ante

C prædixerat: [s] *Cui væ, cui lividi oculi? nonne eorum qui commorantur in vino, & sectantur ubi convivia fiunt?* Unde Apostolus sumendi propter infirmitatem vini dat Timotheo præcepta [t], sed modici. Hæc & alio loco dicens: [u] *Nemo vos seducat;* [x] *ebriosi regnum Dei non possidebunt*. In hac igitur vitæ forma & conversationis sobriæ disciplina mens ad Deum promta sit; crebraque jejunia & assiduæ in supplicationibus preces justitiam aut mereantur aut faciant, ut sumta ex evangeliis sententia sic viventem comitetur ac protegat: [y] *Gloria in excelsis Deo, & pax in terra hominibus bonæ voluntatis*. Hæc mediocribus, si sublimium fervor aberit, dicta sufficient. His vitæ perennis

D promissa concedi, omnium scripturarum pandit auctoritas: ut si inter illa futuri regni clarissima sidera splendor eximius [4] non attollit exiguos, delicta non opprimant, mansionumque, ut ipse meminit, apud Patrem diversitas consoletur, illudque in summa adhortantis Domini succurrit edictum: [z] *Omnes qui crediderint in me, non confundentur*. Id est, ut eos a Christo vis nulla disterminet, * quos semel eidem fides pura nexuerit, & salutaris signi integritate salventur, qui ea quæ ob laborem difficilia sunt aut * impossibilia respuunt, aut aggredi quia sunt ardua & magna, timuerunt.

E

a Luc. XIV. 28. *b* Matth. XXII. 37. *c* Ibid. ℣. 39. *d* Eccli. XXIX. 15. *e* Prov. XIX. 17. *f* Psal. XXXVI. 25. 26. *g* Job XXIX. 12. sec. LXX. *h* Matth. XXV. 40. *i* II. Cor. IX. 6. 7. *k* Isa. LVIII. 6-9. *l* Luc. VI. 24. *m* Luc. XVIII. 24. *n* Gen. II. 24. *o* Matth. XIX. 6. *p* I. Cor. X. 25. *q* Rom. XIV. 17. *r* Luc. XXI. 34. *s* Prov. XXIII. 29. sec. LXX. *t* I. Tim. V. 3. *u* Coloss. II. 18. *x* I. Cor. VI. 10. *y* Luc. II. 14. *z* Rom. IX. 33.


1. *Talis ... caussa ... docet*] Sic in cod. Vind. & Lem. emendate: in priori editione *tales ... caussas ... decet*, corrupte.

2. *Reddit affectu*] Posterior vox e cod. Lemov. desumta est, nam antea legebatur *affectum*. Infra ex eodem codice verbum *prodesse* adscripsimus post illa *misericordiæ opus*. Idem in Esaia habet *cito operientur*, ubi legitur *cito orientur*.

3. *Non disjungat*] Codex Vind. *non separet*. Quæ sequuntur uncis inclusa, supersunt e commate in quo Zacchæus de usu licito vestium & escarum disputabat.

4. *Splendor eximius*] Heic locus sic descriptus est in codice Lem. *splendor eximios non attollit, exiguos delicta*, cet. Infra in eodem codice *vir nullis subtrahat*. Quod sequitur *difficilia sunt aut impossibilia*, displicuit Acherio, qui conjecit legi oportere *aut ut impossibilia*: sed hæc vocula melius abest; non enim heic agitur de præceptis; ac ne de consiliis quidem generatim, sed de certis dumtaxat consiliis, quæ plerisque hominibus impossibilia esse non immerito dixeris, quod ad ea sequenda vocati non esse videantur. — Magis tamen placet Acherii lectio, quæ item confirmatur pag. seq. 242. b. lin. 9. ubi legitur, *quæ, ut ipse dixisti*, VELUT IMPOSSIBILIA *prædicantur*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.



CAPUT II.

Apollonius

APerta eſt doctrinæ iſtius veritas, ſanumque conſilium, ut Deum præ cunctis affectibus diligentes, etiam ſi ſumma non capimus, nequaquam tamen vel mediocribus excedamus [1]: & ſi honor ſublimium ſplendorque non veniat, ſententia miſeros æterna non damnet. Sed vere iſtud aut inertis aut diffidentis eſt animi, atque a Dei munificentia præcipuum nil ſperantis, torpere in exiguis hominem cui ſumma propoſita ſint, & vitæ tanti facere commoditatem, ut inæſtimabilium ſæculorum regna diſſimulet, vel quadam vulgi conditione deſpectus ſero ſe lugeat non quæſiiſſe, quod jam mereri exacta ſæculi converſatione non poſſit. Quæ nobis ergo vivendi forma ſublimiorque ſit ratio propoſiti celſioris, ſacris non pigeat docere ſententiis, quia non ita labor aſpernatur * infirmos, ut nulla divinæ provocationis fiducia cohortetur, dum in his quæ, ut ipſe dixiſti, velut impoſſibilia prædicantur, & temporibus meritum non tenetur [2], & actu levius * fortaſſe quam creditur.

Zacchæus.

[a] *Anguſta* quidem *& ardua via eſt, quæ ducit ad vitam*; ſed cum ſint poſſibilia cuncta credentibus, in quantum ratio noſtræ fragilitatis admittit, faſtigia munerum divinorum ſub Dei ſemper invocatione quærenda ſunt; præcipue cum in noſtro corpore Dominus agens, nil penitus quod homo efficere non poſſit, injunxerit, Apoſtolis dicens: [b] *Ecce reliqui vobis exemplum quod ſequamini*. Id eſt, excuſatio impoſſibilitatis abſcedat: ea facere poſſe vos doceo quæ ipſe non renui: quapropter [c] *Si perfectus vis eſſe*, (ut idem conſulenti juveni Dominus ait) *vade, vende omnia bona tua, & da pauperibus; & veni ſequere me*. Id eſt oblitus reſpuenſque terrena, cæleſtia concupiſce; &, ſicut D ipſe ſubjicit dicens, [d] *Theſauri ſpiritalis opibus abundabis*. Talis enim apud Deum voluntariæ paupertatis eſt cauſſa, ut temporarie inops factus, dives maneas in æternum, & caducam ſæculi dignitatem vel voluptatem pro illius amore contemnens, cæleſtes delicias poſſeſſurus obtineas. Inexſolubilia itaque mundi iſtius vincula rumpenda, & quædam facultatum & prædiorum abjicienda ſunt onera; ut ad Redemtorem noſtrum pervenire cupientes, nullis delictorum neceſſitatibus urgeamur: quibus tametſi cum voluntate ipſa peccandi neceſſitas abeſt, timenda nihilominus ſemper occaſio eſt, ac nonnumquam ſub honeſtis actibus culpa ſubrepens; in ipſo evangelio [3] veritate ſic teſtante: [e] *Qui non vendiderit omnia quæ poſſidet*, [f] *& tulerit crucem ſuam, & ſequutus fuerit me, non poteſt meus diſcipulus eſſe*. Ergo enitendum eſt, ut illius primum

A diſcipuli, poſt amici eſſe poſſimus. Ceſſat enim conditio ſervitutis, ſi meritum ſpiritale ſuccedat, ipſo dicente. [g] *Si feceritis quod mando vobis: ecce jam non dicam * vos ſervos, ſed amicos*. Hic labor ſic viventibus gratus eſt, & pro ſpe hujuſmodi cunctis deliciis præſtat injuria, blanda humilitas, patienſque contemtus, victus exiguus, pauperque veſtitus; & in imperia * ſpiritus carne depreſſa, obliqua vitiis ſtudia diſcenda ſunt, iram vincere, invidiæ nihil debere, colere manſuetudinem, arrogantiam deteſtari, reſpuere humanæ gloriæ vanitatem, & linguam ſæviſſimum malum ab obtrectatione cohibere; ut ſic exuviis veteris hominis abſumtis, non fruſtra illud Apoſtoli recenſeatur: [h]
B *Sicut portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem cæleſtis*: [i] imitatoreſque illius ſimus, ſicut ille Chriſti, fiducialiter uſurpantes: [k] *Noſtra autem converſatio in cælis eſt*. Et; [l] *Pars noſtra Dominus*. Cum in hæc ſemper intenti nec viſu recipimus nec auditu, quo aut admitti delictum aut admittendum ſoleat cogitari.

CAPUT III.

Apollonius

SUfficienter interrogationis iſtius vota ſuppleta ſunt; & ita veræ perfectionis merita patue-
C runt, ut quidam animo experiendi fervor obrepſerit, & vitæ præſentis uſum a totis delictorum occaſionibus ſegregarit. Quæ nunc igitur monachorum congregatio vel ſecta ſit, vel quam ob cauſſam etiam noſtrorum odiis digni habeantur, exprome: qui utique ſi honeſta ſectantur, neque a fidei unitate diſſentiunt, imitandi ſunt potius quam vitandi: quia, ut arbitror, ejuſdem apud Deum criminis atque peccati eſt odiſſe bonos, cujus & noxios non vitare; dum fieri nullo pacto poteſt, ut eſſe bonus malit qui diligit malos; vel rurſum, malitiæ ſtimulis non agatur, qui quamlibet bonitatis ſpeciem præferat, ſit vere illud [4] quod immerito in aliis exſecretur.

Zacchæus.

Juſta æſtimatione perpendis hujuſmodi propoſitum, vitamque ſectantes odio eſſe fidelibus non debere, ne ſub incerto mentis arbitrio pro malis bonorum ineatur offenſa; & ſicut ſcriptum eſt: [m] *Qui oderunt juſtos, delinquent*. Et iterum: [n] *Væ his qui dicunt malum bonum*. Multiplex enim obſervantiæ iſtius forma eſt, ac ſub uno propoſiti nomine diverſa genera monachorum: ſed talis omnium cauſſa, qualem in cunctis ordinibus fore * noſti, ut propter morum varietatem ſit etiam diverſitas voluntatum: unde profeſſio irreprehenſibilis & ſan-
E cta eſt; ſed quidam ſub hujus converſationis velamine odiis digna committunt, ac licet diſſimili arguantur reatu, generaliter tamen a profeſſione diſcedunt. Hi namque quorum inter deviantes per-

a Matth. VII. 14. *b* Joan. XIII. 15. *c* Matth. XIX. 21. *d* Ibid. *e* Luc. XIV. 33. *f* Ibid. ℣. 27. *g* Joan. XV. 14. *h* I. Cor. XV. 49. *i* Ibid. ℣℣. 4. 16. *k* Philipp. III. 20. *l* Thren. III. 24. *m* Pſalm. XXXIII. 22. *n* Iſa. V. 20.


1. *Mediocribus excedamus*] Acherius recte monuit legi oportere *excidamus*. Infra, *quia non ita labor*, cet. perſpicue male; ſed nihil eſt in mss. quo errorem emendare poſſimus: forte *aſperatur*, *infirmos ut*, cet. ſed mallem *aſper dehortatur infirmos, ut*, cet.

2. *Meritum non tenetur*] Heic etiam librariorum negligentiæ exemplum vides; nullus enim idoneus ſenſus ex his verbis erui poteſt. Non diſpliceret *non teritur*, hoc eſt, non minuitur; ſed deinde legendum eſſet, *& actu levius eſt*.

3. *In ipſo Evangelio*] Sic codex Vind. prior editio, *ipſo in Evangeliis ſic proteſtante*. Haud ita multo poſt ex eodem codice ſcripſimus *jam non dicam*, ubi erat *jam non dico*: & infra Lemov. *in imperia ſpiritus*, ubi legebatur *in imperio ſpiritus*.

4. *Sit vere illud*] Sic in codice Lem. in editis *ſic vere illud*. Infra ubi *fore noſti*, mallem *fere noſti*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



ditior animus est, temporarie abstinentiam & continentiam simulant, & primum studiis lubricæ familiaritatis irrepunt, captasque mulierculas vanis opinionibus illudentes, in usum miseræ cupiditatis illiciunt; dum aut muneribus inhiant, & fœda avaritiæ lucra conquirunt, aut dolo subditas vincunt, & a proposito devotæ castitatis abducunt. Alii autem fideliter inchoant, ardentique proposito justitiæ servire contendunt; deinde inconsiderantius arrepta non perferunt, atque a cœptis desistunt, vel certe invidentium aut aggredi detrectantium persuasionibus molliuntur, atque ab instituti rigore discedunt; tum remissioribus assuefacti in omnem illecebram corporis redeunt, ac primam fidem irritam facientes, communis vitæ ordinem laudant, ut actum propositi durioris accusent. Unde intelligis non ab his eorumque similibus integritatem perdurantis industriæ prædamnandam, aut in labore sanctissimo sublimiter consummantium gloriam reverentiamque minuendam; cum, sicut dictum est, persona magis quam ordo displiceat, nec jure despici propter aliquos possit, quod magnanimiter servatur a multis.

Hi autem vere modum professionis istius exsequuntur, qui ut jam dictum est, abscissis penitus sæculi vinculis, in legis exercitatione versantur, & promissa ad integrum præstolantes, præcepta ad integrum implere nituntur: sed in his quoque observantiarum non parva distantia est; ac licet cunctis mereri cordi sit gloriam futurorum, alii tamen summis, alii mediocribus student.

Quidam etiam velut in postremo sectæ istius gradu parva observatione contenti, tantum cælibes vivunt, vel numquam experti matrimonia respuentes, vel amissorum recordatione commoniti, secunda, si prima habuere, devitant; dum alterum fere non caventibus provenit, ut aut quod in primis perdiderunt, non inveniant in secundis; aut rursum in consequentibus patiantur, quod caruerint in defunctis. Hi, inquam, rebus communis conversationis intersunt, & secreta non expetunt, vitæ hujus consuetudinem retinentes; ut etiam si a delictis vacui fore possunt, occasioni tamen subjaceant delictorum; dum lege corporis in diversum trahente difficilius magna perficiunt, qui possunt mala videre nolentes. Habitus his nec inhonorabilis nec abjectus est; & aut idem qui omnibus cibus potusque communis, aut raro abstinens & in paucis recisus. Psallendi perinde vigore non fervent, nullisque vigiliis nocturnam rumpunt quietem; non profusum sed tractabilem censum poscentium inopiæ suggerentes: fides calida est, non tamen fervens; & mens religiosa, non religioni penitus addicta. Hujusmodi autem consuetudo potiorum est; locis primum remotioribus habitant, etiamsi in urbibus degant, ipsumque conversationis ordinem non quidem jactanter ostentant, sed ab exhortationibus aliorum velle supprimere peccati loco ducunt.

His conveniendi unus omnibus locus est, sed dispar manendi; vestitus humilis, cibusque non blandus; nec interest ex quo potissimum sitis, vel quam vili liquore satietur, dum potandi arceat voluptatem, & vim corpore necessitatis excludat. Psallendi vero intentis crebra sunt studia, certisque horarum vicibus laudandi Deum devotio distributa: jugis jejunii usque ad vesperum labor, & opus diurnum prout est scientia exercetur; ac [1] singulis proprium quod alicui suppetit, non est; & est commune quod deficit. Ideo cunctis exsecrabilis torpor & victus nisi ex labore non congruens. Juncia perinde lectulis strata, parvisque velaminibus permissum somno corpus obtegitur: quin etiam supplicandi in nocte statuta sunt tempora, notæque vigiliæ. Numquam præterea diei falluntur adventu, sed strenuos semper psallentes * auroræ tempus exsuscitat, atque offerendas Deo laudes devotio matutina compellit.

Hi autem quibus primus observantiæ gradus est, soli eremum ac squalentia deserti loca habitant, verisque vocabulis nuncupati singularem transigunt vitam, aut cavatis in habitaculum saxis subterraneis specubus a sole & imbribus temperantes, pane veteri & sine ciborum adjectione vescuntur, sumentes purum e fontibus potum: vestitus talibus aut pellicius aut cilicinus est, & totius vitæ usus in agone mentis & corporis. Jam vero ad Deum incessabiles preces, ac supplicatio in sacrificii vicem cedit; vel si quando ab oratione cessatur, psallendi gratia canitur laus divina, & alacritas mentis exercitio religiosæ jucunditatis accenditur. Inest præterea multifaria dæmonum turba, & dolis immundorum spirituum victrix constantia sæpe congreditur. Continuatio assidua jejunandi, noctesque pervigiles, & aut sine fulcris humo corpuscula decubant, aut saxo paullisper dejecta [2] durantur, ut somnus non agi videatur injuriosa brevitate, sed pelli. Hæc monachorum diversitas, & talis spiritaliter degentium cælestis in terris agitur disciplina. Pro Dei autem nomine votiva mors omnibus, atque optabilis sancti exitus pompa, dum nulla in sæculo compensatur injuria; quod & sublimi honore munerandum est, & sine ulla temporum mutatione mansurum.

CAPUT IV.

APOLLONIUS.

Magna est quidem talium prædicatio virtutum, & in Dei voluntate vel laudibus famulantium [3] servitus gloriosa; quoniam hujusmodi studiis & perniciosa vitæ istius blandimenta vitantur, & perennis beatitudinis præmia conquiruntur. Singula tamen quæ a fidelibus monachis agi superius meminisli, ex Dei monentis manare præcepto; ordine cœptæ informationis ostende: nam procul dubio clarum est, incerti eadem esse momenti, si non ejus auctoritate suscepta sunt, a quo & muneranda creduntur.

ZACCHÆUS.

Specialis primum expetendorum secretorum monachis caussa est, ut peccati, sicut jam dictum est, etiam occasionem devitent, & quibus voluntas in proposito recta est, actus alius esse non possit; simul denique ut bellum contra sæculum suscepturi, nulla mundi frangantur illecebra; fervens enim in spiritu fides rebus illius inimica est, sicut Joannes in epistola sua prædicat, dicens: [a] *Nolite diligere*

[a] I. Joan. II. 15. 16.

1. *Ac singulis*] Sic edere maluimus, quam ut in priori editione *a singulis*. Infra ubi scripsimus *semper psallentes*, ex codice Vind. antea legebatur *semper fallentis*.

2. *Paullisper dejecta*] Ita legitur in codice Vind. in priori editione *paullisper projecta*.

3. *Vel laudibus famulantium*] Hanc vocem quæ deerat, adscripsimus e codice Vind.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.

mundum neque ea quæ in mundo sunt. Si quis dilexerit mundum non est caritas Patris in illo; quia omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis, & concupiscentia oculorum, & ambitio sæculi est. Jacobus similiter: [a] *Nescitis, fratres, quia amicitia hujus mundi inimica est Deo; & quicumque voluerit amicus esse hujus sæculi, inimicus Dei constituetur?* Vestitus autem humilitatem, & jugem jejuniorum laborem Deo acceptabilem fore David specialiter indicat, dicens: [b] *Ego*, inquit, *cum mihi molesti essent, induebar cilicio: & in jejunio humiliabam animam meam.* Et iterum: [c] *Posui vestimentum meum cilicium.* Et: [d] *Panem meum cum cinere miscebam, & potum meum cum fletu temperabam.* Dominus vero Joannis habitum prædicans, ait: [e] *Quid existis in desertum videre? Hominem mollibus vestimentis indutum? Ecce qui mollibus vestiuntur, in domibus regum sunt.* Ibi scilicet cultum fore indicans habitum, ubi & usum in voluptatibus abundantem: erat enim vestitus illius de pilis cameli, id est, etiam lanarum mollitie habitus carens. Zona perinde pellicia cingebatur; & vinum ac siceram non bibens, edebat locustas & mel silvestre: elegantis paratiorisque convivii copias non requirens, eo tantum utebatur, quod electæ conversationi nec inferret luxuriam, nec gigneret sumtum.

Unde Heliæ magnum iter ex Dei jussione subituro aqua tantum ab Angelo, & vilis ponitur panis. Daniel vero ut desideriorum obtineat effectum, [1] poculis ciboque non fruitur. Ipse denique Dominus in jejunio & humilitate diabolum vincit, sicut Apostolus ait: [f] *Semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens*, [g] *ut nos & paupertate illius divites fieremus, & ab injuria salvaremur.* Qui tamen cum in eodem susceptam ex gentibus gubernare vellet * ecclesiam, abstinentiam quoque verbis talibus prædicavit: [h] *Bonum est non manducare carnes, & non bibere vinum*, [i] *in quo est luxuria.* Id est, ut Deum mens humiliata plus cogitet, carnemque subjectam a luxu pariter sumtuque submoveat, quo utique & quærendo occupamur, & solicitamur expenso: cum si in Dei regnum intenti potius fuerimus, in exhibendis necessariis sententia illa non desit, qua scriptum est: [k] *Nolite soliciti esse quid manducetis, aut quid bibatis, aut quid vestiamini;* [l] *quoniam hæc gentes requirunt:* Illi scilicet: [m] *Quorum venter deus est, & spes omnis in faucibus.* Quibus edendi, bibendique animalium more sola ac præcipua cura est. Prædictam autem rei fiduciam tali protinus confirmavit exemplo: [n] *Aspicite volatilia cæli: non arant, neque serunt, neque in horrea congerunt: & Pater vester pascit:* [o] *sic & vos modicæ fidei:* [p] *scit enim Pater vester quia his omnibus indigetis; itaque quærite primum regnum Dei, & hæc omnia apponentur vobis:* id est, nec opinantibus præbebuntur. Unde Apostolus, ut possideri omnia possit, nihil in solicitudine possidendum declarat, dicens: [q] *Ut nihil habentes, & omnia possidentes.* Itaque intelligis eos proprietati suæ cuncta subjicere qui cuncta contemserint, atque insipientium judicio pauperes A credi, qui sunt in Dei promissione locupletes, & temporarie parva despiciunt, ut perpetua magna mereantur: hisque in sæculo egere contenti sunt, quæ ab aliis cum discrimine honestatis & vitæ ad hoc per omne ævum contracta pariuntur, ut aut mox in sæculo hisdem viventibus pereant, aut quandoque de sæculo recessuris peritura cum sæculo relinquantur.

CAPUT V.

APOLLONIUS.

B Clare patuit contemtum mundi cum humilitate vestitus continentiæque proposito, sacræ informationis oraculis præfulgere: eosque in cælestibus plus mereri qui de terrenis parva præsumserint, atque ad hoc monachos duris observationibus erudiri, ut non solum vitia, sed materiam amputent vitiorum. Unde nunc evidens continentiæ & virginitatis præceptum iisdem scripturarum auctoritatibus pande; quare denique cælibes non solum casibus facti, sed a justis conventibus abstinentes, recte quidem illicita condemnant, sed nihilominus licita aut aspernantur aut respuunt; quæ si utique [2] ex præcepto divinitatis ut prædicta venerunt, salubriter exiguntur: sin autem a cælesti informatione sejuncta sunt; quam ob caussam velut C oporteat imperantur, quæ & in observatione difficilia, & in labore sine fructu sunt?

ZACCHÆUS.

Adæ quidem a principio dictum est: [r] *Non est bonum esse solum.* Et mox procreationum sententia subsequuta: [s] *Crescite & multiplicamini, & replete terram.* Sed facta eidem atque ex eodem mulier prius solatio quam conjugio fuit; donec a paradiso inobedientia faceret extorres, quos intra paradisum obedientia tenuisset, ac post beatæ sedis excessum, mulierem suam pulsus agnosceret, libro Genesis hoc docente: [t] *Et cognovit Adam mulierem suam, &* D *concepit & peperit filium.* Ergo addictum laborem nuptiæ præcesserunt, & tribulos spinasque passuri prævios adjecere conventus; sequuta in procreationibus tædia, & parituram aliud præcessit edictum: [u] *In dolore*, inquit, *& mærore paries filios.* Quos utique sic creatos diversi, ut cernimus, casus luctusque subriperent. Unde Apostolus prædicans ait: [x] *Tribulationem tamen carnis habebunt hujusmodi.* Non tamen [y] conjugiorum inhonorabiles tori, aut immaculatum cubile sine fructu est: nempe soboles inde sanctorum; & quod laudatur in virginitate, conjugii est, sed sublimius continentiæ præmium; celsiorque virginitas nec potest timere quod minor sit, nec debet insultare quia major est: sed catho- E lica interpretatio [3] distincta honestis conjugiis præconia tribuat castitatis; continentiæ meritum abstinentibus reputet, integris præmium virginitatis adscribat. Hoc est non damnare quod bonum est, sed suadere quod melius; unde illud in scripturis evidens continentiæ documentum est: *Sciebat*, in-

a Jac. IV. 4. *b* Psalm. XXXIV. 13. *c* Psalm. LXVIII. 12. *d* Psalm. CI. 10. *e* Matth. XI. 8. Luc. VII. 25. *f* Philipp. II. 7. *g* II. Cor. VIII. 9. *h* Rom. XIV. 21. *i* Ephes. V. 18. *k* Luc. XII. 22. *l* Ibid. ℣. 30. *m* Philipp. III. 19. *n* Matth. VI. 26. *o* Ibid. ℣. 30. *p* Ibid. ℣℣. 32. 33. *q* II. Cor. VI. 10. *r* Gen. II. 18. *s* Gen. I. 28. & IX. 1. *t* Gen. IV. 1. *u* Gen. III. 16. *x* I. Cor. VII. 28. *y* Heb. XIII. 4.

1. *Obtineat effectum*] Statim in priori editione sequebatur vox *desideriorum*, quam expunximus ut inutilem. Infra in codice Vind. *vellet ecclesiam* in editis *velit*.

2. *Quæ si utique*] Sic codex Vind. prior editio, *si itaque*.

3. *Sed catholica interpretatio*] Ita edere libuit, cum antea editum esset, *sed catholica interpretatione*. Infra ubi *minoratus est Israel*, in codice Lem. habetur *voratus est Israel*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



quit, *Dominus quoniam minoratus * est Israel, & non est jam derelictus præter continentes*. Quod Salomon in spiritu prævidens ait: [a] *Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexu*. Quia præcepti veteris est, ut terra procreationibus impleatur; novi autem, ut continentia atque virginitatis impleat cælum. Unde per Zachariam Dominus ait: [b] *Sancti lapides volvuntur super terram, in juvenibus triticum, vinum suave olens in virginibus*. In Evangelio denique spadonum diversa genera memorantur: sed illis specialis regni possessio deputatur, qui se ejus caussa & amore castraverint; id est, non quos impossibilitatis necessitas cogit, sed quos voluntas efficit continentes. Sic enim scriptum est, Domino disputante: [c] *Sunt spadones qui ab hominibus fiunt; & sunt spadones qui ab utero matris suæ ita nati sunt; & sunt spadones qui se castraverunt propter regnum cælorum*. De quibus per Esaiam dicitur: [d] *Dabo illis locum meliorem filiis & filiabus*.

Quam tamen adeo ardui ac sublimioris præmii esse professus est, ut dicentibus quodam loco Apostolis; [e] *Si sic est homini caussa cum muliere, ergo non expedit nubere*, ille responderit; *Qui potest capere, capiat*. Non ergo præceptum de continentibus, sed suasio est; nec injungitur virginitas, ut sit necessitatis, sed, ut voluntatis possit esse, laudatur, Apostolo protestante: [f] *De virginibus autem præceptum Domini non habeo: sed consilium do, tamquam & ipse scientiam Dei habens. Existimo ergo hoc bonum esse propter instantem necessitatem, quoniam bonum est homini sic esse*. Joannes vero in Apocalypsi eos tantum agni vestigiis inhærere præscribit, qui contaminati mulierum conventibus non fuerunt, dicens: [g] *Hi sunt qui sequuntur agnum quocumque vadit; hi sunt qui se cum mulieribus non coinquinaverunt; virgines enim permanserunt*. Præferuntur itaque rationabiliter meliora, sed tamen quæ humiliora sunt, mala non sunt; nec aliquod in nuptiis signatur delictum; sed ut paullo ante cognosti, propter instantis finis necessitatem, ne secundum evangelium, [h] *Væ prægnantibus & nutrientibus* fit, continentia persuadetur, simul ut districtæ satisfactioni aliquando sint dediti, qui conjugiis vacaverunt; ac peccatorum onera recordantes restitui Deo arctius enitantur, dum recte etiam a licitis abstinent, qui illicita commiserunt.

CAPUT VI.

APOLLONIUS.

ET ego sciebam virginitatis continentiæque propositum meriti esse sublimis, præcipue cum Dei reverentiæ dedicati humanam consecrent voluntatem: dum & veneratione communi digna suscipiunt, & vitam angelicæ dignitatis vel conversationis imitantur. Sed quia imperium in hac parte, non consilium credidi; auctoritatem ex scripturis oportuit dari. Nunc autem quæ orandi psallendique consuetudo tam crebra sit, aut unde ad monachos [1] talium doctrinarum studia defluxerint, breviter pande: quamvis enim grande sit in assi-

A dua supplicatione momentum, cantandi tamen studium videtur otiosum; cum & attentior in ipsa supplicatione sit raritas, & divinam majestatem seriis potius laudibus quam facetis deceat honorari.

ZACCHÆUS.

Intentos quidem orationi ac per omnia serios offerri nos Dei conspectibus fas est, & prosperum actuum * regimen subjectis sensibus postulare; sed necesse est ut ocyus impetret qui sæpius deprecatur, Domino in evangeliis depromente: [i] *Amen dico vobis, si non dabit propter amicitiam, dabit propter importunitatem*; id est, si parum potest obtinere

B per meritum, rogandi frequentia prævalebit. Unde iterum: [k] *Orate sine intermissione, ut digni habeamini effugere mala quæ superventura sunt vobis*. Per Salomonem vero Spiritus dicit: [l] *Ne impediaris orare semper*. Apostolus perinde: [m] *Orantes incessabiliter gratias Deo agite: hæc enim est voluntas ejus*. In illo autem de canticis sancti carminis textu totum serium, totumque venerabile est; adeoque sanctis cultibus dignum, ut eo semper aut laudetur divinitas, aut oretur. Hoc enim illic indulgentia divina prospexit, cum infirmitati nostræ abusionique consuleret, ut tristibus mitia, severis blanda permiscens abire nos quoquo modo a sui recordatione non fineret, cum ejus beneficia non solum lo-

C qui, sed & canere delectaret, Moyse primum post rubri maris transitum, sic docente: [n] *Cantemus Domino, gloriose enim honorificatus est*. David perinde pro bonorum retributione quid Deo potissimum offerret eligenti, cantandi psallendique amœnitas sedit; ait enim: [o] *Cantabo Domino qui bona tribuit mihi*. Et: [p] *Psallam nomini tuo, Altissime*. Et iterum: [q] *Exaltare Domine in virtute tua; cantabimus & psallemus virtutes tuas*. Per Hieremiam vero hujusmodi studiis deditos multiplicandos in gloria Deus dicit: [r] *Erunt*, inquit, *ex his cantantes vox laudantium; & multiplicabo eos, & non minorabuntur*.

Tres autem pueri in camino ignis intacti salva-

D tionis vicem in cantico laudis rependunt. Hymno cum Apostolis dicto Dominus pergit ad montem; ut sanctæ festivitatis libertas ab illo [2] consummatæ auctoritatis haberet exemplum, qui nos in omnibus imbuisset. Quod tamen certis diei noctisque horis esse † celebrandum, David sub relatione proprii actus instituit, dicens: [s] *Ego*, inquit, *clamabo vespere, mane & meridie*. Et iterum: [t] *Septies in die laudem dixi tibi*. Et tertio: [u] *Clamabo per diem, nec exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi*. Exsultare ergo Dei laudibus nec regem puduit, nec prophetam, adeoque in his Deo nos placere perdocuit; ut cum sibi nocturnas spiritalium canticorum vigilias fore monstraret, officii

E ipsius & tempus edicat: [x] *Media nocte surgebam ad confitendum nomini tuo, Domine*. Hisdem se horis fortasse se venturum in evangelio Salvator adstruxit, tum primogenita Ægypti Angelo affligente percussa sunt; & quod a Christo de hujus mundi potentibus in fine faciendum est, plagæ illius præfiguratione signatum est. Paullus denique cum Sila

a Eccle. III. 5. *b* Zach. IX. 16. *c* Matth. XIX. 12. *d* Isa. LVI. 5. *e* Matth. XIX. 10. *f* I. Cor. VII. 25. 26. *g* Apoc. XIV. 4. *h* Luc. XXI. 23. *i* Luc. XI. 8. *k* Luc. XXI. 36. *l* Eccli. XVIII. 22. *m* I. Thess. V. 28. *n* Exod. XV. 1. *o* Psalm. XII. 6. *p* Psalm. IX. 3. *q* Psalm. XX. 10. *r* Baruch. II. 32. 34. *s* Psalm. LIV. 18. *t* Psalm. CXVIII. 164. *u* Psalm. XXI. 3. *x* Psalm. CXVIII. 62.

1. *Unde ad monachos*] Sic unus codex quem viderat Acherius, qui id tamen edere maluit quod in alio codice repererat *unde a monachis*. Infra ubi *prosperum actuum*, in codice Lemov. legitur *prosperum ac vivum*.

2. *Libertas ab illo*] Sic profecto scripsit Zacchæus; nec dubium quin lectio prioris editionis *libertas ad illa*, vitiosa sit.

† *Celebrandum*] Forte addenda vox *Deum* aut *Dominum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



tali meditatione perfuncti, a vinctis ceteris audiebantur in carcere, eosqve ab hac solemnitate nec pœna compescuit. Unde advertis psallendi orandique frequentiam justis sanctorum officiis [1] celebrari, finemque communem vel, si advenerit, proprium sub tali * actu exspectare securos, dum in hac mentium oblectatione & fidei honor & alacritas crescit animorum; interque sæculi ac professæ inquietudinis curas læta exigit gratia, quod obtinere non prævalet tristior disciplina.

CAPUT VII.

APOLLONIUS.

Bene consummationis in [2] narratione sanctorum actuum adducta cognitio est; atque interminatum sæculi, ut perhibetur, finem quo liberius inquireremus oblatum est. Quali ergo præsentium exitu rerum, vel quem in modum memorata libellis præcedentibus tempora concludentur? Unde præterea tam confidentes gentium minæ, ac profanorum superba sunt jurgia? Erit ne aliquis sacræ appellationis assumtor, aut quisquam mortalium mentiri se Dei Filium poterit audere? Mihi enim verisimile non videtur, ut diabolicæ fraudis reliquiæ vix admodum in paucissimis residentes, in legem iterum catholicam convalescant; & quamlibet terminis careat divina potentia, in hoc usque antiqui serpentis injuria differatur, ut exstincta tot sæculis bella perfidiæ funestus reducat, perque omnia terrarum loca ecclesiæ cultibus stratus impium rursus efferat caput, qui ita venerandæ majestatis invocatione torquetur, ut jam adire etiam ipsorum criminosorum volutabra vix audeat, dum occultis ignium suorum cladibus tortus totum undique contremiscit, quidquid ex nomine catholicæ religionis audierit.

ZACCHÆUS.

Sæva in memoriam redigi cupis, & ineluctabilem humani generis obtritionem supremorum narratione proferri; quæ tam flebili exaggeratione dicenda sunt, ut sicut scriptum est, [a] *Nec fuerint umquam nec futura sint talia.* Sed hæc fieri humanæ fidei defectio, & peccatorum immensitas maturabit: nec sunt quasi ex aliqua necessitate decreta, sed ex præscientia sunt prædicta, scriptura de Amorrhæis prodente: [b] *Nondum*, inquit, *impleta sunt peccata Amorrhæorum*. Daniel perinde quia delictorum expletio sit futura, consummationem adstruit sequuturam. Unde & Dominus in evangelio de abusione humani generis conquerens, ait: [c] *Cum venerit Filius hominis, putas inveniet fidem super terram?* Apostolus etiam horum temporum iniquitatem increpans, ait: [d] *Erunt*, inquit, *in novissimis diebus tempora periculosa; homines se ipsos amantes, blasphemi, superbi, parentibus non obedientes, insensati, incompositi, sine affectione, sine misericordia:* [e] *qui cum justitiam Dei*, id est, futurum ju-

A dicium, *scirent, non intellexerunt; quoniam qui talia agunt, digni sunt morte.*

Horum igitur merito venturum Antichristum fides certa est, immo diabolum sub persona hominis sæviturum; sed gentilitatem detestabitur, & circumcisionem suadebit. Nec enim aliter Dei filius credi posset [3], nisi a se legis veteris reparationem exhibitam mentiretur; ac primum Judæos idem totius perfidiæ caput ac fallaciæ, sibi subdet. Christum enim & venturum sciunt, & sempiternum judicem confitentur; sed ut atrocitatem illati a se facinoris excusent, in corpore quod interfecerunt venisse non credunt. Hæreticis vero prædictus simulator Deum se * quidem, sed minorem asseret

B Patre, ut eorum denique impietatem perditioni * suæ susceptorus admisceat, & in utrisque illa ex evangeliis sententia compleatur: [f] *Credent*, inquit, *iniquitati, qui veritati credere noluerunt.* Tum gentiles velut sensu rationabili carentia pecora, phantasiarum admiratione capturus est, ut illaqueatis nationum pæne omnium populis, etiam electi, si fieri possit, dolis talibus seducantur: & hujus mali auctoritatem efficiet multitudo. Inde errorem mali veteris subintroducet; & qui primum idolorum vestigia convulsurus est, in locis sanctis poni sibi statuas imperabit; easque adorari atrociter cogens, quod se odisse simulaverat subtiliter reparare nitetur. Nam, sicut dixi, ad hujusmodi facinus igna-

C ros signis, præmiis inconstantes, sanctos suppliciis coarctabit infaustæ abominationis imagines vultusque mortificos supplici adoratione venerari; nusquam secura cedentibus fuga, nullaque ut celet in abditis latebra, cum & a proximis prodantur latentes, & fugientes inedia consumantur. Ait enim in evangelio Dominus cum de malis illius loqueretur: [g] *Et tradet*, inquit, *homo proximum suum.* Inopia vero fideles necandos, Apocalypsis sic declarat: [h] *Faciet omnes pusillos & magnos, divites & pauperes, liberos & servos, ut dent ipsi sibi* [4] *characteres in manu sua dextera, vel in frontibus suis; ut nemo possit emere aut vendere, nisi qui habeat characterem vel nomen bestiæ.* Quem Daniel

D his sermonibus futurum * prædixit: *Exsurget rex improbus facie, intelligens propositionem; & fortis virtus ejus;* * *mirabilia corrumpet & diriget, & exterminabit fortes, & populum sanctum: dolus in manu ejus, & in corde suo magnificabitur, & abundantia corrumpet multos, & ad interitum multorum stabit.* Et iterum: [i] *Extolletur rex adversus omnem fortem, & magnificabitur super omnem deum: & loquetur superba, & diriget quoadusque perficiatur ira: in consummatione enim fiet* [5], *& omnem deum patrum suorum non intelliget: & in cupiditatem mulierum non ibit.*

Itaque intelligis exsecrandi temporis regem præ omnibus æstimandum, qui eos quos violentia ac

E fraude nequiverit corrumpere, nitetur illecebra carpere, nec in deos patrum suorum, id est gentilium, intelligens, feralem in corpore enervato quasi purus præferens * castitatem, sanctum populum, id est Christianum crudeli internecione vastabit. Sed hunc mundi luctum tribulationemque justo-

a Dan. XII. 1. *b* Gen. XV. 16. *c* Luc. XVIII. 8. *d* II. Tim. III. 2. 3. *e* Rom. I. 32. *f* Rom. II. 8. *g* Matth. XXIV. 10. *h* Apoc. XIII. 16. 17. *i* Dan. XI. 36. 37.

1. *Sanctorum officiis*] Acherius monet se in codice repetisse *cantorum officiis*: item *substantiali actu*, ubi ex aliis codicibus edidit *sub tali actu*.

2. *Consummationis in narr.*] Quin ita legendum sit nemini dubium esse potest: prius legebatur *in consummationis narr.*

3. *Filius credi posset*] In editis *possit*, male. Infra ubi *Deum se quidem*, legebatur *Deum esse quidem*, & *perditionis suæ*, ubi edidimus *perditioni suæ*.

4. *Ut dent ipsi sibi*] In codice Vind. *ut det unusquisque sibi*. Haud longe *quem ... futurum*, sic codex Lem. prior editio *quam ... futuram*. Infra in codice Vind. *& mirabilis corrumpet multos, & diriget*.

5. *Enim fiet*] Codex Vind. *enim finem, & in omnem*. Infra *quasi purus præferens*, in editis *præferret*, procul dubio male.



rùm iræ cæleſtis ſtigmata ſubſequentur, & rerum omnium finem, prius quam Domini dies magnus adveniat, malorum ineffabilium dolor præcedet, dum ante ultimam mundi ſolutionem humani generis reliquiis, aut in ſacrilegiis perpetuo pereundum ſit, aut ob ſacrilegia in ſæculo non vivendum.

CAPUT VIII.

Apollonius.

Futurum vere Antichriſtum, atque in orbis excidium legemque catholicam ſæviturum nimis perſpicue clareque docuiſti; ſed quando adventutus, quanto tempore ſit futurus, expoſitio cœpta non contingit; ſedula itaque mente percurre quæ regnantem clauſura ſint tempora, quæ præcurrant indicia venientem; quoniam ſi in tanta ſignorum, regnique virtute ſpiritalis nequitiæ exſerit voluntatem, nullis contra aut deſtruendus rebus, aut ſignantius divulgandus; dignoſcendæ, ut arbitror, falſitatis nec ipſis copia fidelibus erit, nullaque dubios remediorum genera ſalvabunt; ſi compulſio tranſgreſſionum atrocitate & phantaſiis plena, ſit obſcura notione. Unde hanc quoque ambiguorum partem divinæ auctoritatis editione diſtingue; ut, evulſis radicitus fraudibus, & inſtruantur dubii, & confirmentur infirmi, dum & falſoris prodentur inſidiæ, & brevitate temporis forte conſtringitur inſania bacchatoris.

Zacchæus.

Manifeſte quidem Antichriſtus veniet, ſed confeſtim ſequuturus eſt Chriſtus; & licet diem vel horam adventus ſui, ut ipſe ait [a], nec Angeli ſciant; quod ſecreti iſtius notionem in ſuam Pater redegerit poteſtatem; evidentia tamen eodem mox docente ſigna præmiſſa ſunt, quibus perpenſa præſenti temporis qualitate adeſſe confeſtim ſuprema dignoſcimus. Sic enim ait: [b] *Cum videritis ſigna in cælis, & prodigia in terris, gentem ſuper gentem, regnum ſuper regnum, prœlia & opiniones prœliorum, famem & terræ motus per loca; tunc erunt initia dolorum, ſed nondum finis.* Percurre nunc ſingula, atque ex his quæ geruntur aut geſta ſunt, quid ſuperſit intellige: profecto id tantum deeſſe [1] perſpicies, quod noviſſimis aut jam adſcribi poſſit aut jungi. Quis enim natus quietem patriæ poſſidens vivit? Quis intra genitale ſolum populus labori exhibetur aſſueto, aut ab inferendo ſuſcipiendoque diſcrimine, vel propriæ ſalutis intuitu, vel domeſtico retinetur affectu? Ardet bellandi impius furor, atroxque inſania armis delectatur & rapto: hinc fauces hiantes avaritiæ cruor paſcit, & cum pæne injectis mortibus cuncta ſuccenderit *, reliquias tamen ſitiens aut ſternit aut ſpoliat. Non dilectio proximos, non juſtitia ſervat extraneos: gemens interea * pietas exſulat, atque ab humanis mentibus pulſa, veſtigia quæ pridem reliquerat, auferre compellitur. Regnis inſuper regna confligunt, & inſuſpicabiles ſceptris juſtarum ſedium Auguſtos depellunt. Adde prodigiorum ineffabiles minas, & terræ creberrimos motus, pluraque cælo A ſigna fulſiſſe. Quid inediæ funeſtos exitus loquar, & infandis humanorum corporum cibis impletas deficientium aviditates? Horret animus dicere parricidiis famem paſtam, & reliquias corporum dilectorum, ut ſævius quam vixerant interirent, viſceribus ſuorum ſepultas.

Æſtima, quæſo, utrum hoc ferre diu ſæculum poſſit, quod eloqui humanus ſermo vix audet. Utrum ne hæc diabolo otiante ſic ſæviant; quæ licet merito noſtris ſint reputanda peccatis, illius tamen opere tecto [2] peraguntur; qui coram continuo congreſſurus, ita ſupremorum urgetur anguſtiis, ut quod implendum evangelia prædixerunt, agere orbis deſertione jam cœperit: hæc enim his B quæ nunc memorata ſunt, Dominus adjecit: [c] *Cum videritis abominationem deſertionis ſtare in loco ſancto: qui legit intelligat:* Id eſt, cum fiet omnium ſolitudo terrarum, ſacriſque altaribus exſecrabilium imaginum abominatio præponetur, [d] *& prædicatum fuerit hoc evangelium in toto orbe; tunc erit finis.* Quæ nunc igitur portio habitatioque terrarum eſt, quæ nomen noſtræ religionis ignoret; immo quæ nobis ex ſe credentium membra non miſerit? Unde evangelii prædicatio propemodum jam impleta intelligitur: in Heliæ tamen qui † nunc venturus eſt, ſermone complebitur; tribus enim & ſemis annis primum Antichriſtum, deinde Chriſtum adeſſe prædixit: qui quamlibet [3] pari tempore regnaturus C per Apocalypſin deſignetur, breviandos tamen ejus dies in evangelio Salvator inſinuat, ne intolerabilibus malis per diuturnitatem caro victa ſuccumbat: ſic enim ait: [e] *Et niſi breviati fuiſſent dies illi, non eſſet ſalva omnia caro.* Non quod dierum ac noctium fixa ab initio conſtitutio ſit mutanda, aut currentium temporum horis ſpatia recidenda; ſed ſicut per Nathan denuntiata populi cædes pro tribus diebus tres tantum horas divina miſeratione promeruit; ita exſecrandi temporis regnum non ſpatio credimus minuendum eſſe, ſed numero; nec divinæ ordinationi modum, ſed furentis imperiis imponendum; ut in reſurrectione poſt tanti certaminis pugnam, & devotio fidelium, & perfidia D non lateat impiorum; dum & antiqui hoſtis brevis dominatio pellitur, & Dei advenientis reverentia ſanctorum confeſſionibus honoratur.

CAPUT IX.

Apollonius.

Quantum videtur, & patere ſolicitorum mentibus credo, ambiguæ prædicationis obſcuritas abſoluta eſt, & tota in planum ſupremi temporis miſſa cognitio; præcipue cum adſtipulantibus quæ aguntur dierum malis clara ſit ratio, nec aliud ſupereſſe merito credatur, quam ut an- E nuntiaturi prophetæ præſentia demonſtretur. Nunc vero unum hoc conſummatis interrogationibus præſta, ut reſurrectionem ex Dei poſſibilitate jam creditam doceas & promiſſam; ne tantæ admirationis magnitudinem ſine auctoritate cæleſtium ſtatutorum aſſertio nuda contigerit; ſed libellis prioribus intimata præſentis eruditione firmentur, gaudium allatura credentibus, diſputationem dubiis ablatura,

a Matth. xxiv. 36. b Ibid. ℣℣. 6-8. Luc. xxi. 10. 11. c Matth. xxiv. 15. d Ibid. ℣. 14. e Ibid. ℣. 22.


1. *Id tantum deeſſe*] Immo *adeſſe*, vel *eſſe*. Haud longe ubi legitur *cuncta ſuccenderis*, codex S. Arn. habet *ſucciderit*. Statim e codd. Vind. & Lem. ſcripſimus *gemensinterea*, cum in priore editione legeretur *gemens in terra*, nullo ſenſu.

2. *Opere tecto*] Sic codex Vind. prior editio *opere tecta*, male: nec melius codex S. Arn. *opere cœpta*.

3. *Prædixit: qui quamlibet*] In editis *prædicet, qui qualibet*: in Vind. *prædixit*: in eodem & in Lem. *qui quamlibet*.

† *Nunc*] Videtur legendum, *tunc*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 421.



dum & possibilem ex Dei potentia fatebuntur, & A faciendam ex ejus promissione cognoscent.

Zacchæus.

Tam plena est divinæ miserationis erga homines liberalitas, ut ea quæ fragilitas terrena vix credit, probare voluerit ante quam facere, ac prius veris confirmare credentes, quam probare dubiis credituros: nam cum hanc muneris sui partem totis admodum scripturarum voluminibus indiderit, speciali per Ezechielem monstravit effectu, facilius homines suscitari a se posse quam facti sunt, frustraque quasi perditos heic lugeri, quos non sit impossibilitas ulla restitui. Ait enim: [a] *Et tulit me spiritus* B *Domini: & ecce facies campi, & hæc erat ossibus plena. Et circumduxit me in gyrum eorum; & ecce arida nimis. Et ait ad me: Fili hominis si vivent ossa ista? & dixi, tu scis, Domine. Et ait ad me: Prophetiza super ea, & dic; Ossa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus: Ecce ego adduco super vos nervos & viscera, & obtegam vos cute, & dabo spiritum vobis, & vivetis. Et ecce os ad os conveniebat, & super ea nervi, & viscera nascebantur, & cutis desuper ascendit; & jacuerunt sine spiritu. Et ait ad me: Prophetiza fili hominis spiritui, & dic: Hoc dicit Dominus spiritui: A quatuor angulis cœli veni spiritus, & insuffla ossibus istis & vivent. Et factum est: & steterunt pedi-* C *bus suis congregatio nimis multa. Et ait ad me: Fili hominis, ossa hæc domus Israel est: Qui dicunt, Vana est spes nostra nimis; interivimus. Et scient quod ego sum Dominus, cum educam eos de sepulcris, & vivificabo populum meum, & ponam illos in terra ipsorum, & faciam hæc, dicit Dominus.*

Unde Salvator Sadducæis resurrectionem non credentibus ait: [b] *Quomodo legistis, Deus Abraham & Deus Isaac & Deus Jacob? Non est utique Deus mortuorum, sed vivorum.* Apostolus autem sub elementorum comparatione, meritorum quoque distantiam prædicavit, dicens: [c] *Alia claritas solis, & alia claritas lunæ, & alia claritas stellarum; stella enim a stella differt in claritate: sic erit & re-* D *surrectio mortuorum.* Joannes vero etiam eos quos mare fluctibus tegit, adstruit reformandos, dicens: [d] *Et mare reddet mortuos suos.* Tunc illud David canentis implebitur: [e] *Deus manifeste veniet, & non silebit: ignis in conspectu ejus ardebit, & in circuitu ejus tempestas valida.* Unde in epistola sua Petrus: [f] *Quales nos*, inquit, *oportet esse, fratres, in die illa, cum cæli magno impetu transcurrent, & elementa ardore solventur?* Tunc illud sancti Apostoli vocibus deprometur: [g] *Ubi est mors aculeus tuus? absorpta est mors in victoria tua.* Et qui nunc lacrymosis seminibus justitiæ vias implent, pretiosæ mortis manipulos referentes, sublimium coronarum honore fulgebunt. De quibus scriptum est: [h] E *Exsultabunt sancti in gloria, lætabuntur in cubilibus suis.* Et iterum: [i] *Exsultabunt ut vituli ex vinculis soluti* [1]. Et, [k] *sicut scintillæ inter arundines discurrent.* Hi statuta cælestis throni sede Domini invitabuntur affatibus: [l] *Venite benedicti Patris mei, accipite regnum quod vobis paratum est ante constitutionem mundi.* Illa impios sententia persequente: [m] *Tacui; numquid semper tacebo?* Id est, Jam non subditus ut crucifigi a negantibus possim, sed paterna quam cernitis majestate subnixus, qui ex infirmitate carnis mortuus fueram, vivo ex virtute Dei, solioque æterni judicis præsidens, non alia quam in evangeliis prædixeram inimicos meos definitione condemno: [n] *Ite maledicti in ignem æternum, quem præparavit Pater meus diabolo & angelis ejus:* [o] *ubi est fletus & stridor dentium.*

Hæc sunt quæ moneri nostra voce te liceat: hæc mentis & corporis labore fugienda sunt, & illa quæ electis parantur adeunda, quorum magnitudinem formamque non quæras: erit enim: [p] *Quod nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit.* Sed si inæstimabiles quarumdam regionum amœnitates, odoresque vix creditos aut audimus, aut cernimus; si quibusdam gentibus auro turbidi fluunt amnes, & gemma pro lapide est; si passim cinnamum & amomum nascitur vulgo; si denique mollia redolentibus tura, & pretiosa balsamis ligna rorantur; si nobis etiam sub corruptibili aere lilia picta sic candent, nec sui imitationem quolibet habitu aut odore permittunt: quid æternarum divitiarum habituræ sint gratiæ, quid splendor cælestium dignitatum, eloqui sermo sensusque non prævalet: hoc tantum indubitanter accipias, nil illic necessarium, nil defuturum, sed omnium omnibus Deus lætitiarum inæstimabilium novitate generabit, quod dignum præsentiæ suæ possessione judicetur.

Nunc, inquam, mea qua potui instructione munitum indesinenter admoneo, ne aratrum culturæ Dei ponens omissa respicias, aut ad propositum contendens bravium, cursum propositi ferventis retardes. Nisi peractus agon sit, palma non sequitur: nec nisi certamine consummato insignis gloriæ præstatur triumphus. Unde in Salomone: *Laus in exitu canitur.* Et in evangelio: [q] *Qui perseveraverit usque in finem, hic salvus erit.* Fiat ergo fides [2] tua felix, ac semper informatoris tui ad Deum memento, nec nimis sæculi aut malorum imminentium terrore movearis. Adjutor in omnibus Deus est, illoque virtutem spiritus ministrante inundatio tempestatum in leves defluet spumas; modo ut prima præstantis conscientiæ * arma non desint; ac si necessitas denuntiatæ tribulationis advenerit, hostem confessio firma sustineat: dabit credenti * in mærore patientiam, qui se præbiturum & verba promisit; opemque martyrii benignus impertiet, qui ut honorem nominis sui etiam morte tueremur, admonuit dicens: [r] *Qui perdiderit animam suam propter me, in vitam æternam salvam faciet eam.* Et iterum: [s] *Qui reliquerit uxorem, filios, parentes, & omnia quæ habet propter nomen meum, in sæculo centuplum accipiet, in futuro autem centuplum insuper & vitam æternam.* Ad hoc tamen tentari paullisper cognitos sinens, ut eodem perfuncti examinis labore sibi placeant, & illic justitia sic muneretur afflictos, cum judicare cœperit persequentes.

a Ezech. XXXVII. 1-14. *b* Luc. XX. 38. *c* I. Cor. XV. 41. 42. *d* Apoc. XX. 13. *e* Psalm. XLIX. 3. *f* II. Pet. III. 10. *g* II. Cor. XV. 55. *h* Psalm. CXLIX. 5. *i* Malach. IV. 2. *k* Sap. III. 7. *l* Matth. XXV. 34. *m* Isa. XLII. 14. *n* Matth. XXV. 41. *o* Matth. VIII. 13. *p* I. Cor. II. 9. *q* Matth. X. 22. *r* Luc. IX. 24. *s* Marc. X. 30.

1. *Ex vinculis soluti*] Sic in codice Vind. in editis *ex vinculis dissoluti*.

2. *Fiat ergo fides*] Sic codex Vind. prior editio *ergo fide*. Infra *conscientiæ*, scripsimus e codd. Lem. & Vind. ubi legebatur *constantiæ*, minus idoneo sensu. Haud longe in Lem. *dabit, crede*, ubi *dabit credenti*.

CAPUT X.

APOLLONIUS.

CONſummatus in interrogationibus ordo eſt, & vota in reſponſionibus plena, devotioris fidei ignem decurſis ſcripturarum teſtimoniis excitarunt: habes promtum inſtitutionis tuæ fructum, & niſi infirmitas carnis officiat [1], paratam ſpiritus voluntatem: ille tantum efficiendi ſubſtantiam præſtet, qui magna cupere ſe donante permiſit *. Quid enim quandoque in pulverem redigendo præcipua corpori cura? Quid molles ſine exercitio meritorum B proderunt ſomni? Quid quæſitus magno labore vel pretio [2] ſæculi honor, & ciborum blandities peritura poſt fauces? Nulla eſt illic acceptio * perſonarum, nec ſequentur exſtinctos onera facultatum: nudi introivimus in hunc mundum, nudi neceſſe eſt exeamus; ac ſicut David ait: [a] *Dormient viri divitiarum, & nil invenient in manibus ſuis*. Et ſecundum Salomonem a multis talia ſunt dicenda: [b] *Quid nobis profuit ſuperbia? aut quid divitiarum jactantia* [3] *contulit nobis? Tranſierunt* A *omnia illa tamquam umbra*. Devinctam tu potius cultibus tuis mentem creaturarum omnium formator inſtitue, & qui ſolus renum ſcrutator & cordis es, perfice quod in votis eſt, ut cum elevaveris * confringere terram, cum ſicut liber plicabitur * cælum, terribilique incendio cuncta ſolventur, ſit primum fidei integritas ſupplicanti, nec conſcientiam deſperatio ulla confundat: tum ſub conſpectu majeſtatis tuæ aſſiſtentium Angelorum innumeram multitudinem poſt magnos patriarcharum honores & cœtus ſplendentium prophetarum, poſt ſublimes Apoſtolorum thronos & beatorum martyrum exercitus coronatos, felices perinde confeſſorum catervas, atque impollutorum agmina ſacerdotum ſubſequens famulum turba ſuſcipiat, vitæque iſtius, ſi quæ ſunt maculæ, labor veræ perfectionis emundet: ſi vero indulgere pauperi perennium munerum largitor annueris, ut probatio catholicæ confeſſionis & morte proveniat, vel quod lubricæ [4] converſationis actus infirmior fortaſſe non prævalet, devotio ſanguinis * pura ſanctificet: erit ut in æternum munere tuo gaudens vere me in laudibus tuis cantaſſe reminiſcar: [c] *Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicem ſalutaris accipiam, & nomen Domini invocabo.*

a Pſalm. LXXV. 6. *b* Sap. V. 8. *c* Pſalm. CXV. 12. 13.

Explicit ZACCHÆI & APOLLONII *Altercatio*.

1. *Carnis officiat*] Ita edere libuit, cum antea legeretur *efficiat*: atque medica manus non minus neceſſaria erat, quam paullo infra, ubi editum erat *ſe donante promiſit*.

2. *Labore vel pretio*] Ultimæ duæ voces additæ ſunt e codice Vind. ex quo etiam infra ſcripſimus *acceptio*, ubi legebatur *exceptio*.

3. *Divitiarum jactantia*] Sic etiam codex Vind. prior edi- C tio *divit. jactatio*. Haud ita longe *ut cum elevaveris*, num *ut cum te levaveris*? Statim e codd. Vind. & Lem. ſcripſimus *plicabitur*, ubi editum erat *præbebitur*.

4. *Vel quod lubricæ*] Codex S. Arn. *ut quod eluere converſatio infirmior*. Statim vocem *ſanguinis*, quæ omnino neceſſaria erat adſcripſimus e codice Vind.



Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
421.



ALTERCATIO
INTER
THEOPHILUM CHRISTIANUM
ET
SIMONEM JUDÆUM:

AUCTORE EVAGRIO QUI INITIO SÆCULI V. FLORUIT.

Ex ms. codice Vindocinenſi.

FUit igitur altercatio legis inter quemdam Simonem Judæum & Theophilum Chriſtianum. Judæus igitur ſic ait: Crucicola ſignifer, Chriſtianæ legis te profiteris eſſe [1] auctorem. Habes & me patientem auditorem, ſi modo interrogationibus meis, non lenociniis ſermonum aut argumentis, ſed legis præſentia comprobes veritatem. Quod ſi tu me hodie viceris, facito Chriſtianum; aut ego cum te ſuperavero, faciam [2] Nazaræum Judæum.

Theophilus. Non glorietur giberoſus ut rectus.

Simon. Quem colis?

Theophilus. Sane ſi dicimus, & audenter probamus.

Simon. Sacri venerandique Deuteronomii vox reſultans dicit: [a] *Videte quod ego ſum, & non eſt alius præter me Deus.* Et Eſaias dicit: [b] *Ego primus & ego noviſſimus, & præter me non eſt Deus.*

Theophilus. Sacratiſſima Chriſti vox eſt, quam ſi tu volueris cognoſcere, oportet te primum credere, & tunc demum poteris intelligere. Eſaias enim redarguit te dicens: [c] *Niſi credideritis, non intelligetis.* Indubitanter igitur Deum omnipotentem inviſibilem novimus, & ſcimus, & colimus: deinceps Chriſtum Deum & Dei Filium profitemur. Quod autem dicit: *Ego primus & ego noviſſimus*, duos adventus Chriſti ſignificat.

Simon. Quid illud quod ait: *Præter me non eſt Deus?*

Theophilus. Chriſtus Deus & Dei Filius de ſe dixit, quia prævidebat antichriſtum venturum. De quo Zacharias propheta dicit: [d] *Ecce ſuſcitabo paſtorem in terra, & quod deficiet non viſitabit, & diſperſos non requiret, & contribulatum non ſalvabit, & integrum non conſummabit, & carnes electorum comedet, eorum [3] evertet. Gladius ſuper brachium ipſius eſt, & ſuper oculum dextrum ipſius areſiens areſiet, & oculus ipſius obcæcabitur dexter:* proinde Chriſtus dicit: *Ego primus & ego noviſſimus.*

Simon dicit: Ergo tu duos facis?

Theophilus dixit: Deus unus eſt, ex quo Chriſtus, & in quo Deus: ſicut [4] Abrahæ ad ilicem Mambræ tres vidit, quibus occurrens, unum ſalutavit dicens: [e] *Domine ſi inveni gratiam ante te, accipe aquam, & laventur pedes veſtri, & refrigera te ſub arborem iſtam*; quod ſcilicet Abraham videbat præſentiam divinitatis, quod arbor

A crucis Chriſti tegmen credentibus refrigerii præſtaret, de quo propheta in pſalmo: [f] *Deus ſtetit in ſynagoga deorum, in medio autem deos dijudicat.* Utique de Chriſto dicit, qui in ſynagoga deorum docuit, & virtutes fecit: proinde in pſalmo quadrageſimo quarto dicit: [g] *Thronus tuus, Deus, in ſæcula ſæculorum: virga æquitatis, virga regni tui: dilexiſti juſtitiam & odiſti iniquitatem, propterea benedixit te Deus tuus oleo lætitiæ præ participibus tuis.* Quis Deus propter quem Deum dixit, Judæe? Utique Deus Pater Chriſtum Dei Filium, pro quo & de quo receptiſſimus prophetarum Jeremias dicit: [h] *Hic Deus, & non eſt alius, nec æſtimabitur abſque illo: qui invenit omnem prudentiam, &*

B *dedit Jacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus converſatus eſt.* Item in pſalmo quadrageſimo quinto dicit: [i] *Vacate & videte, quoniam ego ſum Deus: exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.* Et in pſalmo ſexageſimo ſeptimo: [k] *Cantate Domino, pſallite nomini ejus, iter facite ei qui aſcendit ſuper occaſum: Dominus nomen illi.* Longum eſt, ut exempla perſequar plura: his paucis veritas comprobatur.

Simon dicit: Recte quidem ad colentes teſtimonia unito ſpiritu fatentes, ori tuo conſentientes; ſed illud volo ediſſeras, ſicubi in loco Deus per ſemet ipſum Chriſtum Deum conſtituit: tunc

C demum Chriſtum Deum & Dei Filium cogitabo.

Theophilus dixit: Incredule Judæe, jam & de prophetis diſputas? accipe tamen interrogationibus tuis reſponſum, Deus ad Moyſem loquitur dicens: [l] *Ecce dedi te deum Pharaonis, & frater tuus Aaron erit propheta tuus.* Prævide nunc Moyſem, typum Chriſti, fuiſſe gentium incredibilium deum. Quanto magis Chriſtus credentium eſt Deus? Sicut enim Moyſes populum de Ægypto, duriſſima Pharaonis ſervitute; ſic & Chriſtus credentes de diaboli poteſtate liberavit.


Simon dixit: Si ergo Chriſtus Deus eſt & Dei Filius, quomodo ergo in Geneſi ſcriptum eſt: [m] *In principio fecit Deus cælum & terram?* Potuerat

D dixiſſe, In principio fecit Pater & Dei Filius cælum & terram.

Theophilus dixit: Erras Judæe, nec umquam invenies veritatem, niſi veritatis intelligas originem. Nam ſi velis credere, poteris & in principio ejus invenire quis eſt Chriſtus Dei Filius: ſic

a Deut. XXXII. 39. *b* Iſa. XLIV. 6. *c* Iſa. VII. 9. ſec. LXX. *d* Zach. XII. 16. *e* Gen. XVIII. 4. *f* Pſalm. LXXXI. 1. *g* Pſalm. XLIV. 7. *h* Baruch III. 36-38. *i* Pſalm. XLV. 11. *k* Pſalm. LXVII. 5. *l* Exod. VII. 1. *m* Gen. I. 1.

1. Lege *doctorem*.
2. Legendum videtur, *ex Nazaræo Judæum*.
3. Deeſt aliquod verbum. In vulgata editione legitur. *Et ungulas eorum diſſolvet.*
4. Forte, *Abraham*.



enim ait: [1] *Fecit Deus cælum & terram*, hoc est in Christi arbitrio, & ad voluntatem ejus, & ad cujus imaginem hominem dignatus est facere; dicit enim: [a] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem Dei: masculum & feminam fecit eos.*

SIMON DIXIT: Potuit hoc & ad angelos dixisse.

THEOPHILUS DIXIT: Erras, Judæe. [b] *Cui umquam angelorum dixit Deus: Filius meus es tu: ego hodie genui te?* Et rursus in psalmo dicit: [c] *Principem ponam illum excelsum præ regibus terræ.* Angelis autem jubet, Christum adorent. Et iterum in Canticum Deuteronomii dicit: [d] *Lætamini gentes cum eo, & adorent eum omnes angeli Dei.*

SIMON DIXIT: Proba mihi Christum esse principem.

THEOPHILUS DIXIT: Jam dixi. Accipe nunc aliam probationem, si potueris vel sic credere. Nam cum Hiesus filius Nave staret trans Jordanem, virum vidit stantem; & gladius utraque parte acutus in manu ejus. Dixit illi Jesus: [e] *Noster es, an adversariorum? Ego princeps militiæ majestatis Domini.*

SIMON DIXIT: Et hoc volo mihi edifferas, quomodo est Filius Christus; nam & omnes sancti filii Dei dicti sunt: proinde sicut mihi probasti principem illum esse; proba nunc Dei Filium illum ex Deo natum. Longe enim remota est divinitas a coitibus humanis, nec miscetur amplexui.

THEOPHILUS DIXIT: Loqueris quasi Judæus. Nam, Christus Deus, Deus Filius, primogenitus, verbo editus, ore prolatus. Sicut enim Deus eum hominem in principio e limo terræ fecerat, flatum suum in eumdem spiraverat, & factus est homo in animam vivam; & ita Verbum suum, hoc est Christum ex utero cordis sui genuit; sicut in Basilion libro secundo dicit: [f] *Et fuit verbum Domini ad Nathan prophetam dicens: Vade & dic servo meo David: non tu ædificabis mihi domum ad habitandum; sed cum impleti fuerint dies tui, suscitabo semen tuum post te: hic ædificabit domum nomini meo, & erigam thronum ejus usque in sæcula: & ego ero illi in patrem, & ipse erit mihi in filium, & fidem consequetur & domus ejus.* Et in psalmo II. dicit: [g] *Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania?* Item in psalmo quadragesimo quarto: [h] *Eructavit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi.* Isaias dicit: [i] *Consummatas quidem & adbreviatas res audivi; quoniam Verbum breviatum facit Deus in omni terra.* Hic est Verbum qui verbera nostra sanavit, de quo in psalmo centesimo quinto dicit: [k] *Misit Verbum suum, & sanavit eos.* Item in alio psalmo testimonium perhibet propheta dicens quod cælum de quo supra diximus, Christo & in Christo qui est Verbum Dei, fecerit: [l] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Hic est Verbum qui velociter mundum percurrit, & animas errantium per legem novam ad Deum convertit: de quo in psalmo centesimo quadragesimo sexto: [m] *Qui emittit Verbum suum terræ, velociter currit sermo ejus.* Et Isaias dicit: *Ecce Verbum Domini factum est illis in maledictum, & noluerunt illud.* [2] Nam prophetam nostrum Joan-

A nem prophetico ore clamantem: [n] *In principio erat Verbum, & Deus erat Verbum, & Verbum erat apud Deum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum factum est, & sine ipso factum est nihil.* Et rursus Filius pari genere testimonium reddit Patri, & nativitatis suæ exordia testatur, dicens per Salomonem: [o] *Ego ex ore Altissimi prodivi primogenitus ante omnem creaturam. Ego in cælis feci ut oriretur lumen indeficiens. Ego in altissimis habitavi, & thronus meus in columna nubis.* Vides ergo exeuntibus patribus tuis de Ægypto, quia Christus erat qui in columna nubis præcedebat eos. Item illic in Proverbiis ejusdem: [p] *Dominus condidit me in initio viarum suarum, in prin-*
B *cipio in opera sua: ante quam terram faceret, & ante omnes colles genuit me. Cum † patraret cælos, aderam cum illo; & cum secerneret sedem suam, quando fortia faciebat fundamenta terræ, eram simul cum illo disponens. Ego eram cui adgaudebat, quotidie autem lætabar in faciem ejus, cum lætaretur orbi perfecto.*

SIMON DIXIT: Potest hoc pro sapientia dixisse.

THEOPHILUS DIXIT: Erras, Judæe, & veluti †† velamen ignorantiæ sensus tuus contectus est. Non immerito sanctissimus Moyses velaminis tegmine faciem velabat, quod velamen corda vestra contexit. Accede proinde ad Dominum & Dei Filium, & auferetur de sensibus tuis tegmen ignorantiæ. Sa-
C pientiæ dictum existimas, ignorans quoniam [q] *Christus ipse est Dei virtus & Dei sapientia.* Adeo reges vestri qui per successionem regnabant, non poterant sapientiam & virtutem accipere, nisi per vocabulum nominis Christi. Hujus rei auctorem Danielem dabo dicentem: [r] *Signabitur visus & prophetia. Orietur justitia sempiterna, & ungetur Sanctus sanctorum: & scies, & intelliges ab exitu sermonis in respondendo; & ædificabo Hierusalem usque ad Christum christorum & Regem regum vestrorum: unctio Samariæ deficiet cornu illud.* Deinde reges vestri ungebantur, & omnes prophetæ siluerunt, quia de quo loquebantur venit, sicut Isaias ait: [s] *Ego sum qui loquebar, & veni ut evange-*
D *lizarem vobis.* Proinde, ut diximus, ipse est Christus christorum, Dominus dominorum. Auctorem Esaiam dabo dicentem. [t] *Sic dicit Dominus Christo meo Domino cui tenuit dextram, ut exaudiant eum gentes: fortitudinem regum disrumpam, aperiam ante eum portas, & civitates non claudentur. Portas æreas aperiam, & vectes ferreos confringam, & dabo tibi thesauros absconditos.* Cui ergo tenuit dextram Pater, nisi Christo Filio, quem & omnes gentes exaudierunt, sicut in Psalmo dicit: [u] *Tu mecum semper tenuisti manum dextram meam?* Aut quæ civitas illi clausa est? Et cui omnes portæ æreæ patent? Aut numquid & de nativitate ejus audebit disputare? cum isdem propheta, [x] *Factum*
E *verbum Domini*, inquit, *ad Achaz: Pete tibi signum a Domino Deo tuo in profundum inferni, sive in excelsum supra. Et dixit Achaz: Non petam, & non tentabo Dominum. Et ait: Audite nunc domus David: Non pusillum vobis certamen erit cum hominibus; & ideo vos præstabitis certamen cum hominibus, quoniam Dominus Deus dabit vobis signum: Ecce Virgo concipiet & pariet Filium, &*

a Gen. I. 26. 27. *b* Heb. I. 5. *c* Psalm. LXXXVIII. 28. *d* Deut. XXXII. 43. sec. LXX. *e* Jos. V. 14. *f* II. Reg. VII. 4. 5. 12. 13. 16. *g* Psalm. II. 1. *h* Psalm. XLIV. 2. *i* Isa. X. 22. *k* Psalm. CVI. 20. *l* Psalm. XXXII. 6. *m* Psalm. CXLVII. 15. *n* Joan. I. 1-3. *o* Eccli. XXIV. 5-7. *p* Prov. VIII. 22-30. sec. LXX. *q* I. Cor. I. 24. *r* Dan. IX. 24. *s* Isa. LII. 6. *t* Isa. XLV. 1. *u* Psalm. LXXII. 24. *x* Isa. VII. 10-14.

1. Lege *In principio fecit*, cet.
2. Heic aliquid videtur deesse. Forte. *Non velles prophetam nostrum Joannem*: quia Judæi non recipiunt Novi Testamenti scripturas.

† *Patraret*] Leg. *pararet*, *ἡτοίμαζε*.

†† *Velamen*] Forte, *velamine*.

vocabitur nomen ejus Emmanuel; quod interpretatur, *Nobiscum Deus*.

SIMON DIXIT: Ego prophetis credo. Præterea Isaiam receptissimum accipio; sed aliam virginem dixisse arbitror. Cum enim Salmanassar rex Assyriorum ducem suum misisset ad Hierusalem exprobrare Deum vivum; tunc Isaias prophetavit adversus Salmanassar regem dicens: [a] *Sprevit te, & subsannavit te, virgo filia Sion. Caput suum movet adversum te, filia Hierusalem.* Quando & angelus de castris Assyriorum centum octoginta millia percussit, in hoc fuit nobiscum Deus.

THEOPHILUS DIXIT: Erras, Judæe: nondum removes incredulitatem. Si ergo filiam Hierusalem dicis; quem filium peperit? vel quis butyrum & mel manducavit? aut quis infans fuit qui prius quam cognosceret patrem aut matrem, spolia Samariæ detraxit? aut quem filium de semine David aluit? Isaias enim dixit: [b] *Ecce Virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabitur nomen ejus Emmanuel. Butyrum & mel comedet: prius quam cognoscat vocare patrem vel matrem, accipiet virtutem Damasci, & spolia Samariæ contra regem Assyriorum.*

SIMON DIXIT: Enarra mihi igitur ista quid se habeant, ut credere possim; quid mel aut butyrum intelligitur; aut quæ spolia Samariæ Christus acceperit.

THEOPHILUS DIXIT: Si removeas incredulitatem, audies veritatem, ne forte impleatur in te illud quod scriptum est: [c] *Sicut aspides surdæ & obturantes aures suas, quæ non audiunt vocem incantantium.* Audenter enim Isaias adversus incredulitatem vestram clamat dicens: [d] *Erunt vobis verba libri hujus sicut libri signati; quem si dederis homini scienti litteras ad legendum, dicit, Non possum legere: signatum est enim. Aut si dederis non scienti litteras, & dicas lege, dicet, Non didici.* Primum quia Christus secundum nativitatem infantium omnium, butyrum & mel manducavit. Hoc credimus, & sic vitam nostram custodimus; & quia octavo die circumcisus est. Butyrum autem unctio Spiritus intelligitur; mel autem dulcedo doctrinæ ejus, quam nos assequimur. Spolia autem Samariæ hoc genere detraxit; quod cum infans esset, munera a Magis accepit, aurum, tus & myrrham; & postea adultus cum doceret & omnem veritatem demonstraret, relictis idolis, Samaria & Damascus bene crediderunt, relinquentes Assyrium, id est diabolum.

SIMON DIXIT: Bene quidem per omnia patefacis mysteria. Et quia Christum & Dei Filium ore Dei prolatum [1] verbo genitum, & ex Virgine natum probasti. Quomodo ergo ex semine David in Bethleem civitatem natum asseveras?

THEOPHILUS DIXIT: Auctorem Isaiam dabo: [e] *Exiet virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet, & requiescet super eum Spiritus Domini.* Virga enim Maria Virgo fuit, quæ ex semine David processit, ex qua Christus flos patriarcharum secundum carnem nascitur. Deus enim qui in Numeris signum fecit, ut asina loqueretur; multum majus signum facere voluit, ut Christus ex Virgine nasceretur. Aut quid mihi & tibi esset certamen, nisi ut Virgo peperisset?

SIMON DIXIT: Credo Virginem, ut dicis, potuisse de Spiritu concipere. Agitur, si virgo potuit parere.

THEOPHILUS DIXIT: Incredule! Saxum Deus potuit rumpere, & aquam in sitientem [2] producere; quanto magis Deus jubere potuit ut virgo partum ederet? Adhuc tibi dico aliud testimonium, si tamen credas Baruch Neri filium, qui in Babylonem prophetavit.

SIMON DIXIT: Ergo me infidelem jam existimas, ut Baruch discipulum Jeremiæ non recipiam, qui a Jeremia toties missus populum alloquutus est, qui & prophetiam suam Baruch conscribere jussit. Et quia sciebat Jeremias illum populum effusum in captivitatem, & prophetavit; sed de Christo nihil meminit.

THEOPHILUS DIXIT: Quomodo ergo prope finem libri sui de nativitate ejus, & de habitu vestis, & de passione, & resurrectione ejus prophetavit dicens: [3] *Hic unctus meus, electus meus, vulvæ incontaminatæ, jaculatus, natus & passus dicitur.* Et quoniam tunicam illius desuper contextam, ut hæc omnia; Simon, si credideris, aut cum veneris in plenitudine evangeliorum nostrorum, impleta cognosces. Quod autem in Bethleem natus est, audi Michæam prophetam dicentem: [f] *Et tu Bethleem domus illius Euffrata exigua non eris, ut constituaris in millibus Juda. Ex te enim mihi prodiet, ut sit princeps in Israel, & possessio ejus a principio, a diebus sæculi.*

SIMON DIXIT: Multa quidem legimus; sed non ita intelligimus: proinde volo per singula quæ interrogo, cognoscere comprobata testimonio veritatis. Præterea quia Deus circumcisionem præcepit, quam primum patriarchæ tradidit; quam circumcisionem Christum habuisse superius professus es: quomodo ergo mihi credere suades, qui circumcisionem prohibes?

THEOPHILUS DIXIT: Circumcidere carnem prohibemus, circumcisos autem credere libenter habemus. Abraham enim qui prius quam circumcisus esset, [g] amicus Dei effectus est, & justitiam adeptus est per fidem, non per circumcisionem. Sic enim dicit: [h] *Patrem multarum gentium constitui te ante Deum, quia credidisti.* Proinde dicit: [i] *Credidit Abraham Deo, & reputatum est ei ad justitiam.* Hoc enim prius quam circumcideretur audivit, & postea circumcisionem accepit, ostendens duos populos ad fidem Christi venturos, unum ex circumcisione, & unum ex præputio. Nam si Christus circumcisus non fuisset, quomodo mihi hodie crederes; aut prophetis, quod ex semine David veniret? Circumcisio enim signum est generis, non salutis.

SIMON DIXIT: Ergo quo modo filium Moysi, cum esset in præputio, angelus suffocabat, nisi Seffora mater ejus accepto calculo circumcidisset? & cum sanguis immineret, oravit dicens: [k] *Stet sanguis circumcisionis pueri.*

THEOPHILUS DIXIT: Contra te loqueris, Judæe; & superius tibi (dixi) quod Moyses [4] typum fuit Christi: omnia quæcumque fecit, in imaginem Christi præcurrebat. Nam Seffora mulier quæ puerum circumcidit, synagoga intelligitur. Quod autem dicitur: *Stet sanguis circumcisionis pueri*; adeo Deus in Moysem sic dicit: [l] *Ædifica mihi altare de lapidibus non circumcisis, & ferrum non*

a Isa. XXXVII. 22. b Isa. VII. 14. c Psalm. LVII. 5. d Isa. XXIX. 11. 12. e Isa. XI. 1. f Mich. V. 2. g II. Paral. XX. 7. Isa. XLI. 8. Jac. V. 23. h Gen. XVII. 4. i Gen. XV. 6. Rom. IV. 3. k Exod. IV. 23. l Exod. XX. 25.

1. Forte, *Patre genitum*.
2. Addendum exsistimamus *populum*.
3. Hæc hodie non reperiuntur in proph. Baruch.
4. Lege *typus*.



injicies in eis: quod scilicet adveniens Christus, A ecclesiam ædificaturus erat de populo incircumciso.

SIMON DIXIT: Proba mihi Christum neminem circumcidisse.

THEOPHILUS DIXIT: Crede, & ipse tibi probabis: cum cœperis plenitudinem evangeliorum revolvere, ibi invenies Matthæum apostolum publicanum, & Zacchæum principem publicanorum, & multos invenies [1] incircumcisos, qui cum Judæis crediderunt. Nam si sæculi sacrificia, hostiæ taurorum & arietum & agnorum jussa immolabantur, & prohibita sublata sunt, & populus minor, id est noster, majori prælatus, & testamentum novum veteri præpositum; ita & circumcisionem jam non carnis, sed cordis celebrare præcepit. Dicit Deus B ad Rebeccam in Genesi: [a] *Duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de ventre tuo dividentur: & populus populum superabit, & major serviet minori*. Et in Deuteronomio dicit: [b] *Eritis gentes in caput, incredulus autem populus in cauda*. Et Jacob benedicens Effraim & Manasse, immutans manus, dextram minori superponens, immutationem creaturæ demonstrabat. Pro testamento autem novissimo sic dicit Isaias: [c] *Ecce facio nova, quæ nunc orientur, & ponam in deserto flumina*, hoc est in ecclesia evangelia. Et Jeremias dicit: [d] *Ecce dies veniunt, dicit Dominus; & consummabo domum Israel & domum Juda, testamentum novum; non tale testamentum quod disposui patribus* C *vestris, in die qua eduxi eos de terra Ægypti*. Audi nunc de circumcisione legislator Moyses quid dicit: [e] *In novissimis diebus circumcidet Dominus cor tuum & cor seminis ad Dominum Deum tuum ad mandatum*. Et Jeremias ait: [f] *Viri Juda, & qui habitatis Hierusalem, renovate vobis novale, & nolite serere super spinas. Circumcidimini Deo vestro, & circumcidite præputia cordis vestri, ne exeat ira & exurat, & non sit qui exstinguat*. Et ad Jesum Nave dicit Deus: [g] *Fac tibi gladios petrinos nimis acutos, & circumcide secundo filios Israel*. Numquid tunc [2] ferrum deerat? Sed Deus ad Dominum nostrum Jesum Christum loquebatur, quod per apostolos suos spiritaliter corda circumciderit; † adeo D apostolus noster Simon dictus, & postea Petrus nomen accepit.

SIMON DIXIT: Manifesta sunt quæ mihi ostendisti: & circumcisio cordis quæ esse potest, & quod præputium de corde circumcidendum est?

THEOPHILUS DIXIT: Omnis concupiscentia & libido corde concipitur: proinde circumcisio novi testamenti talis est, quam Deus & Christus filius ejus ostendit. Circumcidamus libidinem, avaritiam, malitiam, cupiditatem, furta, fraudes, fornicationes; & omne quod tibi fieri non vis, alio non feceris. Hæc est circumcisio Christianorum, quam & primi sanctorum habuerunt, scilicet Enoch, Noe, Job & Melchisedech; qui non carnis, sed E cordis circumcisionem habuerunt. Potuerat Deus Adam [3] circumcisum formare.

SIMON DIXIT: Exæstuo vehementi cogitatione, Christum tam maledictam & ludibriosam sustinuisse passionem: si tamen vera sunt quæ dicitis, a patribus crucis [4] patibulum eum esse suffixum. Scimus Aman maledictum a patribus nostris pro merito suo esse suspensum, qui genus nostrum petierat in perditionem, in cujus morte peracta revoluto (anno) gratulamur, sollemnia votorum festa celebramus, quod a patribus traditum accepimus; & Abessalon qui ad cædem patricida fuit pependisse in arbore legimus. Christus autem si patibulum mortis hujus sustinuit, & in cruce pependit; cur non hoc ipsum a patribus nostris accepimus, nec passum in scripturis nostris invenimus, ut sicut inimicum genti nostræ gauderemus affectum? Erubescere poteris, Theophile, si hoc dictum minime comprobaveris. Nam scriptum est in Deuteronomio: [h] *Maledictus homo qui pendet in ligno*.

THEOPHILUS DIXIT: Primum hujus dicti accipe rationem. Recole superius Deuteronomii lectionem, de quibus dictum est: [i] *Sic enim ait Moyses: Si quis peccaverit, in judicium mortis puniatur exemplo: suspendetis eum in ligno; & omnis qui pendet in ligno, maledictus erit*. Sed hoc de peccatore dicit, qui mortale peccatum fecit. Christus autem peccatum non fecit, sicut omnes prophetæ testantur; sed pati necesse habuit, ut scriptura impleretur. Dicit enim Isaias: [k] *Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus; sed Dominus tradidit eum pro peccatis nostris*. Nam alibi prophetam dixisse ostendimus: *Ecce verbum Domini factum est illis in maledictum, & noluerunt illud*. Et iterum dicit: [l] *Inter maledicos reputatus est*. Audi & Jeremiam in Lamentatione dicentem: [m] *Spiritus vultus nostri, Christus Dominus comprehensus est in interitum gentis nostræ; sub cujus umbra vivimus inter gentes*. Scimus autem sanctissimum David plenum annis in pace quievisse, nec aliquam passionem mortis aut crucis sustinuisse. Audi ergo in psalmo vicesimo primo dicentem Christum: [n] *Foderunt manus meas & pedes meos, dinumeraverunt omnia ossa mea. Ipsi vero consideraverunt & viderunt me: diviserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem, Domine, ne elongaveris auxilium tuum, ad defensionem meam conspice*: & cetera quæ tribus sequentibus versibus dicuntur. Item per Isaiam: [o] *Expandi manus meas ad plebem non credentem & contradicentem, qui ambulat vias non bonas, sed post peccata sua*. Item apud Jeremiam: [p] *Venite, mittamus lignum in panem ejus, & eradamus de terra vitam ejus*. Item in Deuteronomio: [q] *Et erit pendens vita tua ante oculos tuos, & timebis die ac nocte, & non credes vitæ tuæ*. Item in psalmo centesimo quadragesimo: [r] *Elevatio manuum mearum, sacrificium vespertinum*. Item apud Zachariam: [s] *Et intuebantur me, quem transfixerunt*. Item in psalmo LXXXVII. [t] *Exclamavi ad te, Domine, tota die, expandi ad te manus meas*. Item in Nu-

a Gen. XXV. 23. *b* Deut. XXVIII. 44. *c* Isa. XLIII. 19. *d* Jer. XI. 7. *e* Deut. XXX. 6. *f* Jer. IV. 3. 4. *g* Jos. V. 2. *h* Deut. XXI. 23. *i* Ibid. ℣. 22. *k* Isa. LIII. 9. *l* Ibid. ℣. 12. *m* Thren. IV. 20. *n* Psalm. XXI. 17-20. *o* Isa. LV. 2. *p* Jer. XI. 19. *q* Deut. XXVIII. 66. *r* Psalm. CXL. 2. *s* Zach. XII. 10. *t* Psalm. LXXXVII. 10.

1. Existimat heic Evagrius Matthæum apostolum fuisse incircumcisum, hoc est gentilem, non Judæum. Ipsi præiverat Tertullianus lib. de Pudicitia cap. IX. cujus opinionem miratur ac erudite refutat S. Hieronymus ad Damasum scribens his verbis: *Quasi vero & Matthæus non ex circumcisione fuerit publicanus, & ille qui cum Pharisæo in templo orans, oculos ad cælum non audebat erigere, non ex Israel fuerit publicanus .... aut cuiquam credibile possit videri ethnicum templum ingressum, aut Dominum cum ethnicis habuisse convivium*.


2. Eadem fere habet Lactantius lib. IV. Instit. divin. cap. XVII. quem sequi videtur Evagrius noster.

3. Ita Lactantius loco citato: *Si Deus vellet, sic a principio formasset hominem, ut præputium non haberet*.

4. Legendum *patibulo*.

† *Adeo*] An, *a Deo*?

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



meris: [1] *Quasi homo Deus suspenditur, neque sicut filius hominis minas patitur.* Et in Canticis canticorum ex persona Ecclesiæ dicit: [a] *Frater meus candidus & rubicundus, lancea conpunctus a militibus.* [2] Quæ candor quid aliud quam fidem populi demonstrat? Rubor enim passionem significat. In hoc enim primo adventu suo ut omnem humilitatem & deformitatem usque ad mortem sustineret, audi denique in psalmo vigesimo primo quid dicat: [b] *Ego autem sum vermis & non homo, opprobrium hominum & abjectio plebis. Omnes videntes me deriserunt me, loquuti sunt labiis & moverunt caput.* Item illic: *Aruit tamquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis, & in pulverem mortis deduxisti.* Item illic: [c] *Placebo Domino super vitulum novellum, cornua producentem & ungulas.* Quid dicis, Judæe? numquid David cornutus erat? Age nunc intellige racemum illum in Numeris [d], quem in terra repromissionis duo vectentes reportabant: quod utique figura fuit Christi pendentis in ligno. Adveniens de terra repromissionis id est de Maria, quæ ex genere terreno fuit. Subvectantes autem [3] phalanguam, duorum populorum figuram ostendebant: unum priorem, scilicet vestrum terga versum Christo dantem; alium vero posteriorem, racemum respicientem, scilicet noster populus intelligitur.

SIMON DIXIT: Quid de malagranata dicturus es, quæ ad Moysem allata sunt cum eodem racemo?

THEOPHILUS DIXIT: Rectissime malagranata racemum secuta sunt. Figura scilicet ecclesiæ fuit, habens intra se populum rubore sanguinis Christi censitum.

SIMON DIXIT: Quid de ficulneis dicturus es, vel quibus argumentis, tractatibus tuis probabis ficum peccatum non esse, cum [4] quando protoplastus Adam in transgressione sua folia [5] ficus contexit pudenda, quod fuit prurigo & amaritudo peccati?

THEOPHILUS DIXIT: Supra cutem istam intelligis, Judæe: nam arborem ficus & [6] foliarum tegmen veteris hominis figuram intelligitur. Nam si velles spiritalem hominem considerare, hoc est interiorem, pomum de ficulneis ad Moysem de terra repromissionis allatum invenies spiritaliter, sicut Ezechiæ regi Judæ post augmentum vitæ suæ, massa fici in sanitatem carnis suæ accepisse. Adjungens & dicens: [e] *Accipe tibi massam ficus terræ & cataplasmare, & sanaberis*: ut scilicet confractis impietatibus, libidinis sanitatem recipias. Revertamur nunc ad humilitatem Christi & adventus ejus, de quo agebamus, audies Isaiam dicentem: [f] *Domine quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est? Annuntiavimus de eo, sicut infans: non species ei, neque decor; & vidimus eum, & non habebat speciem neque decorem: homo in plaga positus, & qui scit infirmitates sustinere; quia adversata est facies ejus, depretiata est, nec computata. Hic peccata nostra portavit, & pro nobis in doloribus est. Sicut ovis ad occisionem ductus est; & sicut agnus coram tondente se, sic non aperuit os suum: in humilitate judicium ejus sublatum est. Nativitatem autem ejus quis enarrabit?* [?] *quia tolletur a terra vita ejus: a malignis plebis meæ adductus est in mortem; & dedi divites pro morte ejus, quia peccatum non fecit, nec dolus inventus in ore ejus: sed Dominus voluit tradere eum pro peccatis nostris, & inter iniquos reputatus est.* Item illic de humilitate primi adventus ejus testatur dicens: [g] *Posui dorsum meum ad flagella, maxillas autem meas ad palmas, faciem meam non averti a fœditate sputorum: & fuit Dominus adjutor meus.* Et Jeremias dicit: [h] *Ego sicut ovis ad victimam ductus, & nesciebam.* De quo quidem agno in imaginem Christi Moyses apud Ægyptum pascha celebravit in liberationem populi: nec aliter poterat populus Dei de domo servitutis & de pressura Pharaonis liberari, nisi agnus occideretur, & pascha celebraretur, & de sanguine ejus limina domus signarentur, ut cum venerit angelus vastator, viso [7] agno sanguinis in domibus salvarentur. Quod sacramentum ante prædictum adventum Christi impletum est. Pro hoc enim in primo adventu suo occisus est, ut nos liberaret de diaboli potestate & de idolorum cultura. Anniculus autem dictus est, quia postea quam tinctus est in Jordane, [8] annum prædicavit, & sic passus est: & sanguine ejus fronte signati censemur, ut in secundo adventu, cum venerit vastatio mundi istius, salvi esse possimus. Hujus rei auctorem Ezechielem prophetam dabo, qui & ipse duos adventus Christi significat dicens: [i] *Transi per mediam Hierusalem, & da signum in frontibus virorum dolentium & gementium ab iniquitate quæ fit in terra.* Et rursum secundum adventum significat vastationem non signatorum dicens: [k] *Ite in civitatem, & nolite parcere seni, neque juveni, & mulieribus, & parvulis, nolite parcere gladio. Super quos autem signum inveneritis, nec tetigeritis, & sanctis meis nolite parcere.* Hoc signum Raab meretrix quæ in figura ecclesiæ fuit, coccum & [9] spartum in fenestra pependit, ut cum Jesum Nave veniret Hierico debellare, viso signo coccineo, Raab & qui in domo ejus essent, salvarentur. Ita & in adventu Christi, cum venire cœperit Christus Filius Dei secundum sæculum istum ex igne cremare, ecclesiæ & qui in ea fronte signati fuerint, salvabuntur. Sic & Osee [l] qui typum Christi tenuit, jubet accipere uxorem fornicariam, hoc est ecclesiam, quam de fornicatione idolorum Christus accepit, quia initium fornicationis est idolorum servitus.

SIMON DIXIT: Ergo ecclesia fornicaria est?

THEOPHILUS DIXIT: Quid enim intrepretatur fornicaria, nisi omnibus venientibus ad se questum fidei nulli denegare? Repudiata enim synagoga, assumsit sibi Christus ecclesiam. Audi enim Jeremiam dicentem: [m] *Dimisi matrem vestram, & dedi illi libellum repudii, quod dedi matri vestræ, quia dimisi eam.* Et alius propheta dicit: [n] *Judicamini ad matrem vestram, quia non sum vir.* Hic est etiam Dei virtus Christus, de quo Salomon in

a Cant. V. 10. *b* Psalm. XXI. 7. 8. 16. *c* Psalm. LXVIII. 32. *d* Num. XIII. 24. *e* IV. Reg. XX. 7. *f* Isa. LIII. 1. seqq. sec. LXX. *g* Isa. L. 6. 7. *h* Jer. XI. 19. *i* Ezech. IX. 4. *k* Ibid. ℣℣. 5. 6. *l* Osee I. 2. *m* Jer. III. 8. *n* Osee II. 2.

1. Lege *Non quasi homo*, ut apud Lactantium lib. IV. Institutionum cap. XVIII. ubi hunc locum citat etiam ex Numeris, tametsi hunc locum in Numerorum libro reperire nequiverim. 2. Lege *qui*.

3. Phalanga seu Palanga aut Palangæ sunt teretes, quibus bajuli ferendis oneribus utuntur.


4. Vox *quando* est superflua.

5. Lege *foliis*. 6. Lege *foliorum*.

7. Legendum *agni sanguine*.

8. Eamdem opinionem secuti sunt inter latinos Tertullianus libro contra Judæos, & Lactantius lib. IV. Institut. Nullus vero, quem sciam, post sæculum quartum, si tamen unum excipias Orosium. Hinc scriptoris antiquitatem colligas.

9. Spartum, genus herbæ, quam quidam Latini genistam interpretantur.



persona Judæorum prophetavit dicens: [a] *Circumve-* A *niamus justum, quoniam contrarius est operibus nostris. Improperat enim nobis peccata nostra, & disciplinæ nostræ. Filium Dei se nominat. Videamus si sermones illius veri sint: morte turpissima condemnemus eum. Erit enim respectus ex sermonibus nostris, vel ejus. Si enim est verus Filius Dei, suscipiet eum de manu contrariorum. Hæc cogitaverunt, & erraverunt: excæcavit eos malitia eorum, & nescierunt sacramenta Dei.* Et Moyses in Deuteronomio dicit: [b] *Innocentem & justum non occides.* Surrexisse autem illum a mortuis scriptura testatur in psalmo dicens: [c] *Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ, adimple-* B *bis me lætitia cum vultu tuo.* Item in psalmo XXIX. [d] *Domine eduxisti ab inferis animam meam.* Item in psalmo indicit: [e] *Ego dormivi & somnum cœpi, & exsurrexi quia Dominus suscipiet me.* Et Osee: [f] *Vivificabit nos post duos dies, & die tertia suscitabit nos.* Et ad Moysem Dominus in Exodo: [g] *Descende*, inquit, *& testificare populo, & purifica illos; ut lavent vestimenta sua, & sint parati in die tertia.* Et Isaias: *Nunc exsurgam dicit Dominus, nunc clarificabor, nunc videtis, nunc erubescitis: vana erit formido spei vestræ: ignis vos consumet.* Et de morte ipsius: [h] *Occidet sol meridie & obtenebrabitur dies lucis, & convertam dies festos vestros in luctum.* Et Jeremias dicit: [i] *Occidit,* C *cum adhuc dies esset.* Quod autem in cælos ascendit, testatur David in psalmo LXVI. [k] *Iter*, inquit, *facite ei qui ascendit super occasum, Dominus nomen illi.* Item in XLVI. [l] *Ascendit Deus in jubilatione, Dominus in voce tubæ.* Item in XVIII. [m] *A summo cælo egressio ejus, nec est qui se abscondit a calore ejus.* Item in XXIV. Ascendente Christo in cælis, janitoribus angelis dictum est: [n] *Tollite portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ.* At illi qui nesciebant Christum Verbum in Virginem insinuatum, mirantes quod tali habitu, & [1] trophæam victricem reportans cælum ascenderet, interrogant: *Quis est iste rex gloriæ?* Quibus responsum datur: *Dominus virtu-* D *tum ipse est rex gloriæ.* Item in CIX. [o] *Dixit Dominus Domino meo: sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* De claritate regni secundi adventus ejus apud Danielem: [p] *Videbam nocte in visu, & ecce in nubibus cæli quasi filius hominis veniens, venit usque ad veterem dierum. Et data est ei potestas regia: & omnis claritas serviet ei: & fides ejus æterna, quæ non movebitur, & regnum ejus non corrumpetur.* XCV. [q] *Dicite in nationibus: Dominus regnavit a ligno.* Item apud Isaiam: [r] *Puer natus nobis, cujus imperium super humerum ejus: & vocabitur nomen ejus magni consilii Angelus.* Et si volueris omnem plenitudinem evangeliorum cognoscere, invenies apud E Joannem nostrum, euntem ad passionem Christum crucem sibi in humeris portasse, pro quo hæc Isaias dicit.

SIMON DIXIT: Omnia quidem in Christo præfigurata manifesta probatione [2] præ scripturis meis mihi ostendisti: & volueram quidem credere, si non me psalmi istius deliberatio revocaret. Nam hic psalmus in Salomone dictus est: [f] *Deus judicium tuum*, quem dudum mihi proposuisti: adeo ut titulus ejus te revincat, cum dicat: *Psalmus in Salomone.*

THEOPHILUS DIXIT: Invisor ille qui protoplastum fefellit & populum vestrum decepit, per cujus invidiam mors in orbem terræ venit; hic videlicet sensus cordis tui præoccupavit, ut rem manifestam & in lucem positam errollus non intelligas. Salomon enim in Judæa quadraginta annis regnavit a Dan usque Bersabee; & postea deliquit, sicut in Basilion libro tertio dicitur: [t] *Et fecit Salomon malum, & non ambulavit in via David patris sui: sed ædificavit excelsum Chamos, idola Moab, & regi eorum idola filiorum Ammon & Astaron, idola abominationis Sidoniorum; & excitavit Deus satanam ipsi Salomoni Ader Idumæum.* Christi autem regnum in omni porrectum est orbe terrarum. Ideo de eo propheta commemorat dicens: [u] *Permanebit cum sole & ante lunam in sæcula, & dominabitur a mari usque ad mare, & a flumine usque ad terminos orbis terræ.* Non de Salomone dicit, cujus regnum & annos superius tibi ostendi.

SIMON DIXIT: Recedit, ut video, de sensu meo inimicus patrum meorum diabolus, qui mentem meam cæcabat. Cœpi enim lumen veritatis agnoscere.

THEOPHILUS DIXIT: Crede ergo, illuminatus de vinculis exire [3] tenebrarum. Sic enim Isaias de Christo dicit: [x] *Spiritus Domini super me, propterea unxit me. Misit me bene nuntiare pauperibus, sanare contritos corde, educere de vinculis alligatos & de domo carceris, aperire oculos cæcorum.* Quid aliud intelligi potest, nisi sæculi istius homines ignorantiæ cæcitate detentos, & diaboli vinculis alligatos?


SIMON DIXIT: Multa quidem & inaudita manifestasti mihi: sed adhuc animæ meæ inest scrupulum diffidentiæ, eo quod omnia [4] relegisse colitis: sabbatum vero quem Deus custodiendum servandumque mandavit, negligitis. Cibos præterea & vinum gentiliter sumitis: cum Deus specialiter præceperit quæ debeant ex animalibus & ex piscibus esse sumenda, & quæ excerenda vel exsecranda, nec mortua illorum tangenda. Nisi hoc per scripturas probaveris, periclitor credere.

THEOPHILUS DIXIT: Jam superius dixi, quod diabolus invideat tibi, quod scilicet filius sis patrum tuorum, qui tot beneficiis fulti, ex Ægypto liberati ad [5] vicem metallini æris rubri maris circumsteterunt: unde largis etiam dapibus apparati, cælesti manna saturati, oblivione transgressi profanos deos quos colerent, ausi sunt postulare. Merito de vobis Hieremias dixit: [y] *Si mutabit Æthiops colorem, & pardus varietatem; sic & vos.* Edocta mala sabbata, scilicet imaginaria requies septimi diei tradita fuit, primum quod Jesus Nave ut Hierico debellaret, septem diebus vicissim muros circuibat, arma bellica arcam testamenti gestantes: se-

a Sap. II. 12. 13. 17. 20. 18. 21. 22. *b* Exod. XXIII. 7. *c* Psalm. XV. 10. 11. *d* Psalm. XXIX. 4. *e* Psalm. III. 6. *f* Osee VI. 3. *g* Exod. XIX. 21. *h* Amos VIII. 9. *i* Jer. XV. 9. *k* Psalm. LXVI. 5. *l* Psalm. XLVI. 6. *m* Psalm. XVIII. 7. *n* Psalm. XXIII. 7. 8. 10. *o* Psalm. CIX. 1. *p* Dan. VII. 13. 14. *q* Psalm. XCV. 10. *r* Isa. IX. 6. *s* Psalm. LXXI. 2. *t* III. Reg. XI. 6. 7. 14. *u* Psalm. LXXI. 5. 8. *x* Isa. LXI. 1. *y* Jer. XIII. 23.

1. Forte, *romphæam*.
2. Id est, *scripturis* vel *per scripturas meas*.
3. Supple *incipe*.
4. Legendum videtur *religiose*.
5. Hic locus mutilus & depravatus ita forte posset restitui: *Ad vocem metallini æris rubri maris litora circumsteterunt.* Vide Exod. cap. XIV. vers. 31. & cap. XV. vers. 20.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 421.



ptima autem die septies circuierunt. Manifesta veritas est, aut sabbato cœperunt, aut in sabbato, cadentibus muris, Hierico debellaverunt. Accedit quod humanum sabbatum Deus repellit dicente Isaia: [a] *Jejunium & diem festum vestrum & sabbata odit anima mea. Fecistis mihi tædium: non dimittam peccata vestra*. Illud autem sabbatum Deus desiderat, requiescere te ab operibus malis; ut millesimo anno, quod sabbatum sabbatorum est, mundus inveniaris ab operibus malis. Hæc erunt sancta tenenda [1] in qua Deus delectetur. Cibus autem quod ambigis manducare debere, non carnes suillas, sed facta porcorum prohiberis admittere. Similiter aqua mixto luto voluptas, sororem tuam tibi in concubitu copulas, sanguinem sanguini incitas, rapinis terram perscrutaris, festa tua publicas, in plateis oras. Ecce quomodo peccas, & non intelligis de te scriptum in psalmo: [b] *Saturati sunt filiis, & reliquerunt quæ superfuerunt parvulis suis*. Hoc est peccatum vestrum & posteritatis vestræ. De piscibus autem squamis cutem vestitis comeditis; cetera autem quæ confingitis vitare, retibus extracta, & in multitudine piscium permixta, penitus exsiccata in liquamine dulciter manducatis. Vinum autem Christianorum ostende mihi per scripturas ubi sit prohibitus bibere, & azymas tuas manducare vetamur. Audies prophetam dicentem: [c] *Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem*. Et rursus: *Manus vestræ sanguine plenæ sunt*. Et in Deuteronomio: [d] *De vinea Sodomorum vinea eorum, & propago eorum ex Gomorra. Uva eorum, uva fellis, & botrus amaritudinis. Ira draconum vinum eorum, ira aspidum insanabilis*. Si his tot & tantis testimoniis, Simon, credere nolueris; falsi tuæ contradicis. Lege, Simon, Danielem; & invenies Nabuchodonosor barbarum: Filium Dei ipse cognovit, quem tu tardas agnoscere. [e] *Nonne tres viros in fornacem misimus? Ecce video quatuor viros, & facies quarti similis Filii Dei*. Quid dicis, Judæe? Vide, ne in te impleatur invectio Abacuc prophetæ dicentis: [f] *Videte contemtores, & inspicite, & desperate; quoniam ego opus operor in diebus vestris, quod non creditis, si quis narraverit vobis*.

SIMON DIXIT: Lator salutis Theophile, ægrorum bone medice, neque ultra differre possum. Jube me cateziari, & sino fidei Christi consecrari. Arbitror enim quod per manuum tuarum impositionem me peccatorum meorum abolitionem [2]; immo sicut Jacob benedixit, & per impositionem manus accepit, ut major fieret ex minore; sic Ephraim & Manasse per impositionem dilatati sunt manuum.

Tunc Theophilus Simonem tinxit, & adeptus est fidem. Simon gratias agere Deo cœpit dicens: Gratias ago tibi, JESUS, quem non vidi facie ad faciem, nunc autem credo in te spiritu & tota mente. Gratias ago tibi, JESUS, quem non audivi, nunc autem audito invoco, JESU, cujus sensum ante non habui. Nunc autem cupio in te sensum meum esse, per quem cognovi Theophilum discipulum tuum. Domine JESU CHRISTE, si quidem dignus sum tua convocatione, confirma me. Etenim errantibus viam demonstras, & perditos revocas, mortuos suscitas, infideles in fide tua configuras, & cæcis oculos cordis illuminas. Tu es ipse qui fuisti cum patribus nostris in deserto, tu es candelabrorum lumen, tu es altarium, & panis propositionum, tu es ara & victima voluntaria, tu es ipse vita mea, margarita, cristallum, jugum argenteum. Oro, Domine, ignorantiam meam infelicitatis meæ ne memineris: tu enim absconsa beneficia præstans es, qui mihi dignatus es omnia ostendere. Tibi sit honor, potestas, laus, gloria, heic & in cuncta sæcula sæculorum. Amen.

a Isa. I. 13. *b* Psalm. XIV. 14. *c* Psalm. XXXI. 3. *d* Deut. XXXII. 32. 33. *e* Dan. III. 91. *f* Abac. I. 5.

1. Legendum *in quibus*.
2. Ita videtur hic locus legendum: *Arbitror enim per manuum tuarum impositionem me peccatorum meorum abolitionem accepturum*.

SANCTI
PORPHYRII
EPISCOPI GAZENSIS IN PALÆSTINA
VITA
A MARCO DIACONO
EJUS DISCIPULO CONSCRIPTA.

INTERPRETE GENTIANO HERVETO.

Ex Februarii BOLLANDIANI *tomo* III.




ACCESSERUNT
ANIMADVERSIONES
ALEXII SYMMACHI MAZOCHII V. C.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
422.



V I T A
S. PORPHYRII EPISCOPI GAZENSIS:
AUCTORE
MARCO DIACONO
EJUS DISCIPULO:
INTERPRETE GENTIANO HERVETO.



P R O L O G U S.

I. SAnctorum virorum certamina & divinum eo- A rum zelum & desiderium, pulcrum est contemplari oculis; dum enim cernuntur, digna evadunt quæ amentur. Afferunt autem non mediocrem quoque utilitatem, quæ de iis fiunt narrationes ab iis qui accurate sciunt, subeuntes animos auditorum. Est visus quidem auditu fidelior: persuadet vero etiam auditus, si a fide dignis dicantur quæ dicuntur. Atque si rerum quidem utilium esset ejusmodi narratio, ut in eam nihil posset aut negligentia aut malitia, & non veritati falsum insereretur; supervacaneum esset hæc conscribere, cum sufficeret veritas ad ædificationem, quæ semper per successionem insereretur auribus posterorum. Sed quoniam corrumpit ac perdit tempus, seu per oblivio- B nem seu per malitiam atque negligentiam; necessario accessi ad hanc præsentem scriptionem, ne processu temporis oblivioni mandetur hic vir sanctus, sanctus, inquam, PORPHYRIUS. Meminisse enim rerum recte & ex virtute ab eo gestarum, fit iis qui audiunt, opem ferens medicamentum.

II. Est vero absurdum, tragicos poetas & alios ejusmodi in rebus ridiculis & anilibus fabulis consumere orationem; nos autem despicere sanctos viros, & dignos qui mandentur memoriæ, tradi oblivioni. Quas non ergo dabo pœnas, si non scriptis mandem vitam hujus viri pii; vitam, inquam, philosophiæ magistram, ejus qui est æmulatus vi- C tam quæ est in cælo, & qui bella gessit & decertavit, non solum adversus duces & defensores insani cultus simulacrorum, sed etiam adversus universum populum plenum omni insania? Meminerat enim eorum, quæ a beato Apostolo dicta sunt: [a] *Accipite armaturam Dei, ut possitis resistere in die terribili, & omnibus confectis stare.* Hæc armatura indutus, ad certamina descendit dictus Apostolus. Sed quamvis tales & tantos haberet adversarios, qui Apostolo similem decertationem habuit Porphyrius; ei tamen parem victoriam est assecutus, & in media Gaza erexit tropæum, nempe in sancta Christi ecclesia quæ fuerat ab eo condita. Præbuit autem ei victoriam, non humana natura, D sed mens quæ divinam attrahebat gratiam. Nam cum fuisset Christi amator ardentissimus, omnia pati & facere sustinuit. Quam multos bellorum impetus excepit hic ab adversariis! Quam multas sustinuit conspirationes & subsannationes!

III. Sed quoniam de præclaro viro fieri non potest, ut dicamus omnia quæ sunt & multa & multis videntur incredibilia; pauca exponam quæ memini; cum longo tempore cum eo habitaverim, & ex beata illa & stupenda anima diuturnum fructum perceperim, quæ jam versatur cum Angelis. Hunc ergo qui omne genus virtutis est sortitus, quis non jure laudaverit? Atque scimus quidem, quod hujus viri virtutem assequi nulla possit oratio: est tamen mihi aggrediendum confidenti ejus sanctis precibus. Conscribam autem illius laudationem, non magnifica & splendida oratione: neque enim verborum facundia solet ornare vitam eorum qui sunt hujusmodi; sed virtus factorum, ipsam quoque magnificam efficit dictionem. Ego itaque confidens sanctis dicti Sancti precibus, ad hanc accedo scriptionem, per ipsas a Domino Jesu Christo gratiam petens & opem, ut possim qualicumque occasione narrare sancti viri virtutem. Peto autem ab iis qui hæc scripta legent, ne diffidere velint iis quæ dicuntur. Ipse enim fui spectator viri virtutis, ut qui simul cum eo habitaverim, simul navigaverim, & simul cum eo sim afflictus usque ad ultimum diem ejus ex hac vita decessus. Hinc vero mihi ducatur principium narrationis.

C A P U T I.


S. Porphyrii vita anachoretica, & privata in morbis & peregrinationibus.

IV. GAza est civitas Palæstinæ in confinio Ægypti: est autem non obscura, sed populo frequens & clara civitas. Illo vero tempore in ea viguit hominum insania in colendis idolis. Hujus accepit sacerdotium, qui a nobis laudatur, Porphyrius: qui patriam quidem habuit cælestem Hierusalem, (nam in eam fuit adscriptus) terrenam autem Thessalonicam. Erat vero ei genus insigne. Divinus eum amor subiit relinquendi patriam & splendorem generis & opes infinitas, & vitam amplectendi monasticam. Cumque navigasset Thessalonica, venit in [1] Ægyptum. Recta autem profectus in [2] Sceten: & paucis post diebus dignatus venerando habitu. Et eum illic esset versatus quinque annos cum sanctis patribus, alius divinus amor eum subiit adorandi sancta & veneranda Dei loca. Cumque illic fuisset & adorasset, abiens in partes Jordanis,

[a] Ephes. VI. 13.

1. Circa an. 378. cum esset ætatis circit. 25. annorum.
2. Menæa, Σκῆτιν. Aliis *Sethi*, *Sciti* & *Scitium*. Ptolemæo, *Scitiaca regio* dicitur: de ea egimus ad 17. Januar. ad Vitam S. Antonii pag. 108. n. 3. & alibi sæpius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



habitavit in spelunca. Cum illic autem esset, versatus quinque annos cum multa afflictione, ex magna siccitate & inæqualitate locorum illorum incidit in magnum morbum. Videns vero se adductum in extremum periculum, Dei providentia accersit quemdam ex suis notis, ut eum duceret Hierosolyma. Morbus autem erat scirrus hepatis cum continua febre tenuissima. Hoc ergo morbo invalescente & assidue pungente intestina, & corpore tabescente; ipse non cessabat quotidie obire sancta loca, incurvatus & non valens recto corpore ingredi, sed innitens baculo.

V. Accidit autem illo tempore, ut ego ex Asia navigarem ad adorandum loca veneranda. Cumque in eis essem, diu ibi sum versatus, me alens operando manibus: callebam enim pulcre scribendi artem. Adspiciens vero Sanctum continenter vadentem ad Christi resurrectionem & ad alia oratoria, mirabar, quod in tanta corporis imbecillitate, non dubitaret se sic cruciare. Quodam autem die cum ei occurrissem in gradibus [1] Martyrii, quod fuerat conditum a Constantino imperatore, non valenti progredi accurrens, & ei manum meam porrigens, rogavi ipsum, ut ei inniteretur & gradus ascenderet. Ille vero nolebat, dicens: Non est justum, ut ego qui vado ad petendam veniam peccatorum, nitar manui alterius. Sed sine, frater, Deum videre meum laborem, ut ineffabili sua clementia mei quoque misereatur. Ibat ergo, & divina audiebat eloquia, doctoribus aures adhibens, & mysticam mensam semper participans: deinde revertebatur ad suum habitaculum: & quamnam quidem vitam ageret, erat manifestum. Morbum enim adeo contemnebat, ut existimaret ipsum habere morbum in alieno corpore: Dei enim spes ipsum eo levabat.

VI. Hoc ipsum eum solum male habebat & mordebat, quod remansissent facultates, & non convenienter ei, quod dicit evangelium, venditæ essent & distributæ pauperibus. Caussa autem hujus impedimenti fuit, quod essent ei fratres pueri, quando excessit e patria. Hoc ergo ægre ferens, petit a me qui jam ei eram familiaris, (ei enim ministrabam propter ejus infirmitatem) ut navigarem Thessalonicam, & dividerem facultates cum suis fratribus. Et cum dedisset mihi scriptum mandatum & me Domino commendasset, dimisit præbitis mihi minimis impensis: neque enim opes suppetebant. Tunc cum statim venissem Ascalonem, & navem invenissem, illinc solvi: & cum spatio tredecim dierum secunda fuisset navigatio, venimus Thessalonicam: & ostenso quod in scriptis habebam mandato, divisi bona cum ejus fratribus. Vendidi autem quæ mihi obtigerant, possessiones ter mille aureis. Vestes vero & argentum mecum tuli, & alios mille quadringentos aureos: & cum omnia collegissem, post tres menses renavigavi. Cum autem spatio duodecim dierum venissem in emporium Ascalonis, & illic jumenta conduxissem & ea onerassem, ascendi in sanctam civitatem. Cum me autem adspexisset vir beatissimus, me est amplexus cum gaudio & lacrymis; (potest enim etiam gaudium exprimere lacrymas) ego vero ipsum non co- A gnoscebam: habebat enim corpus valde honestum, & faciem rubicundam: volvebam autem meos oculos, frequenter ipsum intuens.

VII. Ipse vero cum animadvertisset & subrisisset, placide dixit: Ne mireris frater Marce, me videns sanum & robustum: sed disce caussam sanitatis, & tunc admirere Christi benignitatem ineffabilem, & quemadmodum quæ sunt plane desperata apud homines, facile possunt apud ipsum corrigi. Ego vero rogavi ipsum, ut mihi diceret caussam sanitatis, & quemadmodum talem morbum propulsaverit. Ille autem mihi respondit: Quadraginta ab hinc diebus cum ego essem in vigilia sanctæ do- B minicæ, me invasit dolor: quem cum non possem ferre, ivi & recubui prope sanctam Calvariam: & cum præ magno dolore essem veluti in ecstasi, video Servatorem clavis affixum in cruce, & unum ex latronibus cum ipso pendentem in alia cruce, & incipio clamare & dicere vocem latronis: [a] *Memento mei Domine, quando veneris in regnum tuum.* Respondens autem Servator dixit latroni pendenti: Descende de cruce, & serva illum qui recumbit, quomodo tu quoque fuisti servatus. Latro vero descendens de cruce, me complexus fuit & deosculatus, & porrecta dextera, me fecit surgere, dicens: Veni ad Servatorem. Et statim surrexi, & cucurri ad eum; & video ipsum descendisse de cruce, C & mihi dicere: Accipe hoc lignum, & serva. Cumque accepissem & portassem hoc pretiosum lignum, statim ad me redii ab ecstasi: & ab ea hora nullus dolor mihi fuit amplius, neque apparuit locus morbi.

VIII. Ego autem his auditis valde sum admiratus, & Deum glorificavi: & de cetero fui in virum magis affectus, & ei inservii diligentius. Re vera enim, cum renumerassem Dei servo pecuniam, & cum ei restituissem quæcumque attuleram, mansi apud eum, ei inserviens, & fruens spiritalibus ejus orationibus. Erat profecto nulli reprehensioni affinis, mitissimus, misericors, habens etiam fa- D cultatem discernendi divinam scripturam, & ea dissolvens quæ in ea occurrebant dubia, si ullus alius. Sed neque externæ erat doctrinæ ignarus, respondens & os obstruens hominibus infidelibus, & iis qui non rectam habent fidem: amator pauperum, misericors, promtas habens lacrymas; [b] senes honorans ut patres, juniores ut fratres, pueros ut filios; moribus & sermone mitis & humilis, non in simulatione veritatis, neque enim erat in eo dolus; moderatissimus, adeo ut pervenerit ad perfectam impatibilitatem; ab ira alienus, non memor acceptæ injuriæ, non sinens [c] solem occidere supra suam iracundiam, mortuas habens omnes animi perturbationes, præter iram quam movebat ad- E versus inimicos fidei.

IX. Cum autem accepisset a me pecunias & alia quæ attuli, & vendidisset vestes, & conflasset plurimum pecuniæ, reliquam omnem pretiosam supellectilem parvo tempore dedit egentibus, non solum in sancta civitate, sed etiam in aliis civitatibus, vicis & monasteriis, & maxime iis quæ erant in Ægypto: erant enim valde egena illic mona-

a Luc. XXIII, 42. *b* I. Tim. V, 1, 2. *c* Ephes. IV. 26.

1. Ita a S. Cyrillo Hierosolymitano Catechesi 14. *Μαρτύριον* etiam appellatur, quod sit testimonium & fidele monumentum resurrectionis Christi: ab aliis *basilica Constantiniana* dicitur. De ejus constructione agit Eusebius in Vita Constantini lib. III. cap. XXIV. & seqq. de dedicatione lib. IV. capp. XL. XLIII. & seqq. De imagine Deiparæ in ea erecta agitur in Vita S. Mariæ Ægyptiacæ, in synodo Nicæna II. act. IV. & a S. Joan. Damasceno lib. III. de Imaginibus.

ſteria. Quin etiam hoſpitibus qui illic verſabantur, fuit ſecundus Abraham. Quamobrem breviſſimo tempore diſtribuit omnes ſuas facultates, adeo ut ipſe egeret alimento quotidiano: ſe ipſum ergo dedit arti ſutoris coriarii, pelles lavans & conſuens, & in omnibus imitans divinum illum Apoſtolum [a], qui nolebat panem gratis comedere [b]: & licet poſſet ex alia manuum operatione ſibi victum quærere, in omnibus tamen voluit eſſe imitator illius præclari viri quem diximus, [c] in afflictionibus, & laboribus, & perſecutionibus, & periculis maris, & gentium inſurrectionibus. Porro autem ego eum rogabam, ut communem vitam mecum ageret: erat enim mihi ex meo vitæ ſtudio victus redundans copia. Ille vero non ſuſtinuit, dicens: [d] *Nihil intulimus in mundum, neque poſſumus aliquid efferre.* Et rurſus dicebat: [e] *Si quis non operatur, nec comedat.* Ego autem libere apud eum eloquens, dicebam: Cur ergo quando eras dives, non operabaris, nec ſinebas ut operarer? Ille autem mihi reſpondit: Quod prius operabar, erat multis partibus majus, quam quod nunc operor. Nam hoc nunc quidem alit unum aut duos; illud autem prius alebat innumerabiles. Non ſolum vero illam alebat multitudinem, ſed etiam ſpiritale alimentum ſuppeditabat meæ animæ.

CAPUT II.

S. Porphyrii ſacerdotium; epiſcopatus Gazenſis.

X. CUM hæc ita ſe haberent; audiiſſet autem ſancti Porphyrii nomen & vitam, qui erat ſanctorum locorum ſacerdos, [1] Praylius, eum acceſſit, & invitum ordinavit presbyterum. Quin etiam ei credidit cuſtodiam venerandi ligni crucis. Tunc cognovimus ea illi eveniſſe, quæ viderat in ecſtaſi, quando ſcilicet vidit Dominum in cruce, & cum eo latronem; Dominum autem dicentem: Accipe & ſerva mihi hoc lignum. Erat vero beatus Porphyrius, quando accepit ordinationem, circiter quadraginta annos natus. Hunc autem honorem adeptus, non mutavit mores priores, ſed manſit in illa afflictione exercitationis. Erat vero illi alimentum panis ſordidus & olera, idque poſt occaſum ſolis: aliis autem ſanctis diebus hora ſexta comedebat, accipiens oleum & caſeum & madefacta legumina. Sumebat autem etiam unum poculum vini temperati; idque propterea, quod ſe male haberent ejus viſcera. Hanc vivendi rationem & regulam perpetuo ſervavit toto tempore vitæ ſuæ.

XI. Tribus autem annis poſtquam fuerat ordinatus, accidit ut epiſcopus prædictæ civitatis Gazæ A e vita excederet. Is erat Æneas, qui minimo tempore geſſerat epiſcopatum: ante Æneam autem Irenion, qui ipſe quoque fuit civis angelicarum poteſtatum, cujus laudes fieri non poteſt ut ſcribantur in digreſſione: ſed opus eſſet opere ſeparato ad hoc, ut conſcriberemus vitam hujus dicti inclyti [2] Irenionis. Aliis vero id relinquimus ſcriptoribus, qui ejus vitam ſciunt accurate. Cum dormiſſet ergo prædictus vir ſanctus, congregati qui tunc erant Chriſtiani valde pauci numero, cum ſuo clero, & conſultantes palam, cuinam traderent epiſcopatum, nihil inefficiebant, cum exorta eſſet inter eos contentio; cum alium quidem vellent clerici, alium vero laici: erant enim re vera inter clericos qui- B dam vitæ honeſtate ornati. Cum magna ergo eſſet confuſio, & nihil deduceretur ad effectum; tandem viſum eſt, ut quinque clerici & totidem laici viri inſignes irent ad pontificem [3] metropolitanum, & peterent ab eo epiſcopum quem ei revelaſſet Spiritus ſanctus.

XII. Pontificatus autem munus tunc obibat [4] Joannes, qui ipſe quoque erat vir probus & omni virtute ornatus. Cum ergo ad eum acceſſiſſent Gazæi, rogarunt ipſum, ut daret eis pontificem, potentem opere & ſermone reſiſtere idololatris. Quod cum audiiſſet, ſtatim indixit jejunium: & poſt tres dies revelavit ei Dominus de beato Porphyrio: & C ſcribit epiſtolam ad ſanctum Praylium epiſcopum [5] Hieroſolymorum cujus fecimus antea mentionem, ut ad ipſum mitteret beatum Porphyrium, propter quamdam ſcripturæ quæſtionem quæ erat ab eo ſolvenda. Erat enim beatus Porphyrius idoneus ad ſolvendum, quidquid erat difficile divinæ ſcripturæ Spiritus ſancti. Litteris beati Joannis credens pius Praylius, eum dimiſit, jubens ne moraretur illic plus quam ſeptem dies.

XIII. Cum autem audiviſſet beatus Porphyrius vim eorum quæ ſcripta fuerant a ſanctiſſimo Joanne, primum quidem fuit conturbatus, poſtea vero dixit: Fiat voluntas Dei. Et cum illa veſpera me D accerſiiſſet, dicit mihi: Frater Marce, eamus & adoremus ſancta loca & venerandam crucem. Multum enim eſt præteriturum temporis, donec ſumus ea rurſus adoraturi. Ego autem dixi: Cur ſic dicis, pater? Ille vero reſpondens, dixit: Præterita nocte vidi Servatorem dicentem mihi: Redde depoſitum, quod apud te depoſui. Volo enim te conjungere uxori, humili quidem & abjectæ, ſed prædictæ bonis moribus. Tu autem accipiens, orna eam, ut obliviſcatur prioris ſuæ mendicitatis. Nam etſi eſt abjecta & humilis, non eſt tamen aliena, ſed mea ſoror germana. Tu vero cave, ne habens

a Act. XVIII. 4. *b* II. Theſſ. III. 3. *c* II. Cor. VI. 4. IX. 26. *d* I. Tim. VI. 7. *e* II. Theſſ. III. 10.

1. *Praylius*, aliis *Praulius* & *Parabylius*, Theophani Πραΰλιος, qui eum Hieroſolymorum epiſcopum ſtatuit ab anno Theodoſii junioris XI. Chr. 418. Quomodo ergo potuerit an. 393. ordinare presbyterum ſanctum Porphyrium, dubitatur. Quid, ſi patriarchæ ſyncellus perſuaſerit ſancto Porphyrio, & præ animi modeſtia excuſantem adegerit, ut ſacros ordines ſuſciperet, & quamvis a patriarcha ſit conſecratus, ei tamen illa actio attribuatur? Quid ſi Praylius fuerit *ſanctorum locorum epiſcopus* (*ſacerdos* heic dicitur) aut *chorepiſcopus*? Ita chorepiſcopum patriarchæ Antiocheni ſæculo V. fuiſſe quemdam Meletium diximus 5. Jan. ad Vitam ſancti Simeonis Stylitæ pag. 262. num. 11. De chorepiſcopis orientalium doctas animadverſiones habet Petavius in Epiphanium de hæreſibus n. 1. Baronius ad an. 398. n. 97. de hac Porphyrii ordinatione agens iſta ſcribit: *A Cyrillo (licet errore Praylius ſcribatur) ejus eccleſiæ epiſcopus ſacerdos invitus creatus*. Quæ inde margini tertiæ edit. Surianæ ſunt adſcripta. Verum e mente Baronii lo- E cus ſaltem ita corrigendus eſſet: ut *a Joanne*, quem is ſancto Cyrillo an. 386. vita functo ante ſtatuerat ſucceſſiſſe, diceretur *ſacerdos creatus*, quem ſub Arcadio imperatore aſſerit epiſcopum creatum, quod triennio poſt contigit. At conjectura de chorepiſcopatu Praylii potius ex hoc loco confirmatur.


2. Colitur S. Irenion 16. Decembr. etiam in Martyrol. Romano adſcriptus.

3. Cæſareæ Palæſtinæ ad mare mediterraneum, quæ erat prima metropolitana, illique ſuberat Gaza.

4. S. Hieronymus de eccleſ. ſcriptor. refert epiſcopos Cæſareæ cap. CXIII. *Euzojum* ſub Theodoſio ſeniore pulſum, & *Gelaſium* ejus ſucceſſorem cap. CXXX. cui *Joannes* ſucceſſit: poſt quem fuit *Eulogius*, qui an. 415. Dioſpolitanæ ſynodo præſedit.

5. Hæc vox poſtea videtur per quamdam anticipationem adjecta: aut potius iſta omiſſa, *ſanctorum locorum*, quæ ſupra habentur.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 422.



uxorem & domus curam gerens, ex injustitia aut A violentia aut iniquitate congreges: nam & me ad iram provocabis, & eam molestia afficies: hæc enim ei quoque displicent. Sis vero solum bono & promto animo; & omnia tibi suppeditabuntur, unde non exspectas. Hæc mihi significavit Dominus Christus nocte præterita; & timeo ne, dum volo expiare mea peccata, expiem etiam peccata aliorum multorum. Sed tamen Dei voluntati non licet repugnare.

XIV. Hæc cum dixisset, profectus est, & ego cum eo: & cum adorassemus sancta loca & venerandam crucem, isque multum esset precatus & lacrymatus, reposuit in aurea theca venerandam & B vivificam crucem: & cum eam tuto clausisset, exiit, & vadens ad beatum Praylium episcopum, tradidit ei claves: & cum accepisset preces, & ab eo fuisset Deo commendatus, est egressus. Cum autem venissemus ad nostrum habitaculum, nos paramus: conductis vero tribus jumentis, & accepto viatico, egressi sumus. Viatica autem erant omnia, quæ domi erant. Eramus vero quinque in via, ipse Beatus & ego, & duo agasones, & alius juvenis minister, nomine Barochas; quem quidem invenerat paullo ante Beatus abjectum in platea, cum esset in extremo periculo, eumque accepit & collegit: & cum multa in eum expendisset, Dei auxilio eum sanum reddidit. Ab illo ergo tempore manebat C apud ipsum, ei mecum serviens. De pio vero Barocha dicam procedente oratione. Illa autem die iter ingressi, sequenti venimus Cæsaream. Per totam autem civitatem dispersum fuit, eum advenisse: erat enim Beatus magni nominis, propterea quod amaret pauperes. Profecti vero sumus ad id quod erat illic, hospitium.

XV. Cum autem audivisset beatus Joannes archiepiscopus, cursu ad nos accessit. Cumque se invicem salutassent & precati essent, paullulum assederunt. Dixit autem ei archiepiscopus: Surge frater propter Dominum & vescere mecum, ut cito surgamus ad vigiliam sanctæ dominicæ: ingressi D enim sumus vespere sabbato. Beatus vero Porphyrius rogavit eum, ut ei concederet vesperam propter viæ laborem. Dixit autem, se post primum somnum surrecturum ad vigiliam. Cum autem non potuisset persuadere episcopo, surgens Beatus, cum eo est profectus, me quoque accepto. Fratrem enim Barocham dimisimus in hospitio prope vestes: & ab eo invitati, cœnavimus. Cum multa autem locuti fuissemus spiritalia, & parum dormiissemus, surreximus ad vigiliam.

XVI. Illa vero nocte accersit beatus Joannes Gazæos, & dicit eis: Parati eritis ad exitum: hodie enim accipietis sacerdotem, virum quem ostendit E Dominus. Cum fuisset autem mane, * rapientes beatum Porphyrium, ordinarunt eum episcopum Gazæ. Multum vero est lacrymatus, nec erat satietas ulla ejus lacrymarum. Dicebat enim se esse indignum tali sacerdotio. Vix tandem autem, cum Gazæi & qui illic Christiani inventi sunt, eum consolati essent, quievit. Cum autem fecissemus sanctum dominicæ ministerium, rursus invitati sumus ad vescendum cum archiepiscopo.

XVII. Jussit vero nobis quam primum exire: cumque unum alium illic diem egissemus, exivimus: dormivimus autem [1] Diospoli; & illinc, cum pernoctassemus, sero vespere ingressi sumus Gazam valde lassi & afflicti. Hæc autem fuit caussa afflictionis. Prope Gazam pagi sunt in via, qui sunt dediti cultui simulacrorum. Eorum vero incolæ consulto totam viam straverant spinis & vallis, ut non possent aliqui transire. Effuderunt autem cœnum, & aliis male olentibus fumis vaporarunt, ut nos fœtore suffocaremur, & veniremus in periculum, ne visum amitteremus. Vix tandem conservati, circa horam nocturnam ingressi sumus civitatem. Hæc vero difficultas ac molestia Beato accidit suggestione dæmonis. Sed id non ægre ferebat; existimavit enim diabolum has parasse insidias, quod voluisset justum ab ejus ingressu avertere.

XVIII. Profecti autem sumus ad ædes episcopi quas ædificaverat prius nominatus sanctus Irenion episcopus, simul cum sancta ecclesia quæ vocatur Irenes: eam vero hoc nomen dicunt habere duobus modis. Dicunt enim Gazæi, quando capta fuit civitas ab [2] Alexandro Macedone, quodam signo dato illic cessasse bellum; & ab illo tempore vocari locum Irenem, id est, pacem. Hunc locum cum invenisset beatus Irenion coli a Gazæis, in eo construxit ecclesiam. Sive ergo propter ea quæ prius dicta sunt, sive propter nomen conditoris, mansit sic appellata usque in hodiernum diem. Illic ergo profecti sumus ad minimas ædes episcopatus, ab eo ædificatas.

CAPUT III.

Pluvia impetrata precibus S. Porphyrii. Barochæ vulnus inflictum.

XIX. Accidit autem, ut in illo anno esset [3] siccitas & defectus pluviæ. Cives vero omnes id adscribebant ingressui beati Porphyrii, dicentes: Nobis responsum dedit [4] Marna, fore ut Porphyrius esset auctor malorum civitati. Cum autem pergeret Deus non pluere primo mense qui ab eis vocatur [5] Dios, dein etiam secundo qui dicitur Epilleos; omnes affligebantur. * Congregati autem idololatræ in Marnæo, multa sacrificia & multas preces faciebant ea de caussa. Dicebant enim, Marnam esse dominum imbrium: Marnam vero dicunt esse Jovem. Cum autem perseverassent septem dies, hymnos dicentes, & * egredientes extra civitatem in locum qui vocatur Orationis, animum despondentes, reversi sunt ad sua opera, nulla re effecta. His sic factis, congregati Christiani cum viris & feminis & pueris, numero ducentis & octo-

1. *Diospolis*, olim *Lidda*, vel *Lyda*, sepulcro sancti Gregorii nobilis, ut dictum 19. Feb. in Vita sancti Theotonii pag. 111. n. 13. & litt. *e*.

2. Gazam ab Alexandro magno captam eversamque referunt Curtius lib. IV. Arrianus lib. III. Josephus lib. XI. Antiq. Judaic. cap. VIII. quod factum censet Salianus tom. V. Histor. Eccles. antiqui testamenti, anno mundi 3722. ante Christum natum 331. Darii regis Persarum 7. Alexandri 5.


3. Ob hiemalem siccitatem timent Palæstini & Ægyptii impendentem sterilitatem. Hinc illa benedictio est apud Isaiam XXXII. 20. *Beati qui seminatis super omnes aquas, immittentes pedem bovis & asini.*

4. De *Marna* deo qui Juppiter est, & Marnio vide sis infra cap. IX. not. 1.

5. Tres primi Gazæorum menses heic referuntur, Δῖος, Ἀπελλαῖος, Αὐδυναῖος, Latinis litteris expressi, *Dios*, aliis *Dius*, *Epilleos*, melius *Apellæus*, & *Lydenæus*, forsan legendum *Audynæus*. Respondent mensibus Ægyptiacis *Hathur* a 28. Octobr. *Chiac* a 27. Novembr. & *Tuba* a 27. Decembr.

* Hujusmodi asterisco indicantur *Animadversiones* Alexii Symmachi Mazochii V. C. ad calcem inferius appositæ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



ginta, rogarunt ſanctum Porphyrium, ut cum eis A egrederetur & precaretur, ut demitteretur pluvia: jam enim erat fames; eoque magis, quod Beati ingreſſui adſcriberent ſiccitatem.

XX. Perſuaſus autem Sanctus, cum edixiſſet jejunium, juſſit omnes veſpere congregari in ſancta eccleſia, ut illic vigilias perageremus. Fecimus vero tota nocte triginta preces & totidem genuflexiones, præter choros & lectiones. Cum fuiſſet autem mane, accepto ſigno venerandæ crucis quod nos præcedebat, egreſſi ſumus cum hymnis ad antiquam eccleſiam quæ eſt a parte occidentali civitatis, quam ajunt ædificaſſe ſanctiſſimum & beatiſſimum [1] Aſclepam epiſcopum, qui multas ſuſtinuit B afflictiones pro fide orthodoxa: cujus vita & facta ſcripta ſunt in paradiſo deliciarum. Cum ergo fuiſſemus in dicta eccleſia, illic quoque fudimus totidem preces: & illinc egreſſi, ivimus in ſanctum martyrium glorioſi martyris [2] Timothei, in quo repoſitæ ſunt etiam aliæ reliquiæ Mæuris martyris & Thees, quæ relata eſt in numerum confeſſorum. Cumque illic feciſſemus totidem preces & genuflexiones, reverſi ſumus in civitatem, factis tribus precibus & tribus genuflexionibus. Cum autem fuiſſemus circa civitatem, invenimus eam clauſam: erat vero hora nona. Idololatræ enim hoc fecerunt, volentes diſſipare populum, ne perficeremus ſupplicationes. Cum autem manſiſſemus duas horas C ante portam, & nemo eſſet qui aperiret; videns Deus populi patientiam fletuſque & ineffabiles lacrymas, maxime ſancti viri, motus miſericordia, quomodo tempore magni Eliæ prophetæ, movet ventum Auſtrum, & nubibus tegitur cælum, & incipiunt fieri fulgura & tonitrua, ſimul atque ſol occidiſſet; & decidit multus imber, ut exiſtimarentur non guttæ, ſed grando e cælo dejici. Nos autem præ magno gaudio propemodum non ſenſimus: eramus enim invicem complexi.

XXI. Quidam vero gentiles cum adſpexiſſent miracula quæ Deus nobis fecerat, & credidiſſent, nobis portam aperuerunt, & commixti ſunt nobiſcum, D clamantes: Chriſtus ſolus Deus: ipſe ſolus vicit. Convenerunt autem nobiſcum in ſanctam eccleſiam, & illinc Beatus eos dimiſit in pace, Chriſti ſignatos ſignaculo. Erant vero viri numero centum viginti ſeptem, & feminæ XXXV. & infantes XIV. ex quibus erant puellæ quinque. Nos autem cum feciſſemus perfectam gratiarum actionem, receſſimus unuſquiſque domum cum gaudio & pace. Tanta autem pluvia deſcendit illa nocte & altero die, ut omnes timerent, ne domus corruerent, ex quibus erant plurimæ conſtructæ ex lateribus. Pluit vero Dominus noſter Jeſus Chriſtus aſſidue, ab octavo Lydenæi uſque ad decimum. Eſt autem apud eos Lydenæus, apud Romanos Januarius. Præcedunt E autem quinque diebus eorum menſes, Romanos. Undecimo vero die peregimus diem [3] Theophaniorum Domini Jeſu Chriſti, cum gaudio laudantes & gratias ei agentes propter omnia quæ nobis fecit ejus benignitas. Acceſſerunt autem gregi Chriſti eodem anno, præter illos CXXVII. alii quoque CX. Alii vero idololatræ non ceſſabant inſidiari Beato & reliquis Chriſtianis. Quando enim ei præſes obtingebat gentilis, eum vel pecuniis corruptum, vel etiam per impiam eorum religionem perſuaſum, inducebant, ut vexaret Chriſtianos: & ab eo tempore beato Porphyrio non levis eveniebat afflictio. Aſſidue ergo noctu & diu rogabat benignum & clementem Deum, ut eos ab errore converteret ad ſuam veritatem.

XXII. Quoniam autem ſuperius memini beati Barochæ, de ipſo narrabo reliqua. Habebat is zelum divinum, ut ſi quis alius: multa enim gravia ſuſtinuit ab idololatris. Cum enim * iviſſet ipſe aliquando in vicum propter [4] canonem eccleſiaſticum, non procul a civitate; (erat autem is qui canonem debebat, idololatra) cum ab eo vero canon exigeretur, iſque rem vellet protrahere & differre, & ex eo nata eſſet inter eos contentio: accerſit impius agricola quoſdam ejus pagi ei ſimiles, & incipiunt verberare clavis beatum Barocham, & portantes eum ſemimortuum, projecerunt extra pagum in ſolitudinem: illic vero jacebat mutus & nullo ſenſu præditus. Alio autem die, Dei benignitate, tranſit per illum locum Cornelius diaconus cum aliis duobus Chriſtianis: & cum inveniſſent pium Barocham, & eum agnoviſſent, importarunt in civitatem.

XXIII. Cum vero idololatræ eum vidiſſent portari, arbitrati eſſe mortuum, converſi ſunt in [5] furorem, propterea quod exiſtimabant eſſe abominandum, mortuum ferre in civitatem: & cum eum vi eripuiſſent ab humeris eorum qui ipſum portabant, incipiunt verberare pium Cornelium diaconum & duos Chriſtianos: & ligato pede beati Barochæ, trahebant eum. Interim autem renuntiant quidam fratres beato epiſcopo. Is vero conturbatus, me accerſit & alios tres fratres qui ſunt inventi apud ipſum, & dicit nobis: Confidentes currite, o fratres: eſt enim tempus martyrii. Poſtquam autem pervenimus ad locum ubi ligarant Beatum, concurrit populus: & alii quidem ſanctiſſimum epiſcopum afficiebant contumeliis, alii vero videntes ejus tolerantiam, & quod, cum contumeliis afficeretur, non iraſcebatur, ſed rogabat unumquemque dicens, ne ſic probris & contumeliis afficerent corpus, quod eſt obnoxium iiſdem affectionibus; fiunt noſtrarum partium, & in ſe invicem convertuntur ad plagas uſque. Nos autem cum multam vidiſſemus confuſionem, portantes pium Barocham, diſceſſimus in ſanctam eccleſiam.

XXIV. Poſtquam vero vidimus eum adhuc ſpirantem, ejus curam geſſimus. Pro eo autem funde-

1. *Aſclepas*, ſive *Aſclepius*, ſub Conſtantio imperatore ſede Gazenſi pulſus, Romam ad *Julium* Papam confugit: quo ſedibus pulſi eodem tempore venerant *SS. Athanaſius* & *Paullus* patriarchæ, ille Alexandrinus, hic Conſtantinopolitanus, & epiſcopi, *Marcellus* Ancyranus, & *Lucius* ſeu *Lucianus*, Hadrianopolitanus. Ita Socrates lib. II. Hiſtor. eccleſ. cap. XI. Sozomenus lib. III. cap. VII. Plerique in ſedem ſuam reſtituti, interfuerunt concilio Sardicenſi an. 347. & *Aſclepas* adverſariorum calumniis perſpicue patefactis eſt innocens declaratus. Theodoretus lib. II. cap. VIII. Sozomenus lib. III. cap. IX. & epiſtola Julii papæ apud Socratem lib. II. cap. XVIII.

2. Videtur *Timotheus* diaconus in Mauritania ob fidem Chriſti poſt diros cruciatus in ignem conjectus indicari, cui ad 19. Decembr. adjunguntur in Martyrologio Romano *SS. Meuris* & *Thea*, Gazæ paſſæ; quod contextus hujus loci confirmat.

3. Nos jam vulgo feſtum Epiphaniæ vocamus, quod celebratur VI. Januarii.

4. Annua penſio indicatur: ita infra ait Arcadius imp. *Perdemus canonem in vectigalibus*. Græce in Menæis *συνσίλμαν*.

5. Conſuetum Gazæorum in Chriſtianos furorem deſcribit Sozomenus lib. V. cap. VIII. in cæde martyribus illata, & cap. IX. & XI. in perſecutione ſancti Hilarionis: quod etiam in hujus Vita 21. Octobr. obſervat ſanctus Hieronymus. Plura de eorum crudelitate ſupra diximus. His majoribus erant hi Gazæi progeniti.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.

bantur per totam vesperam & noctem intensæ pre- A ces: omnes enim fratres convenerant. Sanctus vero episcopus non cessabat lacrymari, & Deum pro ipso rogare: sciebat enim qualis esset divinus ejus zelus. Cum autem vidisset Deus lacrymas sancti pontificis & preces populi, (eum enim numerabant secundum Phinees adversus idololatras) acceleravit suam misericordiam; & illa nocte aperit oculos ejus, & incipit loqui, & petere dari sibi potum. Ego autem qui ei assidebam, statim cucurri, ut renuntiarem beato episcopo: præ magno enim gaudio oblitus sum dare ei potum; & mihi id accidit, quod ancillæ tempore beati Petri [a], quando audita ejus voce, præ gaudio non aperuit ostium; sed eum dimittens, primum annuntiavit iis qui erant B domi: tale quid ego quoque sum passus. Cum id autem beatus audivisset episcopus, non fuit victus ab animi affectione, sed perseverabat in precibus. Nos vero cum intellexissemus ejus firmitatem & constantiam, eum mittentes, recessimus ego & pius Cornelius diaconus; assidebat enim mecum beato Barochæ. Postquam autem implevit preces & omnem consequentiam sanctissimus episcopus, ipse quoque nobiscum sedens, interrogavit pium Barocham, quemadmodum id esset passus ab initio. Ipse vero narravit nobis omnia.

XXV. Dum nos autem consultaremus quid esset faciendum, fit mane: & ecce Defensor populi cum C Irenarchis & duobus primoribus, Timotheo & Epiphaneo & aliis multis, venientes incipiunt clamare & tumultuari, dicentes: Cur intulistis mortuum in civitatem, cum patriæ leges hoc prohibeant? Interim autem contumelia quoque afficiebant beatum episcopum. Nos vero cum tumultum audivissemus, egressi sumus: & cum nos vidissent, cœperunt me verberare & pium Cornelium diaconum. Cum autem eos qui erant ex populo, vocassemus in testimonium, sanctissimus episcopus os nobis obstruebat, unumquemque rogans & admonens, ne irascerentur tam inconsiderate. Illi vero impii, quo magis rogabantur, eo magis furebant, & virum sanctum afficiebant contumelia. Cum igitur pergerent tumul- D tuari, confirmatur & corroboratur pius Barochas, & impletur divino zelo, surgitque & arripit fustem, & incipit verberare eos qui incidebant: & eos invadit metus, & incipiunt cadere unus super alium fugientes, eosque est persecutus usque ad id quod tunc erat Marnejum; revertiturque cum magna victoria novus noster Samson, stratis ipse quoque mille alienigenis. Ab illo ergo tempore ipsum timebant idololatræ, & nec ejus quidem nomen audire poterant. Brevi autem post tempore dignati fumus ordine diaconatus, ego & pius Barochas: ego quidem plane indignus qui eum assequerer; ille vero meritissimo jure id assecutus.

C A P U T IV.

Edicto imperatoris templa idolorum clausa. Puerpera ope S. Porphyrii adjuta. Conversio infidelium.

XXVI. Videns autem sanctus pater noster Porphyrius nefaria quæ quotidie fiebant ab idololatris, statuit me mittere Byzantium, ut peterem ab imperatoribus, ut diruerentur templa simulacrorum: Gazæ enim adhuc maxime celebrabatur, quod vocatur Marnejum. Et scriptis litteris ad sanctissimum episcopum Constantinopolitanum cujus laus & gloria memoratur ab omnibus, navigavimus, & spatio viginti dierum eo pervenimus: & redditis litteris [1] beato Joanni, ore eum omnia docui. Cum primum autem audivisset, id significavit [2] Eutropio cubiculario, qui tunc erat assiduus apud imperatorem Arcadium. Cumque ei legisset epistolas beati episcopi, & petiisset ab eo ut concurreret cum litteris; acceptis ab eo promissis, exiit, & dixit mihi: Quieto animo esto, o filii. Spero enim in Dominum Christum, quod suam, sicut solet, sit facturus misericordiam. Ego vero non cessabam quotidie eum admonere: ille autem mittebat & instabat Eutropio. Septem vero post diebus pronuntiatur edictum imperatoris, ut clauderentur simulacra Gazæorum civitatis, & ne consulerentur amplius. Traditur autem hic jussus in manus cujusdam Hilarii, hominis [3] subadiubæ magistri.

XXVII. Ego vero tribus post diebus egressus sum Byzantio, & spatio decem dierum pervenio in civitatem Gazæorum, septem diebus præveniens Hilarium. Inveni autem sanctissimum Porphyrium ægrotantem. Postquam vero ei tradidi responsum beatissimi Joannis episcopi Constantinopolitani, & id legit, lætitia affectus convaluit a febre. Dicebat autem se in morbum incidisse ex multa afflictione idololatrarum. Septem vero post diebus venit dictus Hilarius, habens duos [4] commentarienses consulatus & multos adjutores ex Azoto & Ascalone & omnes ministros publicos. Statim autem comprehendit tres primores, & accepta ab eis satisdatione, ostendit eis divinum edictum, quod jubebat ut clauderentur idolorum templa Gazæ civitatis, & eversis omnibus quæ erant in eis, simulacris, ea clausit. Marnæ vero simulacrum sivit latenter consuli, pro eo plurimis acceptis pecuniis. Rursus autem faciebant, ut solebant, idololatræ nefaria.

XXVIII. Contigit vero aliud fieri miraculum, quod multos provocavit ut venirent ad cognitionem veritatis. Deus enim, ut qui sit clemens & misericors, scit per occasiones convertere genus homi- E num ad lucem suam quæ mente percipitur. Fuit autem ejusmodi id quod accidit. Mulier quædam clara in civitate, nomine Ælia, cum esset paritura, incidit in magnum periculum. Fuit autem hæc

a Act. xi. 14.

1. Chrysostomus, qui anno 398. 26. Febr. consecratus est episcopus: quo etiam anno hæc legatio contigit.

2. Flavius Eutropius eunuchus, tum cubicularius, anno sequente 399. cum Manlio Theodoro consulatum adeptus; sed factione Gaynæ insignibus exutus, Chalcedone securi percussus est. Zosimus lib. V. Socrates lib. VI. cap. V. Sozomenus lib. VIII. cap. VII.

3. *Subadiubæ*, aut potius *Subadiuvæ*, qui & *Adjutores* nominantur in Notitia Imperii sect. 41. *Adiutor*, *Subadiuvæ Adiutoris*, *Subadiuvæ fabricarum diversarum*, dicuntur etiam *Subadiuvantes*. Baronius an. 389. num. 108. edidit *hominis coadiutoris magistri officiorum*: sed minus recte. Dabantur, & *Adiutor* magistro officiorum, & *Subadiuva Adiutoris*, laboris levandi gratia, qui vel valetudine aliave re impeditis, vel multitudine negotiorum obrutis opem ferrent. Cassiodorus 6. Variarum 7. & L. 3. Cod. de diversis officiis.

4. Inter varia commentariensium genera hi videntur Apparitores fuisse, qui judici pro tribunali sedenti sistebant reos, & quibus horum custodia atque exhibitio demandata erat: uti Acta martyrum testantur.

cauſſa periculi. Fetus ejus non exibat ſecundum naturam, ſed converſus erat ad id quod eſt præter naturam; & cum unam manum emiſiſſet, non poterat reliquum corpus educi: erat enim obliquum in utero, nec poterant obſtetrices id deducere ad id quod eſt ſecundum naturam. Cruciabatur vero mulier dolore ineffabili, fetum tunc impellentibus ad enixum doloribus. Fuit autem majus dolorum incrementum, cum ſucceſſiſſet primo ſecundus dies, & ſimiliter tertius dies majorem dolorem attuliſſet, quam ſecundus. Creverunt autem dolores uſque ad ſeptem dies, ſemper additamentum malo accipiente. Quin etiam voluerunt medici ejus fetum exſecare: ſed cum vidiſſent eis virtutem cecidiſſe, omnem ſpem plane abjecerunt. Ejus ergo parentes & maritus ejus Heros, cum eſſent dæmonum dediti ſuperſtitioni, pro ea quotidie faciebant ſacrificium. Adducebant etiam incantatores & vates, exiſtimantes ſe ex eis utilitatis aliquid accepturos: ſed nihil id proderat.

XXIX. Erat autem ei fidelis nutrix, quæ affecta maxima animi ægritudine, pro ea fundebat preces in ædibus oratoriis. Quodam ergo die ea in eccleſia orante cum lacrymis, ingreſſus eſt ſanctus Porphyrius circa horam nonam, & ego quoque cum eo. Videt autem anum triſtem, Deum orantem cum lacrymis, ſtanſque eam rogavit cauſſam. Illa vero cum contemplata, procidit ad ejus pedes, rogans eum ut pro ipſa rogaret Chriſtum. Poſtquam autem cognovit Sanctus cauſſam a muliere, ipſe quoque eſt lacrymatus: erat enim ſumme miſericors. Dicit vero nutrici: Audio illam domum eſſe deditam cultui ſimulacrorum, & ſervari poſſe difficiliter: ſed tamen Deus poteſt omnia. Etenim per occaſionem ſervat eos, qui erant perituri. Abi ergo, & congrega omnes cognatos & parentes & maritum, & dic eis: Quoniam eſt heic optimus medicus qui poteſt eam curare, ſi effecerit ut ea evadat hoc periculum, quid ei dabitis? Sunt autem omnino tibi multa polliciturі. Dic vero eis hoc quoque: Si eam curaverit, hoc quoque mihi promittite, quod eum non falletis, nec ibitis ad alium. Fac eos omnes extendere manus ad cælos, & promittere eos eſſe facturos omnia quæ ſunt polliciti. Et quando hæc fecerint, dic parturienti mulieri coram omnibus: Sanat te Jeſus Chriſtus filius Dei vivi: crede in ipſum, & vives.

XXX. Cum autem audiviſſet anus, quod beatus dixerat epiſcopus, iſque eam Deo commendaſſet, cucurrit domum: & cum inveniſſet omnes flentes & mulierem in extremo periculo, rogavit ejus parentes & maritum, ne angerentur animo. Dixit autem: Me ad vos miſit optimus medicus, ut mihi promittatis, quod ſi ea curetur, ipſum non negabitis. Cum vero audiviſſent ejus parentes & mariti, dixerunt: Si voluerit omnes noſtras facultates accipere, non recuſabimus: videamus ſolum vivam noſtram filiam. Dixit autem nutrix: Manus veſtras in cælum extollite, & fidem date vos non eſſe negaturos medicum. Illi vero alacri animo & cum lacrymis manus extenderunt, dicentes: Toto tempore vitæ noſtræ ejus erimus. Quamnam enim conſolationem habituri ſumus, ſi ea decedat? Erat enim eis unica, ſcitaque & elegans moribus, ſi ulla alia. Cum hoc autem audiviſſet nutrix, magna voce dixit coram omnibus: Dicit magnus ſacerdos Porphyrius: Jeſus Chriſtus filius Dei vivi te curat: crede in eum, & vives. Statim vero mulier cum valde ejulaſſet, edidit fetum vivum.

XXXI. Omnes autem qui illic ſunt inventi, obſtupefacti exclamaverunt: Magnus eſt Deus Chriſtianorum: magnus eſt ſacerdos Porphyrius. Die autem ſequenti parentes mulieris & maritus & cognati & omnes neceſſarii, euntes ad beatum Porphyrium, prociderunt ad ejus pedes, petentes Chriſti ſignaculum. Beatus vero cum eos ſignaſſet & feciſſet cathecumenos, dimiſit illos in pace, præcipiens eis ut vacarent ſanctæ eccleſiæ: & paullo poſt cum eos catecheſi inſtituiſſet, baptizavit etiam infantem cum muliere. Vocavit autem nomen ejus Porphyrium. Qui fuerunt vero illuminati propter occaſionem mulieris, erant numero ſexaginta quatuor.

CAPUT V.

Iter Conſtantinopolitanum S. Porphyrii cum archiepiſcopo Cæſarienſi. Rhodi apud Procopium anachoretam, Conſtantinopoli apud S. Joannem Chryſoſtomum & Amantium cubicularium imperatricis geſta.

XXXII. Quo magis autem videbant idololatræ multiplicari Chriſtianos, eo magis efferebantur, & non ſinebant eos obire officia civilia: ſed eis utebantur tamquam malis famulis. Videns autem rurſus beatus Porphyrius magnam injuriam quæ fiebat Chriſtianis, & non ferens, adſpiciens vero probris & contumeliis appetitos; proficiſcitur Cæſaream ad beatum Joannem archiepiſcopum, & rogat eum cum lacrymis, ut præbeat ei quietem. Dicebat enim, ſe non poſſe amplius pati gravia & abſurda quæ fiebant a Gazæis. Beatus autem Joannes cum audiviſſet, rogabat eum, ut æquo & forti animo pateretur, & retineret epiſcopatum.


XXXIII. Reſpondens vero ſanctiſſimus Porphyrius, dixit ei: Te atteſtor coram Deo qui non eſt adſpectabilis, & ſpem noſtram Jeſum Chriſtum, Dominum omnis rei creatæ, & adorandum & vivificum ſanctum Spiritum, ne deſpicias meam petitionem, ne requiratur a nobis interitus animarum innumerabilium. Sed rogo te, pater, ut mecum naviges ad urbem regiam, ut rogemus imperatores, Rege cæleſti annuente, ut evertant templa idolorum. Reſpondens autem beatus Joannes dixit ei: Fili, juſta quidem eſt petitio, ſed non eſt aptum tempus: jam enim imminet converſio hiemalis. Reſpondit beatus Porphyrius: Si vult nos Deus eſſe & Gazæ populum convertere, poteſt etiam ſervare in hieme. Tu vero, pater, ejus fidens clementiæ & miſericordiæ, id velis; & iter nobis ſuccedet feliciter. Dicit ei beatus Joannes: Fiat voluntas Chriſti.

XXXIV. Poſtquam autem beatus Joannes eſt ei pollicitus, ſcribit ad me, ut quam primum venirem Cæſaream, & afferrem mecum tres libros, & quadraginta tres nummos qui ei reſtabant ex reditu ſanctæ eccleſiæ. Ego vero acceptis litteris, cum ſumſiſſem libros & nummos, protinus ſum egreſſus: & cum veniſſem Cæſaream, inveni ſanctiſſimos epiſcopos paratos ad navigandum; & cum poſt duos dies ſolviſſemus, navigamus viceſimo tertio menſis ... [1]; & cum Dei benignitate fuiſſet nobis ſecunda navigatio, ſpatio decem dierum [2] appulimus

1. *Peritii*, cujus dies 23. apud Gazæos incidit in 17. Febr. uti apud Ægyptios *Barmahath*. Non autem ſubſtituendus *Februarius*, uti ex Baronio ad marginem Surianæ tertiæ editionis factum.

2. Die 27. Febr.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



ad Rhodum insulam. Erat autem tunc in insula, A in aversa ejus parte, quidam monachus nomine Procopius, qui nunc est relatus in numerum Angelorum. Dormiit enim quinque ab hinc annis, cum vixisset vitam nulli culpæ affinem, in jejuniis & vigiliis & summa paupertate. Habebat vero donum quoque prophetiæ & virtutem expellendi dæmones. Cum nos autem, ut dictum est, Rhodum appulissemus, & audivissemus de vita sancti viri, necessarium duximus eum non præterire, sed ejus angelica frui consuetudine: & cum rogavissemus, ubinam haberet monasterium, ad eum profecti sumus, navigantes in cymba: & cum pervenissemus, pulsavimus ostium. Statim autem egressus, per se nobis aperuit, etiamsi haberet apud se alium discipulum.

XXXV. Cum autem adspexisset sanctissimos episcopos, procidens in terram, eos adoravit. Deinde surgens, me quoque est osculatus & pium Eusebium diaconum, quem secum ducebat sanctus Joannes archiepiscopus: & cum nos introduxisset in oratorium, retrocessit, dans priorem locum beatissimis episcopis, dicens: Decet vos sacerdotes habere priorem locum: me autem humilem & abjectum, & qui ordinationem non sum affecutus, posteriorem. Tunc cognovimus sanctissimum Procopium esse perspiciendi potestate [1] præditum. Cum enim nos numquam adspexisset, neque de nobis audivisset, cognovit per C Spiritum eos esse episcopos, beatissimos, inquam, Joannem & Porphyrium; & ideo eos affecit honore dicendi preces priori loco. Deinde post preces sedimus; & cum esset nobis locutus multa animæ utilia, rogavit caussam susceptæ itineris molestiæ. Beatus vero Porphyrius ei omnia narravit de Gazæis: quantus sit eorum furor in colendis simulacris, & quam multa mala ab eis patiantur Christiani: & quod ea de caussa ascendunt, ut rogent imperatores, ut evertantur templa idolorum.

XXXVI. Cum autem audivisset sanctus Procopius anachoreta, dixit: Domine Jesu Christe, converte tuos famulos a fraude diabolica ad fidem illuminatam. D Deinde dicit sanctissimis episcopis: Ne sitis anxii animo, o patres: Deus enim qui novit zelum vestræ fidei, iter vobis diriget, & dabit omnia quæ sunt vobis cordi. Agite ergo, ea vobis dabo monita quæ Deus revelavit meæ humilitati. Primum convenite sanctissimum episcopum Joannem, & cum eo preces ad Deum fundite, & ei rem exponite: & ipse est vobis consulturus ea quæ ipsi revelavit Dominus. Non potest enim loqui in palatio, quoniam ei irascitur imperatrix Eudoxia. Ipse ergo vos commendabit Amantio cubiculario dominæ, viro pio & qui habet in honore sacerdotes: ipse vos introducet ad imperatricem; & quando ad eam ingressi fueritis, vos est benigne exceptura. E Exponite ergo ei rem universam, & jubete eam valere, & exite. In secundo autem ad eam ingressu, postquam vos eam hujus rei admonueritis, dicite ei: Speramus in Christum filium Dei, quod si rei præsenti studueris, est tibi daturus filium masculum. Cum hoc autem audierit, est læta futura; est enim prægnans; & hic est mensis nonus ex quo concepit: & est factura omnia, ut rem vobis reddat effectam Deo annuente.

XXXVII. Nos autem cum audissemus quod dixerat vir sanctus, & credidissemus iis quæ fuerat locutus, & ipse nos Deo commendasset, egressi sumus: & solventes illo die, navigavimus: & post alios decem dies [2] pervenimus Byzantium: & accepto hospitio, die sequenti ivimus ad sanctissimum archiepiscopum Joannem. Cum vero cognovisset quinam essemus, nos accepit magno honore & observantia. Nos autem rogavit, quanam de caussa hunc viæ laborem sustinuimus, & ei narravimus: & cum cognovisset, recordatus est nos longo ante tempore hoc rogasse litteris [3]: & cum me agnovisset, benigne est complexus. Rogat vero nos, ne angamur animo, sed spem habeamus in Dei misericordia. B Dixit autem nobis: Ego quidem non possum loqui cum imperatore; eum enim in me irritavit imperatrix, quoniam eam reprehendi propter [4] possessionem, quam cum concupiisset, eripuit. Et mihi quidem non est hoc curæ, quod irascantur. Se ipsos enim læserunt, non me. Nam & si lædant meum corpus, animæ multo magis proderunt: hoc tamen relinquamus Dei misericordiæ. De nostro autem edicto, si videatur Domino, cras accersam eunuchum Amantium, qui est eunuchus imperatricis & multum potest apud eam, & est vere Dei servus; & ei rem exponam, & est magnum studium adhibiturus Deo annuente. Nos vero, cum ille sic nobis promisisset, & nos Deo commendasset, ivimus in nostrum hospitium.

XXXVIII. Die autem sequenti, ivimus ad Sanctum, & invenimus apud eum cubicularium Amantium: rei enim nostræ curam gesserat; & eo accersito, de re nostra eum docuerat. Postquam autem ingressi sumus & cognovit Amantius nos esse eos de quibus cum ipso fuerat locutus, surgens adoravit sanctissimos episcopos, facie inclinata in terram. Illi vero cum cognovissent quisnam esset, eum sunt complexi & osculati. Porro autem eis quoque jussit sanctissimus episcopus Joannes, ore proprio cubicularium docere de re sua. Sanctissimus autem Porphyrius ei omnia narravit de idololatris, quemadmodum libere & confidenter faciunt res nefarias: & quemadmodum affligunt & vexant Christianos. Ille vero audiens flevit, & impletur zelo divino, & dicit eis: Ne sitis anxii, patres. Dominus enim Christus est defensurus suam religionem. Orate ergo vos, & ego loquar cum augusta, & spero in Deum universorum, fore ut consuetam suam faciat misericordiam. Die autem crastino vos ad eam introducam, & ipsa ore vestro a vobis docebitur, quæ vultis: invenietis vero eam a me prius instructam. Cum hæc autem dixisset, nobis valere jussis recessit. Nos quoque, cum multa spiritalia locuti essemus cum sanctissimo archiepiscopo Joanne, isque nos Deo commendasset, recessimus.

CAPUT VI.

Benignum colloquium S. Porphyrii cum imperatrice. Nativitas Theodosii junioris.

XXXIX. Die vero [5] sequenti nos accersit cubicularius Amantius per duos decanos, ut iremus in palatium: & surgentes, propere ivimus: invenimus autem ipsum nos exspectantem; qui accepit duos episcopos, & eos introduxit ad augustam


1. Baronius addit *occulta*.
2. Die 9. Martii ac 10. factum colloquium cum sancto Chrysostomo, die 11. cum Amantio cubiculario.
3. De zelo sancti Chrysostomi ut idola in Phœnicia dejicerentur, agit Theodoretus lib. V. Hist. Eccl. cap. XXIX.
4. Intelligitur ager seu vinea viduæ Theognosti vi ab imperatrice ablata; de qua re omnes Vitæ sancti Chrysostomi scriptores agunt.
5. Die 12. Martii.

Eudoxiam. Poſtquam vero eos adſpexit, prior ſalu- A tavit, dicens: Benedicite patres. Illi autem eam adoraverunt. Sedebat vero ſuper aureum lectum, & dicit eis: Ignoſcite mihi, ſacerdotes Chriſti, propter ventris quæ me premit, neceſſitatem. Debebam enim in veſtibulo occurrere veſtræ ſanctitati: ſed propter Dominum orate pro me, ut quod eſt in utero, in lucem edam cum Dei benignitate. Sanctiſſimi autem epiſcopi admirati tantam ejus demiſſionem, dixerunt: Qui benedixit uterum Saræ & Rebeccæ & Eliſabeth, benedicat & vivificet id quod eſt in tuo ventre.

XL. Poſtquam vero locuti ſunt alia quoque verba ſpiritalia, dicit: Scio cur hunc viæ laborem ſu- B ſceperitis: me enim prius docuit Amantius eunuchus. Quod ſi vos quoque me vultis docere, jubete patres. Juſſi autem, docuerunt omnia quæ pertinebant ad idololatras, quemadmodum ſecure faciebant res impias, & quemadmodum ſua potentia opprimebant Chriſtianos, non ſinentes eos obire ullum officium publicum, neque ſua prædia colere, ex quibus vectigalia publica pendunt imperatoriæ potentiæ. Cum hæc audiviſſet imperatrix, dixit: Ne ſitis anxii, patres: ſpero enim in Dominum Chriſtum filium Dei, fore ut perſuadeam imperatori ea facere quæ decent veſtram ſanctam fidem, & vos hinc dimittat compotes deſiderii. Abite ergo & vos reficite; eſtis enim deſatigati: & orate, C ut Deus opem ferat meæ petitioni. Cum hæc autem dixiſſet, juſſit afferri pecunias: & cum accepiſſet circa tres pugillos, dedit ſanctiſſimis epiſcopis, dicens: Hæc interim accipite ad expenſas. Epiſcopi vero his acceptis, cum multum ei benedixiſſent, exierunt. Exeuntes autem, magnam pecuniæ partem diſtribuerunt decanis qui præerant portis, adeo ut paucæ apud eos remanerent.

XLI. Imperatrix vero, cum imperator eſſet ad eam ingreſſus, docuit eum negotium epiſcoporum: petiit autem, ut everterentur templa Gazæ. Imperator vero cum audiiſſet, ægre tulit, dicens: Scio illam civitatem eſſe deditam cultui ſimulacrorum; D ſed eſt in nos grato animo in penſitandis vectigalibus publicis: quæ quidem confert plurima. Si ergo eorum templa repente diruamus, metu ſe in fugam conjicient, & perdemus tantum canonem. Sed ſi videtur, eos particulatim affligamus, idololatris adimentes dignitates & alia civilia officia; & jubeamus templa eorum claudi, & non amplius celebrari. Cum enim afflicti fuerint, ad omnes redacti anguſtias, agnoſcent veritatem. Nam quod exſuperat, ſi idem ſit repentinum, grave eſt iis qui ſunt ſubjecti. Imperatrix autem cum id audiiſſet, fuit magno dolore affecta: erat enim acris & fervens in fide. Imperatori vero hoc ſolum reſpondit: Dominus eſt opem laturus ſervis ſuis Chriſtianis, ſeu nos velimus, ſeu nolimus. Hæc nobis narravit pius Amantius cubicularius.

Sæcl. V. circa Ann. Chr. 422.



XLII. Die autem [1] ſequenti accerſiit nos auguſta; & cum de more prior ſalutaſſet ſanctos epiſcopos, juſſit eos ſedere. Poſtquam vero locuti eſſent multa verba ſpiritalia, dicit eis: Locuta ſum cum imperatore, & aliquantum ægre tulit. Sed ne animo angamini: Deo enim volente, non ſum ceſſatura, donec vobis ſatisfiat, & egrediamini aſſecuti veſtrum qui eſt ex Deo, ſcopum. Epiſcopi autem his auditis, adorarunt. Stimulatus vero ſanctus noſter Porphyrius, recordatus ejus quod dixerat beatiſſimus Procopius anachoreta, dixit imperatrici: Labora propter Chriſtum, & ipſe pro tuo labore tibi eſt daturus filium, qui vivet & imperabit, te vidente, & eo fruente multos annos. Cum hoc audiviſſet imperatrix, [2] repleta eſt lætitia, & ruber evaſit ejus vultus, & ei acceſſit major ea quam habebat, pulcritudo: ea enim quæ apparent, oſtendunt ea quæ latent.

XLIII. Dicit itaque ſanctiſſimis epiſcopis: Orate patres, ut, quomodo dixiſtis, Deo volente, pariamus maſculum: & ſi hoc factum fuerit, polliceor vobis me facturam omnia quæ petitis. Quin etiam aliud quoque quod non petiiſtis, ſum factura, Chriſto annuente: ſanctam enim eccleſiam ædificabo Gazæ in medio civitatis. Abite ergo in pace, & quieſcite, aſſidue pro me rogantes, ut cum Dei benignitate pariam: & paullo poſt id implebo. Cum ergo valedixiſſent epiſcopi, & eam Deo commendaſſent, egreſſi ſunt ex palatio. Precabamur autem, ut pareret maſculum: credebamus enim ei quod dixerat ſanctus Procopius anachoreta, & ibamus quotidie ad ſanctiſſimum Joannem archiepiſcopum, & fruebamur ſanctiſſimis ejus eloquiis [a] dulcioribus ſuper mel & favum. Veniebat vero ad nos Amantius cubicularius, aliquando quidem ferens reſponſa imperatricis, aliquando autem etiam, ut nos conveniret.

XLIV. [3] Paucis autem poſt diebus parit imperatrix [4] maſculum, & imponunt ei nomen Theodoſium, quod erat nomen ejus avi Theodoſii Hiſpani, qui imperavit ſimul cum [5] Gratiano. Natus vero junior Theodoſius, fuit in lucem editus in purpura. Unde etiam cum primum fuiſſet natus, fuit renuntiatus [6] imperator. Fuit autem magna lætitia in civitate: & fuerunt quidam miſſi per civitates qui hæc renuntiarent, donaque & munera erogarent. Domina vero cum primum peperiſſet, & ſurrexiſſet e cella puerperii, miſit ad nos

a Pſalm. xviii. 11.

1. Die 13. Martii.

2. Genuerat Eudoxia imperatrix hactenus tantum filias, nupta Arcadio auguſto V. *Kal. Maii Olybrio & Probino coſſ.* *Indict.* 8 an. 395. Eorum filiarum prima fuit *Flacilla*, nata *Cæſario & Attico coſſ. Indict.* 10. an. 397. die xv. *Kal. Julias*. Secunda fuit *ſancta Pulcheria*, nata xiv. *Kal. Februar. Theodoro & Eutropio eunucho coſſ. Indict.* 12. an. 399. Tertia autem filia *Arcadia*, nata V. *Idus Januar. Indict.* 13. *Stilicone & Aureliano coſſ.* an. 400. Quibus ſucceſſit quarta proles maſcula, *Theodoſius junior* an. 401. Quo dein *Theodoſio juniore & Himoride coſſ.* nata iv. *Idus Februarii Marina*, quarta filia an. 403. Quæ exacte referuntur in Chronico Alexandrino & in Chronico Marcellini. Colitur *ſancta Pulcheria* imperatrix 10. Sept.

3. Utinam hi *pauci dies* numerati forent! An decem dandi, quibus cum Amantio potiſſimum actum? *Si pauciores dies* accipi poſſint, tum citius etiam natus eſt Theodoſius.

E 4. Natus videtur Theodoſius 23. *Martii*, ſive X. *Kal. April.* eratque ſabbatum ante dominicam iv. Quadrageſimæ, *Lætare* modo appellatam. Socrates lib. vi. cap. vi. omiſſa voces *Kalendas*, ſcribit *decima Aprilis* natum, Τῇ δεκάτῃ τοῦ Ἀπριλίου μηνός. Socratem deſcripſit auctor Chronici Alexandrini, in quo dicitur natus πρὸ δ΄. Ἰδῶν Ἀπριλίων. iv. *Idus Aprilis*: cadebat is tunc in feriam iv. hebdomadæ ſanctæ ante feſtum paſchæ. Marcellinus in Chronico natum ait III. *Idus Aprilis*; ergo feria quinta in Cœna Domini. Quæ ex ſequentibus refutantur.

5. Fuit Theodoſius magnus a Gratiano imperator declaratus anno 379. mortuus an. 395. ſex annis ante hujus Theodoſii nativitatem.

6. Id eſt, acclamatus imperator ac purpura tectus. Solemnis inauguratio, ſi Chronico Alexandrino fidendum, facta eſt ad Hebdomum anno ſequenti iv. Idus Januar. Indict. iv.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.

Amantium, dicens nobis per ipsum: Ago Christo A gratias, quod per vestras sanctas preces Deus mihi donavit filium. Precemini ergo, patres, illi vitam & mihi humili & abjectæ, ut impleam ea quæ sum vobis pollicita rursus, ipso volente Christo, per sanctas vestras preces.

XLV. Cum autem impleti essent septem dies a puerperio, nos [1] accersit, & nobis occurrit in porta cubiculi, portans infantem in purpura. Inclinavit vero caput, dicens: Benedicite patres mihi & filio, quem donavit Dominus per sanctas vestras preces. Infantem quoque tradit, ut ipsum signarent. Sancti autem episcopi & ipsam & infantem signarunt signo crucis: & cum precati essent, sederunt. B Postquam autem ipsi locuti essent multa verba plena compunctione, dicit eis domina: Scitis patres, quid de re vestra statui facere? Dominus vero meus Porphyrius respondens, dixit: Quæcumque statuisti, ex Deo statuisti: etenim in hac nocte revelatum fuit meæ humilitati per visionem, me esse Gazæ, & stare in delubro quod illic vocatur Marnium, & tuam pietatem mihi tradere evangelium, & dicere: Accipe, lege. Ego autem cum aperuissem, inveni locum illum, in quo dicit Dominus Christus Petro: [a] *Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam: & portæ inferi non prævalebunt adversus eam.* Tu vero, domina, respondens dixisti: Pax tibi, esto fortis & C strenuus. Post hæc autem sum excitatus: & ex hoc persuasum habeo, fore, ut Dei Filius tui animi instituto opem ferat. Dic vero nobis, domina, quid statueris.

XLVI. Imperatrix respondens, dixit: Si Christo placuerit, paucis post diebus dignabitur infans sancto baptismate. Ite ergo, & facite supplicationem & petite in ea, quæcumque volueritis: & quando egressus fuerit infans ex venerando baptismate, tradite supplicationem ei qui ipsum portabit: ego autem docebo eum, quid facere oporteat: & spero in Dei Filium, eum rem totam esse dispensaturum e voluntate suæ clementiæ. Nos autem his promis- D sis ab ea acceptis, cum ei & infanti multum benedixissemus, egressi sumus, & euntes fecimus supplicationem, in charta multa ponentes, non solum eversionem simulacrorum, sed etiam privilegia dari sanctæ ecclesiæ & Christianis, & præberi reditum: erat enim pauper sancta ecclesia.

CAPUT VII.

Baptismus Theodosii junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata S. Porphyrio munera.

XLVII. Cum autem dies præteriissent, venit [2] dies, in quo erat illuminandus novus imperator Theodosius: erat vero coronata & E ornata universa civitas holoserico & auro & omni ornamento, adeo ut non posset quispiam explicare ornatum civitatis. Quin etiam [3] fluctuantem habitatorum multitudinem licebat intueri variatam multiplici & diverso genere vestium. Non est autem mearum virium dicere splendorem illius ornatus, sed illorum qui sunt in dicendo exercitati: ego vero transibo ad præsentem veram conscriptionem. Baptizato juniore Theodosio, & ab ecclesia egresso in palatium, licebat rursus intueri virtutem eorum qui præerant multitudini, & vestem eorum refulgentem: erant enim omnes candidati, ut existimaretur multitudo esse nive repleta. Præcedebant autem patricii, illustres & omnis dignitas cum ordinibus militaribus, omnes portantes cereos, ut putarentur astra cerni in terra. Erat vero prope infantem qui portabatur, ipse quoque imperator Arcadius, vultum habens hilarem & nitidum magis quam ea quam gestabat, purpura. Unus autem ex proceribus portabat puerum in splendida veste. Nos vero admirati sumus, videntes tantam gloriam. Dicit autem nobis sanctus Porphyrius: Si ea quæ paullo post evanescunt, tantam habent gloriam; quanto magis cælestia quæ sunt parata sanctis, [b] *quæ nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascenderunt?* Stetimus autem nos in vestibulo sanctæ ecclesiæ, habentes etiam chartam supplicationis.

XLVIII. Postquam vero fuit egressus a baptismate, exclamavimus dicentes: Rogamus tuam pietatem, chartam quoque porrigentes. Cum autem adspexisset is qui gestabat puerum, & cognoscebat rem nostram, (eam enim prius didicerat a domina) jussit chartam ei accipi: & cum accepisset, constitit. Jussit autem fieri silentium, & cum solvisset, legit partem: & cum involvisset, subjecit manum capiti infantis: & cum id inclinasset, clamavit coram omnibus: Jussit ejus potentia ea fieri, quæ sunt in supplicatione. Omnes autem cum adspexissent, sunt admirati: & adorabant imperatorem, eum beatum pronuntiantes, quod dignus esset habitus qui videret in vita filium imperantem: exsultabat autem audiens. Imperatrici quoque Eudoxiæ fuit annuntiatum, quod factum fuerat propter suum filium. Lætata est autem, & genibus flexis Deo egit gratias.


XLIX. Ingresso vero infante in palatium, ei occurrit domina, & eum accepit & osculata est: & eum portans, ipsum quoque salutavit imperatorem, dicens: Beatus es, domine, propter ea quæ viderunt oculi tui in vita tua: & imperator lætabatur audiens. Cum autem imperatrix eum vidisset hilarem, dixit: Si videtur, sciamus quidnam continet supplicatio: ut omnino fiant quæ in ea continentur. Imperator vero jussit legi chartam: & postquam lecta fuit, dixit: Gravis quidem est petitio; sed gravior est recusatio, quoniam hæc est prima jussio nostri filii. Dicit autem ei domina: non solum prima jussio, sed etiam in hoc sancto habitu & pietatis gratia supplicatio, & petita a viris sanctis. Vix tandem annuit imperator, cum domina valde ei instaret. Hæc omnia renuntiavit nobis pius Amantius.

L. Die autem [4] sequenti nos accersit imperatrix: & cum de more prior salutasset sanctos episcopos, jussit sedere, & dixit eis: Vestris precibus concessit mihi Deus rem vestram; idque factum fuit ejus auxilio: vidistis autem, quanam via & ratione sum usa. Sed si videtur, crastino die accersam quæstorem, & coram vobis jubebo, ut convenienter ei quod continet supplicatio, fiat rescriptum divinum ex nomine duorum imperatorum: & ut semel dicam, faciat omnia quæ consequuntur. Episcopi au-

a Matth. XVI. 18. *b* I. Cor. II. 9.

1. Die 30. Martii, pridie dominicæ Passionis.
2. Forsan circa diem 4. Aprilis.
3. *Inundavit.*
4. Die 5. Aprilis.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 422.



tem, his auditis, ei multum benedixerunt & ejus filio & imperatori. Cumque multa alia differuissent animæ utilia, postquam valedixissent, exierunt. Die vero [1] sequenti arcessit quæstorem & nos. Dicit autem ei: Accipe hanc chartam, & convenienter ei quod in ea continetur, divinum rescriptum manda litteris. Quæstor vero accepta charta, divinum rescriptum dictavit celeriter nobis præsentibus. Ei autem suggessimus, ut duces & consulares & res eorum deputaret ad ferendam nobis opem. A

LI. Postquam vero perfectum fuit divinum rescriptum & subscriptum, rogavimus dominam, ut hoc negotium mandaretur alicui viro illustri. Jussit autem Amantio quærere virum bono zelo præditum B Christianum, cui hoc negotium deberet committi. Multi enim ex iis qui tunc erant in dignitatibus, simulate habebant fidem, de quibus sumsit pœnas divina justitia. Cum enim rescivissent imperatores, eos non recte se habere circa fidem intemeratam, eos privarunt suis dignitatibus, eosque & in corpore punierunt, & mulctarunt pecuniis: hæc autem facta fuerunt antea. Quocirca jussit augusta negotium nostrum committi viro orthodoxo. Commissum vero fuit cuidam, nomine [2] Cynegio ex consistorio, qui fuit vir admirabilis & fide fervens. Eo autem accersito, jussit augusta, ut omnia idola usque ad solum everteret, & igni traderet. Porro ei quoque manu sua dedit pecunias, dicens: Accipe ad sumtus, & nihil capias a sanctissimis episcopis. Cum talia autem mandata accepisset a domina, egressus est promtior & alacrior. C

LII. Cum transegissemus vero reliquum hiemis, & fecissemus sanctos dies festos [3] paschales & diem resurrectionis, parabamus nos ad navigandum. Rogavimus autem admirabilem Amantium, ut id significaret dominæ, ut eam juberemus valere. Ille vero cum hoc audiisset, fuit magno dolore affectus, propterea quod nos essemus navigaturi: nos enim tantum dilexit, ut ipse rogaret dominam, ut eum dimitteret ad orandum in sanctis & venerandis locis. Timebat autem domina eum dimittere: ne si D illuc iret, fieret monachus, & ibi maneret. Sciebat siquidem viri vitam: erat enim re vera nulli culpæ affinis, multas præbens eleemosynas, & perpetuo jejunans, & multos hospitio accipiens & concurrens ad pios usus. Hactenus quidem de pio Amantio. Dominæ vero de nobis significavit, & ingressi sumus ad eam, & dicit sanctissimis episcopis: Quando Deo volente navigabitis? Illi autem dixerunt: Propterea sumus ingressi, ut juberemus tuam valere potentiam. Illa autem dixit: Recordamini semper mei, & mei filii.

LIII. Jussit vero protinus afferri pecunias. Quæ cum fuissent allatæ, dixit domino meo episcopo E Porphyrio: Accipe pater hæc [4] ducenta .... & ædifica quam sum pollicita, ecclesiam in medio Gazæ: & significa mihi, si opus habueris pluribus pecuniis, & eas statim mittam. Construe autem xenodochium, ut excipias fratres qui veniunt in tuam civitatem, & tribus diebus eis sumtum præbeas. Dedit autem sanctissimo quoque Joanni aureos mille, & vasa pretiosa utrisque. Ad sumtus vero dedit utrisque ad centum aureos. Obtinuit autem prædictus sanctissimus Joannes episcopus Cæsareæ, quæcumque voluit privilegia ratione suæ ecclesiæ. Cumque precati essent, & multum benedixissent dominæ & ejus filio & imperatori, exierunt.

LIV. Rogarunt etiam, ut ingrederentur ad imperatorem. Imperator autem eos interrogavit, an essent omnino expediti, & an augusta eis aliqua donasset. Ipsi vero dixerunt: Sumus omnino expediti a sospite vestra pietate, & pia vestra conjuge, & a filio vestro quem Deus custodiat; fueruntque multa & magna nobis donata. Statim autem jussit etiam imperator præfectis, eis dare ex publicis vectigalibus Palæstinæ circa viginti libras auri. Dedit autem ipse quoque pro sumtibus circiter unum pugillum, qui inventus est continere circiter nummos quinquaginta. Cum vero ei quoque multum benedixissent, sunt egressi. * Egimus autem in civitate alios tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum; & post tres dies navem ascendentes, navigavimus Gazam, vicesimo tertio Xanthici, qui est apud Romanos [5] octavus decimus Aprilis. Præclarissimus vero post nos egressus est Cynegius, usus publico navigio.

CAPUT VIII.

Reditus sancti Porphyrii Gazam. Tempestas cælitus sedata. Solemnis in urbem introductio.

LV. PErvenimus autem Rhodum spatio quinque dierum; valde vero studebamus ire ad sanctum Procopium anachoretam. Cumque nos valde rogassemus nauclerum, ut nobis concederet tres horas, non concessit, dicens: Non possum ventum invenire tam secundum. Nos autem ei dicebamus: Possunt preces sancti viri nos servare, & dare nobis ventum secundum. Nauclerus autem indignatus, non admisit nostram petitionem. Sed cum aquati fuissemus, solvimus. Valde vero cruciabamur, quod non licuisset nobis eum convenire. Precibus ergo ab eo petimus, ut nobis ignosceret, & pro nobis oraret ut salvi essemus, & effectum redderemus opus quod fuerat nobis commissum.

LVI. Cum ergo Rhodo navigassemus, & duos dies in maris tranquillitate & serenitate felix fuisset nobis navigatio, repente oritur tempestas, ventique, & fulgura & tonitrua, & in altum tollebantur fluctus instar montium, & attollebatur navis, ut nos existimaremus eam nubes tangere. Erant autem clamores & lacrymæ & oratio ad Deum:

1. Die 6. April. Sabbato ante dominicam Palmarum, aut forsan citius hæc omnia contigerunt.


2. Baronius ad hunc annum 401. n. 31. arbitratur *Cynegium* esse, ad quem creatum præfectum prætorio exstant rescripta in Cod. Theod. lib. II. de Usuris: sed ea data Honorio & Evodio coss. an. 386. & mortuus est hic in consulatu suo an. 388. sepultus apud Apostolos XIV. Kal. April. teste Idatio. Potuit hic *Cynegius* alterius filius, nepos aut consanguineus fuisse.

3. Pascha Alexandrinum in Græcia & oriente observatum fuit 14. April. cyclo lunæ 3. solis 18. litt. Dominic. F. In Canone Paschali Victorii annotatur Pascha ad diem XI. Kal. Maii, seu XXI. Aprilis quo in occidente fuit observatum, non in oriente, ut ex sequentibus constat. Per *festos paschales* heic indicatos intelliguntur Cœna Domini, Parasceve, ac dein resurrectionis dies.

4. Baronius opinatur deesse auri librarum pondera. Græci in Menæis ista habent: *Κομίζεται παρὰ τῆς Αὐγούστης χρυσοῦ κεντενάρια δύω χάριν κτίσεως ἐκκλησίας, καὶ λόγῳ δαπάνης νομίσματα διακόσια. Donantur ab Augusta duo centenaria*, id est pondo, *auri, ad ædificandam ecclesiam, & ratione impensarum ducenta numismata*, pro quibus heic *centum aurei* leguntur. Centenarium Romanum æquivalere talento Græco docet Isidorus lib. XVI. cap. XIV. Acta autem hæc sunt 15. Aprilis postridie resurrectioni Domini.

5. Hic locus dicta præclare confirmat. Incidebat eo anno 18. dies Aprilis in feriam 5. post Pascha, erantque tres dies post alloquium imperatricis & imperatorum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



implorabamus quoque preces sancti Procopii anachoretæ. Cumque fuisset vespera, & tempestas non cessaret, permansimus vigilantes totam illam noctem: circa matutinum autem ex multa afflictione parum dormitarunt sanctissimi episcopi: & videt in somnis dominus meus Porphyrius sanctum Procopium anachoretam, dicentem eis: Naucleruum catechismo instituite & obsignate, (est enim ex exsecranda hæresi Arii) & efficite, ut ipse anathemate notet Arium & malam ejus fidem; & statim cessabit tanta tempestas. Propterea enim, quod sit ipse ex dicta hæresi, non concessit vobis, ut ad me veniretis. Eum tamen catechesi instituite: est enim rectam doctrinam a vobis accepturus.

LVII. Hæc cum audiisset sanctus noster Porphyrius, fuit excitatus; & nobis accersitis narravit, quæ viderat in somnis. Statim vero vocato nauclero, ei diximus: Vis navem tuam esse salvam, & nos omnes, & ante omnia tuam animam? Ille autem dixit: Non est hoc rogandum. Ei vero dixerunt episcopi: Abnega malam tuam fidem, & crede in rectam fidem: & salvus eris tu & navis, & omnes nos. Dicit eis nauclerus: Quoniam video vos habere præscientiam (comprehendistis enim quæ erant in corde meo, cum nemo id vobis renuntiaverit) ecce dico vobis: credo, ut creditis, & abnego hæresim Arii. Rogo autem vos, ut per otium me ex sanctis scripturis illuminetis in recta fide. Sancti vero episcopi eum acceperunt & obsignarunt, super eum fusis precibus, & eum quoque impertierunt divinis [1] sacramentis. Interim autem cessarunt fluctus; & feliciter navigavimus: & cum fuissemus in pelago alios quatuor dies, quinto mane adnavigavimus in maritimam partem Gazæorum, quam vocant [2] Majumam.

LVIII. Postquam autem descendimus, nos cognoscentes qui illic erant Christiani, exceperunt cum psalmodia. Similiter vero ex civitate quoque, cum audivissent, occurrerunt nobis, habentes signum venerandæ crucis, & ipsi psallentes. Commixti sunt autem qui erant ex duobus locis, & facti sunt non parvus populus: erant enim plures qui erant ex maritima, propterea quod haberent multos Ægyptios vini mercatores. Idolorum vero cultores videntes ea quæ fiebant, dissecabantur: sed nihil audebant facere, quoniam audiverant, in quanto honore fuissent habiti sanctissimi episcopi apud imperatores, & quod essent evertenda simulacra: & magna angebantur cura & animi ægritudine.

LIX. Postquam autem fuimus ingressi civitatem, in loco qui vocatur Tetramphodos, id est, quadrivium, stabat statua marmorea, & dicebant eam esse Veneris. Erat autem supra aram marmoream: statuæ vero effigies erat nudæ mulieris, quæ habebat aperta tota sua pudenda. Statuam autem in honore habebant omnes cives, maxime vero mulieres, lucernas accendentes, & ture suffientes. Dicebant enim eam in somnis respondere iis, quæ volunt inire matrimonium. Decipiebant autem se invicem mentientes. Sæpe vero jussi a dæmone contrahere matrimonium, tantum abfuit ut id recte eis procederet, ut inter eos fierent divortia, aut male cohabitarent. Hæc cognovimus ab iis qui fuerant aversi ab errore, & veritatem agnoverant.

A LX. Quin etiam nonnulli idololatræ, non ferentes calamitates gravium conjugiorum quæ jussi fuerant contrahere a dæmone Venere, succensentes, confessi sunt deceptionem. Tales enim sunt dæmones, ut qui decipiant, & nihil umquam veri dicant. Neque enim possunt aliquid certo præscire: sed ex verisimilibus præ se ferunt se præscire apud eos qui eis serviunt. Quomodo enim possunt verum dicere, qui exciderunt a veritate? Quod si in aliquibus contingit eos divinare, hoc fit ex eo quod evenit: quomodo etiam accidit in hominibus, ut sæpe quædam prædicant futura de re quæ est eventura. Ea ergo quæ ex iis quæ accidunt, successerunt, quod quidem raro fit, admiramur: quæ B autem conjectura non assequimur, quod quidem fit assidue, silemus. Hactenus quidem de dæmonibus & de eorum deceptione.

LXI. Cum nos ergo, ut dictum est, navigassemus in civitatem, & venissemus in locum in quo erat dictum simulacrum Veneris; portarent autem Christiani venerandum lignum Christi, hoc est, figuram crucis: videns dæmon qui habitabat in statua, nec videre sustinens signum quod ferebatur, turpiter egressus ex marmore, dejecit ipsam statuam, & confregit eam in multa fragmenta. Accidit vero, ut duo idololatræ starent prope aram in qua stabat statua: * & corruens, unius quidem ca- C put fregit in duas partes, alterius autem humerum & brachiale. Stabant enim ambo sanctum populum subsannantes.

LXII. Multi autem ex gentilibus, cum vidissent signum quod factum fuerat, crediderunt; & commixti cum laicis, una cum eis sunt ingressi in sanctam ecclesiam, nomine Irenen. Fuit autem illo die magnum gaudium inter Christianos, tribus de caussis: primum quidem, quod sanum recepissent sacerdotem, & qui ea fecerat quæ desiderabant. Secundo, quod contriti essent dii gentium, & facti essent tamquam pulvis qui dispergitur ab area æstiva: quin etiam similiter atque ipsi confracti sunt, qui con- D fidebant in eis. Tertio autem & maxime, quod conservatæ sunt animæ quæ errabant, & accesserunt gregi Christi. Cum eos vero obsignasset episcopus, dimisit in pace, jubens ut vacarent sanctis scripturis: erant vero viri numero XXXII. & septem mulieres. Cum duos autem alios dies fuisset Gazæ Joannes archiepiscopus, profectus est Cæsaream: quem Christiani omnes & sanctus episcopus deduxerunt usque ad duo milliaria.

CAPUT IX.

Templa idolorum eversa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a sancto Porphyrio.

E

LXIII. Post decimum autem diem venit admirandus Cynegius, habens secum consularem & ducem, & magnam manum militarem & civilem. Præsciverunt vero multi ex idololatris, & exierunt e civitate: alii quidem in vicos, alii autem in alias civitates: erant vero complures ex divitibus civitatis. Eorum autem ædes qui fugerant, annotavit quem diximus, Cynegius. Die autem sequenti, accersitis civibus, præsentibus duce & consulari, aperuit eis litteras imperatorias, quæ jube-

1. An sacrosancta Eucharistia intelligenda? Hanc navigantes fideles solitos secum conferre docet sanctus Ambrosius in laudatione funebri Satyri fratris, sanctus Gregorius cum de Maximiano agit aliique, uti ad hunc locum observat Baronius.

2. *Maiuma*, viginti Gaza distat stadiis, a Juliano apostata Gazæis subjecta, cum a Constantino imperatore privilegia civitatis ante accepisset ac proprium episcopum, qualis fuit sanctus Zeno cui sacer est 26. Decembris; eratque tunc *Constantia* appellata.

bant, ut everterentur simulacra & delubra, & igni traderentur. Cum primum vero id audivissent idololatræ, ejularunt magna voce, adeo ut id ægre tulerint magistratus, & in eos cum minis emiserint milites, qui eos virgis & clavis verberabant: Christiani autem cum magno gaudio laudibus prosequebantur imperatores & magistratus.

LXIV. Statim vero cum magistratibus & cohortibus militaribus impetum fecerunt & everterunt delubra. Erant autem in civitate simulacrorum publica templa octo: nempe Solis, & Veneris, & Apollinis, & Proserpinæ, & Hecates, & quod dicebatur Hierion seu sacerdotum, & Fortunæ civitatis, quod vocabant Tycheon; & Marnion, quod dicebant esse [1] Critæ generis Jovis; quod existimabant esse gloriosius omnibus templis, quæ sunt ubique. * Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus & pagis, quæ nemo posset numero subjicere. Demones enim cum Gazæorum animum ut ductilem apprehendissent, errore impleverunt universam civitatem, & quæ circum circa sita erat, regionem: hoc autem eis accidit ex nimia simplicitate. Quamobrem traducti ad sanctam fidem, fiunt magno zelo incitati Christiani. Hactenus quidem de Gazæis.

LXV. Jussi ergo milites, cum Christianis civitatis & maritima ejus parte impetum fecerunt in simulacra. Et primum cum voluissent evertere simulacra & Marnium, repulsi sunt. Illis enim idoli sacerdotes, cum prius de eo audivissent, portas interioris templi intrinsecus magnis lapidibus obstruxerunt: & cum exportassent in ea quæ dicuntur adyta, quæcumque erant vasa in templo pretiosa: quin etiam ipsa deorum ipsorum animalia, illic occultaverunt; & per ipsa adyta fugerunt per alias vias. Dicebant enim, dicta adyta habere multas vias in diversa loca. Repulsi ergo, sicut prius dixi, conversi sunt ad alia simulacra: & alia quidem everterunt, alia vero igni tradiderunt. Cum ergo rapuissent omnia quæ in eis erant, vasa pretiosa; sanctus autem Porphyrius anathemati subjecisset in ecclesia quemlibet civem Christianum qui ex delubris aliquid accipit ad lucrum proprium: nullus ex fidelibus civibus aliquid accepit, nisi milites, & qui illic inventi sunt advenæ. Obibant ergo cum laicis ex clero viri pii, & ipse sanctus Porphyrius episcopus, reprimentes eos, ne aliquid acciperent. Fuerunt vero decem dies evertentes templa simulacrorum.

LXVI. Post dictos autem dies consilium ceperunt, quonam modo uterentur Marnio, & quid ei facerent. Alii enim dicebant, id debere effodi: alii autem, comburi: alii, locum purificari & sanctificari ad Dei ecclesiam: & erat de ea re magna deliberatio. Tandem sanctus episcopus edicit populo jejunium & orationem, ut eis revelet Dominus, quidnam eos facere oporteat. Cumque illo die jejunassent, & Deum de hac re precati essent, vespere peregerunt sanctam synaxim. Cum perageretur autem, puer circiter septem annos natus, stans cum matre propria, repente exclamavit, dicens: A Comburite intus templum usque ad solum. Facta sunt enim in eo multa gravia, & maxime hominum sacrificia. Id vero hoc modo comburite: * Afferte picem humidam, sulphur & sevum porcinum, & hæc tria commiscete, & ungite portas æneas, & ignem in eas injicite, & sic totum templum comburetur. Non potest enim aliter fieri. Id autem quod est exterius, finite cum ambitu: & postquam fuerit combustum, purgantes locum, ædificate illic sanctam ecclesiam. Dicebat autem hoc quoque: Testificor vobis coram Deo, ne fiat aliter. Neque enim ego sum qui loquor, sed Christus qui in me loquitur. Hæc autem dixit lingua Syriaca: Postquam vero audierunt, omnes admirabantur & B Deum glorificabant.

LXVII. Venit autem hoc miraculum etiam ad aures sancti episcopi: & cum manus suas ad cælum extendisset, Deum glorificavit, & dixit: [a] *Gloria tibi, Pater sancte, quoniam abscondisti a doctis & sapientibus, & revelasti ea parvulis*. Jussit autem puer suam quoque matrem, postquam dimissa esset ecclesia, inveniri in episcopi ædibus. Separato itaque puero, dixit episcopus mulieri: Adjuro te per filium Dei vivi, ut dicas, an suggestione tua aut alicujus alterius, te sciente, filius tuus illa est locutus, quæ dixit de Marnio. Mulier autem cum hæc audivisset, dixit: Trado me ipsam terribili & C tremendo Christi tribunali, si umquam præscivi aliquid ex iis, quæ filius meus hodie est locutus. Sed si videtur tibi, ecce accipe puerum, & cum minis de eo habe questionem: & si dixit alicujus suggestione, metu confitebitur: sin vero nihil aliud dicet, est evidens, quod a Spiritu sancto fuit inspiratus. Cum hoc audiisset episcopus quod dixerat mulier, & laudavisset, jussit eam paullulum secedere, & introduci puerum. Cumque adductus esset puer, dixit ei: Quis tibi suggessit, ut loquereris in ecclesia, illa quæ es locutus de Marnio? Puer autem tacebat. Jussit vero sanctissimus episcopus afferri flagellum, & extendi puerum ad hoc, ut ab eo terreretur. Ille autem tenens flagellum, alta vo- D ce clamavit, dicens: Quis tibi dixit, ut loquereris? dic, ne flagello cædaris. Puer vero stabat mutus, nihil loquens. Tunc nos qui eramus circa ipsum, hæc ei cum minis diximus: ille autem erat immobilis.

LXVIII. Tandem postquam omnes cessassent, os suum aperiens, dixit puer lingua Græca: Urite templum quod est intus, usque ad solum. Multa enim gravia in eo facta sunt, & maxime hominum sacrificia. Hoc autem modo id urite: Afferte picem humidam, & sulphur, & sevum suillum, & miscete hæc tria, & ungite portas æneas, & ignem eis immittite: & sic templum comburetur. Alias enim non potest fieri. Quod est exterius autem, finite E cum ambitu: & postquam fuerit combustum, expurgato loco, statuite illic sanctam ecclesiam. Testificor enim vobis coram Deo, non posse aliter fieri. Non enim sum qui loquor, sed qui est in me Christus. Admiratus est autem sanctissimus episcopus Porphyrius, & omnes qui cum eo erant, audita pueri libera loquendi fiducia, & quod parite & distincte esset locutus. Accersita vero ma-

a Matth. xi. 25.

1. *Cretagenis*, sive e Creta oriundi, *Jovis* legendum. Stephanus de Urbibus, de Gaza agens: *ἔνθεν καὶ τὸ Κρηταίου Διὸς παρ' αὐτοῖς εἶναι, ὃν καὶ καθ' ἡμᾶς ἐκάλουν Μάρναν, ἑρμηνευόμενον Κρηταγενῆ*. *Ibidem*, Gazæ scilicet, *apud eos in honore est Juppiter Cretensis, quem ipsi Gazæi nobiscum agentes Marnam appellant, atque interpretantur Cretagenem*, sive e Creta oriundum. — Hæc habet Henschenius in commentario prævio de S. Porphyrio. Eamdem emendationem pluribus erudite confirmat Norisius *de epoch. Syromac.* Differt. V. cap. III. opp. nov. edit. tom. II. pagg. 518. seq. Quo de loco præterea consulas velim infra Mazochium *animadv.* II. in §. xix.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



tre, eam interrogavit, an ipsa aut filius ejus sciret linguam Græcam. Illa autem jurejurando affirmabat, neque se, neque suum filium scire Græce. Cum hoc rursus audivisset sanctissimus Porphyrius, laudavit Dominum; & afferens tria numismata, ea dedit mulieri. Puer autem cum vidisset numismata in manu matris suæ, exclamavit, dicens lingua Syriaca: Ne accipias mater, ne tu quoque auro vendas donum Christi. Rursus autem cum id audivissemus, summe mirati sumus. Mulier vero reddidit tria numismata, dicens episcopo: Ora pro me & filio, & commenda nos Deo. Sanctus autem episcopus eos dimisit in pace.

LXIX. Mane vero congregatis religiosis clericis & Christi amante populo, & præterea admirabili quoque Cynegio & magistratibus, dixit eis, quomodo locutus est puer de Marnio. Cum autem audivissent, mirati sunt; & communi consensu dixerunt, ut sicut dixerat puer, sic combureretur. Allata ergo pice humida, & sulphure, & sevo suillo, & his tribus mixtis, unxerunt portas interiores: & fusis precibus, ignem admoverunt; & statim universum templum eum arripuit, & fuit exustum. Quotquot autem milites & hospites poterant, rapiebant ex igne quæ inveniebant, seu aurum, seu argentum aut plumbum.

LXX. Erat vero illic quidam ex præfectis militaribus quos vocant tribunos, qui aderat combustioni templi; erat autem, ut apparebat, Christianus: in occulto vero erat idololatra. Hic ergo cum interesset, & videret conflagrationem & direptionem quæ fiebat a militibus, dissecabatur: & sub prætextu, quod curaret ut servarent ordines, flagellis crudeliter cædebat, quem inveniebat ferentem aliquod spolium. Cum hæc fierent, & ab igne correpti essent parietes, repente lignum ardens incidit in tribunum, & ei duplicem affert mortem. Perfracto enim capite ejus, ussit reliquum corpus: & statim fideles milites & Christi amans populus, scientes eum esse propensum ad simulacra, Deum glorificarunt, & dixerunt illum psalmum, qui dicit: [a] *Quid gloriaris in malitia, potens iniquitate? Tota die injustitiam cogitavit lingua ejus: tamquam novacula acuta fecisti dolum. Dilexisti malitiam magis, quam bonitatem: injustitiam magis, quam loqui justitiam. Dilexisti omnia verba submersionis, linguam dolosam. Propterea Deus destruet te in finem, evellet te, & emigrare te faciet ex tabernaculo tuo, & verbum tuum ex terra viventium*: & quæ deinceps sequuntur in psalmo. Dies vero plurimos perpetuo arsit templum.

LXXI. Postea autem facta est etiam domorum perscrutatio; erant enim multa simulacra in plurimis atriis: & quæ inveniebantur, partim quidem igni tradebantur, partim autem in cœnum jaciebantur. Inveniebantur libri quoque pleni præstigiis & incantationibus, quos quidem dicebant sacros, ex quibus sua faciebant mysteria & alia nefaria idololatræ. Ipsi quoque eadem passi sunt, quæ dii sui.

LXXII. Accurrebant autem multi ad sanctam fidem, alii quidem metu, alii vero condemnantes priorem suam vivendi rationem. Omnibus vero portas sancta aperiebat ecclesia. Meminerat enim sanctæ scripturæ, quæ dicit: [b] *Pulsanti aperietur: & qui quærit, invenit*. Et rursus: [c] *Sive prætextu, sive veritate Christus annuntiatur*. Dicebant autem quidam ex fidelibus sancto episcopo, non oportere eos accipere qui accedunt propter metum, sed eos qui bono proposito. Sanctus vero episcopus dicebat iis, qui hæc dicebant:

LXXIII. Sunt etiam virtutes, quæ casu & calamitate accidunt hominibus. Quomodo qui servum aliquem possidet improbum & ingratum, prius eum admonet, ut sit semper memori & grato animo; postquam autem eum nullo modo videt parere admonitioni, ei de cetero metum infert necessario, plagasque & vincula & alia hujusmodi, non volens eum perdere sed servare, & agnoscere id quod oportet. Talem etiam Deum existimate, qui fert patienter nostrum ingratum animum: sæpe autem suadet quæ sunt nobis utilia, per scripturas & alios viros sanctos. Nobis vero non parentibus, volens omnino ut bonus & benignus nos possidere, & non repellere, nobis infert suum timorem & disciplinam, nos invitans, ut cum necessitate agnoscamus id quod oportet. Quamobrem dicit scriptura: [d] *Quando interficiebat ipsos, tunc quærebant eum, & convertebantur, & mane vigilabant ad Deum*. Et rursus dicit propter eos qui resiliunt & jugum a Deo excutiunt: [e] *In camo & freno constringes maxillas eorum, qui non appropinquant ad te*. Oportet ergo, o filii mei, admonere humanitatem per metus & minas & disciplinam. Propterea rursus dicit: [f] *Bonum est, quod humiliasti me, ut discam justificationes tuas*. Hæc autem a me dicta sunt propter eos, qui volunt accedere ad nostram sanctam fidem. Nam etsi dubitantes accesserint, potest eos mollire tempus, Christo annuente. Ut autem aliud quoque vobis renuntiem: si non conspecti fuerint fide digni, ut qui jam fuerint in mali habitu; qui ex eis nascuntur, possunt esse salvi, ut qui cum bono conversentur.

LXXIV. Cum hæc sanctus dixisset Porphyrius, & persuasisset fratribus, accipiebat omnes qui volebant illuminari, catechesi eos instituens multis diebus, non solum ante baptismum, sed etiam postea. Assidue enim docebat verbum, non splendida & magnifica utens oratione, & se volens ostentare: sed simplici utens dictione, & omnia solvens ex scriptura. Accesserunt ergo illo anno gregi Christi circiter trecenta nomina; & ab illo tempore augmentum accipiebant singulis annis res Christianorum.

CAPUT X.

Nova ecclesia a S. Porphyrio exstructa. Tres pueri in puteum lapsi servantur.

LXXV. Marnio vero omnino exusto & [1] constituta civitate, statuit beatus episcopus cum religioso clero & Christi amante populo, sanctam ecclesiam condere in loco exusto, quomodo ei revelatum fuerat, quando erat Constantinopoli: propter quod etiam acceperat pecunias a religiosissima imperatrice Eudoxia. Dimissis ergo magistratibus & Christi amante populo, retinuit partem auxilii, ne fieret aliqua novitas post eorum exitum. Non propter hoc autem solum: sed etiam, ut opem ferrent ad congregandam materiam ædificii dictæ sanctæ ecclesiæ. Quidam autem consulebant, ut ædificaretur sicut positum fuerat idoli templum.

a Psalm. LI. 3. seqq. *b* Matth. VII. 8. *c* Philipp. I. 18. *d* Psalm. LXXVII. 34. *e* Psalm. XXXI. 9. *f* Psalm. CXVIII. 71.


1. Baronius, *ordinata*.

Erat enim formæ rotundæ, circumdatum duabus A porticibus, se invicem interius subeuntibus: ejus vero medium erat ad emittendos vapores constitutum, septemtrionaleque & extensum in altum. Habebat autem quædam etiam alia quæ decebant simulacra, apta ad exsecranda illa & nefaria quæ fiebant ab idololatris. In hac ergo forma & positura dicebant quidam edificandam esse sanctam ecclesiam: alii vero contradicebant, dicentes ipsam quoque positurae memoriam esse delendam. Qui autem hoc dicebant, persuadebant omnibus, ut qui recte dixissent. Dixit vero sanctissimus episcopus: Hoc quoque relinquemus consilio. Interim autem dum repurgatur locus, venit magistrianus, epistolas afferens imperatorias semper memorandæ Eudoxiæ. Continebant B vero litteræ salutationem & precum petitionem pro suo marito & filio. Erat autem in alia charta inter litteras descripta forma sanctæ ecclesiæ in figuram crucis, quomodo nunc quoque Deo volente cernitur: & continebant litteræ, ut convenienter dictæ figuræ sancta conderetur ecclesia. Lætatus est autem sanctus Porphyrius, cum legisset & vidisset formam descriptam. Sciebat enim hoc quoque factum fuisse ex divina revelatione, & meminit scriptura quæ dicit: [a] *Cor regis in manu Dei.* Continebant autem litteræ, pretiosas quoque columnas esse mittendas & marmora.

LXXVI. Ejecto autem cinere & ablatis omnibus C abominationibus, relicta rudera marmorum Marnii quæ dicebant esse sacra, & in loco inaccesso, maxime mulieribus, ea censuit sanctus episcopus incrustari in platea ante templum, ut conculcarentur non solum a viris, sed etiam a feminis, & canibus, & porcis, & bestiis. Hoc vero idololatris fuit magis molestum, quam templi conflagratio. Quamobrem complures ex eis, maxime autem mulieres, usque in hodiernum diem marmora non ascendunt. Brevi autem post tempore edicit jejunium uno die; & cum dimissæ fuissent preces matutinæ, jussit pius episcopus quemlibet virum Christi amantem afferre ligones & rastra & alia hujusmodi instrumenta. Hoc vero vespera prius edixerat, ut omnes D mane invenirentur parati: quod etiam factum est.

LXXVII. Congregato autem populo cum dictis instrumentis in sancta ecclesia quæ appellabatur Irene, jussit omnes psallentes simul proficisci in Marnium, quod olim fuerat. Ipse vero sequebatur, portans sanctum evangelium & circa se habens pium clerum, re vera imitans Christum cum discipulis. Præcedebat autem populum semper memorandus Barochas, venerandæ crucis portans effigiem. Ab utrisque vero partibus populi erant milites, qui relicti fuerant ad continendam in officio civitatem. Euntes autem psallebant, & in versiculorum psalmi intercisione dicebant, Alleluja. Erat autem psal- E mus quem dicebant: [b] *Venite, exsultemus Domino, jubilemus Deo salvatori nostro. Præoccupemus faciem ejus in confessione, & in psalmis jubilemus ei: Quoniam Deus magnus Dominus, & rex magnus supra omnem terram: quoniam in manu ejus sunt fines terræ & altitudines montium. Quoniam ipsius est mare, & ipse fecit illud: & aridam formaverunt manus ejus. Venite, adoremus & procidamus ei, & ploremus coram Domino qui fecit nos: quoniam ipse est Deus noster, & nos populus pascuæ ejus, & oves manus ejus.* Dicebant autem alios quoque psalmos, donec ingressi sunt in Marnium.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
422.



LXXVIII. Hortatus est autem sanctus Porphyrius episcopus Rufinum quemdam architectum Antiochenum, virum fidelem & scientem, per quem fuit etiam perfectum totum ædificium. Is accepto gypso, designavit posituram sanctæ ecclesiæ, convenienter formæ quæ missa fuerat ab in primis pia augusta Eudoxia. Cumque precatus esset sanctissimus episcopus & genu flexisset, jussit populum fodere. Statim autem omnes uno animo & eadem alacritate fodiebant, clamantes: Christus vicit. Non licebat vero videre differentiam inter virum & mulierem, aut senem aut puerum: sed promtus & alacer animus vires præbebat omnibus. Et alii quidem fodiebant, alii autem terram exportabant; adeo ut paucis diebus fuerint & omnia loca effossa, & terra egesta.


LXXIX. Prius itaque præparata materia, & ingentibus lapidibus * ex tumulo qui dicitur Aldioma, a parte orientali civitatis, & alia materia. Sanctus rursus, congregato Christi amante populo, multisque precibus & psalmodiis dictis in loco, ipse primus se succingens, cœpit portare lapides, & jacere fundamenta. Deinde pii quoque clerici & omnes laici lætantes, & magna voce psallentes; adeo ut audirentur a tribus miliariis ex civitate.

LXXX. Factum est autem illo die magnum miraculum. Sunt putei intra sacrum ambitum, ex quibus est unus ab occidentali parte sanctæ, quæ nunc est, Dei ecclesiæ, non parum profundus. Tres ergo pueri sitientes, iverunt ad bibendum, & appropinquantes ori putei, se inclinabant, innitentes ligno quod erat in ore putei, ut solent facere pueri: & fracto ligno, tres ceciderunt in puteum. Quidam vero qui forte illic aderant, iverunt & renuntiarunt populo quæ facta fuerant. Fuit autem non parvus tumultus, omnibus concurrentibus ad puteum. Cum vero quod factum fuerat, cognovisset sanctissimus episcopus, ipse quoque currens ad locum, jussit fieri silentium. Quo facto, cœpit precari & rogare Deum cum multis lacrymis, ut vivos & illæsos conservaret pueros, & maxime propter idololatras, ne dicant, Ubi est Deus eorum, in quem sperabant? Et cum fuisset hora una humi inclinatus, & surrexisset; * jussit aliquem descendere per funes cadorum, & scrutari pueros. Clamabant enim qui erant ex populo, appellantes pueros: neque erat ullus, qui eos inferne audiret ex puteo.

LXXXI. Cum autem vir ille descendisset, inventi sunt tres pueri, sedentes super magnum lapidem, illæsi & hilares, inter se colloquentes. Cum vero vir ille eos adspexisset, valde est admiratus, & Deum glorificavit, & inferne clamans, dixit: Laudate Dominum: vivunt enim tres pueri. Cum autem audivisset sanctus episcopus & populus, lætati sunt: & demissa magna sporta, jusserunt simul efferri tres pueros: erant enim parvi, ad sex vel septem annos nati. Sporta vero accepta, is qui erat inferius, tres illos ligatos fecit tuto sedere, jubens eis claudere oculos, donec sursum pervenissent, & dicere: Jesu Christe, serva nos. Cumque hoc fecisset, clamavit ut apte funem traherent: & trahentes, dicebant hymnum trium puerorum: [c] *Benedictus es Domine Deus patrum nostrorum.* Cumque pervenissent, & eos adspexisset sanctissimus episcopus, (erat enim is stans in ore putei, & tenebat funem) repletus gaudio & lacrymis, exclamavit,

[a] Prov. xxi. 1. [b] Psalm. xciv. [c] Dan. III. 52.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



dicens: [a] *Benedicite omnia opera Domini Domino*, &, [b] *Laudate Dominum*. Postquam autem eos e sporta sustulerunt, scrutati sunt, numquid fracta esset aliqua pars eorum corporis: & nihil inventum est in eis male affectum.

LXXXII. Sed magnum adspeximus miraculum. Inventi sunt enim tres pueri habentes signa crucis tamquam acu infixa. Unus quidem in media fronte: alius autem in summa dextra manu circa digitos: alius vero in humero dextero. Erant autem pulcre expressæ cruces, neque obliquæ, neque incurvæ, sed unius mensuræ, ut apertum esset, eas divina esse signa. Neque enim eis afferebant dolorem, neque eduxerant sanguinem: sed erant impressæ tamquam ex [1] cinnabari: manserunt autem in eis longo tempore ad hoc, ut viderent omnes & admirarentur. Nam multi etiam ex alienigenis, cum vidissent, crediderunt.

LXXXIII. Cum vero ille quoque adscendisset qui propter pueros descenderat, jurejurando affirmabat, dicens: Quando eos immisi in sportam, & rursum ferebantur, videbam circa eos tamquam fulgur, donec pervenissent ad os putei. Fuit autem Christianis illo die lætitia: cultoribus vero simulacrorum dolor & offensio. Ædificium autem procedebat in dies, omnibus promto & alacri animo operantibus. Neque enim erat, qui ullum sua mercede frustraretur: sed etiam amplius præbebat, se munifice gerens in eos qui operabantur. Dicebat enim justum esse, ut non exsecrationem, sed benedictionem acciperet omne opus ædificii.

LXXXIV. Anno autem [2] sequenti mittit imperatrix columnas, quas erat pollicita: quæ quidem magnæ & admirabiles, numero triginta. * Duæ vero vocantur [3] Carystiæ: quæ quidem sunt in sancta ecclesia, lucentes tamquam smaragdi. Cum ii autem adnavigassent qui eas ferebant, rursus apparuit studium promtusque & alacer animus populi Christum amantis. Omnes enim cum audivissent, statim cucurrerunt ad litus: non solum vero viri, sed etiam feminæ & pueri & senes: omnes enim corroborabat fidei desiderium. Et cum currus adduxissent, impositam unamquamque columnam traxerunt & in templi [4] hypæthro eam deposuerunt: & rursus reversi sunt, & aliam attulerunt, donec omnes portarunt. Et de his quidem hactenus.

CAPUT XI.

Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante sancto Porphyrio, subita morte punita. Dedicata ecclesia. Eleemosynæ sancti Porphyrii.

LXXXV. ILlo autem tempore venit in civitatem mulier quædam Antiochena quæ vocabatur Julia: erat vero ex exsecranda hæresi eorum qui dicuntur Manichæi. Cumque cognovisset aliquos esse recens illuminatos & in sancta fide nondum stabilitos, in eorum irrepens animos, eos corrumpebat per doctrinam suam, oculos perstringentem & incantantem: sed multo magis per pecuniæ erogationem. Qui enim invenit dictam impiam hæresim, non aliter potuit inescare aliquos, nisi datis pecuniis. Eorum enim doctrina, iis quidem qui sapiunt, plena est omni blasphemia & condemnatione, & anilibus fabulis quæ attrahunt mulierculas, & viros pueriles qui levem habent mentem & cogitationem. Ex diversis enim hæresibus & gentilium dogmatibus hanc suam perversam constituerunt opinionem, callide & vafre volentes omnes capere. Deos enim multos dicunt, ut placeant gentilibus. Præterea tempus ortus observant, fatumque & astrologiam asseverant, ut secure peccent; utpote quod non sit in nostra potestate peccare, sed ex fati necessitate.

LXXXVI. Porro autem Christum quoque confitentur. Dicunt enim eum hominem fuisse visione. Etenim ipsi quoque visione dicuntur esse Christiani. Ea enim prætermitto quæ sunt ridicula & digna exsecratione, ne eorum qui hæc legunt, aures impleam molesta auditione & prodigiosis narrationibus. Res enim Philistionis, Sceni & Hesiodi, & aliorum qui dicuntur philosophi, commiscentes cum rebus Christianis, suam hæresim constituerunt. Quomodo enim pictor mixtionem faciens ex diversis coloribus, efficit existimatione hominem aut bestiam aut aliquid aliud, ad decipiendos eos qui adspiciunt; ut stultis quidem & insipientibus videatur esse verus; iis autem qui sapiunt, umbra & deceptio & humana excogitatio: ita etiam Manichæi ex diversis dogmatibus haurientes, effecerunt improbam suam opinionem; vel potius ex diversis serpentibus virus congregantes & miscentes, letiferum effecerunt venenum ad hominum animas interimendas. Ut autem prius dictum est, cum illic versaretur pestifera mulier, quidam fallaci illius doctrina sunt seducti.

LXXXVII. Post aliquot vero dies cum id cognovisset a quibusdam fidelibus sanctus Porphyrius, eam accersitam interrogavit, quænam & unde esset, & quamnam haberet opinionem. Illa autem & patriam, & se esse Manichæam, est confessa. Iis vero qui erant apud ipsum, ira motis, (erant enim quidam pii) eos rogat Beatus, ne irascantur, sed patienter eam admoneant & semel & bis; servans id, quod dictum est a sancto Apostolo [c]. Deinde dicit mulieri: Abstine, o soror, ab hac mala opinione: est enim satanica. Illa autem respondit: Dic & audi: & aut persuadebis, aut persuadeberis. Sanctus vero dixit: Para te ad crastinum diem, & veni huc. Illa autem cum valere eum jussisset, est egressa. Beatus autem cum jejunasset, & Christum multum rogasset ut diabolum pudore afficeret, paratus fuit in diem sequentem. Advocavit vero quosdam ex piis clericis & laicis, ad disputationem suam & mulieris.

LXXXVIII. Die autem sequenti accedit mulier, habens secum duos viros & totidem mulieres quæ erant juniores & formosæ; omnes vero pallidi. Julia autem erat provecta ætate. Ducebatur autem tota eorum disputatio a scriptis & orationibus mundanæ disciplinæ: multo vero magis Juliæ. Erat autem humilis eorum habitus, & modesti mores: &

a Dan. III. 57. b Psalm. CXLVIII. 1. c Tit. III. 10.

1. Cinnabaris est color quidam ad minia accedens. Legendæ quæstiones quinque Bernardi Cæsii nostri lib. II. de Mineralibus cap. IV. sect. III.
2. Anno Christi 402.
3. *Carystiæ* correximus. *Carostiæ* legitur apud Lipomanum & Surium. Est autem *Carystus* Euboeæ insulæ oppidum, varii marmoris ferax, apud Plinium, Strabonem, Euripidem, aliosque memoratum.
4. Hypæthrum est ædificium quasi sub æthere positum. Vitruvius lib. I. cap. II.

quod dicitur [a], extrinsecus oves, intrinsecus vero A lupi rapaces & venenata animalia. Omnia enim dicunt & faciunt cum simulatione. Deinde jussi sedere, disceptabant & inquirebant. Sanctus autem Porphyrius, ferens sancta evangelia, cum fecisset signum crucis in ore suo, cœpit eam rogare, ut diceret suam opinionem. Illa vero cœpit. * Frater autem Cornelius diaconus qui fuit paullo ante nominatus, sciens notis scribere quibus utuntur in jure, jussus a beatissimo episcopo, notabat omnia quæ dicebantur & opponebantur, me & fratre Barocha admonentibus. Disputationem autem non scripsi in hoc libro, propterea quod sit magna; ut qui velim compendio hoc scriptum mandare litteris: eam vero in alio libro exposui iis qui volunt scire B sapientiam a Deo datam sanctissimo Porphyrio, & aniles fabulas quas effutiit prodigiosa loquens & venefica Julia.

LXXXIX. Quam quidem cito est persecuta divina justitia. Postquam enim multa horis plurimis esset fabulata, & consuetas dixisset blasphemias in Dominum & Deum universorum, motus a divino zelo sanctus Porphyrius, videns eum qui omnes fines continet, tam qui cadunt sub aspectum, quam qui non cadunt, blasphemiis & maledictis incessi a muliere in quam operabatur diabolus, & quæ se submittebat illius voluntati, in eam tulit sententiam, dicens: Deus qui facit omnia, qui est solus æter- C nus, neque principium habens nec finem, qui glorificatur in Trinitate, tuam percutiet linguam, & obstruet os tuum ne loquatur blasphema.

XC. Sententiæ autem prolationem consecutum statim fuit supplicium. Cœpit enim tremere Julia & mutari vultu: & manens in ecstasi longum tempus, non loquebatur: sed erat muta & immobilis, habens apertos oculos, & intuentes sanctissimum episcopum. Qui vero cum ea erant, cum aspexissent ea quæ sustinebat, magno timore sunt affecti: eam autem consolabantur, & carmina cantabant ad ejus aures, & non erat vox, nec auditus. Cum longo autem tempore mansisset muta, emisit ani- D mam, profecta ad tenebras quas in honore habuerat, eas lucem esse arbitrans; convenienter scripturæ quæ dicit: [b] *Væ iis qui faciunt id quod est dulce, amarum; & quod est amarum, dulce: qui tenebras ponunt lucem, & lucem tenebras.* Jussit autem Sanctus componi ejus corpus & tradi sepulturæ, misertus humanæ naturæ: erat enim summe clemens & misericors.

XCI. Quicumque vero audiverunt id quod factum fuerat, valde sunt admirati: non solum qui erant nostræ fidei, sed etiam alienigenæ. Qui autem cum ea erant, duo viri & mulieres, & quicumque ab ea corrupti fuerant, currentes prociderunt E ad pedes beatissimi episcopi, dicentes: Erravimus; & petebant pœnitentiam. Beatus vero fecit omnes subjicere anathemati Manetem, auctorem eorum hæresis: ex quo etiam appellati fuerunt Manichæi; & cum plurimos dies eos instituisset catechesi, adduxit ad sanctam catholicam ecclesiam. Occasione autem illorum, alii quoque ex aliis gentibus pœnitentia ducti, fuerunt illuminati.

XCII. Post tempus autem quinque annorum, perfectum fuit opus sanctæ magnæ ecclesiæ. Appellata vero fuit Eudoxiana, ex nomine in primis piæ imperatricis Eudoxiæ. Peregit autem dedicationem sanctissimus episcopus Porphyrius die resurrectionis sancti paschatis splendide ac magnifice, non parcens sumtui: sed congregatis omnibus monachis qui erant circiter mille, cum aliis piis clericis & laicis & episcopis, hilariter transegit omnes dies sancti paschatis: * & licebat videre choros angelicos, non solum in ecclesiastica consequentia, sed etiam in Horis, quando fiebant. Non solum enim erat mensa sensilis, sed etiam spiritalis. Nam post obsonium dicebatur psalmus, & post potum hymnus. Idolorum autem cultores videntes quæ fiebant, corde tabescebant. Undiquaque enim veniebant hospites ad videndam pulcritudinem & magnitudinem dictæ sanctæ ecclesiæ. Dicebatur enim major omnibus ecclesiis, quæ erant illo tempore.

XCIII. Ea de caussa quando jecit ab initio fundamenta, reprehendebatur a quibusdam fidelibus, quod eam magnam descripsisset, cum essent pauci Christiani in civitate. Respondens autem sanctissimus Porphyrius, dixit: Ne sit vestra fides parva. Spero enim in Dominum nostrum Jesum Christum filium Dei, quod sit multiplicaturus gregem suum, & ampliorem faciet hanc domum, ex eo quod non possit capere multitudinem Christianorum. Non est enim humanum dogma Christianorum, ut adspiciatur ad tempus & dissolvatur: sed divinum, & quod accipit incrementum. Hæc & talia semper disserebat beatus Porphyrius fidelibus, non solum in ecclesia, sed etiam in unoquoque loco, illuminans & juvans populum Christi amantem. Post dies autem festi populos dimisit in pace, unumquemque ad suos.

XCIV. Postquam vero condidit & sanctificavit dictam sanctam ecclesiam, constituit, ut daretur unicuique hospiti qui erat in civitate, sumtus unius diei. Suppeditabat autem unicuique mendico, tam peregrino quam civi, quotidie ad sex obolos, præter ea quæ ipse per se præbebat iis qui ad ipsum accedebant, in veste, argento & auro: unicuique præbens convenienter suæ dignitati; neque ullus ex iis qui indigebant, erat expers suorum donorum. In diebus autem jejuniorum sancti festi paschalis, suppeditabat unicuiquique pauperi ad decem obolos quadraginta diebus. Jussit autem in pio suo testamento, omnino dari dictos decem obolos quadraginta diebus: & assignato reditu ex quo volebat eos dari, in dicto testamento statuit, ut nisi hæc quotannis suppeditarentur, dictus reditus veniret ad sanctam Cæsareæ ecclesiam. Hæc vero postea facta sunt.

CAPUT XII.

Persecutio gentilium in Christianos & sanctum Porphyrium. Conversio ac vita sancta Salaphthæ virginis. Sanctus Porphyrius moritur.

XCV. Idolorum autem cultores quo magis adspiciebant proficere Christianos, eo magis furebant & studebant malis afficere Christianos, & ante omnes, sanctum eorum pastorem Porphyrium. Nam cum aliquando orta esset de prædiis controversia inter œconomum sanctæ ecclesiæ & Sampsychum qui erat primus inter idololatras, videns pius Barochas œconomum affici injuria, cum defendit,

a Matth. VII. 15. b Isa. V. 20.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.

& cœpit contumeliis afficere dictum Sampsychum. A Cum id autem audivissent reliqui curiales, congregati invaserunt œconomum & pium Barocham. Simul vero cum curialibus ascenderunt etiam multi ex civibus inventa occasione male afficiendi fideles; & ex parva, ut dixerit quispiam, scintilla tantus est ignis accensus, ut omnes Christiani in periculum venirent, ne perirent. Tanto enim furore perciti fuerunt idololatræ, ut ipsi gladios & clavas acceperint, & septem homines occiderint, & alios multos sauciaverint.

XCVI. Deinde his non contenti, in ipsum pastorem irruerunt. Quidam autem qui bono lætabantur, præcurrentes, renuntiarunt sanctissimo episcopo incursionem multitudinis. Cum vero audivisset Beatus, me accersito, dixit: Fugiamus frater, & parum occultemur, donec transeat ira Domini: & ascensis muris, fugimus per tecta. Idololatræ autem, fractis portis domus episcopalis, ingressi sunt: & cum non invenissent sanctum Porphyrium, diripuerunt omnia quæ illic sunt inventa,

XCVII. Ego autem & beatus Porphyrius per tecta fugientes, invenimus puellam circa quatuordecim annos natam: quæ cum sanctum agnovisset episcopum, procidit ad ejus pedes. Beatus autem rogavit eam, quænam esset, & quibus nata parentibus. Puella vero respondens, dixit se esse orbam patre & matre, & aviam habere anum, corpore imbecillam: seque operari, & se alere & suam aviam. Rogavit vero eam, an esset Christiana. Illa autem rursus dixit, se non esse; sed jam diu ab hinc esse cupere, si sit digna. Clemens autem Porphyrius cum audisset quod dixerat puella, & compunctus esset, lacrymatus est, dicens: Quam propensum est ad bonum, genus Gazæorum! sed adversarius studet impedire bonum eorum animum: [a] quem Dominus percutiet verbo oris sui. Dixit autem puellæ: * Affer ad nos huc stoream in hoc tectum, ut heic maneamus, donec sedetur tumultus civitatis: & ne renunties alicui, nos heic esse. Illa vero jurejurando affirmavit, se ne aviæ quidem suæ indicaturam.

XCVIII. Cum autem per quoddam tectum ascendisset in domum suam, attulit stoream, & eam stravit: & procidens ad beati viri pedes, rogavit eum, ut vesceretur modicis suis cibis, & ne suam dedignaretur paupertatem: erat enim circa vesperam. Sanctus autem volens fieri imitator magni prophetæ Eliæ, dixit puellæ: [b] Festina filia, & affer, ut Dominus det tibi per me alimentum spiritale & carnale. Illa vero propere descendit, emitque panem & olivas & caseum, & legumen madefactum. Attulit autem omnia, & apposuit nobis, dicens: Accipite domini mei, & benedicite paupertati meæ. Beatus vero rursus compunctus, flevit, cum prævidisset, quod habitura erat fidem in Christum. Cumque surrexissemus, & preces fudissemus solitas, & sedissemus, comedimus. Ego quidem comedi caseum & bibi vinum: Sanctus autem comedit panem & madefactum legumen, & bibit aquam: & cum dimisissemus puellam ad suam aviam, nos in tecto dormivimus; erat enim tempus æstatis. Porro autem puellæ quoque nomen interrogavimus. Dixit vero, Salaphtha; quod interpretatur Græce Irene, id est, pax. Diem quoque sequentem transegimus in illo tecto, bona Irene nostri curam gerente prompto & alacri animo.

XCIX. Postquam autem cognovimus esse sedatum tumultum civitatis, noctu ambulavimus ad sanctam ecclesiam. Cumque ascendissemus in ædes episcopales, in iis nihil invenimus, nisi pium Barocham jacentem & adductum in extremum periculum ex plagis ei illatis ab impiis idolorum cultoribus. Post paucos vero dies cum cognovisset proconsul quæ facta fuerant in civitate, vocabatur autem Clarus, mittit commentariensem cum magno auxilio, & conjicit in custodiam eos quos ostenderunt ii qui gerebant res publicas, & adducit Cæsaream: & de aliis quidem sumsit supplicium, alios vero dimisit cæsos nervis boum: & non parvo incusso timore, sic sedavit civitatem.

B

C. Paucis vero post diebus recordatus est sanctus Porphyrius bonæ illius puellæ quæ nos accepit, & eam per me accersit. Illa autem venit currens, habens etiam aliam mulierem quam dicebat esse amitam. Ingressæ vero ad beatum episcopum, procidérunt ad ejus pedes: qui eas benigne accepit, tamquam pater benevolus. Dixit autem puellæ: Re vera, o filia, cupis fieri Christiana? Illa respondit: Jam tibi dixi, o domine, me jam diu ab hinc hoc teneri desiderio; & nunc adduxi testem meam amitam, quæ ipsa quoque tenetur eodem desiderio. Ille autem lætus, ei & ejus aviæ jussit dari quotidie argenti quatuor nummos: ejus autem amitæ dedit C unum nummum; & cum eas signasset signo crucis, dimisit, eis jubens ut vacarent precibus, & per catechesim institutioni catechumenorum. Misit autem ad ejus quoque domum pium Timotheum presbyterum & per catechesim institutorem, & ei jussit signare aviam puellæ. Nam, sicut prius dixi, corpus habebat imbecillum & solutum. Tres autem illæ per catechesim institutæ, paullo post dignatæ sunt venerando baptismo.

CI. * Postquam vero sanctum deposuisset habitum Sanctus, accersita puella, dixit ei: Vis te viro jungamus legitimo matrimonio? est enim tibi tempus nubendi. Neque enim nostra scriptura [c] prohibet D honorabiles nuptias. Puella autem cum audiisset, quod vir sanctus dixerat, cœpit flere & dicere: Bone pater, postquam me conjunxisti viro magno, vis me ab illo disjungere, & dare viro humili & nihili? Nequaquam hoc feceris, domine mi. Admiratus autem Sanctus, dixit ei: Et quis est is, quem tibi conjunxi? Illa vero respondit: Jesus Christus Servator nostrarum animarum, verus meus sponsus, a quo non separabor in æternum. Cum audivisset Sanctus & compunctus fuisset, est lacrymatus; adeo ut præ magna compunctione puellam sit complexus, & ejus caput deosculatus. Erat enim re vera plane impatibilis, & præ magna ad misericordiam propensione promtus ad effundendas lacrymas. E Porro autem nos quoque qui eramus apud ipsum, cum vidissemus gratiam sancti Spiritus datam piæ puellæ, glorificavimus Deum qui dat electis suis sapientiam & gratiam. Dimisit vero illo die puellam.

CII. Contigit autem in ipsis diebus anum requiescere, & migrare ad Dominum. Tunc advocata puella, * accersivit Beatus piam Manaridem diaconissam, quæ interpretatur ipsa quoque Græca lingua φωτεινή, id est, lucida. Et commisit Salaphtham, ipso dato habitu regulari. Et cum eas Deo commendasset, dimisit in pace. Ea vero suscepit talem

a II. Thess. II, 8. *b* III. Reg. XVII. 13. *c* Heb. XIII. 4.

vivendi rationem, qualem non habuit alia illo tempore; quotidie jejunans, & post jejunium modico panis vescens cum sale & madefacto legumine, aut subtiliter comminuto olere & aqua sola: vinum enim non sumebat omnino. Diebus autem festis utebatur oleo, & vescebatur olivis: nihil autem aliud gustabat, quod fuisset igne coctum. In jejuniis vero Quadragesimæ, secundo quoque die comedebat legumina madefacta, aut comminuta olera sine pane. Totam autem sanctam paschalem hebdomadam transigebat nihil sumens, præterquam quinta sancta feria, post communionem sanctam, aquam calidam: & corpus suum usque adeo maceraverat, ut qui videbant, putarent se umbram adspicere. Fuit autem aliis quoque multis exemplum. Sunt enim æmulati vitam sanctæ puellæ Salaphthæ: quæ in hodiernum usque diem videtur vivere. Est enim mundo morte affecta; vivit autem Christo, & est cum ipso perpetuo: cujus sanctarum precum simus nos participes. Et hæc quidem dicta sint de sancta puella Salaphtha.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.

CIII. Beatissimus autem episcopus Porphyrius, cum regulam constituisset ecclesiasticam & omnem consequentiam, & alios paucos annos fuisset superstes, postquam sanctificasset ecclesiam, in morbum incidens, pium fecit testamentum: in quo cum multis legasset, & omnes Christum amantis populi Deo commendasset, in pace dormiit cum sanctis, [1] secundo mensis Dystri, anno, ut est Gazæorum computatio, quadringentesimo octogesimo: episcopatus ab eo gesti vigesimo quarto, mense undecimo, & præclaro peracto certamine adversus idololatras usque ad diem suæ dormitionis. Et nunc est in paradiso deliciarum, intercedens pro nobis cum omnibus sanctis: quorum precibus nostri miserebitur Pater & Deus cum Filio & sancto Spiritu: cui gloria & potentia in sæcula sæculorum, Amen.

1. Die 26. Februarii anno 421.



Sæcul. V. circa Ann. Chr. 422.



IN VITAM
SANCTI PORPHYRII EPISCOPI GAZENSIS,
A MARCO DIACONO
EJUS DISCIPULO CONSCRIPTAM,
[1]ANIMADVERSIONES
ALEXII SYMMACHI MAZOCHII V. C.

Pag. 262. §. XVI. R*apientes* (Gazæi) *beatum Porphyrium, ordinaverunt eum episcopum Gazæ*] *Ordinandi* verbum apud prisci ævi scriptores est eligere, creare; & de dignitatibus usurpatur. Id Græcis est χειροτονεῖν: quod verbum heic Græce erat. Tam χειροτονεῖν vero, quam *ordinare* ministros sacros, olim populo & clero tribuebatur: at *manus imponere* & χειροθετεῖν, episcopi consecrantis erat. De his plura accurate, & præter vulgi opinionem, adnotavimus in nostris Biblicis observationibus ad N. T. Deo dante evulgandis.

Ibid. §. XIX. *Congregati autem idololatræ* (Gazæi) *in Marnio, multa sacrificia & multas preces faciebant ea de caussa* (ad impetrandas pluvias scilicet) *Dicebant enim* Marnam *esse* Dominum Imbrium: *Marnam vero dicunt esse Jovem.*] De *Marna* Gazæorum peculiari numine videatur Josephus, Historiæ eccles. scriptores, Stephanus ethnicographus in *Gaza*, Hieronymus, alii. Omnes autem consentiunt eumdem fuisse ac Jovem. Sed de etymologia non una est opinio. Stephanus loco cit. putat Marnam Græce significare Κρηταγενῆ i. e. Jovem cognomento *Cretagenem* sive in Creta genitum. Etsi autem ex nomine *Marnas* ea significatio nullo modo exsculpi potest; fatendum est tamen, Gazæos *Marnam* cum Jove *Cretagene* confudisse: quod testatur Vita hæc §. LXIV. *Marnion, quod dicebant esse Critæ generis Jovis*: ubi Græce certe erat Κρηταγενοῦς Διός i. e. *Cretagenis Jovis*; quod & Henschenius vidit. Altera nominis hujus interpretatio ab auctore Bocharto profecta ea est, ut sicuti ברנש *barnas* est *filius hominis*, sic מרנש *Marnas* sit *dominus hominum*: notum est enim τὸ *Mar* apud Syros *dominum* notare. Tertiam demum interpretationem hic Vitæ Porphyrii locus suppeditat, ubi ad eliciendas pluvias Gazæi suo *Marnæ* supplicant; cujus facti hæc ratio traditur. *Dicebant enim Marnam esse dominum imbrium*: esse scilicet Jovem ὑέτιον, *pluvium*. Et ea quidem verba (fateor) minime cogunt, Gazæos Syros in *Marna* agnovisse *pluviarum* significantiam, sed tantum Marnam eumdem ac Jovem fuisse, quem tamen deum aliunde scimus habitum esse *dominum imbrium*. Verum quid, si populares sic existimarint, *Marnam* significare non tantum *dominum*, sed etiam *pluvium*? Ac *Marnas* quidem Syris Gazæis non מרנש *Marnas*, sed מרנא *Marna* opinor dicebatur (sine sibilo, quod videtur ad Græcam terminationem pertinere) quæ vox proxime quidem venit a מרן *maran*, *dominus*: at ipsum *Maran* mihi videtur ab Heb. מורה *moreh* (i. e. *doctor*) factum, verso ex Chaldaica dialecto O in A, & adscito N terminali. Quod vero *Maran* a *Moreh* veniat, inde intelligitur, quod

A τὸ *Mar* (quod est *Maran* decurtatum) Babylonii, teste Elia, pronuntiabant *Mor*, quasi eum vocali *Cholem*: de quo vide Buxtorf. Lex. Chald. in מר *Mar*. Ac plura equidem afferre possim, quare *Maran* (ex quo fit *Marna*) ex Heb. *Moreh* sit arcessendum: maxime quum significatio conveniat, quia *Moreh* Hebræis est *Doctor*, & *Maran* apud Judæos est doctorum illustrium titulus. At vero Hebræum מורה *Moreh* non tantum *doctorem* significat, verum etiam *pluviam* ex Joel. II. 23. Quare hinc factum puto, ut τὸ *Marna* (sive etiam *Marnas* cum *Samech* non radicali, sed terminali) putarint Syri notare deum *pluvium*, seu *dominum imbrium*, ut eum hæc Vita nuncupat.


B *Ibid.* Paucis interjectis narrantur iidem Gazæi in eadem calamitate *egredientes extra civitatem in locum, qui vocatur Orationis.*] Id Græce procul dubio erat εἰς τὸν λεγόμενον τῆς ΠΡΟΣΕΥΧΗΣ τόπον. Quod debuisset Hervetus (qui in hac interpretatione amat τεχνικὰ vocabula potius intacta relinquere, quam Latina veste donare) reddere *In eum qui dicitur* Proseuchæ *locum*. Nam & Juvenalis de Judæorum *proseuchis* loquens, id vocabulum non immutavit: etsi Vulgatus N. T. interpres *Orationem* vocaverit. De Judæorum proseuchis quædam haud protrita scripsimus in nostris ad N. T. adnotatis, atque inter cetera proseuchas extra urbium mœnia constitui consuevisse, quod & ex Act. XVI. C 13. constat. Id vero heic salivam movet, cur idololatræ (nam de his sermo est) in Judaicam proseucham convenerint, quibus ceteroqui scimus Judæorum genus ludibrio fuisse. Et tamen haud semel in meis ad N. T. observatis ex variis poetarum locis ostensum fuit, gentiles valde se pronos ad Judaicas cæremonias præbuisse. In Judæorum conventus ethnici religiosiores perreptare satagebant apud Hor. extrema Sat. lib. I. Et Juvenalis:

Ede ubi consistas? in qua te quæro proseucha?

Verum quid si proseucha ista in quam Gazæi gentiles coibant, non Judaica (nec enim Marcus diligentissimus scriptor id dissimulasset) sed paganica D fuerit? Id videtur verisimilius. Scio Julianum Apostatam plurima Christianorum & Judæorum instituta (ac præsertim quæ ad precationes & ἄσκησιν spectant) ad gentiles transfudisse, quo moratiores viderentur. Itaque Gazæi sive jam antea proseucharum usum ab Judæis vicinis edidicerant, sive saltem sub Juliano. Ut ut est: illud pro certo habuerim, istam Gazæorum proseucham fuisse non Judaicam sed idololatricam, verum ex Judæorum imitatione constitutam: quæ si Judaica fuisset, id Marcus pro sua consueta λεπτολογίᾳ (cujus illustre specimen infra ad §. LXI. edam) minime siluisset. Quid si vero & poetæ Juvenalis *proseucha* ethnica

1. Hujusmodi *Animadversiones* hoc signo * in textum illato, superius indicantur.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
422.



fuerit? Vetus quidem ejus Scholiastes dubitat, an non fuerit locus, ubi mendici stipem efflagitabant, potius quam Judæorum proseucha. At hic Marci biographi locus (in quo proseucha gentilium sacris precationibus inserviebat) & Juvenalis versiculus mutuam sibi lucem affundunt.

Pag. 263. §. XXII. Narratur Barochas Porphyrii discipulus (de quo multus in hac Vita sermo est) *ivisse aliquando in vicum propter canonem ecclesiasticum.*] *Canon* est præstatio, quam qui exigebant, vocantur in legibus *Canonicarii*. At hinc discimus, quarto sæculo Palæstinæ ecclesias prædiis fuisse dotatas, pro quibus *canonem* dictum *ecclesiasticum* [quæ vox sedulo est notanda] a conductoribus aut potius emphyteutis exigebant. Quas non ecclesias Constantinus dotavit? Vides præterea, agricolam illum a quo exigebatur canon, fuisse idololatram; qui & Barocham verberibus usque adeo contusum reliquit, ut mortuus haberetur.

Pag. 269. §. LIV. *Egimus autem* (loquitur autem Marcus de se ac B. Porphyrio, & Jo: Cæsariensi) *in civitate* (CPoli) *tres dies, donec accepimus legationem quadraginta librarum,*) ex imperiali largitione scilicet in usus ecclesiasticos, uti constat ex præcedentibus liberalitatibus. At quid proprie heic sit *legatio*, obscurum quum sit; tamen tum Henschenius in adnotatis ad Vitam, tum Tillemontius securi prætervehuntur hunc locum. At Castellanus id ita vertit: *une Ordonnance pour quarante livres*: quod nimis vagum est. Verum quid moror? In Græco Hervetus repererat Ληγατιῶνα, aut Λεγατιόνα: sed fidus interpres pro suo more vocem τεχνικὴν immutare supersedit; quam Latine non *legationem* (id enim heic nihil est) sed *delegationem* reddere debuisset. Nam millies in libris juris *Delegare* aut *delegare debitorem* est vice sua alium reum creditori dare. Notum est illud juris effatum: *Delegatio vicem solutionis continet*, lib. 37. §. 4. D. de op. libert. Et *delegatio nominum* ubi non in jure nostro legitur? Itaque vult dicere Marcus, principali rescripto delegatum fuisse debitorem, qui in Palæstina Porphyrio libras XL. persolveret. Hinc, credo, aliquis collegerit, in Græco textu defuisse primam hujus vocabuli syllabam. Verum nihil prorsus in Græco deest. Nam Græcos juris Romani scriptores primam ejus nominis syllabam omisisse ex Glossis Nomicis colligo, quas Car. Labbæus ad calcem vet. Glossar. edidit, in quibus scribitur: Λεγατιὸν, ἡ ἐκ προσώπου μετατεθεῖσα τὸ χρέος εἰς πρόσωπον i. e. *Legatio* (quæ Latinis est *Delegatio*) *est quæ transfert debitum de persona in personam*. Porro *libras non argenti sed auri* heic intelligere par est, quarum singulæ olim ævo Constantiniano quatuor & octoginta solidorum sive aureorum erant: at eadem libra postea ad duos & septuaginta solidos redacta a Valentiniano Seniore fuit; unde & *Libræ occiduæ* (nam *Occiduum* apud sequioris ævi scriptores idem est quod imminutum) nomen invenit in Actis S. Marcellini papæ, & in synodo Sinuessana, uti copiose docuit Jac. Gothofredus ad l. un. *de Oblat. vot.*


Pag. 270. §. LXI. *Et corruens Veneris statua unius quidem caput fregit in duas partes, alterius autem humerum & brachiale.*] Repererat enim in Græco interpres βραχυάλιον. In Glossis Cyrilli βραχιάλιον est *Viriola*, quod Itali vocant *braccialetto*. Ac vide de hoc vocabulo utrumque Cangii Glossarium. Illud autem scire refert, cur istam bra-A chialis comminutionem dignam existimarit scriptor, cujus mentionem commentario suo intexeret. An ut effeminati istius mollitiem ostenderet, qui ad Veneris adorationem cum cultu muliebri accesserit: quam dissolutionem Deus discerpto eo ipso ornatu aperte improbaverit? Nisi talem quiddam Marco scribenti observatum fuit, videbatur minutioribus istis notandis supersedere debuisse. Sed ut ut est: hinc certe & ex aliis sexcentis hujus Vitæ locis auctoris hujus λεπτολογία (*rerum minutissimarum narratio*) cognoscitur: quæ tamen non minimus veracitatis ac simplicitatis character est.

Pag. 271. §. LXIV. In urbe religionibus supra B quam dici potest deditissima, octo non amplius numerantur *Simulacrorum templa publica*: quibus numeratis additur, *Erant autem alia quoque plurima simulacra in ædibus* (privatorum scilicet quibus opponuntur illa *publica templa*) *& pagis, quæ nemo posset numero subjicere.*] At octo illa *simulacrorum publica templa* sic numerantur, *Solis & Veneris & Apollinis & Proserpinæ & Hecates, & quod dicebant Hierion seu sacerdotum* (videtur Marcus tantum τὸ καλούμενον Ἱερεῖον scripsisse, deinde forte ab sciolo additum ἢ τῶν ἱερέων: putavit enim sicuti *Tychion* fit a Τύχη, sic *Hierion* dictum fuisse ab ἱερεὺς: quod si e Marci manu illud *sive sacerdotum* prodiit, aliquid ibi certe retrusioris antiquitatis C latet) *& Fortunæ civitatis* (quod Latine dicendum erat *Genii civitatis*; nam qui Latinis *Genius*, is Grecis Τύχη *Fortuna* nuncupabatur) *quod vocabant Tychion; & Marnion, quod dicebant esse Critæ generis Jovis*, (sive potius *Cretagenis Jovis*, ut supra innuimus) *quod existimabant esse gloriosius omnibus templis quæ sunt ubique*. Jam vero sicuti hæc tantum *publica* templa erant, sic eorum numina *publica* dicebantur, quia publico civitatis decreto publicum cultum consecuta erant: quum contra in Larariis plura alia privata religione colerentur. Inscriptio Capuæ in foro dimidiata visitur, in qua quædam (sive *Laberia* sive *Faberia*: nam tantum ABERIA superest) fuisse dicitur *SACERDOS PV*-D *BLici NUMINIS CAPuæ* (nisi mavis τὸ PUBL. interpretari *Sacerdos publica*, ut alibi *Sacerdos publicus*] *electa a splendidissimo ordine Decurionum*, Dianæ Tifatinæ templum omni ævo Capuæ celebratissimum fuit; cujus ista sacerdotio fungebatur.

Ibid. §. LXVI. Deliberantibus, quid Marnio fieret, puer CHRISTI spiritu afflatus edicit, cremandum esse solo tenus, illitis prius foribus pice, sulphure & sevo porcino in unum commixtis. *Afferte* inquit PICEM HUMIDAM, *sulphur & sevum porcinum*...] In Græco erat πίσσαν τὴν ὑγρὰν: quod reddere debuisset *picem liquidam*, ut eam Plinius appellat; nam in ea nomenclatione ὑγρὸς non E pro *humidus*, sed pro χυτὸς *fluidus* sumitur, teste Nicandri Scholiaste, ubi ait cantharidum odorem similem esse πίσσῃ ΧΥΤΗι, ὅ ἐστι τῷ ὑγροπίσσῳ, *pici fluidæ, sive hygropisso*. Apud Dioscoridem lib. I. c. 95. πίσσα ὑγρὰ (*pix liquida*) ex picea & pinu colligitur: cui cap. 98. opponitur *pix arida* (ξηρὰ πίσσα) quæ quia coquendo spissatur, *palimpissam* (παλίμπισσαν) vocari ait. Plinius XXIV. 7. picem duum generum esse vult *spissam* & *liquidam*.

Pag. 273. §. LXXIX. Lapides ad ædificandam ecclesiam convehuntur, *ex tumulo* (*tumulum* Castellanus reddidit *tombeau*; quum tamen heic collem modice assurgentem notet) *qui dicitur* ALDIOMA.] Vox *Aldioma* formam habet Græcanicam,

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 422.



tamquam si sit ab ἀλδιόω, quod verbum nusquam exstat: nec tamen ea vox ex alia radice hodie nota deduci ἀναλογικῶς potest: nam ex ἀλδαίνω oriri analogia vetat. Hinc de origine Syriaca merito mihi suspicio subiit. Cujus opinionis certum me tandem reddidit Magni Etymologici auctor (etsi ipse in etymologia falsus) in Αλδήμιος, ubi sic scripsit. Αλδήμιος, ἢ Αλδος ὁ Ζεὺς ὃς ἐν Γάζῃ τῆς Συρίας τιμᾶται, παρὰ τὸ ἀλδαίνω, τὸ αὐξάνω· ὁ ἐπὶ τῆς αὐξήσεως τῶν καρπῶν. Μεθόδιος· h. e ALDEMIOS, *sive* ALDOS *est Juppiter qui Gazæ (ea est urbs Syriæ) colitur, a verbo* ἀλδαίνω, *quod est Crescendi verbum, deque fructibus usurpatur. Auctor Methodius.* Hæc Etymologus. Nunc illud dubitari potest, utrum ab Jove *Aldo* tumulus ille diceretur *Aldioma*, quod in eo deus *Aldus* coleretur; an contra ab *Aldiomate* colle deus *Aldus* nomen sibi pepererit. Prius si sequimur, Juppiter *Aldus* ab הולד *holad* i. e. *genitus* aut *in lucem editus* proficisceretur; ita ut sub hoc nomine Jovis nativitas de qua Cretenses gloriabantur, colatur; sitque *Aldus* idem plane qui Κρηταγενής (i. e. *in Creta natus*) sub qua appellatione intelligebatur Gazæorum *Marnas*, sive Juppiter, ut diximus ad num. 19. Est & apud Isaiam LX. 6. *Holad* loci nomen iisdem litteris scriptum. Ex *Holad* autem (mutato O in A pro more Chald.) fiebat הלדא *Halda*, unde cum Græca terminatione *Aldos*. Verum quid si potius id nomen, uti supra attigimus, primario tumuli fuerit, & ab eo ad numen quod ibi honorabatur, transfusum? Certe enim ex hoc diaconi Marci loco discimus, in eo tumulo latomias fuisse, ex quibus Porphyrius lapides ad ecclesiæ constructionem convectari fecit. Erit igitur ea vox a Syriaco & Chaldæo verbo חלד *halad*, quod est *perfodere*, *suffodere*, *perforare*; quod de fodinarum cuniculis usurpatur: ut & vox *hulda*, quæ *talpam*, *mustellam* & ceteras animantes quæ cuniculos suffodiunt, significat. Ab his igitur lapicidinarum cuniculis *Aldioma* sibi nomen quæsivit; unde & Juppiter ibi cultus *Aldus* & *Aldemius* vocatus fuit. At Græculorum ingenium est ejusmodi, ut peregrina omnia vocabula ad suas origines qua jure quaque injuria referre adnitantur. In *Aldi* autem & *Aldiomatis* vocabulis diutius me versatum, nondum sane pœnitet: quippe quæ monumenti hujus cum Etymologico M. consentientis sinceritatem mire demonstrent. Confer & quæ nomina propria infra exponentur ad §. CII.

Pag. 273. §. LXXX. Quum pueri tres in puteum decidissent, Porphyrius *jussit aliquem descendere per funes cadorum & scrutari pueros.*] Recte. Nam in tympano seu machina ad hauriendas aquas comparata funes, quibus *modioli* (uti vocat Vitruvius: at Hervetus appellavit *cados*, secutus Marcum qui τῶν κάδων scripserit oportet) ex intervallo inferuntur, ita sunt dispositi, ut non male scalarum vicem præbere possint.

Pag. 274. §. LXXXIV. Inter columnas ab Eudoxia Aug. in Ecclesiæ ornatum missas, *duæ* inquit *vocantur* CARYSTIÆ: *quæ quidem sunt in sancta ecclesia lucentes tamquam smaragdi.*] Carystium marmor tum in crustis commendabatur, tum maxime in columnis. *Carystiarum* columnarum meminit Strabo lib. X. scribens, apud Carystum in loco qui Μαρμάριον dicitur, esse λατόμιον τῶν Καρυστίων κιόνων, *Carystiarum columnarum lapicidinam*. Eisdem verbis utitur Stephanus. Meminit & Carystiarum Plinius XXXVI. 6. & alter Plinius X. 6. Tibullus III. 3. & alii plures. Atque equidem jam olim alicubi ex non obscuris indiciis deprehendisse memineram, non aliud fuisse hoc genus marmoris quam viride illud lucidissimum marmor, quod Itali appellant *Verde antico*. Verum hic Marci locus id jam diserte docet: eo enim spectat illa *smaragdi* comparatio, ad cujus colorem lucemque marmor Carystium, si sit optimæ notæ, proxime accedit. Cujus marmoris fodinas hodie ignorari vulgo expostulant. Sed eæ in Euboea, uti dixi, qua parte urbs Carystus erat, quærendæ erunt. Eas latomias quanti olim Romani imperatores fecerint, ostendit Romanus lapis apud Aldum in Orth. p. 479. sic inscriptus. *Hymeneus Cæsaris ser. Thamyrianus a lapidicinis* CARYSTIIS *fec. sibi & Thamyra nutricio.*

Pag. 275. §. LXXXVIII. Loquitur Marcus de Porphyrii disputatione cum Julia Manichæa, quam Cornelius quidam diaconus notis exceperit: quam disputationem se seorsum evulgasse, idem Marcus affirmat. Utinam ætatem ferret ea disputatio: jungi enim posset cum ejusdem argumenti Disputatione altera, auctore Archelao tertii vergentis sæculi Cascarorum in Mesopotamia episcopo, quæ ad calcem Socratis & Sozomeni, ex Latina vetere interpretatione prius edita, deinde auctior a Zacagnio prodiit. Quam ipsam quoque primitus notis exceptam fuisse oportet: quamque demum *Hegemonius* quidam, teste Photio, *perscripsit*, h. e. ut ego interpretor, in eam formam qua nunc cernitur, a se redactam sub Archelai nomine publici juris fecit: id quod & Marcus in Porphyrii disputatione præstitit. Archelai disputationem Syriace exstare docet doctiss. Biblioth. Vaticanæ præfectus Joseph Assemanus to. I. Biblioth. Orientalis pag. 555. Jam vero ad *notas* quod attinet, de iis sic loquitur Marcus: *Frater autem Cornelius diaconus sciens notis scribere*, QUIBUS UTUNTUR IN JURE, *jussus a beato episcopo notabat omnia.*] De notis ταχυγραφικαῖς occuparunt jam viri eruditi optima quæque decerpere. Verum heic illud tantum adnotasse sufficiat, ab Isidoro I. Orig. 21. 22. 23. tria notarum genera describi *Vulgares*, *Juridicas*, *Militares*. Sed idem quum de juridicis accuratius agat, hoc ipso opinor præ se tulisse videtur, has ævo suo usitatiores fuisse: quod & ex hoc Marci loco colligitur. Plura harum exempla Isidorus affert (utinam omnes prodidisset) ad extremum addens: *Has juris notas novitii imperatores* (Justinianus & eum secuti) *a codicibus legum abolendas sanxerunt, quia multos per has callidi ingenio ignorantes decipiebant.* Hinc etsi extra leges in ceteris excipiendis nihilo minus juridicæ usurpari possent, paullatim tamen (maxime inundantibus barbaris) obsoleverunt tam Latinæ juridicæ Isidori, quam quibus Græci utebantur.

Ibid. §. XCII. *Et licebat* (in nova ecclesia a Porphyrio dedicata) *videre choros angelicos, non solum in ecclesiastica Consequentia, sed etiam in Horis, quando fiebant.*] Pro *Consequentia* in Græco erat Ἀκολουθία, *Acoluthia*. Ex his vides summam totius Officii Ecclesiastici partitionem in *Acoluthiam* & *Horas*. Et *Horarum* nomine non hodie solum, sed & olim veniebant *Prima* (pro qua in aliquibus monumentis numeratur ὄρθρος *diluculum*) *Tertia*, *Sexta*, *Nona*, quas hodiernum *Horologium* complectitur cum suis *Mesoriis*. Meminit earumdem Horarum Pseudo-Clemens VIII. 34. qui & illarum mysteria vulgo nota exponit; Hieronymus locis pluribus, & alii veterum complures. Horarum distributionem ad seniorem Theodosium auctorem esse referendam, VValafrido Straboni (de

reb. eccle. c. 25.) docenti haud ægre crediderim: unde non eſt mirandum, in hac Vita *Horarum* mentionem injici. Atque hæs de Horis. At illud haud ſatis concoquo, cur heic *Acoluthia* ab *Horis* diſtinguatur. Nam jam diu apud Græcos Acoluthia pro toto Officii curſu accipitur (quantum quidem ex nominis interpretatione licet colligere; quia, inquiunt, Officii partes una alteram ſe ſe invicem conſequuntur) ita ut & Μεσονυκτίου & Ὄρθρου & Veſperam, adhæc autem & Horas & μεταδείπνιον complectatur. An igitur ætate Porphyrii id conſuetudo ferebat, ut quidquid præter Horas i. e. Tertiam, Sextam, Nonam (nam Prima utrum initio Horis adcenſeretur, dubitatur) eſſet, id totum *Acoluthia* appellaretur? Id quidem a vero non multum abludit. An vero potius *Horarum* vocabulum totam Officii nocturni pariter diurnique diſtributionem complectitur (id enim videtur ex Pſeudo-Clemente, Hieronymo & aliis, adhæc ex VValafrido & recentioribus colligi, ac nominatim ex Zonara apud Meurſium, qui in novenario, uti vult, Horarum numero myſterium aucupatur) an inquam *Horarum* nomine totius Officii curſus venit; *Acoluthia* vero in hac Vita non aliud quam Hymnodiam & modulabiles quaſdam partes deſignat? Modulabiles partes intelligo *Stichera*, *Hirmos*, *Troparia*, *Canonem*, *Odas* & quæ plura ſunt harum rerum vocabula in Ritualibus Græcorum libris. Cur autem *Acoluthiam* in hac Vita pro *Hymnodia* & modulatis cantionibus ſumam, primum facit cujuſdam Geraſimi Vlachi Theſaurus quadrilinguis, in quo (apud Suicerum) Ἀκολουθία eſt ... Ὑμνῳδία, Ὕμνος, Κανών· *Acoluthia* eſt... *Hymnodia*, *Hymnus*, *Canon*. Deinde quod *Sequentiæ* (quæ vox τῇ Ἀκολουθίᾳ reſpondet) vocabulum apud Latinos partes modulabiles tantum complectitur: unde & *Sequentiarius* is liber dicebatur, qui *Sequentias* contineret. Adhæc Typicum Sabæ c. 12. Ἀναστάσιμοι ἀκολουθίαι οὐ ψάλλεται: ubi diſerte *Acoluthia* eſt Hymnodia: nam ibi de *Canone* ἀναστασίμῳ ſermo eſt. *Canon* autem eſt illuſtris Hymnodiæ pars, ex pluribus Odis conſtans. Quid multa? verba ipſa Vitæ quæ ſupra recitavimus, id voce diſerta clamant; ubi angelicis choris ſimilem fuiſſe dicit non tantum *Conſequentiam*, Græce *Acoluthiam* (quæ per ſe nata ſit choros angelicos referre, eoque minus mirandum) verum etiam *Horas* ipſas, nimirum ab Hymnodia ſecretas.

Pag. 276. §. XCVII. Porphyrius ut tumultui propter ſe concito ſe ſubduceret, per tecta fugiens, Salaphthæ puellæ dixit: *Affer ad nos huc ſtoream in hoc tectum, ut heic maneamus, donec ſedetur tumultus civitatis: & ne renunties nos heic eſſe.*] Quod *tectum* interpres reddidit, id credo Græce erat δωμάτιον· Omnino autem hic locus ſimilis eſt illi in Actis S. Polycarpi §. VII. ubi *diogmitæ* repererunt ſanctum Martyrem ἔν τινι δωματίῳ κατακείμενον ὑπερῴῳ, i. e. *in quodam contignationis cœnaculo ſe prementem*, aut *clam jacentem*. Confer dicta ad hunc Actorum Polycarpi locum in noſtro Comment. in Kalend. Neapol. vol. I. ad XXIII. Febr. pag. 69. ad finem not. 46.

Ibid. §. CI. Illud, *Poſtquam autem* (Porphyrius) *Sanctum depoſuiſſet habitum.*] aperte oſtendit (id quod & aliunde ex antiquioribus monumentis conſtat) ſacras veſtes ſecretas a communibus tunc habuiſſe Eccleſiæ miniſtros; & illis quidem tamdiu uſos, dum ſacris operarentur aliudve quid ſacri peragerent, poſtea remotis illis induiſſe civiles, ſed tamen clero conſentaneas. Nam civilia clericorum indumenta diverſa tunc fuiſſe a laicorum veſtibus, oſtenderem, ſi id agerem. Interim huc facit, quod in hac vita etiam piæ illæ feminæ quæ in domibus monaſticam vitam degerent, diverſo a ſæculi puellis amictu contegerentur: id enim mox oſtenditur num. 102. ubi Porphyrius virginem *Salaphtham* donaſſe dicitur *habitu regulari*, eamque diaconiſſæ Manaridi commendaſſe, ut ſub hujus ductu vitam ſanctiorem capeſſeret. Sed jam de *Manaridis* & *Salaphthæ* nominibus aliquid eſt dicendum.

Ibid. §. CII. Dicitur Porphyrius arceſſiſſe *piam Manaridem diaconiſſam, quæ interpretatur ipſa quoque Græca lingua* φωτεινὴ *i. e. lucida*. Illud *ipſa quoque* refertur *ad Salaphthæ* interpretationem proxime traditam §. XCVIII. ubi *Salaphthæ vox pacem* ſignificare dicitur. Et MANARIS quidem cur *lucida* vertatur, facile dictu eſt, nam a verbo נור *nur* (quod apud Hebræos, Chaldæos, Arabes, & Syros Gazæis ὁμοφώνους, *lucere* deſignat) fit Hebraicum מנור *manor* i. e. *lucerna*: ex quo fit Chaldeorum (O in A mutantium) *Manar* aut *Menara*; unde Græca terminatione *Manaris* oritur i. e. *lucida*. At *Salaphtha* quo pacto Syriace ſive Chaldaice *pacem* deſignet, non video. Itaque ſuſpicabar, a Marco ſcriptum fuiſſe *Salamtha*. Idque verum nomen fuiſſe, poſtea ex Caſtellano pagin. 790. didici, teſtante in compendio Græco hujus Vitæ quod in regia bibliotheca aſſervatur, ejus nomen ſcribi SALANTHA cum N loco labialis P, eamque poſtea εἰρήνην *Irenem* (quod *pacem* ſignificat) fuiſſe vocatam. At, ſi me audis, ne hæc quidem recta eſt nominis illius ſcriptio: quæ SALAMTHA cum M appellanda fuit, ſi quidem ejus nomen *pacem* deſignabat. Pronifſimum autem fuit M in N a librariis mutari. Jam vero vox *Salom* (quæ Hebræis *pacem* notat) Syris dicitur שלמתא *ſelamtho* ſive (Chaldaica pronuntiatione) *Selamtha*: ipſum ſcilicet hujus puellæ nomen. Sed & *Barochas* (de quo multus eſt in hac Vita ſermo) eſt ברוך *baruch* i. e. *benedictus*, addita terminatione Græcanica. Quid *Marnas*, quidve *Aldioma* Syriace ſignificarit, jam ſupra oſtendimus. Nec alium certe, quam Syrum ſermonem Gazæis vernaculum fuiſſe, ex eo intelligitur, quod §. LXVI. quamdiu puer ille fatidicus Syriace vaticinabatur, minus mirandum id accidit. At poſtquam eadem illa (§. ſeq.) Græce eſt elocutus puer, id vero apud S. Porphyrium ceteroſque miraculo fuit.

INDEX
CAPITUM ET SECTIONUM
VITÆ
SANCTI PORPHYRII
A MARCO DIACONO
EJUS DISCIPULO CONSCRIPTÆ.

PROLOGUS.

CAPUT I.

Sancti Porphyrii vita anachoretica, & privata in morbis & peregrinationibus.

CAPUT II.

Sancti Porphyrii sacerdotium: episcopatus Gazensis.

CAPUT III.

Pluvia impetrata precibus sancti Porphyrii. Barochæ vulnus inflictum.

CAPUT IV.

Edicto imperatoris templa idolorum clausa. Puerpera ope sancti Porphyrii adjuta. Conversio infidelium.

CAPUT V.

Iter Constantinopolitanum sancti Porphyrii cum archiepiscopo Cæsariensi. Rhodi apud Procopium anachoretam; Constantinopoli apud sanctum Joannem Chrysostomum & Amantium cubicularium imperatricis gesta.

C A P U T VI.

Benignum colloquium sancti Porphyrii cum imperatrice. Nativitas Theodosii junioris.

C A P U T VII.

Baptismus Theodosii junioris. Impetrata idolorum destructio. Varia donata sancto Porphyrio munera.

C A P U T VIII.

Reditus sancti Porphyrii Gazam. Tempestas cælitus sedata. Solemnis in urbem introductio.

C A P U T IX.

Templa idolorum eversa Gazæ. Plurimi idololatræ convertuntur a sancto Porphyrio.

C A P U T X.

Nova ecclesia a sancto Porphyrio exstructa. Tres pueri in puteum lapsi servantur.

CAPUT XI.

Mulier Manichæa ob blasphemiam, orante sancto Porphyrio, subita morte punita. Dedicata ecclesia. Eleemosynæ sancti Porphyrii.

CAPUT XII.

Persecutio gentilium in Christianos & sanctum Porphyrium. Conversio ac vita sanctæ Salaphthæ virginis. Sanctus Porphyrius moritur.

S. CÆLESTINI I. PAPÆ

EPISTOLÆ

ET

DECRETA.

Quibus nonnulla intexta,

AD EUMDEM SANCTUM PONTIFICEM PERTINENTIA.

Ex editione V. C. PETRI COUTANTII.

S. CÆLESTINI I. PAPÆ EPISTOLÆ ET DECRETA.

[1] EPISTOLA I.

AUGUSTINI HIPPONENSIS episcopi ad Cælestinum papam.

Antonii episcopi Fussalensis, qui administratione ecclesiæ suæ ob scelera privatus, apostolicam sedem appellaverat, caussa exposita, obtestatur ut latam in ipsum sententiam vigere sinat.

Domino beatissimo & debita caritate venerando sancto papæ CÆLESTINO AUGUSTINUS in Domino salutem.

I. PRimum gratulationem reddo meritis tuis, quod te illa sede Dominus Deus noster sine ulla, sicut audivimus, plebis suæ discissione [2] constituit. Deinde insinuo sanctitati tuæ quæ sint circa nos, ut non solum orando pro nobis, verum etiam consulendo & opitulando subvenias. In magna quippe tribulatione positus, hæc ad tuam beatitudinem scripta direxi; quoniam volens prodesse quibusdam in nostra vicinitate membris Christi, magnam illis cladem improvidus & incautus ingessi.

II. Fussala dicitur Hipponensi territorio confine castellum. Antea ibi numquam episcopus fuit: sed simul cum contigua sibi regione ad parœciam Hipponensis ecclesiæ pertinebat. Paucos habebat illa terra catholicos: ceteras plebes illic in magna multitudine hominum constitutas Donatistarum error miserabiliter obtinebat; ita ut in eodem castello nullus esset omnino catholicus. Actum est in Dei misericordia, ut omnia ipsa loca unitati ecclesiæ cohærerent; per quantos labores & pericula nostra, longum est explicare: ita ut ibi presbyteri qui eis [3] congregandis a nobis primitus constituti sunt, exspoliarentur, cæderentur, debilitarentur, excæcarentur, occiderentur: quorum tamen passiones inutiles ac steriles non fuerunt, unitatis illic securitate perfecta. Sed quod ab Hippone memoratum castellum millibus quadraginta sejungitur, cum in eis regendis & eorum reliquiis licet exiguis colligendis, quæ in utroque sexu aberrabant, non mi-

A naces ulterius, sed fugaces, me viderem latius quam oportebat extendi, nec adhibendæ sufficere diligentiæ quam certissima ratione adhiberi debere cernebam, episcopum ibi ordinandum constituendumque curavi.

III. Quod ut fieret, aptum loco illi congruumque requirebam, qui & Punica lingua esset instructus. Et habebam de quo cogitabam paratum presbyterum, propter quem ordinandum, sanctum [4] Senem qui tunc primatum Numidiæ gerebat, de longinquo ut veniret rogans litteris impetravi. Quo jam præsente, omniumque in re tanta suspensis animis, ad horam nos ille qui mihi paratus videba-
B tur, omni modo resistendo destituit. Ego autem, qui utique, sicut exitus docuit, differre potius debui, quam periculosum præcipitare negotium, dum nolo gravissimum & sanctissimum Senem ad nos usque fatigatum, sine effectu propter quem venerat tam longe, ad propria remeare, obtuli non petentibus quemdam adolescentem Antonium qui mecum tunc erat, in monasterio quidem a nobis a parvula ætate nutritum, sed præter lectionis [5] officium nullis clericatus gradibus & laboribus notum. At illi miseri, quod futurum fuerat ignorantes, offerenti eum mihi obedientissime crediderunt. Quid plura? factum est, esse illis episcopus cœpit.

C IV. Quid faciam? Nolo apud tuam venerationem gravare quem nutriendum collegi; nolo deserere quos colligendos timoribus & doloribus parturivi: & quomodo utrumque agam, reperire non possum. Res quippe ad tantum scandalum venit, ut in eum heic apud nos caussas dicerent, qui de illius episcopatu suscipiendo, tamquam bene sibi consu-

1. Scripta circa initium anni 423. Inter Augustini epistolas est CCIX. Statim atque Cælestini electio & ordinatio in Africa divulgata est, adeoque circa anni 423. principium, scriptam esse Augustinus ipse ab exordio satis aperte declarat. Neque vero scrupuli de Antonii Fussalensis caussa ipsi injecti procrastinare eum sinebant aut quiescere, donec promtum eis remedium invenisset.

2. Quamvis nec dum ex Eulalii factione defecissent schismatici: contra quos Baronius ad ann. 423. & 425. putat legem 62. tit. 5. lib. 16. Cod. Th. Aquilejæ Theodosio aug. XI. & Valentiniano cæs. conss. hoc est anno 425. XVI. Kal. Augusti datam, qua cavetur: *Circa hos autem maxime urgenda commotio est, qui pravis suasionibus a venerabilis papæ se se communione suspendunt, quorum schismate plebs etiam reliqua vitiatur. His, conventione præmissa, viginti dierum condonamus inducias, intra quos nisi ad communionis redierint unitatem, expulsi usque ad centesimum lapidem, solitudine quam eligunt macerentur.*

3. Hoc est, schismaticis ad unitatem reducendis.

4. Puta Silvanum, qui apud Augustinum epistolæ CXXVIII. ut *Senex ecclesiæ Summensis*, & epistolæ CXXIX. ut *primæ sedis provinciæ Numidiæ* episcopus subscribit.

5. Zosimus epist. IX. n. 5. decernit, ut *qui ab infantia ecclesiasticis ministeriis nomen dederit, inter lectores usque ad vicesimum ætatis annum continuata observatione perduret.* Qua D in re is papa Siricii epist. I. n. 13. decretum secutus est. Quocirca Antonius ille a parvula ætate lector initiatus, statimque Augustino traditus non immerito credatur, uti fieri tunc consuevisse pluribus exemplis in citatum Siricii locum probavimus. His adjicimus illud Chrysostomi, de quo Palladius dialog. pag. 227. scribit: *Octodecim annos natus recessit a rhetore Libanio, atque a Meletio Antiochensi archiepiscopo baptizatur, & lector ordinatur.* Antonium tamen ultra vigesimum ætatis annum in lectoris officio perstitisse hinc colligitur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



lentibus, obtemperaverant nobis. In quibus caussis cum stuprosum crimina capitalia, quæ non ab ipsis quibus episcopus erat, sed ab aliis quibusdam objecta fuerant, probari minime potuissent, atque ab iis quæ invidiosissime jactabantur, videretur esse purgatus, tam miserandus factus est & nobis & aliis, ut quidquid a castellanis & illius regionis hominibus de intolerabili dominatione, de rapinis & diversis oppressionibus & contritionibus objiciebatur, nequaquam nobis tale videretur, ut propter hoc vel propter simul cuncta congesta, episcopatu eum putaremus esse privandum, sed restituenda quæ probarentur ablata.

V. Denique sententias nostras sic temperavimus, ut salvo episcopatu, non tamen omnino impunita relinquerentur, quæ non deberent vel eidem ipsi deinceps iterumque facienda, vel ceteris imitanda proponi. Honorem itaque integrum servavimus juveni corrigendo; sed corripiendo minuimus potestatem, ne scilicet eis præesset ulterius, cum quibus sic egerat, ut dolore justo eum sibi præesse ferre omnino non possent, & cum suo illiusque periculo in aliquod scelus forsitan erupturam impatientiam sui doloris ostenderent. Quorum talis animus etiam tunc, quando cum eis de illo episcopi egerunt; evidenter apparuit, cum jam vir spectabilis Celer, de cujus adversum se præpotenti administratione conquestus est, nullam gerat vel in Africa vel uspiam potestatem.

VI. Sed quid multis morer? Collabora, obsecro, nobiscum, pietate venerabilis domine beatissime, & debita caritate venerande sancte papa, & jube tibi quæ directa sunt omnia recitari. Vide episcopatum qualiter gesserit; quemadmodum judicio nostro usque adeo consenserit, communione privatus, nisi prius Fussalensibus omnia redderentur; jam postea ut re acta æstimatis rebus solidos seposuerit, ut ei communio redderetur; quam versuta suasione sanctum Senem [1] primatem nostrum gravissimum virum, ut ei cuncta crederet, quem velut omni modo inculpatum venerando papæ Bonifacio commendaret, induxerit; & cetera quæ a me quid opus est recoli, cum memoratus venerabilis Senex ad tuam sanctimoniam universa retulerit?

VII. In illis autem multiplicibus gestis quibus de illo nostrum judicium continetur, magis deberem vereri, ne tibi minus severe, quam oporteret, A judicasse videamur; nisi scirem vos tam propensos ad misericordiam, ut non solum nobis, quia illi pepercimus, verum etiam ipsi existimetis esse parcendum. Sed ille, quod a nobis aut benigne aut remisse factum est, in præscriptionem vertere atque usurpare conatur. Clamat: *Aut in mea cathedra sedere debui, aut episcopus esse non debui*; quasi nunc sedeat nisi in sua. Propter hoc enim loca illa eidem dimissa atque permissa sunt, in quibus & prius episcopus erat, ne in alienam cathedram contra statuta patrum [2] translatus illicite diceretur. Aut vero quisquam ita esse debet sive severitatis sive lenitatis exactor, ut qui non visi fuerint episcopatus honore privandi, nullo modo in eis aliquid vindicetur; aut in quibus aliquid visum fuerit vindicandum, episcopatus honore priventur?

VIII. Exsistunt exempla, ipsa sede apostolica judicante vel aliorum judicata [3] firmante, quosdam pro culpis quibusdam, nec episcopali spoliatos honore, nec relictos omnimodis impunitos. Quæ ut a nostris temporibus remotissima non requiram, recentia memorabo. Clamet Priscus provinciæ Cæsariensis episcopus: Aut ad primatum locus, sicut ceteris, & mihi patere debuit, aut episcopatus mihi remanere non debuit. Clamet alius ejusdem provinciæ Victor episcopus, cui relicto in eadem pœna in qua & Priscus fuit, nusquam nisi in diœcesi ejus ab aliquo communicatur episcopo; clamet, inquam; Aut ubique communicare debui, aut etiam in meis locis communicare non debui. Clamet tertius ejusdem provinciæ Laurentius episcopus, & prorsus hujus vocibus clamet: Aut in cathedra cui ordinatus sum, sedere debui, aut episcopus esse non debui. Sed quis ista [4] vituperet, nisi qui parum attendit, nec inulta omnia relinquenda, nec uno modo omnia vindicanda?

IX. Quia ergo pastorali vigilique cautela beatissimus papa Bonifacius in epistola sua posuit, de Antonio loquens episcopo, & ait, *Si ordinem rerum nobis fideliter indicavit*: accipe nunc ordinem rerum, quem ille in suo libello reticuit; ac deinde quæ post ejus sanctæ memoriæ viri in Africa lectas litteras [5] gesta sunt; & subveni hominibus opem tuam in Christi misericordia multo avidius quam ille poscentibus, a cujus inquietudine desiderant liberari. Judicia quippe illis, & publicas potestates, & militares impetus tamquam [6] exsecutoribus, utrum in eis reperirentur laudati a Zosimo canones, certiores facti essent. Certe Laurentius infra appellandus Cod. can. eccl. Afr. c. 133. anno 419. Carthaginiensi concilio non tantum velut *Icositanus* episcopus, sed tamquam *legatus provinciæ Cæsariensis* subscribit. Nondum igitur hoc anno adversus eum prolata erat sententia quam Augustinus mox memorat.

1. Valentinum scil. Bajanum, qui in fronte epist. II. ad Bonifacium *primæ sedis provinciæ Numidiæ* inscribitur. Hunc inter Antonii judices non sedisse hinc colligitur. Verum eumdem postea communicatis cum eo gestis, non tantum errorem abjecisse, sed & veriorem omnium relationem ad Cælestinum una cum hac Augustini epistola misisse subnexa indicant.

2. Afris ignota tum erant Sardicensia decreta, ut ex epistola sequenti n. 3. palam fiet. Unum igitur heic intelligit Augustinus, ac servandum sibi proposuerunt Antonii judices, Nicæni concilii canonem 15. quo statuitur, ut *de civitate ad civitatem non episcopus, non presbyter, non diaconus transferatur*. Optandum foret, ut & nostra ætate servaretur hæc regula, maxime erga presbyteros quorum vita turpis ac nocens populis scandalo est & exitio; nec tam facile sinerentur, postquam ecclesiam primum sibi creditam læserint, procul ad aliam administrandam transire; cui tanto certius inferunt damnum, quanto minus ab eorum flagitiis cavetur. Hoc ad summum liceret, cum gravium scelerum accusati, nec plane convicti, propriæ plebis ob adspersam famæ maculam minus utiles fore judicarentur. Sic se primum gessisse videntur Afri erga Apiarium, cum objecta crimina impudenter negaret, nec esset unde aperte convinceretur.


3. Apostolicæ sedis in Afrorum judiciis potestas heic aperte prædicatur: sed observat vir eruditus, hæc eo intervallo dicta esse, quo Afri Romam appellare permiserant, donec consultis Nicæni concilii verissimis exemplaribus, utrum in eis reperirentur laudati a Zosimo canones, certiores facti essent. Certe Laurentius infra appellandus Cod. can. eccl. Afr. c. 133. anno 419. Carthaginiensi concilio non tantum velut *Icositanus* episcopus, sed tamquam *legatus provinciæ Cæsariensis* subscribit. Nondum igitur hoc anno adversus eum prolata erat sententia quam Augustinus mox memorat.

4. In promtu erat his exemplum adjicere Apiarii, de quo Africanum concilium epist. II. ad Bonifacium papam statuisse se scribit, *ut de Siccensi ecclesia, retento scilicet honore gradus sui, removeretur, & accepto epistolio, ubicumque alibi vellet & posset, presbyterii honore fungeretur*. Verum ubi Augustinus judiciorum a sede apostolica firmatorum exempla in medium adducit, minus ad rem illius accommodatum erat exemplum Apiarii, qui & presbyter tantum erat, & ab Afris ita est judicatus, ut eorum judicium ab apostolica sede firmatum non legatur. Ad probandam tamen Antonii iniquitatem valet: quatenus aliquem clericum pro culpis ita plecti posse ostendit, ut honoris sui gradu non omnino dejiciatur.

5. Hæ non exstant.

6. De exsecutorum munere commodius notis in epistolam II. differemus. In nova Augustini editione observatum est, Antonio minime redditam Fussalensis ecclesiæ administrationem, siquidem curam ejus Augustinus sub vitæ suæ finem gerebat; adeoque Cælestinum nihil eorum molitum esse, quæ pius ille præsul tantopere verebatur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



ros apostolicæ sedis sententiam, sive ipse, sive rumores creberrimi comminantur; ut miseri homines Christiani catholici graviora formident a catholico episcopo, quam, cum essent hæretici, a catholicorum imperatorum legibus formidabant. Non sinas ista fieri, obsecro te per Christi sanguinem, per apostoli Petri memoriam, qui Christianorum præpositos populorum monuit [a], ne violenter dominentur in fratres. Ego Fussalenses catholicos, filios in Christo meos, & Antonium episcopum, filium in Christo meum, benignitati caritatis sanctitatis tuæ, quia utrosque diligo, utrosque commendo. Neque Fussalensibus succenseo, quia justam de me querimoniam ingerunt auribus tuis, quod eis hominem nondum mihi probatum, nondum saltem ætate firmatum, a quo sic affligerentur, inflixi. Neque huic noceri volo, cui quanto magis sinceram habeo caritatem, tanto magis pravæ ejus cupiditati obsisto. Utrique misericordiam mereantur tuam; illi ne mala patiantur, iste ne faciat: illi ne oderint Catholicam, si a catholicis episcopis, maximeque ab ipsa sede apostolica, contra catholicum non eis subvenitur episcopum; iste autem ne se tanto scelere obstringat, ut quos molitur invitos facere suos, a Christo faciat alienos.

X. Me sane, quod confitendum est beatitudini tuæ, in isto utrorumque periculo tantus timor & mæror excruciat, ut ab officio cogitem gerendi episcopatus abscedere, & me lamentis errori meo convenientibus dedere, si per eum cujus episcopatui per imprudentiam suffragatus sum, vastari ecclesiam Dei &, quod ipse Deus avertat, etiam cum vastantis perditione perire conspexero. Recolens enim quod ait Apostolus: [b] *Si nosmet ipsos judicaremus, a Domino non judicaremur*; judicabo me ipsum, ut parcat mihi qui judicaturus est vivos & mortuos. Si autem & membra Christi quæ in illa regione sunt, ab exitiabili timore ac tristitia recreaveris, & meam senectutem hac misericordi justitia fueris consolatus; retribuet tibi, & in præsenti & in futura vita, bona pro bonis, qui per te nobis in ista tribulatione succurrit, & qui te in illa sede constituit.

[1] EPISTOLA II.

Concilii Africani ad papam Cælestinum urbis Romæ episcopum.

Notum ei faciunt quei Apiarius flagitia sua fateri coactus sit. Tum rogant, I. *ne a se excommunicatos præpropere communioni restituat,* II. *ut presbyterorum aliorumque clericorum improba refugia seu appellationes repellat,* III. *ne de latere suo mittat qui appellantis caussam recognoscant,* IV. *neque petentibus exsecutores concedat; postremo ne Faustinum in Africam remittat.*

Domino dilectissimo & honorabili fratri CÆLESTINO, AURELIUS, [2] PALATINUS, ANTONIUS, TUTUS, SERVUS-DEI, TERENTIUS, FORTUNATUS, MARTINUS, JANUARIUS, OPTATUS, [3] CELTICUS, DONATUS, THEASIUS, VINCENTIUS, FORTUNATIANUS, & ceteri qui in universali Africano concilio [4] Carthaginis adfuimus.

I. OPtaremus [5] ut quemadmodum sanctitas tua de adventu Apiarii lætatos vos fuisse missis per compresbyterum nostrum Leonem litteris intimavit, ita nos quoque de ejus purgatione hæc scripta cum lætitia mitteremus. Esset profecto & nostra & vestra modo alacritas certior, nec præpropera videretur, quæ adhuc [6] de audiendo quam de audito præcesserat. Adveniente sane ad nos sancto fratre & coepiscopo nostro Faustino, concilium congregavimus, & credidimus ideo eum illo missum, quoniam sicut per ejus operam presbyterio antea redditus fuerat, ita nunc posset de tantis criminibus a Thabracenis objectis eo laborante purgari: cujus tanta ac tam immania flagitia decursum nostri concilii examen invenit, ut & memorati [7] patrocinium potius, quam judicium; ac defensoris magis operam, quam [8] disceptatoris justitiam

a I. Pet. V. 3. b I. Cor. XI. 31.

1. Codex canonum Africanæ ecclesiæ hac epistola clauditur. Exstat præterea in iisdem mss. & collectionibus, in quibus epistolam II. eorumdem Afrorum ad Bonafacium exstare diximus. Scripta est occasione Apiarii, qui anno 419. concilii Carthaginiensis sententia remotus ab ecclesia Siccensi, Thabracam celebrem in proconsulari provincia civitatem se se receperat. Sed ab urbis hujus civibus denuo nefandis flagitiis accusatus, eaque de caussa ab altero Carthaginiensi concilio communione privatus, Romam confugiens, mentitusque se ab hac sententia provocasse, communioni a Cælestino restitutus est, misso in Africam Faustino, ut & ibi communio ei redderetur. Observat Tillemontius tom. 13. pag. 860. tumultus ex Honorii morte & usurpatione Joannis in occidente excitatos, ab Augusto mense anni 423. ad Julium anni 425. liberum Romam inter & Africam non permisisse commercium; adeoque epistolam hanc vel circa exitum anni 425. vel in annum 426. esse differendam. Ut enim anno 423. ante Augustum scripta credatur, non sinit ejus exordium, in quo nulla est, quæ præteriri non solet, de felicibus novi pontificis auspiciis gratulatio.

2. Quidam inferioris notæ mss. *Palastinus*. In uno Harlæo ut apud Merlin. *Palestinus*. Apud Lab. in marg. *Palentinus* & *Palatinus*, at in textu *Valentinus*: quod & arriperemus ultro, nisi sinceriores mss. Reg. Colb. duo Harlæi, &c. præferrent *Palatinus*, quomodo legit & interpres Græcus.

3. In vulgatis *Celtitius* aut *Celticius*. In aliquot mss. *Celsitius*. In melioribus *Celticus*. Episcopi hujus Augustinus lib. de octo quæst. ad Dulcitium q. 7. n. 3. ubi nec una ratione in mss. exprimitur, meminit.

4. Colb. ms. *Carthagine adsumus*.


5. Mss. magno consensu, *siquidem admodum*, nisi quod in uno Harlæo, *siquidem quemadmodum*, & in Coislin. secundis curis, *si quemadmodum*: quod Merl. & Crab. arripuerunt. Leonem autem mox appellatum alium esse ab eo qui Xysto papæ successit, hoc argumento est, quod Prosper in Chronico hunc Leonem etiam sub Xysto diaconum nuncupat.

6. In e itis, ut in ms. Reg. heic additur *tam*: quod melius abest ab aliis mss. ejusque loco *potius* subauditur. Quam particulam reticere Augustino aliisque ejus ævi scriptoribus familiare est. Præproperam quamdam Cælestini festinationem, qua Apiarium damnatum audierit, quem potius audiendum differre debuerat, quoad partes adfuissent, modeste heic Afri carpunt.

7. Faustini videlicet, cujus agendi ratio heic arguitur, quatenus cum justi judicis & æqui cognitoris partes implere debuisset, patroni ac defensoris officio fungebatur. Sed ejus operam Apiarii vitia superarunt, adeo ut illa defendere aut purgare prorsus non valuerit.

8. Hoc est, qui examinantis vice fungitur, unde æquam sententiam ferat. Græcus interpres tum heic *disceptatoris*, tum infra n. 3. *cognitorum* nomina uno eodemque *τοῦ διαγνωστοῦ* & *τῶν διαγνωστῶν* vocabulo reddidit. *Cognitor* autem is vocatur, qui caussæ cognoscendæ judex & arbiter præest. Quo nomine Marcellinus Comes in collatione Carthaginiensi cui præfuit, passim donatur. Huc spectat

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
423.



superarent. Nam primum [1] quantum obstiterit A omni congregationi diversas injurias ingerendo, quasi ecclesiæ Romanæ afferens privilegia, & volentes eum a nobis in communionem suscipi, quem tua sanctitas credens appellasse, quod probare non potuit, communioni reddiderat? quod minime tamen licuit, quod etiam gestorum melius lectione cognosces. Triduano tamen laboriosissimo agitato judicio, cum diversa eidem objecta afflictissimi quæreremus, vel moras coepiscopi nostri Faustini, vel tergiversationes ipsius Apiarii quibus nefandas turpitudines occulere conabatur, Deus judex, fortis & longanimis magno compendio resecavit. Tetriore quippe ac putidiore obstinatione compressa, qua tantum libidinum cœnum impudentia negationis vo- B lebat obruere, Deo nostro ejus conscientiam coartante, & occulta quæ in illius corde tamquam in volutabro criminum jam damnabat, etiam hominibus publicante, repente in confessionem cunctorum objectorum flagitiorum dolosus negator erupit. Et tandem de omnibus incredibilibus opprobriis ultroneus se ipse convicit, atque ipsam quoque nostram spem, qua eum & credebamus & optabamus de tam pudendis maculis posse purgari, convertit in gemitus: nisi quoniam istam nostram mæstitiam uno tantum solatio mitigavit, quod & nos labore diuturnioris quæstionis absolvit, & suis vulneribus qualemcumque medelam, [2] etsi invita ac suæ conscientiæ reluctante confessione providit, domine C frater.

II. Præfato itaque debitæ salutationis officio, [3] impendio deprecamur, ut deinceps ad vestras aures hinc venientes non facilius admittatis, nec a nobis excommunicatos in communionem ultra velitis excipere: quia hoc etiam Nicæno concilio [4] definitum facile [5] advertat venerabilitas tua. Nam & si de inferioribus clericis vel de laicis videtur ibi præcaveri, quanto magis hoc de episcopis voluit observari? ne in sua provincia a communione suspensi, a tua sanctitate præpropere vel indebite videantur communioni restitui.

III. Presbyterorum quoque & sequentium clericorum improba [6] refugia, sicuti te dignum est, repellat sanctitas tua: quia & nulla patrum definitione hoc ecclesiæ derogatum est Africanæ, & decreta Nicæna sive inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt. Prudentissime enim justissimeque viderunt, [7] quæcumque negotia in suis locis, ubi orta sunt, finienda, nec unicuique providentiæ gratiam sancti Spiritus defuturam, qua æquitas a Christi sacerdotibus & prudenter videatur, & constantissime teneatur: maxime quia unicuique concessum est, [8] si judicio offensus fuerit Cognitorum, ad concilia suæ provinciæ, vel etiam universale [9] provocare. Nisi forte quisquam est qui credat, uni cuilibet posse Deum nostrum examinis inspirare justitiam, & innumerabilibus congregatis in concilium sacerdotibus denegare. Aut quomodo ipsum transmari-

quod in eadem collatione cap. 258. Habet-deus dixit, *Magnum justi cognitoris indicium est, quod uni parti concessit, alteri non negare*; vel quod Honorius imp. Cod. Th. lib. 16. tit. 5. leg. 45. edicit: *Neque enim morte cognitoris perire debet publica fides.*

1. Græcus interpres, πρῶτον γὰρ ἀντέστη, hoc est, *primum enim obstitit* (seu *adversatus est*) *vehementer*; quod planius sublato interrogationis puncto.

2. Ita cum Justello omnes nostri mss. nisi quod in uno Colb. *& licet invitus suæ conscientiæ reluctante confessione prodidit*. At edit. concil. *etsi invita & sua conscientia reluctante confessione providit*. In posterioribus tamen sublatum est *confessione*. Ad invitas ejusmodi confessiones reos compellit Deus ea virtute, qua omnia potest. Narrat Augustinus epist. alias CXXXVII. nunc LXXVIII. n. 3. *Mediolani apud memoriam Sanctorum, ubi mirabiliter & terribiliter dæmones confitentur, furem quemdam qui ad eum locum venerat ut falsum jurando deciperet, compulsum fuisse confiteri furtum*. Idem & Nolæ in eo loco, ubi beati Felicis corpus conditum est, contingere solere ibidem testatur; eaque de caussa duos e clericis suis se se mutuo accusantes illuc misit, ut rei veritas pateficret.

3. Isidorus Mercator in epistola, quam orientalium nomine ad Julium papam scribentium confinxit, hunc locum exscribens, pro *impendio*, substituit *propter beati Petri honorem impenso*.

4. Nicæn. conc. c. 5.

5. Ita ms. Colb. At Merl. *advertit*, & alii libri, *advertet*.

6. Concili Milevitani II. canone 22. constituitur, *Ut presbyteri, diaconi vel ceteri inferiores clerici in caussis quas habuerint, si de judiciis episcoporum suorum questi fuerint, vicini episcopi eos audiant, & inter eos quidquid est finiant adhibiti ab eis ex consensu episcoporum suorum. Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent nisi ad Africana concilia vel ad primates provinciarum suarum. Ad transmarina autem qui putaverit appellandum, a nullo intra Africam in communionem suscipiatur*. Totidem verbis insertus est iste canon Codici can. eccl. Afr. c. 125. Cujus litteræ si hæreamus, soli presbyteri inferioresve clerici, non episcopi *ad transmarina*, hoc est ad apostolicam sedem, provocare prohibentur. At licet nunc Afri ad idem decretum verba sua accommodantes, Cælestinum ut *presbyterorum & sequentium clericorum improba refugia repellat*, rogent; nequaquam tamen episcoporum ad transmarina appellationes permittere se significant: immo quæ hac de re sententia sua sit, mox aperiunt, cum Nicæna laudant decreta, *quæ sive inferioris gradus clericos, sive ipsos episcopos suis metropolitanis apertissime commiserunt*. Et is quidem canon in laudato Codice can. eccl. Afr. cap. 28. sic exhibetur, ut appellationes ad transmarina non minus episcopis, quam ceteris clericis prohibitas fuisse doceat. Sic enim ejus clausula ibi effertur: *Quod si & ab eis provocandum putaverint, non provocent ad transmarina judicia, sed ad primates suarum provinciarum, aut ad universale concilium, sicut &* DE EPISCOPIS SÆPE *constitutum est*. Unde in memorato Milevitani concilii canone episcoporum mentio videtur ideo prætermissa, quia de ipsis jam sæpe eadem res decreta fuerat. Porro hæc accessio, *Sicut & de episcopis sæpe constitutum est*, quam & Dionysius Exiguus asservavit, magnis controversiis, quibus dirimendis non sufficit marginalis angustia, locum dedit. Si tamen perpendamus hæc Cypriani sub finem epistolæ LV. *Cum statutum sit omnibus nobis, & æquum sit pariter ac justum, ut uniuscujusque caussa illic audiatur ubi est crimen admissum*; si etiam alia, quæ idem Sanctus his subnectit, cum iis quæ nunc Afri opponunt, conferamus; facile unum in illis ingenium & animum a transmarinis appellationibus pariter abhorrentem deprehendemus.

7. Hoc autem providerunt canone 5. quo præceperunt *annis singulis per unamquamque provinciam bis in anno concilia celebrari, ut communiter omnibus simul episcopis provinciæ congregatis, discutiantur hujusmodi quæstiones*, quæ obortæ fuerant. Eodem canone præterea ne episcopi extra fines provinciæ suæ judicentur, vetitum esse pariter intellexerunt Orientales, ut in epistolam IV. Innocentii pag. 775. not. c. observavimus. Nec male dicunt Afri episcopos & inferioris gradus clericos metropolitanis suis eo ipso canone fuisse commissos: quia licet in hoc diserta metropolitani mentio non fiat, id tamen ipsi non immerito tribuitur, quod concilium provinciæ cui præest, decernit ac judicat.

8. In ms. Reg. *qui judicio*. Id porro concessum Milevitani II. concilii canone 22. & confirmatum in Codice can. eccl. Afr. cap. 28. & 125.

9. Ideoque concilium Carthaginiense III. can. 2. constituit, prout hoc statutum Codici can. eccl. Afr. insertum legitur, *ut secundum Nicæna statuta propter caussas ecclesiasticas quæ ad perniciem plebium veterascunt, singulis quibusque annis concilium convocetur, ad quod omnes provinciæ quæ primas sedes habent, de conciliis suis binos aut quantos delegerint episcopos mittant, ut congregato conventu plena possit esse auctoritas*. Hinc quid Afri heic simpliciter *concilium universale*, quid concilium Carthaginiense III. can. 7. *concilium universale anniversarium*, quidve Augustinus variis in locis *concilium plenarium* vocet, intelligere est. Quippe concilium quod *universale* appellatur, quia ex omnibus provinciis congregatum, *plenarium* item nuncupatur, quia in eo *plena auctoritas* sit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



num judicium ratum erit, ad quod testium necessariæ personæ vel propter sexus vel propter senectutis infirmitatem, vel multis aliis impedimentis, adduci non [1] poterunt?

IV. Nam ut aliqui tamquam a tuæ sanctitatis latere mittantur; in nulla invenimus [2] patrum synodo constitutum: quia illud quod pridem per eumdem coepiscopum nostrum Faustinum tamquam ex parte Nicæni concilii exinde transmisistis, in conciliis verioribus [3] quæ accipiuntur Nicæni a sancto Cyrillo coepiscopo nostro Alexandrinæ ecclesiæ, & a venerabili Attico Constantinopolitano antistite, ex authentico missis, quæ etiam ante hoc per Innocentium presbyterum & Marcellum subdiaconum, per quos ad nos ab eis directa sunt, venerabilis memoriæ Bonifacio episcopo decessori ve- A stro a nobis transmissa sunt, in quibus tale aliquid non potuimus reperire.

V. Exsecutores [4] etiam clericos vestros quibusque petentibus nolite mittere, nolite concedere; ne fumosum typhum sæculi in ecclesiam Christi quæ lucem simplicitatis & humilitatis diem Deum videre cupientibus præfert, videamur inducere.

VI. Nam de fratre nostro Faustino (amoto jam pro suis nefandis nequitiis [5] de Christi ecclesia dolendo Apiario) securi sumus, quod eum probitate ac moderatione tuæ sanctitatis, salva fraterna caritate, ulterius Africa minime [6] patietur.

B *Et alia manu*: Deus noster sanctitatem vestram ævo longiore orantem pro nobis custodiat, domine frater.

1. Incommodi hujus vitandi gratia Cyprianus epist. LV. edixit: *Oportet utique eos quibus præsumus . . . illic agere caussam, ubi & accusatores habere, & testes sui criminis possint*. Ideo & Afri Cod. can. eccl. Afr. c. 20. caverunt, *ut accusatus vel accusator in eo loco, unde ille est qui accusatur, si metuit aliquam vim temerariæ multitudinis, locum sibi eligat proximum, quo non sit difficile testes producere ubi caussa finiatur*.

2. Hoc igitur si in Sardicensi synodo, cui Gratus Carthaginiensis episcopus interfuit, statutum fuisse comperissent, nullo, ut videtur, negotio suscepissent. Sed & ab hoc suscipiendo decreto non parum eos deterruit Faustini in toto illo negotio quidam typhus nec satis æqua agendi ratio.


3. Reg. ms. *qui accipiuntur*. Græcus interpres hunc locum ita vertit, ut legisse videatur, *in exemplis verioribus Nicæni concilii, quæ accepimus a sancto*: quod sane nitidius est.

4. Exsecutores secundum superiorem epistolam n. 9. ii vocabantur, *qui tamquam exsecuturi apostolicæ sedis sententiam* destinabantur. Horum munus erat, eos quorum intererat convenire, ac de dicta sententia admonere & certiores facere, ut si intra certos dies judicata re stare nollent, velut rebelles haberentur ac segregarentur. Hinc & actus ille quo conveniebantur, *conventionis* perinde & *exsecutionis* nominibus donabatur. Ita porro Cælestinus epist. x. n. 4. Cyrillum ut vicarium suum, ac suæ adversus Nestorium sententiæ exsecutorem alloquitur: *Auctoritate igitur tecum nostræ sedis adscita, vice nostra usus, hanc* EXSEQUERIS *districto vigore sententiam, ut aut infra decem dies ab hujus* CONVENTIONIS *die numerandos pravas prædicationes suas scripta professione condemnet*, &c. Et ad calcem epistolæ XI. Nestorium de missa a se formula, cum qua eum Cyrillus conveniret, secundum veterem interpretem admonet his verbis: *Palam igitur agnosce hanc nostram esse sententiam, quia . . . nisi hanc infidelem novitatem ab adoranda & veneranda scriptura sejunxeris, & intra decem dies a primo innotescentis tibi hujus* EXSECUTIONIS *die numerandos aperta & scripta professione damnaveris, ab omni catholica ecclesia excommunicatum*. Hinc illustratur quod in Codice canonum ecclesiæ Africanæ c. 96. legimus: *Placuit præterea, ut* EXSECUTORES *in omnibus desideriis quæ habet ecclesia, quinque postulentur, qui in diversis provinciis impertiantur*; ut nimirum decreti *de conveniendis Donatistis*, in eodem Codice cap. 91. præmissi, exsecutionem curent. Quocirca subinde cap. 123. statuitur, ut si episcopus in convertendis Donatistis negligens fuerit, a vicinis episcopis conveniatur; ac post tres ab hinc menses, si in negligentia perstiterit, non ei communicetur, ea tamen conditione posita, *si in ejus provincia exsecutio fuerit*. Alioquin præcipitur, ut *si exsecutor ad loca non venerit, non adscri-* C *batur episcopo*. Innuit præterea Augustinus in epistola superiori n. 4. clericos illos exsecutores a Romano episcopo destinatos publicarum potestatum & militarium manuum præsidium, quo apostolicæ sedis sententiam exsequerentur, interdum adhibuisse. Sed heic Afri fastum in eis, non violentiam arguunt. Utrumque vero Leo epist. XII. in Anastasio palam reprehendit: primum quidem n. 2. his verbis, *Dum dominari magis, quam consulere subditis placet, honor inflat superbiam, & quod provisum est ad concordiam, tendit ad noxam*: alterum vero num. 3. in hunc modum, *Nudatum est illud, aditam scilicet Illyrici præfecturam & sublimissimam inter mundanos apices potestatem in exhibitionem insontis antistitis excitatam; ut missa* EXSECUTIONE TERRIBILI, *quæ omnia sibi publica officia adjungeret*, &c. Sed hujusmodi exsecutiones nullo vel suo, vel decessorum suorum scripto apostolicæ sedi umquam probatas esse idem papa in fine num. 2. adstruit. Ipse simplicius *exsequendi* verbo utitur in his epist. LXXIII. *nostros post diem venerabi-* D *lem dirigemus, qui . . . ea quæ a nobis fuerint constituta exsequantur*; aut cum epist. LXXVI. Lucentium & Basilium a se missos scribit, *qui dispositiones meas*, inquit, *secundum eas quas acceperunt regulas exsequantur*. At asperius aliquid sonat idem verbum apud Gregorium lib. XII. Ind. V. epist. XXXI. ubi Joanni primæ Justinianæ episcopo præcipitur, ut contumacem quemdam episcopum nomine Paullum, *districta faciat exsecutione compelli*.

5. In ms. Colb. heic additur, *a semet ipso separatus*: quod admitti posset, si præmitteretur, *qui est*. In superioris epistolæ clausula eum, qui *ipse se separet*, *segregandum esse* definitur.

6. Ita codex Colb. alii vero, *patiatur*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
423.



[1] EPISTOLA III.

Cæleſtini I. papæ ad epiſcopos Illyrici.

Quanta ejus cura de provincia Illyrici. Qui quo minus Felix Dyrrhacenæ provinciæ epiſcopus a quadam factione ſit oppreſſus, obſtiterit. Vicem ſuam ſe Ruſo commiſiſſe. Quæ illius poteſtas.

Dilectiſſimis fratribus [2] Perigeni, Dynato, Basilio, Sapio, Paullo, Æternali, Sabatio, Juliano & Senecioni epiſcopis per Illyricum Cælestinus.

A

INter ceteras curas & diverſa negotia quæ ad nos ex cunctis veniunt ſemper eccleſiis, propenſiorem nos etiam veſtri ſolicitudinem gerere, & ex decretorum noſtrorum ſanctione diſcetis, & ipſarum qualitate cauſſarum poteritis advertere. Nunc tamen Dyrrhacenæ provinciæ cauſſa nos [3] monuit, ubi quorumdam accuſantium factione frater & coepiſcopus noſter [4] Felix, ſi non noſtra interveniſſet diligentia, fuiſſet oppreſſus. Nec nova hæc ſedi apoſtolicæ cura de vobis eſt: ſtatutum [5] noſtris ſæpius experimentum hoc, quod nos agimus, Theſſalonicenſi eccleſiæ ſemper eſſe commiſſum, ut vobis vigilanter intendat. Facile diſciplinæ ſubdi ſe patitur, qui ipſam ut condecet amplectitur diſciplinam. Ita enim ordinatio cuncta ſe habet, ut majoribus ea quæ ſub his eſſe docentur, obediant: & in hoc gradu regularum cuncta vertuntur. Noſque præcipue circa omnes cura conſtringimur, quibus neceſſitatem de omnibus tractandi Chriſtus in ſancto Petro apoſtolo, cum illi claves aperiendi claudendique daret, indulſit; & inter Apoſtolos ſuos, non qui altero eſſet inferior, ſed eum maxime qui eſſet primus, legit. Dominentur [6] nobis regulæ, non regulis dominemur: ſimus ſubjecti canonibus, cum canonum præcepta ſervamus. Sunt culpæ aliquantæ non leves, quæ illis innatæ provinciis ad nos, cum ſimus longius, non poſſunt pervenire; aut jam ſemotis omnibus, non ita ut ſunt acta, interpoſito temporis ſpatio perferuntur; quas omnes nos interceſſione fratris & coepiſcopi noſtri Rufi, cujus experientiam comprobatam eſſe in cauſſis omnibus & vitæ actibus liquet, volumus reſecari. Cui vicem noſtram per veſtram provinciam noveritis eſſe commiſſam: ita ut ad eum, fratres cariſſimi, quidquid de cauſſis agitur, referatur. Sine ejus conſilio nullus ordinetur: nullus uſurpet, eodem inconſcio, commiſſam [7] illi provinciam. Colligere niſi cum ejus voluntate epiſcopos non præſumant: per eum etiam ad nos, ſi quid eſt, referatur. Sed hac præceptione cognoſcent, & eum qui refragandum noſtræ auctoritati vel illius crediderit juſſioni, a fraternitatis cœtu, cum ipſe [8] ſe ſeparet, ſegregandum.

B

1. Ex bipartita collectione Romana quæ Lucæ Holſtenii opera in lucem prodiit, a nobis deſcripta eſt. Etiamſi quo anno ſcripta ſit, certo nequeat definiri: illud tamen aſſerere liceat, primam illam videri, qua Cæleſtinus Illyrici epiſcopos de vice ſua per ipſorum provincias Ruſo demandata certiores fecerit. Ut autem ei hanc quantocyus demandaret, inducebatur tum deceſſorum exemplis, tum novis molitionibus nonnullorum, qui Romanæ ſedis in Illyricum jura antiquare, & ad Conſtantinop. antiſtitem transferre tentaverant. Quapropter epiſtolam iſtam ſequentibus anteriorem facile credimus. Ac præterea de Neſtorii rebus altum ſilentium non levi indicio eſt, hunc hæreticum nihil dum in Eccleſia moviſſe, cum ſcripta eſt.

2. Epheſino in concilio act. 6. recenſetur *Perigenes epiſcopus Corinthi* Bonifacii epiſtolis ſatis notus; item *Dynatus*, ſeu *Dinatus*, vel *Donatus epiſcopus Nicopolis Epiri veteris*, ac *Senecion epiſcopus Scodrenſium*. Ad hæc, Henricus Noriſ. hiſt. Pelag. lib. 2. c. 9. pag. 232. & 233. Baſilium *Lariſſæ* in Theſſalia, & Julianum *Sardicæ* ſeu *Serdicæ*, (corrupte nonnullis in ſcriptis *Eridicæ*) in Dacia mediterranea, metropolitas fuiſſe probat.

3. Forte, *movit*.

4. Notatur & in actione 6. concilii Epheſini *Felix Apolloniæ*, quæ Dyrrhacenæ provinciæ ſeu Epiri novæ urbs eſt celebris, epiſcopus.

5. Forte, *noſtis ſæpius experimento*.

6. Huc ſpectat monitum Auguſtini in ſuperiori epiſtola I. num. 9. Cæleſtinum obſecrantis *per beati Petri memoriam, qui Chriſtianorum præpoſitos populorum monuit, ne violenter dominentur in fratres*. Quod quidem Cæleſtinus, cum hæc ſcriberet, in mente habuiſſe haud temere cenſeatur.

C

7. Quod Nicæna ſynodus metropolitano cuique in ſua provincia, eorumque conciliis bis in anno congregandis, vindicat, id Theſſalonicenſi epiſcopo heic & deinceps attribui vir eruditus obſervat; adeoque & cum ſuperioribus, quibus Cæleſtinus regulis ſe non dominari, ſed ſubjectum eſſe profitetur, iſta componi non poſſe cenſet. Verum eadem ſynodus, eodem canone 6. conſtituit, ut *ſuis privilegia ſerventur eccleſiis*. Nec ullus infitias ierit, nihil heic Theſſalonicenſi epiſcopo a Cæleſtino attribui, niſi quod ſaltem a Damaſo ejuſque ſucceſſoribus conſtanter ei conceſſum fuerit. Nil igitur adverſus ſynodum decrevit Cæleſtinus, cum privilegium tot deceſſorum ſuorum auctoritate firmatum ſervari voluit. Præterea metropolitanis Illyrici epiſcopos vel ordinandi vel colligendi non omnimodam negat poteſtatem; ſed ne alterutrum præter epiſcopi Theſſalonicenſis conſcientiam aggrediantur, dumtaxat cavet. Quo autem modo & Theſſalonicenſis antiſtitis privilegium & metropolitarum jura ſervanda ſint, Leo epiſt. XIV. n. 8. 9. & 10. explicat.

D

8. Voculam *ſe* ſupplemus, quam librariis, cum ter repeteretur, ſemel excidiſſe nil mirum eſt. Hac clauſula Cæleſtinus ut & infra epiſt. XII. n. 4. ſegregationis ſeu excommunicationis invidiam in ipſummet reum confert. Ita & Afros, Apiario amoto, eamdem in hunc presbyterum contuliſſe poſtrema in epiſtolam II. nota eſt probatum.

[1] E P I S T O L A IV.

Cælestini papæ I. ad [2] episcopos provinciæ Viennensis & Narbonensis.

Dion. xiv. I. * *Quod non debeant sacerdotes aut clerici palliis amicti aut præcincti lumbis in ecclesia ministrare.*
Dion. xv. II. * *Quod nulli sit ultima pœnitentia deneganda.*
Dion. xvi. III. * *Quod per gradus ecclesiasticos ad episcopatus debeat officium perveniri.*
Dion. xvii. IV. * *Quod unaquæque provincia suo metropolitano debeat esse contenta.*
Dion. xviii. V. * *Quod nolentibus* (addit Isid. *clericis vel populis*) *nemo debeat episcopus ordinari.*
Dion. xix. VI. * *Quod ab illicitis sit ordinationibus abstinendum.*

Cælestinus universis episcopis per Viennensem & Narbonensem provincias constitutis [3].

I. Cuperemus quidem de vestrarum ecclesiarum ita ordinatione gaudere, ut congratularemur potius de profectu, quam aliquid admissum contra disciplinam ecclesiasticam doleremus. Ad nostram enim lætitiam & bene facta perveniunt, & mæroris aculeis nos quæ fuerint male facta compungunt. Nec silere possumus, [4] cum hoc, ut ab illicitis revocemus aliquos, officii nostri provocemur instinctu; in speculis a Deo constituti, ut vigilantiæ nostræ diligentiam comprobantes, & quæ coercenda sunt resecemus, & quæ observanda sunt sanciamus. [5] Circa quamvis longinqua spiritalis cura non deficit, sed per omnia, qua nomen Dei prædicatur extendit: nec notitiam nostram subterfugiunt, quæ in eversionem regularum, novellæ præsumtionis auctoritate, tentantur.

Cap. I. II. Didicimus enim, quosdam Domini sacerdotes superstitioso potius cultui inservire, quam mentis vel fidei puritati. Sed non mirum, si contra ecclesiasticum morem faciunt, qui in ecclesia non creverunt, sed alio venientes [6] e ritu, secum hæc in ecclesiam, quæ in alia [7] conversatione habuerant, intulerunt; amicti pallio, & lumbos præcincti, credentes se Scripturæ fidem, non per spiritum, sed per litteram completuros. Nam si ad hoc ista præcepta sunt, ut taliter servarentur: cur non fiunt pariter quæ sequuntur, ut lucernæ ardentes in manibus [8] una cum baculo teneantur? Habent suum ista mysterium, & intelligentibus ita clara sunt, ut ea magis qua decet significatione serventur. Nam in lumborum præcinctione castitas, in baculo regimen pastorale, in lucernis ardentibus boni fulgor operis, de quo dicitur: [a] *Opera vestra luceant*, indicantur. [9] Habeant tamen istum forsitan cultum, morem potius quam rationem sequentes, qui remotioribus habitant locis, & procul a ceteris degunt. Unde hic habitus in ecclesiis Gallicanis, ut tot annorum tantorumque pontificum in alterum habitum consuetudo vertatur? Discernendi [10] a plebe vel ceteris sumus doctrina, non veste;

a Matth. V. 16.

1. In edit. Concil. xi. Quæ autem iv. erat, nunc xi. Exstat in plerisque omnibus antiquis collectionibus, puta Dionysii Exigui, Hadriani, Codicis a Quesnello vulgati, Hispana, Isidori Mercatoris, nec non in ea quam exhibent pervetusta exemplaria, Corbeiense, Colbertinum litteris Langobardicis exaratum. Laudatur a Cresconio in Breviario can. & aliis.

2. Apud Quesn. ut in uno ms. Colb. inscribitur, *ad episcopos Viennenses & Narbonenses constitutio titulorum XI.* nullo tamen subjecto titulo. In veterrimo codice Corb. tota in hæc octo dividitur capitula: I. *de sacerdotibus superstitioso cultu deservientibus*. II. *de pœnitentiam morientibus non negari*. III. *de imperitis episcopis ordinandis*. IV. *de ordinationibus sacerdotum*. V. *de accusatione virginum monacarum*. VI. *de reservato privilegio sedi apostolicæ*. VII. *de omnium metropolitanorum jure servato*. VIII. *de conjunctionibus qui ad sacerdotium admittendi sunt*. Dionysius autem Exiguus totam epistolam in quinque partitus est titulos, quorum primus apud ipsum XIV. secundus XV. & sic deinceps numerantur: quia nimirum duas alias Cælestini epistolas, quas in XIII. titulos divisit, huic præmittit. Titulos illos ex ipso descriptos exhibemus.

3. Dion. & Isid. heic addunt, *in Domino salutem*: quod abest a potioribus mss.

4. Edit. Rom. & conc. post Crab. *ad hoc*. Præpositionem *ad* expungimus auctoritate Merl. & omnium mss. Solus Quesn. locum hunc ita exhibet; *quin ab illicitis revocemus aliquos, & officii nostri provocemus ad bonum instinctu.*

5. Editi cum Dion. & Isid. *Et quamvis circa longinqua*: quinque optimorum mss. auctoritate corriguntur.

6. Editi ac plures mss. *itinere* vel *in itinere*; emendantur ope codicis Corbeiensis sæculo vi. scripti & unius Colbertini, in quibus exstat *irritum*, pro *e ritu*, hoc est norma & ratione vivendi. In altero ms. post verbum *creverunt*, proxime subjicitur, *Quæ enim in alia conversatione*. Porro illud *in ecclesia non creverunt*, non ita intelligendum, quasi extra ecclesiam in hæresi aut schismate adoleverint: sed ibi *ecclesia* ecclesiasticum ordinem, cui monasticus opponatur, sonat. Neque obscurum est eos heic notari, quos ex monasteriis ad ecclesiarum suarum regimen Narbonensis aliæque vicinarum provinciarum civitates accersere amabant. Aliquamdiu tamen ad non mediocrem ecclesiæ utilitatem perseveravit hæc e monasteriis, præsertim Lirinensi, episcopos variis civitatibus quærendi consuetudo.

7. Hoc est, *in alio vivendi genere*. Quocirca non placet quod in duobus mss. *conversione*. Mabillonius noster præfat. in 2. part. sæc. iv. act. Bened. n. 179. observat, episcopis monasticen prius professis jam sæculo v. religioni fuisse monasticum habitum penitus abjicere. Tum ex hoc loco probat, (quod ut certum omnino & evidens confirmare nolim, videri tamen potest probabile,) nonnullos etiam episcopos, quamvis monasticæ vitæ expertes, eorum exemplo monasticum habitum suscepisse. Saltem de iis qui a monasticæ vitæ professione ad episcopatum assumti fuerant, heic prædicatur, *Amicti pallio*. Et hujusmodi quidem pallio Cæsarium Arelatensem, ubi ad episcopatum accersitus venit, amictum fuisse Ennodius epist. cxxx. notat. Quocirca mox dictis verbis pallium monasticum rectius intellexerimus, quam cum Holstenio notis in epistolam Damasi ad Acholium & socios pallium philosophicum, quod a Damaso in eadem epistola habitus idoli vocatur, & a quo philosophi ab Augustino lib. 13. de civ. Dei c. 16. cognominantur *Palliati*. Tacendum non est quod Cresconius cum hoc Cælestini loco sub eodem titulo copulat & istum concilii Gangrensis can. 12. *Si quis virorum propter continentiam quæ putatur, amictu pallii utitur, quasi per hoc habere se justitiam credens, & despicit eos qui cum reverentia birris & aliis communibus & solitis utuntur vestibus, anathema sit*. Unde apparet, pallium speciale quoddam fuisse professæ continentiæ indicium.

8. Hæc verba, *una cum baculo*, in uno ms. Colb. & altero Laudun. desunt. Ea omittenda non esse ex subnexis planum est. Ea ne a Cælestino in evangelio Lucæ tunc lecta sunt, quæ nunc in nullo exemplari legimus? Nihil forte aliud voluit ille papa, nisi ut ostenderet quam incommodum foret, si præsules cum baculo quem ecclesiastico usu gestare solent, etiam lucernas ardentes in manibus ex evangelicæ litteræ præscripto tenerent.

9. Edit. Rom. & concil. cum exemplis coll. Had. *habent*. Rectius alii libri, *habeant*. Permittit quippe Cælestinus habitum illum singularem remotiorum locorum habitatoribus, hoc est monachis qui procul a ceteris hominibus degebant, cujusmodi erant Lirinensis insulæ incolæ. Jam igitur mos & usus obtinuerat, ut a vulgo monachi vestibus secernerentur.

10. Inde confici censent eruditi, laicorum clericorumque

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



conversatione, non habitu; mentis puritate, non A cultu. Nam si studere incipiamus novitati, traditum nobis a patribus ordinem calcabimus, ut locum supervacuis superstitionibus faciamus. Rudes ergo fidelium mentes ad talia non debemus inducere. Docendi enim sunt potius, quam [1] ludendi. Nec imponendum eorum est oculis, sed mentibus infundenda præcepta sunt. Erant quidem multa, quæ pro disciplina ecclesiastica vel ipsius rei dicere ratione possemus; sed ab his ad alia revocamur.

CAP. II. III. Agnovimus pœnitentiam morientibus denegari, nec illorum desideriis annui, qui obitus sui tempore hoc animæ suæ cupiunt remedio subveniri. Horremus, fateor, tantæ impietatis aliquem reperiri, ut de Dei pietate desperet: quasi non possit ad se quovis tempore concurrenti succurrere, & periclitantem sub onere peccatorum hominem, pondere quo se ille expediri desiderat, liberare. Quid hoc, rogo, aliud est, quam morienti mortem addere, ejusque animam sua crudelitate, ne absoluta esse possit, occidere? cum Deus ad subveniendum paratissimus, invitans ad pœnitentiam, sic promittat: [a] *Peccator*, inquit, *quacumque die conversus fuerit, peccata ejus non imputabuntur ei*. Et iterum: [b] *Nolo mortem* [2] *peccatoris, sed tantum convertatur, & vivat*. Salutem ergo homini adimit, quisquis mortis [3] præteriti tempore pœnitentiam C denegarit. Et desperavit de clementia Dei, qui eum ad subveniendum morienti sufficere vel momento posse non credidit. Perdidisset latro præmium in cruce ad Christi dexteram pendens [c], si illum unius horæ pœnitentia non juvisset. Cum esset in pœna, pœnituit, & per unius sermonis professionem habitaculum paradisi Deo promittente promeruit. Vera ergo ad Deum conversio in ultimis positorum, mente potius est æstimanda, non tempore, propheta hoc taliter asserente: [d] *Cum conversus ingemueris, tunc salvus eris*. Cum ergo sit Dominus cordis inspector, quovis tempore non est deneganda pœnitentia postulanti, cum illi se obliget judici, cui occulta omnia noverit revelari.

CAP. III. IV. Ordinatos vero quosdam, fratres carissimi, episcopos, qui nullis ecclesiasticis ordinibus ad tantæ dignitatis fastigium fuerint instituti, contra [4] patrum decreta, hujus usurpatione, qui se hoc recognoscit fecisse, didicimus; cum ad episcopatum his gradibus, quibus frequentissime cautum est, debeat perveniri, ut minoribus initiati officiis, ad majora firmentur. Debet enim ante esse discipu-B lus, quisquis doctor esse desiderat, ut possit docere quod didicit. Omnis vitæ institutio hac ad id quo tendit se ratione confirmat. Qui minime litteris operam dederit, præceptor esse non potest litterarum. Qui non per singula stipendia creverit, ad meritum stipendii ordinem non potest pervenire. Solum sacerdotium inter ista, rogo, vilius est? quod facilius tribuitur, cum difficilius impleatur.

V. Sed jam non satis est laicos ordinare, quos nullus fieri ordo permittit: sed etiam quorum crimina longe lateque per omnes pæne sunt nota provincias, ordinantur. Daniel, nuper missa relatione ex orientalibus ad nos partibus, ab omni quod tenuerat virginum monasterio nefariis est objectionibus accusatus. Multa [5] de multis objecta flagitia. In quanam lateret terrarum parte quæsitus est, ut si suæ innocentiæ confideret, contra se judicium postulatum minime declinaret. [6] Missum ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum, ut ad judicium destinaretur, epistolium. Tantis gravatus testimoniis, tanta facinorum accusatione pulsatus, sacrarum, ut dicitur, virginum pollutus incestu, episcopus asseritur ordinatus: (in

a Ezech. XXXIII. 15. *b* Ibid. ℣℣. 18. 23. *c* Luc. XXIII. 42. *d* Ezech. XVIII. 33.

vestes primis ecclesiæ sæculis fuisse communes. Nominatim D vero Sirmondus apud Lab. tom. 2. concil. pag. 1817. clericos a ceteris non in vita solum communi, sed & sacro in ministerio habitu indiscretos fuisse adstruit. Nec dissimulat quod Hieronymus hæc Ezechielis XLIV. 17. *Cumque ingredientur portas atrii interioris, vestibus lineis induentur*, ita commentatur: *Per quæ discimus, non quotidianis & quibuslibet pro usu vitæ communis pollutis vestibus nos ingredi debere in sancta sanctorum, sed munda conscientia & mundis vestibus tenere Domini sacramenta*. Neque hinc de sententia movetur. His quippe Hieronymi verbis mundiores quidem & nitidiores, sed non singulares & ad sacrum dumtaxat ministerium destinatas vestes commendari intelligit. Idem sentit & de eo quod idem doctor dial. 1. contra Pelagium, qui vestium ornatum Deo adversari contendebat, ait: *Quæ sunt, rogo, inimicitiæ contra Deum, si tunicam habeo mundiorem, si episcopus, presbyter & diaconus & reliquus ordo ecclesiasticus in administratione cum candida veste processerint?* Ibi enim candidam vestem interpretatur nitidam. Observant alii, vestes illas nitidas, dum rarius in usum adhiberentur & asservarentur studiosius, eoque pacto citius mutaretur communis vestium forma, quam illæ perirent, paullatim evasisse singulares.

1. Merl. Crab. & edit Rom. cum Isid. *illudendi*.

2. Veterrimus codex Corb. *mortem morientis*, ac deinde *tantum revertatur*, ubi apud Quesn. *sed magis ut convertatur*.

3. Editi cum mſ. Pith. *mortis tempore speratam pœnitentiam denegarit*. E ceteris mss. nullus, sicut nec Ivo, habet *speratam*. Sed vetus Corb. cum uno Colb. præ se fert, *prætereat tempore pœnitentiam denegare*. Nonnulli alii, *præterea tempore pœnitentiam denegarit*. Verius reliqui, *præteriti*, &c. quod ita foret clarius: *mortis tempore pœnitentiam præteriti denegarit*. Eodem loquendi modo epist. XXII. n. 5. visuri sumus: *Nunc quia de præteriti emendatione gaudemus*.

4. Siricii videlicet epist. V. n. 5. Innocentii epist. XXXVII. n. 4. Zosimi epist. IX. n. 2. His addit scholiastes in Harlæo mſ. Silvestri decretum XI. & XII. ex Constituto videlicet, quod in appendicem tom. 2. amandavimus.

5. Edit. Rom. & Lab. *a multis*. Unus mſ. *quæ a multis*.

6. Ita vetus codex. Corb. cum Colb. nisi quod in hoc *episcopalem*, in illo *episcopalium*, loco vocis *epistolium*, exstet. Eamdem lectionem confirmat alter mſ. Colb. Langobardicis litteris exaratus, ut pote in quo legitur, *Missæ ad Arelatensem episcopum per Fortunatum subdiaconum nostrum, ut ad judicium destinaretur, epistolæ*. Ab hoc primævæ collectionis Dionysii exemplar regium tantum in eo distat, quod ante verba, *ut ad judicium*, præ se fert *præceptiones* perperam additum. Hinc in exemplis coll. Hadr. factum, *Missæ . . . præceptiones ut ad judicium destinaretur episcopale*. Inde in priscis edit. concil. & Rom. ut in mss. Isid. obtinuit, *Missæ sunt . . . præceptiones, ut ad judicium episcopale destinaretur*: Sirm. *Missæ sunt . . . ut ad judicium episcopale destinaretur, epistolæ*: Quesn. cum tertio mſ. Colb. & Lab. *Missa est* (Lab. omittit *est*) *ut ad judicium epi-* E *scopale destinaretur, epistola*. In hoc peccant omnes illæ lectiones, vel quod addititium verbum *præceptiones* habeant, vel quod ex corrupta voce *epistolæ* inductum *episcopale* vocabulum una cum ipsa *epistolæ* voce retineant. Neque vero de episcopali provinciæ Arelatensis judicio, sed de judicio apostolicæ sedis, ad quam delatum fuerat Danielis nomen, sermonem heic esse, verbum *destinaretur* ac tota orationis series suadent. Prædictæ vocis *episcopale* accessione deceptus vir eruditus, quæsitum existimavit Danielem, ut ad orientales episcopos, ab iis ut propriis episcopis judicandus, destinaretur. Verum ipse Cælestinus infra num. 9. de mente sua ambigere nos non sinit, ubi de eodem Daniele subjicit, *qui se nostro* (non orientalium) *judicio debet objicere*. Porro *epistolium* perinde est atque mandatum litteris denuntiatum. Quocirca qui nunc *misso epistolio*, mox *missis a nobis litteris* vocatus dicitur. Is vero episcopus, ad quem missum hoc epistolium, Honoratus fuit, qui Patroclo anno 426. ut Prosper in Chronico auctor est, cæso successit.

nostris libelli scriniis [1] continentur, quorum ad vos A quoque exemplaria direximus:) in pontificii dignitatem hoc tempore, quo ad caussam dicendam missis a nobis litteris vocabatur, obrepsit. Sacro nomini absit injuria. Facilius est ut hanc dignitatem tali dando ipse amiserit [2] ordinator, quam eam obtineat ordinatus: cui convicto sociabitur, qui eum sibi credidit, largiendo pontificium, sociandum. Qualis enim ipse sit, quisquis tales ordinarit, ostendit. His ergo in medium nunc deductis, cum plerique vestrum sint, qui apostolicæ sedis statuta cognoverint, nobiscum tempore aliquanto versati, ad disciplinæ normam, nostris conventa adhortationibus, omnia fraternitas vestra revocare festinet.

CAP. IV. VI. Primum, ut juxta decreta canonum, unaquæque provincia suo metropolitano contenta sit, ut decessoris nostri [3] data ad Narbonensem episcopum continent constituta, nec [4] usurpationi locus alicui sacerdoti in alterius concedatur injuriam. Sit concessis sibi contentus unusquisque limitibus: alter in alterius provincia nil præsumat.

VII. Nec emeritis in suis ecclesiis clericis peregrini & extranei & qui ante ignorati sint, ad exclusionem eorum qui bene de suorum civium merentur testimonio, præponantur: ne novum quoddam, de quo episcopi fiant, institutum videatur

CAP. V. esse collegium. * Nullus invitis detur episcopus. C Cleri, plebis & ordinis consensus ac desiderium requiratur. Tunc alter de altera eligatur ecclesia, si de civitatis ipsius clericis cui est episcopus ordinandus, nullus dignus, quod evenire non credimus, potuerit reperiri. Primum enim illi reprobandi sunt: ut aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur. Habeat unusquisque [5] suæ fructum militiæ in ecclesia, in qua suam per omnia officia transegit ætatem. In aliena stipendia minime alter obrepat: nec alii debitam alter sibi audeat vindicare mercedem. Sit facultas clericis renitendi, si se viderint prægravari: & quos sibi ingeri ex transverso agnoverint, non timeant refutare. Qui si non debitum præmium, vel liberum de eo qui eos recturus est, debent habere judicium.

CAP. VI. VIII. Abstineatur ab illicitis ordinationibus. Nullus ex laicis, nullus digamus, nullus qui sit viduæ maritus aut fuerit, ordinetur: sed irreprehensibilis, & qualem elegit Apostolus, fiat. Per Moysen Dominus præcepit: [a] *Virginem accipiat sacerdos uxorem*. Subsequitur & supplet Apostolus, eodem locutus spiritu, [b] *unius uxoris virum* debere episco- B pum consecrari. Ad hanc ergo eligantur formulam sacerdotes; & si quæ factæ sunt ordinationes illicitæ, removeantur: quoniam stare non possunt, nec discussionem nostram subterfugere poterunt, quamvis latere se æstiment [6] qui aliter pervenerunt, ut nulla religionis reverentia obscuritate fuscetur. Non sit vana gloriatio palliatis. Episcopalem morem, qui episcopi sunt, sequantur.

IX. [7] Daniel, ut diximus, qui accusationem pontificali honore subterfugere se posse credidit, & ad fastigium tantum, accusatores suos [8] fugiendo, pervenit, a sanctitatis vestræ cœtu interim se noverit segregatum: qui se nostro judicio debet objicere, si conscientiæ suæ novit confidentiam se habere.

X. [9] Massiliensis vero ecclesiæ sacerdotem, qui dicitur, quod dictu nefas est, in necem fratris [10] taliter gratulatus, ut huic qui ejus sanguine cruentus advenerat, portionem cum eodem habiturus occurreret, [11] & vestro eum audiendum collegio delegamus. Data VII. Kalendas Augusti, [12] Flaviis Felice & Tauro viris clarissimis consulibus.

a Levit. XXI. 13. *b* I. Tim. III. 2.

1. Edit. Rom. *continetur*; Merl. & Crab. post Isid. *ut in nostris libellis scrinii continetur*; Quesn. *& ut in nostri scrinii libellis continetur*: emendantur ex aliis libris. Monet Cælestinus libellorum ad se a toto virginum monasterio adversus Danielem missorum, quorum apographa mittit, autographa in apostolicæ sedis scriniis asservari.

2. Ordinatorem hujusmodi, non secus atque ordinatum, eadem pœna plecti pariter Zosimus epist. VII. n. 2. vult.

3. Bonifacii epist. XII.

4. In vulgatis ut in ms. Pith. *usurpationis*. In exemplis coll. Hadr. & Isid. *usurpatione*. Istud Cælestinus post laudatam epistolam Zosimi ad Hilarium Narbonensem subjiciens, privilegium, quod Patroclus in duas Narbonenses provincias obtinuerat, usurpationis arguere videtur ac notare. Nec aliud quidem Leo epist. XI. n. 7. de hoc privilegio sentit. Fatendum tamen est generalem heic a Cælestino de omnibus provinciis regulam præscribi, seu potius confirmari.

5. In edit. Rom. ac posterioribus heic additur *clericorum*. Monet vir pius episcopale munus, quod summi ac sanctissimi viri semper ut formidandum fugerunt, non ab ipsis clericis velut fructum militiæ suæ, sed ab aliis censendum esse.

6. Ita Quesn. cum vetere codice Capucin. Rotom. Editi alii cum uno ms. Colb. & altero Harlæo secundis curis, *qui taliter*. Ceteri vero mss. *qualiter*.

7. Unus codex Colb. cum Corb. *Danihelum*: quam locutionem Hilario usitatam fuisse in nova ejus editione pag. 343. not. b. 379. not. a. 403. not. c. observatum est.

8. Regium coll. Dion. exemplar, *dolendo*. Exempla coll. Hadr. & Isid. necnon editi libri, excepto Quesn. *latendo*. Unus codex Colb. cum vetere Corb. *faciendo*. Verius alii duo Colb. ac Pith. cum Quesn. *fugiendo*.


D 9. Corb. ms. *Marsiliensis*. In Hadr. coll. exemplis, *Maxiliensis*. Is episcopus putatur *Venerius*.

10. Edit. Rom. ac posteriores concil. *fratris sui*. Abest *sui* a Merl. Crab. Quesn. & mss. Notari heic videtur mors Patrocli Arelatensis episcopi, qui, ut loquitur Prosper in Chronico ad annum 425. *a Tribuno quodam barbaro vulneribus laniatur*: sed *hoc facinus ad occultam jussionem Felicis magistri militum referebatur*. Quocirca hujus episcopi qui interemtus est, Massiliensis præsul frater censendus est dignitate, non genere. Nec mirum est inter successorem Proculi, cui primatis prærogativam in illis provinciis Taurinensis synodus can. 1. indulserat, & Patroclum qui hanc sibi Zosimo concedente arrogabat dignitatem, inimicitias & simultates quasdam exstitisse.

11. Particula *&*, pro *etiam* posita, ex ms. Colb. revocatur, suffragantibus ei ceteris cum Merl. & Crab. in quibus ejus loco legitur *ex*. Subinde & *eum* expunxit Quesn. nec negandum est hanc voculam redundare: sed in omni- E bus mss. exhibetur.

12. Julii 25. ann. 428. Prænomen *Flaviis* jam Sirm. restituerat ex ms. Corb. Exstat etiam in uno Colb. & Pith. nec moveri quis debet, quod iidem consules Cod. Th. lib. 4. tit. 6. leg. 2. & lib. 6. tit. 2. leg. 15. &c. sine hoc prænomine notantur. In eodem quippe Codice prænomina hujusmodi omitti solent. Antea codex Pith. præ se fert, *Datum* VIII. *Kal.*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 423.



[1] EPISTOLA V.

I. *Quod nulli sacerdoti canones liceat ignorare.*
II. *Quod non oporteat, contemtis clericis ecclesiarum, de laicis episcopos ordinari.*
III. *Quod docendus sit populus, non sequendus.*

Cælestinus episcopus universis episcopis per Apuliam & Calabriam constitutis.

I. NUlli [2] sacerdotum suos licet canones ignorare, nec quidquam facere quod patrum possit regulis obviare. Quæ enim a nobis res digna servabitur, si decretalium norma constitutorum pro aliquorum libito, licentia populis permissa, frangatur?

II. Audivimus quasdam propriis destitutas rectoribus civitates episcopos petere sibi velle de laicis, [3] tantumque fastigium tam vile credere, ut hoc iis qui non Deo, sed sæculo militaverint, æstiment nos posse conferre; non solum male de suis clericis, in quorum contemtum hoc faciunt, judicantes; sed de nobis pessime, quos credunt hoc posse facere, sentientes. Quod numquam auderent, si non quorumdam illic his consentiens sententia conniveret. Ita nihil quæ frequentius sunt decreta proficiunt, ut hoc, quasi numquam de hac parte scriptum fuerit, ignoretur. Quid proderit per singula clericos stipendia militasse, & omnem egisse in dominicis castris ætatem, si qui his præfuturi sunt, ex laicis requiruntur, qui vacantes sæculo A & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transscendere, & in aliud vitæ genus, calcata reverentia ecclesiasticæ disciplinæ, transire? Talibus itaque, fratres carissimi, qui juris nostri, id est, canonum gubernacula custodimus, necesse est obviemus: hisque fraternitatem vestram epistolis commonemus, ne quis laicum ad ordinem clericatus admittat; & sinat fieri unde & illum decipiat, & sibi caussas generet, quibus reus constitutis decretalibus fiat.

III. Docendus est populus, non sequendus. Nosque [4], si nesciunt, eos quid liceat, quidve non liB ceat, commonere, non his consensum præbere debemus. Quisquis vero conatus fuerit tentare prohibita, sentiet censuram sedis apostolicæ minime defuturam. Quæ enim sola admonitionis auctoritate non corrigimus, necesse est per severitatem congruentem regulis vindicemus. Per totas hoc, quæ propriis rectoribus carent, ecclesias volumus innotescat, ut nullus sibi spe aliqua forsitan blanditus illudat. Data [5] duodecimo Kalendas Augusti, Flaviis Florentio & Dionysio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA VI.

Nestorii ad Cælestinum papam urbis Romæ.

Ut ei significet quo pacto gerere se debeat cum episcopis quibusdam occidentalibus, qui se iniqua pati expostulabant. Tum ut hæreticos traducit, qui Deum Verbum natum, mortuum, sepultum, ac Mariam θεοτόκον *asserebant.*

I. FRaternas nobis invicem debemus collocutiones, ut una inter nos secundum [6] obtinentem concordiam pugnaturi diabolum pacis inimicum. Quorsum hoc anteloquium? Julianus quidam & Florus & Orontius & Fabius, [7] dicentes se occidentalium partium episcopos, sæpe & piissimum & prædicatissimum imperatorem adierunt, ac suas caussas defleverunt, tamquam orthodoxi temporibus orthodoxis persecutionem passi: sæpe eadem & apud nos lamentantes, ac sæpe rejecti, eadem facere non desierunt; sed insistunt per dies singulos, implentes aures omnium vocibus lacrymosis. His C quidem ad eos sermonibus, quibus oportuit, usi sumus, cum negotii eorum veram fidem nesciremus. Sed quoniam apertiore nobis de caussis eorum notitia opus est, ne piissimus & christianissimus imperator noster molestiam sæpe ab his sustineat; ne nos, ignorantes eorum caussas, circa negotii defensionem dividamur, dignare nobis notitiam de his largiri, ne vel quidam, ignorando justitiam veritatis, importuna miseratione conturbentur, vel canonicam indignationem beatitudinis tuæ, quæ contra eos pro sectis religionis forte [8] probata est, aliud quiddam quam hoc æstiment. Nam sectarum

1. Scripta anno 429. In edit. Conc. III. Quæ autem v. erat, nunc xiv. In iisdem exstat mss. in quibus superio- D rem exstare præmonuimus. At non eadem est in omnibus titulorum divisio. Dionysius eam in tres partitus est, quos xx. xxi. & xxii. appellavit. Quatuor ei in ms. Corb. præmittuntur, quorum primus idem qui apud Dionysium. *II. de laicis qualiter admittantur ad clerum. III. item de laicis, ut in ordinationibus non præponantur clericis. IV. Hæc statuta in omnes ecclesias innotescant.* Colbertinum Codicis Quesn. exemplar unum hunc præ se fert: *Ut nullus laicorum ad ordinem sacerdotii admittatur.*

2. Ita Siric. epist. I. num. 21. Dist. 38. c. 4.

3. V. concil. Nicæn. cap. 2.

4. Vide Gelas. epist. II. num. 15.

5. Julii 29. ann. 429. In uno e mss. Colb. *Data* xiii. *Kal. Aug.* in altero ut in Corb. *Data Kal. Aug.* Tum alius item Corb. subdit, *ff. illi Forentini*, & Pith. *ff. ll. Florentio & Dionysio*. Sicut pro *augusto* notarii scribere solent *aug.* & *augg.* geminata littera *g* pro *augustis*: ita cum pro *Flavio* pingere soleant *Fl.* pro *Flaviis* pinxerunt *FFll.* Quocirca non placet quod vetus exemplar Cod. Quesn. habet, *Flavio & Florentino & Dionysio*: sed præferimus cum uno Colb. & Corb. *Flaviis Florentino & Dionysio*. Aliis in libris desideratur *Flaviis*. Dionysius vero totam omisit chronicam notam. In Cod. Th. lib. 16. tit. 8. lex 29. iisdem consulibus consignatur.

6 Ita Baluz. At Baron. & Lab. *secundum obtinente concordia*. Non displicet quod Labbeus ad marginem annotavit, *unanimiter nobiscum obtinente concordia, impugnaturi*. Garnerius vero ipsum etiam textum ita composuit: *velut (vera inter nos secundum scripturas obtinente concordia) pugnaturi in diabolum.*

7. Hi Pelagianæ sectæ sunt antesignani. Julianus Eclanensis episcopus suis in Augustinum scriptis famosissimus evasit. Floro ille hæc scripta nuncupavit, in quibus & eumdem apud Augustinum lib. 1. op. imperf. c. 2. *piissimum patrem* appellat. Alter e præcipuis Pelagii discipulis, Annianus nomine, lucubrationem qua homilias Chrysostomi latinitate donavit, Orontio inscripsit. Vide infra epistolam xix. n. 6.

8. Magis arrideret *prolata*, scil. indignatio. Ita Nestorius subdubitare se innuit, num expulsionis prædictorum Pelagii asseclarum alia exstiterit, quam religionis caussa.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

novitas [1] multam meretur defenſionem a veris paſtoribus. A

II. Unde & nos non modicam corruptionem orthodoxiæ apud quoſdam heic reperientes, & ira & lenitate circa ægros quotidie utimur. Eſt enim ægritudo non parva, ſed affinis putredini Apollinaris [2] & Arii. Dominicam enim in homine unionem ad cujuſdam contemperationis confuſionem paſſim commiſcent: adeo ut & quidam apud nos clerici, quorum alii ex imperitia, alii ex hæretica fraude in ſe olim celata, qua plurima & Apoſtolorum temporibus contigerunt, tamquam hæretici ægrotent, & aperte blaſphement Deum Verbum Patri homouſion, tamquam originis initium de Chriſtotoco virgine ſumſiſſet, & [3] cum templo ſuo ædificatus eſſet, & carni conſepultus. [4] Carnem dicunt poſt reſurrectionem ſuam non manſiſſe carnem, ſed in naturam tranſiiſſe deitatis. Ut in compendio dicam, [5] & deitatem Unigeniti & ad originem conjunctæ carnis referunt, & commortificant carni. Carnem vero conjunctam deitati ad deitatem tranſiiſſe blaſphemant ipſo verbo [6] deificationis. Quod nihil eſt aliud niſi utramque corrumpere,

III. Sed & virginem Chriſtotocon auſi ſunt cum modo quodam Theotocon dicere. Hanc enim [7] Theotocon vocantes non perhorreſcunt: [8] cum ſancti illi & ſupra omnem prædicationem patres per Nicæam nihil amplius de ſancta virgine dixiſſent, niſi quia Dominus noſter Jeſus Chriſtus incarnatus eſt ex Spiritu-ſancto & Maria virgine. Et taceo ſcripturas, quæ ubique virginem matrem Chriſti, non Dei Verbi, & per Angelos & per Apoſtolos prædicarunt. Propter quæ quanta certamina ſuſtinuimus, æſtimo famam præcedentem docuiſſe beatitudinem tuam; hoc quoque attendentem, quod non fruſtra certaverimus, ſed emendati ſunt gratia Domini multi ex iis, qui perverſi erant diſcedentes a nobis. Quia propria [9] eſt parienti homouſios nativitas, cui vivere commiſſa eſt, illa in homine unio creatura eſt humanitatis dominicæ Deo conjunctæ ex virgine per Spiritum. Si quis autem hoc nomen Theotocon propter natam humanitatem conjunctam Deo Verbo, non propter [10] parentem proponet; dicimus quidem hoc vocabulum in ea quæ peperit, non eſſe conveniens. Oportet enim veram matrem de eadem eſſe eſſentia [11] ac ex ſe natum. Ferri tamen poteſt hoc vocabulum propter ipſam conſiderationem, & [12] quod ſolum nominetur de

1. Baron. & Lab. *multum*, & ad marg. *nullam*: quam conjecturam Garn. in textum tranſtulit. Eam tamen recte Baluzius monuit a Neſtorii mente eſſe alienam. Ille quippe hoc tantum ſibi vult, quoties novæ excitantur ſectæ, multam a paſtoribus deſiderari vigilantiam, ut a lupis oves defendant.

2. Si re ipſa catholici quod illis affingebat Neſtorius ſenſiſſent, humanam videlicet divinamque naturam in Chriſto confuſam fuiſſe; Apollinaris & Arii errori valde affinis fuiſſet eorum ſententia. Nam ſicut ex prava Arii & Apollinaris opinione, qua Verbum vice animæ functum eſſe volunt, ſequitur ut triſtitia, dolor aliæque affectiones, quæ ſolius animæ ſunt, in Verbi naturam ceciderint; ita & ex prædicta naturarum confuſione conſequitur eadem perverſitas. Sed catholici perſonæ unitatem ita propugnantes, ut naturas diſtinguere non deſinant, ab Arii & Apollinaris commentis procul abſunt. Vide Cyrillum epiſt. I. ad Succenſum pag. 131.

3. Supple *tamquam*. Quocirca non placet quod apud Garn. *cum templo ſuo ædificatum eſſe & carni conſepultum*.

4. Baron. & Lab. *Eamdem dicunt poſt reſurrectionem ſuam commiſcuiſſe carnem, ſed.* Garn. *Eamdem carnem dicunt poſt reſurrectionem non manſiſſe, ſed.* Baluz. *Carnem dicunt poſt reſurrectionem ſuam non miſcuiſſe carnem, ſed*: quæ lectio, ſublato mendo, quo *miſcuiſſe*, pro *manſiſſe*, irrepſit, omnino ſincera eſt. Singulares autem patrum locutiones, quæ calumniæ huic anſam præbuerunt, in generali præfatione novæ editionis Hilarii a numero 182. & deinceps explicantur.

5. Suppreſſa conjunctione *&*, quæ heic abundat, tota evaneſcet hujus loci obſcuritas. Quia nimirum catholici unigenitum Deum & natum profitentur & mortuum, calumniatur Neſtorius, eos & nativitatem ex virgine & mortem ad divinam referre naturam, perinde ac ſi divinitatem cum conjuncta carne ſimul naſci & ſimul mori ſentirent. Quid nempe inter Deum naſci & divinitatem naſci differat, diſſimulare ſolet, quamvis ipſe apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 695. diſcrimen aliquod inter utramque locutionem agnoſcat; queraturque cum dixiſſet, Mariam non peperiſſe *divinitatem*, ſic dictum ſuum mutatum, ut *divinitatis* loco *Dei* vox ſubſtitueretur.

6. Propter vocis hujus uſum Neſtorius catholicis invidiam facere conatus eſt, quaſi humanam Chriſti naturam converſam in divinam prædicarent: eaque de cauſſa libellum compoſuit, cui titulum indiderat, *Adverſus eos qui propter unionem aut Unigeniti deitatem comminuunt, aut humanitatem* DEIFICANT. Quem libellum Cyrillus in epiſtola ad clericos CP. apud Labbeum tom. 3. concil. p. 333. a. refutat. Adeo vero *deificationis* verbum carnis in Chriſto naturam periiſſe non ſonat, ut eam etiam mutationem quæ a ceteris hominibus poſt reſurrectionem ſperatur, eodem vocabulo enuntiare ſancti patres non dubitent. Bernardus lib. de diligendo Deo cap. 10. de perfecta prælocutus caritate, quam in ſolis beatis eſſe poſtea declarat, virtutem illius ita exponit: *Sic affici*, DEIFICARI *eſt*. Auguſtinus hunc deificationis modum explicat poſtremis hiſce verbis Sermonis 166. *Deponentes ergo mendacium loquimini veritatem: ut & caro iſta mortalis quam adhuc habetis de Adam, præcedente novitate ſpiritus, mereatur & ipſa innovationem & commutationem tempore reſurrectionis ſuæ: ac ſic totus homo* DEIFICATUS *inhæreat perpetuæ atque incommutabili veritati*. Quomodo ſpiritus inhærendo carni carnalis, & caro obſequendo in omnibus ſpiritui ſpiritalis facta dicitur; ita homo poſt reſurrectionem humanæ infirmitatis nihil habens, ac divinam quamdam indutus virtutem, deificatus prædicatur. Immo & ante reſurrectionem corpus, quod Deus Verbum ſuſcepit, ut in epiſtola ad Paullum Samoſatenum Lab. tom. 1. pag. 847. e. loquuntur Antiocheni concilii patres, τεθεοποίηται, *deificatum eſt*.

7. Hunc locum diſerte notat Cyrillus epiſt. ad Joannem Antioch. 1. part. concilii Epheſ. c. 21. ubi de Neſtorio habet: *In prolixa epiſtola ad dominum meum Cæleſtinum piiſſimum eccleſiæ Romanæ epiſcopum miſſa, inter cetera adverſus eos qui ab ipſo diſſentiunt adjecit: Sacram virginem Dei genitricem dicere non horrent*, ὅτι τὴν ἁγίαν παρθένον θεοτόκον λέγοντες οὐ φρίττουσιν. Eumdem, ut videtur, ſummatim perſtringens Caſſianus lib. 2. de Incarn. c. 2. ait: *Dicis itaque, quiſquis es ille, hæretice qui Deum ex virgine natum negas, Mariam matrem Domini noſtri J. C. theotocon, id eſt matrem Dei, appellari non poſſe, ſed Chriſtotocon, id eſt* CHRISTI TANTUM MATREM, NON DEI.

8. Ita Baluz. At Lab. *quod ſancti*, Garn. *quando ſancti*: & infra uterque, *dixiſſe legantur*, pro *dixiſſent*.


9. Apud Baron. & Lab. *quia propria & pariunt homouſios nativitas, cui vivere commiſſa eſt: illa in homine unio creaturæ eſt humanitatis dominicæ, Deo conjunctæ ex virgine per Spiritum*. Caſtigatior viſa eſt lectio Baluzii, niſi quod ubi habet, *viſio creatura eſt*, præferendum duximus, *unio creatura eſt*. Garnerius vero hunc locum, mutando atque invertendo verba, ita emendare conatus eſt, ut nemo primigenium textum ab eo exhiberi dixerit. Neſtorii autem ſententiam ſic explicare licet: *Quia proprium eſt parientis ſobolem, cui vita* (græce τὸ ζῆν pro ἡ ζωὴ) *impertita eſt, homouſion gignere; illa in homine unio humanitatis dominicæ Deo conjunctæ ex virgine per Spiritum creatura eſt*, non Deus. Quod quidem hæreticus ille apud Marium Mercatorem edit. Baluz. pag. 55. & ſeqq. apertius aſſerit in hæc verba: *Non Maria peperit Deum: quod enim de carne natum eſt, caro eſt. Non peperit creatura increabilem, ſed peperit hominem deitatis inſtrumentum. Non creavit Deum Verbum Spiritus ſanctus; (quod enim incarnatus eſt, de Spiritu ſancto eſt:) ſed Deo Verbo templum fabricatus quod habitaret, ex virgine*.

10. Forte, *parientem*.

11. Particulam *ac*, quæ facile propter ſuperiorem vocem in *a* deſinentem exciderit, ſupplemus. Apud Baluzium autem poſt verbum *conveniens*, proxime adjungitur, *Ferri tamen poteſt hoc verbum propter inſeparabile templum Dei*; pluribus omiſſis.

12. Pro *& quod*, mallemus *eo quod*. Mox ex græca phraſi τὸ ἐξ αὐτῆς, non ſimpliciter *ex ipſa*, ſed *quod ex ipſa ortum ducit*, convertendum fuerat. Hoc enim ſibi vult,

SÆCUL. V CIRCA ANN. CHR. 423.



virgine hoc verbum propter inseparabile templum Dei Verbi ex ipsa; non quia ipsa mater sit Verbi Dei: nemo [1] enim antiquiorem se parit.

IV. Hæc quidem existimo præcedentem famam significasse: exponimus vero etiam quæ contigerunt. Rebus ostendimus, quia fraterno animo negotium eorum quos prædiximus, nosse cupimus, non de- A siderio curiositatis importunæ; cum & nostra narramus tamquam fratres fratribus, veritatem sectarum nobis invicem publicantes, ut sit mihi litterarum principium verissimum. Dixi enim, cum has litteras inciperem, quia fraternas nobis debemus invicem collocutiones. Omnem quæ tecum est, in Christo fraternitatem ego & qui mecum sunt salutamus.

E P I S T O L A VII.

Nestorii ad Cælestinum papam epistola II.

Iterum rogat ut quo pacto cum Juliano aliisque ejusdem sectæ se se gerere debeat, quam primum nuntiet: ac suos labores jactitat adversus eos, quos duas Christi naturas confundere obtendit.

I. SÆpe [2] scripsi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium & ceteros, qui sibi usurpant episcopalem dignitatem, & creberrimam aditionem apud piissimum & prædicatissimum imperatorem faciunt, nosque concidunt frequentibus lamentationibus, tamquam temporibus orthodoxis de occidente projecti. At huc usque scripta de his a tua veneratione non suscepimus: quæ si haberem, possem eis respondere, daremque compendiosum responsum [3] luctibus eorum. Nunc enim ab incertis dictis eorum non habet quis ad quod se convertat, aliis hæreticos eos [4] vocantibus, & ideo de occidentalibus partibus projectos esse dicentibus; ipsis vero jurantibus calumniam se sustinuisse, & periculum pro orthodoxa fide ex subreptione perpessos. C Quorum utrumvis certum sit, nobis gravis est ignorantia. Nam condolere eis, si vere hæretici sunt, crimen est: & iterum non condolere, si calumniam sustinent, durum & impium est. Dignetur igitur amatissima Dei anima tua informare nos, qui ad B utrumque momentum huc usque dividimur, id est, & ad odium & ad miserationem eorum. Doceri autem volumus quam de his sententiam teneamus. [5] Differimus enim eosdem viros per dies singulos, dissimulantes spe & exspectatione beatitudinis tuæ. Non est enim, o venerandissime, sicut nosti, res vilis discussio piæ sectæ, nec parva est probatio eorum qui hoc agunt.

II. Multus enim etiam nobis labor hic celebratur, dum elaboramus eruere sordidissimam impietatem pessimæ opinionis Apollinaris & Arii de ecclesia Dei. Nescio enim quemadmodum quidam de ecclesiasticis, quamdam contemperationis imaginem ex deitate & humanitate Unigeniti accipientes, ægrotant ægritudine prædictorum hæreticorum, dum & corporis passiones audent superfundere deitati Unigeniti, & immutabilitatem [6] deitatis ad naturam corporis transisse confingunt, & utramque naturam quæ per conjunctionem summam & inconfusam [7] in

Mariam dici Dei genitricem tolerabiliter posse ob unam illam rationem, quia corpus quod inseparabile Dei Verbi templum est, genuit. Quocirca in Sermone IV. quem post acceptas Cælestini litteras protulit, apud M. Mercatorem pag. 78. permittit ut dicatur *genitrix Dei propter unitum Verbum templo, genitrix Dei non propter nudam humanitatis divinitatem, sed propter unitum templo Deum Verbum:* simulque vult ut & dicatur *hominis genitrix, id est ἀνθρωποτόκος, propter templum quod substantiale* (leg. *consubstantiale*) *est naturaliter virgini*: vel ut habet Serm. V. D pag. 89. *genitrix quidem Dei propterea quod templum quod in ea creatum est a Spiritu sancto, unitum est deitati; hominis vero genitrix, propter susceptas a divinitatis natura nostræ naturæ primitias.* Ita ille Mariam Dei genitricem fatebatur, ut personalem negare unitatem & Christum in duos, in hominem scil. & in Deum, dividere videretur. Non infitiabatur quidem naturam a Verbo susceptam esse *inseparabile templum Dei*, vel, ut ad calcem Sermonis V. loquitur, *deitatis inspoliabile vestimentum*: sed ut monet Cyrillus in epistola II. ad Succensum, *secundum honoris æqualitatem, secundum auctoritatem, secundum eamdem voluntatem*, (non secundum personæ unitatem,) *indivisum illum esse hominem in quo Verbum habitavit*, volebat.

1. Huc spectare videtur illud Cassiani lib. 7. de Incarn. c. 7. *Ait ergo ad destruendam sacræ nativitatis fidem sibilans in Dei ecclesia novus coluber:* NEMO ANTERIOREM SE PARIT. Quamquam Nestorius etiam in Sermone III. apud Mar. Mercatorem pag. 71. eamdem sententiam repetit his verbis: *Nemo enim qui se est antiquior generat.* Nec certo apparet ad utrum scriptum Cassianus respiciat. Cyrillus quoque in contestatione qua Nestorium Paulli Samosatensis sectatorem esse adstruit, art. 5. & 6. utriusque in hoc nominatim dicto consensionem sic probat. *Paullus dixit, Maria Verbum suscepit, & non est senior Verbo: Nestorius dixit, Quomodo ergo Maria se antiquiorem peperit?*

2. Illud *sæpe* quasdam innuit Nestorii litteras desiderari. Et quidem Cyrillus in epistola quam Cælestini rescripto adjunxit, memorat Nestorii ad Cælestinum epistolam, in qua ille se ideo laicos a communione submovisse, & clericos depositione multasse indicabat, quia sibi contradixissent: cum tamen nec in hac nec in superiore epistola de hujusmodi depositis aut excommunicatis ullum sit verbum.

3. Garn. substituit *vocibus*. Reliquæ tamen orationi magis congruit *luctibus*.

4. Marius Mercator, Commonitorio Constantinopolitanæ ecclesiæ oblato, eos non solum hæreticos vocabat, sed & ab hæreseos labe immunes non esse demonstrabat. Hoc ipsum evincebat Zosimi tractoria, quæ non ita pridem, ipso M. Mercatore pag. 138. teste, Constantinopolim missa fuerat.

5. Apud Baron. *detinemus*: quo verbo apud Lab. ad marginem rejecto, obtinet *defecimus*, haud dubie pro *deferimus*, ut a Baluzio ex mss. restitutum est. Orationis series postulat *differimus*: quod & Garn. prætulit.

6. Calumniæ huic refellendæ sufficiunt hæc Cyrilli in epistola ad ipsummet Nestorium I. part. concil. Ephes. cap. 8. pag. 320. b. *Dei verbum in ipso utero carni unitum, secundum carnem progenitum dicitur, utpote suæ carnis generationem sibi ut propriam vindicans. Ad eumdem modum illud passum & resuscitatum dicimus: non quod Verbum Dei aut plagas aut perforationem clavorum aut alia id genus in propriam naturam acceperit, (nam ut divinum numen corporis expers est, ita perpeti quoque nihil potest:) sed quia corpus, quod sibi adsciverat, hæc fuit expertum, eam ob rem ipsum nostri caussa illa perpessum asseritur.* IMPATIBILE ENIM VERBUM IN CORPORE PATIBILI EXSISTEBAT: adeoque falsum est hujus doctrinæ assertores, aut patibilitatem divinæ Unigeniti naturæ, aut impatibilitatem seu immutabilitatem E corporis ipsius naturæ attribuere.

7. Nestorius catholicam fidem heic aperte profiteri videretur, nisi de hujusmodi locis Vincentius Lirin. cap. 17. id nos monitos voluisset: *Quod si quis eum* (Nestorium) *putat in litteris suis unum Christum dicere & unam Christi prædicare personam, non temere credat. Aut enim istud fallendi arte machinatus est, ut per bona facilius suaderet & mala . . . aut certe post partum jam virginis ita in unum Christum duas perhibet convenisse personas, ut tamen conceptus seu partus virginei tempore, & aliquanto postea, duos Christos fuisse contendat.* Verum si unam Christi personam in virgineo partu ideo negabat, ne Maria Dei genitrix & Deus natus diceretur; nihilo magis etiam postea unitatem personæ in Christo admisisse credendus est, qui Deum passum aut Deum mortuum non minori studio, quam Deum conceptum aut natum, prædicari prohibebat.



una persona Unigeniti adoratur, contemperationis mutabilitate confundunt. Cæci, qui nec sanctorum illorum patrum expositionem meminerunt, aperte ad eos [1] reclamantes; *Credimus in unum Dominum Jesum Christum filium Dei, incarnatum ex Spiritu sancto & Maria virgine*. Hæc enim vox, [2] in nomine quod significat utramque naturam, id est Christus, est deitati Patris homousios; humanitas vero posterioribus temporibus nata est ex sancta virgine, [3] quæ propter conjunctionem deitatis ab Angelis & hominibus simul colitur. A

III. Eum ergo qui heic propter sectarum pravitatem tot laboribus fatigatur, considero [4] quid iterum pati necesse est, si negotium prædictorum virorum nesciat, timeatque nimis, ne additamentum hæreticorum per ignorantiam [5] heic positus faciat. Unde rogo ut undique studiosum sit sanctæ animæ tuæ donare notitiam prædictorum virorum, maxime cum litterarum sequester fidelissimus Valerius cubicularius possit beatitudini tuæ per se exponere molestias eorum. Omnem in Christo fraternitatem quæ tecum est, ego & qui mecum sunt plurimum salutamus.

[6] EPISTOLA VIII.

Quam pestilens Nestorii sit doctrina, quidve hactenus egerit, quo eum ad rectam fidem revocaret, Cyrillus exponit. Ab illius communione se nondum aperte discessisse, donec a Cælestino quid sibi facto opus sit didicerit. Ut Cælestinus missis quam primum ad orientis ac Macedoniæ episcopos litteris, suam ea de re sententiam notam faciat. Subjectis ad calcem capitulis quibusdam tota Nestorii doctrina explicatur.

Τῷ ὁσιωτάτῳ καὶ Θεοφιλεστάτῳ πατρὶ Κελεστίνῳ Κύριλλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

B Sanctissimo Deique amantissimo patri CÆLESTINO CYRILLUS in Domino salutem.

EI μὲν ἦν σιωπῆσαι, καὶ μὴ πάντα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ γράφοντα τὰ κινούμενα καὶ μέμψεως ἔξω γενέσθαι, καὶ διαφυγεῖν δύνασθαι τὸ δοκοῦν λυπηρὸν, καὶ μάλιστα ἐν ἀναγκαίοις οὕτω πράγμασιν, ὅπου καὶ ἡ τῆς πίστεως ὀρθότης παρασαλεύεται παρά τινων, ἔφην ἂν ἐν ἐμαυτῷ· καλὴ καὶ ἀκίνδυνος ἡ σιωπὴ, καὶ τὸ ἠρεμεῖν τοῦ ταράττεσθαι κρεῖττον. ἐπειδὴ δὲ καὶ Θεὸς ἀπαιτεῖ παρ' ἡμῶν τὸ νηφάλιον ἐν τούτοις, καὶ τὰ μακρὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἔθη πείθουσιν ἀνακοινοῦσθαι τῇ σῇ ὁσιότητι, γράφω πάλιν ἀναγκαίως, ἐκεῖνο δηλῶν, ὅτι διακυκᾷ τὰ πάντα καὶ νῦν ὁ σατανᾶς, καὶ μετὰ τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ μαίνεται, καὶ ὀρθοποδοῦντας ἐν πίστει τοὺς ἁπανταχόσε λαοὺς πειρᾶται διαστρέφειν. οὐ γὰρ ἠρεμεῖ τὸ παμπόνηρον ἐκεῖνο θηρίον καὶ [8] ἀφόρητον εἰς ἀσέβειαν. ἐσίγων μὲν οὖν παρῳχηκότα καιρόν· καὶ οὐδὲν ὅλως οὔτε πρὸς τὴν σὴν θεοσέβειαν γέγραφα περὶ τοῦ νῦν ὄντος ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ τὴν ἐκκλησίαν διέποντος, οὔτε μὴν πρὸς ἕτερον τῶν συλλειτουργῶν, τὸ ἐν τούτοις προπετὲς οὐκ ἔξω μώμου κεῖσθαι πιστεύων. ἐπειδὴ δὲ εἰς ἀκμὴν ὥσπερ ἥκομεν τοῦ κακοῦ, δεῖν ᾠήθην ἀναγκαίως ἀνεῖναι λοιπὸν τὴν γλῶτταν καὶ πάντα εἰπεῖν τὰ κεκινημένα.

I. SI silere, & non pietatem tuam de omnibus quæ moventur, litteris certiorem facere citra culpam ac sinistræ suspicionis metum liceret, præsertim in rebus adeo necessariis, ubi etiam recta fides a nonnullis depravata periclitatur; in memet ipso dicerem, Bonum & periculi expers est silentium, præstatque quietam vitam agere, quam turbatam. Sed quoniam Deus hisce in rebus vigilantiam a nobis exigit, & [7] longa ecclesiarum consuetudo suadet, ut hujusmodi res cum sanctitate tua communicentur; scribo plane necessitate adactus, C ac significo, satanam in præsentia omnia miscere, & contra ecclesias Dei furere, nec non omnium ubique populorum qui in recta fide ambulant, subversionem moliri. Non enim ab impietatis studio umquam desistit pessima illa & effrenis bestia. Sane hactenus altum tacui, ac nihil omnino de eo (Nestorio) qui Constantinopolitanam ecclesiam nunc administrat, vel ad pietatem tuam vel ad ullum consacerdotum nostrorum scripsi, persuasum habens præcipitem in hujusmodi rebus celeritatem a vitio non esse immunem. At quia ad extremum propemodum malorum devenimus, omnia quæ acciderunt, rupto silentio, necessario enarranda esse duxi.

Ὁ γὰρ μνημονευθεὶς ἅμα κεχειροτόνηται, καὶ δέον ταῖς παραινέσεσι, ταῖς εἰς τὸ ἀγαθὸν ὠφελεῖν,

D II. Nempe memoratus simul ut ordinatus est, cum exhortationibus populos, tum proprios, tum pe-

1. Leg. *reclamantium*.

2. Garn. legit: *Vox, in Dominum, significat utramque naturam: etenim Christus est deitati*: quam lectionem Baluzius merito respuit; non enim vox *in Dominum* per se utramque Christi naturam, sed unam divinam significat: adeo ut Verbum, cum naturam humanam accepit, *formam servi*, non Domini, accepisse ab Apostolo dicatur. Clarius hæc ita ordinarentur: *Hæc enim vox, id est Christus, quatenus hoc nomen utramque naturam significat, est deitati Patris homousios*. Nestorius ipse in fragmentis a Cyrillo excerptis apud M. Mercatorem edit. Baluz. pag. 109. hanc sententiam suam planius exponit his verbis: *Modo enim venio in recordationem concilii Nicæni, quod nusquam ausum est dicere, quia Verbum Deus natus est ex virgine Maria: ait enim, Credimus in unum Patrem omnipotentem, & in unum Dominum Jesum Christum. Attendite quia prius cum posuisset Christum, quod duarum nomen naturarum demonstrat, non dixerunt, In unum Deum Verbum, sed acceperunt nomen quod significaret utrumque*. Similia rursum in epistola ad Cyrillum tom. 3. concil. Lab. pag. 324. a. repetens, hanc adjungit observationem: *Qua quidem in re Paulli auctoritatem secuti sunt. Hic enim divinæ incarnationis facta mentione, eaque mox subjuncturus quæ passionis erant, primum illud nomen Christus, ut paullo ante dicebam, utrique naturæ commune ponit*. Nihilque aut in Sermonibus aut in epistolis Nestorii frequentius recantatur hoc ipsius effato, *Christi nomen* esse *duarum naturarum appellationem significativam*.

3. Illud *quæ* non ad virginem, sed ad humanitatem refertur: ideoque a Garnerio, ut ambiguitatem tolleret, cum antecedente verbo *est* suppressum fuit.

4. Apud Baluz. *quod iterum*. Rectius alii libri *quid*. Nestorius, qui ut suos pro sententiæ propriæ assertione labores jactitaret, institutum de Pelagianis sermonem intermiserat, nunc ad eumdem redit; aitque considerare se quid sibi Juliani ac sociorum gratia patiendum sit, si veram ignorans eorum caussam, præter hæresim qua & Arii E & Apollinaris errores induci dictitabat, etiam novorum illorum hæreticorum accessionem in urbe sua per ignorantiam fieri permitteret. Nam illud, *Eum ergo*, non de alio, sed de se ipso dicit.

5. Apud Baluz. *impositus faciant*. Magis placeret, *heic positis faciat*.

6. Circa med. annum 430.

7. Lab. prætulit *vetus*. Præstat græce hærere litteræ, qua non tantum antiqua, sed & longa temporum serie usitata consuetudo commendatur. 8. Forte, *ἀφόρητον*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

τούς τε ἐκεῖσε λαοὺς καὶ τοὺς παρεπιδημοῦντας ξένους· πάμπολλοι δὲ οὗτοι, καὶ ἀπὸ πάσης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, πόλεώς τε καὶ χώρας· σπουδὴν ἔθετο λαλεῖν ἔκτοπά τινα, καὶ ἔξω λόγου, καὶ ὅσα μακρὰν ἐστι τῆς ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως, ἣν μέχρι παντὸς τετηρήκασιν οἱ πατέρες, παρέδοσάν τε ἡμῖν ὡς πολύτιμον μαργαρίτην. καὶ τὰς μὲν ὁμιλίας, ἃς ἐπ' ἐκκλησίας εἴρηκε, καὶ τοῦτο πλειστάκις, καὶ λέγων οὐ παύεται, πέπομφα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ, ὡς εἴδησιν ἀκριβῆ. ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ, καίτοι βουληθεὶς συνοδικῷ γράμματι φανερὸν αὐτῷ καταστῆσαι, ὅτι ταῦτα λέγοντι καὶ φρονοῦντι κοινωνεῖν οὐ δυνάμεθα· τοῦτο μὲν οὐ πεποίηκα. λογισάμενος δὲ, ὅτι χρὴ τοῖς ὀλισθήσασι χεῖρα διδόναι, καὶ ὡς ἀδελφοὺς πεσόντας ἐγεῖραι, παρῄνεσα διὰ γραμμάτων, ἀποσχέσθαι τῆς τοιαύτης κακοδοξίας, ἀλλ' ὠνήσαμεν οὐδέν. ἐπειδὴ δὲ μεμαθήκαμεν, ὅτι τοσοῦτον ἀφεστήκαμεν τοῦ τὰ αὐτὰ φρονεῖν, ὡς καὶ ἐπιπλήττειν αὐτὸν μεταστῆναι τῶν οἰκείων εὑρημάτων, οὐ γὰρ ἂν εἴποιμι δογμάτων, πάντα τρόπον ἐπιβουλῆς κεκίνηκε, καὶ εἰς ἔτι σαλεύων οὐ παύεται. ὅτε δὲ προσεδοκῶμεν αὐτὸν θεραπεύεσθαι, καὶ ἀποσχέσθαι τῶν κατὰ Χριστοῦ δογμάτων, ἔγνωμεν ὅτι διημαρτήκαμεν τῆς ἐλπίδος, τοιούτου τινὸς γεγονότος.

Ἦν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐπίσκοπος ὀνόματι Δωρόθεος, τὰ αὐτὰ φρονῶν αὐτῷ, ἀνὴρ χρειοκόλαξ καὶ προπετὴς χείλεσι, καθὼς γέγραπται· ὃς ἐν συνάξει καθεζομένου ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς ἐκκλησίας τοῦ τῆς Κωνσταντινουπόλεως εὐλαβεστάτου Νεστορίου, ἀναστὰς μεγάλῃ τῇ φωνῇ τετόλμηκεν εἰπεῖν· εἴ τις θεοτόκον εἶναι λέγει τὴν Μαρίαν, οὗτος ἀνάθεμα ἔστω. καὶ γέγονε μὲν κραυγὴ μεγάλη παρὰ παντὸς τοῦ λαοῦ, καὶ ἐκδρομή. οὐ γὰρ ἤθελον ἔτι κοινωνεῖν αὐτοῖς τοιαῦτα φρονοῦσιν. ὥστε καὶ νῦν ἀποσυνάκτους εἶναι τοὺς λαοὺς τῆς Κωνσταντινουπόλεως, πλὴν ὀλίγων ἐλαφροτέρων, καὶ τῶν κολακευόντων αὐτόν. τὰ δὲ μοναστήρια σχεδὸν ἅπαντα καὶ οἱ τούτων ἀρχιμανδρῖται, καὶ τῆς συγκλήτου πολλοὶ οὐ συνάγονται, δεδιότες μὴ ἀδικηθῶσιν εἰς πίστιν, αὐτοῦ καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, οὓς ἀπὸ τῆς Ἀντιοχείας ἀναβαίνων ἤγαγε, πάντων λαλούντων τὰ διεστραμμένα.

Ἐπειδὴ δὲ τῶν ὁμιλιῶν αὐτοῦ ἐνεχθεισῶν εἰς τὴν Αἴγυπτον, ἔμαθον ὅτι ἐλαφρότεροί τινες συνηρπάσθησαν, καὶ λοιπὸν ἐνδοιάζοντες πρὸς ἀλλήλους ἔφασκον· ἆρα ὀρθῶς λέγει; ἆρα ἐπλανήθη; δεδοικὼς μὴ ῥιζωθῇ τὰ τῆς νόσου ἐν ταῖς τῶν ἁπλουστέρων ψυχαῖς, ἔγραψα τοῖς κατὰ τὴν Αἴγυπτον μοναστηρίοις καθολικὴν ἐπιστολὴν, βεβαιῶν αὐτοὺς εἰς πίστιν ὀρθήν. εἶτά τινες ἀπήγαγον ἐν τῇ Κωνσταντινουπόλει τὰ ἴσα, καὶ ὠφέληνται μὲν ἀναγνόντες πάνυ πολλὰ, ὥστε καὶ γεγράφασιν εὐχαριστοῦντές πλεῖστοι τῶν ἐν τέλει. γέγονε δὲ αὐτῷ καὶ τοῦ-

peregrinos, quorum magna multitudo ex omni, ut ita dicam, civitate ac regione illuc confluere solet, ad bonum excitare debuiſſet; prædicare affectavit abſurda quædam & a ratione aliena, quæ longe abſunt ab apoſtolica & evangelica fide, quam patres magna ſemper conſtantia ſervaverunt, & nobis velut pretioſam margaritam tradiderunt. Illius autem homilias, [1] quas in eccleſia & frequenter habuit, & habere non ceſſat, tamquam evidens doctrinæ illius argumentum, ad pietatem tuam miſi. Mihi quidem, fateor, in animo fuiſſet, ſynodicis illum litteris commonefacere, nos cum eo qui talia dicat ac ſentiat communicare non poſſe: ſed hoc non feci. Ratus tamen lapſis manum porrigendam, proſtratoſque ut fratres erigendos eſſe; illum per litteras [2] exhortatus ſum, ut a prava hujuſmodi doctrina abſcederet. Sed nihil promovimus. Immo ubi didicit tantum abeſſe ut eadem ſentiamus, ut eum etiam objurgemus, & a ſuis commentis (non enim dogmata dixerim) diſcedat admoneamus: nullam ſtruendarum inſidiarum viam non tentavit, & huc uſque tentare non ceſſat. Dum autem exſpectabamus donec reſipiſceret, & ab iis quæ contra Chriſtum docuerat abſtineret, hac nos ſpe falſos eſſe comperimus, cum tale quid contigiſſet.

III. Erat Conſtantinopoli epiſcopus [3] nomine Dorotheus, eadem quæ ille ſentiens, vir quæſtus cauſſa adulationi deditus, linguaque ad temeritatem uſque, ſicut ſcriptum eſt, promtus. Is in publico conventu, reverendiſſimo Neſtorio in cathedra Conſtantinopolitanæ eccleſiæ ſedente, ſurgens magna voce inclamare auſus eſt: Si quis Mariam deiparam dixerit, anathema ſit. Tum ingens univerſi populi clamor & diſceſſio conſecuta eſt. Nolebant enim cum iis amplius communionem habere, qui talia ſentirent: adeo ut etiamnum plebs Conſtantinopolitana, paucis levioribus & qui illi adulantur exceptis, ſynaxi abſtineat. Sed neque eo conveniunt monaſteria pæne omnia eorumque archimandritæ & ſenatorum multi, verentes ne aliquod in fide detrimentum accipiant, cum & ille, & ii omnes [4] quos ſecum Antiochia diſcedens adduxit, perverſa prædicent.

IV. Cum autem homiliis ejus in Ægyptum perlatis, leviores quoſdam in errorem abductos, cunctanteſque recte ne loqueretur, an erraret, invicem quæritare didiciſſem: veritus ne morbi contagium altiores radices in ſimpliciorum mentibus ageret, ad Ægypti monaſteria generalem epiſtolam [5] ſcripſi, ut eorum monachos in recta fide confirmarem. Cujus quidem epiſtolæ exempla Conſtantinopolim a nonnullis deportata, ibique lecta, tanto adjumento fuerunt, ut plurimi e magiſtratu mihi ejus cauſſa gratias per litteras egerint. Verum hoc ipſi [6] iræ

1. Neſtorius ipſe *exegeſeon ſuarum quaterniones* jam ad Cæleſtinum miſerat, ut Cyrillus ad Joannem Antiochenum concil. Epheſ. 1. part. c. 21. ſcribit. Quam ob cauſſam, inquit ibidem Cyrillus, *compulſus ſum & ego quoque ea omnia, quæ inter me & illum interceſſerunt*, (eidem papæ) *aperire*. Hos autem Neſtorii quaterniones ſibi per Antiochum virum illuſtrem redditos fuiſſe Cæleſtinus infra in epiſtola XI. teſtatur.

2. Litterarum illarum exempla una cum hac epiſtola ad Cæleſtinum miſiſſe ſe Cyrillus in modo laudata epiſtola ad Joannem commemorat. Exſtant I. parte concil. Epheſ. cap. 6. & apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 400. ex antiqua interpretatione, ſed alia ab ea quam Liberatus diac. cap. 4. primis earum verbis relatis ſe vidiſſe indicat.

3. Scil. Marcianopolis in Mœſia, qui & in Epheſino latrocinio Cyrilli ac Memnonis depoſitioni ſubſcripſit. Rurſus eamdem epiſcopi hujus impietatem Cyrillus 1. part. concil. Epheſ. cap. 10. exponit, ſtatimque ſubdit: *Quid vetabat & nos quoque vocibus illius contrariis ſcribere, ac dicere: Anathema ſit qui Mariam deiparam eſſe negavit? Verum id hactenus propter Neſtorium facere nolui, ne ſint qui Alexandrinum epiſcopum Ægyptiamve ſynodum anathematis ſententiam in Neſtorium tuliſſe dicant*. Et hac quidem uſus eſt moderatione, tum ut caveret ſchiſma, tum etiam ne Theophili avunculi ſui erga Joannem Chryſoſtomum iniquitatem imitari putaretur.

4. Inter perverſos illos præcones, quos Neſtorius Antiochia ſecum adduxerat, a Liberato c. 4. poſt Socratem lib. 7. c. 32. notatur Anaſtaſius presbyter, qui in eccleſia docens, teſte Socrate, erupit in hæc verba: *Nemo Mariam vocet deiparam. Maria enim homo fuit: ex homine autem Deus naſci non poteſt*.

5. Quæ in Epheſini concilii. 1. parte c. 2. habetur.

6. Scil. *Neſtorio*, cujus nomen in vulgata interpretatio-

το τροφὴ τῆς κατ' ἐμοῦ λύπης, καὶ ὡς ἐχθρῷ μάχεται, οὐδὲν ἕτερον ἔχων ἐγκαλεῖν, ἢ ὅτι μόνον οὐκ ἀνέχομαι τὰ ἴσα φρονεῖν αὐτῷ. ἀλλὰ καὶ ἐπηνώρθωσα πολλοὺς, τὴν παρελάβομεν ἐκ πατέρων πίστιν, καὶ ἃ ἐμάθομεν ἐκ τῆς θείας γραφῆς, ἐκεῖνα δὴ καταπείθων αὐτοὺς οἴεσθαι δεκτά. ὅμως καὶ οὐ φροντίσας τῶν παρ' αὐτοῦ γενομένων κατ' ἐμοῦ, ἀλλὰ Θεῷ δοὺς τῷ πάντα εἰδότι καὶ ἰσχύοντι, πάλιν ἑτέραν ἐπιστολὴν γέγραφα τῷ μνημονευθέντι, τὴν ἔκθεσιν ὡς ἐν συντόμῳ τῆς ὀρθῆς πίστεως ἔχουσαν, παρακαλῶν τε ἅμα καὶ διαμαρτυρόμενος οὕτω καὶ φρονεῖν καὶ λαλεῖν· ἀλλ' ὤνησα πάλιν οὐδέν. ἔχεται δὲ καὶ εἰς δεῦρο τῶν ἀπ' ἀρχῆς, καὶ οὐ παύεται λαλῶν τὰ διεστραμμένα.

A contra me susceptæ fomentum subministravit. Me itaque ut hostem impugnat, aliud plane nihil de quo me incuset habens, nisi quod ab iis quæ sentit abhorreo, eamque quam a patribus accepimus, & ex divinis scripturis didicimus, fidem amplectendam esse serio persuadens, multos ad sanam mentem reduxerim. Verum flocci faciens quæ adversum me machinatus est, Deoque qui omnia novit & valet, committens omnia, alteram rursus epistolam [1], quæ rectæ fidei expositionem brevi compendio complecteretur, ad memoratum misi, hortans simul & obtestans ne aliud sentiret ac loqueretur. Sed nec rursum quidquam profeci. Iis enim quæ ab initio commentus fuerat, huc usque B pertinaciter adhæret, nec finem perversa docendi facit.

Γινωσκέτω δὲ καὶ τοῦτο ἡ σὴ θεοσέβεια, ὅτι καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολὴν ἐπισκόποις συνᾴδει τὰ λεγόμενα· καὶ δυσχεραίνουσι πάντες καὶ λυποῦνται, καὶ μάλιστα οἱ κατὰ τὴν Μακεδονίαν εὐλαβέστατοι ἐπίσκοποι. καὶ τοῦτο εἰδὼς, οἴεται ὅτι πάντων ἐστὶ σοφώτερος, καὶ μόνος οἶδε τὸν σκοπὸν τῆς θεοπνεύστου γραφῆς, καὶ τὸ τοῦ Χριστοῦ μυστήριον. καίτοι πῶς οὐκ ἔδει πληροφορεῖσθαι μᾶλλον αὐτὸν, ὅτι πάντων τῶν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ὀρθοδόξων ἐπισκόπων καὶ λαϊκῶν ὁμολογούντων, ὅτι καὶ Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, καὶ θεοτόκος ἡ τεκοῦσα αὐτὸν παρθένος, πλανᾶται μόνος αὐτὸς τοῦτο ἀρνούμενος; ἀλλ' ὀφρύεται, καὶ οἴεται ὅτι τῇ δυναστείᾳ τοῦ θρόνου πᾶσιν ἐπιβουλεύων, καὶ ἡμᾶς ἢ καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας ἀναπείσει τὰ αὐτὰ φρονεῖν αὐτῷ.

V. Sciat [2] & hoc pietas tua, in omnes orientis episcopos convenire quæ dicuntur, scilicet offendi omnes & dolere, maxime vero reverendissimos Macedoniæ episcopos. Et cum hoc compertum habeat, se omnibus [3] sapientiorem esse, se solum scripturæ divinitus inspiratæ scopum attigisse, & Christi mysterium cognovisse arbitratur. Atqui quomodo non oportuit eum illud potius pro certo habere, cum omnes per totum orbem constituti orthodoxi episcopi ac laici Christum Deum, ac virginem quæ illum genuit, deiparam confiteantur, se solum qui hoc infitiatur, errare? Verum fastu C tumens, ac sedis potentia, ut omnibus insidias struat, abutens, effecturum se arbitratur, ut & nos & reliqui omnes suæ ipsius sententiæ subscribamus.

Τί τοίνυν δράσομεν; οὔτε ἀναπείθοντες αὐτὸν, οὔτε παῦσαι δυνάμενοι τῶν τοιούτων ὁμιλιῶν, καὶ ὁσημέραι κατεφθαρμένων τῶν λαῶν τῶν ἐν Κωνσταντινουπόλει, καὶ δυσχεραινόντων μὲν, ἐκδεχομένων δὲ τὴν παρὰ τῶν ὀρθοδόξων διδασκάλων ἐπικουρίαν; καὶ οὐ περὶ τῶν τυχόντων ὁ λόγος ἡμῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἀκίνδυνος ἡ σιωπή. εἰ γὰρ δυσφημεῖται Χριστὸς, πῶς ἡμεῖς σιωπήσωμεν; καίτοι τοῦ Παύλου γράφοντος· εἰ γὰρ ἑκὼν τοῦτο πράσσω, μισθὸν ἔχω· εἰ δὲ ἄκων, οἰκονομίαν πεπίστευμαι. οἱ τοίνυν ἐμπεπιστευμένοι τοῦ λόγου τὴν οἰκονομίαν, καὶ τῆς πίστεως τὴν ἀσφάλειαν, τί ἐροῦμεν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως, ὅταν ἐπὶ τούτοις σιγήσωμεν;

VI. Ecquid igitur faciemus? cum neque illum ut resipiscat, neque ut ejusmodi concionibus absistat, inducere queamus; populusque Constantinopolitanus magis ac magis in dies corrumpatur, tametsi hæc indigne ferat, & ab orthodoxis doctoribus præsidium exspectet? Nobis sane de rebus vulgaribus sermo non est: sed neque periculi expers foret nostrum silentium. Si enim Christus conviciis appetitur, quomodo nos silebimus? maxime cum Paul- D lus scribat: [a] *Si enim volens hoc ago, mercedem habeo; si autem invitus, dispensatio mihi credita est.* Nos igitur quibus verbi dispensatio fideique custodia credita est, quid in die judicii dicturi sumus, si contra isthæc obticuerimus?

Οὐ πρότερον δὲ τῆς πρὸς αὐτὸν κοινωνίας ἐκβάλλομεν ἑαυτοὺς μετὰ παῤῥησίας, πρὶν ἂν ταῦτα τῇ σῇ θεοσεβείᾳ ἀνακοινωσώμεθα. διὸ δὴ καταξίωσον τυπῶσαι τὸ δοκοῦν, καὶ πότερόν ποτε χρὴ κοινωνεῖν αὐτῷ, ἢ λοιπὸν ἀπειπεῖν μετὰ παῤῥησίας, ὅτι τοιαῦτα φρονοῦντι καὶ διδάσκοντι οὐδεὶς κοινωνεῖ. τὸν δὲ

VII. Ab illius tamen communione palam & aperte nosmet ipsos non prius divellimus, quam hæc pietati tuæ indicaverimus. Digneris igitur nobis declarare quid tibi videatur, & utrum aliquando cum illo communicare oporteat, an libere denuntiare, neminem cum eo qui talia sentit ac docet, com-

[a] I. Cor. IX. 17.

ne heic & infra exprimitur quidem: sed cum hoc Cyrillus non sine caussa constanter græce sileat, etiam latine duximus tacendum.

1. Exstat & hæc epistola 1. part. concil. Ephes. c. 8. Antiquam illius interpretationem Steph. Baluzius nov. coll. concil. pag. 404. exhibet, sed aliam ab ea quam Liberatus c. 4. primis illius verbis indicat.

2. A græca littera recedit vulgata interpretatio in hunc modum. *Sciat nihilo minus & hoc quoque sanctitas* (apud Cyril. *pietas*) *tua, nempe commenta illius orientales non probare, sed offendi eos ac dolere.*

3. Idem in eo vitium Socrates lib. 7. c. 32. reprehendit his verbis: *Arrogantia enim elatus ob dicendi facultatem, libros etiam veterum interpretum haud quaquam legere dignabatur: sed se ipsum reliquis omnibus præstare existimabat.* Hunc arrogantiæ morbum redolent verba illius in superiore admonitione relata, quibus Cælestinum simpliciorem atque hebetiorem prædicat, quam ut ad dogmatum vim ac sensum penetrare valeat. Ipsius vero Nestorii ignoran- E tiam Socrates ibid. ex eo probat, quod Mariam Dei genitricem nuncupare renueret, quam veteres scripturis nixi, nominatimque Origenes tom. 1. in epistolam Paulli ad Romanos, & Eusebius lib. 3. de vita Constantini hoc nomine appellare non dubitabant. Hoc Nestorii exemplo admonentur qui simili dicendi facultate gaudent, hanc unam dotem ad tractandas fidei res non satis esse; discantque ceteri, quibus ingeniorum acumen aut gratia plus æquo placet, ne se inde abduci temere sinant: res enim fidei non tam ingenii quam traditionis esse, easque non acutis ac subtilibus humanæ mentis inventis, sed Dei verbo constanti ac fideli patrum traditione nobis transmisso, fulciri. Ad imitationem autem eorum, quæ heic Cyrillus de Nestorio narrat, ista Vincentii Lirin. ad calcem cap. 42. expressa sunt verba: *Invecti etiam sumus in Nestorii sceleratam præsumtionem, quod sacram scripturam se primum & solum intelligere, & omnes eos ignorasse jactaret, quicumque ante se magisterii munere præditi divina eloquia tractavissent.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

ἐπὶ τούτοις σκοπὸν τῆς σῆς θεοσεβείας χρὴ γενέσθαι διὰ γραμμάτων καταφανῆ καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἐπισκόποις τοῖς κατὰ Μακεδονίαν, καὶ ἅπασι τοῖς κατὰ τὴν ἀνατολήν, ἐπιθυμοῦσι γὰρ αὐτοῖς δώσομεν ἀφορμὰς τοῦ πάντας μιᾷ ψυχῇ καὶ μιᾷ γνώμῃ στῆναι, καὶ ἐπαγωνίσασθαι τῇ ὀρθῇ πίστει πολεμουμένῃ.

A municare. Opus est autem ut tuæ pietatis super hac re sententia tum piissimis Deique amantissimis Macedoniæ episcopis, tum omnibus orientis antistitibus per litteras manifesta fiat. Illis enim cupientibus ansam dabimus, ut uno animo in una sententia persistant, & rectæ fidei quæ impugnatur, opem ferant.

Ὅσον γὰρ τὸ κατ' αὐτόν, καὶ οἱ πατέρες ἡμῶν οἱ μεγάλοι καὶ θαυμαστοὶ καὶ εὐδόκιμοι θεοτόκον εἶναι τὴν ἁγίαν εἰπόντες παρθένον ἀνεθεματίσθησαν, καὶ ἡμεῖς δὲ σὺν αὐτοῖς οἱ ζῶντες ἔτι. καὶ ἐπειδὴ ἰδίᾳ φωνῇ τοῦτο ποιῆσαι οὐκ ἠθέλησεν, ἄλλον ἔστησε τὸν μνημονευθέντα Δωρόθεον, καὶ τοῦτο εἰπεῖν παρεσκεύασεν, αὐτοῦ καθεζομένου καὶ ἀκούοντος· ᾧ καὶ κατελθὼν ἀπὸ τοῦ θρόνου εὐθὺς κεκοινώνηκεν, ἐπιτελέσας τὰ θεῖα μυστήρια.

VIII. Quantum enim in illo fuit, & patres nostri illi admirabilesque & probatissimi viri, qui sanctam virginem deiparam esse dixerunt, & nos qui adhuc superstites sumus, cum illis anathemate [1] percussi sumus. Et cum id ipse ore proprio facere nollet, alium substituit, nempe memoratum Dorotheum, B quem ut hoc se præsente & audiente diceret induxit; cum quo etiam, confestim e cathedra descendens, divinis mysteriis celebratis, communicavit.

Ὑπὲρ δὲ τοῦ εἰδέναι σαφῶς τὴν σὴν ὁσιότητα, τίνα ἐστὶν ἃ αὐτὸς μὲν λέγει καὶ φρονεῖ, τίνα δὲ οἱ μακάριοι καὶ μεγάλοι πατέρες ἡμῶν, ἀπέστειλα τόμους, κεφαλαίων περικοπὰς ἔχοντας. ἑρμηνευθῆναι δὲ παρεσκεύασα, ὡς ἐνεδέχετο τοῖς ἐν Ἀλεξανδρείᾳ. καὶ τὰς παρ' ἐμοῦ γραφείσας ἐπιστολὰς δέδωκα τῷ ἀγαπητῷ Ποσειδωνίῳ, ἐντειλάμενος καὶ αὐτὰς προσαγαγεῖν τῇ σῇ ὁσιότητι.

IX. Ut autem sanctitas tua quid ille dicat ac sentiat, quidve beati & magni patres nostri, exploratum habeat; misi tomos, quibus capitula quædam excerpta continentur: quos quidem, quantum licuit per eos qui Alexandriæ vitam degunt, latine reddi curavi. Epistolas [2] quoque a me scriptas tradidi dilecto Posidonio, injungens illi ut eas sanctitati tuæ offerat.

EPISTOLA IX.

Ὑπομνηστικὸν τοῦ ἁγιωτάτου ἐπισκόπου Κυρίλλου γενόμενον πρὸς Ποσειδώνιον ἀποσταλέντα παρ' αὐτοῦ ἐν τῇ Ῥώμῃ τῶν κατὰ Νεστόριον ἕνεκεν.

C *Seu Commonitorium sanctissimi episcopi Cyrilli, quod Posidonio dedit, cum eum Romam mitteret propter Nestorii negotium.*

Ἡ Νεστορίου πίστις, μᾶλλον δὲ κακοδοξία, ταύτην ἔχει τὴν δύναμιν· φησὶν ὅτι ὁ Θεὸς λόγος προεγνωκὼς ὅτι ὁ ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου γεννώμενος, ἅγιος ἔσται καὶ μέγας, εἰς τοῦτ' ἐξελέξατο αὐτόν, καὶ παρεσκεύασε μὲν γεννηθῆναι δίχα ἀνδρὸς ἐκ τῆς παρθένου, ἐχαρίσατο δὲ αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι τοῖς αὐτοῦ ὀνόμασιν, [a] καὶ ἤγειρεν αὐτόν. Ὥστε κἂν ἐνανθρωπήσας λέγηται ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος, ὅτι συνῆν ἀεί, ὡς ἀνθρώπῳ ἁγίῳ τῷ ἐκ τῆς παρθένου, διὰ τοῦτο λέγεται ἐνανθρωπῆσαι· ὥσπερ δὲ συνῆν τοῖς προφήταις, οὕτω, φησί, καὶ τούτῳ κατὰ μείζονα συνάφειαν. διὰ τοῦτο φεύγει πανταχοῦ τὸ λέγειν τὴν ἕνωσιν, ἀλλ' ὀνομάζει συνάφειαν, ὥσπερ ἐστὶν ὃς ἔξωθεν, καὶ ὡς ἂν λέγῃ πρὸς Ἰησοῦν, ὅτι καθ' ὡς ἦν μετὰ Μωϋσῆ, οὕτως ἔσομαι μετὰ σοῦ. κρύπτων δὲ τὴν ἀσέβειαν λέγει, ὅτι ἐκ μήτρας συνῆν αὐτῷ.

I. Nestorii fides seu potius perversa sententia sic se habet. Ait Deum Verbum, cum eum qui ex sancta Virgine natus est, sanctum & magnum futurum præscisset, ipsum idcirco elegisse, ac fecisse ut sine viro nasceretur ex virgine, hancque ei contulisse gratiam, ut suis ipsius nominibus appellaretur, [3] eum denique a mortuis suscitasse. Quocirca cum unigenitum Dei Verbum [4] incarnatum dicitur, ideo dicitur incarnatum, quia cum homine illo sancto qui de virgine natus est, D semper fuit. Quemadmodum autem cum prophetis, sic, inquit, fuit cum isto secundum majorem [5] conjunctionem. Quare ubique fugit dicere unitionem, sed [6] conjunctionem vocat, qualis est ea qua connectitur qui extrinsecus est, & de qua Deus dicit ad Josue: [a] *Sicut fui cum Moyse, ita ero tecum.* Ut autem tegat impietatem, Verbum cum ipso ex utero [7] dicit fuisse.

a Jos. I. 5.

1. Nestorius Dorotheo assentiens, iis qui Mariam deiparam vocarint anathema dicenti, eique statim communionem suam impertiens, & patres vita functos & superstites catholicos anathemate percellere eo modo censetur, quo Hilarius in libro de Synodis n. 91. ex decreto Ancyræ edito, in quo homousion prædicantibus anathema dicebatur, probat sequi, ut in anathemate sint patres Nicæni aliique sacerdotes sancti, qui in Christo quiescebant.

2. Tres videlicet, ni fallor, superius num. 3. & 4. memoratas, quarum una ad Monachos Ægypti, aliæ duæ ad ipsum Nestorium scriptæ.

3. Interpres, qui operam suam Baluzio commodavit, de suo heic addidit, *atque ita diceretur filius, Dominus & Christus. Fecit etiam ut pro nobis moreretur*, nisi forte id, quod his verbis responderet in græco, librarii oscitantia fuerit prætermissum.

4. Græcæ litteræ hærentes antiqui, *humanatum* seu *inhumanatum* præferre solent.

5. Ideoque Christus *solus habens præcipuam conjunctionem ad Deum Verbum*, in symbolo Nestoriano apud Mar. Mercatorem edit. Baluz. pag. 191. prædicatur.

6. Immo huic vocabulo quasdam adjungebat particulas, quibus ab artissimæ conjunctionis cogitatione mens avocabatur. Certe Mar. Mercator pag. 206. ex ejus quaternione 15. illud profert: *Colamus* QUADAM *divina conjunctione* E *cum Deo omnipotente coadorandum hominem*. Cui cognatum est & istud symboli Nestoriani apud eumdem M. Mercatorem pag. 191. *Inducentes etiam assumtum filium de Nazareth, quem unxit Deus spiritu & virtute* QUASI *conjunctione ad Deum Verbum*. Quapropter & Cyrillus *conjunctionis* seu συναφείας vocabulum quo Nestorius utebatur, repudiabat, μᾶλλον δὲ τὸ τῆς συναφείας ὄνομα παραιτούμεθα, ὡς οὐκ ἔχον ἱκανῶς σημῆναι τὴν ἕνωσιν, inquit ipse ad Nestorium tom. 5. par. 2. pag. 71. hoc est: *Immo conjunctionis respuimus nomen, ut minus idoneum quo unitio significetur*, seu ut Mar. Mercator edit. Baluz. pag. 362. latine convertit: *Immo potius conjunctionis evitamus nomen, tamquam non exsistens idoneum, quod significet unitatis arcanum.*

7. Ne istud quidem symbolum Nestorianum apud Mar. Mercat. pag. 190. citra ambiguitatem effert. Nam in his, *hominem nostræ naturæ consimilem Spiritus sancti virtute in vulva virginis fictum* (Deus Verbum) *inæstimabiliter sibi conjunxit*, utrum *in vulva virginis* ad *fictum*, an ad *sibi conjunxit* referatur, non manifeste apparet.

a Καὶ ἤγ.] Deest conjunctio apud Coutantium, ubi & paullo ante προσεγνωκώς, mendose. Porro hujusmodi Commonitorium contulimus cum edito in Auctario Theodoreti Garneriano, pag. 51. seqq.

Διὰ τοῦτο οὔτε Θεὸν ἀληθινὸν αὐτὸν εἶναι λέγει, ἀλλ' ὡς ἐν εὐδοκίᾳ τοῦ Θεοῦ κεκλημένον οὕτως· κἂν κύριος ὠνομάσθη, οὕτως πάλιν αὐτὸν βούλεται κύριον, ὡς τοῦ Θεοῦ λόγου χαρισαμένου αὐτῷ τὸ καλεῖσθαι καὶ οὕτω.

II. Idcirco neque ipsum esse dicit verum Deum, sed velut ex beneficentia Dei [1] eo nomine donatum. Et quamvis Dominus sit appellatus, eadem rursus ratione vult esse Dominum, quia hoc ei Deus Verbum dederit ut sic appellaretur.

Μὴ φησὶν ὅτι ὅπερ λέγομεν, ἀποθανεῖν ὑπὲρ ἡμῶν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἀναστῆναι, [a] ὁ ἄνθρωπος ἀπέθανε, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἀνέστη· καὶ οὐδὲν [3] τοῦτο πρὸς τὸν τοῦ Θεοῦ λόγον.

III. Nec ait quod dicimus, filium Dei [2] pro nobis mortuum esse, & resurrexisse: sed homo (inquit) mortuus est, & homo resurrexit, nihilque ejusmodi ad Verbum Dei pertinet.

Καὶ ἡμεῖς μὲν γὰρ ὁμολογοῦμεν ὅτι καὶ ἀθάνατός ἐστιν ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος καὶ ζωή ἐστιν· ἀλλὰ πιστεύομεν ὅτι γέγονε σὰρξ, τουτέστιν ἑνώσας ἑαυτῷ τὴν σάρκα μετὰ ψυχῆς λογικῆς, ἔπαθε σαρκὶ κατὰ τὰς γραφάς· καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ πέπονθεν, αὐτὸς λέγεται παθεῖν, καίτοι τὴν φύσιν ἀπαθὴς ὤν· καὶ ἐπειδὴ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἀνέστη, οὐ γὰρ εἶδε διαφθορὰν ἡ σὰρξ αὐτοῦ, λέγεται ὅτι αὐτὸς ἀνέστη ὑπὲρ νεκρῶν. ἐκείνῳ δὲ οὐ ταῦτα δοκεῖ, ἀλλὰ φησὶν ὅτι ἀνθρώπου γέγονε τὸ πάθος, καὶ ἀνθρώπου ἡ ἀνάστασις, καὶ ἐν τοῖς μυστηρίοις σῶμά ἐστιν ἀνθρώπου τὸ προκείμενον· ἡμεῖς δὲ πιστεύομεν ὅτι τοῦ λόγου ἐστὶ σὰρξ ζωοποιεῖν ἰσχύουσα διὰ τοῦτο, ὅτι τοῦ τὰ πάντα ζωοποιοῦντος λόγου γέγονε σὰρξ καὶ αἷμα.

IV. Nos quidem Verbum Deum immortalem ac vitam esse confitemur: sed & credimus carnem factum, hoc est, cum univisset sibi carnem cum anima rationali, passum esse in carne secundum scripturas: & quoniam corpus ejus passionem sustinuit, ipsummet dici passum esse, quamvis natura sit expers patiendi; rursumque quoniam resurrexit corpus ejus, [a] non enim vidit corruptionem caro ejus, ipsum dici surrexisse pro mortuis. Ille autem non ita sentit, sed passionem hominis esse, & resurrectionem hominis esse; & quod in mysteriis [4] proponitur, hominis corpus esse prædicat. Nos autem credimus Verbi carnem idcirco [5] vivificandi virtutem obtinere, quia Verbi omnia vivificantis facta sit caro & sanguis.

Ταῦτα οὐκ ἀνέχων λέγειν ἐκεῖνος, Κελέστιον παρεσκεύασεν ἐπιδοῦναι λιβέλλους κατὰ Φιλίππου τοῦ πρεσβυτέρου, [7] ἐλέγχοντα αὐτὸν καὶ μηκέτι θελήσαντα συναφθῆναι μετ' αὐτοῦ διὰ τὴν αἵρεσιν· ἐν δὲ τοῖς λιβέλλοις αἰτία τις ἦν ὅτι Μανιχαῖός ἐστιν. Εἶτα κέκληκε τὸν ἄνθρωπον εἰς συνέδριον· κἀκεῖνος ἦλθεν, πρᾶγμα ποιῶν κανονικὸν, ἑτοίμως ἔχων ἀπολογήσασθαι. ἐπειδὴ δὲ οὐδὲν εἶχε δεῖξαι ὁ Κελέστιος, ἀφανῆ ἑαυτὸν κατέστησε, καὶ οὐκ ἀπῆλθεν εἰς τὸ συνέδριον.

V. Hæc ille dicere cum non sustineret, effecit ut Cælestius libellos traderet adversus Philippum [6] presbyterum, qui eum arguebat; & cum ipso propter hæresim nolebat amplius convenire. In his autem libellis accusatio quædam erat, quod Manichæus esset. Deinde hominem citavit ad concilium. Venit ille, secundum canones se se gerens, quo caussam diceret. Cælestius autem, cum probare nihil valeret, clanculo se subduxit, nec ad concilium accessit.

Οὐχ εὑρὼν αὐτὴν τὴν ἀφορμὴν, ἐφ' ἑτέραν ἐχώρησεν. ἔφη γὰρ, ὅτι τίνος ἕνεκεν παρασυνάξιν ἐποίησας, καὶ ἐν τῇ οἰκίᾳ προσφορὰν ἐτέλεσας; παντὸς σχεδὸν τοῦ κληροῦ λέγοντος, ὅτι καὶ ἡμῶν ἕκαστος ἐν καιρῷ καὶ χρείας τοῦτο ποιεῖ, ἐξένεγκεν ἀπόφασιν καθαιρέσεως κατὰ τοῦ ἀνθρώπου.

VI. Hac occasione cum decidisset, aliam excogitavit. Dicebat enim: Cur privatos conventus [8] egisti, & in domo oblationem celebrasti? Atque omni prope clero dicente, Id facit unusquisque nostrum cum tempus & necessitas flagitat, depositionis sententiam adversus hominem tulit.

Ἰδοὺ ἔχεις τόμους ἔχοντας κεφάλαια τῶν βλασφημιῶν Νεστορίου.

En habes [9] tomos, quibus capita blasphemiarum Nestorii continentur.

a Psalm. xv. 10.

1. Appellationis hujus rationem Nestorius quatern. 16. apud Mercat. pag. 207. hanc reddit: *Quia in assumto homine Deus est, ex eo qui assumsit, is qui assumtus est*, QUASI *Deo conjunctus, Deus esse cognoscitur*. Item in symbolo Nestoriano pag. 191. legere est, *Dominus per substantiam est Deus Verbum, cui iste conjunctus honori communicat*. Querebatur tamen Nestorius, ut videre est apud Christianum Lupum tom. I. cap. VI. se a Cyrillo calumniose, quasi Christum purum hominem prædicaret, infamatum.

2. *Si totum*, inquit apud Mercat. quatern. 16. pag. 210. *novum scrutatus fueris Testamentum, nusquam in eo invenias mortem Deo assignatam, sed aut Christo, aut Filio, aut Domino*. Sed si Christus non alia ratione *Dominus* & *Filius*, quam qua *Deus*, appellatur, ut modo vidimus, ac symbolum Nestorianum pag. 191. explicat; ex quo mortem ipsi *Domino* ac *Filio* novum Testamentum attribuit, eam etiam *Deo* adsignari permittit. Quia Deus est qui est mortuus, etsi non secundum naturam divinam, vere tamen Deus mortuus dicitur.

3. Forte, τοιοῦτο.

4. Id quod Nestorius simpliciter, *προκείμενον*, & Marius Mercator *procimenum* latine vocat, idem Nestorius apud eumdem Mercatorem pag. 109. & apud Cyrillum tom. 6. pag. 108. c. d. nequaquam deitatem, sed humanitatem exhibere affirmat. Nec vidit hæreticus in his Christi, *Sicut misit me vivens Pater*, &, *Qui manducat meam carnem, & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in eo*, verbis *me* & *ego* non humanitatem, sed personam quæ divina est significari. Pravam illius intelligentiam refellit Cyrillus tum loco citato tomi 6. tum anathematismo XI Sed in hac controversia, de hoc Cyrillum inter & Nestorium convenit, verum Christi corpus in Eucharistiæ sacramento a nobis manducari.

5. Apud Baluz. *idcirco vivificatam esse*, oscitantia, ut puto, librarii, qui *vivificatam* loco verbi, *vivificantem* aut *vivificam*, supposuit.

6. Is Philippus, ut ex Socrate lib. 7. c. 26 27. & 29. discimus, cum adhuc diaconus esset, una cum Joanne Chrysostomo versari ut plurimum est solitus. Deinde in suburbano Constantinopoleos, cui nomen Ælea, presbyterii gradum sortitus, post Attici ejusque successoris Sisinnii mortem a multis in eorum locum cooptatus, Sisinnio tamen ac postmodum Nestorio postpositus fuit. Cælestius autem Philippi accusator is putatur Pelagii discipulus, qui Attico pontifice, ut Mar. Mercator pag. 113. tradit, Constantinopoli pulsus fuerat. Ad hunc Cælestium extat apud Mar. Mercat. pag. 131. Nestorii epistola, qua eum velut indigna patientem & injuste damnatum solatur, ac bono animo esse jubet. Id vero Pelagianis solemne erat, catholicos quasi liberi arbitrii eversores Manichæos appellare.

7. Lege, ἐλέγχοντος, & infra θελήσαντος.

8. Hos conventus haud dubie Philippus agere tum cœpit, cum Constantinopolitani audita impia Dorothei concione, convenire cum Nestorio desierunt, ut in epistola superiori n. 4. narratur.

9. Hoc est, sententias summatim ex Nestorii libris excerptas.

a Ὁ ἄνθ.] Apud Garner. improvide omittuntur ista: [illegible], καὶ.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 423.

[1] FRAGMENTUM

Sermonis quem Cælestinus in concilio Romano habuit adversus hæresim Nestorii.

I. Recordor beatæ memoriæ Ambrosium in die natalis Domini nostri Jesu Christi omnem populum fecisse una voce Deo canere: *Veni Redemtor gentium, ostende partum virginis: miretur omne sæculum: talis decet partus Deum.* Numquid dixit, *Talis partus decet hominem?* Ergo sensus fratris nostri Cyrilli, in hoc quod dicit Θεοτόκον Mariam, valde concordat, *Talis decet partus Deum.* Deum partu suo virgo effudit, ipso potente qui omnipotentia plenus est.

II. Hilarius quoque vir acris ingenii, scribens ad Constantium imperatorem, de incarnatione Domini sic ait: [2] *Filius*, inquit, *Dei factus homo Deus est.* Et præposterans repetit: *Deus filius hominis factus est, (homo enim factus est Deus, non Deus factus est homo,) & filius hominis factus est filius Dei. Superavit enim magnitudo Domini parvitatem servilis formæ, ita ut ipsa servilis forma quam assumsit, cessaret esse servilis per eum Dominum qui eam assumsit. Si enim qui natura non filii* A *Dei, per ipsum efficiuntur filii Dei; quanto magis ipse qui natura filius Dei est, hunc cum quo voluntate sua alvo virginali conceptus & natus est, ita sublimavit in Deum, ut* [a] *in ejus nomine omne genu flectatur, cælestium & terrestrium & infernorum, & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jesus in gloria est Dei patris.*

III. Item præcessor meus Damasus scribens ad Paullinum Antiochenæ ecclesiæ episcopum [3], inter cetera ait: *Anathematizamus eos qui duos filios Dei asserunt, alterum qui ex Patre ante sæcula est genitus, & alterum qui ex assumtione carnis natus est ex virgine.* Item ipse apostolicæ memoriæ vir Damasus B in altera epistola [4] ad Paullinum: *Anathematizamus eos qui duos in Salvatore filios confitentur, alium ante incarnationem, & alium post assumtionem carnis ex virgine, & non eumdem Dei filium & ante & postea ipsum esse Christum Dominum Dei filium, qui natus est ex virgine, confitentur.*

EPISTOLA XI.

Cælestini I. papæ ad Cyrillum Alexandrinum episcopum.

Cyrilli in propugnanda fide studium laudat Cælestinus, & hæresim Nestorii damnat. Ac nisi corrigatur, Cyrillo demandata vice sua præcipit, ut eum amoveat ab ecclesiæ communione, & ecclesiæ ipsius alium pastorem provideat.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Κυρίλλῳ Κελεστῖνος. C

ΤΗ ἡμετέρᾳ συγνότητι τὰ διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδονίου τοῦ διακόνου ἀποσταλέντα παρὰ τῆς σῆς ἁγιότητος γράμματα ἀπέδωκεν ἀθυμίαν, καὶ ἀντικατηλλαξάμεθα τὸ ἦδον πρὸς τὸ λυποῦν. ἀποβλέποντες γὰρ καὶ ἐννοοῦντες ἅπερ εἶπεν ὁ τὴν ἐν Κωνσταντινουπόλει ἐκκλησίαν διεστραμμέναις προσομιλίαις ταράττειν ἐπιχειρῶν, οὐ σμικρῷ κατ' αὐτὴν τὴν ψυχὴν πεπληγμένοι πόνῳ, διαφόροις σκέψεων κέντροις βασανιζόμεθα, ἐννοοῦντες ὅπως [6] βοηθεῖν εἰς τὸ ἐμμένειν τῇ πίστει. ὡς δὲ τὴν ἡμετέραν διάνοιαν εἰς τὰ παρὰ τῆς σῆς ἀδελφότητος γραφέντα μετεστήσαμεν, ὤφθη ἡμῖν εὐθὺς ἑτοιμοτάτη θεραπεία, δι' ἧς ἡ λοιμώδης νόσος ὑγιεινῷ φαρμάκῳ ἀπελαθείη· φημὶ δὴ τὴν τῆς καθαρᾶς πηγῆς ἔκροιαν, τὴν ἀπὸ τοῦ λόγου τῆς σῆς ἀγάπης ἐκρέουσαν, δι' οὗ πᾶσα [8] καθαρεῖται ἡ ἰλὺς τοῦ κακῶς διαχεομένου ῥεῖθρου, καὶ πᾶσιν ἀνοίγεται ὁ τρόπος τῆς δεούσης περὶ τὴν ἡμετέραν πίστιν ἐννοίας.

Carissimo [5] CYRILLO CÆLESTINUS.

I. Tristitiæ nostræ sanctitatis tuæ litteræ missæ per filium nostrum Posidonium diaconum lætitiam reddiderunt: & gaudium alternavimus cum mærore. Cum enim respicimus & recensemus quæ dixerat is, qui Constantinopolitanam perversis prædicationibus turbare conatur ecclesiam; non parvo animus noster dolore concussus, diversis cogitationum stimulis vexabatur, qualiter populis possit, ut in fide persisterent, subveniri. Dum vero mentem nostram ad tuæ fraternitatis scripta [7] convertimus, paratum jam remedium quo pestifer morbus salubri remedio vitaretur, invenimus; scilicet puri fon- D tis liquorem de tuæ caritatis sermone manantem, qui cœnum omne male fluentis rivi detergeret, & omnibus quid de fide nostra sentire debeant aperiret. Ut illum ergo reprehendimus & notamus; ita

[a] Philipp. II. 10.

1. Arnobius lib. 2. de conflictu cum Serapione monimentum hoc nobis transmisit, de quo ibi sic præfatur: *Sanctus Cælestinus ita encomiastes ejus (Cyrilli) exstitit, ut in Nestorii damnatione dictasset sententiam, laudem vero Cyrilli & in conspectu Dei & omnium prædicasset, asserens sensum ejus præclarorum nostræ provinciæ episcoporum prædicatione roborari, & Damasi, Ambrosii, Hilarii hunc fuisse sermonem. Ait enim in ipso concilio, Recordor*, &c. Neque obscurum est hoc in eo dictum esse concilio, in quo Cælestinus post acceptas Nestorii Cyrillique litteras, sententiam in illum hæreticum ac sequentes litteras conscripsit, adeoque mense Augusto anni 430.

2. In nova Hilarii editione pag. 1215. observatum est, verba heic laudata ad eam libelli I. ad Constantium pertinere partem, quæ manifeste mutila est. Quo autem intellectu ea protulerit Hilarius, ibid. pag. 1367. not. b. & in præfatione generali num. 190. expositum est. Et ea E quidem ad illustrandum & confirmandum quod de naturæ humanæ post resurrectionem Christi deificatione Cyrillus afferebat, idonea esse ex prædicta explicatione planum fiet.

3. Epist. V. num. 3.

4. Hoc est in expositione catholicæ fidei, quæ subnexa est epistolæ V. proxime laudatæ n. 1.

5. Ex græco heic adjiciendum *fratri*.

6. Reg. mss. *βοηθηθῆς*. Forte, *βοηθῇ τις*.

7. Hoc est, quæ Cyrillus proxime cum superiori epistola VIII. miserat, scilicet duas ad Nestorium epistolas, unam ad monachos, cum tomis quibus quæ Nestorii, & quæ Patrum esset sententia, patefaciebat. Nec ad plura Cyrilli scripta pertinet insignis illa Cælestini approbatio, qua quæ sibi a Posidonio tradita sunt, cum fide sua prorsus consentire testatur. Neque igitur hæc ad Cyrilli anathematismos attinet.

8. Unus ms. *καθαρεῖται*. Forte, *καθαιρεῖται*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

ὥσπερ οὖν ἐκεῖνον καὶ στίζομεν καὶ μεμφόμεθα, οὕτω τὴν σὴν ἁγιότητα, ὥσπερ παροῦσαν ἐν τοῖς ἰδίοις γράμμασι, τῇ τοῦ κυρίου ἀγάπῃ περιπλεκόμεθα, [1] ὁρῶντες ὅτι ἓν καὶ τὸ αὐτὸ περὶ τοῦ δεσπότου φρονοῦμεν. καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τὸν προνοητικώτατον τοῦ κυρίου ἱερέα ὑπὲρ τοῦ τῆς πίστεως ἔρωτος τοιαύτῃ διαμάχεσθαι ἀρετῇ, ὥστε τῇ ἀτόπῳ τῶν ἐναντίων τόλμῃ ἀνθίστασθαι [3], καὶ τοὺς ἑαυτῷ ἐμπεπιστευμένους τοιαύταις ὑπομνήσεσι βεβαιοῦν. ὥσπερ τοίνυν ἐκεῖνα ἡμῖν πικρὰ, οὕτω ταῦτά ἐστιν ἡδέα· ὥσπερ ἐκεῖνα ἰλυώδη, οὕτω ταῦτα καθαρά. καὶ χαίρομεν τοσαύτην ἐνεῖναι ὁρῶντες τῇ σῇ εὐλαβείᾳ ἐγρήγορσιν, ὡς ἤδη σε νενικηκέναι τὰ ὑποδείγματα τῶν σου προηγησαμένων, γενομένων ἀεὶ καὶ αὐτῶν ἐκδίκων τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος. ἀληθῶς τε ἐπὶ σοῦ ἁρμόσει ἡ εὐαγγελικὴ μαρτυρία ἡ λέγουσα· [a] ὁ ποιμὴν ὁ ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων. ἀλλ' ὥσπερ σὺ ποιμὴν ἀγαθὸς, οὕτως ἐκεῖνος οὐδὲ ὡς κακὸς μισθωτὸς κατηγορεῖσθαι ἄξιος· ὃς οὐ διὰ τοῦτο διαβάλλεται, ὡς τὰ ἑαυτοῦ καταλιπὼν πρόβατα, ἀλλ' ὅτι ηὑρέθη αὐτὸς διασπαράττων αὐτά.

A sanctitatem tuam velut præsentem in litteris suis dominica sumus caritate complexi, cum unum idemque nos sentire de Domino videremus. Nec mirum est providentissimum Domini sacerdotem, pro fidei amore, [2] hac virtute pugnare, ut adversorum improbæ resistat audaciæ, & sibi creditos hac admonitione confirmet. Quam ergo nobis illa fuerunt amara, tam ista sunt dulcia; quam illa cœnulenta, tam ista sunt pura. Gratulamur tantam inesse sanctitati tuæ vigilantiam, ut decessorum tuorum qui & ipsi semper defensores orthodoxi dogmatis exstiterunt, exempla jam viceris. Vere tibi evangelicum potest testimonium convenire, quo dicitur, [a] *Pastor bonus ponit animam suam pro ovibus suis.* B Sed ut tu bonus pastor, ita ille nec tamquam malus potest mercenarius accusari: qui non ideo quod oves relinquat arguitur, sed quod eas ipse [4] laniare inveniatur.

Προσθεῖναι δέ τινα καὶ ἡμεῖς ἐμέλλομεν, ἀγαπητὲ ἀδελφὲ, εἰ μὴ ἑωρῶμέν σε τὰ αὐτὰ φρονοῦντα πάντα, ἅπερ φρονοῦμεν καὶ ἡμεῖς, καὶ ἐν τῇ βεβαιώσει τῆς πίστεως ἐδοκιμάζομέν σε ἔκδικον ἰσχυρότατον. ἀπεδόθη γὰρ ἡμῖν πάντα κατὰ τάξιν διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου, ὅσα περὶ τούτου τοῦ πράγματος ἡ σὴ ἁγιότης γεγράφηκε. πάντα τὰ δίκτυα τῆς δολίας προσομιλίας ἐγύμνωσας, καὶ οὕτω τὴν πίστιν ὠχύρωσας, ὡς μὴ δύνασθαι τὴν καρδίαν τῶν τῷ Χριστῷ τῷ Θεῷ ἡμῶν πιστευόντων εἰς ἕτερον ἑλκυσθῆναι μέρος. μέγας οὗτός ἐστι τῆς ἡμετέρας πίστεως ὁ θρίαμβος, τὸ ἀποδεῖξαι τὰ ἡμέτερα οὕτως ἰσχυρῶς, καὶ οὕτω νενικηκέναι τὰ ἐναντία διὰ τῆς τῶν θείων γραφῶν μαρτυρίας. τί λοιπὸν διαπράξεται; ἢ ποῦ ἑαυτὸν ἐκεῖνος περιστρέψει; ὃς γενόμενος ἐραστὴς [5] ἀσεβοῦς νεωτερισμοῦ, ὡς ἐβούλετο, μᾶλλον ταῖς ἑαυτοῦ ἐννοίαις [6] δουλεύειν ἑαυτῷ, ἢ τῷ Χριστῷ, τὸν ἐμπιστευθέντα ἑαυτῷ δῆμον βλάψαι ἠθέλησε τῷ τῆς ἰδίας προσομιλίας δηλητηρίῳ· δέον καὶ ἀναγνῶναι τοῦτο καὶ κατέχειν, ὅτι τὰ μάταια ζητήματα, καὶ μὴ προκόπτοντα εἰς ὑγίειαν, ἀλλὰ χωροῦντα εἰς ψυχῶν ἀπώλειαν, φεύγειν μᾶλλον, ἢ ἐπιζητεῖν δεῖ.

II. Adderemus aliquid, frater carissime, si non te eadem sentire quæ sentimus omnia videremus, & in ipsa assertione fidei defensorem fortissimum probassemus. Ingesta vero nobis sunt cuncta per ordinem a filio nostro Posidonio diacono, quæcumque de hac re tua sanctitas scripsit. Omnes tendiculas prædicationis callidæ detexisti, & fidem taliter, C ne Christo Deo nostro credentium cor in alteram partem trahi valeat, communiisti. Magnus fidei nostræ triumphus est, & asseruisse nostra tam fortiter, & adversa sanctarum scripturarum testimoniis sic devicisse. Quid agat jam? quo se ille circumferat, qui amator impiæ novitatis, dum suo voluit potius ingenio servire, quam Christo, sibi creditam plebem veneno voluit suæ prædicationis inficere; cum & legere debuerit & tenere, [b] pravas quæstiones, & quæ non proficiant ad salutem, sed ad perditionem animarum nitantur, vitandas potius quam sequendas?


Ἀλλ' ὅμως εἰς κρημνοὺς αὐτοὺς ἐπειγόμενον, μᾶλλον δὲ ἤδη ἐν αὐτῷ τῷ κρημνῷ, ὅθεν πεσεῖται, διάγοντα, εἴ γε δυνάμεθα, ἀνακαλεῖσθαι ὀφείλομεν, μὴ τὴν πτῶσιν αὐτοῦ τῷ βοηθεῖν προσωθήσωμεν. ὁ Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν, ᾧ ἐπάγεται ζήτησις περὶ τῆς ἰδίας γεννήσεως, ἐδίδαξεν ἡμᾶς κάμνειν ὑπὲρ προβάτου ἑνὸς, θέλων καὶ διὰ τῶν ἰδίων ὤμων ἀνακαλεῖσθαι, ὡς μὴ ἐκκέηται τῷ λύκῳ εἰς ἁρπαγήν. εἶτα ὁ διδάξας ἡμᾶς οὕτω δραμεῖν ὑπὲρ σωτηρίας προβάτου ἑνὸς, πῶς ἄρα ἡμᾶς κάμνειν βούλεται ὑπὲρ αὐτοῦ τοῦ τῶν προβάτων ποιμένος; ὃς τῆς προσηγορίας ταύτης καὶ τοῦ ἐπαγγέλματος ἐπιλελησμένος, αὐτὸς ἑαυτὸν εἰς [8] ἁρπάγην λύκου μετήλλαξεν, ἐπιθυμῶν ἀπολέσαι τὴν ἀγέλην, ἣν αὐτὸς ὤφειλε συντηρῆσαι. τοῦτον οὖν ἡμεῖς ἀπὸ τῆς περικλείσεως τῶν ἀμνῶν ἀποκινῆσαι ὀφείλομεν, ἐὰν

D III. Sed ad præcipitia festinantem, immo jam in præcipiti, unde corruat, constitutum, si possimus revocare debemus: ne ruinam ejus, si [7] non succurrimus, urgeamus. Christus Deus noster, cui suæ quæstio nativitatis infertur, pro una ove laborare nos docuit [c], volens eam suis quoque humeris revocari, ne rapaci lupo pateret in prædam. Et qui pro unius ovis currere salute nos docuit, qualiter nos vult pro ipsarum ovium laborare pastore, qui officii & nominis ejus oblitus in rapacitatem lupi se ipse convertit, gregem cupiens perdere, quem debuerat custodire? Quem nos a septis agnorum removere debemus, si non ita ut volumus corrigamus. Sit [9] spes veniæ corrigenti: malumus enim ut revertatur & vivat, si vitam sibi E

[a] Joan. X. 11. [b] Tit. III. 9. [c] Luc. xv. 5.

1. Ita mss. At edit. εἰδότες.
2. Apud Baluz. *amore ac virtute*. Græca littera postulat *amore*, *hac* (seu *hujusmodi*) *virtute*.
3. Editi heic addunt δύνασθαι, non mss.
4. Baluz. *laniet*, *invenitur*. Græcus textus exigit, *ita ille dignus est qui accusetur, non ut malus mercenarius, quippe qui non ideo quod oves reliquerit, arguatur, sed quod eas ipse laniare inventus sit*.
5. In mss. deest ἀσεβοῦς.
6. Edit. δουλεύειν ὤφελεν ἑαυτῷ ἢ τῷ Χριστῷ ἐξακολουθῶν, καὶ τὸν: castigantur ex mss.
7. In Regiis exemplaribus græcis post verbum βοηθεῖν additur ἢ μὴ, haud dubie ex nota marginali, qua quis antiquarius particulam μὴ ante verbum prædictum desiderari monuerat. Nam istud ἢ, hoc est *vel*, respondet nostro *forte*, eaque particula notare solent antiqui lectiones, quas vulgatis præferendas censent ac meliores. Censuit igitur antiquarius noster græce legendum τῷ μὴ βοηθεῖν, ejusque censuram lectio latina, *si non succurrimus*, confirmat.
8. Ita mss. At edit. εἰς ἅρπαγα λύκον.
9. Editi græce, εἰ ἔτι συγγνώμης ἐλπὶς διορθουμένῳ, δυνήσεται περιλείπεσθαι. θέλομεν: castigantur ex mss. quibus latina lectio & orationis series suffragantur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



μὴ αὐτὸν, ὡς θέλομεν, διορθωσώμεθα. εἴη ἔτι συγγνώμης ἐλπὶς διορθουμένῳ· θέλομεν γὰρ ἵνα ὑποστρέψῃ καὶ ζήσῃ, εἰ μὴ αὐτὸς τὴν ζωὴν τῶν ἐμπεπιστευμένων ἑαυτῷ ἀπολέσειεν. εἴη δέ τις φανερὰ ἀπόφασις κατ' αὐτοῦ ἐμμένοντος. ἐκκοπτέον γὰρ τὸ τοιοῦτον τραῦμα, δι' οὗ οὐχ ἓν μέλος βλάπτεται, ἀλλὰ πᾶν τὸ σῶμα τῆς ἐκκλησίας διατιτρώσκεται. τί γὰρ ποιεῖ μετὰ τῶν ἀλλήλοις ὁμονοούντων, ὃς μόνος ἑαυτῷ φρονεῖν δοκῶν [4], ἀπὸ τῆς ἡμετέρας διχονοεῖ πίστεως; ὅθεν μενέτωσαν ἐν τῇ κοινωνίᾳ, οὓς αὐτὸς ἀντιλέγοντας αὐτῷ ἀπεκίνησε τῆς κοινωνίας. καὶ γινωσκέτω ὅτι αὐτὸς τὴν ἡμετέραν κοινωνίαν ἔχειν οὐ δυνήσεται, ἐὰν ἐν ταύτῃ τῇ τῆς διαστροφῆς ὁδῷ παραμείνῃ, ἐναντιούμενος τῇ ἀποστολικῇ διδαχῇ.

commissorum ipse non perdat. Sit [1] aperta sententia perduranti: abscidendum est enim tale vulnus, quo non unum membrum læditur, sed totum corpus ecclesiæ fauciatur. Quid enim [2] cum consentientibus faciat, qui solus sibi sapiens a nostra credulitate dissentit? Sint in communione, quos ipse resistentes sibi a communione [3] submovit: nostramque communionem habere se non posse noverit, si in hoc perversitatis suæ tramite apostolicæ doctrinæ contrarius perdurarit.

Συναφθείσης σοι τοίνυν τῆς αὐθεντίας τοῦ ἡμετέρου θρόνου τῇ ἡμετέρᾳ [6] διαδοχῇ χρησάμενος, ταύτην ἐκβιβάσεις ἀκριβεῖ στερρότητι τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ἀριθμουμένων ἀπὸ τῆς ἡμέρας τῆς ὑπομνήσεως ταύτης, τὰ κακὰ κηρύγματα ἑαυτοῦ ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ ἀθετήσῃ, καὶ ἑαυτὸν διαβεβαιώσηται ταύτην κατέχειν τὴν πίστιν περὶ τῆς γεννήσεως τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, ἣν καὶ ἡ Ῥωμαίων καὶ ἡ τῆς σῆς ἁγιότητος ἐκκλησία, καὶ ἡ καθόλου καθοσίωσις κατέχει· ἢ ἐὰν μὴ τοῦτο ποιήσῃ, εὐθὺς ἡ σὴ ἁγιότης ἐκείνης τῆς ἐκκλησίας προνοησαμένη, μάθῃ αὐτὸν παντὶ τρόπῳ ἀπὸ τοῦ ἡμετέρου σωματίου ἀποκινητέον, ὃς οὔτε τὴν τῶν θεραπευόντων ἴασιν ἠθέλησε καταδέξασθαι, καὶ εἰς ἀπώλειαν αὐτοῦ τε καὶ πάντων τῶν αὐτῷ πεπιστευμένων κακῶς λοιμώδης ἠπείχθη.

IV. Auctoritate igitur tecum nostræ sedis adscita, [5] nostra vice usus, hanc exsequeris districto vigore sententiam, ut aut [7] intra decem dies ab hujus conventionis die numerandos pravas prædicationes suas scripta professione condemnet, & hanc se de nativitate Christi Dei nostri fidem tenere confirmet, quam & Romana, & tuæ sanctitatis ecclesia, & universalis devotio tenet: aut nisi hoc fecerit, mox sanctitas tua illi ecclesiæ provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum, qui nec in se medentium curam voluit admittere, & in perditionem tam suam quam omnium sibi creditorum [8] male pestifer festinavit.

Τὰ δὲ αὐτὰ ἐγράψαμεν πρὸς τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν Ἰωάννην, Ῥοῦφον, Ἰουβενάλιον, καὶ Φλαβιανόν· ἵνα φανερὰ ᾖ ἡ περὶ αὐτοῦ ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ἡ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν θεία ἀπόφασις.

V. Eadem autem scripsimus & ad sanctos fratres & coepiscopos nostros, Joannem, [9] Rufum, Juvenalem & Flavianum: ut nota sit de eo nostra, immo Christi nostri divina sententia. Data III. Idus Augusti [10] Theodosio XIII. & Valentiniano [11] III. consulibus.

1. In vulgatis *sit certa sententia*. Græcus textus postulat *sit aperta sententia*, hoc est palam & aperte dicta sententia damnetur, si in errore persistat. Heic respondet Cælestinus ac plane satisfacit Cyrilli petitioni. Is enim epist. VIII. n. 7. nondum quidem se a Nestorii communione aperte discessisse significarat, sed quid deinceps sibi agendum foret, Cælestinum ut docere dignaretur enixe rogabat.

2. Hoc est, *cum iis qui in una fide concordant*. Alludit Cælestinus ad verba Cyrilli epist. VIII. n. 5. unde Nestorium a communi omnium orthodoxorum sententia discedere, seque unum omnibus sapientiorem arbitrari didicerat.

3. In vulg. additur ἀρέστα.

4. His & Cyrillus obsequens, proxime postquam has accepit Cælestini litteras, ad clerum populumque CP. pariter scripsit: *Cum iis clericis & popularibus quoque, qui propter rectam fidem ab illo excommunicati vel gradu moti sunt, nos libere communicamus, injustam illius sententiam minime approbantes, sed eos potius qui ista perpessi sunt commendantes*. Inter eos autem quos Nestorius submoverat, præcipuus censensus est Philippus presbyter, de quo in superiore epistola IX. num. 5. est dictum.

5. Et heic cum latino sermone consentit græcus regiorum exemplarium textus. In vulgatis autem habetur, *καὶ τῇ ἡμετέρᾳ τοῦ τόπου διαδοχῇ ἐπ' ἐξουσίᾳ χρησάμενος, nostraque vice ac loco cum potestate usus*.

6. In mss. δοχῇ.


7. Ita mſ. Navar. suffragante græco. At Baluz. *infra*.

8. Hinc perspicuum est græce κακῶς, non, ut in mss. regiis fertur, καθὼς legendum esse. Ex hoc mendo locus datus videtur glossemati, quod in vulgatis exemplaribus græcis obtinet, *οἷα λοιμώδης νόσος ἠπείχθη δραμεῖν διὰ τοῦ τῆς ἐκκλησίας σώματος ἐλαυνόμενος. Tamquam pestifer morbus in totum ecclesiæ corpus invadens festinavit serpere*.

9. Rufum & Flavianum ideo nominat Cælestinus, quia hic archiepiscopus, & ille primas erat Macedonum, quos novis Nestorii commentis graviter offensos esse Cyrillus epist. VIII. n. 5. præmonuerat.

10. Augusti 11. anno 430.

11. In mss. *Valentiniano V.*



EPISTOLA XII.

Quam exitiosa sit Nestorii doctrina, Cælestinus exponit. Se a sua communione illum ejusque fautores secrevisse, & contra in communionem recepisse quos ille novissime abjecerat. Ut infra scripti præsules fortiter pro ecclesia certent hortatur, monetque Nestorium a communione ecclesiæ removendum, nisi admonitus intra decimum diem damnet quod prædicarat.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Ἰωάννῃ
Κελεστῖνος.

Εὐχόμεθα μὲν ὥσπερ μία ἐστὶ τῆς θεότητος οὐσία, οὕτω καὶ παρὰ πᾶσι τοῖς ὁπουδήποτε οὖσιν ἀνθρώποις μίαν τῆς ὀρθῆς πίστεως ἀλήθειαν ἔχειν. ἐλάττων δὲ ὅμως ὁ στεναγμός ἐστιν, ἐάν τινες ἑαυτοὺς ἐκτὸς τῆς ἀγέλης τῆς δεσποτικῆς ἀποχωρίζοντες, καὶ διὰ γωνιῶν καὶ συσκίων τόπων λανθάνοντες, ἑαυτοῖς ἢ καὶ ὀλίγοις τισὶ συμβουλεύωσιν, ὁμονοοῦσιν ἑαυτοῖς ἐν τῇ λανθανούσῃ πλάνῃ. ὅτι δὲ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἱερᾷ ἐκκλησίᾳ ὁ προβεβλημένος ὑπὸ τῷ ὀνόματι τοῦ ἱερέως αὐτοῦ τὸν τοῦ Χριστοῦ δῆμον ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας κατὰ κρημνῶν ἀποστρέφει τῇ οὐκ ὀρθῇ συμβουλῇ, καὶ τοῦτο ἐν τῇ μεγίστῃ πόλει, εἰς ἣν διὰ τὴν τιμὴν τοῦ ἐνοικοῦντος [6] βασιλέως ἀπὸ παντὸς τοῦ κόσμου συντρέχει τὸ πλῆθος, τότε δηλαδὴ διπλασιαστέος ἐστὶν ὁ θρῆνος, καὶ μείζων ἡ φροντὶς, ἵνα μή τι ἡ ἁρπαγὴ τοῦ λύκου παραγενομένου κατισχύσῃ. ἐλάττων γάρ ἐστιν ἡ φροντὶς πολιορκοῦντος τοῦ ἐχθροῦ, ἢ ἐντὸς τειχῶν ἐκβακχεύοντος· καὶ κουφότερον παρενοχλεῖ ὁ λύκος ἐκτὸς τῶν ποιμνίων ἀποπλανώμενος, ἤπερ ἐν αὐτῇ τῇ ἀγέλῃ τόπον ποιμένος ἐπιλαβόμενος· ἐπειδήπερ πλέον τοῦ ἐμφυλίου πολέμου ἐστὶν, ὅταν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν ἐντὸς αὐτοῦ τοῦ οἴκου τοῦ Θεοῦ, δόρατα ἀκοντίζηται τῆς ἀσεβοῦς θρησκείας. ὅθεν πάνυ συντετάρακται ἡμῶν τὰ σπλάγχνα, ὅτι

A CÆLESTINUS episcopus [1] JOANNI, JUVENALI, RUFO, & FLAVIANO episcopis per orientem, [2] a pari.

I. Optaremus quidem, sicuti una est [3] Dei essentia, ita inter omnes qui ubique sunt homines unam rectæ fidei veritatem teneri. Minor tamen gemitus est, si qui se extra gregem dominicum segregantes, & per angulos latebrasque latitantes [4], alios sibi vel paucos qui secum sentiunt, occulto errore persuadeant. Cum vero aliquis sacrosanctæ ecclesiæ Dei sub nomine [5] præpositus sacerdotis, ipsum Christi populum a tramite veritatis in præceps deviæ persuasionis avertit, B & hoc in amplissima urbe, ad quam propter inhabitantis imperii reverentiam de universo orbe confluit multitudo; tunc plane est geminanda lamentatio, & major solicitudo, ne quid lupi [7] rapacitas prævaleat, adhibenda. Minor enim [8] cura est obsidentis inimici, quam intra mœnia debacchantis; leviusque solicitat lupus extra ovilia pererrans, quam inter gregem locum pastoris invadens: quia bellum plus quam civile est, cum intra ecclesiam, id est intra [9] ipsum Christi thalamum tela sectæ impiæ jaciuntur. Unde vehemen-

1. Quædam in græca & latina epistolæ hujus inscriptione apparet dissensionis species: cum in illa uni Joanni, in hac pluribus aliis inscribatur. Latinæ suffragatur tum Liberatus diaconus cap. 5. ubi hanc Cælestini epistolam sic indicat, *Eadem de re* (de qua Cyrillo) *pariter scripsit Joanni Antiocheno, Rufo Thessalonicensi, Juvenali Hierosolymitano & Flaviano Philippensi archiepiscopis*; tum Cælestinus in superiore epistola XI. n. 5. ubi habet, *Scripsimus & ad sanctos fratres & coepiscopos nostros Joannem, Rufum, Juvenalem & Flavianum*. His accedit & Nicolaus I. papa epist. VIII. ad Michaelem, epistolam istam ut *orientalibus episcopis* scriptam commemorans. Græcæ nihilo minus favet totius epistolæ contextus: nusquam enim ad plures, sed ad unum Cælestinus sermonem convertit, nec verbis *fratres carissimi*, sed *frater carissime*, utitur, & *sanctitatem tuam* non *vestram* compellat. Est & alia quædam Cyrillum inter & utriusque textus inscriptionem pugna. Hanc enim epistolam, quam uterque textus Cælestino, Cyrillus synodo tribuit. Primam dissensionis speciem conciliat atque componit Cyrillus epist. ad Joannem Antioch. quem sic alloquitur: *Scripsit* (Romana synodus) *& ad tuam pietatem. Scripsit & A PARI* (τὰ ἴσα) *ad Rufum piissimum Thessalonicensem episcopum & ad nonnullos alios religiosissimos Macedoniæ episcopos, qui ei semper suffragari solent. Scripsit nihilo minus ad Juvenalem Hierosolymorum episcopum*. Earum quippe epistolarum, quæ pluribus *a pari* inscribebantur, unicuique eorum quorum nomina præ se ferebant, simile exemplum separatim mittebatur, proprio cujusque nomine inscriptum. Quapropter sic in eis loquuntur papæ, quasi ad unum scriberent; & cum unum hujusmodi exemplum singulare reperitur, ejus unius cui destinatum erat, nomen præ se ferre debet. Hinc quod uni Joanni inscribatur græcus epistolæ hujus textus, hoc indicio est solum hujus exemplum quod Joanni missum fuerat, repertum ac vulgatum esse. Epistolas autem quas Romani pontifices habita prius synodo scribebant, ipsi synodo tribuere licebat, quamvis eas ipsis pontificibus vulgo adscribendi mos & usus obtinuerit. Quocirca hæc epistola & a Cyrillo Romanæ synodo, & ab aliis Cælestino adscribitur. Neque obscurum est ipsius Cyrilli votis nunc Cælestinum obsequi, quem ille præsul epist. VIII. n. 7. obsecrarat, ut super Nestorii doctrina sententiam suam *tum Macedoniæ episcopis, tum orientis antistitibus perspicue per litteras exponeret*. Præterea ad hanc Cælestini epistolam me- C rito referatur illud Gennadii de script. eccl. *Cælestinus urbis Romæ episcopus decretum synodi* (Romanæ) *ad orientis & occidentis ecclesias dedit, confirmans duabus in Christo manentibus perfecte naturis, unam Filii credendam esse personam*. Hoc enim confirmavit, non conceptis quidem verbis, sed quatenus Nestorium, qui ut statim exponit Gennadius, *huic sententiæ ostensus est esse contrarius*, condemnavit. Ad latinum epistolæ hujus textum quod attinet, eum exhibemus, quem Steph. Baluzius ad quatuor mss. nos ad Navarreum recognovimus, quemque Nicolaus I. constanter sequitur.

2. Vocabulum *a pari* in ms. Navar. omissum. Baluzius e suis expressit: qui & notat ea locutione id significari, quod apud Liberatum cap. 5. *pariter*, quod græce apud Cyrillum epist. ad Joannem Antioch. τὰ ἴσα, (addere poterat, & quod apud Mar. Mercatorem Commonit. c. 3. *similia eademque exempla*;) ideoque quod Theodosius I. part. concil. Ephes. c. 32. scribit, γέγραπται γὰρ τὰ ἴσα D παρὰ τῆς ἡμετέρας γαλήνης, non male ab antiquo interprete concilii Ephesini apud ipsum Baluzium nov. coll. concil. p. 454. latine conversum esse, *Scriptum namque est a pari a nostra majestate*. Hinc & ruere observat conjecturam Lupi Christiani, qui Thessalonicensi episcopo in Philippensem nullam tum auctoritatem fuisse colligit, quasi hac locutione *a pari*, is illi par & æqualis dicatur. Præterea inde refutatur eadem Lupi conjectura, quod si ea valeret, Philippensis episcopus non minus Antiocheno, quam Thessalonicensi, par & æqualis dicendus foret.

3. Duo mss. consentiente græco, *deitatis*.

4. Illud *alios* non novit græcus textus. Clarior esset latinus, si ita efferretur, *vel sibi, vel paucis qui secum sentiunt, occultum errorem persuadeant*. Græce apud Lab. legere est, λανθάνοντες ἑαυτοὺς οἰκείοις λόγοις τισὶ συμβουλεύωσιν ὁμονοεῖν ἑαυτοῖς. Nostra lectio est mss. reg. nisi quod in uno pro ὁμονοοῦσιν exstat ὁμονοεῖν, ac veteri latino textui E magis est consentanea.

5. Nitidior esset hæc constructio, *præpositus sub nomine sacerdotis*. Mox loco *deviæ persuasionis*, græcus interpres legit *devia persuasione*.

6. Sic mss. ac Lab. βασιλέως.

7. Adde *advenientis*.

8. Seu *solicitudo est, cum hostis murum obsidet, quam cum intra debacchatur; leviusque solicitat & angit animum lupus*.

9. Græcus interpres legit, *intra ipsam domum Dei*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

οὗτος, ὅστις δοκεῖ κατέχειν τὴν ἐκκλησίαν Κωνσταντινουπόλεως, τοῖς καθωσιωμένοις τοῦ Χριστοῦ δήμοις, διεστραμμένα τινὰ ἐκχέει, ὑπεναντία τῆς τιμῆς καὶ αἰδοῦς τοῦ τοκετοῦ τῆς ἁγίας παρθένου, καὶ ὑπεναντία τῆς ἐλπίδος τῆς ἡμετέρας σωτηρίας. ταῦτα εἰσῆλθεν ὑποβαλλούσης τῆς ἀλγηδόνος τῶν πιστῶν, ἃ ἐγνωρίσθη διὰ τῶν βιβλίων, ἅπερ αὐτὸς ἔπεμψε· καὶ ὅπερ μείζονος ἀποδείξεως ἦν, πεμφθεισῶν ἐπιστολῶν πρὸς ἡμᾶς, ὑπογραφῇ αὐτοῦ τοῦ αὐθέντου ὠχυρωμένων, ὡς ἀμφιβληθῆναι [2] παρ' ἑτέρων μὴ ἐξὸν εἶναι.

ter contristata sunt nostra viscera, quod is qui Constantinopolitanam obtinere videtur ecclesiam, devotissimis Christo populis perversa quædam contra reverentiam virginei partus & contra spem nostræ salutis infundit. Hæc ad nos ingerente dolore fidelium pervenerunt: hæc libris quos ipse miserat, publicata sunt: & quod majoris probationis est, hæc ad nos missis epistolis [1] ipsa auctoris subscriptione munitis ita insinuata sunt, ut dubitari ultra non liceat.

Ὅθεν ἐπειδὴ ὑπὲρ τοιούτων αἰτιῶν οὐκ ἔστιν ἀσφαλὴς ἡ μακροτέρα παρενθύμησις· τοιοῦτον γάρ ἐστι σχεδὸν ἔγκλημα παρενθυμεῖσθαι τὰ τοιαῦτα, ὁποῖόν ἐστι μύσος τοιαῦτα ἱερόσυλα λέγειν· καὶ τὸν ἐπίσκοπον Νεστόριον, καὶ εἴ τις ἄλλος αὐτῷ ἀκολουθήσας τοιαῦτα λέγει, ἀπὸ τῆς ἡμετέρας κοινωνίας ἀποχωρίζομεν, ἕως οὗ δι' ἐγγράφου ὁμολογίας πεμφθείσης, τὴν διαστροφὴν, ἣν ἤρξατο διδάσκειν, κατακρίνῃ, καὶ ταύτην ἑαυτὸν περὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου, τουτέστι περὶ τῆς σωτηρίας τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, τὴν πίστιν ὁμολογήσῃ κατέχειν, ἥν τινα κατὰ τὴν ἀποστολικὴν διδασκαλίαν ἡ Ῥωμαίων καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ πανταχοῦ ἐκκλησία κατέχει, [5] προσκυνήσῃ τε καὶ ὁμολογήσῃ. εἴ τις δὲ ἢ ἀπὸ Νεστορίου, ἢ ἀπὸ τῶν ἄλλων αὐτῷ ἐξακολουθησάντων, ἀφ' οὗ τὰ τοιαῦτα ἤρξατο λαλεῖν, ἢ ἀκοινώνητος ἐγένετο, ἢ ἐγυμνώθη τῆς τοῦ ἱερέως ἀξίας, ἢ τῆς τοῦ κληρικοῦ, τοῦτον ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ καὶ μεμενηκέναι, καὶ μένειν εἰς τὸ ἑξῆς ὡμολόγηται· καὶ οὐδὲ λέγομεν αὐτὸν ἀποκεκινῆσθαι· ἐπειδήπερ οὐδὲ ἠδύνατό τινα ἡ τούτου ἀπόφασις ἀποκινεῖν, ὅστις ἑαυτὸν παρέσχεν ἤδη ἀποκινητέον.

II. Unde quoniam in talibus caussis non est tuta longior conniventia, quia tantumdem pæne criminis est connivere a talibus, quanti sceleris est tam sacrilega prædicare: & episcopum Nestorium, & si quis alius eum secutus hæc prædicat, a nostra communione secrevimus, [3] quam diu scriptura professionis emissa perversitatem quam cœperat docere, condemnet, & hanc de virgineo partu, id est de humani generis salute, fidem afferat se tenere, quam secundum apostolicam doctrinam Romana & Alexandrina & catholica universalis ecclesia tenet & veneratur & prædicat. Si quis vero aut ab [4] episcopo Nestorio, aut ab iis qui eum sequuntur, ex quo talia prædicare cœperunt, vel excommunicatus, vel exutus est seu antistitis seu clerici dignitate, hunc in nostra communione & durasse, & [6] durare manifestum est; nec judicamus remotum: quia non poterat quemquam ejus removere sententia, qui se jam præbuerat ipse removendum.

Ταῦτα, ἀδελφὲ τιμιώτατε, πρὸς τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἐγράψαμεν, ἵνα ἐνδυναμωθεὶς ἐν τῷ δεσπότῃ, καὶ τὸν οἰκεῖον τῷ στήθει θώρακα καὶ τὴν ἐλπίδα τῆς καθολικῆς ὁμολογίας ἐνδυσάμενος, τὴν ἀγέλην τοῦ ἡμετέρου δεσπότου Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὅστις ὑπὲρ ἡμῶν ἐγεννήθη καὶ ἔπαθεν, ὅστις καὶ ἀνοιγέντων τῶν καταχθονίων καὶ τοῦ θανάτου ἡττηθέντος, ὑπὲρ ἡμῶν τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀνέστη, ἀπὸ τῆς πονηρᾶς καὶ αἰσχίστης διδασκαλίας ἐκλυτρώσῃς.

III. Hæc, frater carissime, ad sanctitatem tuam scribenda duximus: ut in Domino roboratus, & familiarem pectori tuo loricam Christi cum [7] scuto catholicæ prædicationis indutus, greges Domini nostri Jesu Christi, qui pro nobis natus & passus est, qui reseratis inferis & morte devicta pro nobis die tertio resurrexit, a persuasionis pessimæ pravitate defendas.

Ὥσπερ δὲ καὶ πρὸς τὸν ἁγιώτατον ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κύριλλον, τὸν ἀκριβῆ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας καὶ πίστεως ἔκδικον, ἐγράψαμεν, περὶ τοῦ αὐτοῦ Νεστορίου γινωσκέτω ἡ σὴ ἁγιωσύνη παρ' ἡμῶν, μᾶλλον δὲ ὑπ' αὐτοῦ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ καὶ Θεοῦ ἐξενηνεγμένην εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ἵνα ἢ ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ἀριθμουμένων ἀφ' ἧς ἡμέρας ὑπομνησθείη τὰς ἱεροσύλους αὐτοῦ διδασκαλίας περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ γεννήσεως ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ καταδικάσῃ, καὶ ταύτῃ ἑαυτὸν ὁμολογήσῃ τῇ πίστει ἀκολουθεῖν, ἥν τινα καὶ ἡ Ῥωμαίων, καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ ἡ καθολικὴ φυλάττειν ἐκκλησία· ἢ ἀπὸ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων ἀποκινηθεὶς, γινωσκέτω οἰκείῳ ἑαυτὸν βεβλάφθαι ὀλέθρῳ. ἵνα δὲ ταῦτα τὰ παρ' ἡμῶν ἀποφανθέντα σπουδαιότερον ἐξανυσθείη, διὰ τοῦ ἡμετέρου υἱοῦ Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὰς ἡμετέρας ἐπιστολὰς πρὸς τὴν σὴν διάθεσιν ἠβουλήθημεν πιστότερον διακομισθῆναι. ὁ Θεὸς ὑγιαίνοντά σε διαφυλάττοι, ἀδελφὲ τιμιώτατε.

IV. Sicut autem ad sanctum fratrem & coepiscopum nostrum Cyrillum, bonum [8] fidei catholicæ defensorem scripsimus, hanc de eodem Nestorio sciat sanctitas tua a nobis, immo a Christo Deo latam esse sententiam, ut aut intra decem dies [9] ex conventionis hujus die numerandos, sacrilegas de Christi nativitate prædicationes suas scripta professione condemnet, & hanc se profiteatur fidem sequi, quam Romana & Alexandrina & universalis servat Ecclesia; aut episcoporum cœtu remotus, intelligat [10] sibi suam obfuisse perniciem. Sed ut hæc quæ a nobis decreta sunt, [11] exercitatius agerentur, per filium nostrum Posidonium Alexandrinæ ecclesiæ diaconum nostras ad dilectionem tuam voluimus fidelius epistolas [12] commeare. Data III. Idus Augusti [13] Theodosio XIII. & Valentiniano III. consulibus.

1. Supra epistt. VI. & VII.
2. Leg. περαιτέρω.
3. Ceu *quoad*.
4. Nomen *episcopi* græcus interpres reticet; & mox pro *prædicare cœperunt*, legit *prædicare cœpit*. Ipsa tamen lectionis latinæ verba Nicolaus I. epist. VIII. ad Mich. retinet.
5. Leg. προσκυνεῖ τε καὶ ὁμολογεῖ.
6. Adde *deinceps*.
7. Pro *scuto* male interpres græcus legit *spe*.
8. In græco, *ecclesiæ & fidei*.
9. Mss. *ex conventione hujus diei*. Ex epistola superiori n. 4. legendum esse liquet *ex conventionis hujus die*, vel simpliciter *ex conventionis die*, hoc est, ut interpres græcus recte intellexit, *ex die quo conventus fuerit*.
10. Planius ad litteram græcam, *proprii exitii se sibi fuisse auctorem*: quo pacto inferius epist. XV. idem Nestorius *se ipso periturus auctore* dicitur, si oblatum correcto remedium respuat. Pergit Cælestinus totam excommunicationis invidiam in reum transferre.
11. Seu *accuratius*. Intrepres græcus legisse videtur *studiosius perficerentur*.
12. Editi cum tribus mss. *commendare*: corriguntur e codice Bellovac. Deinde ex græco supplere liceret, *Deus te incolumem custodiat*. Mox in mss. *IV. Idus*, & contra edit. *Valentiniano IV*.
13. Augusti 11. anno 430.



[1] EPISTOLA XIII.

Cælestini papæ I. ad Nestorium.

Ipsum impiæ novitatis reum convinci, atque anathemate dignum esse. Denuntiat ei, nisi quos e regia urbe injuste ejecerat revocarit, & quod impie senserat aperte damnarit, post decimum diem ab ecclesiæ communione segregandum esse.

Τῷ ἀγαπητῷ ἀδελφῷ Νεστορίῳ Κελεστῖνος. A

Ἐφ' ἡμέρας τινὰς τῆς ζωῆς ἡμῶν μετὰ τὸ ἀνόσιον καὶ πολλάκις κατακριθὲν δόγμα Πελαγίου καὶ Κελεστίου ἡ καθολικὴ πίστις εἰρήνευσεν, ὁπότε ἐκείνους μετὰ τῶν ἑπομένων τῇ δόξῃ αὐτῶν ἥτε ἀνατολὴ καὶ ἡ δύσις ἀκοντίῳ συμφωνούσης ἀποφάσεως ἔπληξεν. αὐτίκα ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Ἀττικὸς, ὁ διδάσκαλος τῆς καθολικῆς πίστεως, καὶ ἀληθῶς τοῦ μακαρίου Ἰωάννου καὶ εἰς ταῦτα διάδοχος, οὕτως ἐκείνους ἐδίωξεν ὑπὲρ τοῦ κοίνου βασιλέως, ὥστε αὐτοῖς μὴ τοῦ ἐκεῖ ἑστάναι ἄνεσιν συγχωρηθῆναι. ἔσχεν ἡμᾶς μετὰ τὴν ἐκείνου ἔξοδον οὐχ ἡ τυχοῦσα φροντὶς [5] ἐκδεχομένους, πότερον ὁ ἐκεῖνον διαδεξάμενος εἴη αὐτοῦ καὶ εἰς τὴν πίστιν διάδοχος· ἐπειδὴ δυσ- B χερές ἐστιν ἐκτείνεσθαι τὰ καλά· πολλάκις γὰρ ἑαυτὰς ἀμοιβαδὸν αἱ ἐναντιότητες διαδέχονται. ἀλλ' ἐσχήκαμεν μετ' ἐκεῖνον τὸν μέλλοντα ἡμᾶς ταχέως καταλιπεῖν, τὸν ἅγιον Σισίνιον, εὐδοκιμήσαντα ἐπί τε τῇ ἁπλότητι καὶ ἁγιότητι κοινωνὸν, αὐτὴν τὴν πίστιν, ἣν εὗρε, κηρύττοντα· ἀνεγνώκει δηλαδὴ ἐκείνη ἡ ἁπλῆ εὐλάβεια καὶ εὐλαβὴς ἁπλότης, δεῖν μᾶλλον φοβεῖσθαι, ἢ ἰδίας συνέσεως βάθος ζητεῖν· καὶ ἀλλαχοῦ, μὴ δεῖν ἀνερευνᾷν τὰ βαθύτερα· καὶ πάλιν, εἴ τις ἄλλο κηρύξειε καὶ νομοθετήσειε παρ' ὃ ἐκηρύξαμεν, ἀνάθεμα ἔστω. ἀλλὰ καὶ τούτου ἐκ τοῦ κόσμου μεθισταμένου, ὡς ἡ ἡμετέρα φροντὶς ἐπὶ τοσοῦτον ἑαυτὴν ἐξέτεινεν, ἐφ' ὅσον ὁ κύριος ἐπέτρεψεν, ἐχαροποίησεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν ἡ C διήγησις τῶν ἐρχομένων ἀγγέλων, ἣν εὐθέως ἐβεβαίωσεν ἡ τῶν ἡμετέρων κοινωνῶν ἀναφορὰ τῶν παραγενομένων τῇ σῇ χειροτονίᾳ· οἵ τινες τοσοῦτόν σοι ἐμαρτύρησαν, ὅσον ἐχρῆν τῷ ἀλλαχόθεν ἐπιλεχθέντι· μετὰ τοσαύτης πρότερον ὑπολήψεως ἔζησας, ὥστε καὶ ἐφθόνησε τοῖς σοῖς ἀλλοτρία πόλις· μετὰ τοσαύτης δὲ νῦν ἀτοπίας φευκτέον σεαυτὸν παρασκευάσας, ὡς τοὺς σοὺς ἐν ἀλλοτρίοις ὁρᾷν, ὅπως ἀπηλλάγησαν.

Dilectissimo fratri NESTORIO CÆLESTINUS.

I. Aliquantis diebus vitæ nostræ, post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii atque Cælestii, [2] catholicam fidem quies habuit, quando eos cum suæ disputationis sequacibus [3] telo unitæ sententiæ oriens occidensque percussit. Denique sanctæ recordationis Atticus, catholicæ magister fidei, & vere beato Joanni etiam ad ista successor, eos ita persecutus est pro [4] rege communi, ut iis ne standi quidem illic copia præstaretur. Mansit nos post ejus exitum solicitudo vel maxima, cum successor ipsius utrum etiam in ejus fide succederet quæreremus: quia difficile est continuari quæ bona sunt; nam sibi sæpe alternis vicibus adversa succedunt. Habuimus tamen post hunc a quo eramus continuo [6] deserendi, sanctum Sisinnium, celebratum simplicitate & sanctitate collegam, eam fidem quam invenerat, prædicantem. Legerat profecto simplex sanctitas & sancta simplicitas, [a] timendum magis, quam alte sibi esse sapiendum; & alibi, [b] altiora sectanda non esse; & iterum, [c] *Si quis aliud prædicaverit quam quod prædicavimus, anathema sit*. Hoc tamen exeunte de sæculo, cum se solicitudo nostra in tantum, in quantum ei Dominus permisit, extenderet, lætificavit animum nostrum venientium narratio nuntiorum, quam mox firmavit eorum qui interfuerunt ordinationi tuæ, relatio collegarum; qui tibi testimonii tantum detulerunt, quantum ferri huic debuit qui aliunde [7] videbatur electus. Tanta ante opinione vixisti, ut tuis te aliena civitas invideret: tanto [8] nunc horrore vitaris, ut tui in aliis videant, qualiter fuerint liberati.

a Rom. XI. 20. *b* Eccli. III. 22. *c* Galat. I. 8. 9.

1. In editione Rom. latinus ejus contextus notatur ut *e Cresconio* descriptus. Eumdem exhibent Navarreus aliique tres mss. a Baluzio memorati. Ejus initium Liberatus cap. 5. ita indicat: *Cælestinus vero papa Romanus scripsit Nestorio increpationis epistolam cum exhortatione & vituperatione, quia errare non debuerit, ad cujus ordinationem gavisus est. Est ejus principium, Aliquantis diebus vitæ nostræ.* Eadem epistola laudatur ab Evagrio lib. 1. c. 4. & Photio cod. 15. A Nestorio, ut infra visuri sumus, Novembris 30. die accepta est. In concilio Ephesino perlecta est tota. Nempe act. 1. Juvenale Hierosol. postulante ut *legantur & litteræ sanctissimi & reverentissimi archiepiscopi Romanorum Cælestini, quas destinavit de fide*, primicerius Notariorum legit, ut habetur apud Baluzium pag. 462. *Epistola domni Cælestini episcopi Romani ad Nestorium. Dilectissimo fratri Nestorio Cælestinus. Aliquantis diebus vitæ nostræ post nefandum & sæpe damnatum dogma Pelagii* &c. Græcum textum ad mss. regiorum fidem exegimus.

2. Editi, consentiente græco, *catholica fides quietem habuit*, sed refragantibus tum hujus epistolæ, tum antiquæ interpretationis concilii Ephesini mss.

3. Editi, *telis*, ac deinde Baron. secundum edit. Rom. *unitatis*: corriguntur ex mss. Quod nunc memoratur, maxime accidit, cum *episcopi Zosimi epistola*, ut Marii Mercatoris pag. 138. verbis utar, *quæ tractoria dicitur, qua Cælestius Pelagiusque damnati sunt, & Constantinopolim & per totum orbem missa, subscriptionibus sanctorum patrum est roborata*.

4. Edit. Rom. & Baron. *pro re communi*: refragantibus aliis libris & græco. Regem communem intelligere est universorum regem Christum, cujus gratiam Pelagiani, ut Apostoli verbo utar, evacuare nitebantur. Qui autem D Atticus eis restiterit, M. Mercator in Commonit. sic narrat: *Sub sanctæ memoriæ Attico episcopo urbem Constantinopolitanam petiit* (Cælestius,) *ubi in similibus detectus, magno studio sancti illius viri ex prædicta alma urbe detrusus est, litteris super ejus nomine & in Asiam & Thessalonicam & Carthaginem ad episcopos missis*. Quam ob caussam & a Prospero in carmine de ingratis sic laudari meruit:

Quid loquar & curam magna quam gessit in urbe
Constantinopoli docto bonus ore sacerdos
Atticus, antiqua legatos hæreticorum
Confutando fide, &c.

5. A mss. Reg. abest ἐκδεχομένους.

6. Cum scilicet biennium nondum explevisset, ut lib. 7. c. 28. tradit Socrates, qui & cap. 26. testatur, eum ubique celeberrimum fuisse *tum pietatis nomine, tum quod pauperibus fovendis etiam ultra vires incumberet*.

E 7. Hoc est, ex aliena ecclesia, nempe Antiochena. Recolendum quid hac de re Cælestinus ipse epist. IV. n. 7. præcipiat.

8. Edit. Rom. *errore*, Baron. *terrore*. Ceteri libri latini *horrore*. Et hujus quidem horroris testis est superior Cyrilli epistola VIII. n. 3. Deinde græcus interpres pro *vitaris*, legisse videtur *vitandum te præbuisti*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



Πρώην ἐδεξάμεθα τὰς σὰς ἐπιστολάς, ἃς ἐν στενῷ οὐκ ἠδυνήθημεν ἀποκρίνασθαι· ἔδει γὰρ τὸν λόγον εἰς Ῥωμαϊκὸν μεταβληθῆναι. ὅπερ ὡς βραδέως διὰ τὴν ἀνάγκην ἐποιοῦμεν, ἐδεξάμεθα τοιαῦτα περὶ σοῦ γράμματα τοῦ ἁγίου ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Κυρίλλου, τοῦ δοκιμωτάτου ἱερέως, διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου, ἀφ᾽ ὧν σφόδρα ἐλυπήθημεν ἀπολωλέναι τῶν περὶ σοῦ ἀνενεγκόντων τὴν μαρτυρίαν· καλὰς γάρ σου τὰς ἀρχὰς κακή, ὡς ὁρῶμεν, ἀπόβασις διεδέξατο· καλάς φημι ἀρχάς, τὰς παρ᾽ ἡμῖν οὕτω φημισθείσας, ὡς δεῖξαι ἡμᾶς ἐν τῇ ἀποκρίσει τῇ πρὸς τὴν ἀναφορὰν τῶν ἀδελφῶν, ὅπως ἦμεν κοινωνοὶ τῆς χαρᾶς. ἀλλὰ νῦν ἐννοοῦντες καὶ τὴν περὶ σοῦ μέμψιν τοῦ προειρημένου ἀδελφοῦ, καὶ τὰς σὰς ἐπιστολὰς ἑρμηνευθείσας, αἵτινες φανερὰς ἔχουσι βλασφημίας, ὁρῶμεν ὅτι λεκτέον παρ᾽ ἡμῶν τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο· ἤθελον ἀναλλάξαι μου τὴν φωνὴν, ὅτι καταισχύνομαι ἐν ὑμῖν. μᾶλλον δὲ ἤλλαξα, εἰ μὴ ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ ἀνακαλέσειεν ὁ ἀσεβὴς προσομιλητής· ἀνάγκη γάρ ἐστιν, ἵνα ἀφ᾽ ἡμῶν αὐτῶν τὸ κακὸν, ὥσπερ ἐκελεύσθημεν, ἀποστήσωμεν. Ἀνέγνωμεν τοίνυν τῶν ἐπιστολῶν τὸ ὕφος, καὶ τὰς βίβλους τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου ἀνδρὸς τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ἀντιόχου ἀποδιδόντος ἀπεδεξάμεθα. ἐπὶ ταύταις ἀνιχνευθεὶς μὲν ἡμῖν καὶ εὑρεθεὶς καὶ κατασχεθεὶς πολυλαλίᾳ τινὶ ἐξωλίσθανες, τἀληθῆ τοῖς σκοτεινοῖς ἐγκαλύπτων, καὶ πάλιν συγχέων ἑκάτερα, τῷ ὁμολογεῖν μὲν τὰ ἀρνηθέντα, ἐπιχειρεῖν δὲ ἀρνεῖσθαι τὰ ὡμολογημένα. ἐν δὲ ταῖς σαῖς ἐπιστολαῖς φανερὰν ἀπόφασιν οὐχ οὕτω περὶ τῆς ἡμετέρας πίστεως, ὡς περὶ σεαυτοῦ ἐξήνεγκας, θέλων περὶ τοῦ Θεοῦ λόγου ἄλλως κηρύξαι, ἤπερ ἡ πάντων πίστις ἔχει.

II. Dudum sumsimus epistolas tuas: quibus [1] in angusto nihil potuimus dare responsi: erat enim in latinum sermo vertendus. Quod cum licet sero [2] facimus, sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli probatissimi sacerdotis per filium meum Posidonium diaconum talia de te scripta suscepimus, [3] quibus his qui de tua ordinatione retulerant, perisse suum testimonium doleremus. Bonis enim principiis tuis malus, quantum videmus, successit eventus: bonis, inquam, principiis quæ apud nos ita celebrata fuerant, ut responsum dantes ad relationem fratrum, nos [4] faceremus participes gaudiorum. Sed considerantes nunc & querelam de te prædicti fratris, & interpretatas tandem epistolas tuas apertam blasphemiam continentes, illud nobis apostolicum videmus esse dicendum, [a] *Vellem mutare vocem meam, quia confundor in vobis*. Quin immo mutavi, nisi de præcipiti se revocet impius disputator: necesse est enim ut malum ex nobis ipsis, sicut præcipitur [b], auferamus. Legimus ergo epistolarum tenorem, & eos libros quos illustri viro filio meo Antiocho reddente suscepimus. In his quidem [5] nobis vestigatus, deprehensus & tentus, quodam multiloquio labebaris, dum vera involvis obscuris, [6] rursus utraque confundens, vel confiteris negata, vel niteris negare confessa. Sed in epistolis tuis apertam non tam de fide nostra, quam de te tulisti sententiam, volens de Dei Verbo aliter, quam fides habet omnium, disputare.

Ἰδοῦ νῦν εἰς οἵαν καλούμεθα ἀπόφασιν περὶ σοῦ· ἰδοὺ οἷαί εἰσιν αἱ εὐεργεσίαι τῶν σῶν καινοτήτων· ἀφ᾽ οὗ ἀγνοούμενος μὲν [7] ἀπελέχθης, γνωσθεὶς δὲ κατηγορήθης· λοιπὸν μετὰ τοῦ τῶν ἐθνῶν διδασκάλου λεκτέον· τί γὰρ εὐξώμεθα ὡς χρὴ, οὐκ ἴσμεν. ἆρα οὐ ταῦτα τὰ ῥήματα ἐκείνῃ τῇ ἐκκλησίᾳ πρέπει, ἥτις δεδοκιμασμένων ἐν αὐτῇ ἀνθρώπων κατεφρόνησεν, ἀκολουθοῦσα τῇ σῇ φήμῃ, οὐ τῇ γνώσει; ἠπατήθη ἡ ὑπόνοια τῶν καλῶν περὶ σοῦ πιστευσάντων. τίς γὰρ ἐντὸς προβάτου μαλλοῦ ἅρπαγα κεκρύφθαι λύκον νομίσειε; φωνή ἐστιν αὐτοῦ τοῦ ἀποστόλου, δεῖν καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δεδοκιμασμένοι φανεροὶ ὦσιν. ἄνοιγέ σου τὰς ἀκοάς, καὶ τούτου τοὺς πρὸς Τιμόθεον καὶ Τίτον ἄκουε λόγους. τί ἄλλο κελεύει, ἢ ἵνα τὰς βεβήλους καινότητας τῶν φωνῶν ἀποστρέφωνται; ταῦτα γὰρ εἰς ἀσέβειαν προχωρεῖ, ἅπερ ἀεὶ [10] ἀκάνθας καὶ τριβόλους ποιεῖ. τὸν δὲ Τιμόθεον καὶ παρακεκληκέναι ἑαυτόν φησιν, ἵνα τῇ Ἐφέσῳ παραμένων, παραγγείλῃ τισὶ, μή τις ἄλλο κηρύξῃ. πρὸ ὀφθαλμῶν μοί ἐστι τὰ ῥήματα Ἱερεμίου τοῦ προφήτου· Φοβερὰ, φησὶν, ἐγένετο ἐπάνω τῆς γῆς· οἱ προφῆται ἀδικίαν προφητεύουσι. ταῦτα, εἰπέ μοι, ὡς ἄγνωστά σοι παρέρχεται, ἢ ὡς

III. Ecce nunc in quam de te vocamur sententiam: ecce quæ tuarum sunt beneficia novitatum. Postquam ignoratus electus es, & cognitus accusaris; jam nunc cum illo gentium doctore dicendum est, [c] *Nam quid oremus secundum quod oportet, nescimus*. Nonne hæc ecclesiæ illi verba conveniunt, quæ probatos [8] sibi viros, non notitiam tuam sed famam secuta, contemsit? Impositum est opininioni bene de te credentium. Quis enim [9] intra ovile velut rapacem lupum putaret abscondi? Vox est ejusdem Apostoli: [d] *Oportet etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant*. Aperi aures tuas, & ejusdem ad Timotheum [e] vel Titum [f] dictos audito sermones. Quid his aliud præcipit, quam ut novitates vitent vocum profanas? ad impietatem quippe ista proficiunt, quæ semper spinas & tribulos intulerunt. Timotheum certe etiam rogasse se dicit [g], ut Ephesi remanens denuntiaret quibusdam, ne quis aliter prædicaret. Ante oculos mihi Jeremiæ prophetæ verba sunt: [h] *Horribilia*, inquit, *facta sunt super terram: prophetæ iniquitatem prophetant*. Hæc, dicas volo, quasi ignota te trans-

a Gal. IV. 20. *b* I. Cor. V. 13. *c* Rom. VIII. 26. *d* I. Cor. XI. 19. *e* I. Tim. VI. 20. *f* Tit. III. 9. *g* I. Tim. I. 3. *h* Jer. V. 30.

1. Hoc est, citius ac modica interposita mora.

2. Græcus textus postulat, *Quod cum sero propter necessitatem* (interprete scil. prius deficiente) *faceremus*.

3. Accuratius quid sonat græcus textus, videlicet *ex quibus eorum qui de ordinatione tua retulerant, testimonium perisse (atque evanuisse) valde doluimus*. Non enim eis qui dederunt, sed Nestorio cui datum fuerat, periit hoc testimonium.

4. Seu, ut græcus sermo habet, *nos ostenderemus participes*. Hoc Cælestini responsum, sicut & episcoporum de ordinatione Nestorii synodalis relatio desiderantur.

5. Ita mss. At edit. Rom. & Baron. *a nobis investigatus, deprehensus & tentus es, quod mutiloquio labefactaris*. His concinit & Lab. nisi quod postremi verbi loco restituit *labebaris*.

6. Ad litteram græcam, *& rursus utraque confundis, vel confitendo negata, vel nitendo negare confessa*. Nestorius in litteris suis primo Mariam Dei genitricem esse negat; tum quod negarat videtur confiteri: & utrumque postmodum confundit, dum ex eo quod res creata gignere non potuit increatam deitatem, Mariam negat, Verbum Deum carnem factum gignendo, genuisse Deum.

7. Unus ms. reg. ἐπελέχθης, alter, ὑπελέχθης.

8. Magis placeret cum græco, *in se*, hoc est in suo ipsius sinu & obsequio institutos, de quibus idem papa epist. IV. n. 7. dicit, *Primum illi reprobandi sunt, ut aliqui de alienis ecclesiis merito præferantur*; & de quibus statim subjicit, *Habeat unusquisque suæ fructum militiæ in ecclesia in qua suam per omnia officia transegit ætatem*. Decreti hujus necessitatem commendare videbatur Nestorii exemplum: sed eam hæreticus ille præ se ferebat pietatis speciem cum eloquentiæ laude conjunctam, ut ipsam Antiochenam ecclesiam in qua meruerat, non minus fallere potuisset.

9. Græce, *intra ovinam pellem, rapacem*.

10. Mss. ἂν, pro ἀεὶ, & mox ποιῇ, non ποιεῖ.

ἐγνωσμένων καταφρονεῖς; εἰ μὲν ὡς ἄγνωστά σοι παρέρχεται, μὴ αἰδεσθῇς μαθεῖν τὸ ὀρθὸν, ὡς οὐκ ἐφοβήθης [1] τὸ διεστραμμένον διδάξαι. εἰ δὲ ὡς ἐγνωσμένων καταφρονεῖς, νόει ὅτι ἀναπολόγητός σοι ἔσται, ὅταν ἀπὸ σοῦ τοῦ ἐπιτραπέντος σοι ταλάντου τὸν λόγον ἐκεῖνος ἐπιζητήσῃ, ὃς δι' ἡμῶν ἀπὸ τούτου τοῦ ἁγίου δανείσματος ἑαυτῷ κέρδος ἀεὶ ἐκδέχεται. ὅρα οἵα τιμωρία ἐκεῖνον μένει τὸν κρύψαντα ὃ εἰλήφει, ἔτι γε μὴν τὸν μὴ ὁλόκληρον ἀποκαταστήσαντα ὅπερ εἰλήφει· ὅθεν φανερῶς πρόσεχε, ὅσος καὶ οἷος ὁ κίνδυνος, μηδὲ ὅπερ ἔλαβες ἀποδιδόναι. ἆρα σὺ τῷ δεσπότῃ ἡμῶν ἐρεῖς· οὓς δέδωκάς μοι, ἐφύλαξα· ὁπότε οὕτως ἀκούομεν [3] σχίζεσθαι εἰς μέρη τὴν ἐκκλησίαν αὐτοῦ; μεθ' οἵας συνειδήσεως ζῇς, σχεδὸν ἀπὸ πάντων ἐν ταύτῃ τῇ πόλει καταλειφθείς; ηὐχόμην αὐτοὺς τότε μᾶλλον γεγενῆσθαι ἀσφαλεῖς, ἢ νῦν εἰσιν, [4] ὅτε ἑαυτοῖς ἐπιζητοῦσι βοήθειαν. πόθεν σοι εἰς τοιαῦτα ζητήματα ἰθύνειν λόγους, ἅπερ ἐννοεῖν βλάσφημον; πόθεν ἐπισκόπῳ εἰς δήμους ταῦτα κηρύττειν, δι' ὧν τὸ σέβας τοῦ παρθενικοῦ τόκου τιτρώσκεται; οὐκ ὀφείλουσι τῆς ἀρχαίας πίστεως τὴν καθαρότητα βλάσφημοι [6] εἰς τὸν Θεὸν λόγοι διαταράξαι.

Τίς πώποτε οὐκ ἄξιος τοῦ ἀναθεματισθῆναι ἐκρίθη, ἢ ἀφαιρῶν τι, ἢ προστιθεὶς τῇ πίστει; τὰ γὰρ μεστῶς καὶ φανερῶς παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν ἀποστόλων, οὔτε προσθήκην οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται. ἀνέγνωμεν ἐν ταῖς βίβλοις ἡμῶν, μήτε προστιθέναι δεῖν, μήτε ἀφαιρεῖν· μεγίστη γὰρ καὶ τὸν προστιθέντα καὶ τὸν ἀφαιροῦντα τιμωρία δεσμεῖ. ὅθεν καυτῆρα καὶ σίδηρον ἑτοιμάζομεν, ἐπειδήπερ ἑτέρως οὐκ ἔστι καταντλητέα τὰ τραύματα, ἅπερ ἐστὶ λοιπὸν ἀποκοπῆς ἄξια. ἴσμεν γὰρ τὰ μέγιστα ἐλαττώματα μετὰ μείζονος ἀεὶ πόνου θεραπευόμενα. ἀλλὰ μεταξὺ πολλῶν, ἅπερ παρὰ σοῦ ἀσεβῶς κηρυττόμενα ἡ καθόλου ἀπωθεῖται ἐκκλησία, κλαίομεν μάλιστα τὸ, ταῦτα τὰ ῥήματα παρὰ σοῦ ἐπῆρθαι ἀπὸ τοῦ συμβόλου, ἅπερ ἡμῖν πάσης ζωῆς καὶ σωτηρίας ἐπαγγέλλεται τὴν ἐλπίδα. ὅπερ διὰ τί γίνεται, λαλοῦσιν αἱ ἐπιστολαί σου, περὶ ὧν οὐδεμία ἀμφιβολία ἐστίν· ἐπειδὴ ταύτας αὐτὸς ἀπέστειλας, ἃς οὐκ ἠβουλόμεθα ἐληλυθέναι εἰς ἡμετέρας χεῖρας, μὴ ἀναγκασθῶμεν δικάσαι περὶ τοῦ εἴδους τοῦ τηλικούτου μύσους. πασῶν τῶν διαλέξεών σου τὰς ὁδοὺς ὁ βραχὺς ἐκείνων περιέκλεισε λόγος· ἥπλωσας σεαυτὸν πλατύτερον· καὶ πολλαῖς [8] περιστροφαῖς περιῆλθες· ὀψὲ δὲ ὅμως διὰ διαφόρων ὁδῶν εἰς τὸν ἀσεβῆ ὅρον ἔφθασας. ἴσμεν ὃ ἐκεῖνος διέταξεν ὁ κελεύσας φεύγειν τὰς ἔριδας καὶ τὰς μάχας τὰς περὶ τοῦ νόμου· εἰσὶ γάρ,

eunt, aut quasi nota contemnis? Si quasi ignota te transeunt, non sit pudori discere rectum, quando timori non fuit docere perversum. Si quasi nota contemnis, intellige te inexcusabilem fore, cum a te commissi tibi talenti quæsierit ille rationem [a], qui per nos de hoc sancto fenore suum lucrum semper exspectat. Adspice quæ pœna illum maneat, qui abscondit acceptum, [2] qui integrum certe restituit quod accepit: unde evidenter adverte quod sit & vel quale periculum, nec quod acceperis reddidisse. An tu Domino nostro dicturus es, [b] *Quos dedisti mihi, custodivi*, cum sic scindi in partes audiamus ejus ecclesiam? Qua conscientia vivis, pæne ab omnibus in hac civitate desertus? Optaveram eos tunc fuisse tam cautos, quam nunc sunt, cum sibi desiderant subveniri. Unde tibi in has quæstiones verba dirigere, [5] quas sit blasphemum cogitasse? Unde in populos hæc episcopo prædicare, quibus virginei partus reverentia saucietur? Non debent veteris fidei puritatem blasphema in Deum verba turbare.

IV. Quis umquam non dignus est anathemate judicatus, vel adjiciens vel detrahens fidei? Plene etenim ac manifeste tradita ab Apostolis nobis, nec augmentum, nec imminutionem requirunt. Legimus in libris nostris [c], non addi debere, non detrahi: magna quippe & addentem & detrahentem pœna constringit. Unde cauterium præparamus, & ferrum, quia ultra non erunt fovenda vulnera, quæ merentur abscidi. Scimus certe majora vitia majore semper dolore sanari. Inter multa quæ a te impie prædicata universalis recusat ecclesia, symbolo [7] ab Apostolis tradito plangimus hæc verba fuisse sublata, quæ nobis totius spem vitæ salutisque promittunt. Quod quare fiat loquuntur epistolæ tuæ, de quibus nulla dubitatio est, quia eas ipse misisti; quas in manus nostras nolueramus venire, ne de tanti cogeremur sceleris genere judicare. Omnium disputationum tuarum vias brevis earum sermo conclusit: extendisti te latius: multis amfractibus circumisti, sero tamen diverso itinere pervenisti ad impium constitutum. Scimus quid ille caverit, qui præcepit contentiones & pugnas legis esse vitandas:

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 423.

a Matth. xxv. 26. *b* Joan. xvii. 12. *c* Apoc. xxii. 18.

1. Editi heic addunt *μαθεῖν*, & mox *καὶ* ante *διδάξαι*, refragantibus mss.

2. Clarius diceretur *ac certe integrum*; & in græco, *καίτοι γε τὸν μὲν ὁλόκληρον*. Certe orationis series particulam *μὴ* respuit. Hæc autem sententia, propter verbum *εἰλήφει* repetitum, in Reg. mss. excidit.

3. Ita mss. At editi heic addunt *σφάζεσθαι καὶ*, & omittunt *εἰς μέρη*.

4. Mss. *ὅτε*, omisso supra *τότε*.

5. Edit. Rom. & Baron. *quas sit blasphemia;* renitentibus mss. & græco. Antea pro verbis; *Optaveram eos*, mallemus, *Utinam tunc* (cum te elegerunt,) *tam fuissent cauti, quam nunc sunt*, &c.

6. A mss. abest *εἰς τὸν Θεόν*.

7. Verba, *ab Apostolis tradito*, græcum interpretem fugerunt. Ex eorum regione Romanus editor annotavit, *Symbolum Apostolorum Nestorius mutilavit*, Cælestini mentem, ni fallor, haud satis assecutus. Is enim pontifex verba quæ spem salutis promittunt, a Nestorio sublata esse queritur, quatenus nativam eorum notionem sustulit, non quatenus ullos apices suppressit, Nempe cum Apostolorum symbolum primo ponat, *Et in Jesum Christum Filium ejus unicum, Dominum nostrum*, ac deinde subjiciat, *Qui conceptus est de Spiritu sancto, natus ex Maria virgine;* postrema hæc verba funditus tollit, qui Mariam Dei genitricem negat. Nam si illa Dei genitrix non est, neque etiam Dei filius Dominus noster *natus ex Maria* dici potest: quibus verbis eum qui Deum habet patrem, & Mariam matrem habere profitemur. Cælestini successor Xystus epist. v. n. 3. Nestorii commentis *de symbolo primum inter Apostolos tradito derogari* pariter scribit: ac deinde epist. vi. n. 4. suam ac decessoris sui mentem aperit & explicat his verbis: *Hominem namque natum Christum tantummodo prædicabat* (Nestorius,) *auferens incarnationis mysterium & illud evacuans, immo illud impugnans, ex quo secundum symbolum & fides & salus nostra subsistit*. Hoc confirmare licet verbis Acacii Melitenæ episcopi in concilio Ephesino act. 1. pag. 493. primum de Nestorio sic loquentis, ut *qui divinas scripturas depravaverat, & sanctorum quoque dogmata adulteraverat*; tum ad hujus rei probationem hæc subjicientis: *Etenim epistola illius quæ paullo ante recitata est, apertissime indicat quod vocibus, quibus de unigenito Dei filio* CCCXVIII. *patres & divini episcopi suo in symbolo usi sunt, ablatis, & quæ ad salutaris illius dispensationis mysterium pertinet, soli carni tributis, nudum Dei templum nativitatem & mortem sustinuisse prædicarit. Ita ipsi quoque divinæ scripturæ sententiam hanc falso adscripsit*. In citata autem epistola, in qua hanc symboli Nicæni & scripturæ sacræ depravationem apertissimam esse asserit, non vocum syllabas, sed genuinam earum intelligentiam sive a symbolo Nicæno, sive a divina scriptura auferri perspicuum est. Ipse etiam Acacius in verbis relatis suam ea de re mentem satis explicat.

8. Unus ms. Reg. *τροπαῖς προῆλθες*, alter *τροπαῖς διῆλθες*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

φησὶν, ἄχρηστοι καὶ μάταιαι. ὅπερ τοίνυν ἄχρηστον καὶ μάταιον κρίνεται, οὐδεὶς ἀμφιβάλλει μακρὰν εἶναι ὠφελείας.

A [a] *sunt* enim, inquit, *inutiles & vanæ*. Quod igitur vanum & inutile judicatur, nemo dubitat minime profuturum.

Τοιγαροῦν εἰ καὶ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος ἤδη σε διὰ δευτέρων ἐπιστολῶν μεθοδευθῆναί φησι, [1] θέλων σε τοῦτο ποιεῖν, ὅτι μετὰ τὴν πρώτην καὶ δευτέραν ἐκείνου, καὶ ταύτην τὴν ἡμετέραν ἐπιτίμησιν, ἣν δῆλόν ἐστιν εἶναι λοιπὸν τρίτην, παντελῶς ἀπὸ τῆς τοῦ συνεδρίου ἡμῶν, καὶ τῆς τῶν Χριστιανῶν συνόδου ἀπεκλείσθης, ἐὰν μὴ εὐθέως τὰ κακῶς εἰρημένα διορθωθῇς, ἐὰν μὴ εἰς ταύτην τὴν ὁδὸν ἐπανέλθῃς, ἣν ἑαυτὸν ὁ Χριστὸς εἶναι μαρτύρεται. κακῶς κατὰ τούτου ὅπλα κατ' ἀνελπιστίαν ἐκίνησας, ὃς ἐπάνω σε τῶν οἰκετῶν αὐτοῦ, ὡς πιστὸν καὶ συνετὸν δοῦλον ἐπέτρεψε πρότερον κατασῆναι. ἀπόλετό σοι ἡ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης ὑπηρεσίας ἐπαγγελθεῖσα μακαριότης. οὐ γὰρ μόνον τροφὴν οὐ παρέχεις ἐν καιρῷ, ἀλλὰ καὶ δηλητηρίῳ ἀναιρεῖς, οὓς ἐκεῖνος τῷ ἰδίῳ αἵματι καὶ τῷ ἰδίῳ θανάτῳ ἐκέρδανε. δηλητήριον γὰρ ὑπὸ τοῖς σοῖς χείλεσίν ἐστι ταῦτα, ἅπερ κατάρας καὶ πικρότητος μεστὰ καθορῶμεν, ὁπότε κατὰ τοῦ ὄντος ἡδέος ἐπιχειρεῖς διαλέγεσθαι. ποῦ ἐστιν ἡ ποιμενικὴ ἐπιμέλεια; ποιμὴν ἀγαθὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησιν ὑπὲρ τῶν ἰδίων προβάτων· μισθωτὸς δέ ἐστιν, ὃς ταῦτα τοῖς λύκοις καταλιμπάνει, καὶ παραδίδωσι. τί δὲ σὺ, ὦ ποιμὴν, ἐνταῦθα πράξεις, ὅτι τὴν δεσποτικὴν ἀγέλην ἀντὶ λύκων αὐτὸς διασπαράττεις; εἰς ποίους λοιπὸν φραγμοὺς ἡ δεσποτικὴ ἀγέλη καταφυγεῖν δύναται, εἰ [7] ἐντὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν περιβόλων τιτρώσκεται; ἢ ποία παραφυλακῇ ἀσφαλὴς ἔσαι, ὁπότε σε πάσχει ἀντὶ φύλακος ἅρπαγα; καὶ ἄλλα, φησὶν ὁ κύριος, ἔχω πρόβατα, ἅπερ οὐκ ἔστιν ἀπὸ τούτου τοῦ προβατιῶνος, κἀκεῖνα δεῖ με καταγαγεῖν. ἐκεῖνος ἄλλα ἐπαγγέλλεται ἀγαγεῖν, σοὶ δὲ ἅπερ εἶχες ἀπόλλυται. εἰ καὶ τὰ μάλιστα φανερόν ἐστιν, ὁσάκις ταῦτα συμβαίνει, οὐ τὰ πρόβατα τοῖς ποιμέσιν, ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς προβάτοις τοὺς ποιμένας ἀπόλλυσθαι. καὶ τὴν φωνήν μου, φησὶν, ἀκούσονται. διά τί; ἵνα γένηται μία ποίμνη. πρὸς τὴν ἐκείνου φωνὴν μία ἀγέλη γίνεται· πρὸς δὲ τὴν σὴν βλάπτεται, ἢ φυγαδεύεται.

V. Itaque quamvis & jam frater Cyrillus secundis te epistolis suis asserat esse conventum; intelligas volo, post primam & secundam illius, & hanc correptionem nostram, quam constat esse jam [2] tertiam, [3] ab universitate collegii & conventu Christianorum te prorsus esse sejunctum, nisi mox quæ male dicta sunt corrigantur, nisi in eam viam redeas quam se Christus esse testatur [b]. Male in hunc arma desperatione movisti, qui te [c] super familiam suam velut fidelem prudentemque servum
B permiserat ante constitui. Periit tibi hujus [4] officii beatitudo promissa. Non solum non das cibum in tempore, verum etiam veneno interficis, quo ille [d] suo sanguine & sua morte quæsivit. Venenum [5] namque est sub tuis labiis, quæ maledictionis & amaritudinis plena videmus, cum contra eum qui suavis est, niteris disputare. Ubi est diligentia pastoralis? [e] Pastor bonus animam suam ponit pro ovibus suis; mercenarius vero [6] eas lupis dimittit & tradit. Quid heic tu pastor acturus es, qui dominicum gregem pro lupis ipse discerpis? Ad quænam grex dominicus septa confugiet, si intra ovilia ecclesiæ saucietur? qua futurus est tuitione defensus, qui te patitur pro custode raptorem? [f] *Et*
C *alias*, inquit Dominus, *oves habeo quæ non sunt ex hoc ovili, & illas oportet me adducere*. Ille alias se promittit adducere; tibi [8] pereunt quas habebas. Tametsi quidem certum sit, quoties ista contingunt, non oves pastoribus, sed magis ovibus perire pastores. [g] *Et vocem meam*, inquit, *audient*. Quare? *Ut fiat unus grex*. Ad illius vocem unus fit grex: ad tuam vero aut inficitur, aut fugatur.

Σκληρόν ἐστιν, ἵνα ἐπὶ σοὶ ἁρμόσῃ τὰ ῥήματα τοῦ μακαρίου Παύλου ἀπὸ τῶν πράξεων τῶν ἀποστόλων· ἐγὼ, φησὶν, οἶδα ὅτι εἰσελεύσονται μετὰ τὴν ἐμὴν ἀναχώρησιν λύκοι βαρεῖς καθ' ὑμῶν, μὴ φειδόμενοι τοῦ ποιμνίου. ἀφ' ὑμῶν ἀναστήσονται ἄνθρωποι λαλοῦντες διεστραμμένα, ἵνα ἀγάγωσι τοὺς μαθητὰς ὀπίσω αὐτῶν. ταῦτα ἠβουλόμεθα παρὰ σοῦ ἄλλοις, ἢ σοὶ εἰρῆσθαι· διδακτέα γὰρ ἦν παρὰ σοῦ, οὐ μαθητέα σοι,

VI. Durum est, ut in te de Actibus Apostolorum beati Paulli verba conveniant: [h] *Ego*, inquit,
D *scio quia intrabunt post discessum meum lupi graves in vos, non parcentes gregi. Et ex vobis ipsis exsurgent homines loquentes perversa, ut abducant discipulos post se*. Hæc a te aliis, quam tibi dicta vellemus. Docenda enim tibi fuerant, non discenda quæ dicimus. Nam quis ferat, doceri episcopum quali-

a Tit. III. 9. *b* Joan. XIV. 6. *c* Matth. XXIV. 45. *d* Act. XX. 29. *e* Joan. X. 11. *f* Ibid. ℣. 16. *g* Joan. X. 16. *h* Act. XX. 29. 30.

1. Leg. *θέλω σε τοῦτο νοεῖν*.

2. Ipse Cyrillus his obsecutus huic Cælestini epistolæ adjuncta propria, quæ habetur Ephes. concil. part. 1. c. 26. Nestorium convenit atque alloquitur his verbis: *Ecce igitur una cum sancta synodo, quæ in magna Romanorum civitate sanctissimo & reverendissimo episcopo fratre & comministro nostro Cælestino præsidente convenit, jam* TERTIO *his te litteris contestamur & obtestamur*, &c. Nititur autem hic mos præcepto Domini *Matth.* XVIII. 15. quo quemadmodum corripiendus sit frater, præscribitur, ut ipse Cælestinus epist. XXIV. n. 9. exponit. Civilem ea de re judiciorum legem Julius Paulli lib. 5. tit. 5. ita explicat: *Trinis litteris vel edictis, aut uno pro omnibus dato, aut trina denuntiatione conventus, nisi ad judicem ad quem sibi denuntiatum est, aut cujus litteris vel edicto conventus est, venerit, quasi in contumacem dicta sententia auctoritatem judicatarum rerum obtinet. Quin immo nec appellari potest ab ea*. Notus est ea de re Apostolorum canon 73. quo episcopum accusatum, si se judicio non sistat, prius tertio vocandum esse præcipitur, quam sententia adversus eum pronuntietur. Huic autem juris præscripto sic morem gessit Cælestinus, ut duas Cyrilli epistolas ad Nestorium, etiam ante scriptas quam is ad Romanum præsulem deferretur, duplicis monitionis vice computari voluerit. Nimirum ægritudinis qualitas, ut infra num. 9. loquitur, nullas inducias permittebat. Immo ad præscriptum Domini *Matth.* XVIII. 15. Cælestinus hac in re se gessit.

3. Magis placeret quod habet græcus sermo, *a nostri societate collegii*, vel simpliciter ut infra n. 10. *a nostro collegio*. Eadem ratione de hæretico eodem scriptum legimus epist. XI. n. 4. *A nostro eum corpore sciat esse removendum*; & epist. XII. n. 4. *Aut episcoporum cœtu remotus*, &c.

4. Ita Baluz. cum mss. At editi alii, *hujus vice officii*.
E Græca littera sic simpliciter reddenda: *Periit tibi pro tali ministerio promissa beatitudo*. Mox pro *quæsivit*, græca interpretatio suadet legendum esse *acquisivit*, maxime cum ad verba Paulli *Act.* XX. 28. heic respici manifestum sit. Hinc & infra n. 7. *quæsitus* pro *acquisitus* positum suspicamur, suspicionemque nostram confirmat quod mox sequitur, *præmium confessionis acquirere*. Certe in tribus illis locis uno verbo κερδαίνειν interpres græcus usus est.

5. Ad litteram græcam, *namque sub labiis tuis sunt ea, quæ*.

6. Ita mss. At editi, *mercenarius est qui eas*; & infra *dispergis*, pro *discerpis*. Antea *more luporum* mallemus, quam *pro lupis*.

7. Editi, ἐν τοῖς περιβόλοις, corriguntur ex mss.

8. In vulgatis obtinet græce σὺ δὲ ἅπερ εἶχεν ἀπολλύεις, *tu autem quas habebat perdis*. At lectioni latinæ consentanea est græca in mss. regiis, nisi quod in his mendose exstet σὺ δὲ, pro σοὶ δὲ. Nostram correctionem subnexa confirmant.

ἅπερ λέγομεν. τίς γὰρ φέρει, διδάσκεσθαι ἐπίσκοπον ὅπως ὀφείλει εἶναι χριστιανός; ἐπιμελῶς πρόσεχε εἰς οἵαν αἵρεσιν κέκλησαι. προκαλῇ, διαβάλλῃ, κατηγορῇ· τί τούτων ἱερεῖ πρέπει; σκληροῖς σκληρὰ ἀπόκρισις· εἴ τις ἄρα ἐστὶν ἄμειψα, λόγοις τιμωρεῖσθαι τὰ βλάσφημα. ἢ ὑπολαμβάνεις ὅτι ἡμεῖς σου φεισόμεθα, ὁπότε τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς αὐτὸς οὐ φείδῃ, ὃς πάντας θέλεις τοὺς φθάσαντας [1] καὶ τοὺς παρόντας καὶ τοὺς μέλλοντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν εὐεργεσίαν τῆς σωτηρίας; διώκω δηλονότι τοὺς ἐχθροὺς τοῦ καλοῦ δεσπότου μου, ὡς δοῦλος πιστός· ὁπότε φησὶν ὁ προφήτης, τελείῳ μίσει τούτους μισεῖν. ὑπομιμνήσκομαι πάλιν ἄλλου λαλοῦντος, ἵνα μὴ φείσωμαι. τίνι ἐγὼ ἐνταῦθα προσχῶ; τίνι δὲ τιμὴν φυλάξω, ὁπότε τοῦτο ὁρῶ πραττόμενον, ἵνα μοι ἀρθῇ ἡ ἁπάσης ἐλπίδος ὑπόθεσις; αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ῥήματά ἐστιν, οἷς φησι, μὴ πατέρα, μὴ μητέρα, μὴ τέκνα, μή τινα συγγένειαν ὀφείλειν αὐτοῦ προτιμᾶσθαι. ἔστι γὰρ πολλάκις τοιαύτη εὐσέβεια, ἀφ' ἧς ἀσέβεια τίκτεται, ὅτε νικώσης τῆς κατὰ σάρκα διαθέσεως, ἐκείνης τῆς ἀγάπης, ἥτις ἐστὶν ὁ Θεὸς, ἡ σωματικὴ ἀγάπη προκρίνεται, δι' ἣν πολλάκις μὲν τιμῶμέν τινας. ἀλλ' ὅτε κατ' ἐκείνου ἐστὶν, ὅς ἐστιν αὐτὴ ἡ ἀγάπη, ἀνάγκη λοιπὸν κἀκείνας τὰς [4] ἐννοίας ἐκβάλλεσθαι, ὧν ὁ ἀρχηγὸς εἰς δίκην καλεῖται.

A ter debeat esse christianus? Diligenter adspice in quam conditionem voceris. Incesseris, argueris, accusaris: quid horum convenit sacerdoti? Duris dura responsio: si (qua) tamen vicissitudo est, verbis blasphemiam vindicare. An tibi a nobis existimas esse parcendum, cum animæ tuæ ita ipse non parcas, ut omnibus velis & præteritis & præsentibus & futuris beneficium salutis auferre? Persequar plane boni Domini mei fidelis servus inimicos; cum Propheta afferat [a], eos odio se odisse perfecto. [2] Moneor rursus [b], altero loquente ne parcam. Quem heic ego respiciam? cui honoris aliquid servem, quando agitur ut mihi totius spei meæ caussa tollatur? Ipsius in evangelio verba sunt Domi- B ni, quibus ait [c], non sibi patrem, non sibi matrem, non filios, non aliquam necessitudinem debere præponi. Est enim TALIS FREQUENTER PIETAS, ex qua nascatur impietas: cum vincente carnis affectu, caritati illi quæ Deus est, caritas præponitur corporalis, cujus intuitu aliquibus sæpe deferimus. [3] At cum in hunc tenditur qui est ipsa dilectio, necesse est nec illa serventur quorum auctor vocatur in caussam.

Ἐξυπνίσθητι ὀψέ ποτε· οὐ γὰρ λεκτέον ταύτας ἐγρηγορήσεις, ἃς ἀπονέμεις οὐ τῇ φυλακῇ, ἀλλὰ τῇ ἁρπαγῇ. ἠβουλόμεθά σε ἐν τούτῳ, ᾧ κηρύττεις, κοιμᾶσθαι, καὶ ἐγρηγορέναι καθ' ὃ πολεμεῖς. τί δὲ λέγω; φορητότερον ἦν ἡμῖν, εἰ ἐκοιμῶ εἰς ἑκάτερον. οὐδένα ἀπώλλυες, οὐδένα ἐκέρδαινες, ἐν οὐδεμίᾳ ζημίᾳ ψυχῶν ἡ ἐκκλησία ἐστύγναζεν, ἐν οὐδενὶ κέρδει ἔχαιρεν· ἤρκει αὐτῇ εἰ τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ αὐτὴν, ὥσπερ παρειλήφεις, καὶ παρεδίδως. ἀλλὰ τί πολλοῖς ἐμβραδύνω; λέγοντος τοῦ ἀρχιτέκτονος Παύλου, μάτην διὰ σοῦ ἐποικοδομηθέν τι ζητῶ, ἐν ᾧ οὐχ ὁρῶ θεμέλιον. ἀκούω βίαν ὑπομένειν τοὺς κληρικοὺς μεγίστην, τοὺς καθολικῶς φρονοῦντας], οἷς ἡμεῖς κοινωνοῦμεν, ὡς λέγεσθαι αὐτοὺς καὶ τῆς πόλεως ἀποκεκλεῖσθαι. χαίρομεν ὅτι τὸ ἔπαθλον τῆς ὁμολογίας ἐκέρδανον· ἀλλὰ λυπούμεθα, ὅτι ἐπίσκοπος ὁ διώκων. ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος ἀπὸ διώκτου εἰς κήρυκα μετηλλάγη· νῦν δὲ μέγιστον ἀσέβημα, εἰς διώκτην ἀπὸ κήρυκος μετηλλάχθαι. ἀρίθμει τοὺς πάλαι αἱρετικοὺς, οἵτινες τοιαύτας ζητήσεις τῇ ἐκκλησίᾳ ἐπήνεγκαν. τίς πώποτε ἀπὸ τοιαύτης ἔριδος νικήσας ἀνεχώρησεν; ἔχεις ὑπόδειγμα τῆς πόλεως τῆς σῆς. Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἐπιβὰς τῆς Ἀντιοχέων ἐκκλησίας, ὥς τινα ἐκήρυττε, συνῆξε τῶν ἰδίων σπερμάτων τὸ θέρος. τοὺς λοιποὺς τῶν κακῶν εὑρετὰς κατασχόντας τῶν ἐκκλησιῶν, ἀεὶ ἡ αὐτὴ στερρότης τῆς ἀποφάσεως κατέβαλλετο.

VII. Expergiscere tandem: quia non sunt istæ dicendæ vigiliæ, quas non exhibes custodiæ, sed rapinæ. Dormire te vellemus in hoc quod prædi- C cas, & vigilare in hoc quod impugnas. [5] Levius certe ferremus, si in utroque dormires. [6] Nemo tibi perditus esset, nemo [7] quæsitus; nullo animarum dispendio mæreret ecclesia, nullo compendio lætaretur: satius ei esset, si hanc sponso suo, ita ut susceperas, resignares. Sed quid multis immoror? Loquente architecto Paullo [d], frustra per te superædificatum aliquid quæro, in quo non invenio fundamentum. Audio [8] vim maximam catholice sentientes, quibus nos communicamus, clericos sustinere: ita ut his etiam civitas interdicta dicatur. Lætamur eos præmium confessionis acquirere: sed dolemus quod episcopo persequente. Beatus apostolus Paullus [9] persecutorem prædicatore mutavit: D nefas est maximum, prædicatorem persecutore mutatum. Digere in numerum retro [10] hæreticos, qui hujusmodi quæstiones ecclesiæ intulerunt. Quis umquam de hoc certamine victor revertit? Habes certe tuæ civitatis exemplum. Paullus civis [11] Samosatenus, occupata Antiochena ecclesia, cum aliqua prædicaret, collegit suorum seminum messem. Reliquos inventores malorum ecclesiis occupatis sententiæ censura semper non dispar ejecit.


Ἀλλὰ καὶ τούτους τοὺς αἱρετικοὺς, περὶ ὧν ἡμᾶς, ὡς τὰ κατ' αὐτοὺς ἀγνοῶν, ἐρωτῆσαι ἠθέλησας, ἐκ τῶν ἰδίων θρόνων, ὡς ἄδικα λαλοῦντας, καταδίκη δι-

VIII. Hos quoque hæreticos, de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere volui- E sti, sedibus suis injusta dicentes expulit justa damna-

a Psalm. CXXXVIII. 22. *b* I. Reg. XV. 3. *c* Matth. X. 37. *d* I. Cor. III. 11.

1. In mss. non exstat *καὶ τοὺς παρόντας*.
2. Editi, *Memor rursus*: corriguntur ex mss. & græco.
3. Baron. post edit. Rom. *At ubi ad eum*. Rectius mss. *At cum in hunc*, hoc est *adversum eum*, seu *cum quis adversatur ei qui est ipsa dilectio*, tum, secundum græc. *necesse est & illi abjiciantur affectus, quorum* &c.
4. Leg. *εὐνοίας*.
5. Ex græco heic supplendum, *Sed quid dico?*
6. Seu ad litteram græcam, *neminem perderes, neminem acquireres* (aut *lucrifaceres*;) *Ecclesia de nullo mæreret animarum damno, de nullo lucro gauderet: satis ei esset, si ipsam sponso suo*, &c. Hæc idcirco scribit Cælestinus, quia ut infra epist. XXV. n. 8. fatebitur, Nestorium in officio pastorali *non desidem, non negligentem*, sed *hominem sermonis assidui* esse non ignorabat. Quocirca eum *vigilem perditorem* ibid. vocat.
7. Forte, *acquisitus*.
8. Nitidior fieret oratio hoc verborum ordine: *Audio clericos, qui catholice sentiunt & quibuscum communicamus, vim maximam sustinere* ac pati.
9. Græca littera; *ex persecutore in prædicatorem mutatus est: nunc vero maximum est nefas, ex prædicatore* (seu eum qui prædicator erat) *in persecutorem fuisse mutatum*.
10. Codex Bellovac. *hæreticorum*. Retinendum *hæreticos*: sed antea *recense* aut *enumera* mallemus, quam *digere in numerum*. Mox *ecclesiis*, loco *ecclesiæ*, Baluz. cum mss. prætulit.
11. In mss. *Samosateus*. In hoc Paullo Nestorius habere dicitur civitatis suæ exemplum, quia is ortum habuerat Antiochiæ, cujus Paullus ecclesiam occupavit.

SÆCUL. V CIRCA ANN. CHR. 423.



καία ἐξέωσεν. ὓς ἐκεῖ εἰρηκέναι ἀνάπαυσιν οὐ θαυμάζομεν· εἰρήκασι γὰρ ἀσεβὲς κήρυγμα, ὅτι ἐν συγκρίσει ἑαυτὲς ἐνόμισαν ἀνδθυνὲς. ἐνταῦθα ἐπειδὴ ἡ εὐκαιρία τοῦ λόγου ἀπήτησεν, οὐ δυνάμεθα σιωπᾷν ὅπερ θαυμάζομεν. ἀνέγνωμεν ὅπως καλῶς πιστεύεις περὶ τῆς κατὰ γένεσιν ἁμαρτίας, καὶ ὅπως αὐτὴν τὴν φύσιν δεικνύεις εἶναι καταχρέω, καὶ τοῦτον δικαίως ἀποδοῦναι τὸ χρέος, ὃς ἀπὸ τοῦ γένους τοῦ χρεώστου κατάγεται. τί μετὰ σοῦ ποιοῦσιν οἱ κατακριθέντες, ὅτι ταῦτα ἠρνήσαντο; οὐδέποτε [3] ἀνυπόπτως τὰ ἐναντία ἑαυτοῖς συμφωνεῖ. ἀλλὰ μὴν ἐξεβάλλοντο, εἰ καί σοι ὁμοίως ἀπήρεσκον. ὅμως διὰ τί νῦν τὰ κατ᾽ ἐκείνων πεπραγμένα [4] ζητεῖτε, ὁπότε δῆλόν ἐστιν ὅτι ἐκεῖθεν πρὸς ἡμᾶς παρὰ τοῦ τότε ἐπισκόπου τοῦ καθολικοῦ Αττικοῦ τὰ ὑπομνήματα B ἀπεστάλη; διὰ τί μὴ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιος ἐζήτησε; δηλαδὴ ὅτι ἐδοκίμασεν αὐτοὺς παρὰ τοῦ προηγησαμένου δικαίως [7] κατακεκρίσθαι. κλαιέτωσαν οἱ ἄθλιοι ἐκπεπτωκότες τῆς κατ᾽ ἀνθρώπους ἐλπίδος, οἵτινες εἰς μόνην τὴν κοινωνίαν διὰ μετανοίας βοηθεῖσθαι ἠδύναντο. ἰδοὺ ἤρξω μαθεῖν περὶ αὐτῶν εἴ τι πρῶτον ἠγνόησας.

A tio, quos illic inveniſſe requiem non putamus eſſe mirandum; invenerunt enim impiam prædicationem, cujus comparatione ſe exiſtiment innocentes. Hoc loco, quia opportunitas ſermonis expoſcit, tacere non poſſumus quod ſtupemus. Legimus quam bene teneas originale peccatum, qualiter ipſam naturam aſſeris debitricem, & eum [1] debitum merito reddere, qui deſcenderit de genere debitoris: quid tecum faciunt, qui [2] ſunt hæc negando damnati? Numquam ſine ſuſpicione ea quæ ſibi ſunt adverſa conveniunt. Ejicerentur denique, ſi tibi quoque ſimiliter diſplicerent. Cur tamen ea quæ in hos tunc ſunt acta quæruntur; cum certum ſit illinc ad nos a catholico tunc antiſtite Attico geſta [5] directa? B cur non ſanctæ memoriæ Siſinius iſta quæſivit? Quia utique ſub deceſſore ſuo probaverat eos jure damnatos. Defleant infelices, [6] ſpe ſe hominum fuiſſe deceptos: quibus [8] jam potuit propter communionem ſola pœnitentia ſubvenire. Ecce ſcire de his incipis, ſi qua ante neſciſti.

Αλλὰ τὸ σὸν τραῦμα μᾶλλον, ἢ τὸ ἄλλων, καθολικῇ καὶ ἐπιταχυνομένῃ σκέψει θεράπευε, ὅτι ἡρμοσμένως λέγομεν· ἰατρὲ θεράπευε σεαυτὸν, ὁ βοηθεῖν ἄλλοις σκεπτόμενος. ἡ ποιότης τῆς νόσου τῆς σῆς οὔτε ἐπιδέχεται, οὔτε ἐπιτρέπει δωθῆναι ἀνακωχήν. τοῦ ἱερέως τῆς Αλεξανδρέων ἐκκλησίας τὴν πίστιν καὶ C ἐσχήκαμεν, καὶ ἔχομεν δεδοκιμασμένην. καὶ σὺ δι᾽ αὐτοῦ ὑπομνησθεὶς τὰ αὐτὰ ἡμῖν πάλιν φρόνησον, εἰ μεθ᾽ ἡμῶν εἶναι θέλεις, ὦ ἀδελφέ. εἰ δέδοται [11] ἄρα σοι σύνεσις, πάντων καταγνοὺς, ὧν ἄχρι τοῦ παρόντος ἐφρόνησας, εὐθὺς ταῦτα, ὡς θέλομεν, κήρυττε, ἅπερ αὐτὸν κηρύττοντα καθορᾷς. ἡμεῖς γὰρ παρὰ τὸ πρέπον καὶ τοὺς ἱερεῖς ἀνεχόμεθα διορθωθῆναι· ἀλλ᾽ ὥσπερ φροντίζομεν [13] αὐτῶν τῷ πρότερον μεθοδεύειν, οὕτως εἰ ἀποχρήσοιντο τῇ ὑγιεῖ ὑπομνήσει, ἀνάγκη ἡμᾶς βεβαιῶσαι κατ᾽ αὐτῶν τὴν τῆς καταδίκης ἀπόφασιν. τοῦτο δὲ ἔσται, μετὰ τὸ καταγνῶναί σε τοῦ φαύλου διδάγματος, μεστὸν μαρτύ-

IX. Cauſſam [9] tuam magis modo, quam aliorum, catholica & feſtina deliberatione curato; quia convenienter dicimus, [a] *Medice cura te ipſum*, qui aliis deſideras ſubvenire. Ægritudinis tuæ qualitas non recipit, aut præſtari permittit inducias. Ale- C xandrinæ eccleſiæ ſacerdotis fidem & probavimus & probamus: & tu admonitus per eum, rurſus [10] ſenti nobiſcum, ſi vis eſſe nobiſcum. Cui fratri ſi a te præbetur aſſenſus, damnatis omnibus quæ huc uſque ſenſiſti, ſtatim hæc volumus prædices, quæ ipſum videas prædicare. Nos [12] contra fas etiam ſacerdotes volumus eſſe correctos: quibus ſicut præmiſſa conventione conſulimus, ita in hos neceſſe eſt damnationis ſententiam, ſi abutuntur noſtra ſalubri admonitione, firmemus. Hoc tamen erit, [14] poſt damnationem pravi dogmatis, plenum correctionis indicium, ſi revocentur omnes ad ec-

a Luc. IV. 23.

1. Edit. Rom. ac Baron. *delictum*: emendantur ex mſs. & græco.
2. Græc. *qui quia hæc negabant, ſunt damnati*.
3. In mss. Reg. deſideratur ἀνυπόπτως.
4. Leg. ζητεῖται.
5. Mar. Mercator in Commonitorio Atticum. Cæleſtio ex urbe regia ejecto, ſtatim litteras *ſuper ejus nomine in Aſiam & Theſſalonicam ad epiſcopos* miſiſſe dicens, ea quæ tunc temporis geſta ſunt etiam Romam tranſmiſſa eſſe ſiluerat: ſed hoc nunc Cæleſtinus ſupplet.
6. Ad ſpem alludit, quam illis Neſtorius fecerat. Nam licet hæreticus ille, ut Mar. Mercator præfat. in tractatus Neſtorii edit. Baluz. pag. 119. exponit, a Pelagianorum placitis diſſentiret, tamen *Julianum olim apoſtolica ſententia exauctoratum atque depoſitum in amicitiam interim* cum ſociis *cenſuit ſuſcipiendum. Spem enim abſolutionis promittens, ipſum quoque Cæleſtium litteris ſuis conſolatus eſt*. Quo autem animo eos *ſpe vanæ promiſſonis fovendos & lactandos putarit*, idem auctor ibid. ſibi incertum fatetur. Hac Neſtorii diſſimulatione cum periculum fidei imminere Mercator laudatus cerneret, anno 429. Theodoſio auguſto Commonitorium obtulit, per quod *cognito funeſtiſſimo errore, imperiali præcepto, tam Julianus ſequax ejus* (Cæleſtii) *cum ceteris ſociis & participibus ſuis, quam poſtea idem Cæleſtius de Conſtantinopoli urbe detruſi, in ſynodo quoque Epheſienſi* CCLXXV. *epiſcoporum ſententia poſtmodum in præſenti damnati ſunt*. Quibus ex verbis plane conficitur, ante eos, quam Epheſi ſynodus haberetur, Conſtantinopoli fuiſſe pulſos. Iiſdem fultus Henricus Noriſius Hiſt. Pelag. lib. 2. cap. 7. pag. 204. pulſos putat ante quam hæ Cæleſtini ad Neſtorium litteræ Conſtantinopolim perveniſſent. At non neceſſario iſtud ex Mercatoris dictis ſequitur: cum non ſtatim poſt oblatum Commonitorium regia urbe pulſos dicat. Immo certum eſt eos inde nec dum exturbatos eſſe, cum Neſtorius ſecundam epiſtolam quæ longe poſt primam ſcripta eſt, ad Cæleſtinum miſit. Neque obſcurum eſt, Cæleſtinum eoſdem ejectos ignoraſſe, cum hanc ad Neſtorium ſcriberet. Quod enim nunc ait, *Defleant infelices ſpe ſe hominum fuiſſe deceptos*, D non ideo dicit, quia Pelagianos imperiali præcepto regia urbe pulſos ſciret, ſed quia abſolutionis gratiam cujus ſpem illis Neſtorius dederat, prorſus negandam cenſeret. Utrum igitur Theodoſius imp. Pelagianos regia urbe ante detrudi juſſerit, quam hæ Cæleſtini litteræ in orientem pervenirent, certo ex Mercatoris verbis conſtitui nequit.
7. Mss. κεκρίσθαι.
8. Græca littera, *quibus ad communionem ſolam per pœnitentiam potuit ſubveniri*: non male, ſi hoc ita intelligatur, ut cum communione ſimul & dignitate exciderint, ſola eis pœnitentibus communio reſtitui potuerit, non dignitas. Quamquam nec alius eſt intellectus latinæ lectionis: cui favet illud Proſperi contra Collat. c. 21. n. 58, *Cæleſtinus ſciens damnatis non examen judicii, ſed ſolum pœnitentiæ remedium eſſe præſtandum*, &c. Nam lege eccleſiæ conſtitutum erat, ut ex pœnitentibus nullus ad clerum admitteretur. Idem, Auguſtino teſte lib. de pecc. orig. E c. 22. & epiſt. CXC. n. 22. jam præceſſerat Innocentii ac Zoſimi de Pelagio & Cæleſtio judicium.
9. In græco, *vulnus tuum*: quod cum ſubnexis aptius cohæret.
10. Ita Baluz. cum mſs. At edit. Rom. *rurſus eadem ſentire te oportet quæ nos*; ac deinde, *ſi nobiſcum, frater, eſſe vis. Si tibi ſenſus datur, damnatis*: quod poſtremum conſentit cum græco.
11. Mss. παρὰ σοῦ.
12. Concinnius Cæleſtini mens exprimitur græco textu, quem latine reddere ſic liceret: *Nos enim etiam majori, quam decet, patientia ſacerdotes corrigi exſpectamus*,
13. In uno reg. ms. ἑαυτῶν.
14. Græc. *poſtquam damnaveris pravum dogma*.

ριον τῆς [1] διορθώσεως, εἰ ἀνακληθῶσι πάντες εἰς τὴν ἐκκλησίαν, οὓς δῆλόν ἐστιν ἀποκεκλεῖσθαι διὰ τὸν Χριστὸν, ὅς ἐστι ταύτης κεφαλή. ἀνακληθῶσι πάντες· οἷς εἰ μὴ γένηται ὃ λέγομεν, ἐκβλητέος ὃς ἐξέβαλεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ εἰσὶν, εἰς οὓς ὤφθης τοιοῦτος.

A clesiam, qui propter Christum, caput ejus, videntur exclusi; revocentur [2] omnes. Quod nisi fiat quod dicimus, ejiciendus qui ejecit; quamvis in nostra communione sint isti, in quos talis cognoscitur exstitisse.

Καὶ πρὸς τὸν κλῆρον δὲ τῆς ἐκκλησίας τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν, καὶ πάντας τοὺς ἐπιγραφομένους τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα, οἷα ἀπήτησεν ἡ ἀνάγκη, ἀπεστείλαμεν γράμματα· ἵνα εἰ ἐν τῇ τῆς διεστραμμένης διαλέξεως παραμονῇ διατελέσῃς, καὶ μὴ ταῦτα, ἅπερ ὁ ἀδελφὸς Κύριλλος μεθ' ἡμῶν κηρύττει, κηρύξῃς, μάθωσί σε ἀποκεχωρίσθαι τοῦ ἡμετέρου συνεδρίου, μεθ' ὧν σοι οὐ δύναται κοινωνία εἶναι· εἰσόμενοι καὶ τοῦτο, καὶ λοιπὸν ὄντες τῷ ὑποδείγματι ἀσφαλεῖς, [4] ὅπως τῆς ψυχῆς ἑαυτῶν προνοεῖσθαι ὀφείλουσι καθηψημένῃ καὶ πεπεμμένῃ κρίσει.


X. Ad clerum quoque ecclesiæ Constantinopolitanæ, vel omnes qui censentur nomine Christiano qualia necessitas exigit, scripta [3] direximus; ut si in perversæ disputationis obstinatione persistis, nec hæc quæ frater Cyrillus nobiscum prædicat, prædicaveris, a nostro collegio, cum quibus tibi non potest esse communio, te intelligant separatum:
B sciturі, exemplo jam cauti, qualiter animæ suæ decocto & maturato judicio debeant providere.

Φανερῶς τοίνυν ἴσθι, ταύτην ἡμῶν εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ὡς ἐὰν μὴ περὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ Χριστοῦ ἡμῶν ταῦτα κηρύξῃς, ἅπερ καὶ ἡ Ῥωμαίων καὶ ἡ Ἀλεξανδρέων, καὶ πᾶσα ἡ καθολικὴ ἐκκλησία κατέχει, ὡς καὶ ἡ ἁγία ἡ κατὰ τὴν [5] μεγάλην Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησία ἕως σοῦ κάλλιστα κατέσχε· καὶ ταύτην τὴν ἄπιστον καινότητα, ἥτις ἐπιχειρεῖ χωρίζειν ἅπερ συνάπτει ἡ ἁγία γραφὴ, ἐντὸς δεκάτης ἡμέρας ἀριθμουμένης ἀπὸ τῆς ἡμέρας ταύτης τῆς ὑπομνήσεως, φανερᾷ καὶ ἐγγράφῳ ὁμολογίᾳ ἀθετήσῃς, [6] ἀπὸ πάσης κοινωνίας τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας ἐκβέβλησαι. ὅνπερ τύπον πρὸς σὲ τῆς ἡμετέρας κρίσεως, διὰ τοῦ μνημονευθέντος υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου μετὰ πάντων τῶν χαρτίων πρὸς τὸν ἅγιον καὶ συνεπίσκοπόν μου τῆς μνημονευθείσης Ἀλεξανδρείας ἱερέα, τὸν πρὸς ἡμᾶς περὶ τούτου αὐτοῦ ἐντελέστερον ἀνενεγκόντα, ἀπεστείλαμεν, ἵνα [8] τοποτηρῶν ἡμῖν τοῦτο πράξῃ, ὥστε τὸ παρ' ἡμῶν ὡρισμένον, σοί τε καὶ πᾶσι τοῖς ἀδελφοῖς φανερωθῆναι· ἐπειδὴ πάντες εἰδέναι ὀφείλουσι τὸ πραττόμενον, ὁσάκις [11] ἡ περὶ κοινοῦ πράγματος ἡ σκέψις.

XI. Aperte igitur hanc nostram scias esse sententiam, ut nisi de Deo Christo nostro ea prædices, quæ & Romana & Alexandrina & universalis ecclesia catholica tenet, sicut & sacrosancta Constantinopolitanæ urbis ecclesia ad te usque optime tenuit, & hanc perfidam novitatem, quæ hoc quod venerabilis Scriptura conjungit, nititur separare, intra decimum diem a primo innotescentis tibi hujus conventionis die numerandum aperta & scripta confessione damnaveris, ab universalis te eccle-
C siæ catholicæ communione dejectum. Quam formam [7] ad te nostri judicii per memoratum filium meum Posidonium diaconum cum omnibus chartis ad sanctum consacerdotem meum memoratæ Alexandrinæ urbis antistitem, qui ad nos super hoc ipso plenius retulit, destinavimus, ut agat vice nostra, quatenus statutum nostrum vel tibi vel universis fratribus innotescat: quia omnes debent nosse quod agitur, quoties omnium caussa tractatur. *Et alia manu*, Deus, te custodiat incolumem, frater carissime. [9] Data [10] III. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. augustis consulibus.

1. Ita mss. At edit. συνουσιώσεως.
2. Istud *revocentur omnes* videtur abundare: ideoque apud
D Lab. græce & latine suppressum est. Exstat tamen in edit. Rom. & veteribus utriusque linguæ codicibus; & quamdam habet emphasim, qua id quod jubet Cælestinus, maxime velle se significet. Antea in græco, *quos manifestum est exclusos esse propter Christum*. Deinde in eodem græco, *quibus* (elegantius quam *quod*) *nisi fiat*. Mox in edit. Rom. *cognosceris*, pro *cognoscitur*, favente græco ὤφθης.
3. Epist. XIV.
4. Mss. ὅπερ.
5. Mss. μεγαλόπολιν ἐκκλησία.
6. In mss. non est ἀπὸ πάσης.
7. In edit. Rom. desideratur *ad te*.
8. Mss. τοποτηρητῶν ἡμῶν.
9. Augusti 11. anno 430.
10. Ita ms. Navar. cum edit. Rom. Bar. & Lab. At Baluz. cum tribus mss. præfert IV. *Idus*. Deinde in edit. Rom. *Theodosio* XIV. mendose. Henricus Norisius Hist. Pelag. lib. 2. c. 7. pag. 204. observat, in codice Palatino-
E vaticano Sermonem haberi Nestorii cum hac epigraphe: *Item ejusdem Sermo in ecclesia habitus postquam litteras Cælestini Romani episcopi & Cyrilli Alexandrini denuntiationis accepit*, VIII. *Idus Decembris consulatu Theodosii* XIII. *& Valentiniani* III. *augg. post sextum diem quam easdem litteras sumsit*. Quem codicem Steph. Baluzius cum recognosci curasset, eique M. Mercatoris exemplar Bellovacense reperisset consentaneum, nov. coll. concil. pag. 422. monuit corrigendam esse apud Garnerium part. 2 pag. 84. ejusdem Sermonis inscriptionem, quæ nimirum præ se fert, *Sermo in ecclesia habitus, in qua litteras Cælestini accepit* VII. *Idus Decembris*, cum retinendum fuisset, *postquam litteras Cælestini . . . accepit* VIII. *Idus*. Porro ex mox dicta nota discimus has Cælestini ad Nestorium litteras prius ad Cyrillum quam ad Nestorium fuisse missas, easque a Nestorio Cyrilli opera cum aliis ipsius Cyrilli ultimo Novembris die anni 430. fuisse acceptas. Norisius quidem loco laudato, dum istud, VIII. *Idus Decembris*, cum proximo verbo *accepit*, non cum superioribus *Sermo in ecclesia habitus*, copulat, litteras illas sexto Decembris censuit acceptas. Sed hoc die tantum Nestorii Sermonem habitum ibi indicari suadet tum nativus orationis ordo, tum maxime quæ simul accepta est Cyrilli ad Nestorium epistola synodica, utpote quæ *data mensis Novembris die* XXX. *Indict.* XIV. in omnibus mss. notatur, ut Steph. Baluzius nov. coll. concil. pag. 422. observavit. Ibi enim verbum *data*, ut idem vir eruditus monuit, non tempus quo scripta est epistola, sed quo Nestorio tradita est, & ex quo decem induciarum dies numerandi erant, designat.
11. In mss. deest ἡ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



[1] EPISTOLA XIV.

Cælestini papæ I. ad clerum & populum Constantinopolitanum.

Cohortatur tum populum, ut in doctrina sibi a majoribus tradita constanter perseveret, ac novas repellat Nestorii impietates, tum clerum, ut pro fide adversus eumdem fortiter certet, ærumnas patienter ferat, nec timeat exsilia. Irritam declarat sententiam, qua Nestorius nonnullos vel loco suo, vel communione dejecerat. Vices suas Cyrillo commisisse se nuntiat. Et ad calcem, sententiæ adversus Nestorium latæ formam subjicit.

Κελεστῖνος ἐπίσκοπος πρεσβυτέροις, διακόνοις, κλήρῳ, Θεοῦ δούλοις καὶ καθολικῷ λαῷ, διάγουσιν ἐν Κωνσταντινουπόλει, ἀγαπητοῖς ἀδελφοῖς ἐν κυρίῳ χαίρειν.

ΠΡὸς τούτους μοι διαλεχθησομένῳ, οἵτινες ἐκκλησίαν Θεοῦ ποιοῦσι, παράσχοι ὁ ἀποστολικὸς λόγος προοίμιον, ἵνα οἱ εὐλαβεῖς μαθηταὶ πρῶτον ἀκούσωσιν ἐκείνου τοῦ διδασκάλου τὰ ῥήματα, ὃς τοῖς ἔθνεσιν ἐκήρυξεν, [a] ἐκτὸς ἐκείνων, φησὶν, ἅπερ ἐστὶν ἔξωθεν, ἡ ἐπιμονή μου καθημερινὴ, ἡ φροντὶς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν. καὶ πάλιν· [b] τίς ἀσθενεῖ, καὶ οὐκ ἀσθενῶ; τίς σκανδαλίζεται, οὐκ ἐγὼ καίομαι; οὕτω καὶ ἡμεῖς, εἰ καὶ πόῤῥω ὄντες, ὡς ἐγνώκαμεν ἐνταῦθα διαστροφῇ διδασκαλίας τὰ ἡμέτερα μέλη διασπαράττεσθαι, πατρικῆς φροντίδος ἡμᾶς ὑπὲρ ὑμῶν καιούσης, ἀλλοτρίῳ πυρὶ ἐνεπρήσθημεν· εἰ καὶ τὰ μάλιστα παρὰ ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, αἵτινες εἰς ἕνα θάλαμον Χριστοῦ πανταχοῦ ἀναφέρονται, τί ἂν εἴη πόῤῥω, τί δὲ νομισθείη ἀλλότριον; ὄντων οὖν ὑμῶν ἡμετέρων μελῶν, δικαίως ἠγωνιάσαμεν, μὴ τὴν ὑμετέραν πίστιν, τὴν πανταχοῦ κηρυττομένην, ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ἡ ἐνδελέχεια τοῦ κακῶς διδάσκοντος ἀποστρέψῃ. Νεστόριος γὰρ ὁ ἐπίσκοπος περὶ τοῦ παρθενικοῦ τόκου καὶ περὶ τῆς θεότητος τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν, ὥσπερ τοῦ σεβάσματος αὐτοῦ, καὶ τῆς κοινῆς πάντων σωτηρίας ἐπιλελησμένος, ἀθέμιτα κηρύττει, φρικτὰ συμβουλεύει, ὡς καὶ τὰ γράμματα αὐτοῦ μετ' ἰδίας ὑπογραφῆς ἀποσταλέντα ἡμῖν, ὡς καὶ ἡ ἀναφορὰ τοῦ ἁγίου ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Κυρίλλου διὰ τοῦ υἱοῦ μου Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου πρὸς ἐμὲ ἀποσταλεῖσα ἐδίδαξεν. ὧν πάντων ἀναγνωσθέντων, μεγίστην καὶ φρικτὴν διαστροφὴν ἀσεβοῦς κηρύγματος εὑρήκαμεν. τὴν γὰρ ἀνθρωπίνην καὶ τὴν θείαν φύσιν ἐν τῷ Χριστῷ ἀνακρίνει, νῦν μόνον ἄνθρωπον, νῦν αὐτῷ κοινωνίαν Θεοῦ, ὁσάκις καταξιοῖ, προσάπτων. ἀλλ' ἡμεῖς, ὡς Ἱερεμίας φησὶ, τῶν τοιούτων προφητῶν τοὺς ματαίους ἀκοῦσαι οὐ δυνάμεθα λόγους. ἀκουέτω τοῦ Ἰεζεκιὴλ, καὶ ἐπιγνῷ τί αὐτῷ ἀπειλεῖ· ἐκτενῶ, φησὶ, τὴν [4] μάχαιράν μου ἐπάνω τῶν προφητῶν τῶν ὁρώντων ψευδῆ, καὶ λαλούντων κενά· ἐν τῇ ἐπιστήμῃ τοῦ λαοῦ μου οὐκ ἔσονται, οὐδὲ ἐν τῇ γραφῇ τοῦ οἴκου Ἰσραὴλ γραφήσονται, καὶ εἰς τὴν γῆν τοῦ Ἰσραὴλ οὐκ εἰσελεύσονται, ὅτι τὸν λαόν μου ἠπάτησαν. ποῦ ἐστιν ἡ χρεωστουμένη περὶ τὴν ἱερὰν ἀγέλην φροντὶς τοῦ ποιμένος; ποῦ ἡ πρόνοια τῶν δεσποτικῶν περιβόλων; ποίαν δὲ ἐλπίδα ἕξει ἡ ἀγέλη, ὅτε λύκον ἑαυτὸν ὁ ποιμὴν δείκνυσι, καὶ οὕτω τοῖς προβάτοις ἐπέρχεται, ὡς καθ' ἑκάστου λυσσᾷν;

CÆLESTINUS episcopus presbyteris, diaconibus, clericis, Dei servis, & catholico populo, degentibus Constantinopoli dilectissimis fratribus in Domino salutem.

I. AD eos qui faciunt ecclesiam [2] mihi locuturo det apostolicus sermo principium, ut sancti discipuli prius audiant illius qui prædicavit gentibus, verba doctoris: [a] *Præter illa quæ sunt*, inquit, *extrinsecus, instantia mea quotidiana, solicitudo omnium ecclesiarum.* Et rursus, [b] *Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror?* Ita & nos, licet longe positi, ubi perversitate doctrinæ cognovimus nostra membra lacerari, paterna solicitudine nos urente pro vobis, alieno flagravimus incendio: licet inter ecclesias Dei, quæ in unum Christi thalamum ubique referuntur, nihil longe sit, nihil censeatur alienum. Cum ergo nostra viscera sitis, jure trepidavimus, ne fidem vestram quæ ubique prædicatur, a tramite veritatis insinuatio male docentis avertat. Nam Nestorius episcopus de virgineo partu & de divinitate Christi Dei Salvatoris nostri, velut ejus reverentiæ & communis omnium salutis oblitus, nefanda prædicat, vitanda persuadet, sicut & ejus scripta ad nos ab ipso cum propria subscriptione transmissa, sicut etiam relatio sancti fratris & coepiscopi mei Cyrilli per filium meum diaconum Posidonium ad me missa patefecit. Quibus omnibus recensitis, magnam vitandamque perversitatem impiæ prædicationis invenimus. Humanam enim in Christo nostro [3] discutit divinamque naturam, nunc solum hominem, nunc ei societatem Dei, quoties tamen dignatur, assignans. Sed nos, sicut Jeremias ait [c], talium prophetarum vanos non possumus audire sermones. Audiat & Ezechielem, & quid sibi immineat recognoscat: [d] *Extendam*, inquit, *manum meam super prophetas qui vident mendacia, & loquuntur vana;* [5] *in populi mei disciplina non erunt, neque in scriptura domus Israel scribentur, & in terram Israel non intrabunt: quia populum meum seduxerunt.* Ubi est debita erga sanctum gregem cura pastoris? Ubi est dominicorum solicitudo septorum? Quid spei habeat grex, quando lupum se ipse pastor ostendit, & sic oves invadit, ut grasse-

[a] II. Cor. XI. 28. [b] Ibid. ℣. 29. [c] Jer. XXIII. 16. [d] Ezech. XIII. 9. 10.

1. In editione Rom. notatur *e Cresconio* latine descripta. Latinus ille textus, qui nunc a quam plurimis mendis emaculatus prodit, a Steph. Baluzio ad tres mss. ac novissime a nobis ad Navarreum exactus est. Textu eodem usus est Nicolaus I. epist. VIII. XL. & XLIII. Græcum e concilii Ephesini part. I. cap. 19. exscriptum ad duorum mss. regiorum fidem recognovimus. Totam epistolam Liberatus diac. c. 5. sic summatim perstringit: *Scripsit & ad clerum Constantinop. admonens eos contra doctrinam Nestorii fortiter stare, ejusque persecutiones patienter ferre, quæ fructus afferunt coronarum; scientes ab eo excommunicatos vel dejectos in apostolicæ sedis permanere communione.*

2. Adde *Dei*.

3. Cum verbum græcum ἀνακρίνει proprie *quæstionem habere* sonet: non male iste locus latine sic redderetur: *De humana enim in Christo divinaque natura quæstionem habet, nunc solum hominem* (supple *asserens*,) *nunc ei societatem Dei, quoties dignatur, conjungens*. Cui interpretationi favet illud num. 2. *Impiam disputationem debet fides vestra respuere*; nec non istud num. 3. *qui de Deo nostro aliter disputat*. Eadem tamen ratione, qua nunc, infra num. 4. verbum ἀνακρίνει usurpatur. Nec negandum est, Cælestino, ubi de impietate Nestorii agitur, verbum *discutere* valde esse familiare; nominatim vero epist. XVIII. n. 3. cum ipso expostulat, quod ejus temeritate *discutitur qui discussurus est omnes*.

4. Unus e mss. reg. μάχαιρα. Leg. χεῖρα.

5. Ita mss. consentiente græco. At edit. Rom. *in concilio* (Vulgata, *in consilio*) *populi mei non erunt*.



ἐκείνῳ γὰρ τῷ στόματι διασπαράττονται, ἀφ᾽ οὗ τὰ ἀσεβῆ προφέρεται. τροφαὶ παραβάλλονται οὐχ αἱ πιαίνουσαι, ἀλλ᾽ αἱ λεπτύνουσαι. μακαρία δὲ ὅμως ἡ ἀγέλη, ᾗ παρέσχεν ὁ κύριος κρίνειν περὶ τῆς ἰδίας νομῆς.

tur in singulas? Eo namque ore laniantur, quo impia proferuntur. Præbentur pabula [1] non refectura, sed noxia. Beatus tamen grex, cui dedit Dominus de pascuis judicare.

Ὅθεν, ὃ οὐκ ἀμφιβάλλομεν ὅτι ποιεῖτε, τὴν ἀσεβῆ διάλεξιν ἀπωθεῖσθαι ὀφείλει ἡ πίστις ὑμῶν· ἵνα παρ᾽ ὑμῖν ἐν Χριστῷ ἐγρηγορόσι φανερὰ ᾖ διαφορὰ τροφῆς καὶ δηλητηρίου, καὶ ἐπιμείνητε τούτοις, ἅπερ τοῦ λόγου τῶν προτέρων ποιμένων διδάσκοντος μεμαθήκατε· εἰδότες ὅτι ἄχρι τοῦ παρόντος ἐσχήκατε ἱερέας ἔν τε τῇ διδασκαλίᾳ καὶ ἁγιότητι προύχοντας, οἵτινες οὐδέποτε χωριζόμενοι τῶν πατρικῶν παραδόσεων, τὴν ἐκκλησίαν τοῦ κυρίου μετὰ μεγίστης ἐκυβέρνησαν ἡσυχίας. ἵνα γὰρ ἀπὸ τῶν νεαρῶν ἀρξώμεθα, τί οὐκ ἐνέβαλε ταῖς ψυχαῖς ὑμῶν ἡ παίδευσις τοῦ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπισκόπου Ἰωάννου, οὗ ὁ λόγος εἰς πάντα τὸν κόσμον ἐξεχύθη, οἰκοδομῶν τὴν καθολικὴν πίστιν; ὃς οὐδαμοῦ κατὰ διδασκαλίαν ἀπῆν· ὅπου γὰρ δήποτε ἀνεγνώσθη, ἐκήρυξε. τὴν δὲ ἐκείνου ἐπιμελῆ σύνεσιν στερρότης διαβεβοημένη διεδέξατο. ἐκυβέρνησε καὶ ὁ τῆς ἁγίας μνήμης ἐπίσκοπος Ἀττικὸς τὸν χριστιανὸν λαὸν τῷ τοῦ προηγησαμένου ὑποδείγματι, καὶ ἐδίωξε τὰς ἱεροσύλους τῶν αἱρετικῶν μανίας. ἐσχήκαμεν δὲ, τούτου ἀπογενομένου, κοινωνὸν τὸν τῆς ἁγίας μνήμης Σισίνιον, εἰδότα ὅση δόξα αὐτοῦ ἔμεινεν, εἰ φυλάξειεν, ὁλόκληρα καὶ ἀβλαβῆ τὰ ἄχρις διαμείναντα τῆς καθολικῆς πίστεως κόσμια. ἐνοήσαμεν ὅπως ἐκείνῳ οὐκ ἔλειψε καὶ ἁπλότης περιστερᾶς, καὶ σύνεσις ἑρπετοῦ. ἐκλαύσαμεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ὥσπερ προορῶντες τὰ μέλλοντα, τὸ ταχέως ἡμᾶς τῆς ἐκείνου βοηθείας ἀπεστερῆσθαι.

II. Unde sicut vos facere non ambigimus, impiam disputationem debet fides vestra respuere: ut apud vos, [2] vigilantes in Christo, inter cibum & venenum sit certa discretio, & permaneatis in his quæ sermone superiorum pastorum docente didicistis; scientes fuisse vobis hactenus sacerdotes magisterio & sanctitate pollentes, qui numquam a paternis traditionibus deviantes, ecclesiam Domini summa quiete rexerunt. Nam ut a recentioribus inchoemus, quid non animis vestris eruditio sanctæ memoriæ episcopi Joannis infudit, cujus sermo adstruens catholicam fidem toto orbe diffusus est? qui nusquam per doctrinam suam defuit; quia ubicumque lectus est, prædicavit. Illius [3] diligenti prudentiæ constantia celebrata successit. Rexit enim sanctæ memoriæ episcopus Atticus christianum populum decessoris exemplo, & sacrilegos persecutus est hæreticorum furores. Habuimus, hoc decedente, collegam beatæ memoriæ Sisinium, scientem [4] quid possit gloriæ remanere, si integra & intemerata, quæ ad se usque pervenerant, catholicæ fidei ornamenta servaret. Intelleximus ei nec columbæ simplicitatem, nec [5] prudentiam defuisse serpentis. Flevimus, fratres carissimi, velut præscii futurorum, cito nos ejus præsidio destitutos.

Ἐν τούτῳ γὰρ ἀγνοῶ ποίαν ἐλπίδα εὑρήσομεν, ὃς περὶ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἄλλως διαλαμβάνει, ἢ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ, ἢ οἱ ἀπόστολοι περὶ αὐτοῦ παραδεδώκασιν· ὃς οὐ μόνον τοὺς συντετριμμένους οὐ συνδεσμεῖ, ἀλλὰ καὶ συντρίβει τοὺς συνδεδεμένους· οὐ μόνον τοὺς καταβεβλημένους οὐκ ἐγείρει, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἱσταμένους καταβάλλειν ἐπιχειρεῖ· οὐ μόνον τὰ διεσπαρμένα οὐ συνάγει, ἀλλὰ καὶ τὰ συνηγμένα διαμερίζει. εἰ καὶ τὰ μάλιστα οὔτε συντριβῆναι δύναται διάνοια ἀφιερωμένη Θεῷ, οὔτε καταβληθῆναι ἱστάμενος οὐρανίᾳ δυνάμει, οὔτε τὸ ἱερὸν πλῆθος διαμερίζεσθαι. φανερῶς οὖν τῇ ἀγάπῃ ὑμῶν, ὅπερ χωρὶς δακρύων οὐ δυνάμεθα εἰπεῖν, ἀπαγγέλλομεν. ἐκίνησεν ὁ διαλεκτικὸς ὑμῶν μάχην πρὸς τὴν ἀλήθειαν, τῇ ἀρχαίᾳ πίστει χεῖρας ἐπήνεγκε, πολεμεῖ πρὸς τοὺς ἀποστόλους, τοὺς προφήτας ἐκβάλλει, αὐτοῦ τοῦ κυρίου ἡμῶν περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος τοῖς ῥήμασιν οὐκ ἀκολουθεῖ. ποίας θρησκείας, ἢ ποίοις νόμοις ἑαυτὸν ἐπίσκοπον λέγει, ἀποχρησάμενος τῇ καινῇ καὶ τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ. καὶ γὰρ καὶ τὸ νοητὸν τοῦ σχήματος ἐκβάλλει, καὶ οὐ δέχεται τὴν μεταξὺ ἡμῶν ἀναστραφεῖσαν ἀλήθειαν· καὶ ἁπλῶς, ἄλλως περὶ τοῦ μυστηρίου τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν διαλαμβάνει, ἢ ἀνέχεται τὸ τῆς πίστεως τῆς ἡμετέρας ἁγίασμα, ᾧ μετὰ σεβάσματος ἠκολούθησε πᾶς καθολικῶς διαλεγόμενος. οὐδεὶς γὰρ καλῶς τῇ θρησκείᾳ [9] ἐνδεδομένος, ἄλλως περὶ τοῦ Χριστοῦ ἐφρόνησεν, ἢ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ φρονεῖσθαι ἠθέλησεν. ἐκίνησέ ποτε ἱερόσυλον ζήτησιν ὁ Σαμοσατεὺς Παῦλος, ὅτι τῆς ἁγίας κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν ἐκκλησίας προΐστατο· ἀλλὰ τοῦτον ἀπὸ τοῦ θρόνου, ἐν ᾧ μιαρῶς προὐκαθέζετο, καθήρηκεν ἑνωθεῖσα τῶν καθολικῶν ἱερέων ἀπόφασις. ἀεὶ γὰρ ὀφείλουσιν οἱ τοιοῦ-

III. In hoc enim, qui de Deo nostro aliter disputat, quam ipse de se, quam de ipso Apostoli tradiderunt, quid spei inveniamus ignoro: qui non solum attritos non alligat, sed & atterit alligatos; non solum elisos non elevat, sed etiam stantes conatur allidere; non solum dispersa non colligit, sed & collecta dispergit. Quamvis nec conteri possit Deo mens dicata, nec elidi qui stat virtute cælesti, sed nec sancta turba dispergi. Aperte ergo dilectioni vestræ, quod sine lacrymis non possumus dicere, nuntiamus. Movit disputator vester prœlium veritati, antiquæ fidei intulit manus: impugnat Apostolos, prophetas respuit, ipsius Domini nostri de se dicentis verba non sequitur. Cujus religionis, vel [6] quibus legibus se episcopum dicit, abusus novo & veteri Testamento. Nam & intellectum figuræ respuit, & inter nos versatam non recipit veritatem; aliter [7] denique Christi Dei nostri tractat arcanum, quam fidei nostræ patitur sacramentum, quod reverenter secutus est omnis catholicus disputator. Nemo enim bene religioni deditus aliud de Christo sentit, quam de se voluit ipse sentiri. Movit aliquando [8] sacrilegam quæstionem Samosatenus Paullus, cum sanctæ apud Antiochiam præesset ecclesiæ: sed eum de throno cui feraliter præsidebat, sacerdotum catholicorum sententia unita [10] dejecit. Semper enim abscidendi sunt hujusmodi, qui conturbantes animum populi christiani, & pro

1. Græc. *non quæ saginent & pinguefaciant; sed quæ extenuent.*

2. Hic locus interpretem prodit græcæ litteræ tenacius hærentem. Ambiguitatem & obscuritatem vitasset, hunc ita reddens, *dum vigilatis in Christo.*

3. Id est, hunc diligentia & studio commendatum successor excepit constantia celebris.

4. Græc. *quanta ipsum gloria maneret.*

5. Edit. Rom. *astutiam.*

6. In eadem editione, *cujus legis se ipsum episcopum judicat*: refragantibus aliis libris & græco.

7. Ita Baluz. cum mss. At edit. Rom. *aliter enim*, ac deinde cum aliis edit. *de Christi Dei nostri tractat arcano.* Cælestinus arcanum Christi vocat incarnationis mysterium.

8. Apud Lab. ut in edit. Rom. heic additur *hanc*; quæ vocula abest a mss. & græco. Vid. Euseb. Hist. eccl. lib. VII. cap. XXX.

9. Reg. mss. *ἐκδεδεμένος.*

10. Græcus textus heic postulat *tempestive* adjici.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

τοι χαλεῶς ἐκκόπτεσθαι, οἵ τινες τὴν ψυχὴν τοῦ χριστιανοῦ [2] λαοῦ διαταράττοντες, καὶ πρὸς τὴν γνώμην τὴν ἰδίαν τὰ εὐαγγέλια διαστρέφοντες, τῷ Θεῷ καρποφορεῖν οὐ δύνανται· καὶ γεωργητέα ἐστὶν ἡ ἄμπελος, ἡ τὸ δίκαιον τοῦ κτήτορος ἐπιγινώσκουσα.

arbitrio suo evangelia [1] evertentes, Deo fructificare non possunt: & colenda est vinea, quæ jus possessoris agnoscat.

Δῆλον δέ ἐστιν, ὅτι αἱ τοιαῦται τῶν λόγων καινότητες ἀπὸ ματαίου ἔρωτος δόξης γεννῶνται. ὡς τινες ἐθέλουσι παρ' ἑαυτοῖς δοκεῖν ὀξεῖς, ὀπτικοὶ καὶ φρόνιμοι, ζητοῦσι τί προσενέγκωσι ξένον, ὅθεν παρὰ ταῖς ἀπαιδεύτοις ψυχαῖς πρόσκαιρον δόξαν ὀξύτητος ἀπενέγκωνται. ἀλλὰ τίς τούτων ποτὲ ἀληθῆ δόξαν ἐκέρδανεν, ἑαυτῷ δοκῶν φρόνιμος; ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν τὰ ἀσθενῆ τοῦ κόσμου ἐπιλέγεται, καὶ ἐκ τῶν ἐναντίων συγχέει τὰ ἰσχυρὰ, καὶ τοὺς φρονίμους διὰ τῶν τοῦ κόσμου μωρῶν. τίς ἐν τῇ τοῦ κόσμου σοφίᾳ καυχᾶται, εἰ μὴ ὁμολογῶν ἑαυτὸν ἐκ τοῦ κόσμου εἶναι; εἰ μὴ ὁ ἀρνούμενος ἑαυτὸν ἐκείνου εἶναι μαθητὴν, τοῦ εἰπόντος μὴ εἶναι ἑαυτὸν ἀπὸ τοῦ κόσμου; μία ἐστὶ δόξα, ἵνα, ὡς φησιν ὁ ἀπόστολος, ὁ καυχώμενος, ἐν κυρίῳ καυχάσθω. ἆρα [4] οὐ τούτῳ τῷ ὑμετέρῳ ἐπισκόπῳ (ἀλλὰ ἄχρι νῦν ὑμετέρῳ, ἐὰν μὴ πιστεύσῃ ὅπερ πιστεύομεν,) ὁρῶμεν ταύτην τὴν γνώμην πρέπουσαν· μωρὸς ἐγένετο, ὃς λέγει ἑαυτὸν σοφόν; ὡμολογημένη γάρ ἐστι μωρία τὸ ἐκεῖνον ἀγνοεῖν, ὃν ἴσμεν Θεοῦ σοφίαν εἶναι καὶ δύναμιν. ὁμολογεῖ γὰρ ἑαυτὸν ταῦτα ἀγνοεῖν, ἅπερ ἀνακρίνει. καὶ μὴ [6] θαυμάσῃ ἡ ἀγάπη ὑμῶν ἀπὸ τῆς ὁδοῦ τῆς ἀληθείας ἀποπλανᾶσθαι τοῦτον, ὁρῶσα ὅτι τὸν Χριστὸν, ὅστις ὁδὸς ἡμῶν τυγχάνει, ἀπώλεσε. κατειλήφαμεν αὐτὸν ἐνίοτε σκαιᾷ διαλέξει προδιδόμενον, ἐνίοτε κρυπτόμενον τισὶ λανθανούσαις διόδοις, καὶ σκέποντα τὰ ἴδια δηλητήρια· καὶ δέον ἡμᾶς ἀκολουθοῦντας τῇ γνώμῃ τοῦ σοφωτάτου Σολομῶντος, μηδεμίαν διδόναι ἀπόκρισιν πρὸς τὴν ἄνοιαν αὐτοῦ, μὴ ὅμοιοι αὐτῷ γενώμεθα· ὅπως συμβουλεύομεν, ἵνα μεθ' ἡμῶν τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις ἀκολουθήσῃ, μὴ ὡς πᾶσι μόνος ἀνθίσταται, μόνος παρὰ πάντων ἐκβληθῇ. ὑμεῖς δὲ ἐπιμελέστερον ἐγρηγορέναι ὀφείλετε, ἵνα ἀντιστῆτε τοῖς τοῦ ἐχθροῦ κηρύγμασι. μείζων γὰρ ὑμῖν ἐστι φροντὶς, ὅταν ἐντὸς τῆς ἐκκλησίας λέγηται ὑμῖν τὰ τῇ ἐκκλησίᾳ ἐναντιούμενα. ἐχέτωσαν ἐκεῖνοι ἀνακωχὴν τῶν καμάτων, οὓς προκαλεῖται ὁ ἀντίδικος ἔξω διάγων, καὶ οἵ τινες περὶ τοὺς προμαχῶνας διεσπαρμένοι, ἀσφαλίζονται ἑαυτοὺς τῇ τῶν τειχῶν βοηθείᾳ. οἱ δὲ ἔχοντες ἔνδον τὸν πόλεμον, ἀργίαν οὐκ ἴσασιν. ὅμως ἐν τούτῳ τῷ ἐμφυλίῳ πολέμῳ, ἐν ταύτῃ τῇ [9] οἰκείᾳ μάχῃ εἴη ὑμῖν τεῖχος ἡ πίστις, καὶ κατὰ τῆς ἀπιστίας αὐτὴ ἑαυτὴν ἐκδικήσει πνευματικοῖς ἀκοντίοις. φυλάξωμεν ταύτην, ὅτι φυλαττομένη φυλάττει ἡμᾶς. διὰ ταύτης ἡ ἀσφάλεια ἡμῶν ἐστιν ὁ Θεὸς καὶ ἡ καταφυγή. ἁρπάζει ἐκ χειρὸς ἁμαρτωλοῦ, [11] τούτῳ ἡμᾶς ἐν κλύδωνι κειμένους πρέπει λέγειν· κύριε ἐλευθέρωσον ἡμᾶς, ἀπολλύμεθα.

IV. Certum est autem quia tales sermonum novitates de vanæ gloriæ amore descendunt. Dum sibi nonnulli volunt acuti, perspicaces & sapientes videri, quærunt quid novi proferant, unde apud animos imperitos temporalem acuminis gloriam consequantur. Sed quis umquam veram gloriam, dum sibi sapiens videtur, obtinuit? Deus enim noster [a] infirma mundi elegit [3] contra fortia, & sapientes per mundi stulta confundit. Quis in mundi sapientia glorietur, nisi qui se confitetur esse de mundo; nisi qui illius se negat esse discipulum, qui ait [b] se non esse de mundo? Una est gloria, ut, sicut Apostolus ait [c], *qui gloriatur, in Domino glorietur*. Nonne huic vestro episcopo (sed nunc usque vestro, nisi quod credimus credat) videmus hanc sententiam convenire: [d] Stultus factus est, cum se dicit sapientem; Professa quippe stultitia est, illum quem [e] Dei scimus esse sapientiam virtutemque, nescire. Nescire enim se ea quæ [5] discutit, confitetur. Nec hunc dilectio vestra miretur a via veritatis errasse, quem Christum qui est [f] via nostra, videat perdidisse. Deprehendimus interdum se sinistra disputatione prodentem, interdum latentem quibusdam cuniculis & sua venena celantem: & cum oportuerit nos, sequentes sententiam prudentissimi Salomonis [g], nullum ad ejus imprudentiam præbere responsum, ne similes ei essemus: suademus tamen, ut Apostolos, ut prophetas nobiscum sequatur; ne cum omnibus solus [7] occurrit, solus ab omnibus refutetur. Vobis vero diligentius vigilandum est, ut inimici prædicationibus resistatis. Major enim vobis solicitudo est, cum intra ecclesiam vobis ecclesiæ adversa dicuntur. Habeant laboris inducias, quos adversarius foris positus incessit, qui dispersi [8] propugnaculis, murorum se defensione tutantur. Nesciunt ferias, in quibus intus est hostis. Sed in hoc intestino bello, in hoc domestico prœlio fides vobis murus sit, & contra perfidiam spiritalibus se telis ipsa [10] defendet. Servemus hanc, quia nos servata custodit. Per hanc [h] firmamentum nostrum Deus est atque refugium. [12] Eripit de manu peccatoris: cui vos in fluctu positos convenit dicere, [i] *Domine libera nos, perimus*.

Πρὸς ὑμᾶς νῦν, ὦ κληρικοὶ καὶ πάντες ὅσοι καθιερωμένοι ἐστὲ τῷ Θεῷ, μεταστρεπτέος ὁ παρ' ἡμῶν λόγος. ἐρεῖ τις τυχὸν, τὴν τάξιν μὴ πεφυλάχθαι. ἠθελήσαμεν καὶ ἡμεῖς πρότερον, ὅπερ ἀπῄτει ἡ ἀκολουθία, διαλεχθῆναι ὑμῖν· ἀλλ' ἐκράτησεν ἡ περὶ ἐκείνους φροντὶς μείζων, οὓς ἐθέλομεν εἰς τὸ κοινὸν σῶσαι. οὔτε γὰρ περὶ ὑμῶν ἀμφιβάλλειν ὀφείλομεν, ὧν δηλαδὴ ἡγεμο-

V. Ad vos nunc, clerici & omnes qui devoti estis Domino, noster sermo vertendus est. Dicat fortasse aliquis, ordinem non esse servatum. Voluimus & nos prius, quod ratio postulabat, habere verba vobiscum: sed eorum cura major obtinuit, quos voluimus in commune servare. Neque enim de vobis dubitare debemus, quibus utique ducibus

[a] I. Cor. I. 27. *b* Joan. XVII. 16. *c* I. Cor. I. 31. *d* Rom. I. 22. *e* I. Cor. I. 24. *f* Joan. XIV. 6. [g] Prov. XXVI. 4. *h* Psalm. LXX. 3. 4. *i* Matth. VIII. 25.

1. Sic Baluz. ac mss. Alii vero editi, *vertentes*. Græca vox *pervertentes* proprie sonat.
2. In mss. reg. deest λαοῦ.
3. Editio Rom. *ut confundat fortia*: renitentibus Lab. Baluz. ac mss. Ad græcam litteram legendum esset, *& ex contrariis confundit fortia*. Sed & verbum *confundit*, quod latine ambiguum est, & vel commixtionem, vel pudoris suffusionem sonat, græcus interpres contra Cælestini mentem reddidit, dum nequaquam ipso Apostoli verbo καταισχύνει, quod est *pudorem suffundit*, sed verbo συγχέει, quod est *commiscet*, usus est.
4. In mss. reg. οὖν.
5. Seu, quæ in controversiam vocat.
6. Reg. mss. θρασύσῃ.
7. Planius in græco, *resistit atque opponitur*.
8. Græc. *circa propugnacula*. Deinde edit. Rom. *murorum defensione nituntur. Nesciunt ferias quibus interest hostis*: corrupte.
9. Reg. mss. οἰκειακῇ.
10. Baluz. cum mss. *defendat*.
11. Forte, οὗτος ὦ ὑμᾶς, sublato prius puncto.
12. Lab. post edit. Rom. *refugium de manu*, omisso verbo *eripit*, quod ex mss. & græco revocatur. Nitidior is esset ordo verborum, *De manu peccatoris eripit cui*.

νάδοντων, ἐκείνους ἐν τῇ πίστει ἑστάναι πιστεύομεν. ἡ ἀναφορὰ τοῦ ἁγίου καὶ Θεῷ ἐρασμίου τοῦ ἀδελφοῦ καὶ συνεπισκόπου μου Κυρίλλου, ἣν ἀπέστειλέ μοι διὰ τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου ἑαυτοῦ, ταῦτα ἀνεδίδαξε πράττεσθαι καθ' ὑμῶν, ἅπερ δύναται κατὰ τῶν μελῶν τῆς ἐκκλησίας ποιεῖν, ὁ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς μὴ φεισάμενος. ἀλλὰ ταῦτα ὑμᾶς μὴ βασανιζέτω. μείζων γὰρ δόξα ἐστὶν ἐν μείζονι καμάτῳ· ὅτι ἡ ποιότης τοῦ ἀγῶνος ποιεῖ τὴν τοῦ ἄθλου ποιότητα. ἀναγινώσκετε γὰρ μεθ' ἡμῶν, ὅτι ὁ νομίμως ἀγωνιζόμενος στεφανοῦται. ὅθεν ἡ [3] προτροπὴ ἡμῶν χρεωστεῖται ὑμῖν, ἣ καὶ τοῖς μικροψύχοις καὶ τοῖς ἀνδρείως ἀνθισταμένοις ἀναγκαία ἐστίν· ἵνα καὶ τοὺς πειρασμοὺς δυνηθῶσι φέρειν οἱ μὴ δυνάμενοι, καὶ ἰσχυρότερον στῶσιν οἱ ἀνθιστάμενοι. οὐδέποτε τὰ ὅπλα τοῦ βασιλέως ἡμῶν ἡττᾶται. ἔλεγχός ἐστι πᾶς πειρασμὸς τῷ χριστιανῷ· [5] τοῦτον γὰρ, ὡς ἀνέγνωμεν, ὑπομονὴ ἐργάζεται. ἐκ ταύτης ἐλπὶς γεννᾶται, ἥτις οὐδένα, τῆς γραφῆς ἐπαγγελλομένης, ἠπάτησεν. ὅθεν, ἀγαπητοὶ ἀδελφοὶ, ἐπειδὴ ἡ παραμυθία ὑμῶν ἐκ Θεοῦ ἐστιν, ᾧ τὰ σώματα ὑμῶν, τουτέστιν ὑμᾶς αὐτοὺς, ζώσας, ὥς φησιν ὁ ἀπόστολος, θυσίας προσφέρετε, μὴ ἀποκάμητε ἀνθιστάμενοι. παρέξει ἐκεῖνος δύναμιν, ὃς διὰ τοῦ ἀποστόλου ἡμᾶς διδάσκων, θέλει τὰ ἡμέτερα μέλη ὅπλα εἶναι τῆς ἑαυτοῦ δικαιοσύνης. ἔχετε ὑποδείγματα τῶν ἁγίων, οἵ τινές ποτε ἔσπειραν ἐν δάκρυσιν, ὕστερον δὲ ἐν χαρᾷ θερίσουσιν. οὐ φιλεῖ ὁ ἡμέτερος δεσπότης δοῦλον, εἰ μὴ τὸν ἐν πείρᾳ δεδοκισμένον. τὰς χριστιανὰς ψυχὰς ἀεὶ ἡ τῶν πραγμάτων παλαίστρα γυμνάζει. τρέχετε, ἵνα ἀλλήλους ἐν ταῖς ὁδοῖς τοῦ κυρίου παρέλθητε. οὐ θέλω ὑμᾶς ὑπὸ τῶν ἀντιδίκων [8] καταλαμβάνεσθαι. φησὶ δὲ καὶ ὁ ἀπόστολος, χρῆναι γενέσθαι ἅπερ ὁρῶμεν. ἰσχὺν καὶ [10] πίστιν οὐ δοκιμάζει, εἰ μὴ ὁ τόπος τῆς συμβολῆς. ἡσυχίαν στεφανοῦσθαι δυσχερές· τὰ ἔπαθλα εἰ μὴ τοῖς καμάτοις οὐ δίδοται. τὴν περικεφαλαίαν τῆς ὑγιείας αἱ κεφαλαὶ ὑμῶν μὴ ἀπόθωνται· μὴ ἐκδύσηται τὸν θώρακα τῆς πίστεως ὁ ἐπαγγελλόμενος στρατιώτης τοῦ Χριστοῦ ἀξιόχρεως.

A illos [1] pro fide stare credimus. Sancti & Deo amabilis fratris & coepiscopi mei Cyrilli per filium meum Posidonium diaconum ad me directa relatio [2] ea contra vos agi loquitur, quæ potest in ecclesiæ membra agere qui ejus capiti non pepercit. Non vos ista discrucient. Major gloria est in labore majore: quia certaminis qualitas facit præmii qualitatem. Legitis enim nobiscum, quod [a] is qui legitime certaverit, coronabitur. Unde adhortatio vobis nostra debetur, quæ & pusillanimis & viriliter resistentibus necessaria est: ut tentamenta valeant ferre qui [4] nequeunt, & firmius possint stare qui certant. Numquam nostri regis arma vincuntur. Probatio est omnis tentatio Christiano; B quippe quæ patientiam, sicut legimus [b], operatur. Ex hac spes nascitur, quæ neminem scriptura spondente confundit. Unde, fratres carissimi, quia consolatio vestra ex Deo est, cui corpora vestra, hoc est vos ipsos, ut ait Apostolus [c], hostias exhibetis, repugnantes [6] nolite deficere. Dat ille virtutem, qui per Apostolum nos monens [d], esse vult membra nostra arma justitiæ suæ. Habetis exempla sanctorum, qui olim [e] seminantes in lacrymis, in gaudio messuri sunt in futuro. Non amat Dominus noster servum nisi [7] experimentis probatum. Christianas animas rerum palæstra semper exercet. Currite, ut vos in viis Domini invicem transeatis. Nolo vos ab adversariis C comprehendi. [9] Oportere dicit esse Apostolus [f] quæ videmus. Fortitudinem fidemque nonnisi campus ostendit. Difficile est otium coronari: præmia nonnisi laboribus deferuntur. Nolo salutis galeam capita vestra deponant: nolo se loricam fidei exuat, qui idoneum Christi militem profitetur.

Οἱ ἡμέτεροι καθ' ἡμῶν πόλεμον κεκινήκασιν, εἰ ἄρα ἡμέτεροι λεκτέοι οὗτοι, οὓς ᾐσθόμεθα, ῥαγέντος τοῦ τῆς [12] φιλίας νόμου, πρὸς τὸν ἐχθρὸν ηὐτομοληκέναι. ὑμέτερόν ἐστιν ἑσταμένους ἔχειν τοὺς πόδας ἐν τοῖς πυλῶσιν Ἱερουσαλήμ. θέλομεν ὑμῶν τὰς βάσεις εἶναι τελείας, μή ποτε πρὸς ἴσον ὑπόδειγμα τὰ ἴχνη τινὸς παρασαλευθῇ. καὶ ἀκολουθήσωσι τῷ διαβόλῳ μετὰ τοῦ κακοῦ, οἱ ἐπιγινώσκοντες ἑαυτοὺς ἐξ ἐκείνου ὄντας. ὑμεῖς, οἵ τινες υἱοὶ Θεοῦ [14] τοῖς ἔργοις φαίνεσθε, ἐπειδὴ ἐκ τῶν καρπῶν θέλει [15] ἕκαστον διαγινώσκεσθαι, ἀμοιβαδὸν τὰς διανοίας τῶν μικροψύχων παραμυθήσασθε, καὶ ἕκαστον τῶν ἀσθενῶν ὑποδέξασθε, βεβαιοῦντες αὐτούς. μὴ δὴ ἀπατήσῃ ὑμᾶς ἀσέβεια, ἀλλὰ περὶ τοῦ καλοῦ καὶ τοῦ κακοῦ κατὰ τὴν ἑκάστου ποιότητα τὴν κρίσιν κατέχετε, φεύγοντες τὰ διεστραμμένα, καὶ τὰ ὀρθὰ ἐπαινοῦντες. ἀποβλητέος γάρ ἐστι τῷ Θεῷ, λέγοντος τοῦ Σολομῶντος, ὅστις ἢ τὸν δίκαιον ἀντὶ ἀδίκου, ἢ ἀντὶ δικαίου δέχεται ἄδικον. οὐδὲν δέ ἐστιν ἡ πρόσκαιρος θλίψις,

VI. Nostri nobis bella moverunt; si tamen nostri dicendi sunt, quos ad inimicum transisse rupto [11] fœdere sentiamus. Vestrum est [g] stantes pedes habere in atriis Jerusalem. Volumus vobis gressus esse perfectos, ne umquam in exemplum simile alicujus D vestigia moveantur. Sequantur cum malo [13] diabolum, qui se ex eo simul esse cognoscunt. Vos qui filii Dei operibus apparetis, quia [h] ex fructibus vult unumquemque cognosci, vicissim mentes consolamini pusillorum, infirmos quosque suscipite, confirmantes eos. Non vos seducat impietas, sed de bono & malo pro qualitate sui tenete sententiam, vitantes perversa, quæ sunt recta laudantes. Abominationi est enim Deo, Salomone dicente [i], quisquis vel justum pro injusto, vel pro justo ducit injustum. Nulla est tribulatio temporalis, [16] si sit ante oculos perenne præmium, cui nihil convenit anteponi.

a II. Tim. II. 5. *b* Rom. V. 4. 5. *c* Rom. XII. 1. *d* Rom. VI. 13. *e* Psalm. CXXV. 5. *f* I. Cor. XI. 19. *g* Psalm. CXXI. 2. *h* Matth. VII. 16. 20. *i* Prov. XVII. 15.

1. Græc. *in fide*. Notatu dignus is locus, in quo cum Cælestinus prius ad populum, quam ad clerum, prudentia dictante sermonem habuisset, id excusatum voluit, fassus ultro rationem dignitatis cleri aliud postulasse, nisi pia necessitas rerum ordinem mutare coegisset.

2. Baluz. cum mss. *circa vos agi*. Deinde magis placeret ut est in græco, *edocuit*, quam *loquitur*.

3. In uno ms. reg. τροπὴ; in altero ῥοπή.

4. Mallemus, *qui non valent*, præ infirmitate videlicet animorum.

5. Leg. οὗτος — ὑπομονήν.

6. Hoc est, *repugnare ac resistere ne cessetis*. Et heic locus sapit interpretem græcæ phrasis paullo tenaciorem.

7. Ex græco interpretari liceret, *in tentatione probatum*: quod magis ad rem facit.

8. Unus e mss. reg. heic addit τοῦ κυρίου.

E 9. Apud Lab. *comprehendi: etsi Apostolus dicat id oportere esse sicuti videmus*. Retinenda lectio ceterorum codicum. Respicit Cælestinus ad illud Apostoli, quod & in epistola superiori ad Nestorium n. 3. commemoravit, *Oportet etiam hæreses esse, ut probati manifesti fiant*.

10. In uno e mss. reg. καὶ κόπον; in altero, καὶ τόπον.

11. Add. *amicitiæ*.

12. Mss. φιλανθρωπίας.


13. Vocem *diabolo* apud Baluz. ut in mss. heic temere adjectam esse græcus textus persuadet.

14. Unus ms. reg. heic addit καί.

15. Lab. ἕκαστος.

16. Ex Baluzio & mss. particula *si*, in aliis libris omissa, revocatur: ideoque græce ἂν cum uno codice regio, non cum ceteris ἀλλὰ præferimus. Antea pro *nulla est*, in græco exstat *nihil est*, hoc est pro nihilo reputatur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



ἂν πρὸ ὀφθαλμῶν ἢ τὸ αἰώνιον ἔπαθλον, οὗ οὐδὲν προκειτέον. βοᾷ ὁ ἡμέτερος ψαλμῳδὸς, ὅτι ἐὰν κατ᾽ αὐτοῦ συστῇ πόλεμος, ἐλπίδι ἐκείνου τοῦ φωτισμοῦ ὅλως οὐ φοβηθήσεται. εἰ ἀγῶνα πρὸς τὰ ἔθνη εἴχετε, δηλαδὴ μεγίστης ἂν ἦν νίκης, νικᾷν τοὺς ἀεὶ ὑμῖν γεγονομένους ἐχθρούς. πηλίκη δὲ ἐκείνη ἡ νίκη λεκτέα, ὅπου ὁ ἱερεὺς, ἀλλαγέντος τοῦ κηρύγματος, διώκτης τῶν καθολικῶν ἐγένετο, ἰδικῶς ἐν ἅπασι κατὰ Παύλου φρονῶν, ὃς τοῦ εὐαγγελίου τοῦ κυρίου, οὗ διώκτης ἦν πρότερον, ὕστερον ἐγένετο κῆρυξ; καταλείφθη ὁ ἀσεβὴς διαλεκτικὸς παρὰ τοῦ θείου πνεύματος, ὁπότε καὶ αὐτοῦ τοῦ θείου πνεύματος ἐφρόνησεν ἐναντία. δικαίως, ἐὰν ἐπιμείνῃ, ἀκούσεται παρ᾽ ἡμῶν τὰ ῥήματα τοῦ Σαμουὴλ, ἅπερ τότε τῷ Σαοὺλ παρ᾽ αὐτοῦ τοῦ ἱερέως· ἐξουθενήσει σε κύριος, ἵνα μὴ βασιλεύσῃς ἐπὶ Ἰσραήλ. εἰ ἐκεῖνος ἄξιος γέγονεν, ὅτι μόνον ἐν πράγμασιν ἅπερ ἔπραττε, κατεφρόνησε τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, ποία τούτῳ χρεωστηθήσεται τιμωρία, ὃς ἑαυτὸν κατὰ τοῦ κυρίου τῆς θεότητος ὕψωσε; νῦν ὑμέτερόν ἐστι θεραπεῦσαι τὸ παρ᾽ ἐκείνου τραῦμα, καὶ ἰάσασθαι τοὺς παρ᾽ αὐτοῦ ῥήμασι τετρωμένους. ἀσφαλέσιν ἴχνεσιν ἵστασθε κατὰ τοῦ ἤδη πεσόντος, ὡς ὁ παρ᾽ αὐτοῦ λόγος δείκνυσι. καὶ εἴ τι ὑμῖν ἐπήνεγκεν, ἀνεξικάκως φέρετε. ἐμηχανήσατο ὕβρεις, ἐμηχανήσατο ἀφορισμούς; ἐκεῖνος [5] αὐτὸς ἐν τοῖς ἰδίοις πέπονθεν, ὃν ὑποδέδεχθαι ὑπὲρ ἡμῶν ἄνθρωπον ἀρνεῖται. ὅθεν μηδεὶς κλαύσῃ τὰ κατά τινος ὑμῶν ἐπινοηθέντα.

A Clamat noster hymnidicus [a], si adversum se castra consistant, spe illuminationis illius sibi penitus non timendum. Si certamen cum gentibus haberetis, esset utique magna victoria superasse eos, quos semper [1] haberetis inimicos. Quanta est dicenda victoria, ubi sacerdos, prædicatione mutata, catholicorum factus est persecutor; contra Paullum proprie in omnibus sentiens, qui evangelii Domini quod ante fuerat persecutus, factus est postea prædicator? Desertus est impius disputator [2] a sancto Spiritu, postquam in ipsum Spiritum sensit adversa. Merito, si persistit, audiet a nobis Samuelis verba, quæ Sauli tunc ab ipso dicta sunt sacerdote: [b] *Spernet te Dominus, ne regnes super Israel.* B Si [3] hoc ille meruit, quia solum in agendis rebus, Dei præcepta contemsit; quæ huic pœna debebitur, qui se in ipsum Dominum majestatis erexit? Curare nunc vestrum est quodcumque vulnus inflixit, & his præbere medicinam qui ejus sermonibus sauciati sunt. Firmis in hunc state vestigiis, quem, sicut ejus sermo demonstrat, jam cecidisse videamus. Quidquid in vos intulit, ferte [4] patienter. Indixit injurias, indixit exsilia? Ille in suis hæc passus est, quem suscepisse pro nobis hominem diffitetur. Unde nullus defleat quidquid in aliquos vestrum facere molitus est.


Τῆς ἀνεξικακίας καὶ τῆς ὑπομονῆς τύπος εἴη Στέφανος ὁ πρῶτος τοῦ Χριστοῦ μάρτυς. ὁ ὄχλος τῶν ἀπίστων κατ᾽ αὐτοῦ ἔβρυχε· καὶ ὅμως ὁ συνοδοιπόρος τοῦ Χριστοῦ οὐκ ἐσιώπησεν ὅπερ ἑώρα. ἐβόα μεταξὺ μαινομένων, μεταξὺ τῶν τῆς θρησκείας ἐχθρῶν, λέγων ἑαυτὸν ὁρᾷν ἀνεῳγμένους τοὺς οὐρανοὺς, καὶ τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, δι᾽ ὃν ταῦτα ἔπασχεν, ἱστάμενον πρὸς τῇ δεξιᾷ τοῦ Θεοῦ. μακρόν ἐστι χωρεῖν δι᾽ ἑκάστου τῶν πριαμένων ἑαυτοῖς ζωὴν ἢ θανάτῳ ἢ ὁμολογίᾳ. ἔχετε ὑμεῖς, ὅσοι τῆς ἐκκλησίας ἐκβέβλησθε, σχεδὸν τῶν ἡμετέρων καιρῶν ὑπόδειγμα τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Ἀθανασίου τοῦ σοφωτάτου ἱερέως τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας. τίνι οὐκ ἂν εἴη παραμυθία ἡ ἐκείνου ὑπομονή; τίνι οὐκ ἂν εἴη ὑπόδειγμα ἡ ἐκείνου στερρότης; τίνι οὐκ ἂν ποιήσειεν ἐλπίδα ἡ ἐκείνου πολυπόθητος ἐπάνοδος; ἐκβάλλεται Ἀρείου διώκοντος, ἀλλ᾽ ἀνακλητέος τοῦ κυρίου προπέμποντος. ἔπαθε φυλακὴν, ἔπαθε θλίψεις· καὶ οὐ θαυμαστὸν, εἰ ὁ ἀποστολικὸς ἀνὴρ ταῦτα πέπονθε, δι᾽ ὧν ἑαυτὸν γεγυμνάσθαι καυχᾶται ὁ ἀπόστολος. καὶ ἐν τούτοις πᾶσιν ἐκείνῳ ἠκολούθησε τῷ μαρτυρομένῳ, ὅτι ἑαυτῷ ἐν ταῖς θλίψεσιν ἀρέσκει. ἐδιώχθη ἐκεῖθεν, καὶ ἐν τοῖς ἡμετέροις μέρεσιν ἀνεκτίσατο. ἀμέλει ἐνταῦθα αὐτοῦ ἡ κατάστασις ἀνεκαινίσθη, καὶ ἐν τούτῳ τῷ θρόνῳ εὗρε κοινωνίας ἀνάπαυσιν, ἀφ᾽ οὗ ἀεὶ τοῖς καθολικοῖς γεννᾶται βοήθεια. καὶ ὅμως ἐν ταῖς θλίψεσιν οὐκ ᾔσθετο πόνου ὁ γενόμενος ἐν τῷ διωγμῷ ὁμολογητής. ὅθεν οὐδεὶς τῶν χριστιανῶν κλαῦσαι ὀφείλει τὴν ἐπενεχθεῖσαν

C VII. Patientiæ vobis atque constantiæ forma sit Stephanus, primus Christi testis exsistens. Plebs in hunc prædicantem striduit perfidorum; nec tamen idoneus Christi comes tacuit quod videbat. Exclamabat [c] inter furentes, inter religionis inimicos, videre se apertos cælos, & filium hominis propter quem talia pateretur, stare ad dexteram Dei. Longum est ire per singulos, qui vitam vel morte vel confessione mercati sunt. Habetis vos quicumque ecclesia estis ejecti, pæne nostrorum temporum beatæ recordationis Athanasii Alexandrinæ ecclesiæ prudentissimi sacerdotis exemplum. Cui non consolationi sit illius tolerantia? cui non sit exemplo illius fortitudo? cui non spem faciat ejus [6] exspecta- D ta reversio? Ejicitur Ario persequente, sed revocandus Domino prosequente. Passus est [7] carcerem, passus angustias; nec mirum, si vir apostolicus ea passus est, quibus se Apostolus [d] gloriatur exercitatum? In his tamen omnibus secutus est illum, qui sibi in tribulationibus se placere testatur [e]. Fugatus illinc, in nostris partibus [8] recreatus est. Denique heic ei redintegratus est status, & in hac sede requiem communionis invenit, a qua [9] semper catholicis subvenitur. Nec tamen sensit in tribulationibus lassitudinem, qui factus est in persecutione confessor. Unde CHRISTIANORUM nullus illa-

a Psalm. xxvi. 3. *b* I. Reg. xv. 23. *c* Act. vii. 55. *d* II. Cor. xi. *e* II. Cor. xii. 10.

1. Leg. *habuistis*.
2. Edit. Rom. *sancto Spiritu*, sine præpositione. Græc. *a divino Spiritu*. Deinde mox dicta editio, *in ipso Spiritu*. Rectius alii libri, *in ipsum Spiritum*. Ex quo & græce κατ᾽ αὐτοῦ, non καὶ αὐτοῦ legendum esse conjectura est hoc sensu: *postquam in sententiam abiit ipse etiam divino Spiritui contrariam*.
3. In vulgata lectione græca, εἰ ἐκεῖνος ἀνάξιος, *Si ille fuit indignus*; quod potest admitti supplendo *regni honore*. Cum regiis autem mss. utpote quibus latinus textus concinit, ἄξιος præferentes, subaudiri intelligimus *ut sperneretur a Deo*.
4. Baluz. cum mss. *sapienter*. Deinde edit. Rom. *Induxit injurias*.
5. Leg. αὐτά.
6. In epistola xliii. Nicolai I. ad Suessionenses, ubi totus hic locus describitur, obtinet quidem *inexspectata*, sed in vetustiore ejusdem epistolæ exemplari Colbertino E exstat etiam *exspectata*. Græcum vocabulum proprie sonat *summe desideranda*. Quamquam suspicio est more antiquo scriptum esse *exspectata*, pro *spectata*, id est, clara & gloriosa.
7. Athanasius nullum passus esse carcerem legitur, nisi vocetur carcer, latibulum in quo se Valentis persecutionem fugiens abdidit.
8. Ita mss. cum Baluz. Quæ lectio græcæ voci ἀνεκτίσατο, sive ut in vulgatis ἀνεκτήσατο, respondet. At in edit. Rom. Lab. ut & apud Nicolaum I. *roboratus est*. Tum Baluzio magis placuit, *Denique hinc*, quamvis mss. Colb. Turon. & Nav. refragantibus. Sed & quod antecedit *in nostris partibus*, non *a nostris partibus*; nec non quod subsequitur *in hac sede*, non *ab hac sede*, etiam *heic*, non *hinc*, præferendum suadet. Quam Julius papa Athanasio opem tulerit, nullus ignorat.
9. Hæc citat Nicolaus I. epist. xi.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



αὐτῷ πρόσκαιρον ἐξορίαν, ὅτι ἐκείνων οὐδεὶς ἐξωρισμένος ἐστὶ Θεῷ. μᾶλλον φοβηθῶμεν, μὴ ἀπὸ τῆς χώρας τῶν ζώντων, τουτέστιν ἀπ' ἐκείνης, ἣν ἡμετέραν θέλομεν εἶναι πατρίδα, ἐξορισθῶμεν. ἐκεῖνό ἐστιν ἡμέτερον, ἐκεῖνο διηνεκὲς, ἐκεῖνο αἰώνιον. οὐκ ἔστι γὰρ ἐκεῖνο ἡμέτερον, δι' οὗ μόνη πάροδος· ἀλλὰ ταῦτα ἀληθῶς ἡμέτερα, ἅπερ ἀσφαλεστάτη ἐλπὶς ἐπαγγέλλεται. ἔστι δὲ λέγοντος ἀκοῦσαι τοῦ ἀποστόλου· ἃ ὀφθαλμὸς οὐκ εἶδεν, οὐδὲ ἀκοὴ ἤκουσεν, οὐδὲ εἰς καρδίαν ἀνθρώπου ἀνῆλθεν ταῦτα, ἃ ἡτοίμασεν ὁ Θεὸς τοῖς ἀγαπῶσιν αὐτόν. ἵνα δὲ μηδὲ [1] πρὸς καιρὸν δοκῇ τούτου ἰσχύειν ἡ ἀπόφασις, τοῦ ἤδη καθ' ἑαυτοῦ τὴν θείαν ἀπόφασιν προσκαλεσαμένου, φανερῶς ἡ αὐθεντία τοῦ ἡμετέρου θρόνου ὡρίσατο, μηδένα ἢ ἐπίσκοπον, ἢ κληρικὸν, ἢ κατά τι ἐπάγγελμα χριστιανὸν, τῶν παρὰ Νεστορίου, ἢ τῶν τούτου ὁμοίων, ἀφ' οὗ τοιαῦτα κηρύττειν ἤρξαντο, ἢ τοῦ ἰδίου τόπου, ἢ τῆς κοινωνίας ἀποκινηθέντων, δοκεῖν ἢ ἀποκεκινῆσθαι, ἢ ἀποκοινώνητον γεγενῆσθαι. ἀλλ' οὗτοι πάντες ἐν τῇ ἡμετέρᾳ κοινωνίᾳ καὶ ἐγένοντο, καὶ ἄχρι τοῦ παρόντος εἰσίν· ὅτι οὐδένα ἢ καθελεῖν, ἢ ἀποκινῆσαι ἠδύνατο, ὃς ἐν τῷ κηρύττειν τοιαῦτα, ἀσφαλῶς οὐχ εἱστήκει.

A tum sibi temporale deflere debet exsilium: quia EORUM NEMO exsul est Deo. Timeamus ne e regione vivorum, hoc est illa quam nostram patriam esse volumus, exsulemus. Illud est nostrum, illud perpetuum, illud æternum. Nostrum enim non est unde transitur: sed illa vere nostra, quæ spes certissima pollicetur. Sunt autem, dicente Apostolo, [a] *quæ oculus non vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis adscenderunt hæc, quæ præparavit Deus diligentibus se*. Ne tamen vel ad tempus ejus videatur valere sententia, qui in se jam divinam sententiam provocarat, aperte sedis nostræ sanxit auctoritas, nullum sive episcopum, sive clericum, seu professione aliqua Christianum, qui a Nestorio vel ejus simi-
B libus, ex quo talia prædicare cœperunt, vel loco suo vel communione dejecti sunt, vel ejectum vel excommunicatum videri. Sed hi omnes in nostra communione & fuerunt, & huc usque perdurant: quia neminem vel dejicere vel removere poterat, qui [2] prædicans talia titubabat.

Πάντας τοίνυν ὁ παρὸν λόγος εἰς τὸ κοινὸν περιπλέκεται· ἵνα μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἰσχυροποιηθέντες καὶ θαρσαλέοι γενόμενοι ἐν κυρίῳ, μὴ μετακινηθῆτε, ἀλλὰ μᾶλλον θεραπεύσητε τὰς [3] ἀλλήλων ἀσθενείας. ἤδη γὰρ ὑμῖν ἐκεῖ τοὺς ἀσθενεῖς παρατιθέμεθα, ὅπου ὁρῶμεν αὐτὸν νοσοῦντα τὸν ἰατρόν· ᾧ θέλομεν ὅμως, εἰ ἔτι δυνάμεθα, βοηθεῖν. ὡς γὰρ πρὸς τὸν ἅγιον ἀδελφὸν καὶ συνεπίσκοπον ἡμῶν Κύριλλον ἁρμοδίους ἀποκρίσεις ἐπέμπομεν, καὶ ὑμῖν ἐπεστείλαμεν διὰ τοῦ ποθεινοτάτου Ποσειδωνίου τοῦ διακόνου αὐτοῦ, τὰ πεμπτέα παρὰ τοῦ αὐτοῦ ἀδελφοῦ μου καὶ πρὸς ἐκεῖνον περὶ οὗ λόγος. καὶ ἐπειδὴ ἐν τηλικούτῳ πράγματι ἡ ἡμετέρα σχεδὸν παρουσία ἀναγκαία ἐφαίνετο, τὴν ἡμετέραν διαδοχὴν, διὰ τὰ κατὰ θάλατταν καὶ γῆν διαστήματα, αὐτῷ τῷ ἁγίῳ ἀδελφῷ μου Κυρίλλῳ ἀπενείμαμεν, μὴ αὐτὴ ἡ νόσος ἀφορμῇ τῆς μακρότητος ἐπιτριβῇ. μόνον ὑμεῖς τοὺς ἀποστολικοὺς πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχετε λόγους, ἐν τῇ αὐτῇ διανοίᾳ καὶ ἐν τῇ γνώμῃ γίνεσθε τέλειοι· ἵνα, ὡς ἀνέγνωμεν, παραμένοντες ἄχρι τέλους διωνηθῆτε σωθῆναι. ἵνα δὲ γνῶτε ἐφ' οἵῳ ὅρῳ τὰ γεγραμμένα ἀπεστείλαμεν τῷ πρὸς ὃν ὑμῖν ὁ λόγος, αὐτὴν τὴν ἀπόφασιν τὴν κατ' αὐτοῦ Νεστορίου ἐποιήσαμεν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ ὑποταγῆναι, ἵνα γνῶτε τὸν περὶ αὐτοῦ δοθέντα τύπον. ὁ Θεὸς ὑμᾶς ὑγιεῖς φυλάξαι, ἀδελφοὶ ποθεινότατοι.

Ἔστι δὲ ὅρος μεθ' ἕτερα οὗτος.

Σαφῶς τοιγαροῦν μαθήσῃ ταύτην ἡμετέραν εἶναι τὴν ἀπόφασιν, ὡς εἰ μὴ περὶ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ταῦτα ἐξηγήσῃ, ἃ καὶ ἡ Ρωμαϊκὴ καὶ ἡ Ἀλεξανδρικὴ, καὶ ἅπασα καθολικὴ ἐκκλησία νοεῖ, καθὼς καὶ ἡ εὐαγεστάτη τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησία μέχρι σοῦ, ὦ

VIII. Omnes igitur præsens sermo in commune complectitur: ut magis ac magis roborati, & confidentes in Domino, non moveamini; quin immo & medeamini infirmitatibus aliorum. Jam enim vobis illic commendamus infirmos, ubi sic videtur
C ipse medicus ægrotare; cui tamen volumus, si adhuc possumus, subvenire. Nam cum ad sanctum fratrem nostrum & coepiscopum Cyrillum responsa congrua mitteremus, & hæc [4] vobis per carissimum Posidonium ejus diaconum, & huic de quo agitur, dirigenda ab eodem fratre meo scripta transmisimus. Et quia nostra in tanto negotio propemodum præsentia necessaria videbatur, vicem nostram, [5] propter marina vel terrena spatia, ipsi sancto fratri meo Cyrillo delegavimus, ne morbus iste longitudinis occasione grassetur. Vos tantum apostolicos ante oculos habentes sermones, [b] *in eodem sensu & in eadem sententia estote perfecti*: ut, sicut legimus [c], permanentes usque ad finem salvi
D esse positis. Ut autem noveritis sub qua definitione litteras [6] miserimus, ipsam sententiam huic epistolæ fecimus subter annecti, ut datam de ipso formulam cognoscatis. Deus vos incolumes custodiat, fratres carissimi. Data [7] III. Idus Augusti Theodosio XIII. & Valentiniano III. consulibus.

IX. Palam [8] igitur agnosce hanc nostram esse sententiam, ut nisi de Christo Deo hæc exposueris, quæ & Romana, & Alexandrina, & omnis catholica sentit ecclesia, sicut etiam Constantinopolitana ecclesia usque ad te, carissime, intellexit, juxta

a I. Cor. II. 9. b I. Cor. I. 10. c Matth. X. 22.

1. Ita mss. At edit. πρόσκαιρος.
2. Græc. *qui prædicando talia firmiter ipse non steterat*, scilicet in ecclesiæ doctrina & fide. Nicolaus I. epist. VIII. ad Mich. superiora verba ad hæc usque exscribens, nusquam a lectione latina discedit.
3. Leg. τῶν ἄλλων.
4. Illud *vobis*, ac subinde ista, *& huic de quo agitur*, desiderantur in edit. Rom. quibus verbis Cælestinus cum hanc, tum superiorem epistolam, ad Cyrillum misisse se significat, ut ejus opera hæc ad Constantinopolitanos, & ad Nestorium altera transmitteretur.
5. Hoc est, quia longa maris terræque spatia non sinunt, ut ipse eo me facile conferam.
6. Græc. *ad eum de quo vobis loquimur miserimus, ipsam sententiam quam adversus Nestorium tulimus, huic epistolæ* &c.
7. Augusti 11. ann. 430. Apud Baluz. *IV. Idus*. In edit. Rom. deest hæc chronologica nota.

E 8. In edit. Rom. & Lab. eadem formula aliter enuntiatur his verbis: *Aperte igitur agnosce hanc nostram esse sententiam, ut nisi de Christo Deo nostro ea prædices, quæ Romana & Alexandrina & universalis ecclesia & sancta Constantinopolitana ecclesia usque ad te optime tenuit, juxta expositam in Nicæna synodo fidem: ac nisi hanc perfidam novitatem, quam* (leg. *qua*) *hoc quod venerabilis scriptura conjungit, niteris separare, intra decimam diem a primo innotescentis tibi hujus conventionis die numerandam deposueris, atque aperta & scripta professione damnaveris; noveris te ab universalis ecclesiæ catholicæ communione dejectum, & ad omnia quæcumque sacerdotalis auctoritatis sunt, minime idoneum*. Quæ interpretatio non e codicibus e quibus superiora descripta sunt, sed ex epistola XIII. addito posteriore versu est adscita. Verum licet græcum ac latinum textum ex veterum exemplarium fide heic exprimendum duxerimus, utrumque tamen in superiori epistola puriorem esse fatendum est.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423

ὦ βέλτιστε, ἐνόησε, κατὰ τὴν ἐκτεθεῖσαν πίστιν ἐν τῇ Νικαίων συνόδῳ, καὶ εἰ μὴ ταύτην τὴν δύσπιστον καινότητα σεβαστῇ καὶ σεβασμίᾳ γραφῇ διαστήσης, ἐντὸς δέκα ἡμερῶν ἀφ' ἧς γνωρίζονταί σοι ταῦτα τὰ γράμματα ταύτης τῆς μεθοδείας τὴν [1] ἡμέραν ἐναρίθμων, τὰ φανερὰ καὶ γεγραμμένα τῆς καταδικασίμου αἱρέσεως, ἀπὸ πάσης καθολικῆς ἐκκλησίας ἀκοινώνητον [2] εἶναι σεαυτὸν, καὶ ἀνενέργητον πρὸς πᾶν ὁπουν τῶν ἐξ αὐθεντίας ἱερατικῆς.

A expositam in synodo Nicæna fidem; ac nisi hanc infidelem novitatem ab adoranda & veneranda scriptura sejunxeris, & intra decem dies ex innotescentis hujus exsecutionis die numerandos aperta & scripta professione damnaveris, ab omni te catholica ecclesia [3] excommunicatum.

[4] EPISTOLA XV.

Nestorii ad Cælestinum papam.

Quid Cyrillus, quid ipse de vocabulis θεοτόκος *&* χριστοτόκος *sentiant.*

CÆLESTINO Papæ NESTORIUS episcopus Constantinopolitanus.

I. Didici honestissimum Cyrillum Alexandrinæ urbis episcopum, propter libellos contra eum nobis oblatos exterritum, ac sibi venantem latebras, ad evitandam sacram synodum, propter hos ipsos libros futuram, quasdam alias interea cogitationes excogitare verborum, & amplecti [5] verbum quod est θεοτόκος & χριστοτόκος, quorum alterum admittit, alterum vero modo quidem de evangeliis eximit, modo vero rursus admittit, hoc est χριστοτόκος, secundum quamdam, credo, prudentiæ nimietatem.


II. Ego autem ad hanc quidem vocem, [6] quæ est θεοτόκος, nisi secundum Apollinaris & Arii furorem ad confusionem naturarum proferatur, volentibus dicere non resisto: nec tamen ambigo, quin hæc vox θεοτόκος illi voci cedat, quæ est χριστοτόκος, tamquam prolatæ ab Angelis & [7] evangeliis. Et nisi hæc ad venerationem tuam scientem dicerem, opus mihi foret longo multoque de hac ipsa caussa sermone.

III. Sed & sine hoc, illud quoque omni modo B beatitudini tuæ notum est, quia si æstimemus duas sectas contrarias sibi stare, & harum altera hanc vocem proferat solam θεοτόκος, altera vero illam solam ἀνθρωποτόκος, & utraque secta ad suam confessionem [8] trahat, aut si hoc non impetraverit, periclitetur de ecclesia cadere; necesse erit [9] jactatæ huic rei deputatum, habentem pro utraque secta curam, mederi periculo utriusque partis ex voce ab evangeliis tradita, quæ utriusque naturæ significatrix sit. Horum enim, sicut dixi, assertionem [10] vox illa, quæ est χριστοτόκος; quia & [11] blasphemium Samosateni removet, quod est dictum de omnium Domino Christo tamquam puro homine, sed & Arii & Apollinaris malitiam fugat.

C IV. Hæc autem ipsa etiam honestissimo Alexandrinorum episcopo scripsi, sicut potest beatitudo tua cognoscere ex exemplaribus [12] quæ his meis litteris adjunxi, vel quæ ad nos ab eo scripta sunt. Placuit vero [13], Deo adjuvante, etiam synodum inexcusabiliter totius orbis terrarum indicere propter inquisitionem aliarum rerum ecclesiasticarum: Nam [14] dubitatione verborum non æstimo habituram inquisitionem difficultatum, nec impedimentum esse ad tractatum divinitatis Domini Christi.

1. Reg. mss. ἡμετέραν.
2. In mss. reg εἶναι σεαυτόν. Hic locus supra epist. XIII. §. XI. clarius exprimitur.
3. Leg. *sis excommunicatus*. Si nihil in græco textu est D temere additum, heic supplendum est, *& ad omnia quæcumque sacerdotalis auctoritatis sunt inhabilem*. Istud quidem supplementum in superiori epistola non modo latine, sed etiam græce desideratur: ei tamen favet quod Cyrillus Cælestini sententiam Nestorio denuntians, sic eum apud Baluz. nov. coll. concil. p. 413. alloquitur: *Si hoc non egerit tua reverentia secundum definitas inducias in litteris memorati sanctissimi & reverentissimi episcopi & comministri Romanorum Cælestini; cognosce te ipsum nullam sortem habentem nobiscum, neque locum in sacerdotibus Dei & episcopis.*
4. Scripta anno 430. sub finem Novembris. A Mario Mercatore nobis transmissa, ex ejus editionibus, quas tum Steph. Baluzius, tum Joan. Garnerius adornarunt, simul collatis heic descripta est. Is observavit, indictam quidem generalem synodum in ea memorari, sed litterarum Cælestini per Cyrillum missarum nullam fieri mentionem, adeoque illas nondum Nestorio redditas fuisse. E Quod nisi dissimularit Nestorius, inde sequitur, ut hæc epistola intra 19. & 30. Novembris diem scripta sit. Nam Theodosii sacra qua indicitur œcumenica synodus, die 19. Novembris consignatur: Cælestini autem litteras Nestorius ejusdem mensis 30. die accepit.
5. Ita Baluz. ex mss. fide. At Garn. *verba quæ sunt*.
6. Supple, *quod attinet*. Alioqui pro *ad hanc*, legendum cum Garn. *& hanc*.
7. Garn. heic & infra, *Evangelistis*.
8. Addit Garn. *alteram*. Maluerit forte quis subaudiri *quemque*.
9. Apud Garn. *tractandæ*: ad auctoris mentem satis accommodate.
10. Garn. heic de suo supplevit verbum *temperat*, & antea *harum*, loco *horum* posuit, grammaticæ regulis scrupulosius hærens. Pronomine autem *horum*, eos intelligere licet, qui sectæ addicti sunt Christum merum hominem asserenti. Ita integer erit locus, si verbum *removet*, post voces *tamquam puro homine* rejiciamus.
11. Substituit Garn. *blasphemiam*, sed deinde retinuit *quod est dictum*; cum *quæ est dicta* grammaticæ leges postularent. Frustra autem obtendit Nestorius, voce χριστοτόκος, Samosateni blasphemiam removeri. Non enim Samosatenus Mariam peperisse Christum negabat; sed ideo blasphemus fuit, quia quem Christum confitebatur, merum hominem esse, non etiam Deum affirmabat. Contra Nestorii amicus Joannes Antiochenus de nomine θεοτόκος sic epist. ad ipsum Nestorium 1. p. concil. Ephes. c. 25. differit: *Si id, quod nominis hujus significatione offertur, non recipimus, restat ut in gravissimum errorem prolabamur; immo vero ut inexplicabilem illam Unigeniti Dei œconomiam abnegemus: quando quidem nomine hoc sublato, vel potius hujus nominis notione repudiata, sequitur mox illum non esse Deum, qui admirabilem illam dispensationem salutis nostræ caussa suscepit*. Quocirca vox illa repudiari, quin statim Samosateni hæresi faveatur, nequit. Sed & paullo ante præmiserat idem Joannes: *Nomen hoc* θεοτόκος *nullus umquam ecclesiasticorum Doctorum repudiavit. Qui enim illo usi sunt, & multi reperiuntur, & apprime celebres*. Sed neque magis Arii aut Apollinaris, quam Samosateni, perfidiam vox χριστοτόκος fugat, cum Mariam Christi matrem neuter infitietur.
12. Duæ Nestorii epistolæ ad Cyrillum, & Cyrilli item duæ ad Nestorium exstant 1. part. concil. Ephes. capp. 6. 7. 8. & 9. Posterior autem Nestorii, in concilio Ephesino act. 1. pag. 461. lecta, communi patrum calculo reprobata est.
13. Garn. heic adjecit, *piissimis imperatoribus*. Horum sacra, qua episcopi ad Ephesinam synodum vocantur, habetur 1. part. concil. Ephes. c. 32.
14. Locum hunc ita resarcire conatus est Garner. *Dubitationem . . . inquisitionem difficilem, nec impedimento futuram esse ad tractatum*. Confirmare videtur Nestorius quod præmiserat, quæstionem scilicet de duobus verbis, utrum χριστοτόκος, an θεοτόκος præferendum sit, nihil quidquam difficultatis habituram, nec impedimento fore, quo minus Christi deitas tractetur & asseratur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



[1] EPISTOLA XVI.

CÆLESTINI I. ad CYRILLUM Alexandrinum episcopum.

Sententiæ adversus Nestorium latæ indulgentiam correcto esse offerendam : ut si pertinax fuerit, ipse perditionis suæ auctor judicetur. Se cum iis quos Cyrillus suspectos habet, summa cautione tractaturum.

CÆLESTINUS episcopus CYRILLO episcopo Alexandrino.

I. INtelligo sententiam sapientissimi Salomonis impletam. Non enim aliter quam [a] sitiens aquam frigidam, de terra longinqua iteratum nuntium per litteras tuæ dilectionis accepi, quæ nos invicem nostri consilii participatione conjungunt. Indifficulter est ecclesiarum & catholicæ fidei speranda tranquillitas, quando pro hac elaborare christianissimos principes sic videmus. Non est inefficax, in divinis maxime caussis, cura regalis, quæ pertinet ad Deum [b] qui fideliter tenet corda regnantium. Itaque breviter responsum tuæ reddimus sanctitati.

II. Etenim quæris, utrum sancta synodus recipere debeat hominem [2] a se prædicata damnantem; an quia induciarum tempus emensum est, sententia dudum lata perduret. Super hæc [3] utrique consultatione communi communem Dominum consulamus. Nonne nobis respondet illico per prophetam [c], mortem se nolle morientis; & per apostolum Paullum [d], omnem hominem velle salvum fieri & venire ad scientiam veritatis? Numquam displicet Deo accelerata in quocumque correctio. Tuæ sit hoc sanctitatis cum venerando fratrum consilio, ut orti in ecclesia strepitus comprimantur, A & finitum Deo juvante negotium votiva correctione discamus.

III. Conventui autem nos deesse non dicimus : neque enim ab his absentes esse possumus, quibus nos ubicumque positis fides tamen una conjungit. Nolo nos corpore isto censeri, cujus præsentiam Apostolus [e] assignat infirmam. Illic sumus, [4] qui quod illic pro omnibus agitur cogitamus : spiritaliter agimus, quod corporaliter agere non videmur. Studeo quieti catholicæ, studeo pereuntis saluti, si tamen voluerit ægritudinem confiteri. Quod ideo dicimus, ne volenti se corrigere forsitan deesse videamur. Nam si & nobis [5] sustinentibus uvam [f], B spinas sibi addiderit; impleatur, manentibus statutis prioribus, sui fructu judicii; colligat quod sulco diabolico seminavit, non nostro consilio, sed se periturus [6] auctore. Probet nos [g] veloces pedes ad effundendum sanguinem non habere, quando sibi etiam remedium cognoscat oblatum.

IV. His autem quos erga catholicam fidem tua fraternitas dicit se habere suspectos, si scripta direxerint, pro qualitate rerum eis nos respondere necesse est. In quo negotio nemo subripiet, [7] quin tota cautione tractetur. Data Nonis Maii Basso & Antiocho viris clarissimis consulibus.

a Prov. XXV. 25. *b* Prov. XXI. 1. *c* Ezech. XVIII. 32. *d* I. Tim. II. 4. *e* II. Cor. X. 10. *f* Isa. V. 2. *g* Psalm. XIII. 3.

1. Scripta Maii 7. anno 431. Hanc autem epistolam una cum subsequente XIX. primus Baronius ad annum 431. in lucem emisit. Eas acceperat ab Antonio de Aquino, qui pontificiarum epistolarum auctarium tunc meditabatur. Is dubio procul indicasset unde illas eruerat, si meditatum opus perficere potuisset. Verum cum ante vita sit functus, istud hactenus latuit. Nullus tamen videtur ambigendi locus, quin ex aliquo Ephesini concilii latino exemplari, cujusmodi unum asservat ecclesiæ Bellovacensis bibliotheca, erutæ sint. Præterea inter monimenta, quæ Lucas Holstenius vel ut nova, vel ut ad veteres codices collata, collegit & editione digna existimavit, autographa ipsius exempla in percelebri bibliotheca Barberina reperiuntur. Utramque Steph. Baluzius nov. coll. concil. pag. 492. & 494. ex Bellovacensis codicis fide recudi curavit. In hac prima non desunt notæ, quibus eam a græco versam, non e latino authentico descriptam suspicemur.

2. Hoc est, an recipere debeat Nestorium, modo damnet quæ impie antea prædicarat. Hæc phrasis interpretem subolet græcæ litteræ tenacius hærentem. Idem sapit & superior vox minime latina *indifficulter*.

3. Supple, *qua quæris*. Apud Baron. & Baluz. ut in schedis Holsten. legitur, *Super hac utique* : sed emendatio C nostra nulli, puto, temeraria videbitur.

4. Baron. *Quidquid illic*. Magis placet cum Baluzio, *quia quod illic*. Cum hominis præcipua pars sit animus, eaque a rebus corporeis distinguatur; illic homo magis esse censetur ubi est mente, quam ubi versatur corpore.

5. Et hæc vox interpretem sapit, qui quod in græco anceps erat, satis apte distinguere nescierit. Latine dubio procul Cælestinus primum scripserat, *exspectantibus*, aut *dum exspectamus*, non *sustinentibus*.

6. Pergit Cælestinus excommunicationis invidiam in eos rejicere qui excommunicantur, quia ipsi perditionis suæ auctores sint.

7. Baron. *quia tota cautione tractatur*. Melius apud Baluz. *quin . . . . tractetur* : hoc est, nemo per subreptionem efficiet, ut non tota cautione tractetur. Hoc maxime dictum est Joannis Antiocheni aliorumque Syriæ episcoporum caussa. Hi quippe duodecim anathematismis quos Cyrillus epistolæ ad Nestorium subjecerat, offensi eum Apollinarianæ hæreseos suspectum habuerunt; indeque vicissim ipsi Cyrillo, ut Nestorii fautores ac suffragatores, suspecti facti sunt. Vide Liberatum cap. 4. Joannes vero a Nestorii commentis quantum abhorreret, epistola ad ipsum Nestorium scripta luculenter patefecit.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
423.



[1] EPISTOLA XVII.

Seu Commonitorium papæ CÆLESTINI episcopis & presbyteris euntibus ad orientem.

In Ephesina synodo, sive nondum soluta, sive jam absoluta sit, quei se gerere debeant.

I. CUM Deo nostro, sicut credimus & speramus, auctore ad destinata vestra caritas venerit loca, ad fratrem & coepiscopum nostrum Cyrillum consilium vestrum omne convertite, & quidquid in ejus videritis arbitrio facietis, * & auctoritatem sedis apostolicæ custodiri debere mandamus. Si quidem instructiones quæ vobis traditæ sunt, hoc loquantur, ut interesse conventui debeatis: ad disceptationem si fuerit ventum, vos de eorum sententiis judicare ** debeatis, non subire certamen. A Quod si transactam [2] synodum, & rediisse omnes episcopos videritis; requirendum est qualiter fuerint res finitæ. Si pro antiqua [3] fide catholica res gestæ sunt, & sanctum fratrem meum Cyrillum Constantinopolim didiceritis profectum; ire vobis illo necesse est, ut epistolas nostras principi porrigatis. Quod si aliter actum est, & in dissensione res sunt; ex ipsis rebus conjicere poteritis quid cum consilio supradicti nostri fratris agere debeatis. [4] Data VIII. Iduum Majarum Basso & Antiocho consulibus.

EPISTOLA XVIII.

B. Cælestini papæ I. ad synodum Ephesinam.

Ut ab Apostolis tradita fideliter custodiant. Ut certent fortiter pro Christi caussa. Ut uno animo & fidei adsint & ecclesiarum quieti. Legatos se destinasse, qui synodi gestis intersint & a se statuta exsequantur.

Κελεστῖνος τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, τῇ ἐν Ἐφέσῳ συναχθείσῃ, ἀγαπητοῖς καὶ ποθεινοτάτοις, ἐν κυρίῳ χαίρειν. B

ΤΟῦ ἁγίου πνεύματος ἐμφανίζει τὴν παρουσίαν τῶν ἱερέων ἡ σύνοδος. ἀληθὲς γάρ ἐστι τὸ γεγραμμένον, ἐπειδὴ καὶ οὐ δύναται ἡ ἀλήθεια ψεύσασθαι, ὅτι δὴ ἐν εὐαγγελίῳ τοιαύτη ἔγκειται φωνή· ὅπου δύο ἢ τρεῖς εἰσι συνηγμένοι ἐπὶ τῷ ἐμῷ ὀνόματι, ἐκεῖ εἰμι ἐν μέσῳ αὐτῶν. τούτου οὕτως ἔχοντος, εἰ οὐδὲ τοῦ οὕτω βραχέος ἀριθμοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἀπολείπεται, πόσῳ μᾶλλον αὐτὸ νῦν μεσιτεύειν πιστεύομεν, ὅπου εἰς ἓν συνήχθη τοσοῦτο πλῆθος ἁγίων; καὶ γὰρ ἅγιόν ἐστι κατὰ τὸ οἰκεῖον σέβας συνέδριον, ἐν ᾧ καθάπερ ἐκείνης τῆς μεγίστης τῶν ἀποστόλων συνόδου, ὡς ἀνέγνωμεν, ἐστὶν ὁρᾷν τὴν εὐλάβειαν. οὐδεπώποτε τούτων ἀπολείπει C ὁ παρ᾽ αὐτῶν κηρυχθεὶς διδάσκαλος· παρῆν αὐτοῖς ἀεὶ ὁ κύριος καὶ διδάσκαλος, ἀλλ᾽ οὐδὲ [10] διδασκόμενοι παρὰ τοῦ οἰκείου διδασκάλου πώποτε κατελείφθησαν. ὁ πέμψας ἐδίδασκεν· ὁ εἰπὼν τί διδάξουσιν ἐδίδασκεν, ὁ [11] τοῖς οἰκείοις ἀποστόλοις ἑαυτὸν [12] ἐμφανίζων. ἀκουέσθω ταῦτα παρὰ πάντων εἰς τὸ κοινὸν, κύριοι

CÆLESTINUS episcopus sanctæ synodo apud Ephesum [5] congregatæ.

I. SPiritus sancti testatur præsentiam congregatio sacerdotum. Certum est enim quod legimus, (quia non potest veritas [6] mentiri, cujus in evangelio ista sententia est,) [a] *Ubi duo vel tres congregati fuerint in nomine meo, ibi & ego sum in medio eorum.* Quod cum ita sit, [7] si nec huic tam brevi numero Spiritus sanctus deest; quanto magis eum nunc interesse credamus, quando in unum convenit tanta turba sanctorum? Sanctum namque est pro debita veneratione [8] collegium, in quo utique nunc Apostolorum frequentissimæ illius quam legimus [b], congregationis adspicienda reverentia est. Numquam his defuit [9], quem receperant prædicandum: adfuit his semper Dominus & magister, nec docentes a suo doctore deserti sunt. Docebat ille qui miserat, docebat qui & dixerat quid docerent. Docebat ille qui in Apostolis suis se confirmat [c]

[a] Matth. XVIII. 20. [b] Act. XV. [c] Luc. X. 16.

1. Stephani Baluzii opera nov. coll. concil. pag. 381. in lucem prodiit hoc commonitorium, cum e Colbertino codice 1865. tum e Vaticano 1320. descriptum. —— Edidit item post Baluzium ex optimo codice bibliothecæ Capitularis Veronensis Scipio Maffejus V.C. istud papæ Cælestini Commonitorium, & quidem emendatius, ad calcem suæ *Historiæ theologicæ*, inter opuscula ecclesiastica, pag. 71. Ante utrumque tamen idem Commonitorinm evulgarat Chr. Lupus inter Epistolas Ephesinas, pag. 470.

2. Quia nimirum Theodosius litteris ad Metropolitanos datis præceperat, ut ipso Pentecostes die, qui hoc anno 431. in 7. Maii diem incidebat, Ephesi convenirent. Quare si indicta die convenissent episcopi, synodus pridie, quam hoc Commonitorium tradebatur, congregata ante potuisset solvi, quam eo legati pervenissent.

3. Hoc ideo dictum, quia fides nullam patitur mutationem. Nulla est igitur, Cælestini judicio, cœtus quantumvis numerosi definitio, quæ cum antiqua catholica fide manifeste pugnet.

4. Ann. 431. Maii VIII.

5. Solus codex Bellov. etiam refragante græco, *constituta*. Tum græcus interpres addidit, *carissimis in Domino salutem*.

6. Baron. cum edit. Rom. *veritas nostra*. Rectius abest *nostra* ab aliis libris. Græcus interpres hæc ita convertit, quasi legisset: *Verum enim est quod scriptum est, quoniam nec veritas potest mentiri, quia in evangelio talis jacet vox.* Vel hinc liquet neque textum nostrum latinum, nec eum D quem Baronius Annalibus suis inseruit, e græco fuisse expressum. Pluribus similibus locis id confirmatur.

7. Pro particula *si*, edit. Rom. *nam*, & Baron. *ut* præferunt. In mss. autem Navarr. simpliciter exstat, *Quod si nec huic*.

8. In edit. Rom. & concil. ut apud Baron. *concilium*: refragantibus mss. *Collegii* nomen pro episcoporum consessu Cælestino familiare est.

9. Vocem *magister*, & mox particulam *sed* ante *nec docentes*, quæ in iisdem edit. habentur ex græco perperam repetitæ, removentur auctoritate mss.

10. Leg. διδάσκοντες. 11. Adde ἐν.

12. Leg. προσβιβαζῶν ἀκουέσθω. αὕτη πρὸς πάντας εἰς τὸ κοινὸν ἱερέας τοῦ κυρίου τῆς παρουσ. διδ. ἡ φροντὶς ἔφθασε. δικαίῳ κληρονομίας.

* Idem codex Veron. omittit conjunctionem &, atque sic legit interpungitque: *& quidquid in ejus videritis arbitrio, facietis. Auctoritatem sedis apostolicæ custodiri debere mandamus: siquidem instructiones* &c. Quod magis placet. Neque aliter Lupus: qui tamen habet: *siquidem & instr.*

** Idem cod. Veron. *debetis*: rectius ut videtur.

ἀδελφοὶ αἳ τῆς παρατεθείσης διδασκαλίας ἡ φροντὶς πα- A ρέπεμψε. δικαίως κληρονομίαν εἰς ἡμᾶς ἐν ταύτῃ τῇ φροντίδι σφιγγόμεθα, οἱ πανταχοῦ καὶ ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην τῇ ἐκείνων διαδοχῇ τὸ ὄνομα κυρίου κηρύττοντες, ὡς ἐκείνοις προστέτακται· πορευθέντες μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη.

audiri. Hæc ad omnes in commune Domini sacerdotes mandatæ prædicationis cura pervenit: hereditario namque in hanc solicitudinem jure constringimus, quicumque per diversa terrarum eorum [1] vice nomen Domini prædicamus, dum illis dicitur, [a] *Ite, docete omnes gentes*.

Προσέχειν ὑμετέρα ἀδελφότης ὀφείλει, ὅτι παρεδέξατο γενικὴν ἐντολήν. καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς πάντας τοῦτο πράττειν ἠθέλησεν, ὅστις πᾶσιν ἐκείνοις περὶ τῆς ἐνετείλατο πίστεως καὶ λειτουργίας· ἀναγκαῖόν ἐστιν, ὅπως προσηκόντως τοῖς ἑαυτῶν πατράσιν ἀκολουθήσωμεν, [3] ὑπεισελθόντες πάντες αὐτῶν τὸν κάματον, καὶ οἱ τὴν τούτων διαδεξάμενοι τιμήν, χορηγήσωμεν τὴν ἐπιμέλειαν τοῖς τούτων διδάγμασι· μεθ' ἃ, [6] ὑπομιμνήσκοντες τοῦ ἀποστόλου, οὐδεμίαν διδασκαλίαν προσθεῖναι κελευόμεθα. οὐκ B ἔστιν ἐλάσσων τιμὴ τῆς ὑπηρεσίας τῷ διδάσκοντι ἢ τῶν παραδιδομένων φυλακή. ἐκεῖνοι ἔσπειραν τῆς πίστεως τὰ σπέρματα· ταῦτα ἡ ἡμετέρα φροντὶς ἀσφαλιζέσθω, ὅπως ἀδιάφθορον καὶ πολυπλασιασθέντα καρπὸν ἡ παρουσία τοῦ ἡμετέρου δεσπότου εὕροι, ᾧ μόνῳ [11] ἡ ὡραιότης τῶν ἀποστόλων ἐμφανίζεται. καὶ γὰρ [12] λαλῶν τοῖς ἑαυτοῦ ἐκλεκτοῖς Παῦλος, ἑαυτὸν φυτεύειν καὶ ποτίζειν οὐκ ἐπαρκεῖν ἔφη, εἰ μὴ Θεὸς τὸ αὐξάνεσθαι καὶ πληθύνεσθαι ἐχαρίσατο. τοιγαροῦν περισπούδαστόν ἐστι, καὶ πρακτέον ὅπως καμάτῳ κοινῷ τὰ ἐμπιστευθέντα, καὶ διὰ τῆς ἀποστολικῆς διαδοχῆς ἕως τοῦ νῦν συσχεθέντα φυλάξωμεν. ἐκεῖνο γὰρ παρ' ἡμῶν αἰτεῖται, ἵνα κατὰ τὸν ἀπόστο- C λον περιπατήσωμεν. οὐ γὰρ νῦν πρόσωπόν τι, ἀλλ' ἡ ἡμετέρα πίστις καλεῖται πρὸς δίκην.

II. Advertit vestra fraternitas, quia accepimus generale mandatum: omnes etiam nos agere voluit [2] quod illis sic omnibus in commune mandavit: officium necesse est nostrorum sequamur auctorum. Subeamus omnes eorum labores, quibus [4] successimus in honore. Præstemus eorum diligentiam [5] prædicatis: post quæ, monente Apostolo [b], nullam B prædicationem jubemur [7] admittere. Non est minor [8] tradentis officio custodia traditorum. Illi jactaverint fidei [9] semina: nostra hæc solicitudo custodiat, ut incorruptum & multiplicem fructum nostri Patrisfamilias adventus inveniat, cui soli utique [10] assignatur ubertas. Loquente namque electionis vase [c], plantare & rigare non sufficit, nisi Deus dederit incrementum. Agendum igitur nunc est labore communi, [13] ut credita, & per apostolicam successionem huc usque detenta servemus. Illud [14] in nobis, per quod secundum Apostolum ambulemus, arguitur. Non enim nunc [15] species, sed fides nostra vocatur ad caussam.

Ὅπλα πνευματικὰ θωρήξασθαι δεῖ, ἐπειδὴ πόλεμοι κινοῦνται ψυχῶν, καὶ βέλη ῥημάτων, ὅπως ἐν τῇ πίστει τοῦ βασιλέως ἡμῶν παραμείνωμεν. πάντας νῦν τοὺς ἐκεῖσε ὁ μακάριος Παῦλος ὑπομιμνήσκει, ἔνθα Θιμόθεον μένειν ἐνετείλατο. ὁ αὐτὸς τοιγαροῦν τόπος, ἡ αὐτὴ ὑπόθεσις τὴν αὐτὴν διακονίαν καὶ νῦν ἀπαιτεῖ. ἡμεῖς τι νῦν πράξωμεν καὶ σπουδάσωμεν εἰς τοῦτο, ὃ ἐκείνῳ πράττειν προστέτακται· ἵνα μὴ ἄλλο τις φρονῇ, καὶ ζητήσεις [18] ἐν τῆς παρούσης μάλιστα μακρολογίας μηδεὶς ἐκτεινέτω, ὡς αὐτὸς προσέταξε. μένωμεν ὁμόψυχοι, ἓν καὶ τὸ αὐτὸ φρονοῦντες, ἐπειδὴ τοῦτο συμφέ- D ρει· μηδὲν διὰ φιλονεικίαν, μηδὲν πράττειν διὰ ματαίαν κενοδοξίαν ἀρχόμενοι. μία ψυχὴ καὶ καρδία μία ἔστω τοῖς πᾶσιν, ὅτε ἡ πίστις, ἥ τις μία ἐστὶ, παραχαράττεται, πονείτω, μᾶλλον δὲ θρηνείτω τοῦτο μεθ' ἡμῶν κοινῇ πᾶν τὸ συνέδριον. εἰς κριτήριον καλεῖται

III. Spiritalia arma sumenda sunt, quia bella sunt mentium, & tela verborum; ut in nostri regis [16] fœdere perduremus. Omnes nunc ibi positos beatus Paullus apostolus monet [d], ubi Timotheo remanere mandavit. Idem igitur locus, eadem caussa [17] ipsa, etiam modo ipsum requirit officium. Nos quoque nunc agamus quod agendum tunc ille suscepit: [e] ne quis aliter sentiat, & quæstiones præstantibus maxime fabulis ne quis intendat, ut ipse præcepit. [f] Simus unanimes, unum, quia sic expedit, sentientes. Nihil per contentionem, nihil per inanem gloriam agere gestiamus: una anima cum uno corde sit cunctis. Quandoquidem fides, quæ est una, pulsatur; doleat, immo & lugeat hoc nobiscum omne in commune collegium. Vo-

a Matth. XXVIII. 20. b Gal. I. 8. 9. c I. Cor. III. 7. d I. Tim. I. 3. e Ibid. ℣. 4. & IV. 7. f Philipp. II. 2. 3.

1. Edit. Rom. & Baron. *eorum voce*, emendantur ex mss. & græco.
2. In vulgatis *qui*. Concinnius in ms. Navarr. *quod*. Deinde Baron. & edit. Rom. *illis sic in commune mandavit officium:* (græc. *de fide & ministerio mandata dedit;*) *necesse est ut competenter nostros sequamur auctores*, latino textu ad græcum ex parte accommodato: castigantur ex mss.
3. Leg. ὑπεισελθῶμεν, expuncto proximo καί.
4. In vulgatis heic repetitur *omnes:* quod melius abest a ms. Navar. & a græco.
5. Baron. *prædicantes*. Edit. Rom. *prædicationis*. Verius alii libri, *prædicatis*, hoc est, *iis quæ ab ipsis prædicata sunt* (seu ut sonat interpretatio græca, *eorum doctrinis*) *diligentiam præbeamus*.
6. Leg. ὑπομιμνήσκοντος.
7. Edit. Rom. *adducere*. Baron. & Lab. græcum secuti, *adjicere*. Obscurum non est heic respici ad illud Paulli *Gal. I. 9. Si quis vobis evangelizaverit præter id quod accepistis, anathema sit*. Quocirca magis placet cum Baluz. & mss. *admittere*.
8. Id est, traditarum rerum custodia non est quid minus, ipso tradentis officio: ideoque officio Apostolorum, ad quos pertinuit tradere quæ credenda sunt, non minus est opus pastorum, quorum est custodire quæ tradita sunt. Cælestini verba græce sic convertit interpres, quasi legisset, *Non minus honorificum est docenti obsequi, quam tradita custodire*, mentem illius non satis feliciter assecutus.
9. Apud Baluz. *semen*, quocum sequens pronomen *hæc* concordare nequit. Mox in mss. *patrisfamiliæ*.
10. Ita Baluz. cum mss. At in aliis edit. ex græco heic adjicitur *Apostolorum*, præter mentem Cælestini, a quo etiam in subnexis aberrat græcus textus.
11. Leg. ἡ εὐκαρπία ἀνατίθεται.
12. Leg. λαλοῦντος τοῦ τῆς ἐκλογῆς σκεύους, φυτ. καὶ ποτ. E οὐκ ἐπαρκεῖ, εἰ μή.
13. Tres mss. *ut commissa*: non alio sensu. Mox magis placeret *retenta*, quam *detenta*.
14. Sic Baluz. & mss. At editi alii cum græco: *Illud enim a nobis petitur, ut secundum Apostolum ambulemus. Non enim;* minus ad rem. Hoc quippe sibi vult Cælestinus, in catholicis a Nestorio id argui, per quod secundum Apostolum ambulant, quatenus quod sibi de Maria Dei genitrice credenda traditum est, tenent.
15. Vocabulum *species*, verbis πρόσωπόν τι reddens græcus interpres, hoc nomine personam aliquam videtur intellexisse. Eo tamen *terrena substantia*, quæ litium fons & origo esse solet, commodius intelligatur.
16. Ad litteram græcam Lab. *fide:* reluctantibus mss. Sed & allegoricæ locutioni Cælestini vocabulum *fœdere* apte congruit.
17. In mss. desideratur *ipsa etiam modo*. Lectio græca postulat, *eadem caussa idem modo requirit officium*: quod esset nitidius.
18. Leg. παρέχουσι μάλιστα μύθοις μή τις προσέχῃ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

ὁ κρίνων πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, εὐθύνεται, ὁ [1] σείων πᾶσαν τὴν γῆν, καὶ ὁ λυτρωτὴς συκοφαντίαν ὑπομένει. θωρηξάσθω τὴν πανοπλίαν τοῦ Θεοῦ ἡ ὑμετέρα ἀδελφότης. οἴδατε τὴν περικεφαλαίαν, ἥτις τὴν ἡμετέραν ἀσφαλίζεται κεφαλὴν, ποῖος θώραξ τὸ ἡμέτερον στῆθος τειχίζει. οὐ νῦν πρῶτον ὑμᾶς οἱ ἐκκλησιαστικοὶ περίβολοι διδασκάλους ἐδέξαντο, οὐδεὶς ἀμφιβάλοι, τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος, ὃς ποιεῖ τὰ ἀμφότερα ἕν, ὅπερ ἀποτεθέντων ὅπλων εἰρήνη διαδέχεται, ἐπειδὴ αὐτὴ ὑπόθεσις ἑαυτὴν ἐκδικεῖ.

A catur in judicium qui judicaturus est mundum; discutitur qui discussurus est omnes; & calumniam patitur qui redemit, Accingatur armis Dei [a] vestra fraternitas. Scitis quæ galea caput nostrum muniat, quæ lorica pectus includat; non vos nunc [2] demum ecclesiastica rectores castra ceperunt. Nemo dubitet, favente Domino [b] qui facit utraque unum, depositis armis pacem futuram, quando se caussa ipsa defendit.

Ἀναπολήσωμεν πάλιν κἀκεῖνα τὰ ῥήματα τοῦ ἡμετέρου [3] δεσπότου, οἷς ἰδικῶς ἐχρήσατο [4] διὰ τῶν οἰκείων ἐπισκόπων, ταῦτα παραγγέλλων. προσέχετε, φησὶν, ἑαυτοῖς καὶ πάσῃ τῇ ἀγέλῃ, ἧς ὑμᾶς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἔταξεν ἐπισκόπους, διοικεῖν τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Θεοῦ, ἣν περιεποιήσατο τῷ ἰδίῳ αἵματι. ὅθεν τοιούτους κληθέντας ἀνέγνωμεν τοὺς ταῦτα ἀκούσαντας Ἐφεσίους, ἔνθα νῦν ἡ ὑμετέρα ἁγιότης συνελήλυθε. τοιγαροῦν οἷς ἐστι γνώριμος ἡ διδασκαλία τῆς πίστεως, ἔστω γνωστὴ καὶ ἡ ἡμετέρα ἐκδίκησις. παράσχωμεν αὐτοῖς διὰ τῆς ἡμετέρας διανοίας ἐκείνης τῆς προσκυνήσεως τὴν ἰσχὺν, ἧς εἰσιν ἄξιαι· καὶ μείνῃ καταλαλιᾶς ὑψηλότερα, ἃ εὐσεβεῖ διανοίᾳ ἡ διηνεκὴς ἐφύλαξεν εἰρήνη. ἀπαγγελλέσθω παρ᾽ ὑμῶν τὰ παρὰ τῶν ἀποστόλων προκηρυχθέντα· ὅτι οὐδεπώποτε [9] τοῦ βασιλέως τῶν βασιλευόντων ῥήματα τυραννικῆς ἐπιχειρήσεως ἠλάττωται· οὐδὲ κάμνειν ἠδυνήθη διὰ πλαστολογίαν ἡ δύναμις τῆς ἀληθείας. ὑμᾶς [10] προπεμπέτω, ἀδελφοὶ τιμιώτατοι· ἐκείνη μόνη περισκοπείσθω ἡ [11] γνώμη κατὰ τὴν φωνὴν Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ, οὗ τὰ λείψανα παρόντες τετιμήκατε. ἔστω κοινὴ εὐχὴ πρὸς τὸν κύριον. οἴδαμεν ποία δύναμις τῆς θείας αὐτοῦ καὶ ἐσομένης παρουσίας ἔσται, παρακαλούσης ὁμοψύχως τῆς τοσαύτης τῶν ἱερέων πληθύος· ἐπειδὴ τόπος ἐκεῖνος κινεῖν δύναται, ἐν ᾧ ὁμογνωμόνως τοὺς δώδεκα ἀνέγνωμεν. τίς τῶν δώδεκα ἡ αἴτησις δεομένων ἐγγύετο; δηλαδὴ ἵνα δέξωνται τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ λαλεῖν μετὰ παρρησίας, καὶ διὰ τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἐνεργεῖν, ὧν, διδόντος Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, εἰλήφεισαν τὴν ἐξουσίαν· καὶ τῇ ὑμετέρᾳ νῦν ἁγίᾳ συνόδῳ τί ἐστιν ἄλλο αἰτεῖν, ἢ γὰρ ὅπως μετὰ παρρησίας λαλήσητε τὸν λόγον τοῦ Χριστοῦ; καὶ ταῦτα [16] δέ-

IV. Respiciamus rursus etiam illa nostri verba doctoris, quibus proprie apud episcopos utitur, ista prædicens: [c] *Attendite*, inquit, *vobis & universo gregi, in quo vos Spiritus sanctus posuit episcopos regere ecclesiam Dei, quam acquisivit sanguine suo*. Inde [5] ad hoc vocatos hos legimus, qui istud audirent, quo nunc sanctitas vestra convenit. Ephesiis ergo, quibus est nota fidei prædicatio, sit nunc erga hanc etiam nostra nota defensio. Exhibeamus [6] his nostræ mentis illa veneratione constantiam, quæ sunt [7] digna, quæ magna sunt, quæ pio sensu tranquillitas diuturna servavit, [8] & intemerata regnarunt. Numquam contra Regem regum verba tyrannicæ dominationis admissa sunt: nec opprimi per falsitatem potuit negotium veritatis. Vos hortor, fratres carissimi, respiciatur illa dilectio, in qua utique secundum vocem Joannis apostoli [d], cujus reliquias præsentes [12] veneramini, manere debemus. Sit oratio communis ad Dominum. Scimus quæ vis divinæ illius præsentiæ sit futura [e], supplicante concorditer tanta multitudine sacerdotum: quando locus ille [13] moveri potuit, in quo unanimiter duodecim legimus supplicasse. Quæ tamen fuit Apostolorum petitio deprecantium? Nempe ut acciperent [f] verbum Dei loqui cum fiducia, & [14] per ejus manus virtutes agere, quarum præstante Christo Deo nostro acceperant potestatem. Et vestro nunc sancto conventui quidnam aliud postulandum, quam ut cum fiducia loquamini verbum Domini? quam [15] ut det

[a] Ephes. VI. 17. [b] Ephes. II. 14. [c] Act. XX. 28. [d] I. Joan. III. 17. & IV. 16. [e] Act. IV. 31. [f] Ibid. ℣℣. 29. 30.

1. Leg. εὐθύνων.
2. Græcus interpres legit, *nunc primum*: quod & magis arridet: quasi diceret, In ecclesiæ militia tyrones non estis. Subinde apud Baluz. *rectoris*, ubi retinendum esse *rectores* cum ex græco tum ex orationis serie liquet.
3. Leg. διδασκάλου. 4. Leg. πρὸς τοὺς ἐπισκόπους.
5. Ita Baluz. cum mss. nisi quod in Navarr. *Inde adhuc vocatos*. Alii vero editi, *Inde advocatos*. Respicit Cælestinus ad illud *Act*. 17. *A Mileto Paullus mittens Ephesum, vocavit majores natu ecclesiæ*, quibus dixit: *Attendite vobis*, &c. Græco interpreti vertendum fuerat ἐκεῖθεν (non ὅθεν,) πρὸς τοῦτο (non τοιούτους,) ἀκούσοντας, (non ἀκούσαντας:) ac deinde omissa voce Ἐφεσίους, post particulam τοιγαροῦν adjiciendum erat Ἐφεσίοις.
6. Baluz. cum mss. *huic*, quod ad fidem referri potest. Alii libri *his*.
7. Lab. post Baron. *qua sunt digna quæ magna sunt, quæ pio*. Rom. edit. *qua sunt digna, sint intemerata quæ pio*. Hæc ita convertit interpres græcus quasi legisset, *qua sunt digni; & maneant detractione superiora quæ pio intellectu tranquillitas perpetua servavit. Annuntientur a vobis quæ ab Apostolis prædicata sunt, quia numquam contra Regem*, &c.
8. Baluz. cum ms. Bellovac. *intemerata apud nos quæ ab Apostolis sunt prædicata regnarunt: quia numquam*. Apud Lab. *Annuntientur vobis quæ ab Apostolis intemerata regnarunt: quia numquam*. In editis aliis, *Annuntientur vobis quæ ab Apostolis sunt prædicata: quia numquam*. Lectionem græcam in superiori nota exposuimus. Nostra, quæ, particula & excepta, est mss. Colb. Turon. & Navar. a glossematis suspicione purior visa est.
9. Adde, κατά. 10. Leg. προτρέπω.
11. Leg. ἀγάπη, ἐν ᾗ μένειν ὀφείλομεν κατά.
12. Verbo *venerandi* reverentiam sacris reliquiis debitam antea Hilarius atque Hieronymus expresserant. Eas quippe cum ille lib. contra Constantium n. 8. tum hic lib. adversus Vigilantium *veneranda ossa* nuncupant. Eadem loquendi ratione Eusebius Gallicanus in homilia de S. Blandina, quæ potius Eucherii creditur, cum impiis judicibus expostulat, quod *veneranda ossa in cineres redigebant*. Immo idem scriptor etiam *adorandi* verbo utitur. Sic nempe judicem Blandinæ mox interpellat: *Adorandas reliquias Rhodano tradis*. Et paullo ante cum observasset, quo pacto ipsæ etiam bestiæ ac flammæ sanctorum corpora illæsa & intemerata servarent, adversus sacrarum reliquiarum contemtores orationem convertit in hunc modum: *Ubi sunt qui dicunt venerationem sacris martyrum non deferendam esse corporibus? Ecce cruentæ feritatis immanitas, quæ religionis non recipit sensum, defert venerationis obsequium . . . & dum pietati reverentiam præstat, profert tacitam de impietate sententiam*.
13. Edit. Rom. *movere poterit*, Græc. *movere potest*: emendantur ex aliis libris, quibus suffragatur illud Actorum, *Et cum orassent, motus est locus*;
14. Baluz. *& ea per manus ejus virtutes agere, quorum*. Edit. Rom. *Et per manus ejus virtutem agere, quorum*. Lab. cum græco: *& per ejus virtutem agere, quorum*. Placuerat primo cum ms. Navar. *& per eum virtutes agere, quarum*: sed expensis Actorum verbis, *Da servis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quod* MANUM TUAM *extendas ad sanitates, & signa & prodigia fieri per nomen sancti Filii tui* JESU, lectionem quam cum Baronio sequimur, sinceriorem esse nobis persuasum fuit.
15. Editi, excepto Baluz. *quam ea servare*; resarciuntur ex mss.
16. Leg. δίδου.

δωκε φυλάττειν, ὥσπερ καὶ κηρύττειν ἐχαρίσατο; καὶ πεπληρωμένοι πνεύματος ἁγίου, καθὰ γέγραπται, εἰ καὶ διαφόρῳ στόματι, ἓν ὅμως, ὅπερ αὐτὸ τὸ πνεῦμα ἐδίδαξε καὶ [1] προσίεται. τούτοις πᾶσι [2] συντόνως νενευρωμένοις, ἐπειδή, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος, εἰδόσι λαλῶ, καὶ λαλῶ σύνεσιν ἐν τοῖς τελείοις· ἐπαγωνίσασθε καθολικῇ πίστει, καὶ τῇ τῶν ἐκκλησιῶν εἰρήνῃ· συνηγορήσατε, ἐπειδὴ οὕτως εἴρηται, καὶ τοῖς πάλαι καὶ τοῖς νῦν καὶ τοῖς μέλλουσι, παρακαλοῦντες καὶ σώζοντες τὰ εἰς εἰρήνην τῇ Ἱερουσαλήμ.

Ἀπεστείλαμεν τὴν ἡμετέραν ἀναδεχομένους φροντίδα, τοὺς ἁγίους ἀδελφοὺς καὶ συλλειτουργοὺς ἡμῶν, ὁμοψύχους ἡμῖν καὶ δεδοκιμασμένους, Ἀρκάδιον καὶ Προϊέκτον ἐπισκόπους, καὶ Φίλιππον τὸν ἡμέτερον πρεσβύτερον, οἳ τοῖς πραττομένοις παρέσονται, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν πάλαι ὁρισθέντα ἐκβιβάσουσιν. οἷς παρασχεθῆναι παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος οὐκ ἀμφιβάλλομεν συγκατάθεσιν. ἐπειδὴ τοῦτο, ὅπερ ἂν γνῶτε, δοκῇ ὑπὲρ τῆς πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν ἀμεριμνίας κεκρίσθαι.

A servare, quæ prædicare concessit? ut repleti Spiritu sancto, sicut scriptum est [a], licet ore diverso, unum tamen, quod ipse Spiritus docuit, proferatis. His omnibus breviter animati, quia, sicut ait Apostolus [b], scientibus legem loquor, & [c] loquor sapientiam inter perfectos, adestote catholicæ fidei & ecclesiarum [3] quieti; adestote, quia sic dicendum est, & præteritis & præsentibus & futuris, rogantes atque servantes [d] quæ ad pacem sunt Jerusalem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

V. Direximus pro nostra solicitudine sanctos fratres & consacerdotes nostros, unanimes nobis & probatissimos viros, Arcadium & Projectum epi- B scopos, & Philippum presbyterum nostrum, qui iis quæ aguntur intersint; & quæ a nobis ante statuta sunt, [4] exsequentes. Quibus præstandum a vestra sanctitate non dubitamus assensum: quando id quod [5] agitur, videatur pro universalis ecclesiæ securitate decretum. [6] Data VIII. Idus Maii, Basso & Antiocho consulibus.

[7] EPISTOLA XIX.

CÆLESTINI papæ ad THEODOSIUM imperatorem.

Ne quid turbidæ novitatis auctoribus permittat. Majorem ipsi esse debere fidei curam quam regni.

CÆLESTINUS episcopus THEODOSIO Augusto.

I. SUfficiat licet, quod solicitudo vestræ clementiæ circa fidei catholicæ defensionem, cui pro Christi Dei nostri amore qui vestri imperii rector est, adesse modis omnibus festinatis, integram immaculatamque eam, pravorum dogmatum damnato errore, servatis; in hoc semper munimen vestri constituentes imperii, scientes regnum vestrum sanctæ religionis observantia communitum firmius duraturum: sed huic cælesti curæ vel gloriæ unusquisque nostrum pro sacerdotali officio operam nostram, in quantum valemus, impendimus; & huic synodo quam esse jussistis, nostram præsentiam in his quos misimus exhibemus, pietatem D vestram sub divini obsecrantes obtestatione judicii, ne quid turbidæ novitati licere vestra mansuetudo permittat, neve facultas aliqua his qui divinæ majestatis potentiam in humanæ disputationis rationem artare contendunt, quo perturbetur pax ecclesiastica, tribuatur.

II. Major vobis fidei caussa debet esse, quam regni; ampliusque pro pace ecclesiarum clementia vestra debet esse solicita, quam pro omnium se- C curitate terrarum. Subsequuntur enim omnia prospera, si primitus quæ Deo sunt cariora serventur. Abraham fide floruit, omnemque orbem gloria suæ [8] posteritatis implevit. Moyses populi liberator zelo Domini contra eos se, quos a Dei vero cultu recessisse probaret, armavit. David regem sua præcepta servantem in regno, ut illi inimicos suos subderet, Dominus custodivit. His rogo exemplorum vallati præsidio, [9] fide, observatione, virtute, universalis ecclesiæ in Deum nostrum piissimum cultum, ne sibi aliquid dissensio vindicet, custodite. Pro [10] vestro enim imperio geritur, quidquid pro quiete ecclesiæ vel sanctæ religionis reverentia laboratur.


III. Hæc, gloriosissime & tranquillissime imperator auguste, quæ in vestro corde esse novimus, Deum illic inesse non dubii, augustis etiam auribus per fratres & coepiscopos meos Arcadium & Projectum, & compresbyterum meum Philippum, quos misimus, intimamus, hoc a pietate vestra suppliciter deposcentes, quod vos habere credamus in vobis, ut quod a Deo petitis, hoc in fidei ipsius caussa præstetis. [11] Data Idibus Maii, Basso & Antiocho consulibus.

a Act. IV. 31. *b* Rom. VII. 1. *c* I. Cor. II. 6. *d* Psalm. CXXI. 6.

1. Leg. *προσίενται*.
2. Leg. *συντόνως νενευρωμένοι*.
3. Lab. *quietem*, ac deinde cum edit. Rom. *defendite*, *quia sic dictum est*.
4. Forte, *exsequantur*.
5. Ita mss. cum Lab. & Baluz. At apud Baron. *legitur*, & in edit. Rom. *legitis*. Hinc græcus interpres videtur posuisse *ἀνέγνωτε*, quamvis nunc legamus, *ἂν γνῶτε*.
6. Maii 8. ann. 431. In edit. Rom. desideratur chronica hæc nota.

E 7. Ex iisdem fontibus, e quibus epistola XVII. ad nos fluxit.
8. Editi, *prosperitatis implevit* . . . . *Zelum Domini contra eos si quos*. Rectius in schedis Holsten. . . . *posteritatis* . . . *zelo* . . . Unde *contra eos se*, non *si*, legendum esse nobis constitit.
9. Archet. *fidei*, *observ.*
10. Sic Holsten. At alii libri, *pro vestri imperii salute*.
11. Maii 25. ann. 431.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
423.



[1] EPISTOLA XX.

Seu relatio quam ſancta ſynodus Epheſina ad Cæleſtinum papam tranſmiſit.

In qua quæ in ipſa ſancta & magna ſynodo geſta ſunt explicantur.

Ἀναφορά. Τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ συλλειτουργῷ Κελεστίνῳ ἡ ἁγία σύνοδος ἡ κατὰ Θεοῦ χάριν συναχθεῖσα ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐν κυρίῳ χαίρειν.

A Sanctiſſimo & reverentiſſimo comminiſtro CÆLESTINO ſancta ſynodus, quæ ſecundum Dei gratiam congregata eſt in Epheſiorum metropoli [2], in Domino ſalutem.

ΤΗς μὲν σῆς ὁσιότητος ὁ περὶ τὴν εὐσέβειαν ζῆλος, καὶ ἡ περὶ τῆς ὀρθῆς πίστεως τῷ πάντων ἡμῶν σωτῆρι Θεῷ φίλη τε καὶ ἀρέσκουσα φροντὶς, ἀξία παντὸς γέγονε θαύματος. ἔθος γὰρ ὑμῖν τοῖς οὕτω μεγάλοις εὐδοκιμεῖν εἰς ἅπαντα, ἐρείσματά τε τῶν ἐκκλησιῶν τὰς ἑαυτῶν ποιεῖσθαι σπουδάς. ἐπειδὴ δὲ ἐχρῆν ἅπαντα εἰς γνῶσιν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνενεχθῆναι τὰ παρακολουθήσαντα, γράφομεν ἀναγκαίως, ὅτι κατὰ βούλησιν τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ κατὰ θέσπισμα τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων συνήχθημεν ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει ἐκ πολλῶν καὶ διαφόρων ἐπαρχιῶν, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ὄντες τὸν ἀριθμὸν ἐπίσκοποι. εἶτα τῶν εὐσεβῶν θεσπισμάτων τῶν φιλοχρίστων βασιλέων, δι᾽ ὧν κεκλήμεθα, καιρὸν ὁριζόντων τῷ συνεδρίῳ τῆς ἁγίας συνόδου τὴν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς, ἁπάντων δὲ συνδεδραμηκότων, μάλιστα διὰ τὸ ἐγκεῖσθαι ταῖς τῶν βασιλέων συλλαβαῖς, ὡς εἰ μή τις ἀπαντήσειε κατὰ τὴν ὡρισμένην προθεσμίαν, οὐκ ἀγαθῷ συνειδότι ἀπολιμπάνεται, καὶ ἔστιν ἀναπολόγητος παρά τε Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, ὑστέρησεν ὁ εὐλαβέστατος Ἰωάννης ὁ τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπος· οὐχ ὡς ἀπὸ γνώμης ἁπλῆς, ἀλλ᾽ οὐδὲ τοῦ διαστήματος τοῦ κατὰ τὴν ὁδοιπορίαν ἐμποδὼν γενομένου· ἀλλὰ κρύπτων μὲν βουλὴν εἰς νοῦν τε καὶ σκέψιν ἀπᾴδουσαν τῷ Θεῷ, ἣν οὐκ εἰς μακρὰν ἐλθὼν ἔδειξεν ἐν τῇ Ἐφεσίων. ὑπερεθέμεθα τοίνυν τὸ συνέδριον μετὰ τὴν ὁρισθεῖσαν ἡμέραν τῆς ἁγίας πεντηκοστῆς ἐφ᾽ ὅλαις δέκα καὶ ἓξ ἡμέραις· καί τοι πολλῶν ἐπισκόπων τε καὶ κληρικῶν καὶ νόσῳ πεπιεσμένων, καὶ τεθλιμένων εἰς τὰ δαπανήματα, ἐνίων δὲ καὶ ἐξοδευσάντων τοῦ βίου· καὶ ἦν, ὡς ὁρᾷ ἡ σὴ ὁσιότης, ὕβρις μᾶλλον κατὰ τῆς ἁγίας συνόδου τὸ δρώμενον. τοσαύτῃ γὰρ ὑπερθέσει δυστρόπως ἐχρήσατο, καί τοι φθασάντων αὐτὸν τῶν ἐκ μακροτέρων διαστημάτων. ὅμως μεθ᾽ ἡμέραν ἑκκαιδεκάτην προέδραμόν τινες τῶν σὺν αὐτῷ ἐπισκόπων, μητροπολῖται δύο, Ἀλέξανδρος Ἀπαμείας, καὶ ἕτερος Ἀλέξανδρος Ἱεραπόλεως. εἶτα ἡμῶν αἰτιωμένων τὸ τῆς ἀφίξεως βράδος τοῦ εὐλαβεστάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου, ἔφασαν οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ πλειστάκις, ὅτι ἐνετείλατο ἡμῖν ἀπαγγεῖλαι τῇ θεοσεβείᾳ ὑμῶν, ὥστε εἰ γένοιτο αὐτὸν καὶ ἔτι βραδῦναι, μὴ ὑπερθέσθαι τὴν σύνοδον, ποιεῖσθαι δὲ μᾶλλον ἃ δεῖ. τούτων ἀπαγγελθέντων, καὶ φανεροῦ γεγονότος ἀπό τε τοῦ βράδους καὶ ἐκ τῶν παρ᾽ αὐτοῦ μη-

I. TUæ quidem ſanctitatis circa pietatem zelus, & circa rectam fidem Salvatoris omnium noſtrum Deo amica vel placens ſolicitudo, digna omni admiratione fuit. Mos eſt enim vobis ita magnis exſiſtentibus in omnibus bene probari, & [3] omnia ſtudia eccleſiarum veſtra propria facere. Quoniam autem oportebat omnia ad ſcientiam tuæ ſanctitatis referri quæ ſubſecuta ſunt, ſcribimus neceſſario, quia ſecundum voluntatem omnium noB ſtrum Salvatoris Chriſti, & ſecundum decreta piiſſimorum & amatorum Chriſti imperatorum, congregati ſumus in Epheſinorum metropoli ex multis & diverſis provinciis ultra ducenti exſiſtentes numero epiſcopi. Deinde piiſſimis decretis amatorum Chriſti imperatorum per quæ vocati ſumus, tempus [4] definientibus ſeſſioni ſanctæ ſynodi diem ſanctæ Pentecoſtes, omnibus concurrentibus, maxime quia continebatur in litteris imperatorum, ut ſi non aliquis occurriſſet [5] poſt definitas inducias, non bona conſcientia abeſſet, & eſſet inexcuſabilis tam apud Deum quam apud homines, defuit reverentiſſimus Joannes Antiochenorum epiſcopus, non quaſi voluntate ſimplici, ſed neque ſpatio itineris C impedimentum faciente; ſed occultans mente conſilium & cogitationem diſſonantem a Deo, quam non longo poſt tempore veniens Epheſum demonſtravit. Diſtulimus igitur concilium poſt definitum diem ſanctæ Pentecoſtes toties decem & ſex diebus, cum multi tam epiſcopi, quam clerici & ægritudine comprehenſi, & afflicti eſſent in expenſis, aliquanti vero & de vita migraſſent; & erat, ſicut perſpicit tua ſanctitas, injuria magis contra ſanctam ſynodum quod agebatur. Tanta enim dilatione perverſe uſus eſt; cum utique eum præceſſiſſent multi ex longioribus ſpatiis. Verumtamen poſt diem ſextum decimum præceſſerunt quidam ex iis qui cum eo erant epiſcopi, metropolitæ duo, Alexander ApaD meæ, & alter Alexander Hierapoleos. Deinde nobis incuſantibus adventus tarditatem reverentiſſimi epiſcopi Joannis dixerunt non ſemel, ſed ſæpius, Quia demandavit nobis nuntiare reverentiæ veſtræ, quod ſi contigerit eum adhuc morari, non differri ſynodum, ſed facere quæ oporteat. His nuntiatis,

1. In concilio Epheſino inter geſta actionis v. quæ anno 431. Julii 17. die habita notatur, locum obtinet. Scripta græce, latinum nacta eſt interpretem litteræ valde tenacem, ideoque a ſenſuum perſpicuitate, ne dicam veritate, interdum recedentem. Ejus interpretationem Nicolaus I. epiſt. VIII. ad Michaelem ſecutus, de auctoritate illius certiores nos fecit. Quam ob cauſſam elegantiori eam præferendam eo pacto duximus, ut commodiorem ſuis locis ſuggerere non piguerit. Illam ex Baluzii nova collectione ac ſæpe nominatis quatuor mſs. deſcriptam exhibemus. In his *exemplar epiſtolæ ſcriptæ a ſancta ſynodo archiepiſcopo Romanorum Cæleſtino* inſcribitur. Hujuſmodi exemplaria latina Labbeo ignota non fuerunt.

2. Apud Lab. latine *Cæleſtino epiſcopo*, & græce Κελεστίνῳ ἐπισκόπῳ, heic repetitur. Sed hæc duo verba non modo in latinis mſs. ſed nec in duobus vetuſtis regiæ bibliothecæ græcis exemplaribus habentur. Quare non legendum erat, Ἀναφορὰ τῷ ἁγιωτάτῳ, ſed mutata interpunctione, Ἀναφορά. Τῷ ἁγιωτάτῳ, &c. Quod obſervandum fuit, quia ſubinde nonnulli pontifices Romani, ac nominatim Nicolaus I. in epiſtolis cum ad Salomonem Britanniæ regem, tum ad Feſtinianum Dolenſem epiſcopum anno 866. Maii 26. die datis, apoſtolico nomini ſcribentium nomina antepoſita eſſe conqueſti ſunt.

E 3. Ad litteram, *& firmamentum eccleſiarum ſtudia veſtra facere*, ſeu *hoc vobis ſtudio eſſe*, *ut eccleſiæ* (in fide) *firmentur*.

4. Navar. mſ. *definitivis*. Codex ſancti Martini a Campis, *definitivum*. Baluz. *definitivus*. Ex græco planum eſt reſtituendum eſſe *definientibus*. Decretum ſeu ſacra qua id definitur, exſtat 1. part. concil. Epheſ. c. 32. pag. 437.

5. Seu *ad tempus conſtitutum*.

νυθέντων, ὅτι παραιτεῖται τὸ συνέδριον, ἢ τῇ Νεστορίου φιλίᾳ χαριζόμενος, ἢ καὶ ὅτι κληρικὸς γέγονε τῆς ὑπ' αὐτὸν ἐκκλησίας, ἢ καὶ ταῖς τινων ὑπὲρ αὐτοῦ παρακλήσεσιν εἴκων, συνήδρευσεν ἡ ἁγία σύνοδος ἐν τῇ μεγάλῃ τῇ κατὰ τὴν Ἔφεσον ἐκκλησίᾳ, τῇ ἐπίκλην Μαρίᾳ.

Ἐπειδὴ δὲ πάντων προθύμως συνδεδραμηκότων μόνος ἀπελιμπάνετο τοῦ συνεδρίου Νεστόριος, ὑπέμνησεν ἡ ἁγία σύνοδος κανονικῶς αὐτὸν δι' ἐπισκόπων πρώτῃ καὶ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ κλήσει. ὁ δὲ στρατιώταις ἐπιφράξας τὴν ἑαυτοῦ οἰκίαν, ἀπενοήθη κατὰ τῶν τῆς ἐκκλησίας θεσμῶν, καὶ οὐκ ἠνέσχετο ἑαυτὸν ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὔτε μὴν ἀπολογήσασθαι περὶ τῶν ἀνοσίων αὐτοῦ δυσφημιῶν. λοιπὸν ἀνεγνώσθη τὰ γράμματα τὰ γραφέντα πρὸς αὐτὸν παρὰ τοῦ ἁγιωτάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας Κυρίλλου. ἃ καὶ ἐδοκίμασεν ἡ ἁγία σύνοδος ὀρθῶς καὶ ἀλήπτως ἔχειν, καὶ κατὰ μηδένα τρόπον ἀσύμφωνα εἶναι ἢ ταῖς θεοπνεύστοις γραφαῖς, ἤγουν τῇ παραδοθείσῃ πίστει, καὶ ἐκτεθείσῃ ἐν τῇ μεγάλῃ συνόδῳ παρὰ τῶν ἁγίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ συνελθόντων κατὰ καιροὺς, καθὰ καὶ ἡ σὴ ὁσιότης ὀρθῶς τοῦτο δοκιμάσασα ἐμαρτύρησεν. ἀναγνωσθείσης δὲ καὶ τῆς ἐπιστολῆς Νεστορίου τῆς πρὸς αὐτὸν γραφείσης τὸν μνημονευθέντα ἁγιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν Κύριλλον, ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία σύνοδος, ἀλλότρια παντελῶς τῆς τε ἀποστολικῆς καὶ εὐαγγελικῆς πίστεως εἶναι τὰ ἐν αὐτῇ δόγματα, πλείστην ὅσην καὶ ξένην νοσοῦντα τὴν δυσφημίαν. ἀναγνωσθεισῶν δὲ ὁμοίως καὶ τῶν ἐξηγήσεων αὐτοῦ τῶν ἀσεβεστάτων, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς γραφείσης πρὸς αὐτὸν ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος, δι' ἧς εὐλόγως κατεκρίνετο ὡς δύσφημα γεγραφὼς, καὶ ἀνοσίους φωνὰς ταῖς ἰδίαις ἐξηγήσεσιν ἐνθεὶς, ψῆφος ἐξενήνεκται δικαίας καθαιρέσεως κατ' αὐτοῦ· μάλιστα ὅτι τοσοῦτον ἀπέσχετο τοῦ μετανοῆσαι, ἢ μεταγνῶναι ἐφ' οἷς δεδυσφήμηκεν, ἔτι τὴν τῶν Κωνσταντινουπολιτῶν ἔχων ἐκκλησίαν, ὥστε καὶ ἐν αὐτῇ τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει διαλέγεσθαι πρός τινας τῶν ἁγίων μητροπολιτῶν ἐπισκόπων, ἀνδρῶν οὐκ ἀσήμων, ἀλλ' ἐλλογίμων καὶ θεοσεβεστάτων, τολμῆσαί τε εἰπεῖν· ὅτι ἐγὼ τὸν διμηναῖον καὶ τριμηναῖον Θεὸν οὐχ ὁμολογῶ· καὶ ἕτερα δὲ πρὸς τούτοις εἶπε χαλεπώτερα.

Ὡς οὖν ἀνοσίαν καὶ μιαρωτάτην αἵρεσιν, καὶ ἀνατρέπουσαν τὴν εὐαγεστάτην ἡμῶν θρησκείαν, καὶ ὅλην ἐκ βάθρων τοῦ μυστηρίου τὴν οἰκονομίαν ἀφαιροῦσαν καθείλομεν, ὡς ἤδη φθάσαντες εἴπομεν. ἀλλ' οὐκ ἦν, ὡς ἔοικε, τῆς εἰς Χριστὸν ἀγάπης τὸ γνήσιον ἔχοντας, καὶ ζηλώσαντας τῷ κυρίῳ, μὴ πολλῶν πειραθῆναι πραγμάτων. προσεδοκήσαμεν γὰρ τὸν εὐλαβέστατον τῆς Ἀντιοχέων ἐπίσκοπον Ἰωάννην τήν τε ἀκρίβειαν τῆς συνόδου καὶ τὴν εὐσέβειαν ἐπαινέσαι, καὶ τάχα που καὶ μέμ-

A [1] & manifesto facto tam ex tarditate, quam ab his quæ ab eo nuntiata sunt, quia recusat concilium, sive amicitiæ Nestorii [2] præstans, sive quia clericus fuerat sub se constitutæ ecclesiæ, sive quorumdam pro eo petitionibus cedens, consedit sancta synodus Ephesi in majore ecclesia, quæ vocatur Maria.

II. Cum autem omnibus alacriter convenientibus solus deesset concilio Nestorius, commonuit eum sancta synodus canonice per episcopos prima & secunda & tertia vocatione. Ille autem militibus circumcludens suam domum, superbiit contra ecclesiasticas leges, [3] nec passus est semet ipsum manifestum constituere, nec satisfacere de iniquis suis B blasphemiis. Postea [4] relectæ sunt litteræ, quæ scriptæ sunt ad eum a sanctissimo & reverentissimo episcopo Alexandrinæ ecclesiæ Cyrillo, quas & probavit recte habere & irreprehensibiliter sancta synodus, & nullo modo dissonare aut a divinitus inspiratis scripturis, aut etiam a tradita & exposita fide in magna synodo sanctorum patrum, qui in Nicæa per tempora convenerunt, sicut & tua sanctitas recte hoc probans testificata est. Lecta autem & epistola Nestorii, quæ ad ipsum scripta est memoratum sanctissimum & reverentissimum fratrem nostrum & comministrum [5], censuit sancta synodus aliena omnino ab apostolica & evangelica fide esse quæ in ea erant dogmata, multis & novis [6] C languentia blasphemiis. Lectis vero similiter & expositionibus ejus impiissimis, nec non etiam scripta ad eum epistola [7] a tua sanctitate per quam rationabiliter condemnatus est, utpote qui blasphema scripserit & irreligiosas voces suis expositionibus inseruit, sententia prolata est justa depositionis ejus: maxime quia in tantum longe est a pœnitentia, aut [8] a recognitione eorum in quibus blasphemavit adhuc Constantinopolitanam habens ecclesiam, ut etiam in ipsa Ephesinorum metropoli sermonem faceret ad quosdam metropolitanos episcopos non ignorantes, sed doctos & reverentissimos, & auderet dicere, Quia ego [9] bimenstrem & trimenstrem Deum non confiteor, & alia insuper diceret D acerbiora.

III. Sicut irreligiosam igitur & abominabilem hæresim & pervertentem [10] evangelicam nostram sectam, & omnem funditus mysterii dispensationem evellentem deposuimus, sicut superius diximus. Sed non poterat fieri, ut videtur, in Christo caritatem [11] habentes & zelum in Domino, non multas experiri difficultates. Speravimus enim, reverentissimum Antiochenorum episcopum Joannem & [12] sedulitatem synodi & pietatem laudare, & for-

1. Clarius, *cum manifestum fuisset tum ex hac tarditate* (affectata) *tum ex iis, quæ*.

2. In mſ. Bellov. *commodans*, forte pro *concedens*, subaudito *id*: hoc est, *ita se gerens seu in gratiam amicitiæ qua ipsi cum Nestorio intercedebat, seu quia clericus fuerat ecclesiæ* Antiochenæ, &c.

3. In mss. reg. desiderantur hæc verba καὶ οὐκ ἠνέσχετο ἑαυτὸν ἐμφανῆ καταστῆσαι, οὔτε . . . αὐτοῦ δυσφημιῶν: quæ latinius sic redderentur: *neque præsens adesse, neque de impiis blasphemiis suis rationem reddere dignatus est*.

4. Forte, *lectæ*. 5. Adde *Cyrillum*.

6. Seu, *ac multis & novis laborare blasphemiis*.

7. Supra epist. XIII.

8. Ita Baluz. cum tribus mss. At Navar. & Camp. *recogitationis*. Neutra vox placet. Græca proprie sonat, *resipiscere*. Aptius igitur hæc ita latine converterentur: *Tantum abest ut pœniteat, ut resipiscens ea revocet, quæ, cum adhuc Constantinopolit. haberet ecclesiam, blasphemando effudit*.

9. Mallet forte quis *bimestrem & trimestrem*, sed refragantur mss. Hæc ipsa verba Liberatus cap. 5. sic refert: *Cum plurimi Deum confiterentur Jesum Christum, Ego, inquit Nestorius, qui fuit duorum vel trium mensium numquam confiteor Deum: qua gratia ter* (Corb. mſ. *qua grater*. Forte *quapropter*) *mundus sum a sanguine vestro, & modo ad* E *vos non venio*; additque Liberatus eum cum suis recessisse, & cum ceteris concilii patribus deinceps convenire noluisse.

10. Loco verbi græci, εὐαγεστάτην, quod e mss. regiis revocatur, cum in vulgatis obtineret εὐσεβεστάτην, legit interpres noster εὐαγγελικήν. Nec satis patefecit heic particulam ὡς explicandi, non comparandi vim habere. Vertendum ei fuerat: *Hæresim igitur velut irreligiosam & sanctissimam religionem nostram pervertentem, & omnem mysterii dispensationem funditus evertentem profligavimus*. Quod heic *mysterii dispensatio*, & ab Hilario lib. 5. de Trin. n. 17. *dispensationis evangelicæ mysterium* vocatur, intelligere est incarnationis mysterium: quod totum re ipsa, & cum eo religio nostra corruit, si Verbum Dei eo tantum modo quo in prophetis extitit, in Christo habitasse sentiatur.

11. Adde *sinceram*, & mox leg. *pro Domino*.

12. Apud Baluz. ut in mss. *subtilitatem*. Græca vox postulat *sedulitatem*. Cetera elegantius sic converterentur: *Speravimus enim fore ut . . . laudaret, & fortasse culparet in sententia depositionis ferenda tarditatem*.

SÆCUL. V CIRCA ANN. CHR. 423.



ψασθαι τὸ ἐπὶ τῇ καθαιρέσει βράδος. μεταπέπτωκε δὲ εἰς πᾶν τοὐναντίον τὰ τῆς προσδοκίας ἡμῖν. εὕρηται γὰρ ἐχθρὸς καὶ πολεμιώτατος τῇ τε ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ αὐτῇ δὲ τῇ ὀρθῇ πίστει τῶν ἐκκλησιῶν, ὡς αὐτὰ μηνύει τὰ πράγματα. ἅμα τε γὰρ εἰσῆλθεν εἰς τὴν Ἐφεσίων πόλιν, πρὶν ἀποπλύνασθαι τὴν ἐκ τῆς ὁδοιπορίας κόνιν, πρὶν ἀποδύσασθαι τὸ ἱμάτιον, συναγαγών τινας τῶν τῷ Νεστορίῳ συναποστατησάντων, καὶ βλάσφημα λαλούντων κατὰ τῆς ἑαυτῶν κεφαλῆς, καὶ μονονουχὶ καταπαιζόντων τῆς δόξης τοῦ Χριστοῦ, καὶ συλλέξας ὥσπερ κολλήγιον ἑαυτῷ τριάκοντά που τὸν ἀριθμὸν ἀνθρώπων, ἐπισκόπων ἐχόντων ὄνομα, ὧν οἱ μέν εἰσιν ἀπόλιδες, σχολάζοντες δὲ καὶ ἐκκλησίας μὴ ἔχοντες, ἕτεροι δὲ καὶ πρὸ πολλῶν ἐτῶν ἐπὶ δειναῖς αἰτίαις καθῃρημένοι ἀπὸ τῶν ἰδίων μητροπολιτῶν, σὺν αὐτοῖς δὲ καὶ Πελαγιανοὶ καὶ Κελεστιανοὶ καὶ τῶν ἀπὸ Θεσσαλίας ἐκβεβλημένων τινὲς, πρᾶγμα τετόλμηκεν ἀνόσιον, ὃ μηδεὶς πώποτε τῶν πρὸ αὐτοῦ. συνάπτει γὰρ καταμόνας χαρτίον, καὶ δὴ καθαιρέσεως ὄνομα, καὶ ὕβριν προσετρίψατο τῷ ἁγιωτάτῳ καὶ θεοσεβεστάτῳ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπῳ Κυρίλλῳ, καὶ τῷ θεοσεβεστάτῳ ἡμῶν ἀδελφῷ καὶ συλλειτουργῷ ἐπισκόπῳ Μέμνονι τῷ τῆς Ἐφεσίων, οὐδενὸς ἡμῶν εἰδότος, ἀλλ' οὐδὲ τῶν ὑβρισθέντων ἐγνωκότων τὸ δρώμενον, ἢ διὰ ποίαν αἰτίαν τοῦτο τετολμήκασιν. ἀλλ' ὥσπερ οὐκ ἀγανακτοῦντος ἐπὶ τούτοις τοῦ Θεοῦ, ὡς οὐκ ὄντων κανόνων ἐκκλησιαστικῶν, ἢ οὐ μελλόντων κινδυνεύειν αὐτῶν διὰ τὸ ἐπὶ τούτοις θράσος· ὑβρίζουσι δὲ τῷ τῆς ἀκοινωνησίας ὀνόματι καὶ πᾶσαν τὴν σύνοδον, καὶ δὴ καὶ δημοσίᾳ χαρτίῳ ταῦτα ἐπιθέντες προὔθεσαν εἰς ἀνάγνωσιν τοῖς ἐθέλουσι τοῖς τοῦ θεάτρου τοίχοις προσπήξαντες, ἵνα τὴν αὐτῶν ἀσέβειαν θεατρίσωσι. καὶ οὐ μέχρι τούτων γέγονεν αὐτοῖς τὰ τολμήματα· ἀλλὰ γὰρ καὶ τεθαρρήκασιν, ὡς δράσαντές τι κανονικὸν, καὶ εἰς ἀκοὰς τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων ἀνενεγκεῖν τὰ τοιάδε.

Τούτων οὕτω γεγονότων, ὅ τε ἁγιώτατος καὶ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Ἀλεξανδρέων Κύριλλος, καὶ μὴν καὶ ὁ θεοφιλέστατος τῆς Ἐφεσίων πόλεως ἐπίσκοπος Μέμνων, βιβλία συνθέντες, καὶ αἰτησάμενοι αὐτόν τε τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ τοῦτο δράσαντας, προσήγαγον, ὁρκοῦντες ἡμῶν τὴν ἁγίαν σύνοδον μεταπέμψασθαι κανονικῶς αὐτόν τε Ἰωάννην, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ, ὥστε ἀπολογήσασθαι περὶ ὧν τετολμήκασι, καὶ εἴ τι ἐγκαλεῖν ἔχοιεν, εἰ δύνανται, εἰπεῖν καὶ διελέγξαι. ἐν γὰρ τῷ γραφέντι παρ' αὐτῶν καθαιρετικῷ, μᾶλλον δὲ ὑβριστικῷ χαρτίῳ, πρόφασιν ἔθηκαν· ὅτι Ἀπολλιναριασταὶ καὶ Ἀρειανοὶ καὶ Εὐνομιανοί εἰσι, καὶ διὰ τοῦτο καθῄρηνται παρ' ἡμῶν. ἐνισταμένων τοίνυν τῶν τὴν ὕβριν ὑπομεινάντων τὴν παρ' ἐκείνων, πάλιν ἡμεῖς ἀναγκαίως συνεδράσαντες ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, ὑπὲρ τοὺς διακοσίους ἐπισκόπους ὄντες, μιᾷ καὶ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ κλήσει, ἐν ἡμέραις δυσὶ, κεκλήκαμεν αὐτόν τε Ἰωάννην καὶ τοὺς σὺν

A tasse culpare depositionis tarditatem. Evenerunt autem nobis omnia [1] quæ in spe fuerant contraria. Inventus enim inimicus & hostis tam sanctæ synodo, quam etiam ipsi rectæ fidei ecclesiarum, sicut ipsæ res indicant. Mox enim quod ingressus est Ephesum, nondum excusso itineris pulvere, nec exutis [2] itinerariis indumentis, congregavit quosdam qui cum Nestorio recesserant, & blasphemias contra suum locuti sunt caput, ac [3] non solum deridentes gloriam Christi, & congregans tamquam collegium sibi triginta hominum numerum nomen episcopatus habentium, quorum quidam sunt [4] sine civitatibus, vacantes autem & ecclesias non habentes; alii autem ante multos annos pro acerbis B caussis depositi a suis metropolitis, cum ipsis autem & Pelagiani & Cælestiani, & de his quidam qui a Thessalia projecti sunt; rem præsumsit iniquam, quam nullus [5] horum qui ante eum fuerunt. Composuit etenim solus [6] chartam depositionis quidem nomine, & injuriis affecit sanctissimum & reverentissimum Alexandrinæ urbis episcopum Cyrillum, & reverentissimum coepiscopum nostrum Memnonem Ephesinum, nullo nostrum sciente, sed nec iis qui injuriam pertulerunt agnoscentibus quod agebatur, vel propter quam caussam hoc præsumsissent. Sed tamquam pro his non indignante Deo, & quasi non essent canones ecclesiastici, aut quasi non periclitaturi ipsi propter hanc audaciam, [7] in- C juriis afficiunt excommunicationis nomine etiam omnem synodum. Deinde & publice in charta hæc inserentes proposuerunt ad legendum volentibus, theatri parietibus affigentes, ut suam impietatem [8] spectacula facerent. Sed non huc usque eorum processit audacia: sed enim [9] fiduciam assumserunt. Scripserunt aliquid quasi canonicum, & ad aures piissimorum & amatorum Christi imperatorum referre quæ hujusmodi sunt.

IV. His ita factis, sanctissimus & reverentissimus episcopus Alexandrinorum Cyrillus, nec non & reverentissimus episcopus Ephesinorum civitatis Memnon, libellos a se compositos, [10] quibus insimu- D labant tam ipsum reverentissimum episcopum Joannem, quam eos qui cum eo hoc egerant, obtulerunt, conjurantes nostram sanctam synodum, ut evocaret canonice & ipsum Joannem & eos qui cum eo sunt; quatenus satisfacerent de quibus præsumserant; & si quidem accusare haberent, si possent, dicerent & convincerent. In charta enim quæ scripta est ab eis depositaria, potius autem injuriosa, [11] occasionem inseruerunt: Quia Apollinaristæ & Ariani & Eunomiani sunt, & propter hoc depositi sunt a nobis. Instantibus igitur his qui injuriam sustinuerunt ab illis, iterum nos necessario congregati in magna ecclesia supra ducentos exsistentes episcopi, una & secunda & tertia vocatio- E ne biduo evocavimus & ipsum Joannem & eos qui

1. Supple *iis*.

2. In mss. Colb. & Turon. *exutis mentis:* lectio mutila, quæ ex Nav. Bellov. & Camp. redintegratur. Verbum græcum *ἱμάτιον*, quod apud priscos scriptores *pallium*, seu indumentum quo tunica tegitur, sonat, *indumentum itinerarium* non male auctor noster interpretatur.

3. Male heic *non solum* pro *tantum non* positum est. Aptius versum esset, *contra suum loquebatur caput* (hoc est Christum qui caput est ecclesiæ,) *ac tantum non ludibrio habebant gloriam Christi*.

4. Recentior interpretatio in edit. Rom. & concil. vulgata verbum *ἀπόλιδες* voce *extorres* latine reddit. Ipsius vocis græcæ vim ac potestatem interpres noster, quem & Nicolaus I. hunc locum citans secutus est, aptius expressit. Eo autem nomine illos intelligere est episcopos, qui vacent & ecclesias non habeant, vel quia a populis non sint admissi, vel quia fuerint ejecti.

5. Supple, *ausus est*.

6. Etsi eam composuit solus, tamen cum conciliabulo cui præerat, placuisset *ut Cyrilli & Memnonis depositio, reliquorum vero excommunicatio dictaretur*, totius conventiculi a quo & subscripta est, nomine illam dictavit. Habetur apud Lab. tom. 3. pag. 597.

7. Leg. *injurioso*.

8. Baluz. *in spectacula facerent:* magis arrideret *spectaculo facerent*, seu in theatris manifestam omnibus facerent.

9. Ex græco lege, *ausi sunt, quasi canonicum quid egissent, etiam ad aures*.

10. Pro verbis antiqui interpretis *& convenientes*, ista *quibus insimulabant* ex græco substituenda esse duximus, ne oratio relinqueretur intellectus expers, vel etiam aliquid præter synodi sententiam sonaret.

11. Rectius, *id prætexuerunt*.

αὐτῷ εἰς τὸ συνέδριον, ὥστε διελέγξαι τοὺς ὑβρισμένους, καὶ ἀπολογήσασθαι, καὶ τὰς αἰτίας εἰπεῖν, ἐφ᾽ αἷς τὸ τῆς καθαιρέσεως συνέθηκαν χαρτίον· καὶ οὐκ [1] ἐθάρσησαν ἐλθεῖν. ἔδει δὲ αὐτὸν, εἴπερ ἀληθῶς ἐλέγχειν ἠδύνατο τοὺς μνημονευθέντας ὁσίους ἄνδρας, ὡς αἱρετικοὺς ὄντας, καὶ ὑπαντῆσαι καὶ δεῖξαι τοῦτο ἀληθὲς ὂν, ὃ καὶ λαβὼν ὡς ἰσχυρὸν καὶ ἀναμφίβολον ἔγκλημα, τὴν προπετῆ ψῆφον κατ᾽ αὐτῶν ἐξηνέγκατο. ἀλλ᾽ ὑπὸ σαθροῦ συνειδότος οὐχ ὑπήντησε. τὸ δὲ κατασκευαζόμενον, ἐκεῖνο ἦν· ᾠήθη γὰρ, ὅτι τῆς ἀτόπου ταύτης καὶ ἐκνομωτάτου ὕβρεως λυομένης, συγκαταπτήσεται καὶ ἡ δικαία ψῆφος τῆς συνόδου ἡ ἐξενεχθεῖσα κατὰ τοῦ αἱρετικοῦ Νεστορίου. ἀγανακτήσαντες τοίνυν εἰκότως ἐβουλευσάμεθα μὲν τὴν ἴσην κατ᾽ αὐτοῦ καὶ τῶν ἄλλων ψῆφον ἐξενεγκεῖν ἐννόμως, ἣν αὐτὸς παρανόμως κατὰ τῶν ἐπ᾽ οὐδενὶ κατεγνωσμένων ἔθετο· ὑπὲρ δὲ τοῦ τὴν ἐκείνου προπέτειαν μακροθυμίᾳ νικῆσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα δικαίως ἂν ἔπαθεν αὐτὸ καὶ ἐννόμως, τετηρήκαμεν τῇ κρίσει τῆς σῆς θεοσεβείας καὶ τοῦτο. τέως αὐτοὺς ἀκοινωνήτους ποιήσαντες, καὶ περιελόντες αὐτῶν πᾶσαν ἐξουσίαν ἱερατικὴν, ὥστε μὴ δύνασθαι βλάπτειν δι᾽ οἰκείων ἀποφάσεων. τοὺς γὰρ οὕτως ἀγρίως καὶ ἀπηνῶς καὶ ἀκανονίστως χωρεῖν εἰωθότας ἐπὶ τὰ οὕτω δεινὰ καὶ παγχάλεπα τῶν πεπραγμένων, πῶς οὐκ ἦν ἀναγκαῖον καὶ οὐχ ἑκόντας παρελέσθαι τῆς τοῦ δύνασθαι βλάπτειν ἐξουσίας;

cum eo erant in concilium, quatenus convincerent injuriam passos, & satisfacerent, & caussas dicerent pro quibus depositionis composuerunt chartam: & non [2] præsumsit venire. Oportebat autem eum, si vere convincere poterat memoratos sanctissimos viros quasi exsistentes hæreticos, & venire, & ostendere hoc verum esse, quod accipiens ut validum & indubitatum crimen, temerariam sententiam contra eos protulit. Sed [3] ex fragili conscientia non occurrit. Quod autem construebatur, illud erat: putavit enim [4] quasi hac inepta & injusta injuria soluta; pariter solveretur & synodi justa sententia quæ prolata est contra hæreticum Nestorium. Indignati igitur merito [5] tractavimus quidem æquam tam contra ipsum, quam contra alios sententiam proferre legitime, quam ipse contra leges in eos qui in nullo reprehensi sunt protulit: ut autem illius temeritatem patientia vinceret, licet juste hoc pateretur & legitime, servavimus judicio reverentiæ tuæ hoc. Interim eos sine communione fecimus, amputantes illis omnem potestatem sacerdotalem; ut nullum possint lædere per suas sententias. Eis enim qui ita ferociter & crudeliter & contra canones irruere solent ad pessimas & sævissimas res, quomodo non erat necessarium, [6] quam non habuissent, adimere lædendi potestatem?

Τοῖς μὲν οὖν ἀδελφοῖς ἡμῶν καὶ συλλειτουργοῖς, Κυρίλλῳ τε τῷ ἐπισκόπῳ καὶ Μέμνονι, τοῖς παρ᾽ αὐτῶν ὑπομείνασιν ὕβριν, καὶ κοινωνικοὶ πάντες ἐσμὲν, καὶ μετὰ τὴν ἐκείνων προπέτειαν συνελειτουργήσαμεν καὶ συλλειτουργοῦμεν, κοινῇ πάντες τὰς συνάξεις ἐπιτελοῦντες· ἀκυρώσαντες ἐγγράφως τὰ ἐκείνων παίγνια, ἀνίσχυρά τε καὶ ἀδρανῆ παντελῶς ἀποφήναντες. ὕβρις γὰρ μόνη καὶ ἕτερον οὐδὲν ἦσαν. ἄνδρες γὰρ τὸν ἀριθμὸν τριάκοντα, καὶ οἱ μὲν αἱρέσεως σπίλῳ κατεστιγμένοι· οἱ δὲ ἀπόλιδες καὶ ἐκβεβλημένοι, ποῖον ἔχουσι συνόδου πρόσωπον; ἢ ποίαν ἰσχὺν κατὰ συνόδου συγκροτηθείσης ἐξ ἁπάσης τῆς ὑπ᾽ οὐρανόν; συνήδρευσαν γὰρ ἡμῖν καὶ οἱ παρὰ τῆς ὁσιότητος τῆς σῆς ἀπεσταλμένοι θεοσεβέστατοι ἐπίσκοποι, Ἀρκάδιος καὶ Προϊέκτος, καὶ σὺν αὐτοῖς ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος Φίλιππος, τὴν σὴν ἡμῖν παρουσίαν δι᾽ ἑαυτῶν χαριζόμενοι, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας τὸν τόπον ἀναπληροῦντες. ἀγανακτησάτω τοίνυν προσφόρως ἐπὶ τοῖς γεγενημένοις ἡ σὴ ὁσιότης. εἰ γὰρ δοθείη τοῖς ἐθέλουσιν ἄδεια καὶ τοὺς μείζονας ὑβρίζειν θρόνους, καὶ καθ᾽ ὧν οὐκ ἔχουσιν ἐξουσίαν, παρανόμους οὕτω καὶ ἀκανονίστους ἐκφέρειν ψήφους, μᾶλλον δὲ ὕβρεις, καὶ τοῖς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας τοσούτους ἄθλους ὑπομεμενηκόσιν, ὧν ἕνεκεν καὶ νῦν ἡ εὐσέβεια διὰ τῶν εὐχῶν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀνέλαμψεν, οἰχήσεται πρὸς ἐσχάτην ἀταξίαν τὰ τῆς ἐκκλησίας πράγμα-

V. Fratribus igitur nostris & comministris Cyrillo & Memnoni, qui ab eis sustinuerunt injuriam, & communicatores omnes sumus, & post illorum temeritatem [7] ministravimus cum eis, & simul ministramus, communiter omnes congregationes celebrantes; evacuantes ex scripto illorum lusum, quem invalidum & effectu carentem monstravimus. Injuria enim solummodo erat, & aliud nihil. Viri enim numero triginta, & alii quidem eorum hæretica macula [8] notati, alii autem sine civitatibus & ejecti, qualem habent synodi personam, aut qualem [9] virtutem contra synodum congregatam ex omni orbe qui sub cælo est? Consederunt enim nobiscum & qui a tua sanctitate destinati sunt reverentissimi episcopi Arcadius & Projectus, & cum eis sanctissimus presbyter Philippus, tuam nobis præsentiam per se donantes, & apostolicæ sedis locum replentes. Indignetur ergo tua [10] reverentia competenter pro his quæ facta sunt. Si enim data fuerit volentibus licentia & majores sedes injuriis [11] afficere, & contra eos [12] in quibus non habent potestatem, contra leges sic & contra canones [13] proferre sententias, magis autem injurias, & his qui pro pietate tot certamina sustinuerunt, [14] propter quos & nunc pietas per vestræ reverentiæ orationes effulsit, ibunt ad ultimam confusionem ecclesiæ res. Casti-

1. Leg. ἐθάρσησεν.
2. Græcum verbum postulat *præsumserunt*: sed hoc ex interpretatione latina corrigendum esse orationis series persuadet.
3. Seu, *prava conscientia deterritus præsentiam suam negavit*.
4. Seu *fore ut hac*.
5. Litteræ dum hæret interpres, concilii sententiam involvit penitus nec satis explicat. Hoc autem sibi vult: *Nobis igitur rei indignitate commotis, merito quidem placuerat ejusmodi in illum & alios sententiam secundum leges proferre, cujusmodi ipse contra leges in eos qui nullius criminis convicti sunt, tulerat*.
6. Si vulgatam lectionem græcam sequamur, legendum erit, *vel invitis adimere*. At non οὐχ ἑκόντας, sed οὐκ ἔχοντας noster interpres legit, suffragante ei uno ms. regio, in quo eadem lectio olim a 1. manu exstabat. Eam confirmant & subjecta, in quibus effrenis eorumdem licentia in proferendis sententiis adversus eos, *in quos non habent potestatem*, denuo carpitur.
7. Supple, *quos eos deponere ausi sunt*. Deinde post verbum *ministravimus*, subaudi *in ecclesia*. Ista clarius omni ambiguitate remota sic efferrentur: *sacris una cum eis operati sumus, & adhuc operamur, communiter universi synaxes* (quibus ad fundendas preces & sacrificium Deo offerendum conveniri solet) *celebrantes, cum ludicra illorum scripta abrogassemus, invalidaque ac prorsus irrita & nulla pronuntiassemus*. Gesta quæ synodus Ephesina nunc *ludicra* vocat, in epistola ad imperatores appellat *nugatoria*, persuasum videlicet habens ea ab episcopis minime serio patrari potuisse.
8. Scil. *Pelagiani & Cælestiani*.
9. Leg. *potestatem*.
10. Apud Nicolaum, qui hunc locum epist. VIII. citat, *religio*, nullo alio in ceteris discrimine.
11. Forte, *affiiciendi*.
12. Leg. *in quos*.
13. Leg. *proferendi sententias, aut potius injurias*.
14. Ita ms. Bellov. Alii vero quatuor, *quorum caussa*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



τα. σωφρονισθέντων δὲ καθ' ὃν προσήκει τρόπον τὰ τοιαῦτα τετολμηκότων, ἀργήσει πᾶς θόρυβος, καὶ ἡ πρέπουσα τοῖς κανόσιν αἰδὼς παρὰ πάντων σωθήσεται.

Αναγνωσθέντων δὲ ἐν τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τῶν ὑπομνημάτων τῶν πεπραγμένων ἐπὶ τῇ καθαιρέσει τῶν ἀνοσίων Πελαγιανῶν καὶ Κελεστιανῶν, Κελεστίου, Πελαγίου, Ιουλιανοῦ, Περσιδίου, Φλώρου, Μαρκελλίνου, Ορεστίου καὶ τῶν τὰ αὐτὰ τούτοις φρονούντων, ἐδικαιώσαμεν καὶ ἡμεῖς ἰσχυρὰ καὶ βέβαια μένειν τὰ ἐπ' αὐτοῖς ὁρισμένα παρὰ τῆς σῆς θεοσεβείας. καὶ σύμψηφοι πάντες ἐσμὲν, καθῃρημένους ἔχοντες αὐτούς. ὑπὲρ δὲ ἀκριβοῦς ἀμαθίας ἁπάντων τῶν πεπραγμένων, ἀπεστείλαμεν καὶ τὰ ὑπομνήματα καὶ τὰς ὑπογραφὰς τῆς συνόδου. ἐῤῥῶσθαί σε καὶ μνημονεύειν ἡμῶν τῷ κυρίῳ εὐχόμεθα, ἀγαπητὲ καὶ ποθεινότατε.

A gatis autem secundum congruum modum talia audentibus vacabit omnis turbatio, & condecens canonibus reverentia ab omnibus servabitur.

VI. Lectis vero in sancta synodo gestis quæ celebrata sunt in depositionem irreligiosorum Pelagianorum & Cælestinorum, Cælestii, Pelagii, Juliani, Præsidii, Flori, Marcelliani, [1] Orontii, & similia eis [2] sapientibus, censemus & nos valida & firma perdurare quæ definita fuerunt a tua reverentia, & consentanei sumus in sententia omnes, depositos eos habentes. Ut autem integre omnia cognoscas quæ acta sunt, destinavimus [3] gesta. *Et subscriptio.* Salvum te esse, & ut memor nostri sis B in Domino, deprecamur, dilectissime & desiderantissime. Subscripserunt & deinceps omnes episcopi secundum nomen.

E P I S T O L A XXI.

B. Cælestini papæ I. ad episcopos Galliarum.

I. *De Prospero & Hilario, qui quosdam Galliæ presbyteros accusant Pelagii sectatores.*
II. *De sancto Augustino mira laudis assertio.*
III. *Præteritorum sedis apostolicæ episcoporum auctoritates de gratia Dei.*
IV. *Quod Adam omnes læserit, nec quemquam nisi Christi gratia posse salvari.*
V. *Quod nemo sit bonus suis viribus, nisi participatione ejus qui solus est bonus.*
VI. *Quod nisi gratia Dei continua juvemur, insidias diaboli devitare non possumus.*
VII. *Quod per Christum libero bene utamur arbitrio.*
VIII. *Quod omnia sanctorum merita dona sint Dei.*
IX. *Quod omnis sancta cogitatio & motus piæ voluntatis ex Deo sit.*
X. *Quod gratia non solum peccata dimittat, sed etiam adjuvet ne committantur, & præstet ut lex impleatur; non, sicut ait Pelagius, facile, quasi sine Dei gratia difficilius possit impleri.*
XI. *Quod præter statuta sedis apostolicæ, omnes orationes ecclesiæ Christi gratiam resonent, qua genus reparatur humanum,* (addit Isid. Mercator) *& ab æterna damnatione reducitur.*
XII. *Quod gratiam Dei etiam baptizandorum testetur instituta purgatio, cum exorcismis & exsufflationibus spiritus ab eis expelluntur immundi.*
XIII. *Quod profundiores quæstiones nec contemnendæ sint, nec penitus asserendæ.*

Dilectissimis fratribus VENERIO, MARINO, LEONTIO, AUXONIO, ARCADIO, [4] FILLUCIO & ceteris Galliarum episcopis CÆLESTINUS.

I. APostolici verba præcepti sunt [a], apud Judæos atque Gentiles sine offensione nos esse debere. Hoc quisquis Christianus est, tota animi virtute custodit. Quod cum ita sit, non parum pe- C riculi illum manere poterit ante Deum, qui hoc detrectat etiam fidelibus [5] exhibere. Nam qualiter nos qui neminem perire volumus, ista contristent, quæ auctoribus Christianis percellunt animos Christianos, dominicus in evangelio sermo testatur. Ait enim ipse Salvator, quod [b] expediat scandalizanti unum de pusillis, in maris profundum demergi; & ideo, quæ sit ejus jam pœna quæramus, cui tale supplicium legimus expedire.

a I. Cor. X. 32. *b* Matth. XVIII. 6.

1. Nostri mss. *Laurentii*. Aliis in libris ad imitationem græci textus, *Orentii*. Indubitatum est legendum esse *Orontii*, de quo Nestorius supra scribebat epist. VI. n. 1. *Julianus quidem & Florus & Orontius & Fabius, dicentes se occidentalium partium episcopos*, & epist. VII. *Sæpe scripsi beatitudini tuæ propter Julianum, Orontium & cæteros*. Huic Orontio inscripta est epistola, quam Annianus insignis Pelagii affecla homiliis Joannis Chrysostomi in Matthæum præfixit.

2. Legendum *est sapientium*, nisi malis *& eorum qui eadem sentiunt*.

3. Quæ sint illa de Pelagianis gesta, quæ in synodo recitata, & ab eadem firmata heic dicuntur, quæritur. Henricus Norisius lib. 2. hist. Pelag. c. 9. inde infert nonnulla a Cælestino publicata fuisse gesta, quæ temporum injuria interciderint. At hujusmodi gestorum vel decretorum Cælestinus nusquam meminit, etiam cum eorum mentio ipsi necessario facienda videbatur. Quippe a Nestorio semel & iterum immo & *sæpe* rogatus de Pelagianis quid sentiendum esset, epist. XIII. iteratis ejus petitionibus satisfaciens, hoc unum n. 8. respondet: *Hos quoque hæreticos, de quibus nos, velut eorum quæ gesta sunt nescius, consulere voluisti, sedibus suis injusta dicentes justa expulit damnatio:* ubi sicut & in subnexis, nihil quidem novi a se adversus Pelagianos gestum vel decretum memorat, sed satis habet D ea in mentem revocare gesta vetera, quæ ignorare Nestorius nequibat, quæ decessor ipsius Sisinius quærere non eguit, quibus & antea Articus assentiens de damnatis a se Pelagianis gesta Romam direxerat. Non alia igitur adversus Pelagianos gesta in Ephesina synodo lecta merito videantur, quam quæ Cælestinus in mox laudata epistola XIII. commemorat. Eodem attinet illud Prosperi contra Collat. c. 21. n. 58. *Per hunc virum* (Cælestinum) *etiam orientales ecclesiæ gemina peste purgatæ sunt, quando Cyrillo Alexandrinæ urbis antistiti gloriosissimo fidei catholicæ defensori ad exsecandam Nestorianam impietatem apostolico auxiliatus est gladio: quo etiam Pelagiani, dum cognatis confæderarentur erroribus iterum prosternerentur*. Eodem quippe tempore & epistola ad Cyrillum qua Nestorii errores damnantur, & epistola ad hunc hæresiarcham qua Pelagianorum damnatio confirmatur, a Cælestino conscriptæ sunt. Tillemontius tom. 13. pag. 752. non alia existimat gesta Ephesi recitata, nisi ejus synodi Romanæ, qua, præsidente Zosimo, Pelagius & Cælestius iterum, cumque eis Julianus & socii damnati & a sedibus suis abacti sunt.

4. Edit. Merl. Crab. & Rom. *Sillucio*. Posteriores cum exemplis coll. Hadr. *Filtanio*. Retinemus cum sincero coll. Dion. exemplari regio nec non mss. coll. Hisp. & Isid. *Fillucio*.

5. Apud Lab. *debere:* refragantibus aliis libris.

CAP. I. II. Filii noſtri præſentes Proſper & Hilarius, A quorum circa Deum noſtrum ſolicitudo laudanda eſt, tantum neſcio quibus presbyteris illic licere, qui diſſenſioni eccleſiarum ſtudeant, ſunt apud nos proſecuti, ut indiſciplinatas quæſtiones vocantes in medium, pertinaciter eos dicant prædicare adverſantia veritati. Sed veſtræ dilectioni juſtius imputamus, quando illi ſupra vos habent copiam diſputandi. Legimus [a] ſupra magiſtrum non eſſe diſcipulum, hoc eſt, non ſibi debere quemquam in injuriam doctorum vindicare doctrinam. Nam & hos ipſos a Deo noſtro poſitos novimus ad docendum; cum ſit, dicente Apoſtolo [b], eis tertius [1] locus intra eccleſiam deputandus. Quid illic ſpei eſt, ubi magiſtris tacentibus, ii loquuntur qui, ſi ita B eſt, eorum diſcipuli non fuerunt? Timeo ne connivere ſit, hoc tacere. Timeo ne magis ipſi loquantur, qui permittunt illis taliter loqui. In talibus cauſſis non caret ſuſpicione taciturnitas: quia occurreret veritas, ſi falſitas diſpliceret. Merito namque cauſſa nos reſpicit, ſi ſilentio [2] foveamus errorem. Ergo corripiantur hujuſmodi. Non ſit his [3] liberum, habere pro voluntate ſermonem. Deſinat, ſi ita res ſunt, inceſſere novitas vetuſtatem: deſinat eccleſiarum quietem inquietudo turbare. Conantur ſæpe naufragio mergere, quos intra portum ſtantes, ſtatio facit fida ſecuros. Fida quippe eſt omnium ſtatio, quorum perfectis greſſibus veſtigia non moventur. Recurrerunt ad apo- C ſtolicam prædicti ſedem; hæc ipſa nobis, quæ tentat perturbatio, conquerentes. Habetote, fratres cariſſimi, pro catholicæ plebis pace tractatum. Sciant ſe, ſi tamen [4] cenſentur presbyteri, dignitate vobis eſſe ſubjectos. Sciant quod ſibi omnes qui male docent, diſcere magis ac magis competat, quam docere. Nam quid in eccleſiis vos agitis, ſi illi ſummam teneant prædicandi? Niſi forte illud obſiſtat, quod non auctoritate, non adhuc ratione colligitur, ut aliqui e fratrum numero, nuper de laicorum conſortio in collegium noſtrum fortaſſis admiſſi, neſciant quid ſibi debeant vindicare. Super his [5] multa jam dicta ſunt eo tempore, quo ad fratris Tuentii dedimus ſcripta reſponſum. Nunc tamen repetentes ſæpius admonemus: vitentur hujuſmodi, qui laborant per terras aliud, quam ille noſter juſſit agricola, ſeminare. Nec tamen mirari poſſumus, ſi hæc erga viventes hi nunc tentare audent, qui nituntur etiam quieſcentium fratrum memoriam diſſipare.

CAP. II. III. Auguſtinum ſanctæ recordationis virum pro vita ſua atque meritis in noſtra communione ſemper habuimus, nec umquam hunc ſiniſtræ ſuſpicionis ſaltem rumor adſperſit: quem tantæ ſcientiæ olim fuiſſe meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam ante a meis [6] ſemper deceſſoribus haberetur. Bene ergo de eo omnes in communi ſenſerunt, utpote qui ubique cunctis & amori fuerit & honori. Unde reſiſtatur talibus, quos male creſcere videmus. Nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque convenit macerari; quamvis maneat hos beatitudo promiſſa, [c] quicumque probantur perſecutionem propter juſtitiam ſuſtinere. Quibus quid promittat Dominus in futurum, ſequens ſermo declarat. Non eſt agentium cauſſa [7] ſolorum; univerſalis eccleſia quacumque novitate pulſatur. Intelligamus hæc ipſa vobis, quæ nobis non placent, diſplicere. Quod ita demum probare poterimus, ſi impoſito improbis ſilentio, de tali re in poſterum querela ceſſabit. Deus vos incolumes cuſtodiat, fratres cariſſimi.

[8] INCIPIUNT PRÆTERITORUM SEDIS APOSTOLICÆ EPISCOPORUM AUCTORITATES DE GRATIA DEI [9].

CAP. III. IV. Quia nulli, qui catholico nomine gloriantur, in damnatis hæreticorum ſenſibus ſeu pravita-

a Luc. VI. 40. *b* I. Cor. XII. 28. *c* Matth. V. 10.

1. In mſ. Reg. deſideratur *locus*. Reſpicit Cæleſtinus ad illud Paulli, *Quoſdam quidem poſuit in Eccleſia, primum apoſtolos, ſecundo prophetas, tertio doctores*.

2. Ita Dionyſii exemplar regium. Nec aliter legit Vincentius Lirin. c. 43. At in coll. Hadr. ſubſtitutum eſt *faveamus errori*: quam lectionem auctor coll. Hiſp. & Iſid. indeque epiſtolæ hujus editores arripuerunt.

3. In hæc verba Vincentius Lirin. quæſtionem iſtam proponit: *Heic aliquis fortaſſe addubitet, quinam ſint illi, quos habere prohibeat liberum pro voluntate ſermonem, vetuſtatis prædicatores, an novitatis adinventores*. Ac proxime adjungit: *Ipſe dicat* (Cæleſtinus,) *& dubitationem legentium ipſe diſſolvat. Sequitur enim: Deſinat, inquit, ſi ita res eſt, id eſt, ſi ita eſt ut apud me quidam urbes & provincias veſtras criminantur, quod eas quibuſdam novitatibus conſentire noxia diſſimulatione faciatis; deſinat, inquit, ſi ita res eſt, inceſſere novitas vetuſtatem*. A Vincentio autem ibi Cæleſtini dicta adverſus Auguſtini doctrinam ejuſque defenſores arte arguta detorquere, Henric. Noriſius lib. 2. hiſt. Pelag. pag. 429. & 250. contendit. Perſpicuum tamen eſt illud, *ſi ita res ſunt*, non ideo a Cæleſtino proxime adjungi, quia utri novatores habendi eſſent, Auguſtini ne doctrinæ adverſarii, an ejus defenſores, dubitaret; ſed quia dictabat prudentia, ut presbyteros illos quos eccleſiarum diſſenſioni ſtudere Proſper & Hilarius detulerant, nequaquam damnaret, niſi rem ita eſſe, hoc eſt veram eſſe illorum delationem, conſtitiſſet. Neque minus evidens eſt Cæleſtinum defenſionis antiquæ doctrinæ laudem Auguſtino tribuere, utpote *quem tantæ olim ſcientiæ fuiſſe*, inquit, *meminimus, ut inter magiſtros optimos etiam ante a meis ſemper deceſſoribus haberetur*. Alioqui novitatis doctorem a deceſſoribus ſuis *inter magiſtros optimos* habitum fuiſſe concederet. Neque facile crediderimus Vincentium ea fuiſſe animi cæcitate, ut illum evidentia tanta fugeret; aut ea ſimulatione, ut aliud tentaret ſuadere; vel etiam de aliis ita male ſenſiſſe, ut hoc eis contra manifeſtam veritatem perſuadere ſe poſſe confideret.

D 4. Editi, *cenſeantur presbyterii dignitate*: corriguntur ex ſcriptis.

5. Utrum *ſuper his*, quos e laicorum conſortio in collegium epiſcopale admiſſos proxime queſtus eſt, an *ſuper his* quos nova prædicare acceperat, dederit illud ad Tuentii ſcripta reſponſum; num etiam Tuentius is fuerit, quem Zoſimus epiſt. IV. n. 4. ut illegitime a Proculo Maſſilienſi epiſcopo ordinatum, in quocumque gradu eccleſiaſtico ſuſcipi vetat, aliorum permittimus judicio. Probabile tamen eſt, Tuentium hunc ab illo non eſſe diverſum, nec non de iis qui indiſciplinatas quæſtiones in medium vocabant, ad illius ſcripta fuiſſe reſponſum. Hoc reſponſum non exſtat. Deinceps luce clarius eſt, eorum nomine qui novas in eccleſiam doctrinas inducere moliuntur, non Hilarium a Cæleſtino intelligi aut Proſperum, ſed eos *qui nituntur etiam quieſcentium fratrum* (ac nominatim Auguſtini) *memoriam diſſipare* atque infamare.

6. Ex Merl. & mſs. revocatur *ſemper*, quod a Crab. ac E deinceps omiſſum fuerat.

7. In mſs. coll. Iſid. *ſola*. Apud Merl. *ſolarum*. Tum in aliis editis additur *quando*. Hæc vox abeſt a mſs. ſed in eorum unum, loco *ſolorum*, irrepſit *ſola cum*. Ex iſto autem *cum*, prædicta vox *quando* originem habuiſſe probabiliter credatur. Cæleſtini mens hoc ſyllogiſmo fiet manifeſtior. Univerſalem eccleſiam pulſat quæcumque novitas. Atqui cauſſa quæ agitur, novitatem ſapit. Non eſt igitur unorum agentium ſeu litigantium, ſed totius eccleſiæ cauſſa.

8. Verbum *Incipiunt*, quo alterum ſcriptum ab antecedente epiſtola diſtinctum deſignatur, exſtat in omnibus coll. Dion. aut Hadr. exemplaribus. Expunctum eſt autem ab Hiſpanæ collectionis compilatore, quem & Iſidorus ſecutus eſt. At in veteribus edit. concil. ac Rom. totus hic titulus omiſſus fuit.

9. Queſn. & Lab. poſt Sirm. heic addunt, *& libero voluntatis arbitrio*: quod a mſs. tum heic, tum in generali titulorum indice abeſt. Ad hujus quidem Indiculi calcem

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

te sive imperitia demorantes, piissimis disputatoribus obviare præsumunt; & cum Pelagium atque Cælestium anathematizare non dubitent, [1] magistris tamen nostris, tamquam necessarium modum excesserint, obloquuntur, eaque tantummodo sequi & probare profitentur, quæ sacratissima beati apostoli sedes Petri contra inimicos gratiæ Dei per ministerium præsulum suorum sanxit & docuit: necessarium fuit diligenter inquirere, quid rectores Romanæ ecclesiæ de hæresi quæ eorum temporibus exorta fuerat, judicarint, & contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei sentiendum esse censuerint; ita ut etiam Africanorum conciliorum quasdam sententias jungeremus, quas utique suas fecerunt apostolici antistites, cum probarunt. Ut ergo plenius qui in aliquo dubitant instruantur, constitutiones sanctorum patrum compendioso manifestamus indiculo, quo si quis non nimium est contentiosus, agnoscat omnium disputationum connexionem ex hac subditarum auctoritatum brevitate pendere, nullamque sibi contradictionis superesse rationem, si cum catholicis credat & dicat.

CAP. IV. V. In prævaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia Dei miserantis erexerit, pronuntiante beatæ memoriæ Innocentio papa, atque dicente in epistola [2] ad Carthaginense concilium: „ Liberum enim arbitrium „ [3] olim ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in prævaricationis profunda „ demersus est: & nihil, quemadmodum exinde „ [4] surgere posset, invenit: suaque in æternum „ libertate deceptus, hujus ruinæ [5] jacuisset oppressu, nisi eum post Christi [6] pro sua gratia „ relevasset adventus, qui per novæ regenerationis purificationem omne præteritum vitium sui „ baptismatis lavacro purgavit. „

CAP. V. VI. Neminem esse per semet ipsum bonum, nisi participationem sui ille donet, qui solus est bonus. Quod in eisdem scriptis ejusdem pontificis sententia protestatur, dicens: [7] „ Numquid nos de eorum „ posthac rectum mentibus æstimemus, qui sibi se „ putant debere quod boni sunt, nec illum considerant cujus quotidie gratiam consequuntur [8], „ qui sine illo tantum se assequi posse confidunt? „

CAP. VI. VII. Neminem etiam baptismatis gratia renovatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias & ad vincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adjutorium Dei perseverantiam bonæ conversationis acceperit. Quod ejusdem antistitis in eisdem paginis [9] doctrina confirmat, dicens: „ Nam „ quamvis hominem [10] redemisset a præteritis ille „ peccatis; tamen sciens iterum posse peccare, ad „ reparationem sibi, quemadmodum posset illum „ & post ista corrigere, multa servavit, quotidiana præstans illi remedia; quibus nisi freti confisique nitamur, nullatenus humanos vincere poterimus errores. Necesse est enim, ut quo auxiliante vincimus, eo iterum non adjuvante vincamur. „

CAP. VII. VIII. Quod nemo, nisi [11] per Christum, libero bene utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Milevitanum concilium data [12] prædicat, dicens: „ Adverte tandem o pravissimarum mentium perversa doctrina, quod primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis „ ejus utitur, in prævaricationem præsumtione concideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei providentia regenerationis statum pristinæ libertatis „ Christi Domini reformasset adventus. „

CAP. VIII. IX. Quod [13] omnia studia & omnia opera ac merita sanctorum ad Dei gloriam laudemque referenda sint; quia nemo aliunde ei placet, nisi ex eo quod ipse donaverit: in quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis papæ Zosimi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis episcopos, ait: „ Nos autem instinctu Dei (omnia enim bona ad auctorem suum referenda sunt, unde nascuntur) ad fratrum & coepiscoporum nostrorum „ conscientiam universa retulimus. „ Hunc autem sermonem sincerissimæ veritatis luce radiantem tanto Afri episcopi honore venerati sunt, ut ita ad eumdem virum [14] scriberent: „ Illud vero, quod „ in litteris quas ad universas provincias curasti „ esse mittendas, posuisti dicens: " Nos tamen instinctu Dei, &c. sic accepimus dictum, ut illos, qui contra Dei adjutorium [15] extollunt hu-

in iisdem mss. legere est, *Expliciunt præteritorum sedis apostolicæ episcoporum auctoritates de gratia Dei & libero arbitrio*: sed titulum in fronte præmissum sinceriorem esse, fidem facit ipse qui has auctoritates collegit. Hanc enim operam ideo a se susceptam testificatur, *ut contra nocentissimos liberi arbitrii defensores quid de gratia Dei* (nec addit, *& de libero arbitrio*) *censuerint Romanæ ecclesiæ rectores* innotesceret.

1. In priscis edit. ut in mss. *magistros tamen nostros*.

2. Epist. XXIX. num. 6.

3. Vox *olim* apud Merl. & in mss. desideratur. Quesn. ut in epistola Innocentii, substituit, *libero enim arbitrio olim ille perversus*, ita & heic lectionem eamdem retinuit: mss. non minus heic, quam in epistola Innocentii reluctantibus. Si quid mihi de meo mutare liceret, mallem, ut dixi, *Libero enim arbitrio . . . permissus*.

4. Sirm. Lab. & Quesn. post veteres edit. concil. & Rom. *resurgere*: refragantibus mss. quibus Prosper contra Collat. c. 5. n. 15. Augustinus lib. 2. ad Bonifac. c. 4. n. 6. & Innocentius concinunt.

5. Ita nostri mss. nisi quod in iis, quomodo apud Prosperum contra Collat. in codice Corb. habetur, & quomodo & apud Augustinum lib. 2. ad Bonifac. pluribus in mss. haberi observatum est, exstat *latuisset*. At legitur apud Merl. *hujus ruina latuisset oppressis*, apud Crab. *hujus ruina jacuisset oppressus*, in edit. Rom. *huic ruinæ jacuisset oppressus*, apud Sirm. Lab. & Quesn. *huic ruinæ subjacuisset oppressus*.

6. Ita mss. constanter sive heic, sive in locis Augustini & Prosperi, ubi hæc eadem citantur, sive in ipsa Innocentii epistola. At Sirm. & Quesn. cum edit. concil. & Rom. *per suam gratiam*.

7. Edit. concil. nec non Rom. & Sirm. *Numquid*: corriguntur ex sincero Dion. exemplari regio, quod & cum laudata Innocentii epistola consentit. Mox ms. Coislin. cum uno Harlæo, *qui sibi reputant deberi*. Verbum autem *deberi* etiam in priscis edit. concil. ac Rom. ut in plerisque mss. obtinet.

8. Quædam heic prætermittuntur Innocentii verba, sive brevitatis ergo data opera, sive, propter iteratum verbum *consequuntur*, librariorum lapsu.

9. Epist. XXIX. num. 6.

10. Apud Merl. & Crab. ut in mss. *redimeret*.

11. Edit. Rom. post Merl. & Crab. *per gratiam libero*.

12. Epist. XXXI. num. 3.

13. Petrus diaconus ac socii in epistola ad Afros in Sardinia exsules apud Fulgentium epist. XVI. c. 8. n. 26. hæc verba sic accipientes, quasi ad proximum Innocentii locum attinerent, ita citant: *Similiter Innocentius apostolicæ sedis antistes in epistola ad concilium Milevitanum, Omnia, inquit, studia & omnia opera ac merita . . . nisi ex eo quod ipse donaverit*. Tum his adjungunt: *Quod diligentius manifestiusque in epistola sua ad papam Zosimum replicando ipsius papæ sententiam explicant Africana concilia dicendo, Illud autem quod in litteris* &c. ut infra.

14. Ita mss. At editi, *rescriberent*. Ut Zosimi, ita & Afrorum, laudata scripta ad nos non pervenerunt.

15. Reg. ms. *extendunt*.

„ mani arbitrii libertatem, districto gladio veritatis velut cursim transiens amputares. Quid enim tam libero fecistis arbitrio, quam quod universa in nostræ humilitatis conscientiam retulistis? Et tamen instinctu Dei factum esse fideliter sapienterque vidistis, veraciter fidenterque dixistis. Ideo utique, quia [a] præparatur voluntas a Domino, & ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangit corda [1] filiorum. [b] Quotquot enim spiritu Dei aguntur, hi filii Dei sunt; ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusque voluntatis humanæ singulis motibus magis illius valere non dubitemus auxilium.

CAP. IX. X. Quod ita Deus in cordibus hominum atque in ipso libero operetur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisque motus bonæ voluntatis ex Deo sit: quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus. Ad hanc enim nos professionem idem doctor instituit, qui cum ad totius orbis episcopos de divinæ gratiæ opitulatione loqueretur: „ Quod ergo, ait, tempus intervenit, quo ejus non egeamus auxilio? In omnibus igitur actibus, caussis, cogitationibus, motibus, adjutor & protector orandus est. Superbum est enim, ut quidquam sibi humana natura præsumat, clamante Apostolo: [c] *Non est nobis colluctatio adversus carnem & sanguinem, sed contra principes & potestates aeris hujus, contra spiritalia nequitiæ in cælestibus.* Et sicut ipse iterum dicit: [d] *Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hujus? Gratia Dei per Jesum Christum Dominum nostrum.* Et iterum: [e] *Gratia Dei sum id quod sum, & gratia ejus in me vacua non fuit: sed plus illis omnibus laboravi. Non ego autem, sed gratia Dei mecum.*

CAP. X. XI. „ Illud etiam quod intra [2] Carthaginiensis synodi decreta constitutum est, quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur, quod scilicet tertio capitulo definitum est: Ut quicumque dixerit, gratiam Dei qua justificamur per Jesum D Christum Dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum valere quæ jam commissa sunt, non etiam ad adjutorium ut non committantur, anathema sit. Et iterum quarto capitu- A lo, Ut quisquis dixerit, gratiam Dei per Jesum Christum propter hoc tantum nos adjuvare ad non peccandum, quia per [3] ipsam nobis revelatur & aperitur intelligentia mandatorum, ut sciamus quid appetere & quid vitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognovimus, etiam facere diligamus atque valeamus, anathema sit. Cum enim dicat Apostolus, [f] *Scientia inflat, caritas vero ædificat*: valde impium est ut credamus, ad eam quæ inflat nos habere gratiam Christi, & ad eam quæ ædificat non habere; cum sit utrumque donum Dei, & scire quid facere debeamus, & diligere ut faciamus, ut ædificante caritate, B scientia non possit inflare. Sicut autem de Deo scriptum est: [g] *Qui docet hominem scientiam*: ita scriptum est etiam: [h] *Caritas ex Deo est.* Item quinto capitulo: Ut quisquis dixerit, ideo nobis gratiam justificationis dari, ut quod facere per liberum jubemur arbitrium, facilius possimus implere per gratiam; tamquam &, si gratia non daretur, non quidem facile, sed tamen possimus etiam sine illa implere divina mandata, anathema sit. De fructibus enim mandatorum Dominus loquebatur, ubi non ait, Sine me difficilius potestis facere, sed ait: [i] *Sine me nihil potestis facere.* „

C XII. Præter has autem beatissimæ & apostolicæ sedis inviolabiles sanctiones, quibus nos piissimi patres, pestiferæ novitatis electione dejecta, & bonæ voluntatis exordia, & incrementa probabilium studiorum, & in eis usque in finem perseverantiam ad Christi gratiam referre docuerunt; obsecrationum quoque sacerdotalium sacramenta respiciamus, quæ ab Apostolis [4] tradita, in toto mundo atque in omni ecclesia catholica uniformiter celebrantur, ut legem credendi, lex statuat supplicandi. Cum enim sanctarum plebium præsules mandata sibimet legatione fungantur, apud divinam clementiam humani generis agunt caussam, & tota secum ecclesia congemiscente, postulant & precantur, ut infideli- D bus donetur fides, ut idololatræ ab impietatis suæ liberentur erroribus, ut Judæis ablato cordis velamine lux veritatis appareat, ut hæretici catholicæ fidei [5] perceptione resipiscant, ut schismatici spiritum redivivæ caritatis accipiant, ut lapsis pœni- CAP. XI.

a Prov. VIII. 25. sec. LXX. *b* Rom. VIII. 14. *c* Ephes. VI. 12. *d* Rom. VII. 24. *e* I. Cor. XV. 10.
f I. Cor. VIII. 1. *g* Psalm. XCIII. 10. *h* I. Joan. IV. 7. *i* Joan. XV. 5.

1. Editi, *corda fidelium*. Concinnius in mss. ut & apud Prosperum contra Collat. c. 5. n. 17. *corda filiorum*.

2. Qui Romanam curavit editionem, annotavit decretum hoc & sequentia in Milevitana synodo haberi. Ea quidem in editionibus conciliorum sub nomine Milevitani II. concilii anno 416. celebrati can. 3. 4. & 5. leguntur. Sed ad Carthaginiense concilium anno 418. Kalendis Maii habitum ea pertinere, cum ex Codice canonum ecclesiæ Africanæ cap. III. 112. & 113. tum ex veteribus exem- E plaribus Codicis a Quesnello editi cap. 13. ut ex his Zosimi verbis liquet. Prosper vero lib. contra Collat. c. 5. e tribus illis decretis medium sic oratorio loquendi modo laudat: *Erraverunt Africana concilia, quæ decretis suis constituerunt, utrumque donum Dei esse, & scire quid faciamus, & diligere ut faciamus.* Hæc porro verba, *Illud etiam quod intra Carthaginiensis synodi decreta constitutum est*, &c. non auctoritatum illarum collector, sed ipse Zosimus proferre ac prosequi censendus est. Neque vero in collectorem, sed in apostolicæ sedis præsulem conveniunt ista: *quasi proprium apostolicæ sedis amplectimur*. Quæ autem heic a Zosimo vocantur 3. 4. & 5. capitula, in Quesnelli Codice 4. 5. & 6. appellantur.

3. In exemplis coll. Hadr. ut in Codice Quesnelli, *per ipsum*. At in Cod. can. eccl. Afric. latine & græce *per ipsam*, quomodo legit Dionysius, atque etiamnum in regio exemplari collectionis ejus exstat.

4. Nominatimque a Paullo I. *Tim.* II. 1. cujus verbis in medium prolatis scriptor librorum de vocation. gentium lib. 1. c. 12. subdit: *Præcepit itaque Apostolus, immo per Apostolum Dominus qui loquebatur in Apostolo, fieri obsecrationes, postulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus, pro iis qui in sublimitate sunt. Quam legem supplicationis ita omnium sacerdotum & omnium fidelium devotio tenet, ut nulla pars mundi sit, in qua hujusmodi orationes non celebrentur a populis Christianis. Supplicat ergo ubique ecclesia Deo non solum pro sanctis & in Christo jam regeneratis, sed etiam pro omnibus infidelibus . . . pro Judæis, pro hæreticis & schismaticis.* Nimirum *justus Dominus pro omnibus sibi vult hominibus supplicari, ut cum videmus de tam profundis malis innumeros erui, non ambigamus Deum præstitisse, quod ut præstaret oratus est.* Eodem argumento Augustinus non semel utitur. Ejus ex epistola CVII. olim CCVII. ad Vitalem verba heic referre satis est: *Exsere*, inquit n. 2. *contra orationes ecclesiæ disputationes tuas; & quando audis sacerdotem Dei ad altare exhortantem populum Dei orare pro incredulis, ut eos convertat ad fidem, & pro catechumenis, ut eis desiderium regenerationis inspiret, & pro fidelibus, ut in eo quod esse cœperunt, ejus munere perseverent, subsanna pias voces.* Et num. 26. *Numquid orare prohibebis ecclesiam pro infidelibus, ut sint fideles, pro iis qui nolunt credere, ut velint credere*, &c. Quibus locis ritus quem etiamnum ecclesia in die Parasceves observat, antiquitas commendatur.

5. In mss. coll. Hadr. *perfectione*. Rectius Dion. codex regius, *perceptione*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

tentiæ [1] remedia conferantur, ut denique catechumenis ad regenerationis sacramenta perductis cælestis misericordiæ aula reseretur. Hæc autem non perfunctorie neque inaniter a Domino peti, rerum ipsarum monstrat effectus: quandoquidem ex omni errorum genere plurimos Deus dignatur attrahere, quos [a] erutos de potestate tenebrarum, transferat in regnum filii caritatis suæ, & [b] ex vasis iræ faciat vasa misericordiæ. Quod adeo totum divini operis esse sentitur, ut hæc efficienti Deo gratiarum semper actio laudisque confessio pro illuminatione talium vel correctione referatur.

CAP. XII. XIII. Illud etiam, quod circa baptizandos in universo mundo sancta ecclesia uniformiter agit, non otioso contemplamur intuitu. Cum sive parvuli sive juvenes ad regenerationis veniunt sacramentum, non prius fontem vitæ adeunt, quam exorcismis & exsufflationibus clericorum, spiritus ab eis immundus abigatur: ut tunc vere appareat, quomodo [c] princeps mundi hujus mittatur foras, & quomodo [d] prius alligetur fortis, & deinceps vasa ejus diripiantur; in possessionem translata victoris, qui [e] captivam ducit captivitatem & dat dona hominibus.

XIV. His ergo ecclesiasticis regulis, & ex divina sumtis auctoritate documentis, ita adjuvante Domino [2] confirmati sumus, ut omnium bonorum affectuum atque operum, & omnium studiorum omniumque virtutum quibus ab initio fidei ad Deum A tenditur, Deum profiteamur auctorem: & non dubitemus, ab ipsius gratia [3] omnia hominis merita præveniri, per quem fit [f] ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Quo utique auxilio & munere Dei non aufertur liberum arbitrium, sed liberatur; ut de tenebroso lucidum, de pravo rectum, de languido sanum, de imprudente sit providum. Tanta enim est erga omnes homines bonitas Dei, ut nostra velit esse merita quæ sunt ipsius dona; & pro his quæ largitus est, æterna præmia sit donaturus. Agit quippe in nobis, ut quod vult, & velimus & agamus, nec otiosa in nobis esse patitur, quæ exercenda, [4] non negligenda, donavit, ut & nos [5] cooperatores simus B gratiæ Dei. Ac si quid in nobis ex nostra viderimus remissione languescere, ad illum solicite recurramus, [g] qui sanat omnes languores nostros, & redimit de interitu vitam nostram, & cui quotidie dicimus: [h] *Ne inducas nos in tentationem, sed libera nos a malo.*

XV. Profundiores vero difficilioresque partes [6] incurrentium quæstionum, quas latius pertractarunt qui hæreticis restiterunt, sicut non audemus contemnere, ita non necesse habemus adstruere: quia ad confitendum gratiam Dei, cujus operi ac dignationi nihil penitus subtrahendum est, satis sufficere credimus, quidquid secundum prædictas regulas apo- C stolicæ sedis nos scripta docuerunt: ut prorsus non opinemur catholicum, quod [7] apparuerit præfixis sententiis esse contrarium. CAP. X

a Coloss. I. 13. *b* Rom. IX. 22. *c* Joan. XII. 31. *d* Matth. XII. 29. Marc. III. 27. *e* Ephes. IV. 8. Psalm. LXVII. 19. *f* Philipp. II. 13. *g* Psalm. CII. 3. 4. *h* Matth. VI. 13.

1. Ita omnes mss. At editi, *remedium conferatur*.

2. In uno ms. Remig. & Coislin. ut in vulgatis, *confortati*. In aliis, *conformati*. Præferimus cum regio, *confirmati*. Hic locus quamdam habet cognationem cum eo, quo Augustinus librum suum de dono perseverantiæ claudit, ubi operis sui scopum in mentem revocat his verbis: *Satis docuisse me existimo, vel potius plus quam satis, dona Dei esse & incipere in Dominum credere, atque in finem in Domino permanere. Cetera vero bona ad vitam piam qua Deus recte colitur pertinentia, etiam ipsi propter quos hæc agimus, Dei dona esse concedunt.*

3. Apud Sirm. & Lab. desideratur *omnia*: quod cum aliis edit. omnes nostri mss. exhibent. Apud Fulgentium in epistola XVI. Petri diaconi & soc. ad Afros c. 8. legitur *hominis omnis merita*: quæ lectio posset ferri, quatenus sententiam exprimit primario Cassiani commento contrariam. Is quippe, teste Prospero lib. contra ipsum definit. 5. eos pariter errare volebat, aut qui ex gratia nasci bonam voluntatem, aut qui gratiam ex bona voluntate pendere putant: decernebatque ita utramque sententiam suscipiendam, ut interdum gratia bonam voluntatem præveniat, quemadmodum in Paullo & Matthæo, & interdum ex bona voluntate pendeat, ut in Zacchæo & latrone. Cui commento plane adversatur, qui a Dei gratia non hujus aut illius, sed *omnis hominis merita præveniri* docet. Verum, ut dixi, omnes mss. *omnia* habent. Sed & Prosper apud Augustinum epist. CCXXV. eos ut non recta sentientes notat, qui refugiunt fateri, *ab ea* (gratia) *omnia bona merita præveniri, & ab ipsa, ut possint esse, donari*.

4. In ms. Reg. deest *non negligenda*.

5. Lab. post Sirm. *operatores*. Retinendum cum aliis libris *cooperatores*. Primum enim de gratia dicitur, *Agit in nobis*; tum de ejus donis sequitur, *non otiosa in nobis esse*, sed *exercenda* & *non negligenda*. Ex quo & apte consequitur, ut *cooperatores gratiæ Dei simus*. Quod quo pacto fiat, D episcopi in Sardinia exsules apud Augustinum append. tom. 10. pag. 154. & apud Fulgentium epist. XV. n. 11. ad Joannem & socios rescribentes explicant, scilicet *ut sola Dei misericordia initium salutis conferat, cui deinde voluntas hominis cooperatrix suæ salutis exsistat; ut misericordia præveniens voluntatis humanæ dirigat cursum, & humana voluntas obediens, eadem misericordia subsequente, secundum intentionem currat ad bravium*.

6. Edit. Rom. ac veteres concil. *occurrentium*. Alii vero libri, nec non Crab. ad marg. *incurrentium*.

7. Lab. & Sirm. post Crab. & edit. Rom. *quod apparuit*. Exempla coll. Hadr. *quod oportuerit*. Reg. ms. ac ceteri, *quod apparuerit*. In omnibus autem ad calcem subjicitur, *Expliciunt auctoritates præteritorum sedis apostolicæ episcoporum de gratia & libero arbitrio*.

[1] EPISTOLA XXII.

CÆLESTINI papæ post damnationem Nestorii ad sanctam synodum Ephesinam scripta.

Maximiani in locum Nestorii ordinationem laudat & probat. Nestorium Antiochia procul amandandum suadet. De iis qui cum illo societate conjuncti sunt, nominatimque de Joanne Antiocheno quid statuendum, quidve sequendum sit, decernit.

CÆLESTINUS episcopus sanctæ synodo apud Ephesum [2] constitutæ.

I. TAndem malorum fine gaudendum est, tandem nobis omnibus in commune dicendum: [a] *Dextera tua, Domine, glorificata est in virtute, dextera manus tuæ confregit inimicos.* Proprie namque ipsi confracti sunt, quando iniqua loquentium, dicente David [b], os videamus esse obstructum. Hujusce tamen tam fideliter peractæ rei vos [3] exsecutores nobiscum videmus fuisse, Dei [4] sacerdotes; qui convenientes in unum, & secundum Apostolum [c], non quæ vestra sunt quærentes, sed quæ Christi Jesu, negotium Domini communis egistis. Apud vos ergo de vestra loquimur sanctitate, quorum [d] in omnem terram sonum gaudemus exisse, cum & in finem ejusdem orbis prædictæ veritatis a vobis verba venerunt. Deus noster non patitur latere quod præstitit: quia numquam beneficia superna celantur. Ita namque fit, ut tanto munere innotescente cælesti, pro voluntate divina, sicut scriptum est [e], omnis homo salvus fiat, & veniat ad scientiam veritatis. Loquor ergo victoribus, & qui in prœlium solam contra hostem portaverunt fidem, quæ, & Joanne apostolo dicente [f], vicit & mundum: vobis ejusdem proprie scribo sermonibus, qui, secundum divinam paginam [g], ut patres cognovistis quod ab initio est; & ut juvenes, dum fortes estis, & verbum Domini in vobis manet, vicistis malignum. In talibus sociis gratulantes, de hoc eventu minime dubitabamus. Habuit animum nostrum fiducia [5] superandi, qui vobis videremus divinæ caussæ pondus incumbere, quos bene admodum noveramus, secundum illud propheticum [h], odisse congregationem malignorum & cum impiis non esse sessuros. [6] Obtinui ergo quod credidi: quia contra nocentes atque perversos, sicut supra dictus ait, [i] *innocentes & recti adhæserunt mihi.*

II. Una igitur eademque relatione per filios nostros religiosos & Deo amabiles viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum dejectionem justam, & exaltationem didicimus justiorem; illud quod in evangelio legimus approbantes, quia [k] Deus noster exaltat humiles, & potentes de sede deponit. A qua sententia ille noster sapientissimus minime deviavit, qui ait [l], a Deo nostro humilium servatam memoriam, & perditam superborum. Quod quando magis videatur impletum, quam nunc, cùm Salvator noster parans bene meritos honorare, [m] ossa hominum sibi placentium dissipavit, & proviso pastore dignissimo (Maximiano), feralem lupum de ovilibus suis immaculatus Agnus ejecit? Legimus ejus a vestra fraternitate scripta [7] præconia; nec quisquam nostrum mirari potuit, quia nota dixistis. Assertio impendatur incertis: testimonium comperta non quærunt. Bonorum hunc actuum palæstra semper exercuit: talem hunc didicimus, qualem in litteris invenimus; talem certe, ut breviter dicam, qualem Doctor noster esse præcepit sacerdotem, ut convenienter omnium judicio mereatur audire, [n] *Ecce vere homo Israelita, in quo dolus non est.* Nonne laudibus in eum vestris ista conveniunt? Taliter denique quæ dixistis, audistis. Talem successorem quærebat sanctæ memoriæ Sisinii beata simplicitas, ut locum suum nonnisi sui similis obtineret. Etenim melius agimus, si abstinentes jam ab illius sacrilegi (Nestorii) nomine, sedem vacasse dicamus. Actum est divino judicio, ut hunc ecclesia pro remedio mereretur. Denique discordiam tulit, & concordiam reddidit [8] ordinatus. Quid non poterit præstare per tempora, cujus hoc primordia præstiterunt? Hæc de eo invicem dicimus, quem pax reparanda quærebat. Interfuimus, nec nos dixerimus absentes, cum ejus capiti [9] ver-

a Exod. xv. 6. b Psalm. LXII. 12. c Philipp. II. 21. d Psalm. XVIII. 5. e I. Tim. II. 3.
f I. Joan. V. 4. g I. Joan. II. 13. 14. h Psalm. XXV. 5. i Psalm. XXIV. 21. k Luc. I. 52.
l Eccli. X. 21. m Psalm. LII. 6. n Joan. I. 47.

1. Epistolam hanc tresque subsequentes ab Antonio de Aquino acceptas Baronius in Annalibus ad ann. 432. primus in lucem emisit. Easdem Labbeus tum tom. 2. inter epistolas Cælestini ad imitationem Binii & Baronii, tum tom. 3. part. 3. concil. Ephes. cap. 20. 21. & 22. correctiores recudi curavit. Eas ad perantiquum codicem Colbertinum, qui temporum injuria in summis foliis corrosus est, quantum in nobis fuit, exegimus & castigavimus. Apud Lab. *sanctæ memoriæ Cælestini* hæc inscribitur, haud dubie quia ex aliquo monimento est descripta, in quo prolata vel laudata eo jam vita functo fuerat.

2. Hoc est, *quæ constituta fuerat:* jam enim soluta erat synodus. Quocirca tres epistolæ sequentes, quamvis eodem die datæ, *post synodum* etiam in mss. inscribuntur. Idcirco autem *Ephesinæ synodo* hanc Cælestinus inscribit; quia ii episcopi qui Maximianum ordinarant, ab hac synodo in regiam urbem legati eam *repræsentabant*, cujus decreta fuerant exsecuti.

3. Apud Baron. *defensores*. Rectius apud Lab. ut in ms. Colb. *exsecutores*. Jam in ipsa synodo Ephesina Lab. tom. 3. pag. 618. Firmus Cæsareæ episcopus dixerat, Cælestinum litteris formam regulamque præscripsisse, *quam nos*, inquit, *secuti, formam illam exsecutioni mandavimus.*

4. Lab. *fidei defensores*. At Baron. & ms. Colb. *fidei sacerdotes*. Legendum esse *Dei* (seu *o Dei*) *sacerdotes*, persuasum nobis fuit ex his num. 3. *cum his senserit, quos ejus* (*Dei*) *noverit sacerdotes.*

5. Apud Baron. *sperandi*. Rectius apud. Lab. *superandi*. Quippe Cælestinus loquens *victoribus*, quibus proxime dixit, *vicistis malignum*, eumque eventum sibi etiam antea dubium non fuisse testatus, cur non dubius fuerit, nunc rationem reddit.

6. Baron. *Optime ergo credidi.*

7. Neque heic placet quod apud Baron. *scripta primordia*. Heic memorantur præconia, quibus Maximianum in locum Nestorii suffectum synodica relatio exornavit.

8. Colb. ms. *ornatus*.

9. Apud Edmundum Martene de antiq. rit. eccles. tom. 2. pag. 340. is in ordinatione episcopi ex pontificali ante annos 900. exarato præscribitur ritus: *Episcopus cum ordinatur, duo episcopi ponant & teneant evangeliorum librum super cervicem ejus, & unus fundat super eam benedictionem; & postea istas tres orationes omnes episcopi qui adsunt, recitare debent; reliqui vero manus suas super caput ejus tangant.*

ba mystica dicerentur, cum redderetur omnibus divina lætitia salutaris. Postremo nemo illic catholicorum defuit, ubi omnes in commune vicerunt.

III. Lætati præterea sumus de hoc clementissimi & christianissimi principis testimonio, cum epistolis dilectionis vestræ ejus sententiam videremus esse concordem. Nec mirum est, si [a] cor regis quod est in manu Dei, cum his senserit quos ejus noverit sacerdotes. Itaque sermo regalis divinas res exsequendo [1] militavit Augusto. Felix imperium, cui militat exsecutio divinorum: nec hic minus felix, quem prædicat dominatio mundanorum. Hoc testimonio dignus est, qui ordinandus probari, non qui improbari potuit [2] ordinatus.

IV. Scimus quo itinere sanctus frater & coepiscopus noster Maximianus, quibus gradatim stipendiis ad fastigium sacerdotale pervenit. Non hunc divitiarum gloria, non velut in potentia [3] cupidum, qui solet inesse ambientibus honorum, quibus [4] fidelis servus & prudens cibum dabat in tempore, super omnia Domini sui constitutus est bona [b]: & tamen etiamsi desiderium fuit episcopatus, non nisi propter opus bonum, sicut ait Apostolus [c], concupivit. Ita Deus noster & quid velimus, & cur velimus attendit. Quis dubitet posse magis agere præsidentem, quod potuit exercere subjectus? Exosus & blasphemus (Nestorius) istud officium non poterat habere, id est, corporum curam, qui nitebatur animas vulnerare. Facta est ruina ejus magna; tam ruina magna, quam prava doctrina.

V. Nunc quia de præteriti emendatione gaudemus, cavere nos convenit in futurum, ne possint magis ac magis quæ abscissa sunt pullulare: quia necesse est quocumque pestis hæc loci sit, nostri corporis membra vexentur, & per patientiam nostram pejora prioribus nutrita videantur. Scripsimus clementiæ principali, ut de sanitatis medio longius infirmitas auferatur. Didicimus namque hunc Antiochiam [5] revertisse, atque sibi illic, unde venerat, vivendi præstitam facultatem. Innocentum exitium est istud exsilium. Adspiciamus diligentius quid illic possent parere, quæ illic sunt ante concepta. Non est nobis suadere difficile. In oculis est ejusdem civitatis ecclesia, quæ per hunc [6] perdidit sacerdotem: (& tamen laboramus advertere, quis cui fuerit caussa peccati) nisi forte, quod pro quiete ecclesiarum dicimus, deceptum se ille demonstret, deserendo damnatum. Sed quis illic speret aliquem posse corrigere, ubi arcem tenere videat perversitatis auctorem, ubi colatur ab omnibus exsulatus? Magna illic est, quod lugentes dicimus, desperatio sanitatis, ubi, sicut Esaias dicit: [d] *Omne caput in dolore, & omne cor in mæstitia a pedibus usque ad caput*. Quando ibi membrum aliquod habere poterit spem salutis, ubi periclitatur corporis tota compago? Elaborate, fratres carissimi, elaborate obsecro, [e] ut vere tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Sola decet tales homines solitudo. Ubi enim debet hic invenire solatium, qui sic tractavit ubique regnantem?

VI. Peracta est a vobis totius summa negotii: agendum nunc est quod instat & restat; ne sit in vacuum laboratum. Longius quidem sumus positi: sed per solicitudinem totum propius intuemur. Omnes habet beati Petri apostoli cura præsentes: non nos ante Deum nostrum de hoc possumus excusare, quod scimus. Nam quamquam hæc quæ loquimur, sanctitas vestra tacuerit, agnovimus tamen, omnia diligentius requirentes. Tantæ igitur caussæ finis qui superest, actibus vestris quæso respondeat: quia nolumus in modico vos deesse, qui maxima peregistis. Adjutorio apud reges terræ his estote quæ scripsimus. Norunt & ipsi quid suis debeant præstare [7] temporibus: sciunt quod catholicæ fidei fundamento sua regna subsistant. Pura ab heredibus sanctis paternæ & avitæ credulitatis vena servatur: fluit ab illis incorrupta per posteros, nec hanc in his aliquis umquam limus infecit. Custodit fontis [8] sui fidelis cursus exordium, cum id quod in origine acceptum est, videtur in prole.

a Prov. XXI. 1. b Matth. XXIV. 45. 47. c I. Tim. III. 1. d Isa. I. 5. 6. e I. Cor. V. 2.

Quo respiciens Cælestinus, hoc nunc sibi vult: Et nos interfuimus Maximiani ordinationi, & orationes illas recitavimus quas recitare debent omnes episcopi qui adsunt, cum evangelium super caput ordinati tenetur. Unde moris hujus probatur antiquitas.

1. Baron. *multiplicat in Augusto*: & ad marg. *militat Aug.* Mallemus *exsecuturo militavit*. Deinde aliquid suspicamur omissum; quo ut regem sacerdoti, ita sacerdotem augusto militare docebamur. Unde sic intelligendum quod sequitur: Felix imperium seu imperator, cui militat is cujus est divina exsequi; nec minus felix antistes, quem prædicat qui mundanorum dominatur.

2. Nestorium tacite notat, qui post ordinationem cœpit improbari.

3. Aliquis forte hic mallet *tumidum*: sed ex eo, quod mox assumitur, *& tamen etiamsi desiderium fuit episcopatus*, *cupidum* retinendum esse convincetur. Deinde ubi obtinebat *saltus evenit*, restituendum esse duximus *saltus evexit*. Nempe Cælestinus Maximianum a vitiis eorum procul abesse testificatur, quos epistol. V. n. 2. culparat, *qui* videlicet *vacantes sæculo, & omnem ecclesiasticum ordinem nescientes, saltu præpropero in alienum honorem ambiunt immoderata cupiditate transscendere*. Inde & *cupidum* heic mutandum non esse firmatur.

4. Hoc videtur dictum, quia œconomus ecclesiæ CP. fuerit. Illum Socrates lib. 7. c. 35. sanctitatis opinionem eo nomine adeptum esse prædicat, *quod propriis sumtibus monumenta construxisset, quibus religiosi viri post obitum sepelirentur*. Verum ex subnexis planum est, eum demandato sibi officio non in defunctorum tantum, sed & in vivorum corporibus curandis emicuisse. Qua in re dignum se exhibuit successorem Sisinii, quem Socrates lib. 7. c. 26. in eamdem sedem totius populi votis ob hoc præcipue cooptatum fuisse ait; *quod pauperibus fovendis etiam ultra vires suas incumberet*.

5. Nestorius ipse apud Evagrium lib. 1. c. 7. refert, sibi id roganti permissum esse, ut ad monasterium suum reverteretur situm ante portas Antiochiæ; & cum ibi quadriennio commoratus atque omni honore affectus fuisset, Theodosii imp. edicto in locum qui Oasis dicitur, fuisse relegatum. Hoc monasterium cujus nomen Nestorius silet, illud fuisse existimat Evagrius, quod Euprepii dicebatur. Quod autem Nestorius ibi se omni honore affectum dicit, mox Cælestinus confirmat. Verum illic eum ne biennium quidem totum exegisse in epistolam VI. Xysti III. probaturi sumus. Variam exinde fortunam expertus est.

6. Apud Baron. *periit*: quod & Lab. tom. 3. pag. 1070. malle se annotat. Retinendum tamen *perdidit*. Antiochena scil. ecclesia per Nestorium perdidisse dicitur episcopum suum Joannem, quod eidem Nestorio pertinacius adhæresceret, nondum quidem depositum, sed a communione ecclesiæ submotum, ac certe deponendum, nisi damnatum Nestorium deserendo, se se deceptum demonstret.

7. Respicit Cælestinus ad imperatorum sacram, qua episcopi ad Ephesinam synodum vocati fuerant. Hanc quippe ab his auspicati verbis, *Pendet a religione qua Deus colitur, nostræ reipublicæ status*, sic post pauca prosequuntur: *Ante omnia operam damus, ut ecclesiasticus status ejusmodi sit, qui & Deum deceat, & temporibus nostris quam maxime congruat, idemque ex omnium concordia & consensione suam tranquillitatem obtineat*.

8. Baron. ac Lab. tom. 2. *fortis cui fidelis est cursus*. At Lab. tom. 3. revocavit *sui*: quod retinendum. Item antea loco *fortis*, legendum esse *fontis* nobis persuasum est, hac videlicet ratione, *Fidelis cursus custodit fontis sui exordium*.

VII. Canem & operarium malum pariter perſequamur. Facite præſentes, quod hortamur abſentes. Nam cum hanc curam generaliter omnibus debeamus, præcipue tamen nos convenit Antiochenis [1] periclitantibus ſubvenire, quos peſtifer morbus obſedit. Abſolvamus modis [2] talibus civitatem, in qua, ſicut Actus Apoſtolorum loquuntur [a], dictos primum legimus Chriſtianos. [3] Omnibus ergo virtutem præſtemus, quibus ſecundum religionem debere nos novimus quod vocamur. Hanc autem ſolicitudinem noſtram præſentes probarunt Deo amabiles filii & cariſſimi atque animis noſtris acceptiſſimi Joannes presbyter & Epictetus diaconus, quos reverſos ad vos feſtinato remiſimus, ſolicitius hoc agentes, ut quos diebus dominicæ nativitatis B accepimus, reſurrectionis dominicæ tempore [4] redderemus.

VIII. De his autem qui cum Neſtorio videntur [5] pari impietate ſenſiſſe, atque ſe ſocios ejus ſceleribus addiderunt, quamquam legatur in eos veſtra ſententia, tamen nos quoque decernimus quod videtur. Multa perſpicienda ſunt in talibus cauſſis, [6] quæ apoſtolica ſedes ſemper adſpexit. Quod loquimur, Cæleſtianorum teſtantur exempla [7]. Qui ſpem A de ſynodo huc uſque geſſerunt, habent, ſi reſipiſcunt, copiam revertendi: quod his ſolis non [8] permittitur, quos proprie cum auctoribus hæreſeos omnium fratrum conſtat ſubſcriptione damnatos. Per Dei namque miſericordiam aliquos [9] ex eorum numero ad nos jam rediiſſe gaudemus. Quod hoc conſilio factum eſt, ut quos conſcientia mixta non poterat, ſaltem ſententia ſepararet. Hoc, moneo, veſtra fraternitas ſequatur exemplum. Sit caput ſceleris cum his quos [10] ſynodalia loquuntur ſtatuta damnatum: reliqui, quos cum hoc ſentientes in communione eccleſiaſtica non habemus, ejiciantur e civitatibus ſuis, & ſe in noſtro collegio noverint non futuros, niſi ſecundum eccleſiaſticum & chriſtianorum principum conſtitutum, damnata [11] cum actoribus ſociiſque damnantes, ſe profiteantur catholicos ſacerdotes. Quam formam etiam circa eos volumus cuſtodiri, qui ſubripiendum [12] in eccleſiaſticis cauſſis chriſtianis principibus crediderunt, & alio ordine rurſus eccleſias occuparunt. Antiochenum vero, ſi habet ſpem correctionis, [13] epiſtolis a veſtra fraternitate volumus conveniri; ut niſi quæ ſentimus ſenſerit, novellam blaſphemiam, eodem exemplo, ſcripta ſua profeſſione condemnans; intelligat de ſe quoque eccleſiam, quod fidei noſtræ reſpectus

a Act. xi. 26.

1. Editi, *præcipitantibus*: corriguntur ex mſ. Colb.

2. Apud. Lab. *modis omnibus*. Præferendum cum Baronio & mſ. Colb. *modis talibus*, hoc eſt, Neſtorium totius mali caput procul ablegando. Quanti facienda & unde commendata ſit Antiochena eccleſia, eadem ratione Innocentius epiſt. xxiv. n. 1. explicat.

3. Forte, *hominibus*.

4. Computato videlicet tempore, quod in itinere conficiendo conſumturi erant.

5. Baronius, quem & Lab. tom. 2. ſequitur, *parum pie conſenſiſſe*. Mox ſolus Lab. tom. 3. pro *ſceleribus*, ſubſtituit *ſceleris*. Quo hæc attineant, inter eruditos controvertitur. Heic nonnulli notari putant Epheſini concilii canonem 4. quo ſtatuitur: *Si qui autem clericorum defecerint, & auſi fuerint vel privatim vel publice quæ ſunt Neſtorii aut Cæleſtii ſapere, ſancitum eſt a ſancta ſynodo iſtos quoque depoſitos eſſe*. Tillemontius tom. 14. pag. 498. hæc Cæleſtini dicta referri poſſe cenſet ad eam ſynodum, in qua Himerius Nicomediæ, Helladius Tarſi, Eutherius D Tyanorum & Dorotheus Marcianopolis epiſcopi depoſiti ſunt. Et ea quidem in ſynodo, in qua Maximianus in locum Neſtorii ſuffectus eſt eo modo quo apud Baluzium nov. coll. concil. pag. 581. paucis narratur, quatuor epiſcopos illos depoſitos fuiſſe Garnerius in Mar. Mercat. par. 2. pag. 357. pro certo ponit. Verum, inquit laudatus Tillemontius loco citato pag. 497. Maximianus ordinationis ſuæ indices litteras ad Helladium miſiſſe in Synodico apud Baluzium nov. coll. concil. cap. 48. & 49. pag. 752. & 753. legitur, ac repugnat eum epiſcopi quem ab ordinatoribus ſuis depoſitum ſciret, communionem expetiiſſe. Sed quæri viciſſim poteſt, an communionem expetierit epiſcopi, quem Epheſinæ ſynodi ſententia act. 5. lata, & act. 7. repetita, communione eccleſiaſtica & omni ſacerdotali poteſtate privatum noſſet. An forte Helladio aliiſve, qui cum Joanne Antiocheno præſule convenerant, *allata* fuit *Maximiani ſynodica*, ut ſi illam ſuſciperent, E Neſtorii depoſitionem, & cetera quæ in Epheſino concilio fuiſſent geſta, probare ac ſuſcipere judicarentur? Si Helladius ex eo quod ſynodicam Maximiani ſuſcipere detrectaſſet, ſubinde ab epiſcopatu amotus eſt; nec dum hoc reſcire potuerat Cæleſtinus, cum hanc epiſtolam ſcripſit, utpote iis ipſis redditam, qui eamdem Maximiani ſynodicam attulerant. Nihil igitur reſtat, niſi ut eos qui Conſtantinopoli ad ordinandum Maximianum convenerant, Epheſinæ ſynodi moderatione non contentos, ſeveriorem adverſus Neſtorii ſocios ac fautores ſententiam protuliſſe cenſeamus, qua illis etiam reſipiſcentibus veniæ ſpes adimebatur; quod nunc Cæleſtinus improbat. Ejus autem moderationi conſentaneum eſt Theodoſii de pace Conſtitutum ad Joannem Antioch. miſſum, quod legere eſt 3. part. concil. Epheſ. c. 30.

6. Baron. *quas*. Rectius Lab. cum mſ. Colb. *quæ*, reC ferturque ad *multa*.

7. In vulgatis, *teſtantur exempla quod ſpem de ſynodo huc uſque geſſerunt*. Quam primum conjectura reſtituendam putabamus lectionem, codex Colbertinus firmavit. Hoc ita intelligere eſt: Qui ſpem veniæ quam ipſis reſipiſcentibus ſynodus fecit, huc uſque geſſerunt, etiamnum eadem conditione copiam habent revertendi.

8. Non quod his omnis ad eccleſiam negaretur aditus, ſed quod cautius permitteretur; & quod cum aliis redeuntibus ſui ſervarentur interdum gradus, hæreſeos ducibus ſolum pœnitentiæ remedium concederetur. Iſtud unum Pelagio ac Cæleſtio reliquum fuiſſe Auguſtinus non ſemel aſſerit. Cæleſtinus autem hærendum putat decreto, quod Hilarius primum anno 355. ut ipſe lib. contra Conſtantium num. 2. narrat, adverſus Arianos edidit, quodque poſtea tota eccleſia, nominatimque Romana, adverſus reliquos hæreticos perpetuo uſu comprobavit; ut nimirum hæreſeos capita quæ in aliorum perniciem male proficerent, amputarentur, *indulta ceteris eorum conſortibus reſipiſcendi facultate*.

9. Iſtud *aliquos* referri commode poteſt ad Cæleſtianos, ita ut probare incipiat Cæleſtinus quid *eorum teſtentur exempla*. Certe Mar. Mercator in Commonitorio, quod anno 429. ſcripſit, ubi Cæleſtium ac Pelagium Zoſimi tractoria damnatos, illorum damnationem patrum per orbem ſubſcriptionibus roboratam, ac Julianum & ſocios ei ſubſcribere detrectantes depoſitos fuiſſe narravit, adjungit: *Ex quibus plurimi reſipiſcentes, & a prædicto errore correcti, regreſſi ſunt ſupplices ad ſedem apoſtolicam, & ſuſcepti ſuas eccleſias receperunt*; prius ſcilicet, ut ad ejuſdem Commonitorii calcem adjicitur, *Pelagio damnato, ſedi apoſtolicæ ſe ſubmittentes, & pœnitere ſe ſuper his quæ male ſenſerant profitentes*. Unde liquet Cæleſtinum, iis ob oculos poſitis, quæ poſt damnatos a Zoſimo Pelagianos circa eodem geſta ſunt, ea quæ erga Neſtorii fautores gerenda ſint præſcribere.


10. Qui ſcilicet in ſententia ſynodi Epheſinæ act. 5. prolata, & act. 7. ante canones repetita recenſentur.

11. Hoc eſt, *ea quæ damnata ſunt*. Baronius hæc ita mutavit: *damnata hæreſi cum auctoribus ſociiſque damnatis*. Chriſtianorum principum Conſtitutum proxime laudatum non aliud videtur ab eo, quod Theodoſius imp. 3. part. concil. Epheſ. cap. 47. in alia Sacra menſe Aprili anni 433. data commemorat his verbis: *Decernimus etiam, ut quicumque impiam Neſtorii opinionem æmulantur, vel nefariam ejus doctrinam ſectantur, ſi quidem epiſcopi aut clerici fuerint, ex ſacris eccleſiis expellantur; ſin vero laici, anathematizentur, prout jam quoque a ſacra majeſtate noſtra lege cautum eſt*.

12. Baron. *ex eccleſiaſticis cauſſas a principibus*. Legit quoque Holſten. *cauſſas*.

13. Idem pro *epiſtolis* ſubſtituit *epiſcopum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



imperat, ordinare. Credendum tamen de divina est misericordia, quod omnes in viam redeant veritatis, si de supradicto loco horum malum caput & A caussa [1] auferatur. [2] Data Idibus Martiis, [3] Aetio & Valerio consulibus.

EPISTOLA XXIII.

Cæleſtini I. papæ ad Theodoſium juniorem auguſtum, poſt ſynodum.

Victoriam per eum de inimicis Chriſti eſſe partam. Quanta hinc ejus gloria. Maximiani ordinationi merito eum ſuffragatum eſſe. Ut Neſtorium ab omni ſocietate removeat. Qui legatos cum ſacris apicibus ſuſceperit. Poſſeſſiones eccleſiæ in Aſia a Proba relictas ei commendat.

CÆLESTINUS epiſcopus THEODOSIO auguſto.

I. CAuſſis ſuis divinam providentiam præſtitiſſe quod ſperabamus, agnovimus. Nec enim aliud futurum mentes poterant æſtimare fidelium regnantibus vobis, quam id quod eveniſſe gaudemus: ut prædicatio in Deum impia concideret, & cum ſuo auctore novi dogmatis damnata pravitas deperiret. Illata quidem fidei bella ſunt, & Regis æterni ſacrilegis verborum jaculis nativitas appetita: ſed vos Chriſto Deo noſtro auctore regnantes, hoſtes impios fidei veſtræ virtute viciſtis, cæleſtem revocantes triumphum, per quod religioſo munimen in perpetuum præſtetis imperio. Vere enim prophetica gloriæ veſtræ vox convenit, & regnum veſtrum dici poteſt [a] *regnum omnium ſæculorum*, quod defenſæ fidei meritis propagatur; & creſcente ſanctæ religionis obſervantia, Chriſtianæ inſertum reverentiæ ſemper augetur, glorioſiſſime & tranquilliſſime imperator auguſte. Ecce nunc domus Domini orationibus vacant, & veſtrum per omnes eccleſias, Deo noſtro oblatis ſacrificiis, commendatur imperium. Nihil, amoto perturbatoris auſu, ſcandalis licet; peſtifer ulterius animas hominum ſermo non vulnerat: ſalutem omnibus ſuarum animarum, dum univerſali eccleſiæ conſulitis, reddidiſtis. Hæc eſt veſtra prædicandi regni veſtri clementia, per quam non terræ, non provinciæ, ſed omnium animæ ſunt defenſæ. Imputabitis hanc omni modo victoriam, quam non bellis, non gladiis, ſed ſola devotione qua Deo eſtis dediti, conquiſiſtis.

II. Manet hic veſtræ gloriæ titulus, & manebit, ut nulla illum ætas, nulla vetuſtas aboleat. Æterna enim ſunt, quæ æterni Regis amore præſtantur. Sic Abrahæ fides ſæculis durat. David regis meritum Dei zelus fecit eſſe perpetuum [b], cum inimicos Dei ſuos credidit inimicos, & odiſſe quos Deo odibiles approbaſſet. Elias etiam propheta [c] falſa prophetantes non fuit contentus refellere, ſed etiam in illos voluit vindicare; ut eos perſequendo perderet, quos in perditionem ſui populi niti pervideret. Par tibi cum illo gloria. Ille falſa prophetantibus reſtitit, tu falſa docentibus. Ille mentientes in Deum prophetas perſecutus eſt: tu de Chriſto Deo noſtro prædicantes impia abigis ſacerdotes. Ille tantum vindictæ intentus eſt: veſtra pietas ſic impia vindicat, ut quæ ſunt religioſa defendat.

III. Nec enim ſufficeret abegiſſe morbos & peſtilentiam repuliſſe, niſi & ſalubres auras redderes, & vitalem infectis ſubſtantiam miniſtrares, talem illi eccleſiæ conſtituendo pontificem, qui olim hoc ſe dignum faſtigio omnibus quibus notus eſt approbaſſet. Fert illi, ac ſi ſui [4] corporis parti, Romana teſtimonium, quæ hunc ſemper inter ſuos habuit & numeravit, eccleſia: ferunt ſuorum merita, quibus ſancte adhæſerat, deceſſorum. Ita enim reverendiſſimæ memoriæ viro Attico, catholicæ fidei propugnatori fortiſſimo, mente pariter & officio cohærebat, ut jam tunc futuri in eodem epiſcopatus inſignia prælucerent. Sed ſit hoc arcano divinæ majeſtatis arbitrio, ut in poſterum quæcumque ſunt meliora ſerventur, & ad quietem per aliqua turbatorum ſcandala veniatur. Debitum eſt fratris mei Maximiani epiſcopi gloriæ, ut aliquem illi prælatum fuiſſe in hoc quod ſuſtinuit civitas pœniteret; & nunc electo eodem, illi ſe integritatem fidei debere ſentiret.

IV. Sed huic tantæ pro ſuo merito illius eccleſiæ ſacerdoti electo taliter, & conſenſu ſanctæ congregationis quæ interfuit, ordinato ad componendum eccleſiæ ſtatum, & omne vulnus pravæ hæreſis radicitus evellendum, ne audeant quæ abſciſſa ſunt pullulare; obſecramus & poſcimus ſub illius invocatione quem colitis, fidei [5] veſtræ ut conſueſtis arma præſtetis. Nunc enim eſt omnis opponenda cuſtodia, ne rapax lupus ovilibus dominici gregis, cum ſævierit, excluſus rurſus ſerpentino lapſu ad mortem perveniat animarum, effoſſis qua poteſt parte cuniculis. Nec enim poteſt quieſcere, cum prædæ ſuæ rapidus cupiat incubare. Munimen ſanis, remedia præbete ſanandis. Vallate muris veſtræ fidei religionis catholicæ veritatem, per quos & credentes muniti ſint, & tanti ſequaces erroris non audeant introire. Hic enim plenus victoriæ veſtræ fructus eſt, nihil relinquere quod rurſus Dei

a Pſalm. CXLIV. 13. *b* Pſalm. CXXXVIII. 21. 22. *c* III. Reg. XVIII.

1. Scilicet Neſtorius, qui demum in exſilium, ipſo Joanne Antiocheno agente, deportatus eſt.

2. Martii 15. ann. 432.

3. Colbertinus codex in his conſulibus notandis non ſibi conſtat. Nam heic *Aetio & Valerio*, in ſequenti epiſtola *Flavio Ethio & Valerio*, in ſubſequenti *Flavio & Valerio*, in poſtrema *Flaviis Eatio & Valerio* exhibet.

4. Romana eccleſia Maximianum ſemper inter ſuos numeraſſe eo ſenſu intelligi poteſt, quo Cæleſtinus epiſt. XXII. num. 3. adverſus Maſſilienſes qui Gallias conturbabant, dixit: *Nefas eſt hæc pati religioſas animas, quarum afflictione, quia membra noſtra ſunt, nos quoque convenit macerari*: quia videlicet Maximianus Romanæ eccleſiæ fidei communione numquam non cohæſit. Sed eum præterea Romanum ortu fuiſſe Græcorum Menæa teſtantur; idque firmat *Maximiani* nomen, quod certe græcum non eſt: neque tamen eccleſiæ Conſtantinop. videri debebat alienus, utpote quem in ejus ſinu conſenuiſſe ex ſubnexis liquet.

5. Lab. *noſtræ*. Magis placet cum Baron. & mſ. Colb. *veſtræ*. Ita infra, *Vallate muris fidei veſtra*, non *noſtræ*. Heic *fidei veſtræ arma* eo dicitur modo, quo ſimpliciter diceremus *fidem veſtram*, vel *veſtra arma*.

ecclesia debeat formidare. Quem igitur universorum ejecit sententia sacerdotum in prædicatione sacrilega perdurantem, eum vestra clementia ab omni societate removeat, ut facultatem aliquos perdendi non habeat.

V. Religiosos vero filios meos Joannem presbyterum & Epictetum diaconum, tantæ rei nuntios, cum totius ecclesiæ gratulatione suscepimus, & lectis in [1] totius congregatione Christianæ plebis apud beatissimum apostolum Petrum vestræ pietatis apicibus, Deo nostro pro vobis vota persolvimus. Ita enim ad vos agente Domino pervenerunt, ut ad eum diem quo celebrabamus Christi Dei nostri natalem secundum carnem, cui quæstio inferebatur, B concurrerent, & impietatem conjunctim universa congregatio confutaret.

VI. Caussæ fidei congrue & ecclesiasticæ & pau- A perum utilitatis caussa subjungitur: ut qui integritatem fidei præstitistis, pauperum quoque commodis consulatis. Illustris & sanctæ recordationis Proba possessiones in Asia constitutas longa a majoribus vetustate sic reliquit, ut majorem summam redituum clericis, pauperibus & monasteriis annis singulis præciperet erogandam. Sed hæ possessiones ibidem constitutæ, in damnum pauperum hujus negligentia, ut gravius nihil dicamus, qui his præfuerat, ea sunt ratione tractatæ, ut non solum consueta non solverent, verum etiam subreptitia impetratione earum [2] jus dominiumque violetur. Rogamus pietatem vestram, ut religiosæ & illustri domui & ecclesiæ id pro clementia vestra præstetis, ut omnis B ab his insidiantium inquietudo discedat, & tam ecclesiæ, quam suis dominis sit tuta possessio: ut quod inde alimoniæ pauperum acquiritur, vestrum esse credatur. [3] Data Idibus Martiis Flav. Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXIV.

Cælestini I. papæ ad Maximianum Constantinopolitanum episcopum, post synodum.

Ipsius electionem suo suffragio confirmat: atque ut ecclesiæ sibi commissæ damna resarciat, & Cælestiano errori vigilanter obsistat, hortatur.

CÆLESTINUS episcopus MAXIMIANO episcopo Constantinopolitano.

I. Vidimus & amplexi sumus fraternitatem tuam in litteris tuis, talemque sanctitatem tuam, qualem noveramus, inspeximus, simplici scilicet puritate gloriosam, & mentis fulgore potius, quam [4] sermone perspicuam. [5] Sed in se atque in statum suum illa de cujus fide semper gloriabamur ecclesia, quæ nunc te præsulem divino judicio accepit, postquam illum qui eam obsidebat ejecit. Sume gubernacula notæ tibi navis, eamque ut didicisse te a tuis prioribus novimus, rege. Obsiste undis quas ille ventus, qui & a navi vectores abegerat, sed omnibus inimicus excivit, omni eam laterum cupiens compage dissolvere, ut rapidis eam posset vorticibus devorare; professus falsum (quid enim non iniquitas profitetur?) gubernatoris officium, ut videretur regere, quos perdere nitebatur.

II. Adhuc te excitatæ ab eodem undæ circumsonant, & elati fluctus vel procellæ solicitant. Resiste pervigil, & commissæ tibi navis magister saluti commissorum tibi qua potes cura succurre. Fac quietum mare esse quo navigas: fac tua arte tutam C navem post eas tempestates quas sustinuerat, quam gubernas. Illum sequere piscatorem, qui maris aquas pedibus [a], ut ad Christum Dominum nostrum quem ambulantem in mari viderat, posset pervenire, calcavit. Sequere priorum a quibus eruditus es & nutritus, exempla pontificum, beatissimi Joannis in prædicando scientiam, sancti Attici in repurgandis hæresibus vigilantiam, decessoris tui Sisinii cujus te successorem credimus, simplicem puritatem, ut de illa, sicuti solebamus, gratulemur ecclesia. Congrega sparsos, piumque animum qualem te habere novimus, in eos quos dissipaverat perturbator exerce. Congrega populos tuos ad matris suæ ubera: revoca quos [6] inhibito veneni sapore ab- D straxerat inimicus. Confirma in fide quos videris appetitos, cura quos inspexeris vulneratos, remove qui non sentiunt medicinam. Interdum enim [7] dolore tollitur; & cum ea quæ sunt noxia præciduntur, salus reliquis præparatur. Latus campus est, frater carissime, in quo gloriam & vigilantis pastoris & benigni sacerdotis exerceas, & [8] saporem Christianæ salubritatis infundas: ut plus in reparando potuisse te liqueat, quam ille potuit in lædendo, qui imitator diaboli maluit esse, quam Christi, perturbans omnium ecclesiarum quietem: cui nunc debemus

a Matth. xxiv. 29.

1. Baron. cum mf. Colb. *in totius congregationis Christianæ plebis*. Lab. *in tota Christiana plebis congregatione*. A mf. ut minimum potuimus, recessimus. Hinc vetus præsulum, nominatimque Romanorum firmatur mos, quo litteras quæ ad Ecclesiam attinebant, in ecclesia coram plebe legi curabant. Superius (tom. V. pag. 66. c.) Liberium audivimus testantem, *se orientalium litteras intimasse, legisse ecclesiæ, & Ægyptiorum episcoporum de Athanasio sententiam similiter recitasse*.

2. Apud Baron. *justum dominium*.

3. Martii 15. ann. 432.

4. Baron. *quam honore*. Lectioni mf. Colb. & Lab. suffragantur Socrates lib. 7. c. 35.) ac Liberatus diac. c. 7. a quibus Maximianus *in sermone rudis & impolitus* prædicatur: forte quia collatus cum Nestorio qui eloquentia pollebat, in sermone imperitus videbatur. Epistola ejus E ad Cyrillum, quæ una ad nos pervenit, habeturque 3. part. concil. Ephes. cap. 17. etsi virum humana facundia non admodum expolitum, certe Christianis sensibus probe instructum spirat.


5. Baron. *quem in se:* renitentibus mss. Integra erit lectio, si pro *Sedit*, restituatur *Redit*, quomodo non consulta Labbei ea de re conjectura, corrigendum esse cum illo opinati sumus.

6. Apud. Lab. *invitos*. Ex Baronio revocamus *inbibito*, quamvis mallemus *imbibito*: quod & Lab. ad marg. annotavit.

7. Baron. præfert *dolor*. Forte legendum, *Ægritudo enim dolore tollitur*, loco particulæ *interdum* substituta voce *ægritudo*.

8. Apud eumdem, *& sapore mentes*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 423.



operam in commune præstare, ut omnium una fides & unus sit animus sacerdotum. Teneat manus tua [a] dominicum ventilabrum, & purget aream creditam tibi, ut a frumentis paleæ separentur, & omne juxta mandatum Christi Dei nostri [b] horreis triticum aggregetur.

III. Locum impietas novella non habeat, & compresso olim [1] per totum orbem sua damnatione noto Cælestiano errori tua vigilantia resistatur: ut quicumque hujus dogmatis sunt sequaces, ab omni societate hominum repellantur. Obsistat illis per te Spiritus sanctus his in omnibus, qui ad has quascumque conantur provincias pervenire, ne eorum impia prædicatio resurgat. Obsiste eis: ita enim, ut damnentur quocumque perveniunt, innotescunt: & tamquam non illis sententia toties repetita sufficiat, longinquas terras remotasque provincias inquietant. Sed eos ille persequitur, cujus fidem sua pravitate persequi nitebantur, [2] & a quo se abscondere, ad quasvis latebras confugiant, sua se impietate prodentes, non possunt. Filios vero nostros religiosos viros Joannem presbyterum & Epictetum diaconum cum magna lætitia suscepimus, & cum majore gratulatione remisimus. [3] Data Idibus Martiis Fl. Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus.

EPISTOLA XXV.

Cælestini I. papæ ad clerum & plebem Constantinopoli constitutam, post synodum.

Nestorii exagitat pravam doctrinam, pertinaciam, superbiam; ac subinde damnationem ejus justam fuisse ostendit. Identidemque & suum erga Constantinopolitanos studium, & horum in fide constantiam commendat. Maximianum ipsis præfectum paucis ad calcem laudat.

Cælestinus episcopus clero & plebi consistentibus Constantinopoli.

I. Exsultatio matris est congregatio filiorum. Denique lætatur ecclesia ita se filios quos diabolus disperserat, iterum congregasse, ut ex his nisi filius perditionis nemo sit perditus, quia eum filium suum nequaquam pater agnovit. Illum namque ex quo erat, sicut legimus [c], imitatus, vobis legitimis Dei filiis hereditatem conabatur auferre; quos, dicente Apostolo [d], pro fide vestra & heredes Dei & Christi nostri futuros credimus coheredes. Non ergo ei palmam de his referre permissum est, qui de ipso magis per arma fidei triumpharunt. Victores vos, immo communis Regis de hoste victoriam loquitur tyrannus exclusus: vicit in vobis, cujus incerta fieri divinitas putabatur. Separetur [4] nativitas, quæstionem dixerim, quam sibi unusquisque bene credens debet simpliciter aperire. Quis enim ad examen vocare audeat Deum, eumque discutere qualiter venerit subvenire? Non fuit difficile Deo posse quod voluit, cum dignatus est liberare qui potuit. Sed unde illi peccatori in tanta caligine sua lumen [5] non videre? unde terrenis argutiis in superioribus positam colligere veritatem? Hæc in tenebris suis videre non possunt, qui lucernæ illius verbum nesciunt, quod esse lumen semitis suis David propheta [e] testatur. Cum quo [6] psalmigrapho, ut supra diximus, matrem lætantem in uterum suum, quem dissipatio huc usque ridicula & blasphema turbabat, reversis filiis suis cantare delectat: [f] *Ecce quam bonum & quam jucundum habitare fratres in unum.* Competenter hæc ergo verba de eo fuerim mutuatus; mihi namque ex parte maxima, venerandæ Trinitatis auxilio, ecclesiæ universalis quietem & summam præsentium vindico gaudiorum, quem huc usque [g] qui scandalizabantur urebant, & infirmitas aliquantorum faciebat infirmum.

II. Meminit caritas vestra [a] apud vos mihi [7] dudum de patientia fuisse sermonem. [h] Jactavi quæ debui semina sacerdos in animo Christiano, nec me in vobis seges exspectata decepit. Quid enim patientiæ vestræ messis intulerit, ipsis fructibus approbatis. His invidens severat peritura zizania intra aliquantorum mentes agricola periturus: severat longe aliud quam acceperat seminandum, vel invenerat seminatum. Habemus certe fidei nostræ semina, quæ ipsius Domini sermo vel Apostolorum doctrina jactavit: quæ, quoties ista contingunt, non ea [8] terræ quæ suscepit, sed alia superfusa corrumpunt. Nihil vestræ simplici fidei messis Domini poterit imputare, qui in evangelio auctorem zizaniæ interrogatus ostendit. Illi tum dixerunt: [l] In bono semine unde zizania? nos dicamus, In tanto regno fidei unde perfidia? Respondemus tamen vobis sermonibus Christi, [k] *Homo inimicus hoc fecit.* Qualiter vos exercuit priorum palæstra doctorum, fortitudo vestræ mentis adstruxit. Ipsis [9] agnitionem debetis hujus erroris, quorum hic indignus

a Luc. III. 17. *b* Matth. XIII. 30. *c* Joan. VIII. 44. *d* Rom. VIII. 17. *e* Psalm. CXVIII. 105. *f* Psalm. CXXXII. 1. *g* II. Cor. XI. 29. *h* Matth. XIII. 24. 25. *l* Ibid. ℣. 27. *k* Ibid. ℣. 28.

1. Scilicet Zosimi tractoria ad omnes ecclesias missa.

2. Editi, *& quo se abscondant, ad quas latebras confugiant:* resarciuntur ope ms. Colb. in quo tamen *ad quesvis*, pro *ad quasvis*. Sed in mss. frequens est *at* pro *ad*; & facilis est *a* in *e* mutatio.

3. Martii 15. ann. 432.

4. Labbeo post Baron. magis arrisit *pravitas*, rejecto ad oram *nativitas*: quod verbum exstat in mss. Eo autem significatur quæstio de Domini nativitate ex Maria. Hoc enim sibi vult: *non nos detineat nativitas, hoc est quæstio, quam quisque bene ac simpliciter credens apertam ac certam habere debet.*

5. Expungendum videtur, *non*.


6. In vulgatis *psalmographo*. Ex mss. revocamus *psalmigrapho*, quod ea ratione dicitur, qua infra idem propheta *hymnidicus*, non *hymnodicus* prædicatur.

7. Epist. XIV. num. 5. & seqq.

8. Lab. *non ea qua terra*. Baron. *non ea terra quæ*. Ex mss. fide restituimus *non ea terræ*, quod referri potest ad *superfusa*. Nitidior esset lectio hujusmodi: *Non ea terram quæ suscepit, sed alia et superfusa corrumpunt.*

9. Scilicet Joanni, Attico atque Sisinio, quorum Nestorius indignus successor, etiam laudibus quibus illi celebrati sunt indignus fuit. Illos tamen velut in erudiendis populis negligentes ac desides hic hæresiarcha apud Mar. Mercat. edit. Baluz. pag. 210. edit. Garn. part. 2. pag. 8. & 9. culpare non veretur his verbis: *Video populum nostrum . . . in dogmate Theognosiæ ignorantia labi: id autem*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.



laudibus fuit. Qui bona tam gloriosa despexit, non A [1] partim columbæ simplicitati [a], sed in toto studuit serpentis astutiæ.

III. Nec mirum si parans occidere simplices animos, eum suadendo secutus est, qui suadendo primus occidit. Denique verbis illum legimus decepisse: hic inferre mortem nonnisi per verba tentavit. Non tamen impune suum est secutus auctorem, quando [b] Judæ episcopatum [2] ejus alter accepit. Jure utrumque tenet una sententia: quia in unum, sicut legimus, ambo peccaverunt. Sit licet uterque ante oculos nostros, Salvatoris nostri calumniator, & traditor: tamen deliberare difficile est inter discussorem nativitatis, & mortis auctorem. Facti sui videlicet vacuum statim Judam pœnituit, prævenit [3] exitum traditi supplicium proditoris: ille statim laqueum, peccatum suum confessus, elegit; hic impietatis pertinacia gloriatur. Nec ego perfidiæ huic dabo nomen erroris: non est error impietas omnis. Denique quoties ecclesiæ vel ejus quieti diabolus invidus fuerit, intra eam nata contentio salvam servavit ipsius certaminis caussam. [4] Quo proficiebat iste conflictus, quo laborabatur, non ut religione quis vinceret, sed ut ipsa religio vinceretur? Meministis certe ejus, quia necesse est meminisse, [5] blasphemiæ.

IV. Sed jam oblivionem tantorum malorum vo- C lo sanctis mentibus imperatam. Ex animis tollatur qui sublatus est oculis: tollatur, inquam, qui sic vocatus est præcursor inferni. Habuit crebras sinister prædicator insidias, tetendit arcum suum frequenter, ut legimus [c], & ore suo spicula venenata jactavit; neminem tamen vestro in numero quem feriret invenit: retorta in se tela redierunt, postquam [d] sagittare in obscuro rectos corde non potuit; & nihil in filios lucis licuit filio tenebrarum. Quæ nos de vobis in bello intestino positis cura atque solicitudo tunc habuit? in modum dierum duximus noctes; quia talibus caussis omne tempus angustum est: non oculos somno declinavimus inquietes. Quem enim raperet dilectio dormiendi, sic vi- D gilante raptore, [6] nesciebamus. Quis intra caulas timor, quanta intra septa formido, quoties luporum [7] vicina esuries multo circuit aditu, quærit prædam, sævit & absentibus minata perniciem? Quanta hic pro sua cautione laude grex dignus est, quem non attigit secum raptor inclusus?

V. Patet caussa tuitionis hujusce: in aperto est qui restiterit inimico. Intelligamus & fateamur omnes, quod vos ille tutatus est pastor, qui in evangelio [e] se dicit esse pastorem: adfuit, nec vos deseruit qui patiebatur in vobis. In hunc namque quotidianis acuebatur lingua blasphemiis, in ipsum dentes suos impius tractator armabat: inani tamen semper elusus est morsu, quando ejusdem [f] pastoris virga vos consolabatur & baculus, cui [g] gregem suum etiam pascendum tradidit iturus ad cælum.

VI. Hæc vobis huc usque non mutata sunt pascua: eisdem pabulis estis impleti: apostolico vos doctores & pio semper sermone paverunt. Verum B noxia fuerat pro salubribus cibis esca supposita, quando adversarius esurientibus animabus mixtas spinas floribus [8] exhibebat. Nec tamen fraus ista decepit vos, qui [h] Christi suavis odor estis in Domino, postquam vobis longe aliud oluit, quam solebat. Herbam mortiferi graminis horruistis, [i] sepsistis aures vestras spinis, [9] nec linguam nequam potuistis audire. Non ergo pervenit ad sensum, quod offendit auditum: nec interiorem ferire potuit, quod exterior non recepit. Vitastis eum, cui quantum didicimus & in faciem restitistis. Vitastis quem a memoria digna sancta Alexandrina ecclesia, secundum beati Paulli apostoli sententiam [k], jam sciretis esse [10] correptum.

VII. Legistis namque, & memoriter jam tenetis, sacerdotis, hoc est catholici ad hunc scripta doctoris, quibus eum ita correptum, ut vellet esse correctum, studuit: nisus est labentem revocare collegam, porrexit dexteram magisterii sui, in uno volens plurimis subvenire. Percellebat animum veteris sacerdotis, [11] quod nutat episcopus ruina multorum. Egit, sicut scriptum est, [12] benedictum opus Domini diligenter. In nullo ei officio Apostoli vir apostolicus defuit: [l] obsecravit, admonuit, increpavit. Et ille qui in profundum blasphemiarum suarum pondere mergeretur, tanti viri doctrinam renuens, & abusus hortatu, docilis esse noluit, cum doctor esse non posset. Egit injuriis tenacem recti perversitatis assertor. Gloriatur hinc: nec contristatus est frater, secum reputans quod merito sibi conservo non parceret, qui suo domino derogaret. Inventus est per diligentiam ille de evangelio [m] frugi filius & providus servus. Nam & paternam servavit substantiam, & auxit numerum talentorum.

a Matth. X. 16. *b* Act. I. 20. *c* Psalm. X. 3. *d* Ibid. *e* Joan. X. 11. *f* Psalm. XXII. 4. *g* Joan. XXI. 15. *h* II. Cor. II. 15. *i* Eccli. XXVIII. 28. *k* Tit. III. 10. *l* II. Tim. IV. 2. *m* Matth. XXV.

non esse crimen populi, sed ut honeste dicamus, non habuisse vestro doctores tempus accurate vobis dogmata demonstrandi. In quæ Cyrillus epist. VIII. apposite hæc animadvertit: *Numquid eloquentior est Joanne? Numquid æqualis vel sapientior est beato Attico? Immo vero cur ingenue non agnoscit, doctrinam se invenisse peregrinam planeque inusitatam, quæ præ sua absurditate majoribus nostris in nullis ecclesiis aut fidelium cœtibus cognita fuit vel approbata?* E

1. Ita corrigendum duximus, cum obtineret *partem*.

2. Baron. suppressit *ejus*. Addendum potius *ut* vel *instar* ante vocem *Judæ*, hoc est: siquidem uti Judæ locum sortitus est Matthias, ita episcopatum Nestorii Maximianus accepit.

3. Apud. Baron. *exitium oris*. Apud Lab. *exitum traditori*, quomodo & in ms. Colb. primum ferebatur: sed in hoc recte secundis curis restitutum, *exitum traditi*, hoc est, mortem Christi qui traditus erat.

4. Colb. ms. *pro quo fiebat iste*.

5. Idem codex *blasphemii*; & inferius, *blasphemiorum suorum*.

6. In eodem ms. *sciamus quis intra*.

7. Editi, *jejuna esuries multa circuit, aditu quæris prædam*; tum Baron. *sævit & absentibus inconsummata pernicies*: castigantur ex fide ms. Colb. hoc tantum excepto, quod in eo exstat *minata pernicie*.

8. Alludit Cælestinus ad eloquentiæ flores, quibus Nestorius hæreseos spinas admiscebat.

9. Baron. *ne linguam nequam voluissetis*. Non displiceret *nec . . . voluistis*. Quamquam haud male dicitur *nec potuistis*, pro *nec sustinuistis*.

10. In vulgatis, *correctum*. Concinnius in ms. Colb. *correptum*, scilicet ab Alexandrina ecclesia, cui nunc Cælestinus tribuit, quod Cyrillus ejus episcopus congregata synodo contra nascentem Nestorii hæresim scripsit, quæque ob id facinus memoria & laude digna prædicatur.

11. Colb. ms. *quod mutat episcopus ruinam*. Forte *quod nutat episcopus in ruinam*. Cyrillus anno 412. episcopus creatus, anno 429. quo ad Nestorium scribere cœpit, *vetus sacerdos*, præsertim Nestorio comparatus, vocari potuit.

12. Editi, *Benedicam*: melius ms. Colb. *benedictum*. Ex verbis *Jeremiæ* XLVIII. 10. ubi secundum antiquam interpretationem legimus, *Maledictus qui facit opus Domini negligenter*, hæc per antiphrasim quamdam sunt expressa.

Nec duplicasse eum, sed multiplicasse dixerim sortem, quem videamus etiam longe positis pio senore subvenisse. O sanctæ prædicationis usura! Quam hic gratiam ante communem Dominum fidei negotiator inveniet, qui propter animarum lucrum negotium & illic exercuit, ubi [1] alter accepit? Nonne hic merito a patrefamilias auditurus est, [a] *Euge serve bone & fidelis intra in gaudium domini tui*? Hæc huic competunt, qui illa quoque quæ aliis sunt commissa, servavit.

VIII. Quid ille auditurus est quidve dicturus, cum a se commissæ sibi rei ratio requiretur, qui utique involvitur reatu, etiamsi vobis per alios perditis esset ipse servatus? Nostis profecto pro vestra eruditione, quæ pœna negligentes maneat sacerdotes, quippe quos Apostolus [b] præesse etiam domibus suis jubeat diligenter. Denique [c] Heli sacerdos per se inculpabilis, divinam per filios incurrit offensam. Offendit pontifex pater, offendit potestas & pietas. Si igitur ille cum præsumtionem filiorum non refrenat, [2] incurrit, quanto magis hic Dominum, dum nec ipsi parcit, offendit? Non hunc desidem, non hunc dixerim negligentem. Habuistis hominem sermonis assidui, atque (apud expertos loquor) vigilem perditorem.

IX. Nec tamen beatus Petrus apostolus deseruit tam graviter laborantes. Nam cum separari tale ulcus de ecclesiastico corpore horrens omnibus putredo suaserit, cum ferro obtulimus & fomentum. Sed ille abusus nostro studio, quo illum sequimur qui nec de pusillis aliquem vult perire, mortem [3] desideratus optavit. Denique & medicinam respuens, elegit abscidi: tulit de se apostolicum, vel hoc nobiscum sentiens, ipse judicium, ut [d] abscideretur qui nos contristabat, & [e] volebat convertere evangelium Christi. Nulla suo vitio languenti medico, ut diximus, arte defuimus. Non factum est nostræ celeritate sententiæ, ut [f] esset nobis publicanus aut ethnicus. Scimus qualiter & quoties hos qui ad hæc tendunt, scriptura jubeat [g] conveniri: quod nunc quoque videtur impletum. Dicendum denique adhuc. Tunc frater fratrem admonuit, dehinc pertinax uno & altero, immo [4] multo teste conventus est, consequenter ab universa Ecclesia, nostro quoque sermone correptus. Nihil præcoquum, nihil in hoc egimus immaturum, quem diuturnæ constitutionis servatus ordo damnavit. Non potuimus ultra differre; ne, sicut scriptum est [h], cum furante curere videamur, & cum adultero fidei nostram ponere portionem, maxime quando [i] oculus scandalizans jubeatur auferri. Ad hæc ille compendio toties oblata remedia, campum ad certamen exposcit, sacerdotale postulat cui non erat interfuturus, examen; egreditur ad bellum castrorum dux hostem professus, & doctor fidei contra fidem portans arma perfidiæ, cum non tam profectus, quam videtur expulsus.

X. Non quæro qualia tunc ad Dominum nostrum vota fudistis; cum exitus doceat quid potueritis optare. Nec nos gestarum rerum putetis ignaros, quarum nobis ordinem sancti fratris nostri Cyrilli relatio patefecit. Admonuit hominem, quem nunc inexcusabilem faceret ex more conventio: adesse contemsit. Quis petitorem synodi synodo crederet [5] afuturum? Pressa est illic falsitatis levitas pondere veritatis: nec se ausa est fulgori radiantium sacerdotum latitantis perfidi caligo miscere. Lucem tenebræ fugerunt: quia societatem legimus [k] his esse non posse. Invicem se contraria semper offendunt. Ubi est quod sibi dictum est [l], quod loqueretur in lumine, & supra tecta, quod audiret in auribus, prædicaret? Sed [6] idcirco volens præsens latere, ut ferendam sententiam verecundia, judicante conscientia, præveniret. Lucernam suam cur voluit habere sub modio [m], si eam bene putabat accensam? Toto sancto conventui lucere debuit, ut habere lumen omnium lumine probaretur. Non fallit divina sententia [n], quoniam qui in tenebris sunt, lucem videre non possunt. Mansit absconditus, ut vitando sacerdotale collegium, ipse renuntiaret quodam modo dignitati. Sic se ille primus homo Adam peccati sui conscius ante faciem Domini nudus occuluit [o]: & qui non in eum, sed in ejus mandata peccasset, expavit illam quam contemserat vocem, & timorem deceptus incurrit, postquam simplicitatis fiduciam vitio prævaricationis amisit. [7] Non facit dubitare de crimine confessio latebrarum: nemo se in caussis gravibus innocenter abscondit. Sic ergo illius nostræ mortis auctoris, perdito honoris & gloriæ vestimento, secutus exemplum, merito hoc cum primo homine Adam fecerit, qui deitatem Adæ novissimi sic negavit. Non fuit ante oculos tantorum vexatio sacerdotum, non congregatum ex omni pæne mundi parte concilium: afuit ab his, cum quibus se esse nesciret.

XI. Quid illi profuit hoc vitasse? Refugere voluit quos effugere non dabatur. Qua enim ratione possit evadere, persequente eo cui se nullus abscondit? An quia talibus sociis usus est, sine peccato se existimans, negare [8] dignatus est quod Propheta clamavit, [p] *Quo ibo a facie tua, & ab Spiritu tuo quo fugiam? Si adscendero in cælum, tu ibi es; si descendero in infernum, tu ades*. Ille clamat, latebram suis deesse peccatis, nec a Deo posse celari. Ille enim fatetur ubique præsentem, quem hic conatur asserere intra uterum defuisse susceptum.

XII. Tandem in sacerdotibus suis sanctus, sicut

a Matth. XXV. 21. 23. *b* I. Tim. III. 4. *c* I. Reg. IV. *d* Gal. V. 12. *e* Gal. I. 7. *f* Matth. XVIII. 17. *g* Ibid. ℣. 15. *h* Psalm. XLIX. 20. *i* Matth. V. 29. *k* II. Cor. VI. 14. *l* Matth. X. 27. *m* Matth. V. 15. *n* Joan. XII. 35. *o* Gen. III. 8. *p* Psalm. CXXXVIII. 7. 8.

1. Apud Baron. *ubi talenta*. Verius apud Lab. ut in ms. Colb. *ubi alter*, Nestorius videlicet, qui ecclesiæ Constantinop. factus episcopus, ejus quidem curandæ negotium acceperat: sed ipsius curam Cyrillus variis ad illam missis scriptis ac litteris egit. 2. Supple, *offensam*.

3. Baron. *desperatus*. Colbertino ms. qui heic oblitteratus est, nos deficiente, revocamus ex Lab. *desideratur*, quo verbo Cælestinus quanto salutis Nestorii studio flagrabat exprimit.

4. Editi, *& multis testibus*. Elegantius ms. Colb. *& multo teste*. Præscriptas a Domino correptionis regulas erga Nestorium servatas esse heic Cælestinus ostendit. Quocirca inferius loco *diuturnæ constitutionis*, mallemus *divinæ constitutionis*: licet heic Cælestinus iis occurrat, qui Nestorium præpropere damnatum dictitabant.

5. Ita pingitur hoc verbum in ms. Colb. non ut in vulgatis, *absuturum*. Sic & infra *afuit* in eodem codice legitur, non *abfuit*. Deinde in vulgatis, *Perculsa est*. Concinnius autem in laudato codice, *Pressa est*, quia ponderis proprium est premere.

6. Apud Baron. *Sed si idcirco*. Integrior fieret sententia in hunc modum: *Nisi idcirco voluit præsens latere, ut ... præveniret; lucernam suam cur*, &c.

7. Editi, *Nam facit*: corriguntur auctoritate ms. Colb.

8. Sic ms. Colb. At editi, *indignatus est*; & mox, *ab adspectu*, pro *ab Spiritu*.

ſemper, Spiritus vivens, unus in omnibus ſtatuit, quod omnibus ſubveniret. Nulla de putredine, nulla de vulnere naſcente ſuſcepit, quia diligenter amputatum eſt, quod manus [1] Spiritus talis abſcidit. [a] *Ejice*, inquit Salomon, *de concilio contentioſum*, *& exiet cum illo diſcordia*. Secum ſcandalum ſuum quod intulerat, amputavit; quia apud vos quod [2] invenerat, hoc reliquit. Non poterat, loquente Domino [b], eradicari plantatio quam plantaverat Pater, & quæ in eo uberem fructum probaretur afferre. Servavit vineam ſuam Dominus Iſrael: (domus ejus [c] eſt vinea Domini:) & ideo mirandum non eſt, ſi furem domus ejus evaſit, cujus legimus [d] nec dormire nec dormitare cuſtodem.

XIII. Quid aget impius pertinax? Quid ſibi ſpei, quid permanſit auxilii? Non habet locum veniæ, cui ſcriptum [e] quod nec heic nec in futuro poſſit ignoſci. Inclinatur omnis elatus: contra, exaltationem parit humilitas Chriſtiana; quia hunc ipſe qui ſupra eum requieſcit [f], exaltat. Illius per Prophetam verba ſunt: [g] *Non habitat in medio domus meæ faciens ſuperbiam*, qui per Apoſtolum promittit [h] ſe ſtultam mundi ſapientiam perditurum. Audiat nunc a nobis quod Paullus tunc & cum prædicaret audivit [i]: Ad inſaniam multarum pervenit itinere litterarum. Abſit tamen ab eo hujus exemplum. Non enim quod de doctore dictum eſt, dignus eſt audire indoctus. Cur præterea contra vas abjectionis, vas electionis vocemus in medium, cum ad exprobrandum hunc ille ſufficiat, quem in cruce cum Chriſto [k] poſt ſcelera tanta pendentem ſupplicii beneficium fecit Dominum confiteri? Sui ab eo memoriam poſcit in regno; hoc brevi ſermone diluit quidquid admiſit, criminibus temporum temporis puncto ſubveniens. Nec moratur præmium confitentem: ſtatim ejus remuneratio & viciſſitudo. Reſpondit qui libenter excipit hora ad ſe quacumque converſum: [l] *Mecum*, inquit, *eris in paradiſo*. Promittit ei futuram ſocietatem, qui ſecum præſentia pateretur. [m] Ad juſtitiam corde credulitas, ad ſalutem facta eſt ei ore confeſſio. Exclamare heic in tanta contrarietate rerum pariter & flere debemus: nefas eſt, hoc epiſcopum [3] perdidiſſe, quod latro potuit invenire. O fidei & perfidiæ præmium! o [n] judicia Dei abyſſus multa! Latro paradiſum meruit, & ſacerdos exſilium. Habeamus tamen hujuſce rei [4] admonere interpretes. Hunc ille poſitus inter tormenta cognovit, quem hic poſitus in honore neſcivit.

XIV. Nonne hoc illlud eſt, [o] *Et homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt jumentis*

A *inſipientibus?* Quid eſt aliud intellectus [5] & judicium, niſi [p] ſcire ſapientiam & diſciplinam, & intelligere verba prudentiæ. Illa eſt vera ſapientia, quæ, ipſo Salomone dicente [q], de timore Domini ſumit exordium, quam ſe inter perfectos loqui beatus Apoſtolus affirmat [r], quam non tam grave eſt quod eam tunc minime mundus agnovit, quam quod nunc epiſcopus ignoravit. Hoc loco utar Domini noſtri per Jeremiam ſermonibus: [ſ] *Cultores legis meæ neſcierunt me*, *& prophetantibus iniquitatem prophetis plauſerunt manibus ſacerdotes*; & per eumdem alibi: *Sacerdotes mei ſacrificaverunt mihi ficte*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 423.



B XV. Utebatur tamen defenſione & laude gentilium, epiſcopum talem numquam fuiſſe teſtantium. Vere hæc & probabiliter loquebantur. Nam quando potuit epiſcopus inveniri, qui Chriſtianus eſſe neſciret? Ideo tamen [6] inimicus eſſe probatus eſt, quia numquam diſplicent hoſtibus proditores.

XVI. Audivimus hunc [t] agentem contra legem & iniquum quæ ſint ſolatia proſecuta. Adfuerunt inter alios, nec deſeruerunt eum Cæleſtiani, iniquitatis operarii, quos hymnidici noſtri proſequitur manifeſta ſententia [u]: jam dudum quippe inimici Dei [7] diſperguntur, & pereunt qui operantur iniquitatem, (ac) ſicut idem dicit [x], velut cibum panis plebem C dominicam devorabant. Habuit ergo ſecum ſui magiſtros exſilii, habuit hujuſce rei perfectos tiro doctores. Nam ſeparare difficile eſt, quos ſcelera ſola junxerunt; quia majore ligantur glutino fœdera vitiorum. Quis tamen horum finis eſt? nempe ille quem legimus: [y] *Irritavit in illo Dominus*, *& erunt poſt hæc decidentes ſine honore in contumelia inter mortuos in æternum*. Sed quid diutius immoramur? Faſtidium forſitan faciet ſermo prolixior: [z] dimittamus mortuos ſepelire mortuos ſuos.

XVII. Audite nunc & capite ſimplicis verbâ doctoris [8]: audite ab eo quæ a majoribus noſtris nobiſcum poſitus frequenter audivit: audite certe ſemper D audita, nec ſtudio novitatis inventa. Noſtro vobis loquitur ore collega: quia una fides neceſſe eſt uniter prædicetur. Non hic in ejus perſona alicujus teſtimonium mutuatur: a nobis datus eſt, qui eſt electus ex noſtris. Non eſt incognitus, non aliunde deductus: habuiſtis laudabilem de præſenti [9] judicio ſuo. Fama dudum decepit abſentes. Plura de eo loqui cautio eſt; quia opera ſupervacua eſt, nota laudare. Nunc tamen vos noſtris propriis ſermonibus decet cavere commonitos.

a Prov. xxii. 10. *b* Matth. xv. 13. *c* Iſa. V. 7. *d* Pſalm. cxx. 4. *e* Matth. xii. 32. *f* Iſa. lxvi. 2. *g* Pſalm. C. 7. *h* I. Cor. I. 19. *i* Act. xxvi. 24. *k* Luc. xxiii. 42. *l* Ibid. ℣. 43. *m* Rom. X. 10. *n* Pſalm. xxxv. 7. *o* Pſalm. xlviii. 13. *p* Prov. I. 3. *q* Ibid. ℣. 7. *r* I. Cor. II. 6. *ſ* Jer. II. 8. *t* Pſalm. lxx. 4. *u* Pſalm. xci. 10. *x* Pſalm. xiii. 4. *y* Sap. iv. 19. *z* Matth. viii. 22.

1. In vulgatis, *ſpiritalis*. Et heic noſtrum mſ. ſequimur.
2. Hoc eſt, catholicam doctrinam qua deceſſores illius Conſtantinopolitanos imbuerant, ab eorum animis auferre non potuit.
3. Editi, *hoc epiſcopum*, *quod latro potuit* (& ad marg. *petiit*,) *non invenire*: reſtaurantur ex mſ. Colb. Porro perdidit Neſtorius paradiſum ob pertinaciam, quem invenit latro per pœnitentiam. Tum Dei judicia miratus Cæleſtinus, ea in utriuſque cauſſa non ita occulta eſſe agnoſcit, ut illorum lateat æquitas; cum Neſtorius perfide neget quod latro fideliter profitetur.
4. Ita mſ. Colb. At editi, *habemus tamen hujuſce rei veros interpretes*. Noſtram lectionem commode ſic intelligere eſt: Nec deſit nobis ratio, quam rei hujuſce interpretationem quærentibus ſuggeramus.

E 5. Colb. mſ. *intellectus in judicium*.
6. Reſtituendum videtur, *inimicis iſte probatus eſt*. Sic Cæleſtinus inanem gloriam, quam forte Neſtorius ſibi apud ethnicos dicendi facilitate compararat, acute ſugillat; nempe nihil mirum eſſe, ſi Chriſtianæ religionis proditor ejus inimicis placeat, eiſque probatus ſit.
7. Cæleſtiani videlicet ac Pelagiani, quorum duces varias experti ſunt diſperſiones, quas Mar. Mercator in Commonitorio enarrat.
8. Maximiani recens electi, cujus doctrina non ſuſpecta, & laudabilis vita.
9. Hoc eſt, eo judicio quod de ipſo præſentia ſua vobis noto, non quemadmodum de Neſtorio nuſquam viſo ac ſola fama cognito tuliſtis.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 423.

XVIII. Nemo in vobis illud quatiat fundamentum, quod firma petra & angularis lapis ille construxit. Ædificate super hoc catholici quod soletis. Didicistis [a] quid sit superædificare quod ardeat: hoc detrimento illud pensabitur, cum opera singulorum probare cœperit ignis examen. Gaudeo vos fundamento huic non stipulam, non ligna, non fœnum, sed illas imposuisse divitias quas architectorum sapientium præcepta mandabant imponi. Bene manebitis; quia tam solicite fabricatis. Habitaculum magnum tales pollicentur expensæ: auro, argento & lapidibus pretiosis illam vobis quæ æstimari non potest, construitis mansionem. Nullo pretio taxantur æterna, quippe quæ non injuria, non vetustate solvuntur, quæ jam ab institutione mundi justis Dominus præparavit. [b] *Confortentur manus fidelium fatigatæ; labantia,* hortante Propheta, *genua roborentur; qui pusilli sunt animo, convalescant.* Noster Salvator apparuit: ostendit falsitati Deus quid sit pulsare & incessere veritatem, postquam sibi controversia inde facta est unde subvenit. Unde, filii carissimi, permanete in eum qui est, ut vincatis in vobis. [c] In ipso sensu & in eadem sententia estote perfecti: ut a filio hominis, cum venerit in majestate sua, non audiatis, [d] *Discedite a me maledicti*, sed, *Venite benedicti*, possitis audire. Maneat hœdos repulsa venturi. Vos tales volumus invenire, ut cum in igne stent abjecti a sinistris, vos a dextris invitet ad regnum. Non exspectabitis ut paretur, quod olim vos ut regnetis exspectat. [e] Angustam nunc portam festinanter intrate, quæ eos accepit quos numquam spatiosa invenerunt.

XIX. Hæc dilectioni vestræ pro lætitia catholicorum dicta sufficiant: quæ sæpius recensere vos volumus, ut triumpho fidei gratulantes, intelligatis [f] Deum caritatis & pacis esse nobiscum. [1] Data Idibus Martiis Flavio Aetio & Valerio viris clarissimis consulibus.

a I. Cor. III. 11. cet. *b* Isa. xxxv. 4. *c* I. Cor. I. 10. *d* Matth. xxv. 34. & 41. *e* Matth. vii. 13. *f* Philipp. iv. 9.

1. Martii 15. ann. 432.

SANCTI
MAXIMI
EPISCOPI TAURINENSIS
COMPLURES HOMILIÆ

Quæ in antea editis desiderantur,

EVULGATÆ CURA ET STUDIO VV. CLL.

MABILLONII, MURATORII ET MARTENII.

HOMILIÆ [1] S. MAXIMI

EPISCOPI TAURINENSIS.

[2] HOMILIA I.

De Barbaris non timendis ei qui Deum timet, & de sancto Helisæo.

Sæpe [3] dixisse memini, quod hos tumultus bellicos timere minime debemus; nec quamlibet copiosam hostium multitudinem formidare; quoniam, sicut ait Dominus, [a] *major est qui in nobis est, quam qui in hoc mundo.* Hoc est, potentior est ad protegendos famulos suos Christus, quam diabolus ad instigandum. Quamvis enim idem diabolus colligat sibi turbas, & crudeli eas armet insania; tamen facile destruuntur, quia melioribus populum suum Salvator circumdat auxiliis. Ait enim propheta: [b] *Immittet Angelus Domini in circuitu timentium eum, & eripiet eos.* Quod si Angelus Domini timentes eum de periculis eripit, non potest timere barbarum, qui timuerit Salvatorem; nec potest metuere hostis impetus, qui Christi præcepta servaverit. Præcepta enim Christi arma sunt [4] Christiani: & divinus timor terrorem a nobis expellit hostilem. Arma autem hæc nostra sunt, quibus nos Salvator instruxit: Oratio, misericordia, atque jejunium. Jejunium enim melius quam murus tuetur: misericordia facilius liberat quam rapina: oratio longius vulnerat quam sagitta. Sagitta enim non nisi proxime conspectum percutit adversarium: oratio autem etiam longe positum vulnerat inimicum. Sic namque sanctus Helisæus propheta cum vellet eum rex Syriæ captivare ac suæ subdere ditioni, multisque eum armatorum cinxisset agminibus; non est territus, non turbatus: sed ait nuntianti puero, [c] *Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* [5] O fidelis sanctus propheta! Non timet adversarios, quos perspicit: quoniam scit Angelos secum esse, quos credit. Non metuit terrenas insidias, quia cælestia adesse sibi novit auxilia. *Plures enim nobiscum sunt, quam cum illis.* Mira res! plures de cælo defensores meretur sanctitas, quam in terris obpugnatores adduxit improbitas. *Plures nobiscum sunt quam cum illis.* [6] Beatitudinis meritum propheta nuntiat etiam de multitudine, cum puer adhuc incertus sit de salute. Spiritales oculi carnalibus quantum plus cernunt! Hic perspicit armatorum numerum, & ille non cernit defensionis indicium. Quanta est divina mise-

A ricordia! Defertur hominibus beneficium, nec videtur: auxilium periclitantes consequuntur, & nesciunt. Hæc est enim pietas Salvatoris, ut interveniat saluti, ac non se prodat [7] adfectui: sentiatur beneficiis, & non cernatur obtutibus. Unde errat qui putat, cum prospere aliquid gesserit, propria se fortitudine superasse. Scire enim debet, quod adversarii meritis magis quam virtute vincuntur: & non tam virtute, quam sanctitate superantur: sicut sanctus Helisæus hostes suos non armis superabat, sed oratione vincebat. Nam cum idem ministro suo, ad depellendum ejus timorem, plures adesse diceret defensores, nec metus ab illo posset auferri; tunc oravit ad Dominum dicens: [d] *Domine aperi*
B *oculos ejus, ut videat. Et aperti sunt oculi ejus, & vidit: & ecce mons totus plenus equitum,* & reliqua. Oratio ergo prophetæ aperuit oculos pueri. Non mirum, si oratio aperuit oculos ut videret exercitum, quæ aperuit cælum ut veniret exercitus. Non mirum, inquam, si novos [8] senserit oculos, qui nova promeretur auxilia. Aut cur non aciem producat obtutuum, qui acies instruxit Angelorum? cur, inquam, non orationis suæ habitudine aciem popillarum dirigeret, qui meritis caliginem nubium penetravit? Necessario ergo sanctus Helisæus hoc facto ministro formidoloso præstitit securitatem, cui jam refuderat claritatem: & removit ab eo formidinem cordis, a quo removerat vi-
C sionis cæcitatem: geminoque eum remunerans beneficio, absolvit ejus metum, & absolvit obtutum. Minus timere cœpit, postquam plus videre promeruit, [9] & visum. In montibus ergo cernuntur armati. Apparet eos vere descendisse de cælo, quorum adventus primum in montibus esse reperitur. Ipsa enim locorum proximitas hoc demonstrat, quod descendentes de cælo non nisi juga collium sibi vicina calcaverint. Tunc igitur oravit Helisæus, & omnem hostilem exercitum cæcitate percussit. Non mirum si adversariis cæcitatem intulit, qui famulo largitus est claritatem: & si hostibus auferret visum, qui ministro præstitit aspectum. Ubi sunt qui dicunt plus quam preces sanctorum hominum, arma

a I. Joan. IV. 4. *b* Psalm. XXXIII. 8. *c* IV. Reg. VI. 16. *d* Ibid. ℣. 17.

1. Descriptæ sunt ex *Museo Italico* Mabillonii V. C. tom. I. part. II. pagg. 9-31.

2. Hæc & sequens Homilia jam dudum editæ fuerant, & quidem nonnullis in locis emendatiores, in vett. editt. Rom. & Paris. opp. S. Ambrosii tom. I. pag. 565. seq. cum quibus propterea exemplar Mabillonianum contulimus. Ibi autem inscribitur hæc Homilia I. *De sancto Elisæo propheta Sermo I.*

3. *Sæpe dixisse mem.*] Edit. Paris. *Sæpe me dixisse memini, quod hostium tumultus* cet. Mox vero, *sicut ait Apostolus.* Recte: locus enim excitatur ex I. *Joan.* IV. 4. Et paullo post, *quam diabolus ad instigandos inimicos.*

4. *Christiani*] Leg. *Christianis* cum vet. edit.

5. *O fidelis sanctus propheta*] Ibid. *O fides sancti prophe-* D *tæ!* Et mox, *quos prospicit.*

6. *Beatitudinis meritum propheta* cet.] Ibid. *Videte beatitudinis meritum: propheta* cet. Mox, *quanto plus.*


7. *Adfectui*] Probe vet. edit *aspectu:* sed si mavis, *adspectui.*

8. *Senserit*] Vet. edit. *inseris:* rectius ut videtur. Paullo ante ibidem omittuntur verba, *quæ aperuit cælum ut veniret exercitus:* incuria fortasse exscriptoris. Paullo post: *Aut cur non aciei producat obtutum, qui acies instruxerat angelorum? cur, inquam, non oratione sua hebetudinem pupillarum detergeret,* cet. Sic equidem lectionem Mabillonianam reformandam existimarim.

9. *Et visum*] Locus mutilus, ita supplendus ex vet. edit. *nam & pacem pariter promeruit, & visum.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

poſſe? Ecce una oratio Heliſæi totum exercitum vulneravit, & unius prophetæ meritis omnis eſt hoſtium numerus captivatus. Quæ catervæ regum, quæ turbæ militum talem victoriam perpetrarunt, ut ita hoſtes proſternerent, ut de ipſis nullus obcumberet? [1] Hæc eſt hæc incruenta victoria, ubi ſic adverſarius vincitur, ut de vincentibus nemo lædatur. *Explicit*.



HOMILIA II.

Item ſequentia.

MIrum forſitan videtur, quod [2] ante dies ſancti Heliſæi gratiam deſcribentes diximus, in defenſionem ipſius de cælis auxilia deſcendiſſe, & armatos equites ſive quadrigas ei divinitus adfuiſſe; adſtitiſſe etiam circa ipſum quadrigam igneam. Magna quidem res, ſed [3] in vero ſancto admiranda non eſt. Quid enim mirum, ſi auxilia meretur e cælo, cujus animus ſemper in cælo eſt? ſicut ait Apoſtolus: [a] *Noſtra autem converſatio in cælis eſt*. Ergo ſi noſtra converſatio eſt in cælis, & cæleſtium converſatio [4] poteſt nobiſcum: hoc eſt, ut qui vita vivimus Angelorum, recte eorum conſortium mereamur. Eſt enim ſancte viventibus quædam inter ſe cognatio, junctio atque ſocietas: nec intereſt utrum in cælis maneant, an in terris; angelici ſint habitus an humani, dum modo in his ſit eadem vita vel ſanctitas: converſatio connectit, quos ſeparat elementum; & [5] diverſis licet corporibus dividantur, iiſdem tamen actibus conjunguntur. Atque ideo ſit; ut ſancti ſibi quodam conſortio cohærentes a ſe invicem non diſcedant; & modo Angeli ad terras veniant, modo homines ad cæleſtia transferantur: ac profecto meliore; quibus vita communis eſt, incipiunt illis vivendi etiam elementa eſſe communia.

Sed dicit aliquis: frequenter audivimus Angelos ad homines deſcendiſſe: audire etiam cupimus, quando homines ad cæleſtia tranſmigrarint. Manifeſta res eſt, & in promtu poſita. Helias magiſter Heliſæi, nonne Angelis ducentibus raptus ad cælum eſt, & quadriga ignea impoſitus, quaſi in quodam triumpho victor aſcendit? Victor enim exſtiterat non gentium barbararum, ſed ſæcularium voluptatum: ſiquidem graviores inimici ſunt pravi mores, quam hoſtes infeſti: [6] & facilius intelligimus hoc tempore malignitatem hoſtium vinci poſſe, quam morum. Ergo Heliam Angeli ad cælum perferunt, Heliſæum Angeli in terris cuſtodiunt. Quid mirum ſi Angeli qui magiſtrum portaverant, diſcipulum tuebantur, & novitia quædam obſequia quæ patri exhibuerant, etiam filio deferant? Ipſe enim Heliæ ſpiritalis eſt filius, [7] ipſe enim heres eſt ſanctitatis. Recte autem Heliſæus Heliæ ſpiritalis filius dicitur, quia aſcendens ad cælum ſpiritum duplicem ei ſuæ gratiæ dereliquit. Cum enim data eſſet facultas Heliſæo, ut peteret quod vellet, antequam ab eo [8] reciperetur Helias; petivit ut duplex ſpiritus Heliæ fieret in ipſo. Tunc dixit Helias: [b] *Dura petis, ſed fiet tibi*. O hereditas pretioſa, in qua plus heredi relinquitur, quam habetur; plus conſequitur qui accipit, quam poſſederit qui largitur. Pretioſa plane hereditas, quæ dum a patre transfertur ad filium, meritorum quodam fenore duplicatur. [9] Igitur Helias cum ſymbolum ſanctitatis ipſe haberet, ſpiritum Heliſæo duplicem dereliquit. Mirum ergo in modum Helias plus gratiæ dimiſit in terris, quam ſecum portavit ad cælos: & licet ipſe ad altiora latus transferretur corpore, apud filium tamen major remanet ſanctitate.

De Heliſæi autem meritis quid dicamus? cujus hæc prima laus eſt, quod patrem voluit gratia ſuperare, dum dari ſibi amplius poſtulat, quam ſcit apud eum eſſe qui poſſidet. Avarus quidem eſt in petendo, ſed idoneus in promerendo. Dum enim a patre plus exigit quam habebat, fecit eum meritis ſuis plus præſtare quam poterat. Nam cum idem Heliſæus poſt aſcenſum magiſtri ſui veniſſet Hiericho, & rogatus a civibus ut in eadem conſiſteret civitate, dixerunt ad illum [c] *Commoratio oppidi bona eſt, ſed aquæ malæ & ſteriles ſunt*; tunc præcepit ſibi dari vas fictile; [10] & in eo reconditos ſales, veniens ad exitus aquarum, projicit in aquas dicens: [d] *Hæc dicit Dominus: Sanavi aquas iſtas, non erit ex his moriens, nec ſterilis. Et ſanatæ ſunt aquæ in hunc diem*. Videte ergo Heliſæi quanta ſint merita, cujus prima in civitate hoſpitalitas filiorum eſt magna fecunditas. Dum enim ſterilitatem avertit aquarum, ſucceſſionem largitur heredum. Non enim hoc facto Heliſæus unum ſanavit hominem, aut unius domui præſtitit medicinam, ſed totius civitatis populum reparavit. Si enim tardius hoc feciſſet, interveniente ſterilitate, ſeneſcentibus cunctis, civitas ſine habitatore [11] remanſerat.

Igitur Heliſæus, dum curavit aquas, curavit & plebem; dum fontem benedixit undarum, quemdam fontem indulſit animarum. Nam ſicut ſanctificatione ejus de occultis terræ venis aqua ſana prodivit, ita de occultis vulvæ viſceribus ſoboles ſana proceſſit. Non enim ſola tantum fluenta benedixit Heliſæus. [12] Aquæ fontium jam gremio tenebantur: ſed & illa, quæ humido terræ ſolo adhuc indiſcreta paullatim erant, in poſterum defluxerunt. Unde ait ſcriptura, ad exitus aquarum benedixiſſe Heliſæum, ut ſtillantem aquam prius ſanctificatio ſuſciperet, quam ſinus fontis includeret.

Igitur quoniam dicit ſanctus Paullus apoſtolus:

a Philipp. III. 20. *b* IV. Reg. II. 10. *c* Ibid. ℣. 19. *d* Ibid. ℣℣. 21. 22.

1. *Hæc eſt hæc incr.*] Vet. edit. *Hæc eſt vera, hæc incr.*
2. *Ante dies ſanct.*] Ibid. *ante dies aliquot ſanct.* Inſcribitur autem ibidem hæc Homilia II. *De eodem Sermo alter*.
3. *In vero ſancto*] Leg. cum vet. edit. *in viro ſancto*. Mox ibid. *ſi is auxilia*.
4. *Poteſt nobiſcum*] Mabillonius pro *poteſt* reſcribendum *patet* conjiciebat. At vet. edit. *poteſt eſſe nobiſcum*.
5. *Diverſis licet corporibus*] Vet. edit. *diverſi licet corporibus*. Quæ lectio magis placet: ne videatur ſanctus Pater Angelis corpora tribuiſſe.
6. *Et facilius intelligimus*] Vet. edit. *ut facilius intelligamus*. Mox, *Sed quid mirum — & nova quædam obſequia*.
7. *Ipſe enim heres*] Ibid. *ipſe ejus heres*.
8. *Reciperetur*] Proba lectio, quam exhibet quoque vet. editio: ut propterea non admittenda videatur Mabillonii conjectura legentis *raperetur*. Paullo ante eadem vet. edit. *ut peteret quid vellet prius, quam ab eo recip.*
9. *Igitur Helias* cet.] Leg. cum vet. edit. *Igitur Helias quum ſimplicem ſanctitatis ipſe haberet ſpiritum, Heliſæo duplicem dereliquit*. Et mox: *licet ipſe ad altiora totus transfertur corpore*.
10. *Et in eo reconditos ſales*] Vet. edit. *& recondito in eo ſale*. Sed retinenda lectio Mabilloniana tum ex contextu, tum ex iis quæ leguntur ſub finem.
11. *Remanſerat*] Vet. edit. *remanſiſſet*.
12. *Aquæ font.*] Emenda ex vet. edit. *quæ fontium*. Mox ex eodem vet. edit. legendum: *paullatim erant in poſterum defluxura*.

[a] *Hæc in figura contingebant illis*; videamus hæc ipſa figura [1] quam habet veritatem: hoc eſt, requiramus quæ ſit iſta civitas, quæ ſterilitate laborans; vel quid ſibi velit vas fictile; quid etiam ut aſperſi ſales afferant ſuavitatem. Legimus in eodem apoſtolo dictum de eccleſia: [b] *Lætare ſterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis.* Ergo eccleſia eſt illa ſterilis civitas, quæ ante adventum Chriſti aquarum vitio, hoc eſt ſacrilegio gentilium populorum, ſterilitatem ſuſtinens, Deo filios procreare non potuit. At ubi venit Chriſtus, velut vas fictile adſumens corpus humanum, vitia ſanavit aqua- A rum, hoc eſt reſecavit ſacrilegia populorum; ſtatim eccleſia quæ erat ſterilis, cœpit eſſe fecunda. Unde & apoſtolus dicit, *Lætare ſterilis*: [2] ut plures etiam filios ex eo eccleſia quam ſecunda ſuſciperet. Aſperſi autem qui ſunt, qui attulerunt medicinam, facile cognoſcimus. Dicit Dominus ad apoſtolos: [c] *Vos eſtis ſal terræ.* Ergo ſi apoſtoli ſalibus comparati ſunt, recte figura completur. Sicut tunc effuſi de vaſculo ſales condierunt aquas, ita & nunc miſſi a Salvatore apoſtoli condiunt univerſos; [3] & ablata ſterilitate vitiorum, prolem incipiunt germinare virtutum. *Explicit.*

HOMILIA III.

Item ſequentia.

MEminit veſtra dilectio, hoc nos ſuperiore dominica prædicaſſe, ut bonis actibus, aſſiduis orationibus portas nobis juſtitiæ reſeraremus, ac frequentibus eleemoſynis, velut vallo nos miſericordiæ muniremus. Murus enim quidam inexpugnabilis eſt contra adverſarium, reſiſtere eleemoſynis, dimicare jejuniis. Quamvis enim inimici arma ſint valida, fortiora tamen hæc arma ſunt Salvatoris: quibus qui indutus fuerit, licet inermis oculis hominum videatur, ſatis tamen armatus eſt, quia eum divinitas ſumma cuſtodit. Bonum eſt igitur in tribulatione orare, jejunare, pſallere, miſereri. His enim telis, ſicut David exemplum contra Goliam protulimus, ſolent adverſarios ſuos vincere Chriſtiani, his armis civitatis mœnia cuſtodire. Dicit enim ſanctus propheta: [d] *Niſi Dominus cuſtodierit civitatem, in vano vigilant qui cuſtodiunt eam.* In vanum ergo iſte vigilat, qui putat cura ſe armare civitatem, cum ipſe fidei arma non habeat. In vanum plane laborat, qui æſtimat ſe tuitionem alii parare poſſe, cum ipſe ſit Dei gratia deſtitutus. Ait Dominus in evangelio: [e] *Medice cura te ipſum.* Hoc exemplo dicendum eſt: Prius tu homo tuæ conſule ſaluti, ut poſſis ſaluti providere multorum. Ceterum cum te imbecillem & infirmum videam, ac divinitatis auxilio deſtitutum, non ſolum civitatis quæ per te paratur cuſtodia non confido; ſed etiam vereor, ne conturbet tua deſperatio civitatem.

Tunc ergo civitas munita eſt, quando eam magis Deus ipſe cuſtodit: tunc autem eam cuſtodit Deus, ſicut ſcriptum eſt, quando habitantes in ea ſunt omnes moderati, graves, Chriſtiani atque catholici. Neceſſe eſt enim, ut iſtam civitatem conſervet Deus, in qua de præceptis ſuis invenit quod reſervet. Ceterum ubi eſt luxuria, perfidia atque blaſphemia; illam civitatem non ſervat Dominus: ne non tam civitas, quam in ea quæ ſunt peccata ſerventur. Ergo qui in nomine Domini munitionem præparat civitati, iſte vere ſecuritatem civibus parat. Nam qui ſine Dei gratia munitionem urbi conſtituere conatur, is vulpium more videtur foveæ ſibi latibulum præparare. Nonne enim iſte tamquam vulpis in ea fovea eſt, qui terram jugiter fodit, cælum omnino non reſpicit? Ait enim Dominus, ſicut lectum nuper audivimus: [f] *Vulpes* B *foveas habent, & volucres cæli nidos ubi requieſcant: filius autem hominis non habet ubi caput reclinet*: quæ ſententia quem intellectum habeat, diligentius intendamus. Non enim de ipſo ſpecialiter animali locutus eſt Dominus: ſed de his hominibus, qui verſuti ſemper & callidi, vulpes moribus ſemper imitari ſtudent: dum aliena fraudulenter diripiunt, foveam ſibi perditionis effodiunt: atque ideo [g] *caput Chriſti*, quod eſt *Deus*, habitaculum in his non poteſt invenire, quia ipſi habitant in deſſoſſis.

Quod autem ſpecialiter hæretici vulpibus comparantur, nulla cunctatio eſt. Sunt enim, ſicut vulpes, doloſi, importuni & timidi: ubi quietem ſenſerint, ibi rabiem ſuæ levitatis exercent: ubi C vigilantiam reperiunt, exinde doloſa fraude diffugiunt. Nam ſicut memoratum animal ſemper eſt fallax, ſemper incertum, nec aliquando morum poteſt mutare verſutiam: ita & omnis hæreticus ſemper fallax, ſemper incertus eſt: & cum tecum videatur ſimpliciter loqui, mutat verba, ſed non mutat mores; modeſtiam ſermone promittit, rabiem corde [4] depromit. Vulpis cauda fallit, hæreticus lingua circumvenit: vulpis manſuetudinem animalibus fingit, ut capiat; hæreticus moderationem hominibus promittit, ut noceat: illa ante proludit, ut jugulet; hic prius blanditur ut exſpoliet. Familiare autem vulpi eſt, gallinæ ſemper inſidiari & pullis: ut ſi a matre quiſpiam longius abierit, in D ejus prædam captetur: ita & hæreticus matri eccleſiæ ſemper inſidiatur & filiis: ut ſi forte aliquem negligentiorem invenerit, ſua illum rabie circumſcribat.

Quod autem gallinæ recte comparetur eccleſia, in evangelio legimus, dicente Domino ad Hieruſalem: [h] *Hieruſalem, quotiens volui congregare filios tuos, ſicut gallina congregat pullos ſuos ſub alas ſuas?* Recte autem comparatur gallina eccleſiæ. Sicut enim non ſolum ſuos filios nutrit, ſed etiam alienos ſuſcipit venientes: ita & gallina non ſolum eos nutrit quos ipſa excluſerit, ſed etiam adpoſitos ſibi educat alienos. Igitur, fratres, armemus nos per hanc hebdomadam jejuniis, orationibus atque E vigiliis: ut interveniente miſericordia Dei, & barbarorum repellamus feritatem, & hæreticorum inſidias retundamus. *Explicit.*

a I. Cor. X. 11. b Gal. IV. 27. c Matth. V. 13. d Pſalm. CXXVI. 1. e Luc. IV. 23. f Matth. VIII. 20. g I. Cor. XI. 3. h Matth. XXIII. 37.


1. *Quam habet verit.*] Leg. cum vet. edit. *quam habeat verit.* Mox, *ſterilitate laborat.*

2. *Ut plures* cet.] Locus mutilus, ſic ex vet. edit. reſtituendus: *Plures enim filios ex ea eccleſia quæ erat ſterilis, procreavit, quam ſynagoga quæ erat fecunda, ſuſceperit. Aſperſi autem ſales qui ſint qui attulerint medicinam*, cet.

3. *Et ablata — incipiunt*] Vet. edit. *ut ablata — incipiant.*

4. *Depromit*] Forte *deprimit*, id eſt, abſcondit.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.



HOMILIA IV.

De Ninivitis.

Diximus anteriore dominica, Ninivitas in tribulatione positos divinitatis misericordiam per abstinentiam meruisse, & civitatem suam de periculo jejuniis liberasse; tantæque eos fuisse sapientiæ, ut non alienis se præsidiis defenderent, sed propria devotione salvarent. Nam non statim desperaverunt de salute sua. Audierunt a propheta cum civitatis se mœnibus subvertendos. Sed quanto proximum adnuntiabatur excidium, tanto magis religiosis actibus armabatur; nec reliquerunt evertendam civitatem suam, sed in ea potius permanserunt; sapientes scilicet, ut quæ civium vexabatur peccatis, civium orationibus salvaretur: & cui perditionem mala conversatio intulerat, ei salutem devotio religiosa conferret. Justum enim erat, ut quos fuerat passa peccatores, eosdem haberet proprios defensores. Civitati enim non nisi propter civium peccatum infertur excidium.

Desine ergo peccare; & civitas non peribit. Quid fugis patriam? si vis salvus esse, tua potius peccata subterfuge. Si tu peccare desieris, victus est inimicus. Dicit ad Abraham scriptura divina [a], per decem justos patriam posse salvari. Igitur si justi sunt qui salvam faciunt patriam; utique injusti sunt qui relinquunt: & si illi propter præsentiam suam consequuntur gratiam, necesse est, ut hi propter fugam desolationem mereantur. Injustus plane & impius est filius, qui periclitantem deserit matrem. Mater enim quodammodo dulcis est patria, quæ te genuit, quæ te nutrivit; quæ ut fugere possis, te divitem fecit. Nam si non tibi suppeteret sumtuum copiosa substantia, fugæ præsidium non haberes: atque ideo avaritia ductus, dum metuis divitias tuas perdere, impius in matrem esse non dubitas. Unde intelligimus, plus pecuniæ tuæ consulere, quam saluti. Dic mihi, o bone civis, cur fugere disponis? cur patriam derelinquis? Captivitatem fortasse metuis. Da veniam, non intelligis. Nescis quod hæc est prima captivitas, patriam non videre, & (quod gravius est omni malo) hostile peregrinationis exsilium sustinere? Solet qui aliquid sceleris [1] amiserit, hujusmodi pœna damnari, ut pellatur patria, regionibus incognitis relegetur. Hoc igitur malum propria tibi provides voluntate, quod solet supplicii caussa damnatus excipere.

Sed ponamus te forti esse animo, & æquanimiter tolerare posse peregrinationis injuriam. Dic mihi, qua inter extraneos libertate victurus es? Nonne cum loqui cœperis, objicietur tibi, Unde iste exsulat; unde iste fugitivus advenit? an & nostram civitatem opprimere nititur, sicut patriam suam oppressit? Ita aporiaberis, ita conturbaberis, ut libertati tuæ metuens verearis, ne ingenuitati tuæ ibi non invenias adsertorem. Mihi crede, in aliena patria tanta auditurus es, quanta in tua patria aliis sæpe dixisti.

Illud autem nolo dicere, quod quamvis dives sis in patria tua, quamvis copiis perfruaris; statim ut exieris de domo tua, mendicus & pauper es. Dicit ergo Deus ad Abraham, per decem justos civitatem posse salvari. Male igitur de te sentis, popule Christiane, si in tanto cœtu ad salvandam civitatem decem justos esse non credis. Dum enim deseris patriam, profiteris non in ea esse dignos, quorum meritis liberetur. At ego vereor ne omnibus in ea justis relictis, tu solus qui deseris, inveniaris injustus. Sed nolo decem justorum numero te perturbes. Legimus autem quod de Sodomitarum excidio meritis suis Loth solus liberaverit civitatem: quod plus valuerit ad salvandum unius gratia, quam ad evertendum peccata multorum. Exeunti enim illi de Sodomis, hospitii caussa Segor parva conceditur. Quod si justo hospiti donatur civitas, quanto magis justo patria conceditur possessori? *Explicit.*

HOMILIA V.

Incipit de Kalendis Januariis.

Bene quodammodo Deo providente dispositum est, ut inter medias gentilium festivitates Christus Dominus oriretur, & inter ipsas tenebrosas superstitiones errorum veri luminis splendor effulgeret: ut perspicientes homines in vanis superstitionibus suis puræ divinitatis emicuisse justitiam, præterita oblivriscerentur sacrilegia, futura non colerent. Quis enim sapiens qui dominici natalis intelligit sacramentum, non ebrietatem condemnet Saturnalium, non declinet lasciviam Kalendarum; & partem cupiens habere cum Christo, particeps nolit esse cum sæculo? Hæc enim divini cultus ratio est, ut qui societatem habuerit cum vanitate gentilium, copulam non possit habere cum veritate sanctorum. Dicit beatus Apostolus: [b] *Quæ portio justitiæ cum iniquitate? aut quæ societas lucis cum tenebris?* hoc est pariter Christianos & iniquitatis exercere luxuriam, & Deum justitiæ habere placatum.

Nam sunt plerique, qui trahentes consuetudinem de veteri superstitione vanitatis, Kalendarum diem pro summa festivitate procurent: & sic lætitiam habere velint, ut sit magis illis tristitia. Nam ita lasciviunt, ita vino & epulis satiantur, ut qui toto anno castus & temperans fuerit, illa die sit temulentus atque pollutus: & quod nisi ita fecerit, putet perdidisse se ferias; quia non intelligit per tales se ferias perdidisse salutem.

Illud autem quale est, quod surgentes mature ad publicum, cum munusculo, hoc est cum strenis, unusquisque procedit: & salutaturus amicum, salutat illum præmio ante quam osculo? Labiis labia porrigit, & manui manum inserit: non ut amoris reddat affectum, sed ut avaritiæ persolvat obsequium; & uno eodemque officio amicum complectitur, & fraudatur. Vos judicate, quale est istud osculum, quod venale est: nam quo pretiosius emitur, tanto vilius æstimatur. Quanti ante aurum potiorum indigni judicabuntur osculo? Postea quam aurum refulsit in dextera, dignos illos facit præda, non gratia. Hoc autem in ipsa iniquitate quam injustum est, quod exspectatur donare inferior potiori; & diviti cogitur ille largiri, qui quod largiatur forsitan mutuatur. Adhuc & ipsam munificentiam strenas vocant, cum magis strenuum quod... Cogitur, inquam, miser donare, quod non habet;

a Gen. XVIII. 32. b II. Cor. VI. 14.

1. *Amiserit*] Leg. *admiserit*.

& munus offerre, pro quo filios suos obnoxios relinquat.

Sed & divites quique sunt hac munificentia liberales: verum nec ipsi a peccato habentur immunes. Largitur enim dives cuicumque soli locupleti: dumque mendico denarium donare despexerit, Kalendis ad domum amici auro onustus properat, qui natali dominico ad ecclesiam vacuus & inanis advenit. Vides ergo quod apud plerosque plus est præsens adulatio, quam futura remuneratio. Libentius enim habent osculum potioris, quam gloriam Salvatoris. Quod osculum, osculum non dicendum est, quia venale est. Nam & Judas Scarioth tali osculo osculabatur Dominum: sed hinc illum tradere conabatur.

Hoc autem quale est, quod interposita die, tam inani exordio velut incipientes vivere, aut auspicia colligant, omniaque perquirant; & exinde totius anni sibi vel prosperitatem, vel tristitiam metiuntur? quæ cum inepta sint & ridicula, tum illis ipsis sunt vel inutilia, vel nociva. Nam prosperitatem non habent, dum falluntur auguriis: tristitiam semper habent, dum rememoratione omnium sunt soliciti ne contingant. Hoc autem malis suis addunt, ut quasi de auspicatione domum redeuntes, ramusculos gestent in manibus, scilicet pro omine, ut vel onusti ad hospitium redeant: non intelligentes miseri, quod onusti quidem redeunt, non sarcina munerum, sed cumulo peccatorum. *Finit.*

HOMILIA VI.

De defectu lunæ.

Ante dies prosecuti sumus, fratres, adversus illos qui putarent lunam de cælo magorum carminibus posse deduci: & eorum retudimus vanitatem, qui non minus defectum patiuntur animi, quam luminis patitur illa defectum. Quos & hortati sumus, ut prætermisso errore gentili, tam cito ad sapientiam redeant, quam cito ad plenitudinem suam illa revertitur: & sicut velociter illa [1] lumina recolligit, quod amiserat; ita festinanter isti fidem recipiant quam negarunt; & deposita insipientiæ nebula, incipiant lumen non jam oculo corporis æstimare, sed mentis; & ortum defectumque ejus intelligant ratione magis, quam infirmitate subsistere: quæ numquam tantam rebus cunctis mutationem daret, nisi esset illi hæc ratio a creatore conlata. Ecce elementum maris luna deficiente subducitur, eadem crescente cumulatur: ut ad motum ejus aut undæ intra se redeant, aut fluenta non capiant; ita ut quotiens luna mutatur in lumine, totiens maria mutentur in fluctibus. Denique dicuntur ipsa maris natantia in carne sua pleniora esse, cum luna perfecta est; & exhausta & deminuta, cum illa minuitur. Magna igitur lunæ ratio est & magna præstantia, quæ vigore suo ita elementa minuit, ut rursus adimpleat; ita implet, ut denuo minuantur. Scilicet ut diversis quibusdam vicibus gratiæ sit commutatio, dum reparatio fit perfecta. Et quantum vero terris largiatur augmentum, omnibus notum; quanto rore saltus resecit, quos sic diurnis horis ardor exusserat: & admiratione quadam, ardentibus æstu rebus serenitate præstat humorem. Novo enim genere, inluminante luna, madidam terram serenitas facit.

Grandis ergo ratio lunæ est, immo grande mysterium. Exinanit se lumine, ut universa recreet humore & imbre. Ita & Christus Dominus exinanivit se divinitate, ut homines repleret immortalitate. Unde ait beatus Apostolus: [a] *Qui cum in forma Dei esset constitutus, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens.* Exinanivit ergo se Christus, ut vitam præstet hominibus: evacuavit se, ut profectum tribuat elementis.

Sed legimus de Salvatore, quod sol magis sit ipse justitiæ. Quomodo ergo eum lunæ motibus comparamus? Non magna plane distantia conveniunt sibi ista luminaria. Siquidem luna quadam fraternitate consortii lumen mutuetur a sole, & radiis lucis ejus repercussa, splendorem sui fulgoris accipiat: unde si Christus Dominus soli rectius comparatur, lunam non nisi ecclesiæ comparavimus. Nam ipsa, sicut luna, ut inter gentes luceat, mutuatur lumen a sole justitiæ & Christi radiis: hoc est, Apostolorum prædicationibus repercussa, splendorem ex eo immortalitatis adquirit. Fulget enim ecclesia non suo, sed Salvatoris lumine; & radiat, non proprio nitore, sed Patris, sicut Apostolus ait dicens: [b] *Vivo autem, jam non ego, vivit in me Christus.* Et iterum: [c] *Ut sit ipse primogenitus in multis fratribus.*

Recte plane lunæ comparatur ecclesia: quoniam & ipsa nos lavacri rore perfundit, & terram corporis nostri baptismatis humore vivificat. Recte lunæ comparatur ecclesia: quia & ipsa augmentum adquirit, patiturque defectum. Minuitur enim sæpe, frequenter augetur. Minuitur persecutionibus, prædicationibus ampliatur. Decrescit, cum minuitur filiis; crescit, cum martyribus coronatur: & eadem caussa quæ tribuit illi defectum, ipsa præstat augmentum. Frequenter enim quos dolet persecutores, ipsos recipit confessores. Quotiens eam, sicut [2] lunam, putatis magorum carminibus laborasse? quotiens eam malæ artes de cæli regno deducere voluerunt?

Nam primum utique Jamnes & Mambres magi, cum Moysi signis prodigiisque resisterent, ecclesiam subvertere cupiebant: sed sacris vocibus veneficorum carmen nocere non potuit. Nihil enim incantationes valent, ubi Christi canticum decantatur. Deinde cum apud Sergium [3] Paullinum proconsulem Simon magus Paullum apostolum oppugnaret; utique ecclesiæ vas temptabat, & veneficis artibus illum quassare cupiebat: sed tanta ab illo virtute convictus est, ut non solum artis infirmitate, sed etiam oculorum eum amissione cæcaret, & pariter illi auferret carmen & visum. Non enim merebatur habere corporis oculos, qui mentis oculos non habebat. Quid autem dicamus de apostolo Petro? quia iterum Simonem, in Romana urbe ecclesiæ fundamenta turbantem, orationum suarum soliditate prostravit. Cum enim ille artibus magicis sic elatus esset, ut etiam per aeris spatia volitaret; hic illum fidei virtute dejicit, ut tanto altius caderet, quanto sublimius evolasset. Vere enim Petrus tam solida petra saxi illum allisione comminuit, ut qui sibi regna cælestia promittebat, terrenæ mortis duritie periret. *Explicit.*

a Philipp. II. 6. 7. b Galat. II. 20. c Rom. VIII. 29.

1. *Lumina*] Leg. *lumen*.
2. *Lunam*] Ita rescripsimus, pro *lanam* apud Mabill.
3. *Paullinum*] Leg. *Paullum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

HOMILIA VII.

Incipit dictum ante natale Domini.

ETiam si ego taceam, fratres, tempus nos admonet, quod Domini Christi natalis in proximo est. Nam prædicationem meam prævenit dierum extrema conclusio. Ipsis enim angustiis suis mundus loquitur imminere aliquid, quo in melius reparetur: & exspectatione festina desiderat, ut tenebras suas splendidioris solis candor inluminet. Dum enim cursum suum brevitate horarum concludi meruit, spe quadam annum suum indicat reformari. Hæc igitur exspectatio creaturæ, etiam nos exspectare persuadet, ut peccatorum nostrorum tenebras novus Sol Christus ortus inluminet, & longam in nobis caliginem delictorum justitiæ Sol nativitatis suæ vigore discutiat: nec patiatur cursum vitæ nostræ tenebris vitæ concludi, sed virtutis suæ gratia dilatari.

Igitur quia natalem Domini etiam mundo indicante cognoscimus, faciamus & nos quod mundus facere consuevit: hoc est, sicut in illa die mundus spatia suæ lucis extendit, ita & nostram justitiam protendamus: & sicut diei illius claritas pauperibus & divitibus communis est, ita & nostra liberalitas peregrinis & indigentibus sit communis: & sicut tunc mundus noctium suarum recidit caliginem, ita & nos avaritiæ nostræ tenebras amputemus: atque ad instar hiberni temporis, sicut in segetibus solis vapore resoluta gelu nutriuntur semina; ita & in pectoribus nostris resoluta duritia, justitiæ semen tepefactum Salvatoris radio coalescat. Ergo, fratres, natalem Domini suscepturi, exornemus nos puris & nitidis indumentis. Animæ autem loquor indumenta, non carnis. Carnis enim indumentum vilis amictus est, animæ vestimentum corpus est pretiosum: illud humanis manibus [1] densetum est, istud Dei manibus institutum est: atque ideo majoris est solicitudinis Dei opus sine macula custodire, quam opera hominum impolluta servare. Mundanum enim vestimentum, si sordidum fuerit, potest illud fullo conductus eluere: animæ autem vestimentum, si semel inquinatum fuerit, nisi propriis & assiduis operibus vix lavatur. Nihil ei prodest manus artificis, nihil fullonis operatio. Conscientiæ enim membra polluta aqua abluere potest, non potest tamen mundare.

Hæc sunt animæ vestimenta pretiosa, quæ Marcus Evangelista in Salvatore conlaudat dicens: [a] *Et vestimenta ejus facta sunt fulgentia, candida nimis velut nix, qualia fullo super terram non potest facere.* Laudatur igitur Christi vestimentum, quia nitebat, non textura, sed gratia: laudatur indumentum, non quod staminum subtilitate densetum est, sed quod corporis integritate conceptum: laudatur vestimentum, non quod mulierum manus texuit, sed quod Mariæ virginitas procreavit. Et ideo in eo magnificatur candoris gratia, quia immaculatum illud non artificis cura præstiterat, qualia fullo, inquit, super terram non potest facere. Non potest plane fullo Christi facere vestimentum. Fullo enim præstare potest nitorem, munditiam, puritatem; præstare autem non potest virginitatem, justitiam, bonitatem. Illud enim in arte est operis, istud est in natura virtutis. Hæc enim in Christo Domino sanctus Evangelista virtutum indumenta conlaudat, quæ & beatus David pari sententia prædicavit, dicens: [b] *Myrrha, & gutta, & cassia a vestimentis tuis pretiosis.* His enim aromatum odoribus sanctarum significantur indumenta virtutum.

Ergo, fratres, natalem Domini suscepturi, ab omni conscientiam nostram fæce mundemus. Accuremus nos, non sericis vestibus, sed operibus pretiosis. Vestimenta enim nitida membra operire possunt, conscientiam mundare non possunt: nisi quod majoris est verecundiæ nitidum membris incedere, & pollutum sensibus ambulare. Interiori igitur prius hominis ornemus affectum, ut exterioris quoque hominis sit amictus ornatus. Spiritales maculas abluamus, ut carnalia in nobis fulgeant vestimenta. Nihil autem prodest fulgere vestibus, & sordere flagitiis. Ubi enim conscientia tenebrosa est, totum corpus obscuratum est. Habemus autem quo conscientiæ maculas abluamus. Scriptum est enim: [c] *Date eleemosynam, & omnia munda sunt vobis.* Bonum eleemosynæ mandatum, per quod manibus operamur ut corde mundemur. *Explicit.*

HOMILIA VIII.

Incipit de natale Domini Salvatoris.

PRoxima dominica dilectionem vestram admonuimus, fratres, de diei hujus adventu, in qua diximus nos natalem Domini hodie etiam mundo teste suscipere. Mundus enim testimonium perhibet, dum nascente Christo & ipse renascitur. Renascitur enim, cum de profundis noctium tenebris partu quodam lucis eruitur. Renascitur, inquam, cum ejus defectio finitur, claritas reparatur. Atque ideo in ortu Christi oportet magis ortum sæculi nos vocare. In hac enim die ad salvanda omnia oritur. Oritur enim die hac lux mundo, defunctis resurrectio, vita mortalibus: ac propterea hodie non tam Salvatoris natalis est, quam salutis. Nascitur ergo salus omnium Christus, quem Regem gentium Prophetæ testantur: nascitur ex virgine, sicut Esaias declarat dicens: [d] *Ecce virgo in utero accipiet, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuhel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus.* Probat ergo veritatem Domini ordo nascendi.

Concepit Virgo, virilis ignara consortii: impletur uterus, nullo libatus amplexu: & Spiritum sanctum castus venter excepit, quem pura membra servarunt, innocens corpus gessit. Videte miraculum Matris dominicæ. Virgo est cum concipit, virgo cum parturit, virgo post partum. Gloriosa virginitas & præclara fecunditas! Virtus mundi nascitur, & nullus est gemitus parturientis: vacuatur uterus, infans excipitur, nec tamen virginitas violatur. Dignum enim erat, ut Deo nascente meritum cresceret castitatis: nec per ejus adventum violaretur integritas, qui venerat sanare corrupta:

a Marc. IX 2. *b* Psalm. XLIV. 9. *c* Luc. XI. 41. *d* Isa. VII. 14. Matth. I. 23.

1. Pro *densatum*.

nec per eum pudicitia corporis læderetur, per quem donatur virginitas baptismatis impudicis.

Natus igitur puer ponitur in præsepio; & hæc sunt Dei prima cunabula: nec regnator cæli has indignatur angustias, cui habitaculum fuit virgineus venter. Idoneum plane Maria Christo habitaculum, non pro habitu corporis, sed pro gratia originali. Ergo exonerata felici onere Maria, matrem se læta agnoscit, quæ se nescit uxorem: & est gloriosa de sobole, quæ est ignara de conjuge; atque infantem se genuisse miratur, cum Spiritum sanctum se suscepisse testatur: nec quia peperit innupta, terretur: quia testimonio utitur virginitatis & sobolis. Soboles enim Dominum patrem indicat, virginitas stupentium suspicionem excusat. Inde virginitati divinitas testimonium perhibet, hinc naturæ secretum. Testimonium, inquam, perhibet divinitas partui virginali. Ut concipiatur enim Christus, secundum prænuntiationem evangelii Spiritus sancti repletur gratia, virtute Dei Patris obumbratur, sicut ad Mariam dictum est: [a] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi; & ideo quod nascetur ex te Sanctum, vocabitur filius Dei.*

In nativitate ergo Salvatoris completa est divina illa sententia, quæ dicit: [b] *Duobus aut tribus testibus stabit omne verbum.* Ecce enim Verbum Dei nascitur testimonio Trinitatis. Nam utique in utero sanctæ Mariæ cum Spiritus sanctus supervenit, cum obumbrat Altissimus, cum Christus generatur; confessio in eo fidei continetur. Dignum enim

A erat, ut Mater salutem populis editura, prius in visceribus suis confirmaret mysterium Trinitatis: & intelligeremus ante Salvatoris ortum, confirmatum esse fidei sacramentum. Maria enim tamquam in sacrario ventris sui portavit cum mysterio Sacerdotem. Nam quidquid in sæculo profuturum erat, id totum de ejus ventre: Deus Sacerdos & hostia, Deus resurrectionis, Sacerdos oblationis. Hoc autem totum in Christo agnoscimus. Deus enim est, quod ad Patrem redit: Pontifex, quod se obtulit: victima, quod pro nobis occisus est. Mariæ ergo uterum, non uterum dixerim fuisse, sed templum. Templum plane est, in quo habitat sanctum quidquid in cælo est: nisi quod supra cæ-

B los æstimandum est, ubi quasi in secretiore tabernaculo mysterium a divinitate disponitur, quemadmodum a pluribus ascendatur ad cælum. Supra cælos plane æstimandus est uterus Mariæ, quia Filium Dei gloriosiorem remisit ad cælum, quam de cælo descenderat. Inde enim ut pateretur, hinc reversus est ut regnaret: inde humiliatus descendit in hominem, hinc glorificatus ad Patrem ascendit. Melius plane templum corporis est, quam cæli. Residens enim Christus est, ibi terribilis, heic manifestus: ibi invisibilis; heic visibilis atque palpabilis: ibi peccata vindicat, heic condonat: ibi potestate judicis utitur, heic dilectione fratres hortatur. Atque ideo est bonum nobis adorare eum cum

C invitat, ut possimus eum non timere cum judicat. *Explicit.*

HOMILIA IX.

Incipit dictum post natalem Domini Salvatoris.

LÆtitia natalis dominici, fratres, adhuc corda nostra persultant, & festivitatem cælestem gaudia continuata suspirant. Quamvis enim votorum dies transierit, penes nos tamen votorum sanctificatio commoratur: & sicut in dies singulos ab ortu suo Salvatoris nativitas crescit, ita & in nobis crescit fidei ejus affectus, atque augmentum facit ætatis pariter & salutis. Sibi enim Dominus crescit ætate, nobis proficit sanctitate. Non quo proficiat Christi sanctitas, quæ sempiterna est atque perfecta: sed proficere dicitur, cum in nobis facit credulitatis augmentum. Nam Christus post nativitatem, etsi parvulus est corpore, tamen Deus est majestate.

Adhuc ergo gaudia festivitatis dominicæ viscera nostra concutiunt. Concutiunt enim, dum pro ipsa lætitia prorumpere hortantur in vocem, ut & nos dicamus, quod & Angeli dixerunt in nativitate Christi: [c] *Gloria in excelsis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis.* Angeli videte quid dixerint. Non enim dixerunt, *pax hominibus*, aut quibuscumque hominibus, sed *hominibus bonæ voluntatis*: ut intelligeremus pacem Christi non hominum esse, sed morum. Non enim eam meretur generatio, sed voluntas: non humana improbitas, sed bonitas Christiana. Nam non defertur cunctis, sed offertur probatis: non datur divulganda, sed proponitur eligenda. Pax igitur Christi illi est, qui Christum credit pacis auctorem: pax Christi illi est, qui in se pugnam non habet peccatorum: pax Christi illis est, quorum non polluitur voluntas cruoribus idolorum. Dignum enim est, ut Salvatorem quem virginitas immaculata genuit, voluntas incorrupta possideat: & sicut Maria eum inlibata

gestavit, ita & anima nostra illum impolluta custodiat. Maria enim typum quemdam animarum nostrarum gessit. Nam Christus sicut virginitatem in matre quæsivit, ita & integritatem in nostro requirit affectu. Virgo enim a peccatis anima Salvatorem & concipit, & parturit, dum prædicat: custodit, dum mandata prosequitur. Conceptum enim fides retinet, partum confessio emittit, ortum

D solicitudo custodit.

Lætemur ergo ad hanc ejus festivitatem, cujus nativitatem Angelorum adnuntiat claritas, pastorum requirit simplicitas, Magorum veneratur religiositas. Honorat enim in Christo angelica gratia Deum, pastoralis Agnum innocentia, magica veneratio Sacerdotem. Sacerdotem plane Christum magica probat veneratio: nam id omne mysterium eorum muneribus confirmatur. Obtulerunt enim, quantum in ipsis est, quod putabant esse pulcherrimum Salvatori, aurum, tus & myrrham: aurum, quasi ad regnandum; myrrham quasi ad resurgendum; tus, quasi ad propitiandum. Auro potentia ostenditur, myrrha designatur incorruptibili-

E litas, pontificium ture monstratur. Non enim otiose factum est, quod Magi ad Dominum cum his muneribus advenerunt. Invenientes enim curiositate superstitionis suæ Christum omnibus regnaturum, detulerunt ad eum cunctorum elementorum insignia: aurum, quo terrena vincuntur; tus, quo placari putantur cælestia; myrrha, qua condiuntur inferna. Ostendentes utique a nativitate Christi horum nihil opus esse, quoniam per Christum constaret & victoria in terris, & propitiatio in cælis, & requies in infernis. Magi ergo curiositate sua reppererunt a nativitate Domini curiosos esse

a Luc. I. 35. b Deut. XIX. 15. Matth. XVIII. 16. c Luc. II. 14.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



ulterius non debere: & hoc illis magica ars pro- A fuit, ut scirent sibi eam [1] prodesse. Denique eo non eodem cultu degentes, aliud iter & regrediendi adgressi sunt, & vivendi. Nam Magos, prius quam Christum viderent, tamquam superstitiosos ad obsequium stella deduxit; postea quam viderunt Dominum & crediderunt, tamquam devotos fides ad patriam revocavit.

Igitur fratres, & nos qui de gentibus advenimus, imitemur Magos illos usque ad Christi cognitionem. Fas fuerit [2] nos errasse. Post susceptum Christum cavendum est ne eadem via qua venimus, nos credulitas gentilitatis adducat. Sunt enim plerique Christiani, qui post acceptam fidem prioribus vanitatibus involvuntur: & cum natalis dominici nobiscum gaudia procurarint, cum gentilibus Kalendarum convivia ebriosa procurant: cum benedictionem nobiscum divinitatis acceperint, cum illis omnia superstitiosa observant. Dolendum plane est Magos auguria contemsisse, & observare auspicia Christianos: illos artis suæ deposuisse peritiam, istos morum abjicere nolle luxuriam. *Explicit*.

HOMILIA X.

Incipit de hæreticis peccata vendentibus.

Semper meminisse, & ante oculos habere debe- B mus, fratres dilectissimi, quod Dominus Jesus Christus ideo ad terram descendit de cælis, ut nobis vitam largiretur æternam. Idem cum esset Dei filius, fieri hominis filius maluit; ut nos qui eramus homines, Dei filios faceret. Non enim propter hanc vitam præsentem tantæ dignitatis operatus est mysterium, quæ est brevis, caduca, mortalis; sed propter illam, quæ perpetua & sempiterna est. Neque enim Deus nobis hujus vitæ longævitatem præstaturus erat, quæ plena est ærumnis, laboribus, egestate: ne non tam longævitatem vitæ præstaret, quam perpetuitatem malorum. Nam hoc in illa remedii solum videtur esse, quod brevius est. Unde & Apostolus ait: [a] *Si in hac vita C tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus*. Non ergo in hac vita tantum in Christo sperandum est, in qua mali, quam boni plurimum possunt: in qua feliciores sunt, qui pejores sunt; & prospere magis degunt, qui criminosius conversantur. Quid enim boni hæc vita possidet? honores, divitias, sanitatem: quæ licet caduca sint, non tamen meritis accedunt, sed fortuito contingunt. Quantos enim videmus, quos honoratos fecit, non honestas, sed potestas? quantos divitias consecutos, non relictas a parentibus, sed sanguinibus occupatas? quantos membrorum sanitate pollentes, qui non Dei misericordia gubernantur, sed pecudum sanguine crassantur? Hæc igitur quia D temporalia sunt & nulla, quibuscumque passim sine merito ac sine judicio deferuntur; quia non ad remunerationem data sunt, sed ad tentationem.

Nos igitur quibus vita æterna promittitur, æterna semper bona possidere debemus & quærere, hoc est, fidem, justitiam, caritatem. Habent enim ista bona adversarios suos: & licet hæc dona ab hominibus conferri non possunt, frequenter tamen a pravis hominibus auferuntur. Atque ideo circa fidei bonum soliciti esse debemus & providi, & ad custodiam ejus mentis devotione semper esse armati, nec cito fallacibus credere blandimentis. Solet enim sub prætextu pacis hostis inrepere, hoc est sub vocabulo nominis Christiani hæreticus subintrare, qui ad decipiendos simplices homines Christum in ore portat, diabolum gestat in corde: & eum quidem lingua confitetur, sed mente blasphemat. Ab hoc igitur oportet penitus declinari, nec aliqua cum eo societate conjungi. Qui enim inimicus est Domini, quemadmodum amicus est servulorum?

Nec mirari debemus, quod hujusmodi hæretici in nostra aberrare cœperint regione. Semper enim gregem ovium insidiator lupus sequitur, semper Christianum cœtum diabolus deceptor incursat. Quod quidem fit utiliter, ut solicitiore custodia, nec gregem ovis deserat, nec Christianus ecclesiam derelinquat. Unde & Apostolus ait: [b] *Oportet etiam hæreses exsistere, ut probati manifesti fiant inter vos*: tamquam si diceret: Oportet esse Christianis fidei pugnam, ut sit probatis certa victoria. Nam ut eorum interim blasphemias seponamus, retexamus quæ sint ipsorum præcepta vivendi. Præpositi eorum quos presbyteros vocant, dicuntur tale habere mandatum, ut si quis laicorum fassus fuerit crimen admissum, non dicat illi, Age pœnitentiam, deplora facta tua, defle peccata; sed dicat, Pro hoc crimine da tantum mihi, & indulgetur tibi. Vanus plane & insipiens presbyter, qui cum ille prædam accipiat, putat quod peccatum Christus indulgeat. Nescit quia Salvator solet peccata donare, & pro delicto quærere pretiosas lacrymas, non pecunias numerosas? Unde ait ipse: [c] *Gratis accepistis, gratis date*. Denique Petrus cum ter negando Dominum deliquisset, veniam non muneribus meruit, sed lacrymis impetravit. Ait enim evangelista de eo: [d] *Flevit amarissime*. Vides, inquam, quia apud Christum in lacrymis est quantitas, non in donis. Quam graviter enim flevit culpam, tam celeriter consecutus est veniam. Suscipit ergo dona presbyter, & pactione quadam indulgentiam de Salvatore promittit. Insipiens placitum, in quo dicitur, minus deliquisse Domino, qui plus contulerit sacerdoti. Apud hujusmodi præceptores semper divites innocentes, semper pauperes criminosi. Quemadmodum pauper satisfacit pro delicto, qui E non habet quod offerat pro peccato? *Explicit*.

HOMILIA XI.

Incipit quod non debent clerici negotiari.

Reprehendimus ante diem negotiationem clericos exercentes, & justa eos quodammodo sententia castigavimus: sed si recte consideramus officium, non vere negotium est: sed functio sacerdotalis ministerii, functio quædam est spiritalis mercimonii. Ideo enim terrena impendimus, ut cælestia consequamur: ideo erogamus mundanas pecunias, ut æternas divitias adquiramus: ideo fame nostra alios pascimus, ut non deficiat alimonia nostra, sed crescat. Quid enim sibi vult pauperum per nos refe-

a I. Cor. xv. 19. *b* I. Cor. xi. 19. *c* Matth. X. 8. *d* Matth. xxvi. 75.

1. Forte, *ulterius non prodesse*. 2. *Nos err.*] An, *non errasse*?

Saecul. V. circa Ann. Chr. 424.



ctio, quid nudorum protectio, quid carceratorum visitatio, nisi quia sumtus qui in illis erogatur, non impenditur, sed augetur; & negotiatione quodammodo argenti cum quadam lucri usura servatur? Thesaurus enim quidam divitis, est pauper esuriens. Eleemosynam enim datam non comedit, sed custodit. Solvatur licet caro, & homo in pulverem redigatur; opus tamen sanctum in eo vivit & permanet: & erit tibi in die judicii testis idoneus, qui sibi est ad pastum operator inutilis: ita ut cito ei de tuis credatur operibus, cum de suis actibus non credatur.

Vide ergo si non negotiatio est eleemosyna. Amico quod largitus fueris, tibi perit: filiis quod reliqueris, tibi perit: solum non tibi perit, mendico quod dederis. In die judicii enim pauperes tibi prosunt; amici, filiique nihil prosunt. Illi caussam tuam agent, isti nec caussam suam poterunt defendere. Mercimonium enim quoddam est Christianitatis officium; & negotiatio pretiosa, functio sacerdotum. Pecunias enim Domini, hoc est eloquia Salvatoris populis eroganda suscepimus; de quibus eloquiis ad illum tenacem & imperitum sacerdotii negotiatorem Dominus in evangelio dicit: [a] *Serve nequam, oportuit te pecuniam meam dare ad mensam nummulariis, & ego veniens cum usuris exegissem eam.* Arguetur enim, cur praecepta divinitatis sibi credita reservaverit reticendo, quae multiplicare debuerat praedicando. Arguetur, inquam, cur non seminaverit erogando, quae possit metere colligendo, sicut ait Apostolus: [b] *Quae seminaverit homo, haec metet.* Ait ergo Dominus: *Veniens cum usuris exegissem.* Intellige ergo negotiationem ibi esse, ubi tamquam pro fenore usura deposcitur; sed non illa usura per quam avarorum mentes lucerativa pecuniae redibitione pascuntur: in qua renumeratur creditori debitum, nec debitum evacuatur; sed illa usura deposcitur, ubi non denariorum ratio, sed morum conversatio subputatur: ubi non de capite sortis agitur, sed de capite salutis inquiritur. Debitores enim sumus & obnoxii retinemur ad debitum, non chirographo litterarum, sed chirographo peccatorum. Unde & Apostolus ait de Domino dicens: [c] *delens quod adversum nos erat chirographum,* & reliqua. Hujus ergo debiti usuram jubemur exsolvere: nam istius debitoris meminit Dominus in evangelio dicens [d], tradendum hunc esse exactori, mittendum in carcerem, & non dimittendum donec solvat novissimum quadrantem. Istorum igitur eloquiorum & nos, fratres, usuram debemus; quia enim usura ab utendo dicitur, quemadmodum nos his utamur eloquiis, rationem daturi sumus. Non enim incassum evangelium praedicat, non gratis Apostolus clamat, non sine caussa sacerdotes loquuntur: in quorumcumque aures vox sancta pervenerit, aut beati erunt de devotione, aut rei de contestatione. *Explicit.*

HOMILIA XII.


Incipit praefatio de corpore Domini.

HEsterna die satis gaudii accepisse vos credo, fratres dilectissimi, ex tractatibus domni & patris nostri praesentis episcopi, qui tanta facundia res divinas disseruit, ut praedicatio ejus plena fuerit sacerdotii gratia, oratoris eloquentia, institutione doctoris. Nec mirum, si is qui in pontificio primatus honorem obtinet, habeat etiam in praedicando primatus eloquium: ut virtutes Dei quas sancti pectoris arcano depromit, facundi sermonis oratione commendet. Atque ideo parvitatem meam scio auribus vestris minus solito placituram. Quis enim contentus sit portari de rivulo, cum possit haurire de fontibus? Terra enim aquarum tenuem rorem omnino non suscipit, postea quam eam largus pluviarum imber infuderit. Sic igitur vestra dilectio inundata sancti sacerdotis eloquio, sermonis mei non patietur vile fastidium. Quamvis enim doctus vir, quamvis disertus orator; elinguis videbitur, si coeperit loqui praesente meliore. Sed tamen habet solatium suum ista confusio. Nihil enim ruboris est comparatione summi sacerdotis displicere minimum sacerdotum: praesertim cum juvare me possit beatorum insigne consortium. Si enim David unius societate sancti alterum sanctum fieri posse proclamat, dicens: [e] *Cum sancto sanctus eris:* cur ergo me, quamvis imperitum, quamvis peccatorem, non potest fieri posse praedicatorem virtute Domini, tantorum consortio magistrorum? Igitur quoniam beatissimus frater noster sanctorum Apostolorum laudes magno est prosecutus eloquio; debemus & nos ipsius sepulturam Domini praedicare: ut quia unius corporis membra videmur, similibus obsequiis procurata; similibus quoque integrum corpus praedicationibus exornetur.

Videamus ergo de Domini corpore, postea quam de cruce deponitur, quid geratur. Accepit illud Joseph ab Arimathia, vir justus, sicut ait Evangelista [f], & in novo suo sepeliit monumento, in quo nondum quisquam positus erat. Beatum ergo corpus Domini Christi, quod cum nascitur, utero virginis gignitur: cum recedit, justi tumulo commendatur. Beatum plane corpus quod virginitas reperit, & justitia custodivit. Custodivit illum Joseph tumulus incorruptum, sicut servavit illum Mariae uterus inlibatum. Heic enim viri pollutione non tangitur: ibi mortis corruptione non laeditur. Ubique beato corpori defertur sanctitas: ubique virginitas: novus illud venter concipit, novus tumulus includit. Domini caro virgo, & virgo vulva, & virgo in sepultura. Vulvam dixerim: est enim similitudo non parva. Sicut enim Dominus de matris vulva vivus exivit, ita & de Joseph vivus sepultura surrexit: & sicut tunc de utero ad praedicandum natus est, ita & nunc ad evangelizandum renatus est de sepulcro. Nisi quod gloriosior ista est, quam illa nativitas. Illa enim corpus mortale genuit, haec edidit immortale: post illam nativitatem ad inferos descenditur, post hanc remeatur ad caelos. Religiosior plane ista est, quam illa nativitas. Illa enim totius mundi Dominum novem mensibus in utero clausum tenuit, haec autem tridui tantum tumuli gremio custodivit: illa cunctorum spem tardius protulit, isthaec omnium salutem citius suscitavit. *Explicit.*

a Luc. XIX. 23. b Gal. VI. 8. c Coloss. II. 14. d Matth. V. 26. e Psalm. XVII. 26. f Luc. XXIII. 51. 53.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



S. MAXIMI
EPISCOPI TAURINENSIS
HOMILIÆ SEX.

* *Ex ms. sancti Galli ab annis circiter mille exarato eruit* MABILLONIUS.

HOMILIA I.

Incipit de Hospitalitate.

I. LEgimus in libro Genesis, quod Abraham tribus supervenientibus viris festinus occurrit, & prostratus in faciem oravit eos, ut ad suum tabernaculum declinarent, quatenus hospitalitate sanctorum remunerationem benedictionis acciperet. Sciebat enim hoc esse mandatum Domini dicentis: [a] *Qui susceperit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet; & qui susceperit justum in nomine justi, mercedem justi accipiet*, & reliqua. Festinavit ergo propterea Abraham sanctos viros suscipere, ut hospitii consortio sanctitatis consortium mereretur; & dum communicat humanitatis obsequium, communicationem justificationis acciperet. Hoc enim hospitalitatis jus est, ut qualis fuerit ille qui suscipitur, talem faciat eum esse qui B suscipit: quod Joannes evangelista manifestissime designavit de his qui Dei Filium susceperunt, dicens: [b] *Quotquot autem receperunt illum, dedit illis potestatem filios Dei fieri*. Vides ergo hospitalitatis quanta sit gratia, ut etiam efficiatur filius Dei, qui Filium Dei recipit cordis hospitio. Si ergo filius Dei efficitur, qui Filium Dei recipit; quanto magis qui justum recipit, justi gratiam promeretur? Hæc est enim, sicut dixi, hospitalitatis benignitas, ut vir sanctus & adveniens societate hospitii, hoc hospitem suum faciat esse, quod ipse est. Quis autem nolit tali conditione sanctum tabernaculi sui humanitate suscipere, ut cum ea participans habitaculum, participet sanctitatem, & cum peccator usque ad horam forte fuerit, recipiendo justum & ipse sit justus, sicut ait propheta David: [c] *Cum sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris?*

II. Igitur, fratres, si Abraham pater noster sciens hanc hospitalitatis gratiam, supervenientibus tribus viris e quibus unus Dominus erat, festinus occurrit, & prostratus in faciem, oravit ut ad tabernaculi sui tecta succederent; quanto magis debemus advenientibus sanctis occurrere sacerdotibus, atque eos omni prece in habitacula nostra suscipere, ut secundum David cum sanctis hospitibus sancti esse possimus? Nemo jam de conscientia peccatorum suorum metuat, de indulgentia nemo diffidat: quis- A quis episcopum hospitio susceperit, jam justus effectus est, quamvis paullo ante scelera commiserit, quamvis noxius fuerit: dum innocentem virum recipit, innocentiæ meritis reformatur, sicut ait propheta, *cum viro innocente innocens eris*.

III. Ergo, fratres, quia [d] Abrahæ filii sumus, Abrahæ opera faciamus. Ille tribus sanctis viris processit obviam, nos quoque multis sacerdotibus occurramus: ille cum esset justus, beatos suscepit hospitio, ut qui erat justus, justior fieret: nos qui peccatores sumus, suscipiamus episcopos, ut ablutis peccatis nostris, justi esse possimus. Suscipiamus, inquam, sanctos, ut nobis contra naturam peccata B donentur. Abrahæ enim justo per hospitalitatem, quia peccata non habebat, contra naturam Isaac filius est donatus, qui usque adeo contra naturam donatus est, ut eum nasci posse & senectus frigida desperaret, & mater Sarra rideret. Risit, inquam, Sarra, quia suscipiebat filium, non natura, sed gratia; atque adeo beata soboles, cujus partum non pœnæ, sed gaudia præcesserant. Ridere plane debuit, quæ Deo auctore suscepit. Talis ergo est hospitalitas beata, ut lætitiam semper suis dimittat hospitibus. Sarra ridet, quia sterilitate caruit: ego rideo quia peccata depono. Illa corporis vitio liberata est; ego enim flagitiis ablutus sum. Illa gratulatur se per hospitalitatem Isaac filium suscepisse; ego lætor indulgentiam me cum justitia consecutum. C

IV. Sed dicet aliquis fortasse, in illis supervenientibus ad Abraham viris, veniebat etiam Dominus; quod quidem verum est. Sic enim scriptura refert. Sed ego dico, quod & modo etiam ad nos in sacerdotibus suis Christus adveniat. Imitemur, igitur, fratres, Abraham; sed quid Abraham dico? imitemur Deum Patrem nostrum: is enim diversarum gentium homines Deus uno cæli hospitio habitare voluit, cur non nos qui sumus fratres, nobiscum uno hospitio commoremur? Et si nostram distantiam ille eadem in mundi domo continere maluit; cur non unanimitas nostra sancta tabernaculorum æde teneatur? *Explicit*.

a Matth. X. 41. *b* I. Joan. XII. *c* Psalm. XVII. 26. *d* Joan. VIII. 39.

* Eas descripsimus ex *Veterum scriptorum collectione* Marteniana, tom. IX. pagg. 133-158.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.

HOMILIA II.

Incipit de eo quod scriptum est: Sicut tuba exalta vocem tuam, & adnuntia populo meo peccata eorum.

I. ANte diem prosecuti sumus necessitatem nobis incumbere non tacendi; & ne alieno periclitemur periculo, observavimus debere nos ad peccandum clamore consurgere. Clamandum est enim nobis in ecclesia, ne clamemus in pœna. Sic enim dicit Dominus per prophetam: [a] *Et exclama vehementer, ne parcas; sicut tuba exalta vocem tuam, & adnuntia populo meo peccata eorum.* Clamare ergo jubemur, & vehementer clamare, nec voci parcere, ne pereamus saluti. *Nec parcas*, inquit, hoc est peccatoris iniquitatem nec tacendo prætereas, ne dum verecundiæ ejus consulis, non consulas sanitati. Vulnera enim illius quæ clamando resecare debueras, in pejus tacendo nutristi. Clamare ergo jubemur; & ne quis se non audisse dicat, aut quemquam vox lateat, sacerdotes vehementer clamare præcipiuntur; ac ne hoc minime fortasse sufficeret, addidit dicens: *Sicut tuba*, inquit, *exalta vocem tuam*. Scimus quia tuba non tam sonet auditui, quam terrori; nec tam delectationem deferre, quam inferre formidinem. Tuba enim peccatoribus necessaria est, quæ non solum aures eorum penetret, sed & corda concutiat, quæ non delectet cantu, sed castiget auditu; strenuos quoque hortetur ad justitiam, ignaros deterreat a delictis. Nam sicut in prœlio militis mentem formidolosi dejicit, animum viri fortis accendit: ita & sacerdotalis tuba mentem peccatoris humiliat, viri sancti animam corroborat; & uno atque eodem sono isti exhortationem indicit, quemadmodum sit fortior ad unitatem: illi metum incutit, quemadmodum fit timidior ad peccatum. Hæc enim natura tubæ est, ut destruat delinquentium opera, horum facta confirmet. Denique Hierico muri per sacerdotales tubas, quia intra se continebant peccatorem populum, corruerunt; non illos pulsavit aries, non expugnavit machina; sed quod mirum est, sacerdotalis soni timore subvertit. Muri qui adversus ferrum inexpugnabiles steterant, sacra tubarum voce collapsi sunt.

II. Quis enim non stupeat in illo facto saxa dirupta, fundamenta clangore esse quassata, & ita universa collapsa, ut cum victores nihil manus læderent, apud adversarium tamen nihil stabile remaneret; sed quamvis illos muros nemo contingeret, expugnantur tamen: forinsecus sonitu justorum, forinsecus habitacula peccatorum propterea cesserunt. Ergo istis ne obsisterent? illos ne in aliquo tuerentur? Aperuerunt justis jam defensionem, perfidis denegarunt. Igitur, fratres, sacerdotalis vocis sonus jam illo in tempore tantum potuit, quo in vera status confusione nescio quid personavit; quantum nunc sacerdotalem ipsam vivam vocem posse credimus, quæ dum Christum verbo loquitur, magnificum aliquid præstat vice Domini Salvatoris imperio cum aeris sono etiam elementa cesserunt, aut quemadmodum sensibilia obsistere potuerunt, cum terrorem sacrum ferre etiam insensibilia nequiverunt? Credimus enim sacerdotum dictis facilius molliri posse corda quam saxa, & citius solvi posse peccata, quam cæmenta sunt resoluta. Vox enim Spiritus convenientis facilius delicti destruit maculam, quam materiale saxi solvit munimentum. *Explicit.*

HOMILIA III.

Incipit sequentia.

I. SUperiori dominica prosecuti sumus Hierico muros tubis sacerdotalibus expugnatos, & contra ordinem atque naturam, rem insensibilem sacris vocibus quodam comminationis terrore cessisse; & ita increpationis sono universa fuisse conlapsa, ut & firmissima munimenta corruerint, & nudus peccatis populus remaneret: illa ne diutius obsisteret, ista ut facilius caperetur. Sed hæc omnia jam tunc in figura facta esse prædiximus. Nam sacerdotalis illius temporis tuba quid aliud esse credimus, nisi prædicationes hujus temporis sacerdotum, per quas non cessamus peccatoribus terribili sono austerum aliquid nuntiare, triste prædicere, & quodam comminationis strepitu aures delinquentium verberare? siquidem sacris vocibus obsistere nemo poterit, nemo contradicere. Quemadmodum enim verbum Dei sensibilia non tremiscunt, [1] quod tunc etiam insensibilia tremuerunt? aut quomodo illi hominum contumacia resistere poterit, ante quod nec sana machina stare valuit? Nam sicut tubarum fragor destructis cæmentorum muris ad populi interiora pervenit; ita nunc sacerdotum prædicatio, destructis pravis cogitationibus, ad animæ nuda pertransit. Nuda enim verbo Dei invenitur anima, cum omnis iniquitatis ejus operatio dissipatur. Quod autem nuda sit ante Deum anima, dicit sanctus Apostolus: [b] *Omnia autem nuda & aperta oculis ejus*, ad quem prius quam cognoscat Deum anima & fidem veritatis accipiat, quibusdam se velut superstitionum velat operibus, & tamquam improbitatis se muro circumfovet: ita ut videatur sibi intra munimenta iniquitatum suarum inexpugnabilis posse consistere. At ubi vox sacra tonuerit, statim subruitur ejus desperatio, cogitatio dissipatur, & ita cuncta ejus superstitionum munimina resolvuntur, ut nuda remaneat, sicut scriptum est: [c] *Verbum Dei usque ad divisionem spiritus ejus medullarum pertranseat.* Sicut tunc sacræ vocis sonus contumacem populum destruxit, captivavit & ultus est ira: ita & nunc sacerdotalis prædicatio populum peccatorem subjugat, captivat & ulciscitur. Sic enim dicit beatus Apostolus: [d] *Arma militiæ nostræ non carnalia, sed fortia Deo ad destructionem munitionum, cogitationes destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus scientiam Dei captivantes; parata*, inquit, *vindicare omnem inobedientiam.*

II. Videte igitur, si non in sacerdotum lingua, juxta dictum Apostoli, sunt quædam arma verborum, quibus & destruitur vana cogitatio, & capti-

a Isa. LVIII. 1. b Heb. IV. 13. c Ibid. ℣. 12. d II. Cor. X. 4-6.

1. *Quod tunc*] Leg. forte, *quomodo tunc*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

vatur inflata superbia. Et in or...... autem vindicatur contumacia. Nam quod tunc circa Hierico civitatem factum est, sicut diximus, in figura factum est. Siquidem nunc hoc ipsum in veritate contigit. Legimus enim sacerdotes illo in tempore supra dictam civitatem septem diebus jugiter circuisse; & cum illam manus armatorum expugnare non posset, tubarum undique sono fuisse subversam: tubarum, inquam, non quibus horridus miles personabat, sed quibus sacratus pontifex increpabat. Nam quis illius timeret tubam, cujus gladium non timebat? His ergo diebus muri sacerdotalibus tubis circumdati ceciderunt; his diebus legimus mundi **A** hujus opera consummata. Vides igitur quia hoc septenario numero per sacerdotes non tam una civitas destruitur, quam totius (mundi) iniquitas dissipatur. Nam sicut singularis urbis nuncupatione universi mundi habitus figuratur; ita & septem dierum curriculo septem millium annorum spatia distinguuntur, per quæ sacerdotum prædicationum tubæ ipsi sæculo excidium adnuntiant, judicium comminantur, sicut scriptum est; [a] *Quoniam & mundus peribit; & omnia quæ in mundo sunt: qui autem facit voluntatem Domini manet in æternum*. Explicit. **B**

HOMILIA IV.

Incipit de Zacchæo.

I. FRequenter, fratres dilectissimi, hujus evangelici [b] capituli parabolam prædicare volueram, & Zacchæi divitis gratiam planioris facundiæ oratione percurrere; etiam copiosius esse in laude ipsius, quoniam ipse in suam exstitit liberalis salutem. Quis enim non conlaudet hominem qui potuit divitias suas sibimet condonare, & temporalis census dominio dominatum sibi adquirere sempiternum? sibi, inquam, donare divitias suas: alienum est enim quod habemus, non competenter coutimur ad salutem: quamvis enim quod videtur meum non erit, si, me recedente de sæculo, absque utilitate mei reservetur in sæculo. Volueram ergo Zacchæi divitias & gratiam prædicare, divitis plane & semper divitis, quia divitior meruit Christo esse, quam sæculo. Et locupletior fuit substantia fidei, quam thesauro temporali. Laudabilis igitur Zacchæus est, quia divites a regni cælestis gloria secluduntur, dicente Domino: [c] *Facilius est camelum transire per foramen acus, quam divitem in regnum cælorum*. Hic per ipsas divitias intrare properavit in regnum, & per illam viam & angustam acus cavernam tortuosa membrorum mole transire; **D** & quod aliis ad perniciem objectum est, huic profuit ad salutem. Sed ne mirum fit, quod in homine deformia cameli membra descripserim. In homine enim cameli deformitas est, non corporis fœditate, sed mentis; nec habitus pigritia, sed cordis ignavia. Nam sicut camelus vitiosus est inæqualitate membrorum, ita & homo deformis est asperitate peccatorum. Hoc enim significat Dominus dicendo, *Facilius est transire camelum per foramen acus, quam divitem intrare in regnum cælorum*. Hoc est, difficile est peccatori per illam arduam & an- **C** gustam vitæ cælestis viam, exspoliata & adtenuata delictorum pravitate transire. Valde enim opus erit castigare & in subtilitatem redigere mores suos, cum qui voluerit ex vitiosa & pigra mole ad supernam illius puritatis substantiam transmeare: quod nisi ita fecerit, tam onustum & parvum animal in angusta cælesti porta offendit.

II. Laudandus ergo Zacchæus est, quem divitiæ suæ a regio limine expedire minime potuerunt. Immo laudandus est, quod eum ad regni limen divitiæ perduxerint. Unde intelligimus ad Christi consequendam gloriam non obesse divitias, sed prodesse; si tamen possidens eas, non effundat ad lasciviam, sed eroget ad salutem. Crimen enim non est in facultatibus: divitiæ enim insipientibus fomenta sunt improbitatis; sapientibus adjumenta virtutis; his occasio salutis datur, illis scandalum perditionis [1] adquiretur. *Explicit*.

HOMILIA V.

Incipit sequentia.

I. SUperioris dominicæ tractatu credo divites quosque lætari & gratulari eos, quibus patrimonii caussa præclusam cælestem januam Zacchæus aperuit. Aperuit enim ille cælestem januam, **E** dum eos docuit hoc ipso pervenire ad regnum quo arcebatur a regno; scilicet ut substantia quæ eis exprobrabatur ad perniciem, proficeret ad salutem. Multum ergo Zacchæus divitibus contulit, ut eos faceret in æternum suas divitias possidere, ut qui heic numquam pauperes fuerunt, nec essent in futuro mendici; sed quadam lucrativa commutatione reciperent pro parvis magna, pro terrenis cælestia, pro temporalibus sempiterna. Lucrativa plane commutatio est nolle habere quod possides, ut possis obtinere quod non habes, & jacturam facere quamdam relinquendæ pecuniæ, ut quæstum capias semper gratiæ possidendæ.

II. Zacchæus ergo cum esset publicanus & pecunias fenerando, magnas divitias usurarum fraude quæsisset, subito videns Christum, ita conversus est, ut majori concupiscentia gratiam spiritualem quæreret, quam quæsierat pecuniam sæcularem: ita, inquam, conversus est, ut anteacta sua respiciens, fraudes suas ipse damnaret, & emundans concupiscentiam, emundaret & primitus conscientiam. Ait enim: [d] *Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus, & si cui quid tuli, quadruplum reddo*. Dicat fortasse aliquis, cur vir sanctus & Salvatorem præsentem videns, non totum pauperibus sed dimidium sit largitus, quia scriptum est: [e] *Si vis perfectus esse, vende omnia tua, & da pauperibus, & veni sequere me*. Verum si diligenter attendas, iste perfecutus est quia non dimidium, sed totum dedit. Nam tolle aliena de medio, & Zacchæo nihil remanet. Denique vir justus, ut accepta esset ejus

a I. Joan. II. 17. *b* Luc. XIX. 2. *c* Matth. XIX. 24. *d* Luc. XIX. 8. *e* Marc. X. 21.

1. *Adquiretur*] Forte *adquiritur*.

liberalitas, scivit juste disponere, scilicet aliena re- A stituendo. Hæc est enim apud Dominum grata eleemosyna, quæ ex vernacula exhibetur substantia, non quæ fraudulenta præda tribuitur. In pauperum enim largitate, non spolia, sed dona quæruntur. Ceterum quale illud munus est, quod alter cum gaudio accipit, cum lacrymis alter amittit; super quod ille gratulatur, iste suspirat? unde nescio quantum te accipientes adjuvet gratia, multum te tamen ingemiscentes gravat querela. Quamvis enim largiaris totum, meliorem eleemosynam facis, si reddas alienum. Nam sanctus Zacchæus hoc prævidens, reddidit quod sustulerat, ut acceptum fieret B quod donabat. Ait enim: [a] *Si cui quid tuli, quadruplum reddo*. Vide, quod semel peccaverat, quatenus emendavit. Bonus enim fenerator sciens quid divini emolumenti haberet, pecuniam quam cum usura acceperat, cum multiplici usura restituit: imitandus nobis omnibus, & feneratoribus hujus temporis imitandus. Sed quod pejus est, sunt plerique qui ejus non imitantur gratiam, imitantur usuram; sciunt diripere, restituere prorsus ignorant. Et cum [1] illic quod accepit, sponte quadruplum reddiderit; isti etiam coacti nec semel invasa restituunt; malunt sua perdere litigando, quam aliena restituere componendo. *Explicit*.

HOMILIA VI.


Item sequentia.

Retinet vestra sanctitas, fratres, quod in die beatissimæ Epiphaniæ diximus in Jordane Dominum baptizatum, & prosecuti sumus quod nostri magis caussa, quam sui voluerit hoc mysterio consecrari. Nostri plane caussa hæc universa perfecit. Nam illi ad quem profectum necessaria consecratio, qui ipse est sacramentum? ad quem usum in eo mysterii solemnitas, in quo est plenitudo mysterii? In ipso est enim plenitudo, sicut ait Apo- C stolus, [b] *quoniam in ipso habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Et iterum evangelista: [c] *De plenitudine ejus omnes accepimus*. Ergo in quo plenitudo divinitatis erat, non indigebat ut sacramentorum mysteriis impleretur: sed ideo mysterium implere voluit, non ut ipse profectum caperet, sed ut nobis plenitudo mysterii proficeret. Denique Joanni Baptistæ renitenti, & dicenti: [d] *Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me?* ait illi Dominus: [e] *Sine modo, sic enim oportet nos implere omnem justitiam*. Implere, inquit, omnem justitiam. Cur ergo baptizatur Dominus? non justitia justificat Christum, sed ipsa justitia sanctificatur a Christo, & semiplena virtus ab eo impletur, cui inest ple- D nitudo virtutum. Ait igitur Joannes: *Ego a te debeo baptizari*: contestat ergo Dominum non sui caussa esse baptizatum, cum ante quam baptizaretur ab eo, se magis baptizari Joannes expostulat. Demonstrat enim hoc dicendo, majorem gratiam esse in mysterio Domini, quam in magistro mysterii. Quid enim illi consecrationis poterat tradere, a quo sanctificationem accipere ipse optabat? Inferior enim erat magister meritis, quam discipulus sanctitate. Christi enim comparatione, & magister imperitus, & justitia semiplena, & aqua est turbulenta. At ubi baptizatur Dominus, benedictioni ejus & magister proficit, & justitia impletur, & unda purgatur. Purgata est enim unda, quæ cum esset vilis & frigida, benedictionis dominicæ calore ditata est: ita ut quæ vix antea mundanas rerum maculas diluerit, nunc spirituales purificet maculas animarum. Nec miremini quod aquam, hoc est substantiam corporalem, ad purificandam animam dicimus pervenire. Pervenit plane, penetrat conscientiæ universa latibula. Quamvis enim ipsa subtilis & tenuis, benedictione tamen Christi facta subtilior, per occultas vitæ caussas ad scelera animæ spiritus rore pertransit. Subtilior enim est benedictionum fluxus quam aquarum meatus. Unde & diximus quod in Salvatoris baptismate, benedictio quæ defluxit tamquam fluvius specialis, omnium gurgitum tractus, & cunctorum fontium venas infecerit. Mirum enim in quo, dum Christo in Jordane posito, aquarum quidem flumina labantur. Sed & benedictionum fluenta currebant, inde alvei gurges turbidior ferebatur. Hinc fons Salvatoris purissimus emundabat, & stupore quodam deorsum ad Jordanis originem consecratio baptismatis ascendebat, & contra aquarum fluvium, benedictionum fluvius ferebatur. Unde David sanctum arbitror dixisse: [f] *Jordanis conversus est retrorsum*. In baptismate enim Christi retrorsum Jordanis non aquis conversus est, sed sacramentis & ex natura sui originem benedictione magis, quam substantia remeavit. Dum enim consecrationis gratia per eum cunctis fontibus circumfertur, videatur cursum proprium ad venarum exordium revocasse. *Explicit*.

a Luc. XIX. 8. b Coloss. II. 9. c Joan. I. 16. d Matth. III. 14. e Ibid. ℣. 15. f Psalm. CXIII. 3.

1. *Illic*] Mallem, *ille*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



SERMONES S. MAXIMI

TAURINATIS EPISCOPI. [1]

Desiderantur priores paginæ.

SERMO II.

In Pascha.

Exsultandum nobis est, fratres, in [a] *hac die, quam fecit Dominus*, continuata lætitia &c. *est editus inter opera sancti Maximi.*

SERMO III.

De Pascha.

Non minus etiam nunc lætari debemus, fratres, quam hesterno lætati sumus: licet enim præterita tenebrosa nox intercesserit gaudiis nostris, eadem nobis tamen dies est sanctitatis; licet tempora distinxerit obscuritas vespertina, perpeti tamen luce fulget beatitudo dominica. Christus enim qui nos illuminavit hesterno, etiam hodie nos ipse circumfovet. Nam sic dicit beatus Apostolus: [b] *Jesus Christus heri, & hodie, ipse est.* Ipse enim nobis dies factus est. Ipse nobis hodie genitus est, secundum quod ait David ex persona Dei Patris: [c] *Filius meus es tu, ego hodie genui te. Hodie*, inquit, *genui te*: hoc est non quo in die ille genuerit Filium, sed quod ipsum Filium velut diem lucemque genuerit. Ergo cum Christus unigenitus hodie generatur, ut intelligatur in nativitate Salvatoris non tam hominem natum esse, quam lumen quod fulgeat cunctis; luceat universis. *Hodie* autem dicitur, quod velut præsens & indeficiens lumen cuncta sæcula perpeti luce contineat, & pro ipsa perpetuitate fulgoris una dies esse videtur. Unde ait sanctus propheta: [d] *Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies una.* Una plane dies est Christus, quia una est in eo divinitatis æternitas. *Hodie* autem vocatur, quod eum nec vetusta antiquitate subterfugiunt, nec futura ignoratione prætereunt. Sed tamquam potentissimum lumen cuncta continet, universa cognoscit, & velut in præsenti habens possidet omnia: quia apud eum nec præterita labuntur, nec futura celantur. Quo autem tempore dictum sit Filio: *Ego hodie genui te*, scire debemus, non illo quo ex Maria Virgine secundum carnem natus est, neque illo quo secundum divinitatem ex Dei Patris ore processit, sed illo tempore quo a mortuis resurrexit; sic enim Apostolus Paullus ait: [e] *Resuscitans Dominum Jesum Christum, sicut scriptum est in Psalmo: Filius meus es tu: ego hodie genui te.* Recte ergo tunc *hodie* dicitur, quando de inferorum tetra nocte ad superos, velut præclarum lumen emicuit. Recte dies dicitur, cujus veritatem Judæorum factio tenebrosa obscurare non potuit. Nec potuit plane melius, nisi *hodie* non accipere, qui omnibus defunctis & diem reddidit & salutem,

A qui vetustate homines moræ resolutos hodiernæ vitæ præsentia suscitavit. [f] *Lætemur* ergo, & *exsultemus in hac die*, in qua nobis Dominus lucem intulit, salutem intulit, intulit pacem: pacem, inquam, nobis Christus resurgens intulit, quia & passurus pacem proditori discipulorum non negavit; aut quemadmodum complectitur confitentes, qui sic osculatus est denegantem. [g] Osculum autem illud Judæ Ischarioth nolo existimetis a Domino, nisi de caritate datum, & ante sciebat illum proditorem futurum. Sciebat plane; amoris pignus & ideo non negavit: pietatis enim genus est non negare extrema oscula perituris, & his quos dileximus, ultimum persolvisse solatium. Simul etiam ipso dile-

B ctionis officio eum voluit emendare, ut admonitus pietate non desereret amantem, non traderet osculantem; atque ideo quasi ad judicium Judæ illud osculum datum est, ut si emendaret, esset pacis vinculum discipulo; si traderet, esset sceleris testimonium proditori. Ait ergo Dominus: [h] *Juda osculo filium hominis tradis?* Ubi est subtilitas factionum, ubi latentes doli? Ecce deprehenditur nequitiæ omne secretum, & proditur proditor, ante quam prodat. *Osculo*, inquit, *filium hominis tradis?* hoc est: amoris pignore vulnus infligis, officio caritatis sanguinem fundis; mortem inrogas pacis indicio? Rogo quæ ista dilectio est? Osculum porrigis, & minaris? Non sunt ista oscula, sed venena, per quæ ser-

C vus Dominum, discipulus Magistrum, electus prodit Auctorem.

SERMO IV.

In Pascha.

Veneranda passio Salvatoris nostri, atque ab inferis ejus mirabilis reditus attestatur, divinam illi humanamque fuisse substantiam. Quis enim dubitet ineffabiliter eum Filium Dei filiumque esse hominis, qui potuit & mortem perpeti & morte devicta semet ipsum suscitare de tumulo? Nam suscepta carne de Virgine, ne quam in fide nostræ

D confessionis nebulam pateremur, toto prædicationis suæ tempore verum se revelabat Deum, perfectum ostendebat & hominem. Flebat quippe, ut nostro dolore mærens, sed ut sua virtute potens miseratus cæcorum tenebras, huic nec dum formatos faciebat oculos, illi reddebat amissos; navigans cum discipulis suis somno hominis dormiebat in puppi, sed consciæ majestatis imperio insurgentium fluctuum moles minacesque ventos serena protinus tranquillitate compescuit. Moriturum se, ut temporalis vitæ homo, sæpissime testabatur, sed ut æternus Deus refuso in corpora vitali spiritu ad lucem mortuos redire præcepit. Ut filio hominis ingerebantur convicia blasphemantium, sed ut ignara mortalitas inoffensam credendi disceret veritatem, quasi unicum filium suum Pater adloquebatur e cælo. Si ergo


a Psalm. CXVII. 14. *b* Heb. XIII. 8. *c* Psalm. II. 7. *d* Psalm. LXXXIX. 4. *e* Act. XIII. 33. *f* Psalm. CXVII. 14. *g* Luc. XXII. 48. *h* Ibid.

1. Ex *Anecdotis Latin.* Muratorii V. C. tom. IV. pagg. 6-117.

credis, o homo, indigna quæ pertulit Christus, cur non magis credis miranda quæ præſtitit? Ita ſane incomprehenſibiliter caro in Deo, & in carne Deus, ut neque Deum ab homine paſſio ſepararet, neque per hominem Deus humanis paſſionibus ſubjaceret. Quod vero adnuntiatur, Filius Dei natus eſt de Virgine, tanto in miraculo non debet humana fluctuare fragilitas, quia ſtupendæ huic novitati Deum cui opus omne poſſibile eſt, confitemur auctorem. Beatus namque David omnipotentiam Dei ſancto Spiritu revelante decantat dicens: [a] *Omnia quæcumque voluit, Dominus fecit in cælo & in terra.* Qui ergo fecit quæ voluit, fecit ut Virgo conciperet. Qui fecit omnia quæ voluit, fecit quod nobis omnibus ſubveniret. *Omnia*, inquit, *quæ voluit, Deus fecit.* Voluit ex nihilo formare mundum? fuit ei tam magni operis effectus in Verbo. Voluit hominem figurare de pulvere? virtus tantæ non defuit voluntati. Voluit inter ipſa cæli terræque primordia virili de corpore educere feminam? e latere mox Adæ mater humani generis Eva proceſſit. Voluit de viro & femina utriuſque ſexus homines naſci? lege voluntatis ejus replevit orbem juſſa fecunditas. Voluit, ut dictum eſt, Virginem parere? & obumbratione majeſtatis ejus nullo virginei pudoris damno Christus proceſſit ex Maria. Et inde eſt, quod philoſophi gentium prudenteſque mundi, qui omnia ſibi propria volunt diſceptatione conſtare, dum terreno ſenſu divina diſcutiunt, ſapientia ſua deſipientes, ad plenitudinem non perveniunt veritatis. Qui hanc igitur deſudant habere doctrinam, ut quod ipſi advertere nequeunt, ſuperbo tumentes ſpiritu, Deum aut non recte velle, aut non poſſe contendunt. [b] *Qui*, ut ait Apoſtolus, *dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt.* Et iterum: [c] *Evanuerunt in cogitationibus ſuis.* Quis enim ita demens in illo conceptu virgineo ſemen quærat humanum, ubi agitur cæleſte myſterium? Quanta vecordia in illo naſcendi genere generalitas mortalis obtenditur, ubi opere omnipotentis pro vita pereuntium partus ſalutaris effloruit? Sed fortaſſe perfidus occurrit, & dicit: Nemo umquam ita eſt natus. Nemo re vera, quia nullius præter hanc caro unita cum Deo eſt. Quid incaſſum diſputas? Quid retractas? Qui ſolus dedit hominibus naſci per conjuges, ſolus voluit prodire de Virgine. Mirabiliter natus eſt Christus; & obſtinatione perfida non credis Deum? Quid faceres, ſi communi eſſet lege conceptus? Inanis ergo & ſtulta cauſſatio eſt, nullum ita fuiſſe natum, quia ſacramentum fecundæ Virginis, quod unicum Dei eſt opus. Neque habere ante ſe potuit, nec poſt ſe reliquit exemplum. Unde & tu, frater, ſi ſapienter incomprehenſa rimaris, quod ſingulare pervides, crede divinum. Denique cum a diſcipulis ſuis, qui eſſet, & ab hominibus crederetur, Salvator iniquireret: beatiſſimus tum Petrus ſacrata voce reſpondit, dicens: [d] *Tu es Christus Filius Dei vivi.* Ecce, fratres, loquitur lingua hominis, quod cor hominis ignorabat. Loquitur Apoſtolus, quod non meditatione didicit, ſed revelatione cognovit. Unde enim ſciret terrenus mortaliſque homo incomprehenſæ generationis arcanum, niſi & Pater ipſe cujus verus erat Filius, non revelaſſet e cælo? ut ait ad illum Dominus: [e] *Beatus es Simon Bar Jona, quia non caro & ſanguis revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis.* Quod enim præcipuus Apoſtolorum Redemtorem omnium vivi Dei Filium dicit, paternæ in eo deitatis ſubſtantiam

A confitetur; quod eumdem Christum pronuntiat, materni ineſſe corporis adſerit veritatem. Sic re vera beatiſſimus Petrus utramque in Christo naturam ſub una eſt appellatione complexus, ut ineffabilis myſterii ſacramentum breviſſimo ſermone delibans, neque geminata divideret, neque unita confunderet. Ut autem plenius adverteremus in Salvatore noſtro neque a Deo hominem, neque Deum ab homine ſeparandum, ait glorioſiſſimus magiſter fidei Paullus Apoſtolus, dicens: [f] *Miſit Deus Filium ſuum factum ex muliere, factum ſub lege.* Non utique factus eſt Filius Dei, ut mitteretur; ſed ad id quod miſſus eſt, filius factus eſt hominis. Salva enim divinæ proprietate naturæ, naturam in ſe ſuſcepit humanam, non

SÆCUL. V. CIRCA ANN CHR. 424.



B facta confuſione, ſed unitione perfecta. *Miſit*, inquit, *Deus Filium ſuum*; miſit non creaturali conditione ſubjectum, ſed naturali caritate concordem. Ipſe enim Dominus ait: [g] *Ego & Pater unum ſumus.* Qui ergo unum ſunt, non poſſunt a ſe invicem impari poteſtate diſtare. Miſit Pater proprium Filium, non a ſe diſcedentem, ſed ad nos noſtra pro ſalute venientem. Venit autem Dei Filius, non ut mittentis tantum Patris exſequeretur imperium, ſed ut communem perageret voluntatem. Venit Dei Filius, non qui de loco tranſiret ad locum, ſed in loco quo vellet, propoſiti ſui munus impleret. Et re vera Deus, cum ubique ſemper ſit, atque omnia gremio ſuæ majeſtatis includat; illuc tamen ire aut

C venire creditur, ubi ſe revelare dignatur. Hæc, frater, niſi fide ſequaris, nulla mundani ſenſus ratione concipies. Tantum enim abeſt ab operibus Dei intelligentia mortalis ingenii, quantum diſtare poteſt ab æternitate mortalitas. Sed optima homini ratio eſt, ut in his quæ non poteſt mente complecti, cedat mentis auctori. Scire ergo debemus, kariſſimi, quia nativitatem paſſionemque dominicam non nobis ejus dedit conditio, ſed voluntas. Noſtri nimirum exegit cauſſa negotii, Christum Dominum pudorem ventris non declinare feminei, ſordentem pannis infantiam perpeti, creſcentem per moras exſpectare pueritiam, convaleſcentem temporibus agere juventutem, & cum omni

D patientia Judaici furoris injurias cædeſque perferre. Neque vero ſuperfluæ voluntatis erat aut vacuæ, ut Dei Filius per tantarum dedecora paſſionum materia humanitatis moreretur in terris, qui cæleſti in regno paterna deitate vivebat, niſi naſci illum remedii noſtri neceſſitas flagitaſſet. Quid Deus ad carnem? Quid immaculatus ad crucem? Quid æternus ad mortem? Eſſent quidem Dei Filio [1] verba ac vulnera omniaque inlata paſſionis opprobria reputanda, niſi univerſa quæ paſſus eſt, reſurrectio mox ſecuta curaſſet. Quis ergo ita deſipiens retractando decolorare præſumat, quod crucifixus eſt Christus, qui tot virtutibus tantiſque miraculis mirabilior factus eſt ſua paſſione? Quis illi triduanam exprobra-

E re audeat ſepulturam, cujus cum ſempiterno Patre permanens æternitas prædicatur? Immo quis non toto ſtupore miretur inferna illum fuiſſe dignatum, qui virtute propria & ad vitam potuit redire poſt mortem, & cælum non dubitavit aſcendere poſt inferos? Et ideo, fratres, illud unum nobis eſt ſalutare, ut metientes noſmet ipſos, & pectoris noſtri anguſta quæ ultra modum ſe efferunt, caſtigantes, veri Dei cujus potentiam probamus, ſequamur in omnibus voluntatem, qui vivit & regnat in ſæcula ſæculorum. Amen.

a Pſalm. CXIII. 3. *b* Rom. I. 22. *c* Ibid. ℣. 21. *d* Matth. XVI. 16. *e* Ibid. ℣. 17. *f* Gal. IV. 4. *g* Joan. X. 30.

1. *Verba*] Lege meo periculo, *verbera*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.

SERMO V.

In Pascha.

IN paschali festivitate, fratres karissimi, qua Dominum nostrum rediisse ab inferis exsultamus, est nobis gaudium commune cum cælo. Lætantur enim Angeli, inimicum Domini & tyrannum cælestis imperii, legitimi atque æterni Regis virtute deletum. Mortales etiam infirmique homines gloriamur munere dominicæ passionis, diaboli tandem servitute deposita, in libertatem nos vivendi, atque in jus paternæ pietatis esse revocatos. Hoc est nimirum illud, quod ait beatus David: [a] *Lætentur cæli, & exsultet terra.* Unum profecto, atque id ipsum factum est gaudium cælestibus atque terrenis, quia unus idemque est Dominus, qui vicit in terris & qui regnat in cælo. Et iterum idem: [b] *Hic est*, inquit, *dies quem fecit Dominus: exsultemus & lætemur in eo.* Sic dicit: *hic est dies quem fecit Dominus*, quasi sit aliquis dies, quem non fecerit Deus? Omnem quidem diem Dominus dedit; sed hunc specialiter fecit, qui perpetuo fulgens lumine vicissitudinem non recipit tenebrarum. Hic est dies, qui discussa scelerum nube caligantibus mortalium oculis lucem perpetuitatis inradiat. Hic est dies, quo vitæ Dominus ingressus infernum, sævientem mortem æternæ noctis horrore terribilem nova improvisaque majestatis suæ claritate deterruit. *Exsultemus*, inquit sermo propheticus, *& lætemur in eo*; quasi non sufficeret dixisse: *Exsultemus*, nisi adjiceret: *Et lætemur.* Sed idcirco prophetica præscientia spiritualium nobis gaudiorum verba congeminat, ut omni mortis tristissimæ mærore deterso, & præsentis vitæ lætitiam prædicet, & futuræ. Exsultemus ergo nunc redemti, ut postea possimus gaudere salvati. Exsultemus resurgente Domino, ut possimus eodem regnante lætari. Et recte gaudebimus, fratres, si nos veræ fidei munera, & præstita jam redemtio, & resurrectio promissa lætificet. Cur autem, karissimi, de omnipotentis beneficiis ambigamus? Numquid sine caussa homo est factus ex femina, qui incomprehensibiliter de Deo natus est Deus? Numquid frustra vagire in cunis voluit, qui terrificis tonitruum suorum vocibus terram cælumque tremefacit? Numquid incassum flevit, qui a nativitate cæcum novis oculis sputamenti sui virtute ditavit? Numquid otiose potatus aceto, cibatus est felle, qui vastissima in eremo sitientibus de petra rivos, & esurientibus de cælo potuit manna præbere? Numquid inanis ejus est passio, qui in investigabili voluntatis suæ secreto de cælestibus descendit ad crucem? Et ideo quia crassitudine carnalis ingenii passionum ejus mysteria comprehendere non valemus, credulitate rectæ fidei, quæ præstitit, teneamus. Tenebimus autem capiemusque dona gloriæ ejus, si vitam nostram fides muniat, & a fide vita non discrepet. Et sicut ille nobis voluit placere moriendo, ita nos gestiamus ei non displicere vivendo, ipso præstante, qui cum Patre &c.

SERMO VI.

De Pascha.

JUstissime, fratres, generali hodie gaudio mundus exsultat; quandoquidem revertente a mortuis Christo, cunctis ubique mortalibus spes orta est resurgendi. Et necesse est, ut creaturarum Domino A triumphante, inlustrata per eum creatura lætetur. Gaudet itaque cælum, quia videt jam diu peccatis sordentem terram Domini sui cruore purgatam. Gaudet multitudo cælestis exercitus, quia conflictu Regis sui omnis inimici principis debellata militia est. Gaudet etiam sol, quia lugubres illas tenebras quas Domino moriente pertulerat, lætioribus radiis & perpeti gratulatione compensat. Inter ista, karissimi, præcipue nos convenit exsultare, quorum caussa Unigenitus Dei, & ipse Deus, humanam induit carnem, quatenus per carnem hominis venire ad crucem, per crucem susciperet mortem, per mortem spoliaret infernum. An non lætandum nobis est, quibus novi mysterii sacramento peccata tolluntur, B cælum datur, redditur paradisus? Denique latroni tunc in cruce pendenti, cum fidem ejus nec sua nec Christi pœna turbaret, ait ipse Dominus: [c] *Amen dico tibi: Hodie mecum eris in paradiso.* Dicebat enim latro: [d] *Memento mei Domine, cum veneris in regnum tuum.* Quam mira hæc fides est, fratres, ut latro qui vitam non merebatur habere præsentem, inter supplicia sua spem perpetuitatis adsumeret, eamque sibi a Crucifixo crederet posse præstari? Et quam juste tantæ promissionis munus latro fidelis accepit, qui tunc regnum confessus est Christi, quando & Apostoli turbabantur? Atque ideo omnia latronis anteacta scelera unius meritum confessionis absolvit, & quidquid longa ætate deli- C querat, brevissimo sermone delevit. Nec latrocinii eum sui apud Deum sanguis damnavit, quia Christi sanguinem regnum credidit esse, non pœnam. Quod factum, karissimi, universo hominum generi profecisse non dubium est. Nam quis de Dei gratia absoluto latrone desperet, si tamen supplicantum preces latronis credulitas subsequatur? Habemus & aliud magnificum dominicæ pietatis exemplum, quo omnem mortiferæ desperationis formidinem deponentes de ineffabili Redemtoris nostri indulgentia confidamus. Cum enim condemnatus ab impiis penderet Christus in cruce, furorque Judaicus inluderet Crucifixo, omnipotentem Patrem pro interfectoribus suis ipsa inter vulnera pius suffragator orabat, dicens: D [e] *Pater dimitte illis. Nesciunt, quid faciunt:* & cum in manu esset ejus vivorum mortuorumque judicium, veniam tamen pereuntibus precabatur; sed ea, ut arbitror, ratione, ut indubitanter ostenderet, & se ejus tam nefarium relaxare delictum, & a suo illos Patre non esse damnandos, quibus ipse parcebat, si tamen ad nomen Christi repudiata perfidia convenirent. Nam quis re vera de petitionis cunctetur effectu, ubi remedium miseris bonus poscit a bono? *Nesciunt*, inquit, *quid faciunt.* Sciebant quidem Judæi, sanguinem se fundere innocentis, sed nesciebant peccata omnium illo cruore deleri. Sciebant acerbissimo se crucis supplicio punire Christum, sed nesciebant Dei Filium triumphare E per crucem. Sciebant, eum esse moriturum, sed rediturum a mortuis ignorabant. Unde egregie a Domino dictum est: *Nesciunt, quid faciunt.* Nesciebant profecto Judæi, illa sua impietas quantæ esset ministerium pietatis. At vero Dominus virtutis suæ sibi conscius, errores miseratus humanos, plenissime sciens supplicia illa quæ quantaque gaudia sequerentur, crucifigentium facinus & inter tormenta benignus absolvit, mortemque suam vitam voluit esse occisorum, & damnationem fieri noluit occidentium. Rediens autem ab inferis sic suos requisivit Apostolos, ut inesse sibi & potentiam divinitatis, & veritatem carnis ostenderet. Et ideo, fratres karissimi, Christo a mortuis resurgente lætemur, carnem-

a Psalm. xcv. 11. *b* Psalm. cxvii. 24. *c* Luc. xxiii. 43. *d* Ibid. ℣. 42. *e* Ibid. ℣. 34.


que illum suam ab inferis revocasse credamus, ut possimus & apostolicæ gratiæ, & dominicæ resurrectionis desiderabile consortium promereri.

SERMO VII.

De Pascha.

ANnua quidem nobis, fratres karissimi, dominicæ resurrectionis festivitas redit: sed ubi religionis est veritas, novum semper est fidelibus sacramentum, ut ait beatissimus Paullus: [a] *Vetera transierunt, facta sunt omnia nova.* Nec immerito semper novus credendus est Dei Filius, qui nullam sentit prætereuntium temporum vetustatem: novus quippe est, fratres, in quo ætatis nulla mutatio est, nec aliquando aliud novit esse, quam natus est. Deus enim procedens de Deo, ut nativitatis non habet tempus, ita finem non potest habere vivendi, ut ait ad eum gloriosissimus patriarcha David: [b] *Tu autem idem ipse es, & anni tui non deficient.* Et non solum ipse homo Christus, qui cum Deo factus est unum, semper est novus; sed, sicut videri datur, spiritalium aquarum fomento & cælestis fidei nutrimentis humani generis labentem renovat senectutem, dicente beato David: [c] *Emitte Spiritum tuum, & creabuntur, & renovabis faciem terræ.* Renovatur nimirum facies terræ hominis, cum vetusta diaboli captivitate deposita, novam novi Regis inducit libertatem. Ipsius namque Domini sententia est dicentis: [d] *Si vos Filius liberavit, vere liberi eritis.* Et recte, carissimi, solus Dei Filius peccatores liberat, quia solus liber est a peccato, ut ipse de se testari dignatus est per prophetam dicens: [e] *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.* Sine adjutorio utique tunc videtur effectus, cum sæviendi in eum acciperet furor Judaicus potestatem. Exstitit vero inter mortuos liber, quia inter omnes mortales solus caussas moriendi non habuit. Propter quod & victa per eum mors retinere eum non potuit resurgentem. Videte autem, carissimi, quantum sit in Christi humilitate mysterium; qui cum æternus sit ab æterno, & Dominus universitatis, servorum tamen suorum perficiat libertatem. Gaudet injuriis, exsultat opprobriis, omnisque ei triumphus in cruce est, admirandoque remedii genere diabolum patiendo superat, & hominem moriendo vivificat. Quæ omnia pro nobis Unigenitus Dei pietate adgressus est; virtute sustinuit; humilitate perficit. Ait de hac ejus humilitate Esaias propheta dicens: [f] *Sicut agnus coram tondente se sine voce; sic non aperuit os suum in humilitate sua.* Quam speciosa, fratres, comparatio ista atque accommoda veritati! Sicut enim cum tondetur agnus, nescit reclamare tondenti; ita cum crucifigeretur Christus, non restitit vulneranti. Spoliatur agnus, & silet; occiditur Christus, & tacet. Silentium agni lanigero detonso vellere hominem vestit: taciturnitas Christi cunctis credentibus æternæ salutis indumenta prætexit. [g] *Non aperuit*, inquit, *os in humilitate sua:* id est, quod inter opprobria & maledicta tacuit Christus, non fuit miseriæ, sed virtutis. Tali enim proposito Dei Filius mundum redemturus advenit, ut superbos humilitate, contumaces modestia, maledicentes silentio triumpharet. Ita sane & legitur: [h] *Cum malediceretur, non maledicebat.* Nec dubitandum hæc, fratres, quia maledicere vera benedictione sciebat; neque enim terrenis moveri poterat maledictis, qui benedictiones venerat præstare de cælo. Et recte [i] *sapientia Dei Christus*, nulla maledicentibus maledicta referebat, quia omne maledictum patientia repercussum in suum redit auctorem. [k] *Humiliavit* itaque *se* Christus, ut ait Apostolus, *factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* Usque ad mortem se crucis humiliat, ne cælestis hostia vili aliqua & consueta morte succumberet: sed ut [l] *Dei atque hominum mediator*, in medio cæli & terræ susceptæ mortis perficeret sacramentum. Auctor itaque vitæ nostra conditione est mortuus, ut nos illius privilegio viveremus. Crucifixus ergo est Dei Filius, non ut crux Christum fœdaret, sed ut sacramento Christi crux nostræ fieret insigne victoriæ. Denique nos omnes qui Christi confessione gaudemus, crucis signaculo gloriamur. Neque vero Christiana quis potest militia censeri, nisi fideli manu vexillum erexerit Crucifixi. Ob hanc crucis mortem, sicut legitur [m], *exaltavit* omnipotens *Christum* suum, *nomenque illi super omne nomen dedit.* Dedit illi nomen super omne nomen, cum ditioni potestatique ejus cælestia tradidit, mundum & inferna subjecit, ut ait ipse Salvator: [n] *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo in cælo & in terra.* An non videtur tenere super cuncta dominatum, an non habere principatum, quem, sicut legitur [o], creatura omnis flexo curvata genu tremit & suspicit imperantem? Denique nonnullæ jam gentes, cum inter se diversitate vivendi & linguarum varietate diffideant, in confessione tamen Christi uno pariter ore concordant. Et licet aliqui ex eis suasione pessima de ejus a nobis discrepent deitate, nobiscum tamen & passum illum, & redisse a mortuis confitentur. Et ideo nos, dilectissimi, resurrectionem Christi regnumque credentes, castis mentibus & sancta devotione lætemur; quatenus quod universitas credit, nos quoque non discredere fide & operibus adprobemus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



SERMO VIII.

De Pascha.

PRophetarum præcipuus beatissimus Esaias, qui mysteria nativitatis resurrectionisque dominicæ clarissimis vocibus intonavit, ait inter cetera: [p] *Lætare cælum, & exsultet terra; erumpant montes jocunditatem, & colles justitiam; quia misertus est Deus populo suo, & humiles populi sui consolatus est.* Hoc præconium, fratres, ad hos quam maxime pertinere dies, festivitatemque prænuntiare paschalem, & ex ipsius lectionis advertimus serie, & ex consequentibus edocemur. Recte igitur nunc cælestia in omnem lætitiam provocantur, quando Unigenitus Altissimi, contritis inferni portis, dejectoque diabolo, mæstissimis mortalibus gaudia beatæ perpetuitatis invexit. Quomodo autem poterat non gaudere cælum, cum videret Dominum suum peracto salutis nostræ prœlio ad sedem majestatis suæ, & ad dexteram Patris sedere victorem? Gaudet cælum, quod Dominus suus, proposito paternæ voluntatis impleto, ac triumphi sui merito regnum universitatis accepit. *Lætare*, inquit, *cælum, & exsultet terra.* Exsultet nimirum humani generis terra, quæ sanguine Agni cælestis aspersa non solum redditur paradisum, sed regnatura cum Domino vocatur ad cælum. Exsultet & caro nostra, quæ vere

a II. Cor. V. 17. *b* Psalm. CI. 28. *c* Psalm. CIII. 30. *d* Joan. VIII. 36. *e* Psalm. LXXXVII. 5. 6. *f* Isa. LIII. 7. *g* Isa. LIII. 7. 8. sec. LXX. *h* I. Pet. II. 23. *i* I. Cor. I. 24. *k* Philipp. II. 8. *l* I. Tim. II. 5. *m* Philipp. II. 8. 9. *n* Matth. XI. 27. *o* Philipp. II. 10. *p* Isa. XLIX. 13. sec. LXX.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



est terra, quoniam glorificata per Christum societatem divinitatis emeruit: *Erumpant*, ait, *montes jocunditatem*, *& colles justitiam*. Hos montes collesque qui excitantur ad gaudia, patriarchas dici non inconvenienter accipimus, sicut in David sancto legimus: [a] *Inluminas tu mirabiliter a montibus æternis*; & alibi: [b] *Montes exsultaverunt ut arietes*, *& colles sicut agni ovium*. Nec immerito justi quique montes nuncupantur & colles, qui terrenæ conversationis humilia relinquentes, ad superiora cælestis vitæ fidei suæ verticem sustulerunt. Justissime itaque venerabiles patriarchæ adsumere jocunditatem sermone prophetico commonentur. Quorum proles, id est, Christus Dominus, mortis suæ resurrectionisque mysterio, etiam præteriti sæculi patribus vitam B refudit. Jocundantur omnimodis patriarchæ, quorum de germine natus Dei Filius, universam mundi faciem diabolicis dudum impietatibus sordidatam immaculati corporis sui novo cruore detersit. Et ideo, fratres, quia lætari cælum, exsultare terra, montes collesque gaudere cognoscimus; nos quoque religiosa Deo nostro gaudia deferamus; celebremus pascha Domini, ut ait Apostolus, [c] *non in fermento malitiæ & nequitiæ*, *sed in azymis sinceritatis & castitatis*. Celebrabis, frater, pascha in azymis sinceritatis & castitatis, si sensus tui redolentes dominicum panem, nullo vitiorum fermento, nulla diaboli aspersione coalescant. Celebrabis pascha, & claritatis ejus splendore fulgebis, si in corde tuo nullæ C tenebræ cogitationis adulteræ tanti sacramenti lumen obscurent. Celebrabis pascha in azymis veritatis, si ad ecclesiam Dei castus, si sobrius, si justus, si pacificus, si plenus fraternæ caritatis adveneris. Nemo enim potest, vita inemendabili, corde impœnitens, & cum diabolo scelerum habere consortium, & cum Christo sanctitatis celebrare mysterium. Deponamus itaque omne iniquitatis fermentum, ut possimus vere participes hujus esse lætitiæ, ad quam per Spiritum sanctum voce prophetica montes convocantur & colles, ad quam etiam cælum invitatur & terra. Quis enim ita sensu hebeti stupet? quis ita mersis in terram oculis tenebrosa mente cæcatus est, qui non hæc totius orbis D vota omni cum exsultatione concelebret, in quibus remissio peccatorum, regenerationis gratia, redemtionis mysterium, resurrectionis gloria & spes æternitatis adridet?

SERMO IX.

De Pascha.

Redemtionis nostræ mysterium, fratres karissimi, quod de cælo veniens salutem nostram operatur in terris, tanta se majestate tantaque dignatione circumfert, ut virtus ejus & veritas occulta sit perfidis, manifesta credentibus. Ut enim E quod est sanctum, fidelibus innotescit; ita rem fidei videre non potest perfidia. In examinandis namque cælestibus rebus omnis sapientia infatuatur humana, atque omne cor mortale torpescit, ut ait gloriosissimus Doctor Paullus Apostolus: [d] *Sapientia hujus mundi stultitia est apud Deum*. Ipse etiam Dominus ac Salvator noster mundi hujus sapientiam reprobans dicebat: [e] *Gratias tibi ago Pater*, *quia abscondisti hæc a sapientibus & prudentibus*, *& revelasti ea parvulis*. Discite itaque per hæc, fratres, sacramenta vitæ nostræ non philosophicis adsequenda doctrinis, sed parvulorum simplicitate credenda; quia profundo illo Dei nostri magnoque judi- A cio, quod sapientibus conditur, parvulo revelatur. Parvulus enim dicitur, non cui ætas sit imperfecta, sed qui mysterii nescit contraire divinis. Et recte parvulus nuncupatur, qui voluntati Dei sui non parat argumenta, sed fidem. Absconditur ergo sapienti, ne manifesta videat, quod superbe & imprudenter elatus plus se sapere, quam Deum posse, contendit. Et ideo quæstiones sæcularis sapientiæ refutantes, teneamus fidem quæ parvulis revelatur; incunctanter credentes operatione cælesti Virginem concepisse, atque edito Filio Virginem mansisse post partum. Nec dubitemus eum natum de Virgine, quem sola digne potuit parturire virginitas. Et hoc est, karissimi, in quo a mundi hujus sapientibus discrepamus; quia illi in Christo immoderatis disceptationibus suis partus feminei despiciunt vilitatem. Nos vero, inluminati fide, virginalis uteri suspicimus sacramentum. Christus enim Deus ac Dominus noster ita in semet ipso quod habebat de Patre, & quod de matre sumebat, ineffabili societate devinxit, ut incarnationis ejus profundum, repulsa procul sapientum prudentia, simplicitas inspiceret parvulorum. Denique ut ad sequentia veniamus, rident gentes, quod crucifixus est Christus; non intendentes, quia per crucem illius mundus intremuit, clausus est dies, & quod nullis antea contigit sæculis, cæli Dominum inferna viderunt. Adjiciunt etiam dicentes: Quomodo Christus vester, ut Deus, a vobis colitur, qui timuit mori? Si ergo nosti, quia mori timuit Christus; cur ignoras, non ignaviæ, sed mysterii fuisse, quod timuit? Timuit quidem Christus, sed ut timere aut vellet aut posset, de nostri illud corporis infirmitate suscepit. Inde enim timuit, unde & esurivit, unde tristis erat, unde dormivit, unde doluit, unde flevit. Quid hoc rei est? Vides Christum timentem mori; & non aspicis eum triumphali manu captivæ mortis spolia detrahentem? Vides, quod timuit mortem; & videre detrectas, quod mortuum suscitavit? qui peragratis inferis sibimet ipsi vitam reddidit post sepulcrum? Noli ergo illum despicere mortuum, qui sepulturam suam resurrectione glorificat. De Matre enim traxit, quod mortem susceperat; a Patre detulit, quod mortuum suscitaret. Surgens autem ab inferis, ut ostenderet sibi inesse suscitati sui corporis veritatem, ait ad discipulos suos dicens: [f] *Palpate*, *& videte*, *quia spiritus carnem & ossa non habet*, *sicut me videtis habere*. Ossa sua ostendit & carnem, ut nullus ambigeret ipsum redisse de tumulo, qui clavis fuerat transfixus in ligno. *Palpate*, inquit, *& videte*: id est palpate manu, videte fide, quia inest mihi & corporis mei veritas, & proprietas deitatis. *Spiritus*, inquam, *carnem & ossa non habet*, *sicut me videtis habere*. Id est, non est naturæ, ut spiritus vel ossa possit habere vel carnem; meo vero mysterio factum est, mea Patrisque mei virtute, ut & caro mea in spiritu, & spiritus in carne semper mihi inseparata constarent. Videte ergo, videte, quia ego ipse sum, qui clavis lanceaque transfossus mortem timendo non timui; qui vulnera mea non medicinalis artis industria, sed moriendo curavi; qui in corpore meo clavorum vestigia non mihi, sed vestræ fidei reservavi. Volui enim salutaris illius passionis in me non delere memoriam, ut in cordibus vestris resurrectionis meæ veritas permaneret. Et ideo, fratres, honoremus Domini morientis mysterium, ut possimus gloriam resurgentis accipere. Veneremur Crucifixum, ut mereamur eum videre regnantem.

a Psalm. LXXV. 5. *b* Psalm. CXIII. 4. *c* I. Cor. V. 8. *d* I. Cor. III. 19. *e* Matth. XI. 25. *f* Luc. XXIV. 33.

Elegit enim mori, non ut illum sibi vindicaret infernus, sed ut mortuos a mortuis liberaret.

SERMO X.

De Pascha.

Supernæ voluntatis ac dispositionis profunda, fratres karissimi, nisi fide sequamur, intelligentia interturbatur humana; & in magnitudine operum divinorum nisi omnipotentis Dei terreremur arbitrio, mortalis ingenii ratio velut infirma succumbit. Et ideo quæ Deus agit, non sunt rimanda verbis, sed devotione credenda. Nam in Christum Dominum nostrum ita Dei hominisque sacramenta concurrunt, ut sub quodam geminæ actionis officio, & in majestate ejus humilitas fulgeat, & regnet in humilitate majestas. Erat quippe ipse Christus sub unitate substantiæ diversæ, per mysteria redemtionis nostræ, homo potens, & humilis Deus; sed secundum propositum gloriæ suæ humilitas Dei homo est, & potentia hominis Deus est. Humilis sane dicitur Deus, ubi prærogativam propriæ divinitatis inclinans, cruci suum corpus adfigi, mundo ipso lugente, permisit; & potens est homo in Deo suo, cum verbi ejus imperio infirmitates discedunt, sanitates languentibus redeunt, immundi fugiunt spiritus & Angeli obsequuntur. Itaque cum novi hominis hujus sit tanta potentia, debemus advertere, quia omnis illa Dei humilitas dignationis est pietas, non deletio potestatis. Per hoc nimirum sacratissimum incarnationis mysterium ita in unum Dominum unamque personam caro convenit & Verbum, ut & Deus putaretur natus e femina, & homo credatur venisse de cælo, secundum quod ait ipse Salvator dicens: [a] *Nemo ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo, filius hominis qui est in cælo.* Quæso nunc, quomodo ante passionem suam Christus, cum nec dum glorificatus properasset ad Patrem, in cælo esse se dixit, ascendisse etiam vel descendisse de cælo? Quomodo, fratres, nisi quia ipse erat filius hominis, qui Filius Dei? Nec possumus seorsum aut hominem sine Deo, aut Deum sine homine confiteri. Nonne videtur cælum transscendisse homo, quando in utero Virginis unitus est Dei Verbo? & tunc descendisse de cælo, quando nihil sibi de genuina majestate sua vindicans, hominem suum pœnali tradidit passioni? Atque ideo in cælo erat Christus, cum potestate cælesti miranda faciebat; erat nihilominus & in terris, cum mitis & humilis terrenas per impios pateretur injurias. Inde etiam erat, quod dum inter concertantes Judæos de ipso Domino populorum ferveret diversa sententia, alter illum despiciebat ut hominem, alter mirabatur ut Deum. Inde erat, ut alii illum crucifigerent, alii adorarent, sicut & latrones illi pariter crucifixi, unus illum tamquam consortem supplicii, ut perfidus increpabat, alter ut Deum sentiens precabatur. Et hoc ideo, fratres, quia erat tunc simul in Christo & regnantis dominatio, & ministerium servientis. Nam, [b] *cum in forma Dei esset*, ut docet Paullus Apostolus, formam induit servitutis. Erat re vera in forma Dei Christus, cum aquas in vino vertendo creaturarum se esse Dominum revelabat. In forma Dei erat, cum præcepto ipsius de obsessis corporibus ac vetustis e sedibus reclamantes dæmones pellebantur. Erat in Dei forma, cum mediis in fluctibus unda solidata, nec tamen sine timore, venerandis ejus vestigiis serviebat. In forma autem servi erat, cum itineris fatigatione lassatus velut requiescens super os putei sedebat. Formam servi agebat, cum in eum insultantes impii sordidissimi oris sui sputamenta projicerent. Servi formam susceperat, cum faciem suam quam intueri credentibus pavori erat, a palmis & ictibus ludentium non vertit; & quod his qui vere sunt servi, perpeti erat turpissimum, etiam scapulas suas quibus nostra venerat peccata portare, verberantium manibus inclinavit. Quasi servus utique erat, cum salutare ipsius caput inimicorum contexta manibus spinea corona fœdabat. Itaque, fratres, cum unus idemque Dei Filius mira fecerit, flenda pertulerit; unus idemque erat & servus & Dominus. Totum enim ut Dominus poterat, & totum patiebatur ut servus. Sed jam videamus, quibus potissimum virtutibus quibusque gradibus ille qui servus erat, Deum se esse suis discipulis confirmavit. Primo omnium fidelissimi centurionis necessarium famulum, cum letali urgeretur incommodo, rogatus ab ejus domino, absens absentem, ut vere Deus, missa sanitate curavit, & ægrotum illum quem paullo longius decumbentem corporaliter non videbat, deitatis suæ oculo visitavit. Deinde miserandæ viduæ unicum filium, cum jam sepeliendus lecto portaretur ad tumulum, jussione vivificantis imperii suscitatum, vitæ simul ac matri, medias inter turbas, & morte ipsa teste, restituit. Post hæc sacerdotum principe pro salute filiæ suæ supplicante, ipse qui vitam nascenti dederat, defunctæ puellæ animam proprium reduxit in corpus. Ac ne de miraculis recentioris obitus apud impios conludii remaneret ulla suspicio, & putarentur non esse mortui tam velociter suscitati, ad beati Lazari pergitur sepulturam, qui quatriduanus & fœtidus, vinculis insuper, ut moris est, conligatus, ad præceptum Christi vocantis exsiliens, factus est continuo Domino suo in colloquio particeps, & in mensæ societate conviva. Quæ omnia facta sunt idcirco, karissimi, ut nemo penitus de ejus reditu ab inferis disputaret, qui probabatur tanta gloria suscitasse defunctos. Et ideo credamus Domino Deo nostro tam stupenda mirabilia facienti. Amemus eum tam magna nobis beneficia conferentem, suscitantem mortuos. Veneremur ab inferis resurgentem; colamus, adoremus etiam ad Patris dexteram consedentem, atque omni devotione vivorum mortuorumque venturo Judici serviamus, qui cum Patre & Spiritu sancto &c.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

HOMILIA SANCTI MAXIMI


TAURINATIS EPISCOPI

De Natali sanctorum martyrum.

Sicut scimus, fratres, vota semper Domini subsequitur festivitas servulorum. Unde recte post sanctum pascha Christi Domini natalis celebratur martyrum beatorum; scilicet, ut quem subsecuti sunt similitudine passionis, etiam comitentur & gloria resurrectionis. Comitantur autem eum & gloria resurrectionis, dicente Apostolo: [c] *Quod si socii passionum estis, & resurrectionis eritis.* Est ergo sanctis martyribus cum Christo in ejus resurrectione societas; est plaue, quia etsi nondum surrexerunt, certe jam merito, etsi adhuc non sumserunt sua membra, sumsere jam gratiam. Si nondum liberati sunt ab inferis, liberati sunt a peccatis: hæc

a Joan. III. 13. b Philipp. II. 6. c II. Cor. I. 7.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



est enim prima resurrectio, peccatorum evasisse tenebras, lucem possidere justitiæ. Verumtamen etiam fortasse plurimi ex hisdem beatis martyribus cum Domino resurrectionem corporaliter vel consequantur, vel fuerint consecuti. Nam si legimus in prima resurrectionis festivitate suscitante se Domino multa sanctorum corpora suscitata revixisse, & introisse in sanctam civitatem; cur non quotienscumque resurrectionis ejus festivitas celebratur, totiens resurgere credamus & sanctos? Ubi enim votorum jugis est solemnitas, gratia jugis est & donorum. Sed fortasse quis dicat: Sepulcra clausa sunt, monumenta constructa, quemadmodum prodire exinde potuerunt? Ut taceamus, quia omnia possibilia sunt Deo, & quod clausi tumuli penetralibus possit spiritale corpus educere; ut hæc omnia prætermittam, Joannis tamen Apostoli habemus exemplum, quem tumulus susceptum claudere potuit, custodire non potuit: nam depositum corpus perdidit, non absumsit. Sic enim clauso e tumulo gratia resurrectionis ablatum est, ut constaret sepultura, non inveniretur sepultus. Denique cum sacerdotes honorandi caussa corpus inquirerent, reserato aditu tumulus non potuit reddere, quem suscepit. Hostias ergo secum suas Salvator suscitat, cum resurgit.

SERMO XII.

De Ascensione.

Religiosis admodum gaudiis devotaque lætitia, fratres karissimi, hodierni mysterii nobis est celebranda festivitas: quia Christus Dominus noster, cui inter primordia congressionis suæ tentator ille dicebat: [a] *Si Filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*, cælum hodie penetrans omnem credentem vivi lapidis confirmat munimine, & cælestis panis refectione vivificat; & quem totius doli artifex explorabat dicens: [b] *Si Filius Dei es, mitte te deorsum;* non solum deorsum non corruit, sed sumtis æternæ gloriæ pennis victor æmuli sui volavit ad cælum. [c] *Ascendit* enim, sicut scriptum est, *super Cherubim, & volavit, volavit super pinnas ventorum*. Et cui tunc diabolus, si ab eo esset adoratus, regna & potestates sæculi promittebat, spreta vanitate tentantis, dominatum mundi & sempiternum cæli accepit imperium, ut ait ipse: [d] *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo in cælo & in terra*. Nec immerito beatissimo remuneratus est regno, qui legitimi regis animum gerens, tyrannica promissa despexit. Magnis igitur, adprobatis incomprehensisque miraculis mysteria nobis Christi virtutesque succrescunt. Nam quem maternus uterus in usum præsentis vitæ humana per incrementa produxit, ingenito confœderatus Patri dexteræ ejus perpetuus dominator adsedit; & quem terris persequentum vox impia blasphemabat, obsequentium nunc Angelorum laudatio indefessa concelebrat, sicut scriptum est: [e] *Laudatio ejus manet in sæculum sæculi*. Lætemur itaque, fratres, & exsultemus in Domino, quia hodie cæli alta transscendens ad paternæ sedis incogitabilem majestatem Christus ascendit, & hominem quem invidia malignantis inimici prima illa paradisi habitatione depulsum, projectumque in hanc mundi labem fecerat esse peregrinum, angelica in patria collocavit, & paradisi exsulem civem cælestium fecit. Propter quod, karissimi, immensa nobis est

A gratulatione lætandum, quia quos tentator elisit, Salvator erexit, & quos peccatum diaboli vinxerat, Christi gratia liberavit, sicut ait beatissimus Paullus Apostolus: [f] *Ubi abundavit peccatum, superabundavit & gratia*. Vere superabundans gratia, quæ delecto homini mortem transfudit ad vitam, & pœnam vertit in præmium. Nam quod re vera potest majus esse præmium peccatori, quam quod ejus caussa Unigenitus Dei induit carnem, crucem pertulit, sepulturam dignatus est, inferna non horruit, damnatoque ipso auctore delicti susceptum hominem portavit in cælum? Intendite itaque, dilectissimi, quia plus profuit homini culpa, quam nocuit; nam qui prævaricationis humi-

B liatus lege captiva diabolico jugo colla subjecerat, omnia tyrannicæ captivitatis vincula a Dei Filio captus evasit, sicut ait de ipso Domino Redemtore nostro venerandus David: [g] *Ascendens in altum captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Quid ergo prodest nobis, si captivitatem nostram captivam sursum Dominus duxit, ut quod captum a diabolo erat, non desineret esse captivum? Per omnia nobis prodest, karissimi, & inæstimabiliter prodest, quia in captura diaboli dura est servitus, & beata in Christi captivitate libertas. Nec dubium, quia omnis captus a diabolo, traditus inferni tenebris semper in luctu est, & in lumine cælestis regni Christi captivus exsultat. Ait ergo

C beatus David: *Captivam duxit captivitatem, dedit dona hominibus*. Videte & advertite, quam nos expediat Christi esse captivos, qui captis suis non solum æternam tribuit libertatem, sed & ineffabilia cælestium munerum dona largitur. Ideoque alio in loco patriarcha decantat: [h] *Converte Domine captivitatem nostram, sicut torrens in Austrum*. Converte, ait, non averte; id est, præsta Domine ut qui jam dudum capti a diabolo sumus, tui tandem mereamur esse captivi. Scimus enim, quia diabolo esse subjectum peramara conditio est, & inexpleta tibi Domine servire jocunditas. Nec ambiguum hoc, fratres, quia ipse Dominus ait: [i] *Jugum meum suave est, & onus meum leve*. Idcirco disrumpen-

D tes infidelitatis vincula, & projicientes a cervicibus nostris jugum diaboli, omni cum devotione colla nostra dominico subdamus imperio; quia magnam credentibus confert evangelicum jugum & Christi captivitas suavitatem. Qui cum Patre &c.

SERMO XIII.

De Ascensione.

Hodierni diei festivitatem, fratres karissimi, mysterium nobis dominicæ Ascensionis instituit, ut Unigenitum Dei quem pro redemtione omnium ad terras venisse gaudemus, pro æternita-

E te nostra cælum lætemur ingressum: nam hæc est veritas fidei salutaris, ut cujus passionem credimus, gloriam non negemus. Nec magni sane miraculi res est, quod ad cælum redit qui venit e cælo, sed quod hominem quem suscepit e terra, pervexit ad Patrem. Ait beatus David: [k] *Lætentur cæli, & exsultet terra*; quod eum de sacramento Christi cecinisse non dubium est: nam exsultat terra, quæ regnare suum videt in cælestibus Redemtorem. Lætatur cælum, quia & Deum suum quem habuit, non amisit, & hominem quem non habebat, accepit. Gaudet terra, Filium Dei descendisse de cælo; sed non minus exsultat cælum, filium hominis

a Matth. IV. 3. *b* Ibid. ỳ. 6. *c* Psalm. XVII. 11. *d* Matth. XI. 27. *e* Psalm. CX. 10. *f* Rom. V. 20. *g* Psalm. LXVII. 19. Ephes. IV. 8. *h* Psalm. CXXV. 4. *i* Matth. XI. 30. *k* Psalm. XCV. 11.

ascendisse de terra. [a] *Sedit*, inquit, *ad dexteram Patris*. Quam necessarium erat, karissimi, ut caro hominis quæ jam diu erat peccato dominante captiva, illic vivendi acciperet libertatem, quo culpa transire non possit? Ascendit ergo ad Patrem Salvator, ut & ipse debito potiretur imperio, & nobis æternitatis promissæ spes integra permaneret. Nec dubitandum, fratres, de hoc Domini quem prædicamus, ascensu. Nam si Helias quondam Dei famulus ob castitatis & fidei merita curru flammeo & equis igneis usque ad cælum est elevatus; cur non tota devotione credamus, Christum nostrum cælos supergredi potuisse, qui sempiterni Patris & Verbum est & voluntas? De hoc nempe dictum est per Spiritum sanctum: [b] *Regna terræ psallite Domino, qui ascendit super cælos cælorum ad orientem*. Et iterum: [c] *Dominus in cælo paravit sedem suam; & regnum ejus omnibus dominabitur*. Et alibi: [d] *Dominus ascendit super cælos, & tonat*. Aut quomodo poterat non in cælum recipi, qui humanum genus vocabat ad cælum? Exsultemus itaque, dilectissimi, & lætemur; quia ibi esse nostrum novimus Redemtorem, unde cuncta & prospicere possit & regere; & quia illic ereptum ab inferis hominem collocavit, ubi non arbor scientiæ boni & mali mortifera poma prætendat, sed salutaris ac simplicis bonitatis inhabitat plenitudo.

SERMO XIV.

De Ascensione.

QUantus & quam investigabilis sit in operibus suis Unigenitus omnipotens Dei, ineffabilium mysteriorum ejus magnitudo declarat; qui suscepto adversus mundi principem prœlio, pugnando in homine & vincendo per hominem, terrarum incolam cæli terræque dominum fecit. Qui etiam corpus illud humilitatis nostræ quod fragili adsumsit e femina, variis persequentum objecit injuriis, cruci etiam permisit adfigi, elevatis æternalibus portis secum & in se hodie evexit ad Patrem. Denique beato David instruente cognovimus, D colloquentibus inter se Virtutibus cæli hæc prædicta mortalibus; ait enim: [e] *Tollite portas Principis vestri, & elevamini portæ æternales, & introibit Rex gloriæ*. Recte, karissimi, æternales elevatæ sunt portæ, quia gloriosissimo Regi & æternitatis Domino, mirabilis ad superna parabatur ingressus. Adnuntiatur ergo per patriarcham eumdemque prophetam, elevatas æternales portas, ut advertamus præeunte illuc Christo, cælum jam patere mortalibus. Patebunt, dilectissimi, portæ illæ fidelibus, & semper patebunt, quas devicta morte triumphatoque diabolo, ad Patrem pergens prævius Salvator aperuit. Mirantibus autem, & percunctantibus, quis esset iste Rex gloriæ? ita protinus respondetur: [f] *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prœlio*. Ideo ergo potens, quia fortis. Et illa re vera est prædicanda potentia, quæ non alienis fulta viribus, sed sua sibi per omnia potestate subsistit; quæ a Domino & Redemtore nostro non ambitione præsumta est, non munerum redemta commercio, non ulla adulatione quæsita, sed perfecta & simplici virtute possessa. Nam quod Patri obediens fuit [g] *usque ad mortem crucis*, sicut ait Apostolus, *dedit illi nomen quod est super omne nomen: ut in nomine Jesu omne genu flectatur cæ-*

A *lestium, & terrestrium & infernorum*. Heic enim cum dicit: *Dominus fortis & potens*, non genuina Christi a Patre potentia, sed invicta novi hominis fortitudo laudatur. Neque vero magnum erat, fortem dici illum per quem creata sunt omnia, & qui omnipotens ab omnipotente processit. Fortis ergo & potens in prœlio, Dominus. *Fortis*, non quia inimicos suos potenter occidit, sed quia pro nobis patienter occisus est. *Potens*, quia inter obprobria & supplicia passionum tantæ sibi virtutis conscius, ut ministerium redemtionis impleret, suam noluit ostentare potentiam. [h] *Cum enim in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo, sed semet ipsum exinanivit, formam* B *servi suscipiens*. Fortis itaque, potens est & gloriosus. *Fortis*, dum a diabolo in congressione non vincitur. *Potens*, dum subjugaturus mortem inferni claustra disrupit. Gloriosus, dum immaculato sanguine suo captivitatis nostræ [i] chirographo ex lege deleto ad sedem paternæ gloriæ cunctis cælorum Virtutibus adorandus ascendit. Quæ igitur est hujus profunditas sacramenti, quam insuspicabile divinæ operationis arcanum, quod is qui ante sæcula prodivit a Patre, & ille qui in fine temporum processit ex femina, unus factus est Deus! Atque hoc ideo, ut cum esset Unigenitus indivisus a Patre, haberet homo in Unigenito Dei paterna cum immortalitate consortium. Propter quod, fra- C tres, sic Dominum ascendisse confiteamur in cælum, ut non nos sine eodem relictos esse credamus, quia ipse sub momento Ascensionis suæ, ait Apostolis: [k] *Ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque in consummationem sæculi*. Nam qui ita descendit a Patre, ut apud Patrem inseparabilis permaneret, sic nimirum de terris ascendit in cælum, ut non relinqueret mundum. Est enim hæc omnipotentia Deo nostro, est hujusmodi ejus & tam indefinita potestas, ut eum pro immensitate sui omnis ubique habeat creatura præsentem. Cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.


SERMO XV.

De Pentecoste.

QUanta sit omnipotentis Dei cura de salute mortalium, ipsa solemnitatum nostrarum frequentissima sacramenta declarant. Nam primo omnium, ut in cælestem gloriam natura transire possit humana, mortalis hominis corpus substantia divina suscepit, atque ut in hanc tantam beatitudinem mystici nos lavacri gratia præpararet, totius fluenta mundi suo Dominus baptismate consecravit, & benedictio sacri corporis ejus cunctis ubique aquis regenerandi tribuit potestatem. Deinde ut diabolum ipsum nostræ salutis suæque volun- E tatis inimicum justus Dominus justo certamine triumpharet, crucifigi se ab eo sua Patrisque sui voluntate permisit, ut immaculati passio fieret damnatio persequentium. Moriendo etiam Christus se se mortalibus adæquavit, ut superata morte vitam mortalium repararet. Cæli nihilominus alta conscendit, ut spem credentium quam blanda promissione nutriverat, mirabilis ascensus sui præmisso confirmaret exemplo. Sed quia hæc omnia specialiter quodammodo per Unigenitum Dei munera nobis delata videbantur; Spiritus quoque sanctus cujus hodie salutarem celebramus adventum, ut ejusdem

a Heb. I. 3. *b* Psalm. LXVII. 33. 34. *c* Psalm. CII. 19. *d* Psalm. XVII. 11. 14. *e* Psalm. XXIII. 7. *f* Ibid. ✝. 8. *g* Philipp. II. 8-10. *h* Ibid. ✝✝. 6. 7. *i* Coloss. II. 14. *k* Matth. XXVIII. 20.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424



se, qua Dei Filius erat, voluntatis ac deitatis ostenderet, redemtos Christi sanguine majestatis suæ virtute supplevit: ut qui in utero beatæ Mariæ corpus novi hominis, salva ejus virginitate, formaverat, Apostolorum quoque ejus & corda cælesti vigore firmaret, & linguas novo ditaret eloquio; quatenus idem Spiritus qui redemtioni omnium Christum Dominum femineo mirabiliter a ventre produxerat, præstita varietate linguarum cunctis eum gentibus per Apostolos prædicaret. Quis non advertat, karissimi, Unigenito Dei & Spiritui sancto concordem in omnibus voluntatem; quandoquidem quos Christus elegit in terris, Spiritus visitaret e cælo? Et ideo, quorum unam videmus in Apostolis gratiam, unam necesse est credamus & in deitate virtutem. Sic re vera Apostolorum pectora Paracletus adimplebat, ut & Christi eis præsentia non deesset; nam quorum indivisa sunt munera, est utique inseparata divinitas. Quod vero ingreditur Spiritus in quos habitat Christus, non eis ad deitatis crescit augmentum, sed ad fidem proficit unitatis. Potuit nimirum Dei Filius qui creaverat usum loquendi, discipulis suis diversitatem dare linguarum; sed reservata virtus est, per quam verus esse Deus etiam Spiritus probaretur. Hæc namque est, ut credimus, incomprehensæ dispensatio Trinitatis, ut cum omnia simul Pater & Filius & Spiritus sanctus ejusdem deitatis effectu inseparabiliter operentur, quædam tamen specialiter a singulis tribuantur. Nam pro remedio vitæ nostræ Pater nobis largitus est Filium; Filius regenerationis præstitit gratiam; virtutem Spiritus ministravit, sicut doctrina patriarchæ psallentis adnuntiat, cum dicit: [a] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & Spiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Quam necessarie autem dedit Apostolis Spiritus scire gentium linguas, ut veritatem salutaris fidei omnis per eos posset audire gentilitas. Sed quod præstat Spiritus, præstat & Pater; quia totum cum Patre habet, qui totus semper a Patre procedit. Et quod præstat cum Patre Spiritus, præstat & Filius; quoniam de eodem Patre natus est Filius, a quo procedit & Spiritus. Ait enim Christus: [b] *Omnia quæ habet Pater, mea sunt.* Si omnia quæ habet Pater, Filii sunt; ergo & quod Spiritus habet cum Patre, & Filio commune est. Et ideo quorum in nomine nulla divisio est, una eorum in omni operatione & voluntas credenda est & potestas. Sic igitur in suis fidelibus cælestia Trinitas peragit sacramenta, ut quamvis discreta videatur operatio, indiscretum tamen probetur imperium. Una itaque Filio ac Spiritui Sancto cum Patre est deitas; quia sicut de Deo nasci non potuit nisi Deus, ita dubium non est esse Deum, qui procedit a Deo. Qualiter autem ab uno eodemque Patre, & Filius qui erat, natus sit, & Spiritus qui natus non est, procedat; ipsi soli divinitati notum est, quæ ut est, sola se novit. [c] *Nemo* enim, sicut lectum est, *novit Patrem, nisi Filius.* Quod ergo novit Filius, novit & Spiritus, cui cum Filio & Patre unum nomen ac una est deitas. [d] *Qui*, ut ait Apostolus Paullus, *scrutatur altitudines Dei.* Scrutari autem dicitur Spiritus altitudines Dei, non ut ipse quasi occulta sibi ac abdita rimari videatur in altero, sed ut tu advertas inscrutabilia tibi esse, quæ Dei sunt. Perspice itaque, frater, profunda Patris nisi Filium qui de ipso est, & Spiritum qui ab ipso est, scire neminem posse. Nec coneris intendere, quod nulli est videre concessum. Credere enim tibi id quod est, justum est; non hoc ipsum quod est, qualiter sit, investigare permissum. Acceperunt ergo Apostoli per Spiritum sanctum diversitatem loquendi; sed unus Deus est, quem loquuntur. Et ob hoc ceperunt varietatem linguarum, ut diversitas gentium sermone multimodo fidei disceret unitatem. Denique, ut lectum est, differente beatissimo Petro, [e] *tria millia hominum crediderunt.* Nec incredibile sit hoc nobis, quia idem Spiritus & Apostolorum erudiebat linguas, ut credenda loquerentur; & ut prædicantibus Apostolis crederetur, audientium pectora idem Spiritus præparabat. Qui dabat loquentibus sensum, præstabat audientibus intellectum; ut non dubitetur unius esse virtus in ore loquentium, & in corde credentium. In his, karissimi, opus quidem visibile, sed invisibilis operator; manifestus virtutis effectus, sed efficientis occulta majestas. Rectissime igitur victoriam fidemque Christi Spiritus adnuntiat, qui adventum ejus promiserat per prophetas, qui eum virgineo formavit in utero, qui baptismo ejus cum testimonio paternæ vocis adfuit in columba. Credentes itaque, Patrem & Filium & Spiritum Sanctum unius semper esse voluntatis & operis, vinculo etiam Christianæ pacis uniti in præcepta divina vitæ nostræ semitas dirigamus, ut plenitudinem gratiæ Dei ac visitationem Spiritus sancti sanitate fidei & actuum nostrorum conversatione mereamur.

SERMO XVI.

De Pentecoste.

POst festivitatem dominicæ Ascensionis, fratres karissimi, sancta Pentecostis hodie mysteria celebramus; ut sicut lætati sumus, cælum pro nobis ascendisse hominem, ita nunc exsultemus, nostri caussa Spiritum sanctum descendisse de cælo. Perrexit Christus ad Patrem; Paracletus venit a Patre: ut non ambigamus omnia nobis salutis æternæ munera omnipotentis Patris dispositione & voluntate conferri, a quo Spiritus venit, & ad quem Filius vadit. Ascendit ergo in cælum novus homo, ut per ejus gratiam venire ad terras Spiritus dignaretur. Venit e cælo Spiritus sanctus, ut regnare cum Patre Christum mortalibus nuntiaret. Nam quis alius habitantibus terram divinum poterat aperire secretum, nisi particeps divinitatis venisset e cælo? Lectum itaque est, ut audistis: [f] *Et dum complerentur dies Pentecostis, erant omnes unanimes simul in eodem loco.* Et post pauca ait: [g] *Repleti sunt omnes Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui eis.* Erant ergo unanimes Apostoli, & repleti sunt Spiritu sancto. Ad unanimos venit, concordes visitat, pacificos muneratur, & libenter venerabilium Apostolorum replevit corda, quorum jam pectora auctor & magister pacis Christus habitabat; [h] *seditque*, ut audivimus, *Spiritus sanctus supra unumquemque eorum.* Advertite, karissimi, quia pacificorum pectus sedes est Dei, ut ait beatus David: [i] *Et factus est in pace locus ejus.* Nec dubitandum, Apostolos invicem erga se unanimitatis gratiam custodisse, quibus transiturus ad Patrem prædixerat Christus: [k] *In hoc cognoscent omnes, quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem*; & iterum: [l] *Pacem meam do vobis, pacem meam relinquo vobis.* Non est ergo mirum, si in

a Psalm. XXXII. 6. b Joan. XVI. 15. c Matth. XI. 27. d I. Cor. II. 19. e Act. II. 41. f Ibid. ℣. 1. g Ibid. ℣. 4. h Ibid. ℣. 3. i Psalm. LXXV. 3. k Joan. XIII. 35. l Joan. XIV. 27.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
424.



peccatoribus Apostolorum dilectio mutua, & pax Christi Spiritum sanctum delectabat. Legimus etiam in evangelio, Salvatorem dixisse discipulis suis: [a] *Ego rogabo Patrem, & alium Paracletum dabit vobis*; & iterum ait: [b] *Nam si ego non abiero, Paracletus non veniet ad vos; si autem abiero, mittam illum ad vos*. Quis itaque poterit impune non credere, vel sanctum Spiritum esse Deum, qui per Dei Filium prædictus advenit; vel Christum Dominum, cujus salutare promissum Pater sempiternus implevit? Magnum hoc, fratres, incomprehensumque est sacramentum, cum de terris ad cælum vadit homo, qui Deum nobis ad terras mittat e cælo. Et est re vera hæc pax & consonantia deitatis, ut & Christus adnuntiante Spiritu nasceretur, & Spiritus Christo promittente descenderet. Invicem se loquuntur, invicem se mittunt, invicem sibi obediunt; quia non est in eis aut velle aut posse diversum, & unum semper cum Patre agunt pro mortalium æternitate mysterium. [c] *Expedit*, ait, *vobis*, *ut ego vadam*. Quam mirabile hoc nostræ salutis est munus! ut sicut expedivit nobis, Christum venire de cælo, ita illum expedierit & redire. Expedivit illum venire, ut suum pro nobis sanguinem daret; expedivit nihilominus & redire, ut suum nobis Spiritum largiretur. [d] *Repleti sunt* ergo, ut lectum est, *Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui eis*. Varietas ista linguarum divinitatis adnuntiat unitatem. Diversus quidem & multiplex sermo prodibat a singulis, sed unus in omnibus Spiritus loquebatur. Sonat Hebræus linguam quam ante non didicit, ut possit fidem quam ignorabat, audire gentilis. Nec mirum, karissimi, si Apostolis suis Christus per Spiritum sanctum linguarum notitiam dedit, qui claudis gressum, cæcis oculos, mutis potuit reparare sermonem. Et ideo, fratres, non dubitemus de his, sed tota cum devotione credamus; quia & Deo omnia sunt possibilia, & necesse erat, ut novam fidem nova loquendi miracula confirmarent.

SERMO XVII.

De Pentecoste.

MAnifestum est, fratres, cunctisque perspicuum, quanta omnipotenti Deo Patri de universis sit cura mortalibus, cui parum fuit unicum morti Filium tradidisse pro nobis, nisi in corda fidelium suorum etiam plenitudinem sancti Spiritus effudisset, sicut dictum est a Domino per prophetam: [e] *In novissimis diebus super servos & ancillas meas effundam de Spiritu meo; & dabo prodigia in cælo sursum, & signa in terra deorsum. Sol convertetur in tenebras, & luna in sanguinem*. Dat profecto Dominus prodigia in cælo, cum in nativitate Christi nova Chaldæorum oculis stella præfulget, & in passione ejus repentina obscuritate suscatus sol meridianus occumbit. Dat etiam in terra signa, cum ipsa terra inconsuetis motibus contremiscit, cum rupta in partes saxa dissiliunt, cum etiam sepulcra refundunt luci corpora defunctorum. *Sol*, inquit, *convertetur in tenebras, & luna in sanguinem*. Quid aliud est, karissimi, si spiritalia contemplemur, converti in tenebras solem, nisi cum Christus transit in mortem; aut commutari in sanguinem lunam, nisi cum sancta ecclesia pro confessione Christi sui variis passionibus cruentatur? Traditur morti Christus, non ut in corruptione remaneat sepulturæ, sed ut post inferi tenebras fulgentior elucescat. Vexatur ecclesia manibus cruentorum, non ut inter supplicia pœnasque deficiat, sed ut per multimodos victoriarum titulos in omnem pulcritudinem cruore triumphantium martyrum decoretur. Hæc vero omnia agit & perficit una atque eadem gratia concordantis Christi & Spiritus. Christus utique, qui servorum suorum pectora in omne patiendi desiderium spe perpetuæ retributionis succendit. Spiritus nihilominus vigore virtutis divinæ in contemtum mortis credentium corda confirmat. Et ideo postquam Dominus rediit victor ad Patrem, suumque se recepit in regnum; paterna secum gratia largiente, dedit Apostolis suis Paracletum quem promisit, ut fidem quam in eis ipse plantaverat, veniens desuper Spiritus custodiret. Descendit ergo in Apostolos Spiritus promittente Christo, ut appareat, unam eorum esse in omnibus indissociabilem voluntatem. Quam congrue autem ipsa se divinitas alterno testimonio humanis inserit sensibus, cum Christus prænuntiat Spiritum venturum esse de cælo, & regnare in cælo Christum Spiritus attestatur! Quis autem dubitet, vocem esse verissimam, & ejus qui pergit ad cælum, & illius qui venit de cælo? *Repleti* itaque *sunt* hodie *Apostoli*, ut lectum est, *Spiritu sancto, & cœperunt loqui variis linguis, prout Spiritus dabat eloqui eis*. Illos nimirum replevit Spiritus sanctus, quorum corda adventui ejus, sanguis & doctrina Christi purgaverat. Et hæc prima fuit Spiritus advenientis utilitas, ut hi viri qui in salutem universarum gentium fuerant ordinati, sermone omnium loquerentur. Tantaque Paracleti gratia Apostolorum & linguam replevit & pectus, ut nec virtus verbis eorum deesset, nec verba virtuti. Neque sane est aliud in divinis humanisque rebus, quod ita hominem faciat gloriosum, quam sancti sermonis perfectio, & cælestis fortitudinis plenitudo. Loquebantur ergo Apostoli per unum Spiritum variis linguis, ut in unam Christi fidem gentium varietas conveniret. Unde dubium non est, sanctum hunc Spiritum Deum esse cum Patre & Filio confitendum: nam quis hæc alius ageret, nisi Deus, ut Romanus homo, Parthus quoque & Medus & Phrygius, omnisque barbarus linguam suam in Judæa peregrinus audiret, & vir Galilæus arcana cæli non solum decore Græci Romanique sermonis, sed etiam stridulo murmure gementique conatu auribus barbaris loqueretur? Olim namque cum ad cælum ire contendens turrem sibi construeret humana præsumtio, nec contumax haberet conatus effectum; unius sermonis consortium immissa subito linguarum varietate divisum est, ut dum alter alterum non intelligit conloquentem, omnis illa protinus impietatis fabrica solveretur. Nunc vero, ubi Deus homini ad cælum parat ascensum, præconibus tantæ gratiæ cunctarum datur peritia linguarum, ne cujus gentis hominem tam magnum Dei possit latere promissum, sicut ante multa sæcula prophetico sermone dictum est: [f] *Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum*. Unde manifestum est, karissimi, omnipotentis Dei Filium, qui universarum varietate linguarum æternæ salutis voluit mysterium prædicari; non unius tantum Judaici populi, sed omnium venisse hominum Redemtorem. Et ideo, fratres, quia bonitas Chri-

a Joan. XIV. 16. b Joan. XVI. 7. c Ibid. d Act. II. 4. e Joel II. 29-31. Act. II. 18-20. f Psalm. XVIII. 4.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.



sti nullum vult perire mortalium, ab omni nos A impudicitia & iniquitate mundemus, ut in adjutorium vitæ nostræ nostra quoque benignissimus Dei Spiritus corda inluminare dignetur.

SERMO XVIII.

De Pentecoste.

Quanta pro salute mortalium, fratres karissimi, omnipotenti cura sit Deo, quove dignationis affectu pericula miseratus humana, diabolicam vacuaverit potestatem; hinc plenissime & sine dubio possumus æstimare, quod & Filii sui sanguine ad fidem nos veritatis adtraxit, & sancti B Spiritus visitatione concessa credentium corda firmavit. Christus enim [1] nos ad vitam redemit, erigit ad virtutem, ut gratiam quam Filio tradente suscepimus, Spiritu custodiente servemus. Videmus quidem, karissimi, Unigeniti Dei, & Spiritus sancti sub dispensatione mysterii beneficia esse distincta; sed eamdem in utroque voluntatem atque unum pietatis advertimus sacramentum. Christus namque pro salute nostra de femina nascitur; sed hominem ipsum Spiritus cooperatur in Virgine, sicut dictum est ad beatam Mariam: [a] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi.* Baptizatur etiam pro nobis in Jordane Filius Dei; sed ad glorificandum ejus baptismum, C adest de cælis Spiritus sanctus in columba. Usque adeo autem unum est illis propositum unumque consilium, ut & Christus Spiritum repromittat hominibus, & Spiritus adnuntiet Christum, dicente ipso Domino: [b] *Cum venerit Paracletus quem ego mitto vobis a Patre, Spiritus veritatis qui a Patre meo procedit, ille testabitur de me.* Alternis nimirum se invicem testimoniis prædicant, qui indiscreta se noverunt majestate regnare. Denique ut manifestius cognoscamus nulla eos penitus divisione sejunctos, ipsos Paracletus visitat & inlustrat, quos mysteriis suis idoneos Salvator elegit. Pro omni quidem hominum genere Dominus Jesus pependit in cruce; sed non omnibus ejus inluxisset evange- D lium, nisi sancti Spiritus dono, dum Apostolis variarum linguarum scientiam tribuit, dominica passio ad universarum gentium notitiam pervenisset. Parthi enim & Medi, vel Elamitæ, & ceteræ, sicut lectum est, nationes propriis apud Judæam audiunt linguis Dei magnalia, & vitæ suæ remedia prædicari. Quis igitur hæc, nisi vere omnipotens Deus, implere potuisset, ut & feræ mentes religiosam discerent sanctitatem, & cælestem susciperet barbarus sermo doctrinam? Divino ergo, fratres, cultu veneremur hunc Spiritum, cui plena regenerandi virtus, & peccata remittendi potestas est, sicut instruit Dominus discipulos suos dicens: [c] *Ite, docete omnes gentes, baptizantes eas in nomine* E *Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et alibi idem ait: [d] *Accipite Spiritum sanctum, quorum remiseritis peccata, remissa erunt, & quorum retinueritis, detenta erunt.* Quis igitur tam demens hunc ambigat esse Deum, cui cum Patre & Filio inseparabilis gloria & nomen est indivisum? qui dominatione communi & peccantis superbiam punit, & humilitatem confitentis absolvit?

SERMO XIX.

De ipso Pentecoste.

Ab initio sæculorum, fratres karissimi, per patriarchas ac prophetas Filium Dei pro mundi redemtione venturum sanctus nobis Spiritus repromisit: ipse enim illum suscepta novi hominis carne de Virgine nasciturum, injurias ab impiis, probra crucemque passurum, resurrectionem quoque ejus ab inferis ante multa annorum millia prophetavit. Quo completo per Dominum nostrum Jesum Christum perfectoque mysterio, Apostolorum ejus corda mirifico majestatis suæ inluminavit adventu; ut cujus humilitatem prius passionemque cecinerat, nunc triumphato diabolo & morte devicta, æternam regni ejus gloriam prædicaret. Quem tamen Paracletum ipse Redemtor noster ante non multos dies venturum esse de cælis, & a Patre mittendum adnuntiavit discipulis suis. Atque ita fit, ut dum Spiritus Christum Unigenitum Dei Patris prophetat, & dum Christus a Patre venturum Spiritum repromittit, mutuaque invicem se attestatione prænuntiant; unum esse, unum velle & unum semper posse credantur. Hic est, karissimi, Spiritus sanctus, qui secretioris operatione mysterii uterum Virginis cælesti fecunditate ditavit. Hic est Spiritus, qui baptisma Christi Domini nostri, in specie columbæ visus quidem a Joanne, sed tacitus, visitavit, nec suam credidit necessariam vocem tunc, cum Pater ipse loqueretur e cælo dicens: [e] *Tu es Filius meus dilectus, in quo bene complacui.* Atque hæc idcirco ita sanctarum scripturarum testimoniis edocemur, ut personarum nobis indiscreta quidem majestas, sed distincta proprietas reveletur. Nam quantum ad deitatis pertinet unitatem, in Verbo Patris consensus est Spiritus, & in sermone Spiritus voluntas est Patris. Quis enim Spiritum sanctum, nisi forte aut impius hæreticus, aut perfidus Judæus dubitet esse Deum, sine quo nec baptismatis perficitur sacramentum, nec remissio tribuitur peccatorum? Quis illum ita demens abneget Deum, in quem blasphemasse ita est impium atque mortiferum, ut blasphemantis peccatum nulla venia subsequatur, pronuntiante Salvatore nostro ac dicente: [f] *Qui dixerit verbum in filium hominis, remittetur ei; qui autem in Spiritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc sæculo neque in futuro?* Hic, inquam, Spiritus sanctus procedens a Patre, promissus a Filio, dona gloriæ suæ in Apostolos Christi est dignatus infundere; ita ut passiones regnumque ejus omnium gentium sermone loquerentur. Hac profecto dignatione, ut quia omne hominum genus vocabatur ad vitam, dispensationem mysteriorum Dei totus ubique mundus audiret. Quanti illud, fratres, miraculi fuit, quod Hebræus homo subito erumpens in verba non sua de magnalibus Dei instruebat Græcum, docebat Romanum, alloquebatur Ægyptium, atque omnes barbaras nationes propriis earum linguis informabat ad fidem! Et ideo, karissimi, omnipotentis Dei misericordias imploremus, ut & nos de Deo annuntiare quæ digna sunt valeamus, & vos ea quæ dicuntur, audire & intelligere debita veneratione possitis.

a Luc. I. 35. *b* Joan. XV. 26. *c* Matth. XXVIII. 19. *d* Joan. XX. 22. 23. *e* Matth. III. 17. *f* Matth. XII. 32.

1. *Nos*] Legendum forte, *qui nos*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



SERMO XX.

De Pentecoste.

INæstimatæ bonitatis est gratia, fratres karissimi, quam nobis Deus omnipotens vel creando potenter tribuit, vel regenerando clementer indulsit. Creando namque præstitit, ut vivificato in homine pulvere, operatione mirabili nos omnes qui non eramus, essemus; regenerando autem contulit, ut ea quæ prima nobis natura non dederat, nativitas secunda conferret. Quæ utique secunda nativitas per baptismatis sacramenta servos gignit in filios, & cælum fidelibus pollicetur. Nobilis quidem prima illa hominum creatura; hæc vero subsequens non solum mysteriorum puritate nobilior, sed & beati Spiritus consecratione cælestis est. Illa nativitas peccata suscipit, ista deponit. Ibi nascendo morimur, heic vivimus moriendo. Denique ut hanc Christus nobilitatem generi præstaret humano, servilis pro nobis partus indigna suscepit, etsi conceptione dissimilis, simili tamen ratione nascendi. In quo quidem conceptu quamvis Pater æternus adfuerit, tamen neque matri lex mutata est pariendi, neque nascenti puero defuit vagitus infantiæ. Tenuit nimirum suo Pater in Filio geminæ substantiæ virtutem, quatenus majestate virtutis ejus veneranda puerpera unum eumdemque Christum, C & ut Deum conciperet, & ut hominem pareret. An non ille Dei Filius videtur esse conceptus, ubi carnali cessante germine, & homo creditur virgineo formatus in utero, & Deus non dubitetur esse, qui natus est? Mirabilis partus matris intactæ; sed multo est mirabilius virginitatem parienti mansisse post partum. Nam, quod mirum sit dictum, caro nata de carne inviolata naturalis pudoris claustra servavit. Hæc vero tam sancta tamque magnifica fecit ille Deus, cui omnia cæli terræque opera pro voluntate potestatis suæ respondent, cui incomprehensa facere, non in labore vel opere, sed in jussione consistit. Qui ut novum daret Virgini partum, illa egit virtute, qua cuncta fecit ex nihilo. D Divini namque esse operis, quod mundo huic fecunditas virginalis inluxit, Gabriel Angelus missus ad Mariam revelavit dicens ad eam: [a] *Spiritus sanctus superveniet in te, & Virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque & quod nascetur sanctum, vocabitur Filius Dei.* Sed & venerando illi Joseph dispensatione cælesti semper sponso, nec umquam marito, beata Maria intaminati ventris sui servans incorrupta signacula, non filium, sed Dominum parturivit. Cui Joseph dictum est ab Angelo: [b] *Quod in utero habet Maria, de Spiritu sancto est.* Et ideo hoc ipsum in aures patriarchæ vox angelicæ attestationis intonuit, ne forte tanto miraculo stupentis juvenis animum sinistræ suspicionis macula vulneraret, & femineam putaret culpam, ubi mirandum Angelis sacramentum, ubi salutare nobis mysterium nascebatur. Nec poterat, fratres, aliter sponsus ille innocens atque solicitus tantam fructificantis uteri credere novitatem, nisi eidem pariturae sponsæ pudicitiam virginalem missus ab alto prædicasset adsertor. Sanctus itaque Spiritus, sicut legitur, in utero Virginis Unigenito Patris univit hominis carnem; univit, non artificis figurantis ingenio, sed majestate formantis, quem Spiritum vere esse Deum virtus & veritas novi operis attestatur. Nam quomodo in illa salutis nostræ fabrica idem in conceptione Christi, ubi Pater non A deerat, ubi inerat Filius, ubi caro nostra divino consortio jungebatur, idem Spiritus velut auctor adseritur, nisi esset illi eadem cum Patre & Filio & in natura potestas & in voluntate communio? Videtis itaque, fratres, quia cooperator Dei, nisi Deus esse non poterat. Erat enim ut est Spiritus sanctus & indivisus a Patre, & inseparatus a Filio. Quibus utique sicut sacræ lectionis fidelis sermo nos edocet, non est in virtute distantia, sed in operatione distinctio. Ait namque de eo Christus discipulis suis dicens: [c] *Cum venerit Paracletus quem ego mittam vobis a Patre, Spiritus veritatis qui a Patre meo procedit, ille testabitur de me.* Item de se ipso ait Salvator: [d] *Ego sum via,* B *veritas & vita. Ego sum,* inquit, *veritas.* Si ergo Filius qui veritas est, Spiritum esse adserit veritatis; quis illum negare poterit Deum, nisi qui veritati de veritate non credit? Itaque Spiritus verus est Deus, quem Christus & a Patre procedere, & a se esse mittendum pari professione testatur. Mittit autem Dei Filius Spiritum Patris sui; mittit, non quasi obedientem præcepto, sed mysterio concordantem. Et ob hoc ipse Spiritus procedens a Patre legitur missus a Filio, ne aut aliud esse quam Pater est, aut quidquam diversum velle quam vult Filius, crederetur. Propter quod, fratres, sine cunctatione clarescit, unam esse Patris & Filii & Spiritus sancti voluntatem. Quandoquidem & Filius mittit, quod Patris est; & Pater, quod suum est, impertit, ut a Filio dirigatur. Hic igitur Spiritus unum cum Patre ac Filio redemtionis nostræ peragens sacramentum, universarum gentium linguis majestatem Christi mittentis adnuntiat, non ut superiori officium deferens, sed imperium conregnantis insinuans. Qui idcirco Apostolis dedit varietatem linguarum, ut per eos doctrina salutaris fidei populorum omnium penetraret auditum. Erat re vera ipse Paracletus in sermone multiplex, omnipotens in virtute, diversus in singulis, & unus in omnibus. Miratur omnis auditor os gentis extraneæ non extraneum proferre sermonem. Stupet & ipse qui loquitur, ab ore suo non sua verba procedere. Et perinde factum est, ut dum sermo varius unam per multos loquitur fidem, ad unius fidei societatem gentes dissonæ convenirent. Et ideo, fratres, declinantes vana mundi, & brevissimæ hujus vitæ oblectamenta calcantes, illum jugiter sapiamus, atque ipsum semper loquamur, qui mortalibus cælestia sapere, & terrenis loqui divina concessit. Cui honor & gloria in sæcula sæculorum. Amen.


SERMO XXI.

De quinque panibus, & duobus piscibus.

E DE feriarum votiva solemnitate solet dulcius esse quod remanet, & suavius sapere consuerunt reliquiæ de magno convivio quæ supersunt. Unde & nos celebrantes dominicum natalem, libentius debemus excipere ea quæ nobis de apparatu sunt amplissime reservata. Non enim reliquiarum possumus timere fastidium, quia epulæ Salvatoris semper sunt integræ, semper sunt inlibatæ, nec contaminatione aliqua minuuntur. Sed cum ex illis quidquam decerpseris, rursus vigore cælesti in sui gratia renovantur. Magnus ergo cibus, ubi & sumis quantum volueris, & integrum remanet omne quod sumseris. Scriptura enim divina ejus vigoris est, ut cum plurimum de ea dixeris, supersit ta-

a Luc. I. 33. b Matth. I. 20. c Joan. xv. 26. d Joan. xiv. 6.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



men amplius quod dicatur; ita ut quantum se se A in profundum disputatio prædicantis extenderit, in tantum mens sancta altitudinem inveniat disputandi. Unde ait Apostolus: [a] *O altitudo divitiarum & scientiæ & sapientiæ Dei! quam inscrutabilia sunt judicia ejus & investigabiles viæ ejus!* Non igitur timere debemus, ne post tam grande convivium fastidium famemque patiamur. Totum quidem pro devotione expendimus, sed pro gratia totum remansit: & ne mirum sit quod dixi, expensis omnibus omnia remansisse, recordamini scripturæ evangelicæ quæ nuper est lecta, & invenietis quod plus aufertur de mensa Domini, quam infertur. Quinque enim panes inlati sunt, & duodecim fragmentorum cophini sunt relati. Plus ergo B inveniunt qui reliquias colligunt, quam detulit qui cibum convivio ministravit. Denique saturatis quinque millibus virorum vix duodecim Apostoli duodecim cophinos sustulerunt, quod unus puer manu, antequam aliquid expenderetur, attulerat. Ita panis in manu Domini multiplicatur, dum frangitur; crescit dum minuitur; dum erogatur augescit; atque utiliore dispendio creatura cibi populos pascit, & proficit; crescit in ore comedentium, quod minus esse putabatur in manibus ministrorum. Denique ait sanctus Andreas: [b] *Est puer unus heic, qui habet quinque panes & duos pisces*, & reliqua. Mirum igitur in modum benedictione Christi Domini panis solida natura fluit, abundat, exube- C rat, & quodam vigoris inriguo comedentibus non jam aquarum fons efficitur, sed escarum. Legimus in prophetis, quod idem Dominus potum sitientibus de duro saxo protulerit. Ecce nunc esurientibus de sicco pane saturitatis fluenta produxit. Ibi petram resolvit in fluctus, heic cibum multiplicavit in copia. Hæc igitur omnia scripturis sunt, sicut dixi, evangelicis figuraliter comparanda, quæ paucis versiculis reficiunt populos Christianos; nec aliquando deficiunt, quæ benedictione sui pascunt esurientes animas, & cum satiaverint, plus abundant. Quis enim cum refectus fuerit mandatis evangelicis, non his mandatis velut ditatus, gratiarum referat actionem, habens scilicet thesaurum, D quo & ipse satietur semper, & possit esurientis alter os saturare?

SERMO XXII.

Ejusdem.

QUantorum mirabilium operator sit Dominus noster Jesus Christus, intelligere possumus ex evangelica lectione, quæ describit tanta per eum beneficia &c.

Editus est inter Sermones S. Ambrosii.

SERMO I.

In natale S. Joannis Baptistæ.

SOlemnitates nobis diversorum martyrum, fratres karissimi, vitæ præsentis occasus &c.

SERMO II.

De eodem.

CUnctorum quidem prophetarum, fratres karissimi, veneranda recordatio est &c.

SERMO III.

De eodem.

FEstivitatem præsentis diei, fratres karissimi, venerandi Joannis Baptistæ genuina nativitas est &c.

Sunt editi hi tres Sermones inter S. Maximi opera.

SERMO IV.

De S. Joanne Baptista.

REligionis devotionisque nostræ ratio exigit, fratres, ut hodie de beatissimi Joannis Baptistæ nativitate lætemur, qui prædestinatus a Deo humani generis lætitiam, & cæli gaudium prædicaturus advenit. Hic est, de cujus ore adesse Redemtorem nostrum, adesse Agnum Dei, nova voce mundus audivit; qui ut tanti mysterii indubitatus & nuntius esset & testis, desperantibus de successione parentibus per Angelum promittitur nasciturus. Quis autem prudentium non credat, eum divina adnuntiasse mysteria, in quo procreando curam pervideret fuisse cælestem? qui cum nec dum esset filius, imperfectusque adhuc in utero gestaretur, prærogativa tamen indultæ sibi gratiæ [1] æterno gaudio viscera materna supplevit, & felicitatem dudum sterilis ventris ante partum suum beata mater agnovit? Ait enim, sicut lectum est, Helisabeth ad Mariam: [c] *Ecce ut facta est vox salutis tuæ in auribus meis, exsultavit in gaudium infans in utero meo. Et unde hoc mihi, ut mater Domini mei veniat ad me?* Non mirum, dilectissimi, si anus hæc præscientiæ ditata est munere, quæ Altissimi Dei erat paritura præconem. Facta est autem sterilitate sua gloriosior, quæ dum ejus differtur fecunditas, dono partus unius honorem totius posteritatis obtinuit. Quæ dum velut infructuosa viro suo usque in ætatem ultimam congemiscit, subito non sibi tantum filium, sed universo mundo salutis æternæ nuntium parturivit, & hujusmodi nuntium, ut prius quam prodiret ex utero, privilegio jam futuri ministerii maternæ linguæ prophetalem spiritum propinaret, atque os Zachariæ patris quod incredulitas clauserat, prædicti per Angelum nominis sui virtute reseraret. Conticuerat enim Zacharias, non ut mutus remaneret, sed ut divinitus ei loquendi usus redditus cæleste testimonium prophetico perhiberet infanti. Ideo autem sacerdos qui universæ plebi loquebatur, obmutuit; ut quia publica erat taciturnitas sacerdotis, ad totius populi notitiam sacratæ nativitatis mysterium perveniret, & non credere ei nullus auderet. Quem quia nasciturum dubitaverat pater, vindictam taciturnitatis incurrit. Ait etiam Evangelista de eo: [d] E *Non erat ipse lux, sed ut testimonium perhiberet de lumine, ut omnes crederent per illum.* Non erat quidem lux, sed erat totus in lumine, qui testimonium meruit vero lumini perhibere. Et ideo, fratres, ob honorem beatissimi Joannis hunc nativitatis ejus diem omni cum exsultatione celebremus, qui ad propellendas mundi tenebras, sempiternum cæli lumen, & ante omnes agnovit, & primus ostendit.

a Rom. XI. 33. *b* Joan. VI. 9. *c* Luc. I. 44. 43. *d* Joan. I. 8. 7.

1. *Æterno*] An *interno*?

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.



SERMO V.

De S. Joanne Baptista.

MUltis magnisque virtutibus, fratres kariſſimi, Deus ac Dominus noſter concurrentium ad ſe populorum animos fidemque confirmat, qui electorum ſuorum non ſolum laudabilem vitam, ſed etiam nativitatem fecit eſſe mirabilem, ſicut de beato Joanne Baptiſta decurſa evangelii lectione cognovimus; cui tanta indulta eſt prærogativa naſcendi, ut propheticis atque evangelicis prænuntiaretur vocibus naſciturus. Aut quomodo non omnibus B erat myſteriis conſecrandus, qui veniebat pro redemtione deficientis mundi ſacramentorum Dominum revelare? Concepit ergo eum, ſicut audiſtis, de juſtiſſimo viro ſeniſſima & ſterilis femina, ut ex multiplici deſperatione & naſcentis pueri gloria, & potentia operantis Dei magnificentior appareret. Hic eſt, de quo prædictum legimus per prophetam: [a] *Vox clamantis in deſerto*. Et ideo Zacharias ſacerdos ſub ſententia Angeli increpantis obmutuit, quia promiſſi magnitudine conturbatus futurum ſe patrem adnuntiatæ vocis eſſe non credidit. Quod quidem magna Dei diſpenſatione factum eſſe perſpicimus, ut univerſa Judæorum plebs, dum cauſſam tanti ſilentii percunctatur, pro- C creandi pueri diſceret veritatem, & ſanctæ conceptionis ſecretum magni pontificis taciturnitas publicaret. Indicitur ergo ſilentium patri, ne præco cæleſtis Verbi per ſilentium naſceretur, quamquam altioris in hoc myſterii arcana pandantur. Nam in illo ſilentio ſacerdotis, adventante utique Chriſti gratia, & ſe veritas antiquæ legis obmutuit, & ritus omnis carnalium conticuit victimarum. Sed tamen ne quid in beato Joanne non eſſet mirabile, linguam patris quam concipiendus vinxerat, natus abſolvit; ut beatiſſimus ſenex qui inter officia veterum traditionum uſum ſermonis amiſerat, innovata per filium voce, nova myſteria prædicaret. Nec mirum, ſi hæc tam ſtupenda miracula per il- D lius merita provenerunt, quem tanta Dei comitata eſt gratia, ut de adventu Chriſti menſuram humanæ conceptionis egreſſus intra viſcera adhuc materna gauderet. Ait enim, ſicut audivimus, Heliſabet ad Mariam: [b] *Ecce ut facta eſt vox ſalutis tuæ in auribus meis, exſultavit in gaudium infans in utero meo*. Tanta enim illum, etiam cum formaretur, jam virtus agebat, ut ad documentum cæleſtis myſterii quod prædicaturum ſe humano generi ſentiebat; nativitatem ſuam prophetalibus indiciis præveniret. Quid ergo miramur, ſi Joannes venientem Chriſtum ad baptiſmum ſuum abſque ulla hæſitatione cognovit, ſi cum nec dum ipſe prodiſſet in lucem, virginali eum in utero adeſſe præ- E ſenſit? Quæ vero eum intra alvum maternam exſultatio commoviſſet, clariſſima poſtmodum voce teſtatus eſt dicens: [c] *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Propter hanc vocem, kariſſimi, omnia illa quæ audiſtis in Joanne, præmiſſa ſunt ſacramenta; propterea illius glorioſa conceptio & vita eſt laudabilis præparata, ut de ore tam ſancto abſolutionis ſuæ vocem mundus audiret. Quam pulcre autem Chriſtum Dominum noſtrum Agni vocabulo nuncupavit, cujus ſolius ſanguine placandus erat Deus, & univerſa redimenda mortalitas! Dignum ergo eſt fratres, ut pro honore tanti viri devotiſſimis ſemper feſtivitatibus exſultemus, qui A uno pariter teſtimonio & præſentiam Domini prodidit, & imminentis ejus remedia prophetavit.


SERMO VI.

De S. Joanne Baptista.

COnceptio atque nativitas venerandi Joannis Baptiſtæ quæ nunc evangelica lectione decurſa eſt, nativitatem dominicam cujus ſecretum mens humana non concipit, teſtatur eſſe credibilem, & fructus ſenilis ventris edocet fecunditatem virginalis uteri non negandam. Nam quis re vera renuat credere nativitatem naſcentis Chriſti, quandoquidem de vetuſtis parentibus procedit deſperata ſucceſſio? Ibi de ſenibus propheticus editur puer; heic vero de Virgine Dominus naſcitur prophetarum. Ibi diſceptatio de ſenecta duorum eſt; heic autem de unius puellæ virginitate miraculum. Nec ſane mirum, ſi illa ſterilis, & hæc Virgo concepit; quia ibi ſalutaris myſterii nuntius, heic ipſum vitæ noſtræ myſterium naſcebatur. Ibi temporalis lucerna reſplenduit; heic Sol perpetuitatis inluxit. Inde Joannes propheta, & plus quam propheta legitur natus; hinc autem novus homo, & plus quam homo, ſalus omnium Chriſtus advenit. Plus utique eſt quam propheta, Joannes; qui & lucem mundi hujus ab aliis prophetatus ingreditur, & Chriſtum Dominum materno prophetat in utero, eumdemque celebrato ejus baptiſmo non ſolum ore prædicat, ſed etiam ad plenitudinem teſtimonii circumſtantibus populis velut digito monſtrante conſignat dicens: [d] *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccatum mundi*. Plus autem quam homo eſt Chriſtus, immo magis homo, & Deus, & Chriſtus. Plus quam homo eſt Chriſtus, quia idem ipſe Verbum & caro, unus eſt Dominus, atque unus idemque æternus, & novus eſt; æternus a Deo, novus a femina. Ibi incomprehenſibiliter genitus ab ingenito; heic mirabiliter natus e Virgine. Ibi paterna majeſtate editus; heic Spiritus operatione formatus. Ibi ſimplex in genitore natura eſt; heic gemina in Redemtore ſubſtantia. Ibi totus impaſſibilis a Patre ſuo Deus eſt; heic autem tantus proceſſit a matre, ut & pati non poſſit. Pati enim poterat, ſicut & paſſa eſt caro nata de carne, & pati non poterat Deus natus in carne. Edidit namque nobis per uterum Virginis Deus carnem, & caro Deum. Nec ambigendum, fratres, ſi ille Deus potuit eſſe quod voluit, qui omnia quod voluit fecit. Neque cunctandum, ſi Dei Filius potuit hominem ſibi ſociare paſſibilem, quem poterat paſſionis triumpho impaſſibilitatis gloria coronare. Si novum fuit, quod Deus eſt natus in terris; multo magis eſt novum, quod homo regnat in cælo. Quibus inſpectis perfectam glorioſiſſimi Joannis Baptiſtæ beatitudinem comprobamus, quem in tantam ſublimitatem dignatio cæleſtis evexit, ut myſterium ſalutis noſtræ terris cæloque mirabile, & nec dum natus prophetare meruerit, & natus oſtendere. Erat enim tunc Joannes diſpenſatione divina acerbus ad partum, maturus ad gratiam: nam qui nativitati propriæ nondum videbatur idoneus, ortus dominici factus eſt idoneus prædicator; cumque naturali lege totum adhuc hominem venter maternus includeret, jam tamen ſpiritum naſcituri filii læta matris lingua prodebat. Ait enim Heliſabeth, ut lectum eſt, ad beatam Mariam dicens: [e] *Ecce ex quo facta eſt vox ſalutis tuæ in auribus meis, exſultavit in gaudium infans in utero meo*. Intendi-

a Iſa. XL. 3. b Luc. I. 44. c Joan. I. 29. d Ibid. e Luc. I. 44.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



te, fratres, quanta beatis illis matribus conlata A sunt munera, quibusque miraculis parituræ feminæ decorantur. *Infans*, inquit, *exsultavit in utero matris suæ*; exsultavit, ut pariter & suum meritum, & virginei ventris gloriam revelaret. Nam inspirante Deo anilis ille uterus sensit adventasse dominicum ventrem, novoque gaudio mortalibus nuntiat, quantam mundo lætitiam Christus nasciturus inferret. Quis non stupeat, fratres, quod inter [1] ministeria redemtionis humanæ, mirantibus matribus, nondum nata gaudet infantia? Nascitur inter hæc Joannes, & Christum nativitate præcedit; quatenus Domino suo quem intra materna viscera per gaudia celebrabat, exhiberet famulantis obsequium. Hic ergo est Joannes, de quo dictum est B a propheta: [a] *Vox clamantis in deserto: parate viam Domino*. Clamabat in solitudine, ut corda mortalium incredulitatis squalore deserta ubertate prophetici sermonis excoleret. Hic est Angelus missus ante faciem Christi, qui populorum pectora monitis vitæ sanctioris instructa, Salvatoris adventui doctor solicitus præparavit. Hic est ille Baptista, qui Dominum suum ob hoc baptizare meruit, ut se se magis dilui baptizati sui virtute sentiret. Hic est præco Regis æterni, qui terris adesse Agnum Dei ipsumque mundi peccatum tollere, sua quidem lingua, sed Deo loquente clamabat. Hic est, pronuntiante Domino [b], inter natos mulierum major; & vere major, quia Dei Filium, C ut propheta, præloquitur, ut præcursor antevenit, ut Baptista suscipit, ut testis ostendit. Et post omnia, hic est ille, quem nulla indumentorum oblectante mollitie, cameli texta de pilis asperior tunica vestiebat, neque eum ulla voluptas epularum suavior, aut edacis gulæ temptamenta capiebant, sed tamquam vere censorem faucium suarum, & jejuni ventris Dominum per deserta gradiens arida locusta pascebat. Mel etiam silvestre legitur manducasse, ut advertamus, eum non cibo humana solicitudine præparato, sed pastu simplici & inlaborata vixisse substantia. Et hæc ideo, ut arbitror, fratres, ne adsertorem justitiæ a præconio veritatis aut speciosior vestis abduceret, aut oblectatio de- D pravaret escarum. De hac profecto magnanimitate descendit, quod dum Herodem regem de concubitu fraternæ conjugis confidenter incusat, nec gloriosam subire mortem, nec mundi lucem spernere formidavit. Neque tristis hanc vitam reliquit; quia semper custodiens prophetalem rigorem, numquam penitus fuerat fallacis sæculi suavitate mollitus. Propter quod patientissime præcepto regis injusti capite truncatur in carcere, qui fortissimi obitus præmio remunerante cælestis imperii Rege, & caput se suum recepturum noverat & salutem.

SERMO VII.

De S. Joanne Baptista.

SAncti Joannis Baptistæ natalem hodie prosecuturus tacere velim &c.

Est editus inter opera S. Ambrosii.

SERMO VIII.

De S. Joanne Baptista.

DIximus superiore dominica, cum silentii nostri veniam peteremus &c.

Est editus inter opera S. Ambrosii.

SERMO IX.

De S. Joanne Baptista.

IN sancti ac beatissimi Joannis Baptistæ laudibus, cujus natalem hodie celebramus &c.

Est editus inter opera S. Ambrosii.

Heic deest pagina, deinde fragmentum hoc subsequitur:

. . . . . . [c] *sum via, veritas & vita*. Eadem ergo die Joannis celebramus natalem, qua & messis initia procuramus. Magna utraque nativitas, quæ & inopiam viscerum repulit, & famem abstulit peccatorum. Inde me jam tabida lues non macerat, hinc pestilens conscientia non absumit; refectione pariter sentio sensibus atque visceribus, immo ipse Joannes messis nostra est: nam de prophetia ejus fructum salutis emittimus, & de verborum ejus tamquam gravi culmo granum salutis adsumimus. De quo grano in evangelio scriptum est: [d] *Nisi granum tritici cadens in terram morietur, ipsum solum manet*: & reliqua.

Quatuor subsequentes Sermones sunt editi inter opera S. Maximi.

SERMO I.

De natale Apostolorum Petri & Paulli.

GLoriosissimos Christianæ fidei principes annuis solemnitatibus honorantes, fratres karissimi, &c.

SERMO II.

De eodem.

APostolici natalis gaudio, fratres karissimi, Petri & Paulli, quorum hodie beatissimis passionibus jucundamur &c.

SERMO III.

De eodem.

BEatissimorum Apostolorum Petri & Paulli inseparabilem fidem passionemque germanam, &c.

SERMO IV.

De eodem.

E BEatissimorum Apostolorum passio, fratres, quorum hodie natalem solemniter celebramus, &c.

SERMO V.

De eodem Natale Apostolorum.

NEcessarie, fratres karissimi, de venerabilium Apostolorum passionibus atque obitu patrum nostrorum annua festivitate lætamur, quia fiducia Christianæ fidei credimus, eos tormentis suis indeptos esse gloriam, & perpetuitatem vivendi vitæ suæ fine quæsisse. Quis enim dubitet, illos suo regnare cum Domino, qui sequentes ejus vestigia

a Isa. XL. 3. *b* Matth. XI. 11. *c* Joan. XIV. 6. *d* Joan. XII. 24.

1. *Ministeria*] Forte, *mysteria*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
424.

mortem moriendo vicerunt? aut quomodo non manifestum est apud illum Regem in cruciatibus esse victoriam, cui triumphus in cruce est? Elegerunt itaque ecclesiarum principes ob honorem fidei patienter occumbere, quos auctor vitæ præmisso suæ mortis exemplo mortem docuit non timere. Lætemur ergo & exsultemus, gloriosissimos patres nostros obisse pro Christo, quia qui * primitus pro æterno ipso cruoris sui censu vitam sibi mercatur æternam. Æternitatis enim mercatus agitur, ubi non pecuniæ quantitas, sed sanguis fidelis in pretio est; ubi sic mors adimit vitam, ut inlatæ morti immortalis vita succedat. Et ideo, fratres, cui amore Christi exosus est mundus, mundum non invitus amittit, sicut dicebat beatissimus Paullus: [a] *Mihi vivere Christus est, & mori lucrum.* Quam pulcre ait, *& mori lucrum*! quoniam qui Christo vivit, si pro Christi honore moriatur, cæli sibi regnum damno præsentis lucis adquirit. Mori namque pro Christo, regnare cum Christo est. Qui religiosam mortem in lucrum sibi reputat, ostendit se morte sua proficere, non perire. Nam & Dominus & Salvator noster ait: [b] *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam.* Quid hoc est, karissimi, qua ratione amissa semel anima suo poterit ab homine reperiri? Poterit, fratres, poterit non ratione, sed fide. Poterit sine dubio, quia resurrectionis beneficio reparato corpori anima servata reddetur. Quod enim Deo possibile est facere, homini non est possibile cogitare, ut ait futurorum conscius Paullus Apostolus: [c] *Nec oculus vidit, nec auris audivit, & in cor hominis non ascendit, quæ præparavit Deus diligentibus eum.* Dicendo ergo Dominus, *Qui perdiderit animam suam propter me, inveniet eam*, ostendit in illa adventus sui gloria, in quo omnis homo substantiæ suæ statum vitamque recipiet, animæ nostræ corporisque consortium formandum: homo enim anima & corpus est unum: sine altero disjuncta ac dissipata natura est. Si removetur corpus, * amittit. Cum ergo dicitur: *Qui perdiderit animam suam, inveniet eam*, revelatur nobis, cum secundum Dei nostri fidele promissum renovabitur mundus, & animam corpori, & corpus animæ esse reddendum. Ideo & Salvator dicebat: [d] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem non possunt occidere; sed potius eum timete, qui potest animam & corpus perdere in gehenna.* Itaque potestas disperdendæ animæ ostendit in Christo reparandi hominis potestatem. Nec miremur, karissimi, si perfidiam sævientis sæculi Paullus gladio, Petrus cruce damnarunt; quorum Dominus ipsum mundi principem mirabilibus terruit, increpationibus arguit, passionibus triumphavit. Invenit quippe in eis diabolus quod possit occidere; non tamen invenit, quod posset tenere captivum. Et quid mirum, si perimitur gladio servus occisi? Quid mirum, si in crucem tollitur discipulus Crucifixi? Qui secuti sunt patientis exemplum, consecuti sunt regnantis imperium. Adsumsit ergo Christus Petrum & Paullum, unum piscantem, alium persequentem. Et Petro quidem regni sui claves, Paullo verbi sapientiam dedit. In utroque opus mirabile. In utroque Dei omnipotentis est gratia, ut & fidem adsereret persecutor, & cælum piscator aperiret. Nec incredibile hoc: quoniam qui aquam produxit e petra, ecclesiam fundavit in Petro. Qui adorare compulit Magum, persecutorem docuit præ-

A dicare. In his duobus, karissimi, quantum exiguis sentire fas est, gemina ecclesiæ forma, & humani generis diversitas figuratur. Petrum namque commendat simplicitas, Paullum doctrina sublimat; ut advertamus in ecclesia Dei & scientiam esse necessariam, & simplicitatem esse dilectam. Simplicitatem autem dico non illam quæ vigilanter incedens prodesse aliis noverit, nocere ipsa non possit, ut in uno eodemque sit homine cauta simplicitas & benigna prudentia, secundum illud quod dictum est: [e] *Estote ergo astuti ut serpentes, & simplices ut columbæ.* Nam simplicitatem Petri & vigor vivacissimæ mentis armabat, & spiritalium consiliorum providentia muniebat. Simplici utique prudentique corde Petrus erat, cum B incarnationis dominicæ sacramentum non inquirendo confessus est, sed credendo, dicens: [f] *Tu es Christus, Filius Dei vivi.* Qua confessione, karissimi, & profuit universis ut simplex, & opiniones non recte credentium repulit ut astutus. Igitur doctrinæ gratia cælum Paullus ingreditur; simplicitatis merito aperiendi cæli Petrus accipit potestatem. Hæc nobis idcirco, karissimi, ut intelligamus, a fide Dei nostri nec doctos repelli, nec simplices refutari. Quantum autem fidei veritas habet, manifestum est omnibus, simplicitatem Petri habuisse Paullum, ipsique Petro Paulli prudentiam non defuisse. Nam utrumque idem Spiritus edocebat. Hac ratione, karissimi, & Paullus petra est Christi, & C vas electionis est Petrus. Uterque enim velut cælestis lapis fortitudinem præstat infirmis; uterque velut vas electum sitientibus fidem Christi ab æterno fonte vitalis poculi fluenta profundit. Et ideo, quia una illis fides, una gloria, unus victricis passionis est dies; una utrumque devotio populorum omnium plena confessione veneratur.

SERMO VI.


De eodem Natali.

Exsultemus, fratres, & gloriemur in Domino Deo nostro, quia Apostolorum natalis eccle- D siæ est nutrimentum: sicut enim parvulus quisque materni uberis lacte nutritur, ita tunc ecclesiæ consurgentis infantia paterni sanguinis ubertate convaluit. Nam ex quo benedictione fecundi cruoris sterilis terra suscepit, innumera exinde per universum orbem multitudo credentium pullulavit. Quis ita demens Christianæ fidei inesse abneget veritatem, quam tristitiæ non fatigant, supplicia non conturbant, neque ullus corporeæ mortis terror inclinat? Cui etiam in sempiternum gaudium persequentum tormenta proficiunt; cujus regnum per æternam invictamque potentiam mundanis dominatur imperiis? Ut autem plenius advertamus, quanta sit cælestis regni terrenique distantia, documen- E ta nobis de præsentibus capiamus exemplis. Ecce reges prætereuntis hujus sæculi devotionem erga se militum suorum in hac tantum vita honoribus muneribusque conservant, nihil penitus habentes, quod possent suis sibique præstare post mortem. Christus autem, Rex omnium sæculorum, electos suos labore, nuditate, fame, cruciatibus, morte insuper [1] remittit adfligi; quia potestas ei est suscitare defunctum, spoliatum præsenti vita regni sui luce vestire, & remota lege mortis, perpetuitatem dare mortali. Quod autem nonnumquam a fidelibus viris

a Philipp. I. 21. b Matth. X. 39. c I. Cor. II. 9. d Matth. X. 28. e Ibid. ℣. 16. f Matth. XVI. 16.

1. *Remittit*] Forte, *permittit*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



regum præmia renuuntur, quod eis abominatæ sunt A omnes sæculi dignitates, quod ut vanum respuunt quidquid illis hic mundus obtulerit pretiosum; spes illa omnimodis facit, quia per gratiam Christi sui potiora sibi quandoque præstanda fides servata præsumit. Quis non stupet in voluntate Christi esse hoc tam mirabile sacramentum, qui sanctis suis sic sua promittit præmia, ut eis tormenta præmittat; sic futuræ vitæ prædicat caritatem, ut præsentem doceat non amari? Heic religionis est veritas, ubi tristitia gaudium gignit, ubi inops nuditas incorruptionis vestimenta prætexit, ubi decorari gloria, ubi exuri refrigerium, ubi occidi triumphus est. Hæc est mors, karissimi, si modo fidem nostram sancti Spiritus erigat & confirmet auctoritas, quam pueri non renuunt, juvenes non declinant, maturiores eligunt, senes ambiunt, feminæ non paverunt. In passione enim martyrii, ubi fides firmior regnat in homine, sicut sæpe jam factum est, nec ætas ulla se subtrahit, nec sexus excusat. Ibi, fratres, ibi prætenditur infirmitas corporis, ubi fides non habet firmitatem. Ideo gloriosissimus Petrus stabilitate fidei suæ omni firmior petra, dum Christi crucem prædicat, suam vicit; nec timuit crucifigi, quia Crucifixum timuit & amavit. Passus ergo est Petrus, ut optimus servus pro Domino, ut fidelis discipulus pro Magistro, & ut pro commissis sibi ovibus pastor electus illius ad mortem secutus vestigia, cujus semitam sequebatur C ad vitam: & quia consimilem Regis sui subiit passionem, cælestis regni clave suscepta similitudinem regnantis suscepit. Aut quomodo ille vitæ propriæ timeret occasum, qui probaverat Christum suum regnare post mortem? Quomodo refugeret crucem, qui in corpore Domini sui redeuntis a mortuis beatæ crucis signa cognoverat? Quomodo crucifigentum vulnera recusaret, qui Redemtorem mundi clavorum vestigia portasse secum sciebat ad Patrem? Ille pro suo Domino obitum formidaret, cui ipse vitæ auctor & mortem, & genus mortis præscientiæ suæ ore prædixerat, ita dicens: [a] *Cum esses junior, cingebas te & ibas quo volebas; cum autem senueris, alius te præcinget, & ducet quo tu* D *non vis?* Hoc est dicere: cum esses junior, Petre, manus te propriæ ministerio succingens, tuam sequebaris in omnibus voluntatem. Cum autem senueris, manus te cinget extranea, & ducet quo tu non vis, ac juventutis tuæ libertatem mutabis in servitium senectutis. *Ducet*, inquit, *quo tu non vis.* Numquam nolebat Petrus pati pro Domino suo, cui ante jam dixerat: [b] *Animam meam pro te ponam*. Volebat quidem ut devotus mori; sed quia velut ultro morti se ingerebat, quamdam præsumentis habere videbatur audaciam: nam qui ut infirmus mori non vult, & idem ut confortatus a Deo non refugit passionem pariter in semet ipso; & trepidæ carnis ostendit affectum, & fidelis animi implet officium. Igitur ubi Apostolus sponte E morti se offerebat, ibi timuit mori; & ubi nolens est ductus ad crucem, non timuit crucifigi: quia illic humana fatigabatur infirmitas, heic cælestis spiritus fortitudo vincebat. Omnis enim nostra devotio si quasi suis viribus fidat, continuo ut infirma lassescit: si vero quis prece supplici divinæ gratiæ boni sui propositi commendet effectum, nulla illum cogent sæculi hujus adversa nutare. Cavendum itaque, fratres, ne quid virtuti prudentiæque nostræ de his quæ recte gerimus, adrogemus, docente Domino Apostolos suos, & dicente: [c] *Quia sine me nihil potestis facere*. Qua sententia præmonente ab ipso nobis speranda sunt omnia. Cuncta etiam quæ prospere veniunt, illius reputanda muneribus, sine quo, ut ipse dicit, nullum penitus votorum nostrorum possumus habere successum. Denique quando præsumsit Petrus dicere Domino: *Animam meam ponam pro te*, non longe post puellæ interrogatione turbatus respondit nescisse se hominem; propter quod flevit amarissime: & ubi ait Christus Petrum ducendum esse quo nollet, ibi victoriam triumphalis passionis obtinuit. Non ergo est reprehendendus Apostolus, si pro Christi honore animosius optabat & mori, quia præsumtio illa quæ de fervore fidei venit, etsi laudabilis non videtur, magnam tamen habet ad Dominum ex ipsa B conscientiæ suæ devotione fiduciam. Verum propter cautelam fidelium suorum nostræque infirmitatis perfugium dicebat Salvator discipulis suis: [d] *Si vos persecuti fuerint in civitate ista, fugite in aliam*. Hoc est dicere: declinate quidem passionem, ne forte per tormenta vincamini; capti tamen nolite cedere persequenti: volo enim servos meos mortem nec exspectare, nec timere, quatenus inesse vobis sapientiam, nec deesse fidem stultus persecutor agnoscat; quia mortem non vitare cum possis, temeritatis est vitium; perimenti autem non cedere, fortitudo credentis est. Habet hoc ratio & virtus fidei nostræ, ut in confessione Christiani nominis nec optemus mortem, nec timeamus occidi. Sic ille Vas electionis gloriosissimus Paullus, ne a gentilibus vel virgis macularetur, clamabat civem se esse Romanum, & injuriam corporis sui sæcularium legum præscriptione submovit, ereptumque se de periculis ac mortibus scripta exsultatione gaudebat. Quod si ut curiosus inquiras, cur privilegio gentium se se tuebatur Apostolus; scito hoc apostolici fuisse consilii, ut illos qui Dei nostri reverentiam non habebant, propriis eorum legibus territos confutaret, nec data sibi a Domino potestate voluit in eos exercere vindictam, qui se missum ad salutem noverat persequentum. Nam quid virtus possit Apostoli, sensit magus ille cæcatus, & de muliere divinante Piton probavit ejectus. Sed tamen ubi dispensatione dominica tempus ei passionis advenit, confidenter gentili ferro fidelia colla subjecit, & qui dudum verbera respuebat, gladium non refugit. Hæc enim sancta perfectaque mensura credendi, hæc inreprehensæ devotionis est sanitas, in certamine fidei & nolle mori, & patienter occumbere; quia Deus noster non mortem nostram requirit, sed illam mentem quam mors superare non possit.

SERMO VII.

De eodem.

NAtalem beatissimorum Petri & Paulli hodie celebrantes diversis epulis &c.

Est editus inter opera S. Ambrosii.

SERMO VIII.

De eodem.

NOtum omnibus vobis est, fratres, & universo mundo notissimum, quod beatissimorum &c.

Editus inter opera S. Ambrosii.

a Joan. XXI. 18. *b* Joan. XIII. 37. *c* Joan. XV. 5. *d* Matth. X. 23.

A

SERMO I.

In natale S. Laurentii Levitæ & Martyris.

BEatissimi Laurentii martyris, cujus natalem hodie celebramus, passionem nosse vos credo, &c. *Editus inter opera S. Ambrosii.*

SERMO II.

De eodem.

SAnctum est, fratres, ac Deo placitum, ut natalem beati Laurentii præcipua devotione venere- B remur, &c.
Editus inter opera S. Maximi.

SERMO III.

De eodem.

SIcut patrum nostrorum, fratres karissimi, non incerta relatione didicimus, cum venerabilis &c. *Est editus inter opera S. Maximi.*

Desunt quædam paginæ, & sequitur fragmentum Sermonis secundi de sancto Cypriano.

. . . .

. . . . custodivit, pacem verbis suasit, pacem corde servavit, omniaque vitia sancto ore respuit, mente sanctiore damnavit; sic pullulantes diversorum scelerum sentes acutissimo linguæ suæ mucrone desecuit, ut magis ea inculpabilis vitæ integritate truncaret. Erat etiam, ut vere spiritalis magister, amarus vitiis, virtutibus blandus, & tranquillitatem peccatoris sui medicamento acrioris remedii condiebat; ut quos bonitatis ejus clementia minime coercebat, increpantis linguæ censura terreret. Sic acrimoniam suam admixtæ lenitatis dulcedine molliebat, ut sæpe solet unda ferventior aquæ frigidæ stillicidio temperari. Nonnullos sane D animo duriores armati oris sui salutiferis jaculis sauciabat, ut quibus cura placida prodesse non poterat, spiritalia vulnera subvenirent. Et hoc peritissimi more medici, qui cum in corpore hominis letalia altius ulcera repererit desedisse, cum bonus atque optimus sit, velut adsumta crudelitate, ferro adgreditur noxias emortuæ carnis desecare putredines, & summam medendi artem non parcit ut parcat, irascitur ut succurrat, & pro ægroti sui necessitate sævitiam prætendit, ut sanet: nam & sapientissimus Salomon ait: [a] *Suaviora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.* Hæc vita, hic animus beatissimum Cyprianum & sacerdotio provexit, & martyrio consecravit. Hæc il- E lum mentis sermonisque perfectio clarum sæculo, & cælo reddit gloriosum. [b] *Pretiosa*, inquit, *in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Recte, fratres, venerabilis Cypriani pretiosa mors facta est, quam sibi a Domino Deo suo multiplici virtutum suarum pretio comparavit. Vere pretiosa mors ejus, cujus commercio hereditatem sibi cæli & regnum emit æternum. Et ideo, karissimi, tam magnificum hoc martyrium ejus omni cum devotione & reverentia celebremus, quia ad omnem illam gloriam vita locuples, lingua ditissima & mors pretiosa sublimat in Christo Jesu Domino nostro, qui cum &c.

SERMO III.

De S. Cypriano.

IN martyrio beatissimi Cypriani, fratres karissimi, universa nobiscum exsultat ecclesia, &c. *Est editus inter opera sancti Maximi.*

SERMO IV.

De S. Cypriano.

NOn immerito, fratres karissimi, speciali quadam celebritate frequentissimo concursu beatissimo martyri Cypriano præcipua exhibetis obsequia, quem & ad summi sacerdotii apicem prærogativa vitæ præcedentis evexit, & pontificii ejus fidele ministerium ad palmam martyrii sublimavit. Justum re vera dignumque est, ut memoriam confessionis ejus devotiore colat Christi honore ecclesia, cujus non minus doctrina, quam sanguine gloriatur. Quid enim apud ecclesiasticos viros martyre sanctius? doctore clarius? sacerdote sublimius? *Pretiosa*, inquit beatus David, *in conspectu Domini mors sanctorum ejus.* Quanta ergo, fratres, a fidelibus hic veneratione est honorandus, cujus non solum in conspectu Domini pretiosus occasus, sed C sub abundantia fidei & vita locuples fuit & sermo ditissimus? Recte, ut reor, ejus vita locuples prædicatur, cujus sancta conversatio bonorum copia morum, & variarum semper virtutum est lætata thesauro. Nec incongrue illius ditissimus ac splendidus dicitur sermo, cujus tanto lumine præfulgidum radiavit eloquium, ut inter iniquorum minas persequentiumque terrores fideles erigeret, confirmaret dubios, incredulos confutaret. Neque enim ullo avocari poterat metu, quo minus illam doceret fidem pro qua de Christi promissione securus non formidabat occidi. Quæ autem fidei ejus confidentia fuit & virtutis! quanta constantia! qui non solum semet ipsum contra impetum sæculi vigore generosæ mentis armavit, sed complures fidelium spem futuræ beatitudinis adstruendo mortem docuit non timere. Unde apparet, karissimi, quanta inter angelicos choros nunc claritate resplendeat, qui & propria passione est mirabilis, & aliorum confessionibus gloriosus. Tanta enim ejus fuerunt spiritalium ornamenta verborum, & cælestium sententiarum censura tam vehemens, ut credentium mentes plus ejus adhortatio, quam sævientis inimici gladius permoveret. De beato autem Cornelio quid ego memorem? cui ad omnem hoc sufficit laudem, quod apostolicam sedem quam merito indeptus est, venerandi cruoris munere decoravit.


SERMO V.

De S. Cypriano.

QUanti meriti, fratres karissimi, beatus Cyprianus, quantæque sit gloriæ, & venerabile ejus martyrium & nota omnibus doctrina testatur. Nec enim extraneis eget laudibus, quem apud omnes homines magnificentia proprii sermonis inlustrat. Denique ut tantus ad nostram quoque perveniret ætatem, admiranda eloquentiæ ejus monumenta fecerunt: nam dum creditos sibi popolos in observantiam cælestium mandatorum solitus magister erudit, suam ad posteros vitam fidemque transmisit.

[a] Prov. XXVII. 6. [b] Psalm. CXV. 15.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.



Quod ita esse omnis mecum studiosus agnoscit, quoniam in libris ejus advertitur, quanta in illo fuerit castitatis puritas, sanctitas bonitatis, fidei magnitudo. Nam dum peccantum vitia severa objurgatione castigat, dum sanctorum merita digna laude prosequitur, cælestem inesse cordi suo aperuit disciplinam. Unde hic sine dubio ex illis est fratribus, de quibus dictum est per prophetam: [a] *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Exivit utique in omnem terram sonus beatissimi Cypriani, quoniam sub universo cælo & passionis ejus innotuit gloria, & clarissimæ linguæ ejus tuba personuit. Et vere tubæ modo sermonis ejus clangor increpuit, cum ecclesiam Dei spiritali prœlio decertantem adversus minas terroresque gentilium sonitu cælestis eloquii accendit; & ne videretur plebem Dei in contemtum præsentis vitæ eloquens magis quam fortis armare, mortem quam prædicando docuerat non timendam, suscepta pro Christi nomine passione calcavit; atque ita factum est, ut omnem fidelem ad subeunda pro religione tormenta non solum sanctorum adhortatione verborum, sed fortissimo sanguinis sui provocaret exemplo. Vere hic ab omnibus ac toto orbe venerandus, qui tanta perfectione divinæ virtutis opus & adseruit & implevit.

SERMO VI.

De S. Cypriano.

QUanta sit, fratres karissimi, Christianæ fidei magnitudo, quæve fiducia; hinc vel maxime nos discere oportet, quod inter miranda cælestium promissorum munera votivum nobis oritur gaudium de morte sanctorum. Nec enim naturæ nostræ, sed religionis est ratio, quod occasus hominis, ubi Deus est caussa moriendi, infidelium contristat mentes, & pectora Christiana lætificat. Ideo denique peremtorum martyrum obitus in ecclesia Dei velut genuinus natalis excolitur, quia novo nascendi ordine ad novam cæli vitam morte parturiente nascuntur. In hujusmodi enim morte quæ pro veritate salutaris fidei venit, quia vivo ac vero creditur Deo, spe sæculi melioris pulsa procul affectatione carnali, luctum non habet pater, nec mater inclamat, filius suspiria consolatur sua, mærorem frater repellit, tristitiam maritus abjurat, & dilecti conjugis calcat uxor affectum. Cedit namque, cedit terreni amoris calor, ubi Christiani mentem flamma divinæ caritatis accenderit. Hoc profecto igne succensus ardentissimus Cyprianus sacerdotium vitamque suam in passione contemsit, ut ipsa eum passio gloriosiorem Christo redderet sacerdotem. Quid hoc magnificentius viro, cujus non minus mors est admiranda quam vita? Fuit enim ei [1] fideli in sermone confessio, & mirabile in confessione martyrium. Fuit in eo cordis ac linguæ simplex consensus atque indivisa societas; nam quidquid ori ejus cordis ipsius Spiritus intulisset, hoc cunctis audientibus sancta ejus lingua dictabat, ut ait Salvator: [b] *Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona*. Et quis potest habere bonum mortali in corde thesaurum, nisi cujus pectus Christus inhabitat? sicut docuit gloriosissimus Paullus dicens: [c] *Habemus thesaurum istum in vasis fictilibus, ut sublimitas virtutis Dei sit, & non ex nobis*. Hic est, fratres, boni cordis thesau- A rus, qui servorum Dei os bonum & linguam divitem facit. Hic est thesaurus, cujus pretio omnis fidelis beatam sibi paradisi sedem & regnum mercatur æternum. Hoc thesauro venerabilis Cyprianus unumquemque credentem proflua linguæ suæ largitate ditavit; nullam tamen ipse, dum legitur omnibus, divitiarum suarum sentiens paupertatem. Tanta enim thesauri hujus est copia, ut & totum consequatur accipiens, & qui dederit, nil amittat; in modum lucernæ ardentis, quæ & flammam suam admotis sibi lampadibus præstat, & ipsa nihilominus sine damno traditi luminis perseverat. Novi, fratres, novi miraculi res est, quæ habeas dare, & eadem dando non amittere; totum transfundere, B & nullum sentire defectum. Propter quod beatissimus Cyprianus cunctorum est fidelium devotione celebrandus, qui largiendo populis quæ habebat, ac retinendo quæ dederat, laudabilem vitam suam & clarissimo sermone extulit, & pretiosissimo sanguine consecravit, quatenus universo orbi loquentis fidem virtus patientis ostenderet. Rectissime de hoc dicetur illud Davidicum: [d] *Os ejus meditabitur sapientiam, & lingua ejus loquetur judicium: & lex Dei ejus in corde ipsius*. Erat utique in perfectione sacerdotii ejus cor sanctum, os sapiens, lingua terribilis. Terribilis nimirum erat Cypriani lingua, quæ & integritatem pectoris ejus, & illa omnipotentis Dei tremenda judicia peccan- C tibus ingerebat; qui se ita totum sancto in sermone fundebat, ut nihil penitus in secreto sui pectoris relinqueret, quod lateret. Latet autem intra semet ipsum, latet peritus quisque, nisi sapientiam cordis ejus docta dicendi lingua prodiderit. Quid non in illo viro præcipuum, quid non mirabile, in cujus ore sapientia, in cujus lingua judicium, in cujus corde lex Dei quæ justitiæ mater est, permanebat? Nec otiose, karissimi, consequens Psalmi ipsius ordo subtexuit dicens: [e] *Et non subplantabuntur gressus ejus*. Non sunt re vera Cypriani subplantata vestigia, quia in ejus corde lex Dei viget. Qui in ore ac lingua sua cælestem sapientiam divinumque judicium meditatur, gressus ejus lapsum D sentire non possunt. Aut quod in illo umquam peccati tempus, quodve momentum diabolica potest reperire subreptio, cujus os, cujus lingua per omne spatium noctis ac diei voluntatem Dei & sapit & loquitur, secundum illud quod dictum est a propheta: [f] *Et in lege ejus meditabitur die ac nocte*? Credite, fratres, quia numquam inter adversa hujus sæculi movebuntur ejus pedes, cujus pectus a tramite veræ fidei non declinat. Et quia omnia virtutum genera beatissimus Cyprianus, ut sacerdos, ut justus, ut sapiens possidebat; inconcusso pede consistens moveri sua in passione non potuit. Et inde est, quod ab uno eodemque viro & inoffensam recte vivendi regulam, & fortissi- E mum martyrii tenemus exemplum. Ille enim nos Deo vivere, & pro Deo mori non solum sermone docuit, sed & opere confirmavit.

SERMO VII.

De S. Cypriano.

ANte dies cum beatissimi martyris Cypriani celebraremus natalem &c.

Editus inter opera S. Ambrosii.

a Psalm. XVIII. 5. *b* Matth. XII. 35. *c* II. Cor. IV. 7. *d* Psalm. XXXVI. 30. 31. *e* Ibid. ℣. 31. *f* Psalm. I. 2.

1. *Fideli*] An *fidelis*?

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.

SERMO VIII.

De S. Cypriani.

SAncti Cypriani festivitatem, sicut omnibus notum est, hodie celebramus &c.
Editus inter opera S. Ambrosii.

SERMO IX.

De natale Sanctorum, præcipue in S. Cypriani.

QUotienscumque, fratres, sanctorum martyria celebramus, totiens laudes Salvatoris dicimus; & quotiens eorum adserimus passiones, totiens Christi gloriam prædicamus. Non enim suspicimus, quod passi sunt; sed propter quem passi sunt, admiramur. Igitur non pœna in laude, sed fides est in honore. Magnificamus ergo martyres, non quia gravibus subjacuere suppliciis, sed quia justitiæ caussa eadem toleravere supplicia. Nam plurimos sceleratorum pejores pœnas vidimus esse perpessos; sed nihil eis prosunt, quia martyres caussa justificat, sceleratos conscientia sua damnat. Summo igitur & præcipuo loco propter fidem habendi sunt beati martyres. Videte autem, quem iidem locum apud homines mereantur, qui apud Deum locum sub altario meruerunt. Dicit enim sacra scriptura: [a] *Vidi subtus aram Dei animas occisorum propter verbum Dei, & propter testimonium quod habebant, & clamaverunt*, & reliqua. *Sub ara*, inquit, *Dei animas occisorum*. Quid reverentius, quid honorabilius dici potest, quam sub illa ara requiescere, in qua Deo sacrificium celebratur, in qua offeruntur hostiæ, in qua Dominus est sacerdos, sicut scriptum est: [b] *Tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech?* Recte ergo sub ara martyres conlocantur, quia super aram Christus imponitur. Recte sub altario justorum animæ requiescunt, quia super altare Domini corpus offertur. Nec immerito illic pro justis vindicta sanguinis postulatur, ubi etiam pro peccatoribus Christi sanguis effunditur. Convenienter igitur, & quasi pro quodam consortio ibi martyribus sepultura decreta est, ubi mors Domini cotidie celebratur, sicut ipse ait: [c] *Quotienscumque hæc feceritis, mortem meam adnuntiabitis, donec veniam*. Scilicet ut qui propter mortem ejus mortui fuerunt, sacramenti ejus mysterio quiescant. Non immerito, inquam, velut consortio quodam illic occisi est tumulus constitutus, ubi occisionis dominicæ membra ponuntur, ut quos cum Christo unius passionis caussa devinxerat, unius etiam loci religio copularet. Legimus plerosque justorum Abrahæ sinibus refoveri, nonnullos paradisi amœnitate lætari; nemo tamen melius præter martyres meruit, hoc est ibi requiescere, ubi & hostia Christus est & sacerdos. Scilicet ut & propitiationem de oblatione hostiæ consequantur, & benedictionem perfunctionemque sacerdotis excipiant. Inter ceteros igitur martyres quos sub ara Dei consistere prædicamus, etiam beatus Cyprianus adsistit, & cunctorum vindictam facundia uberiore prosequitur: neque enim dubitandum est, eum in martyrio plura præ ceteris exorare, qui in sacerdotio præ ceteris plura conscripsit. Et licet cum omnibus stolam splendidæ remunerationis acceperit, tamen fortasse eloqui mi-A nus cessat, quo plus se intelligit promereri. Dicitur ergo illis vindictam postulantibus post datum munus, ut quiescant atque sustineant, donec impleatur numerus conservorum illorum, & reliqua. Videtis ergo, quoniam propter nos martyrum vindicta differtur. Dum enim nos retardamus, horum sanguis inultus est. Sed hoc contingit nostra desidia, qui non, sicut dignum est, religiose vivimus, qui non pie, sicut congruit, operamur. Nam si bonorum operum ad Deum justitia nostra præcederet, jam conservorum numerus qui exspectatur, esset impletus. Nulli autem dubium est, vindictam post judicium martyres percepturos, qui etiam ante judicium præmiis cælestibus honorantur.

B


SERMO I.

In S. Alexandri.

CUM omnes beatos martyres quos nobis tradit antiquitas, honorificentia digna miremur, præcipue tamen sanctos, Alexandrum, Martyrium & Sisinnium, qui temporibus nostris passi sunt, debemus tota veneratione suscipere. Nescio quo enim pacto majorem circa hos habemus affectum, quos conscientia novit propria, quam quos docet historia. Illos enim exstitisse martyres lectione, istos oculorum contemplatione cognoscimus. Illo-C rum passiones fama nuntiante condiscimus, istorum supplicia vultus testimonio continemus. Majorem ergo affectum ibi debeo, ubi credulitatem meam mea cogit contemplatio, quam ubi fidem meam hortatur opinio. Majorem, inquam, affectum illic debeo, ubi per ea quæ vidi, compellor devotius credere etiam illa quæ non vidi. Nam cum audita aliquanta mihi impossibilia viderentur, cœpi ea credere potuisse fieri, dum similia facta esse conspexi. Et ideo temporis nostri passio hoc nobis præstitit, ut præsentem conferret gratiam, & fidem præteritam confirmaret. Supra dictos igitur beatos viros tota debemus veneratione suscipere: primum quia dies vitæ nostræ pretioso sanguine suo inlustra-D re dignati sunt. Deinde quod prærogativam nobis apud Deum non minimam contulerunt, ostendentes, qualis esset ætate nostra in Christianis fides, de quorum consortio exsistere martyres mererentur. Tertio quod iidem tam sanctæ conversationis fuerint, ut coronam martyrii tempore pacis invenerint. Cum enim nullus rex persecutor urgeret, nullus sacrilegus tyrannus insisteret, fecit eos confessores non publica persecutio, sed Christiana devotio. Nam cum in Anauniæ regione proprio sumtu ecclesiam construentes ejus sancto altario præsiderent, siquidem unus ex his diaconatus, duo clericatus officio fungerentur, & ejus regionis homines apud quos Christianum nomen cognitum antea non E fuisset, adsueto sacrilegio quod lustrum dicunt, loca vellent universa polluere, ac sancti viri arguerent eos, erroresque eorum manifestanter rationabili castigatione convincerent; tunc illi inebriati plus furore quam vino rapuerunt eos, & cæde crudelissima sauciarunt; ita ut unus ex his post multa supplicia semivivus exspectaret, ac videret suæ mortis exitium: nam destructa ecclesiæ fabrica pyram de ejus trabibus construentes, flammis beata corpora tradiderunt. Vere beata corpora, quæ non ad pœnam idoli funestus ignis adsumsit, sed ad requiem dominicæ domus sancta flamma suscepit. Sancta plane flamma, quæ ideo suscepit martyres, non ut eos noxio ardore consumeret, sed ut ab his ma-

a Apoc. VI, 9. b Psalm. CIX. 4. c Luc. XXII. 19. I. Cor. XI. 26.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



nus sacrilegas prohiberet. Tali autem incendio beatorum consecrata sunt viscera, non cremata. Convenit huic passioni, quod ait Apostolus: [a] *Ipse autem salvus erit, sic tamen quasi per ignem*. Salvi enim isti facti sunt, dum venerabilis confessionis sunt incendio concremati. Hæc ergo tota caussa passionis est, fratres, propter quam morti addicti sancti viri cursui similes esse ceteros hortarentur; nam exhortatio illorum in tantum profecit, ut illis e sæculo recedentibus fides eorum regionis ipsius loca universa pervaserit. Ita Christus, ubi tunc in tribus martyribus persecutionem passus est, nunc illic plurimis Christianorum exsultet in populis.

SERMO II.

De eodem.

ANte dies cum sanctorum Alexandri, Martyrii & Sisinnii natalem festivissime curaremus, hoc præcipue in eorum passione laudavimus, quod dum sacrilegis resistunt, esse martyres meruerunt; & dum eorum superstitionibus contradicunt, palmam justitiæ sunt adepti. Non enim ea caussa morti addicti sunt ab his, cur Christiani essent; sed propterea magis ad pœnam rapti sunt, quod increparentur sacrilegi, cur Christiani devotique non essent. Pacis ergo tempore, quo nullus rex persecutor urget, sanctos viros martyres fecit non publica persecutio, sed religiosa devotio. Non enim timuerunt salutis propriæ subire discrimen, dum saluti cupiunt providere multorum. Nam cum perspicerent in regione sua gentiles homines adsueto sacrilegio, quod lustrum vocant, funestis circuitionibus loca universa polluere, & innocentes quosque vel absentes, si non conscientia, vel conniventia maculare; maculat enim conniventia eum, qui cum contradicendo prohibere potuit ne fieret, ut fieret quasi dissimulando permisit. Cum igitur hæc beati viri cernerent, increpaverunt eos constanter, fideliter objurgarunt, & hoc præstiterunt, ut ibi martyres fierent, & persecutores suos Christianos efficerent. Ergo, fratres, quia habemus exemplum, imitemur sanctos viros, si non passionis martyrio, vel certe Christianitatis officio. Et quia audimus lustrum a nonnullis sacrilegis mitti solere exemplo sanctorum, objurgemus impios, castigemus errantes; portio enim martyrii est fecisse, quod martyres. Ceterum si videntes hæc tacemus, silemus & patimur, reos nos statuimus, si non operatione sceleris, attamen dissimulationis adsensu. Nam sicut obviare sacrilegiis contradicentem justificat, ita dissimulare quæ videris, maculat reticentem. Solent enim plerique miseri dicere: Nescio; non jussi, caussa mea non est, non me tangit. Sed hæc, ut dixi, loquitur miser quisque vel tepidus; negat enim se jussisse fieri, qui noluit jubere ne fieret. Nam utique malum quod de consuetudine venit, cum non coerceatur, admittitur. Caussa, inquit, mea non est. Falleris, & ignoras. Nescis, quia caussa Dei cunctorum est, & quod ab uno peccatur, in pluribus vindicatur. Nam sicut unius sanctificantur sanctitate multi, ita unius sacrilegio plurimi polluuntur. Et ideo malum, quod licet ab altero te tamen sciente committitur, tangit te, dum tua conscientia tenetur inclusum. Nescio autem, fratres, quid illud sit, quod Dei præcepta tam dissimulanter exsequimur, qui quod principes sæculi jusserint, omnes solicite obaudiunt, omnes eorum vigilanter jussa custodiunt. Deus præcipit, & ad ejus præcepta dormimus. Quotiens mandavit idem Deus idolorum sacrilegia destruenda, & numquam ad hanc partem soliciti esse volumus? Semper dissimulavimus, semper sprevimus. Postea nos admonuit imperiale præceptum. Videte quanta divinitatis sit derogatio hæc humanæ potestatis adjectio. Aut quid de nobis judicatur, qui quam religiose vivere non devotione cogimur, sed terrore? Principes quidem tam boni Christiani leges pro religione promulgant, sed eas exsecutores non exserunt competenter. Et ideo exuto a culpa principe exsecutor remanet in reatu; qui si acrimoniam legis exerceet, & ipse peccato absolvitur, & pro salute multorum æterna mercede donabitur.

HOMILIA S. MAXIMI
DE S. EUSEBIO
Martyre Vercellensi.

AD sancti martyris Eusebii laudem aliquid addere velle, decerpere est &c.

Edita est inter opera S. Ambrosii. Desunt heic paginæ quædam, & subsequitur fragmentum sermonis primi S. Maximi de eodem S. Eusebio, qui pariter editus est, sed mutilus; in finem enim post ea verba: Et passibilem carnem, & impassibilem deitatem, *hæc subsequuntur.*

Inter ista, karissimi, de Maccabæis fratribus quam maxime exsultare nos convenit, quorum mæsta quidem passio, sed læta victoria [1] hodierna nobis festivitatem multiplici gaudio cumulavit. Quandoquidem propugnator evangelicæ fidei, custodesque paternæ legis unum confessi Dominum sub unius Dei certamine triumpharunt. Sicut enim Maccabæi ob honorem Dei omnipotentis tyrannica vicere tormenta, ita beatum Eusebium Dei sui injuriam refellentem persequentum non potuere superare supplicia. Atque ideo nos præsenti die sanctorum de morte gaudemus, quia perpetuam non dubitamus eos vitam meruisse post mortem.

SERMO VI.

Item dictum Vercellis.

DUM ad obsequia venerandæ recordationis communis patris nostri Eusebii confessionis ejus honore concurrimus, religiosum reddimus famulatum perpetuo confessorum auctori. Quidquid enim erga electos Dei devotionis impendimus, Deo totum qui electos suos sanctificat, exhibemus. Quis autem sanctorum memorias confessorum non pleno perfectoque amore veneretur, de quibus Dominus ac Salvator noster ait: [b] *Qui me confessus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum coram patre meo qui est in cælis?* Valde ergo nobis est salutare, quod beati Eusebii suspicimus merita, quem pro retributione servatæ fidei apud sempiternum Patrem coæternus Filius confitetur. Advertite itaque, karissimi, quantam beato Eusebio paraverit gloriam vixisse Christo, & mortem non timuisse pro Christo, ut ait Apostolus: [c] *Mihi autem vivere Christus est, & mori lucrum.* Erat utique vita illi Christus, quia per spiritalium virtutum tramitem gradiens, absque Christo vivere nesciebat. Erat ei & mori lucrum, quia si damno præsentis vitæ transiret e sæculo, ad Christum pergens cæli

a I. Cor. III. 15. *b* Matth. X. 22. *c* Philipp. I. 21.

1. *Hodierna*] Forte, *hodiernam*.

se noverat divitias lucraturum. Unde & gloriosissimus iste confessor Christum Dominum & vivens quæsivit, & moriens adquisivit. Quæsivit vivens Christum, cum salutaria ejus præcepta custodiens indivisam Verbi cum Patre adseruit unitatem. Adquisivit eum moriens, cum ad societatem regni ejus corporis morte transivit: & quia unam Patris Filiique, sicut est, substantiam non negavit, exsilia, carcerem, verbera, famem sitimque sustinuit; quæ omnia fideliter superans, vitam quam dilexit, invenit, & mortem quam non timuit, triumphavit. Nam quid aliud est calcare mortem, quam vivendo fideliter vitam possidere post mortem, & obeundo cum fide perpeti sancti nominis tenere memoriam? Ecce tempora temporibus cedunt: generationes generationum successione prætereunt. Beatus vero Eusebius ætatum nostrarum curricula cuncta transscendens, & in Christi est confessione perpetuus, & in nostra devotione continuus. Nec sane est dubium, quod pie sancteque viventem & indeficiens vita comitetur, & honor subsequatur æternus. Hic est, fratres, venerandus Eusebius, qui dum peregrinantem apud perfidos fidem fideli sua peregrinatione defendit, ad patriam veræ fidei tendens, consortium cælestis emeruit civitatis. Pulsus quidem est ecclesia manibus iniquorum, sed vir fidelissimus secum, quocumque ibat, portabat ecclesiam. Aut non in illo erat ecclesia, cujus catholicum fortissimumque pectus æternus ecclesiæ auctor habitabat? Sed jam videamus, quos pro fide confessor egregius agones egerit, laboresque pertulerit. Fertur namque ita pœnali quadam habitatione conclusus, ut homine brevior esset domus, & carcerato carcer angustior, quatenus tali illo in ergastulo stanti, jacentique esset ferale supplicium, ut quidquid cruciatuum sancto de corpore exigere posset tortor immitis, hoc tristissimæ mansionis illius operarentur angustiæ. Inedia super hæc adfligebatur & siti; sed nesciebat propugnator salutaris fidei penuriæ necessitate lassescere. Nesciebat, inquam, Eusebius cibi ac potus inopia superari, cui Verbum Dei vivus erat panis, & quem sanctus Spiritus effuso desuper ubertatis suæ rore potabat. Nam quæ illi poterat animi corporisque deesse substantia; qui omnipotentis Patris, & Unigeniti ejus, & sancti Spiritus unam & consempiternam deitatem confessus in æternum partum evangelicis uberibus lactabatur? Quid ergo de martyrio huic defuit, qui tot martyrii certamina desudavit? Accedit etiam in augmentum lætitiæ nostræ, quod pariter hodie Maccabæorum fratrum celebratur natalis, quos mater fecunda Deo religioso partu edidit, pio lacte nutrivit, fideli educatione provexit: ut appareat nobilissimam matrem pignoribus suis non solam terreni corporis contulisse naturam, sed etiam cælestis animi transfudisse propositum; & cum diversa in fratribus ætas etiam membrorum varietate distaret, in confessione tamen divini nominis concors in eis nescivit discrepare germanitas. Propter quod mirabilis femina gloriosius se amittere filios, quam genuisse gaudebat. Quæ de Dei sui certa promissis, suaque secura de fide, inter tormenta morientium pignorum interrita & invicta consistens junioris nati vitam, etiam tyranno offerente, contemsit, sciens eum præsentis mercede mortis [1] indefiniti perennis vitæ tempora mercaturum; docuitque laudabilius mater, ubi Dei agitur de honore, filiis ut recte parcatur, non esse parcendum. Quis non hujusmodi feminam toto attonitus stupore miretur, quæ acerbissimo tantorum in obitu filiorum,

A naturalis dilectionis oblita, immobilem Deo servavit affectum? Quid adhuc de fortissimis adolescentibus loquar, vel quo potissimum sermone dicetur, quantæ illud virtutis, quantæque fuerit fidei, magis illos obedisse matri mortem suadenti, quam cessisse regi nunc inferenti vulnera, nunc munera promittenti? Mirabiles quidem de suppliciis suis juvenes, sed propriis quisque cruciatibus urgebatur; multo vero mirabilior mater, quæ potuit inflexa persistere, cum tantorum eam pariter filiorum tormenta torquerent. Nam primus ex illis succensa flammis sartagine frigebatur; sed magis matrem totis visceribus igne genuino ardens frigebat affectio. Alterius caput, ut lectum est, cute cum capillis B detracta miserabiliter nudabatur; at illa, ne pœnis talibus filius vinceretur, velut a vertice innodata crinibus maternæ pietatis metu suspensa pendebat. Alii lingua perfidorum manibus & ferro est impietatis abscissa; sed adversus furentem tyrannum fortior in matre truncati filii lingua vivebat. Et quid plura, karissimi? ut omnium filiorum suorum mater est adflicta tormentis, ita omnium adornata victoriis, quæ gentili mox peremta gladio, optabili morte decessit; ut quæ docebat pro Dei honore moriendum, ipsa Deum suo honoraret occasu. Et ideo totis hunc gaudiis exsultemus, quia hunc nobis diem in omnem lætitiam, & pro defensione paternæ legis Maccabæa progenies, & evangelicæ C veritatis adsertor beatissimo obitu semper Deo fidelis Eusebius consecravit.

SERMO VII.


Item de S. Eusebio, & de Maccabæis, quod primo dictum est Vercellis.

Licet me, fratres, debitum [2] karitatis vestræ exhibere sermonem imperitia pudorque revocet, & trepida semper rudimenta deterreant; dat tamen fiduciam trepidanti amor venerabilis viri præsentis antistitis; affectionis etiam vestræ ab incunabulis admodum meis probata dilectio omnem pavidi D vim terroris excludit, & super omnia gratia me beatæ recordationis domni patrisque nostri confessoris impellit, quem pro cælestium institutione virtutum piæ magis devotionis oblectat officium, quam pompa verborum. Cui quamvis a me exigua & parva dicantur, placitura non dubito, quæ dicentur ab eo, quem ipse in Ecclesia sua natum & generatum spiritalis uberis vitali luce nutrivit. Etenim pios parentes cum primum parvulos eorum natura provocat ad loquendum, suaviore quodam gaudio infantiæ ipsius inlimatæ linguæ balbutiens sermo delectat. Et tunc eorum loquendi est dulcior, * cum adhuc trepidantibus labiis per infracta verba nequeunt explicare quod cupiunt. Un- E de, fratres, quamquam tenuis sensu & lingua paupere, cælestia reverentissimi viri merita æquiparare non valeam; illa me tamen ratio quam maxime consolatur, quia impossibilitatem stupentis ingenii mei magnitudo dilectionis excusat, nec aliqua me offensio de præsumtione mordebit, ubi imperitiam commendat devotio, & ubi amor verecundiam vincit. Quis itaque, karissimi, in laudes beati Eusebii non tota animositate prorumpat, cujus gloriam etiamsi nostra lingua reticeat, toto pæne orbe innumerabilium virtutum ejus monumenta testantur? Hic namque est, de quo tanta fuit divini prærogativa judicii, ut sicut relatio fidelium patrum in nostram quoque notitiam pertulit, cum

1. *Indefiniti*] An *indefinitæ*?

2. *Karitatis*] Forte *karitati*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 424.



ignotus huc properasset advena, concordantibus repente populorum votis, & sacerdos Christi, & pater nostræ fieret civitatis. Nec illud in electione ejus obesse potuit, quod videbatur incognitus; quoniam qui judicia latebat humana, omnipotentis Dei latere præscientiam non potuit. Denique vultis nosse, quam speciali supernæ vocationis sit gratia consecratus? ecce dedit eum vitæ integritas fideique perfectio, & præcipuum sacerdotem & gloriosissimum confessorem. Hic docuit intra unius diversorii septum varios cohabitantium mores in unam coire concordiam; tantaque apud illum fuit mensura & disciplina vivendi, ut cotidiano adcrescente profectu habitaculum illud non jam diversorum congregatio clericorum, sed consacerdotum collegium videretur in tantum, ut tamquam de seminario optimi germinis per complurimas civitates expetentibus populis largiretur lectissimos de sua institutione pastores. Erat enim in omnibus, tanto principe præcedente, spiritalium officiorum indefessa sedulitas, parsimoniæ sobrietatisque sanitas, caritatis dulcedo, mansuetudinis gratia, custodia castitatis. Quæ omnia, fratres, etsi generatio nostra adimplere non prævalet, habet tamen in patre optimo posteritas quod miretur. Quid illud dicam? quod peregrinationem perpeti, exsilia pœnasque multiplices, salutaris fidei adsertione promeruit; quod jejuniorum vigiliarumque exercitiis roboratus, nec a via veritatis inflexus, constantissimo vigore pectoris de perfidiæ auctoribus triumphavit. Et inde est, karissimi, quod mors ejus omni vita est clarior inde, quod sacerdotium ipsius devotione fidelium perdurante communem mortalium non sentit occasum. Quid etiam de beatissimis septem Fratribus Maccabæis potissimum dicam? Qui dum furentis Antiochi terrore calcato, legalia Testamenti veteris præcepta non deserunt, ad consortium regis æterni, & beatam Evangelii gloriam pervenerunt. Et sicut fuit illis unius uteri germana nativitas, ita facta est eis unius fidei fraterna victoria. Qui in modum candelabri illius quod septeno lumine quondam lucebat in templo, septem passionum suarum lampadibus mundi faciem radiarunt. Et sicut illi tunc candelabro, sacerdotis cura oleum pro luminis perseverantia ministrabat; ita his omnipotens Dominus ad inluminandam eorum fidem de thesauro gloriæ suæ sancti Spiritus profudit unguentum. Inter hæc mater venerabilis talium filiorum morte lætissima, una & sola mærebat tristitia, ne qui dulcium pignorum suorum pro sanctificatione divinæ legis aut nollet, aut timeret occidi. Illa vero quanti miraculi res est, quod ad augmentum præsentis lætitiæ in unum diem adsumtio sancti Eusebii nostri, & Maccabæorum victoriæ convenerunt! Quam similis eorum pugna! quam indifferens est triumphus! Illos enim Antiocho sævienti anxia obtulit mater; hunc insaniente diabolo in spiritale certamen credentium omnium mater solicita produxit ecclesia. Maccabæi multimoda tormentorum genera patienter ac fortiter pertulerunt, ne porcinis carnibus quæ tunc habebantur inlicitæ, devota Deo corda polluerent. Beatissimus autem pater Eusebius innumeros gravissimosque hæreticorum sustinuit cruciatus, ne Arrianæ inquinamento perfidiæ purissimi pectoris sui conscientiam macularet. Primus ex illis septem fratribus, ut audistis, quia immobilis perstitit, manibus pedibusque truncatus est. Eusebius autem in veritate fidei perseverans, hæreticæ voluntati nec itinere pedum, nec manuum subscriptione consensit. Secundus ex eis, ne caput veræ salutis amitteret, contentus est capitis

A sui cute nudari. At venerandus Eusebius, dum caput suum pro membris ecclesiæ persecutoribus objicit, tegimentum cælestis capitis non amisit. Tertius Maccabæorum postulatus linguam constantissime protulit impiorum manibus abscindendam, ut quæ pro toto corpore fuerat prolocuta, totum corpus suum præiret ad Deum. Eusebius vero linguam suam adversus tyrannum fidei & expugnationem diabolici erroris armavit, non timens amittere, quam sciebat sibi & amissam perire non posse. Quartus autem, quintus & sextus, ut lectum est, sine descriptione pœnarum Antiochum regem verbis acrioribus increparunt. Eusebius nihilominus inter innumera tormenta ac diversa supplicia, tam B fortia tam magnifica est locutus, ut increpatione verborum ejus impia perfidorum pectora torquerentur. Septimus etiam in paternæ legis defensione persistens Antiochum doli plenum, honores ac divitias promittentem mirabili magnanimitate contemsit. Eusebium autem nec honoris sacerdotalis ambitio, nec paupertas exsilii a veræ fidei propugnatione divertit; sed per sanctam inopiam ineffabiles divitias conquisivit, & sacerdotium suum sacerdotii ipsius amissione servavit. Gloriosissima etiam mater non cedentibus filiis iratum superavit Antiochum: & ecclesia Christi, Eusebio vincente perfidiam, ipsum impietatis auctorem diabolum, reddita mundo veritate, calcavit. Hæc est igitur beaC tissimo Confessori cum Maccabæis Fratribus certaminis gloriæque communio. Hujus diei nobis est annis omnibus multiplicanda & honoranda festivitas, in quo in æternam beatitudinem & adsertores Testamenti veteris transierunt, & novi Evangelii propugnator adsumtus est.

SERMO VIII.

Item de S. Confessore Eusebio, & Maccabæis.

AD celebritatem præsentis diei, fratres karissimi, omni nos cum alacritate concurrere devotio geminæ festivitatis invitat. Quam nos habeD re manifestum est de Maccabæorum triumpho, & victoria Confessoris. Est namque nobis per Maccabæos gaudium generale cum ceteris; est & per beatum Eusebium domesticæ gratulationis propria, peculiarisque lætitia. Et licet diversis temporibus diverso ubique agone conflixerint; unus tamen in illis Spiritus dimicavit. Quamvis enim Maccabæi pro reverentia legis antiquæ, Eusebius evangelica pro veritate certaverit; idem tamen est Deus, qui legem dedit & qui evangelium revelavit. Quis autem dubitet, unum in illis sensum, unam mentem, unum fuisse spiritum, cum illi pro Domini lege sunt passi, hic pro ipso legis Domino pertulerit passiones? Diligentius nunc intendamus, E karissimi, quæ specialiter Maccabæis, quæve beato Eusebio fuerit caussa certandi. Igitur cum apud vetusta sæcula in servos Dei diabolicæ invidiæ facibus gentilitas accensa ferveret, & Antiochi præcipue regis ferocissimum pectus impia suppleret insania; Maccabæos Fratres eorumque religiosissimam matrem, raptos ad ferale jubet tribunal adduci, quatenus eos metu mortis, terrore pœnarum, oblationibus munerum, in suum transire suaderet errorem. At devotissimam juventutem nec minæ mundi a Deo suo revocant, nec regia blandimenta seducunt. Itaque primus ex illis divinæ dispositione justitiæ palæstram certaminis cælestis adgreditur; ut qui ætate præibat, passione præcederet, & nascendi ordo teneret in Fratribus ordinem trium-

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
424.



phandi. Hic igitur primævus e Fratribus, sartagine succensa frigi jubetur a rege; sed refrigeratur a Deo. Manibus pedibusque truncatur; sed multum de sui integratione securus, quia pro illius hæc se noverat lege pati, penes quem solum esse credebat formandi reparandique corporis potestatem. Et ob hoc nimirum fortissimus juvenis toto corpore membrisque conciditur, ut advertat præstante Deo tot se martyria habere, quot membra. Privatur alius lingua, capitis cute nudatur, ut pœnarum diversitas varietatem gigneret præmiorum. Fremit ergo in omnem sævitiam sanctorum virtutibus exacerbata crudelitas. Lassescunt lanistæ manus, cruenti tabescunt oculi, atque ipsa jam se impietas erubescit, conversoque ordine quæstionis gemit tortor, & tortori suo tortus insultat. Cæsis itaque per hæc prostratisque rex Fratribus, septimus qui & junior, examinandus ingeritur, quem rex ille tyrannicus, tot ac talibus expensis frustra suppliciis, mollissima nititur allocutione mulcere; promittit opes, offert honores, suasque insuper amicitias pollicetur, si possit a puero impetrare perfidiam. Sed constantissimus adolescens regem & regis dona despiciens, paradisum cogitatione deambulans, & cælum mente percurrens, supplicia sibi censuit commodiora quam munera, elegitque mori pro Deo, quam vivere cum tyranno. Nec sane poterant eum regia inclinare promissa, quem fraterna tormenta non flexerant. Immo, ut exitus docuit, fidelissimus puer in ea magis parte videbatur torqueri, quod tardius torquebatur. Inter ista mater egregia de cruciatibus filiorum divinitus inspirata gaudebat, certa tot se decorandam coronis, quot funera pertulisset in filiis. Quis hæc audiens non miretur? Ob honorem Dei materno in pectore genuinus tepescit affectus, fide natura superatur, & suo mulier fortior sexu, docet filios amare supplicia. Præmissis igitur tot ad Deum pignoribus, ipsa etiam spreto mundo gloriosissima morte succumbit. Et dignum re vera erat, ut mater martyrum vitam martyrio terminaret.

Post ista, fratres, quod & meus concupiscit animus, vestrasque aures jam diu sitire non ambigo, nostrum ad Eusebium veniamus, quem diei præsentis adsumtio Maccabæorum fecit esse germanum. Illi namque moriendo martyres facti sunt, iste vivendo. An non videtur vitæ suæ temporibus laboriosissimum egisse martyrium, qui bello perpeti, castitate luxuriem, continentia voluptatem, humilitate superbiam, iracundiam moderatione vincebat? Numquid non martyrum indeptus est gloriam, qui spiritali prœlio cotidiana tentamenta suspirans, occultas continuasque diabolicæ impugnationis superabat insidias? Hic illum animus, fratres, hoc propositum, vita hujusmodi patribus dudum nostris pontificem dedit, qui tantis sacerdotium suum virtutibus sublimavit, ut inter multimoda ecclesiæ ornamenta, velut gemma pretiosior lumine clariore fulgeret. Fecit ergo eum, karissimi, morum probitas sacerdotem, & plenitudo fidei confessorem. Nam cum impietas Arriana ecclesias Dei profunda quiete pacatas regali patrocinio accincta vastaret, & ignaros quosque vel trepidos nunc suasione, nunc minis in sua traxisset jura captivos; Eusebii nostri adgressa est adtentare constantiam. Sed vir iste fortissimus, non ignorans pro fide Christi & nomine Apostoli passione provectos martyres per tormenta crevisse, Arrianorum terrore despecto, cæleslis vitæ tranquillissimum portum fæcularium fluctuum tempestate quæsivit; maluitque spiritalis animus corpus suum procellis subjacere mundanis, quam in navigio perfidorum salutaris fidei naufragium susti-


A nere. Et quia cogi non potuit prodere veritatem, coactus est exsulare. Sed ubi ille exsul, ubi esset peregrinus, qui non peregrinabatur a Deo? Libenter & urbem suam reliquit & sedem, cui Christus ubique erat & honor & patria. Ut autem mihi videtur, illi tunc potius in quodam desolationis loco manebant, a quibus separabatur Eusebius. Recenseamus nunc, prout possumus, quæ beatissimus pater noster pro fidei confessione pertulit, ut advertamus, quantus eum labor, quæve merita ad tantam hanc confessionis gloriam provexerunt. Hic igitur, ut relatio paterna nos instruit, hac nostra raptus ex urbe, Scythopolim ducitur, ibique trucidandus traditur Arrianis. Non est incognitum, fra-
B tres, quantam possit exercere nequitiam inimico sæviendi permissa libertas. Clauditur itaque brevi angustoque cubiculo, ut præter septum carceris acrius eum ergastuli illius angustiæ macerarent. Sed has ille angustias patientissime tolerabat, sciens Jonam prophetam ceti ventre conclusum in pristinum vivendi statum atque in officium propheticum restitutum. Fame etiam perurgebatur & siti; sed hic, qui verbo magis vivebat Dei, ad omnem satietatem conscientia sua pascebatur & fide. Cæsus nihilominus perhibetur, sed magnanimiter sustentabat, quia in ipso jam Christo Domino injuriæ hujus præcessisse videbat exemplum. Et quid plura, fratres? nunc fortitudine animi, nunc perfectione
C doctrinæ, & insolentiam persequentium & hæreticorum vicit errorem. Lætemur itaque, totisque viribus exsultemus gratias agentes Domino ac Deo nostro, qui per abundantiam miserationum suarum ad perfectum tunc præsentium, & patrocinium posterorum, tam magnificum sacerdotem, tam mirabilem confessorem urbi huic & dedit & reddidit.

SERMO IX.

De S. Eusebio.

D Quamquam, dilectissimi fratres, beati patris nostri summi sacerdotis, & confessoris Eusebii indignus sim filius & minimus servus, insignibus tamen meritis ac virtutibus vel exiguam dependo pro viribus servitutem. Etsi hæc ille in cælestibus agens, & cœtui adsociatus evangelico non requirit; nos tamen nostri memores ingerimus, quod debemus. Quod quidem illa quam maxime confidentia audeo, quia non dubito eum, quamvis a me humilia & parva dicantur, famuli ac nutriti sui sermonem, non examinantis judicio, sed diligentis affectione pensare. Atque ideo omni cum gaudio obsequium patri, officium sacerdoti, honorem deferimus confessori. Hic itaque cum in hac urbe, dispensante Deo, summi gradum ponti-
E ficii suscepisset, ut universo clero suo spiritalium institutionum speculum se cæleste præberet, omnes illos secum intra unius septum habitaculi congregavit, ut quorum erat unum atque indivisum in religione propositum, fieret vita victusque communis. Quatenus in illa sanctissima societate vivendi invicem sibi essent conversationis suæ & judices & custodes: & dum alter alterius humilitatem præfert, continentiam stupet, suspicit castitatem, patientiam laudat, miserantis animi prædicat bonitatem, jejunia vigiliasque miratur; omnes ab omnibus discerent, quod in se singuli non habebant. Quæ cum ita essent, in universorum tamen pectora bonorum omnium plenitudo magni ejus Eusebii de fonte manabat: atque ita fiebat, ut dum in di-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



vina præcepta exemplis se mutuis excitant, in diversorio illo non tam hominum esset congregatio, quam virtutum. Cum vero Christianam fidem & ecclesiasticam pacem toto orbe Arriana turbaret impietas, & divinitatis rebelles terrore regio, exsiliis diversisque suppliciis in consensum perfidiæ suæ simplices quosque cogeret sacerdotes; Eusebius noster supra petram suum constituens fundamentum, tantus ac talis emicuit, ut eum inter fremitus fluctuum mundanorum nullus error involveret, potestas nulla terreret. Nam, ut relatio paterna nos docuit, ita humili angustoque carcere clausus refertur, ut neque stans neque jacens haberet porrigendi sui corporis libertatem. Premebatur quidem habitatione pœnali, ne inclinum caput erigeret, sed passionis ipsius merito verticem suum attollebat in cælum. Arctabatur nihilominus carceris brevitate, ne lassantia in requiem genua relaxaret; sed veritatis gradiendo semitas per amœna paradisi incorruptæ fidei suæ vestigia dilatabat. Subtrahuntur etiam illi, ut ipsius scripta testantur, cibi potusque ministeria; sed nulla ille carnalis escæ fatigabatur inedia, qui confitendo æternitatem Christi cælesti Verbi pane vivebat. Nec cogi umquam potuit, ut imperio perfidorum necessitate corporea statum fidelis animæ subjugaret. Et quamvis beatus Eusebius in tanto fidei prœlio adversa omnia, Deo cui militabat, juvante, superaret; omnes tamen illas jacendi angustias, atque illam famis inopiam tolerabilius perferebat * qui exercuerant illum; lectulus durior, & sanctioris propositi continuata jejunia. Hic vere cum Apostolo Paullo & [1] dicet, & docet: [a] *Quis nos separabit a caritate Christi? tribulatio, an angustia? an persecutio? an fames?* & reliqua. Et recte non potuit a Christo tribulationibus & angustiis separari, qui non potuit cogi, ut a Patre Filium separaret. Et quamquam de suavitate gestorum ejus nulla sit invicem nobis dicendi audiendique satietas, nec beatissimorum tamen Maccabæorum silentio est prætereunda victoria, quia & ipsos hic idem dies ereptos sæculo magno cum triumpho transmisit ad cælum. Et quamvis chorus ille fortissimus ad Deum suum inter tormenta transierit, non tamen impar est Eusebius, qui confutata perfidia ad eumdem Deum victa post tormenta migravit. Et, ut manifestius advertamus Eusebii nostri inferiorem non fuisse victoriam, illi veteri pro lege certarunt, hic novo pro evangelio dimicavit. Illi pro præceptis quidem Dei subjacuere suppliciis; Eusebius autem pro deitatis ipsius veritate conflixit. Restiterunt illi Antiocho regi, ne inlicitis tunc carnibus vescerentur: obstitit iste diabolo, ne hæretici sermonis fermento panem nobis dominicum macularet. Exsultemus itaque, fratres, Deo nostro agentes gratias, quia sub hac præsentis diei devotione gemina festivitate lætamur; Eusebii quippe suspicientes triumphum, & victricum Maccabæorum tormenta mirantes. An non mirabiles Maccabæi, quos nativitatis suæ passionisque consortio & apud sæculum fratres fuisse, & in cælo videmus esse germanos, qui pinguissimo egregiæ matris ab ubere & substantiam vivendi & vincendi suxere virtutem? In tantam enim perfectionem lacte & sermone adolevere materno, ut inseparabilis esset & in corde eorum sapientia, & in corpore fortitudo. Denique Antiochus lectissimos juvenes fide propria & materna adhortatione constantes, ut a reverentia paternæ legis averteret, non acerrimis terrere suppliciis, non magnis potuit avocare promissis. Tantus enim in membris eorum vigor, tantus in pectore spiritus, tanta erat in responsione doctrina, ut spernendo pœnas, & confutando perfidiam impii regis, & terrorem vincerent & furorem. Venerabilis autem mater confessione parili & consimili morte defuncta, lætior ad pignora sua de hoc sæculo profecta migravit. Nec mirum, si sævitiam regis in semet ipsam magnanimiter pertulit, quæ tam fortiter eum potuit & in filiis sustinere. Vere beata mulier atque omnium prosequenda præconiis, quam pro fide Dei sui & in occasibus filiorum nulla carnis fregit affectio, & a tormentis proprii corporis nec sexus revocare potuit nec senecta. Hæc ergo sunt, karissimi, diei hujus gaudia votiva fidelium. Hæc semper beato Eusebio & gloriosissimis Maccabæis exhibeamus obsequia, quos in æternum regnum tempus quidem diversum, sed fides eadem & dies una provexit.

SERMO X.

De Maccabæis.

QUid primum, karissimi, de Maccabæis fratribus, quorum hodie natalis est, adgrediar prædicare? Quo me in laudes eorum sermone circumferam, quorum mihi insignia merita nec explicare possibile est, nec sequi probabile? Ut enim una resplenduit in omnibus fides, ita multiplex claruit in singulis fortitudo. Vere venerabiles atque ore omnium celebrandi fratres, apud quos & in verbis confessio, & triumphus est in virtute. Hi igitur, dum inlicitis vesci & communicare prohibitis metu regio & tormentorum acerbitate coguntur, una sibi omnes moriendi voluntate succedunt, quia omnibus erat post obitum spes una vivendi. Quam specioso autem judicio laudabilique constantia porcinas carnes, quæ cælesti tunc interdictu habebantur immundæ, contingere perhorrescunt, quorum devotio ad immaculati se Agni præparabat adventum! Rapiuntur ergo fortissimi juvenes, ad iniqua & vetita variis membrorum cruciatibus impelluntur. Persistunt tamen viriliter, nec furori tyrannico cedunt, ut omnipotentis Dei dispensatione mirabili, quos carnis generatio temporales mortalesque ediderat fratres, æternos faceret pœna germanos. Quis re vera non tota admiratione suspiciat, quod pro auctoritate divinæ legis pueri sapientiam præferunt, adolescentes tormenta non metuunt, juvenes & munera regia & vitæ ipsius blandimenta contemnunt? Incipit ergo artifex persecutor a primore natu, ut in præcepta sua seniorum supplicio subsequentium animos inclinaret. Sed quod impius argumentatur, ad metam fratribus proficit & exemplum. Intelligit unusquisque eorum, posse ea & debere se vincere, quæ vigore germanæ mentis & fraterna fuerant religione calcata. Sed quid potissimum de venerabili eorum matre sermonis nostri mediocritas prosequetur, cui de tam numerosis orbitatum luctibus gaudia votiva nascuntur, quæ tot funerum exsultavit tormentis, quot pignoribus lætabatur? Egit beata femina geminam quodammodo matrem; nam quos lege corporea præsenti fuderat vitæ, fortitudine spiritus perpetuis sæculis parturivit. Quis non mortalium miretur, fratres, cujus non contremiscat affectus, totis matrem trepidasse visceribus, ne quis filiorum suorum in tam magnifico conflictu aut timeret aut non mereretur occidi? Atque inter illa peremtorum funera parvulorum materno in pectore

a Rom. VIII. 35.

1. An *dicit*?

non solum nullus tristitiæ gemitus fuit, sed ultra femineæ pietatis affectum exsultavit de eorum victoria mater mirabilis, quos se sciebat, non minus fide nutrisse, quam lacte. Transit ergo nativitatis ordo in ordinem passionis, ut justissima martyrii regula, tramite quo eos mundus acceperat, transmitterentur ad cælum. O novum pietatis affectum! torquentur filii, & mater exsultat; atque ita se in conspectu Domini veram matrem credidit adprobandam, si inter tam funesta supplicia numerosæ sobolis suæ, inflexo pectore & siccis oculis adstitisset. Immo sibi ipsa congaudet, quod alacritatem mentis suæ suis in pignoribus recognoscit, & quod ei tali morte præmittere contigit filios, ut nihil sibi de eis vindicaret infernus. Sed posthæc omnia stupenda mulier eadem qua filii, confessione defuncta, secura subsequitur, quos tam devota præmisit. Justissimumque in conspectu Domini fuit, ut tot martyrum mater de hoc mundo non sine martyrii consecratione transiret. Nec requirendum, fratres, qua potissimum pœna gloriosissimum clauserit diem, cum omnia quæ audivimus, supplicia filiorum materna torserint viscera, & sola acrius senserit, quidquid singuli pertulerunt.

SERMO XI.

De Maccabæis.

UNum esse spiritum novi ac veteris Testamenti, etiam Maccabæorum magnanimitas fidesque declarat; qui de æternitatis gloria Deo promittente securi, cruenti regis sævitiam pia morte vicerunt. Nam Dominum nostrum Jesum Christum, quem testimonio evangelii omnis pæne de cælo credit venisse gentilitas, nasciturum in terris esse de Virgine universa dudum per legem atque prophetas Judæa discebat. Et inde est, karissimi, quod Maccabæi fratres pro reverentia legis paternæ ante se passionibus subdiderunt, quam legis Dominus pateretur. Inde, quod prius despexerunt mortem, quam per Christum vinceretur infernus; inde, quod antea pro honore Redemtoris proprium dederunt sanguinem, quam suum pro eis cruorem Redemtor effunderet. Quis autem dubitet tam innumera mundi præsentis mala nec adire eos nec tolerare potuisse, nisi fide plenissima de bonis futuri sæculi credidissent? Nemo, fratres, nemo tyrannum spernit, nisi qui spe legitimi imperatoris erigitur; nemo mortem præfert vitæ, nisi qui vitam credit esse post mortem; nemo tormenta volens perpetitur, nisi qui sperat præmia post tormenta. Igitur cum Antiochus in servos Dei effrenata sæviret insania, septem germanorum religiosissimum chorum ad suum jubet tribunal cum matre perduci, ut aut illa tam numerosæ prolis cruciata suppliciis vinceretur, aut si quem forte ex pueris proprius non terruisset interitus, mors fraterna turbaret. Sed erravit insanus, virtutem religionis ignorans, in qua est illa vel maxima pietas, Deum fratribus, Deum filiis, Deum prætulisse parentibus. Præcipit ergo eos contra decreta cælestia manducare carnes porcinas. Recusantibus adhibet genera diversa pœnarum. Sed nesciunt corda fidelium voluntatibus * perfidorum. Agitur itaque cum eis ferro, flammis variisque suppliciis. Huic caput cute nudatur; huic lingua præciditur; frigitur ille manibus pedibusque truncatus. Sed inter tam funesta torquentium manus nec filios instantis matris inclinat affectio, nec matrem morientum frangit turba natorum. Atque ita in germanis pueris & muliere senissima eadem prole ge Dei fuere vota moriendi, ut & ipsa videatur filios spiritu magis genuisse, quam carne; & illi æstimentur non tam lactis substantiam de matre suxisse, quam fidei. Quis non perfidorum fideliumque miretur, quod senissima mulier tot dulcium pignorum non congemiscit interitum? quis non obstupescat, quod de tam crudelibus filiorum suppliciis furenti regi læta mater insultat, illiusque potius persecutor magnanimitate torquetur, quam meditatione impia cogitabat, aut prævaricatione polluere aut orbitate damnare? Nam quod supra omne miraculum est, juniori filio mater quem a rege susceperat inclinandum, sic ait: [a] *Peto fili, ut condignus fratribus tuis effectus suscipias mortem, ut in illa misericordia Dei cum fratribus tuis te recipiam*. Vere gloriosissimæ mulieris incomparabilis fides! Adstat in conspectu regis secura de mortuis, trepida de vivente. Sciebat enim hunc se solum filium perdituram, si solus timuisset occidi. Sed non degener juvenis qui fratrum agones patienter aspexerat, matrem libenter audivit, & torquentem regem non solum non metuit, sed digna ferum increpatione castigat. Et bene, karissimi, mirabilis femina, certa de filiorum triumpho, certa de retributione cælesti, insultabat regi, exsultabat in Domino, quæ se tunc magis credebat beatius parturire, cum videret filios suos gloriosa ad Deum morte præcedere. Et supplicia quidem multiplicabat Antiochus; sed fidelis anus pro illa temporalium pœnarum multitudine triumphantium parvulorum præmia numerabat æterna, post quorum occasum inter dulcissima corpora......

Deest pagina. Sequitur Sermonis fragmentum, editum inter opera S. Ambrosii.

...... quæ & Dominum suscitavit. Nam sicut viam passionis ejus experti sunt, ita experiuntur & vitæ. Scriptum est enim in Psalmo: [b] *Notas mihi fecisti vias vitæ*. Hoc utique in resurrectione ex persona dicitur Salvatoris, quod dum post mortem ab inferis redit, ad superos incipit notam habere viam vitæ, quæ ante habebatur ignota. Ignota enim erat ante Christum via vitæ, quod nullius adhuc resurgentis fuerat temerata vestigio. At ubi Dominus resurrexit, nota facta solo attrita est plurimorum, de quibus sanctus Evangelista ait: [c] *Multorum corpora sanctorum resurrexerunt cum eo, & introierunt in sanctam civitatem*. Unde cum Dominus in resurrectione sua dixerit: *Notas mihi fecisti vias vitæ*, possumus & nos jam dicere Domino: Notas fecisti nobis vias vitæ. Ipse enim nobis notas fecit vias vitæ, qui nobis semitam manifestavit ad vitam; notas enim mihi fecit vias vitæ, cum me docuit fidem, misericordiam, justitiam, castitatem; his enim pervenitur itineribus ad salutem. Et licet nos sui resolutione corporis mortis umbra circumdet; tamen gressus suos vita non deserit, sed inter ipsas medias inferni leges incunctanter Christi virtutibus ambulamus. Unde ait propheta: [d] *Nam & si ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es*. Quod manifestius Dominus ait de fideli dicens: [e] *Qui autem credit in me, non morietur; & licet moriatur, vivet*. Ergo, fratres, cum sanctis martyribus paschæ Domini gloriam conferamus. Conferamus, inquam; & licet melius noverint omnia, tamen nos illis

a II. Macc. VII. 28. 29. b Psalm. XV. 11. c Matth. XXVII. 52. 53. d Psalm. CXII. 4. e Joan. XI. 25. 26.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.



prædicemus, quemadmodum de sepulcri gremio re- A surrexit ad superos. Illi nobis revelent, quo pacto de inferi profundo remeaverit ad sepulcrum. Notum, inquam, nobis faciant, quemadmodum in examine etiam corpus & frigidum se se calor insinuaverit, spiritus ingesserit, sanguis infuderit & gelatas humore venas pristini vigoris pulsus agitaverit. Notum, inquam, nobis faciant, quemadmodum organum corporis dissipatum in priorem statum nervorum rursus cooptaverit resoluta compago, & harmoniam viscerum jam silentem in veterem conceptum spiritus vivificans animaverit sacerdotes. Ergo prædicent, quæ Salvator post resurrectionem mirabilia gessit ad superos. Martyres revelent, quanta in ipsa morte refrigeria operatus sit B in defunctis.

SERMO

De Natale sanctorum Octavii, Adventi & Solutoris, qui Taurinis passi sunt.

CUM omnium sanctorum martyrum festivitatem, fratres, devotissime celebrare debeamus &c.
Editus est inter opera S. Maximi.

SERMO

De Barbaris non timendis.

SÆpe dixisse me memini, quod hos tumultus bellicos timere minime debeamus &c.
Est editus a Mabillonio sub nomine S. Maximi in Mus. Ital. ex hoc codice.

SERMO II.

Item sequentia.

MIrum forsitan videatur, quod ante dies sancti Helisæi gratiam describentes diximus &c.
Editus ibidem a Mabillonio sub nomine S. Maximi ex hoc codice.

SERMO

De tumultibus bellicis. XXII.

MOvet fortasse vos, fratres, quod tumultus bellorum, & incursiones prœliorum &c.
Editus est inter opera S. Ambrosii.

In hoc codice ad ea usque verba procedit Sermo: Et plenam tuitionem urbium portas principum. *Tum deficiente pagina subsequitur fragmentum.*

. . . . . . recte autem Moysen & prophetas mi- E cas possumus nominare, quoniam integer panis ipse Salvator est juxta quod idem de se dicit: [a] *Ego sum panis, qui de cælo descendi.* Cujus panis refectionem Cananæa illa mulier cum rogaret, dicit illi Dominus: [b] *Non est bonum tollere panem filiorum, & dare canibus,* hoc est gentibus. Quod intelligens illa mysterium respondit dicens: [c] *Domine, nam & canes de micis dominorum suorum edunt.* Cujus fidem Salvator mirans, statim filium ejus perfectæ sanitatis medicina donavit. Ita mulier magna dum fide micas quærit, panem salutis invenit; & dum catulorum fragmenta desiderat, filiorum epulis saginatur. O beata Domini vulnera, quæ perpetuum a nobis excludunt dolorem! O uberes micæ, quæ repellitis jejunium sempiternum! Quisquis enim ulcera Salvatoris ore suo foverit, ipse ulterius non dolebit; quicumque panis ejus micas sumserit, famem non sentiet sempiternam.

SERMO XXIX.

De Kal. Gentilium.

BEne quodammodo Deo providente dispositum est, ut inter medias gentilium festivitates &c.
Editus est ex hoc codice a Mabillonio sub nomine S. Maximi in Museo Italico.

SERMO XXX.

De defectione Lunæ.

ET ipsi videtis, fratres, quod mea non cessat humilitas &c.
Editus est inter opera S. Maximi.

SERMO XXXI.

Sequentia de eadem re.


C ANte dies persecuti sumus, fratres, adversus illos &c.
Editus est a Mabillonio sub S. Maximi nomine in Mus. Italico ex hoc codice.

SERMO XXXII.

De Idolis auferendis de propriis possessionibus.

ANte dies commonueram caritatem vestram, fratres, ut tamquam religiosi & sancti idolorum omnem pollutionem de vestris possessionibus auferretis, & erueretis ex agris universum gentilium errorem. Fas enim non est, ut qui Christum habetis in cordibus, Antichristum in habitaculis D habeatis; cum vos Deum adoretis in ecclesia, vestri diabolum venerentur in fanis. Nec se aliquis excusatum putet dicens: Non jussi fieri, non mandavi. Quisquis enim intelligit, in re sua exerceri sacrilegia, nec fieri prohibet, quodammodo ipse præcipit; tacendo enim, & non arguendo consensum præbuit immolanti. Dicit autem beatus Apostolus, criminosos esse [d] *non solum qui faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.* Tu igitur, frater, cum tuum sacrificare rusticum cernis, nec prohibes immolare: peccas, si non data copia, attamen permissa licentia: si non jussio tua in crimine, attamen voluntas in culpa est. Dum enim taces, placet tibi quod fecit rusticus tuus; quod si non faceret, forsitan displiceret. Non autem sibi tantum peccat subditus, cum sacrificat, sed & domnedio, qui non prohibet; qui si prohiberet, utique non peccaret. Grande igitur malum est idololatria: polluit exercentes, polluit habitantes, polluit intuentes, penetrat ad ministros, penetrat ad conscios, penetrat ad tacentes. Immolante enim rustico inquinatur domnedius. Non potest non esse pollutus ubi cibum capit, quem sacrilegus cultor exercuit, terra cruenta edidit, tetrum horreum conservavit: omnia enim ibi inquinata, omnia sunt nefanda, ubi diabolus habitat in ædibus, in agris, in rusticis. Nihil ibi liberum est ab scelere, ubi totum versatur in scelere. Cum cellam ingressus fueris,

a Joan. VI. 51. *b* Matth. XV. 26. *c* Ibid. ℣. 27. *d* Rom. I. 30.



reperies in ea pallentes cæspites, mortuosque carbones: dignum sacrificium dæmonis, cum mortuo numini rebus mortuis supplicatur. Et si ad agrum processeris, cernis aras ligneas & simulacra lapidea: congruens mysterium, ubi diis insensibilibus aris putrescentibus ministratur. Cum maturius vigilaveris, & videris saucium vino rusticum, scire debes, quoniam sicut dicunt, aut dianaticus aut aruspex est; insanum enim numen amentem solet habere pontificem; talis enim sacerdos parat se vino ad plagas deæ suæ, ut dum est ebrius, pœnam suam miser ipse non sentiat. Hoc autem non solum de intemperantia, sed & de arte faciunt, ut minus vulnera sua doleant, dum vini ebrietate jactantur. Vanus plane vatis est, qui putat crudelitate adstruere pietatem. Quam misericors in alienos deos ille, qui in suos est pontifices tam cruentus! Nam ut paullisper describamus habitum vatis hujusce, est ei adulterinis criniculis hirsutum caput, nuda habens pectora, pallio crura semicincta, & more gladiatorum paratus ad pugnam ferrum gestat in manibus; nisi quod gladiatore pejor est, quia ille adversus alterum dimicare cogitur, iste contra se pugnare compellitur. Ille aliena petit viscera, iste propria membra dilaniat; & si dici potest, ad crudelitatem illum lanista, istum numen hortatur. Hoc igitur indutus habitu, hac cruentus cæde, judicate utrum gladiator sit, an sacerdos. Ergo sicut gladiatorum publicum facinus religiosa principum devotione sublatum est, ita & amentes gladiatores isti Christianitatis observatione de propriis domiciliis auferantur.

SERMO XXXIII.

De eadem re.

NON parum tractatu dominicæ superioris profecisse vos credimus, siquidem prædicatio nostra ab omni idolorum inquinamento corda vestra purgavimus. Nostra enim corda mundantur, cum diaboli sordibus polluta nostra conscientia non tenetur. Pollutam autem is conscientiam non habet, qui exerceri sacrilegia in sua possessione non patitur. Ceterum qui scit in agro suo idolis immolari, nec prohibet; quamvis ipse longe in civitate consistat, pollutio tamen illum nefanda continget. Et licet aris adsistat rusticus, ad domnedium contaminatio exsecranda regreditur. Particeps enim ejus efficitur, si non conscientia, certe notitia. Profecisse ergo nos credimus, cum sacrilegii cultum in vestris possessionibus inhibent; dicimus enim, ut Christiani hominis, hoc est mundi viri, sit munda possessio. Ait autem Salomon: [a] *Possessio pretiosa vir mundus*. Si ergo vir purus possessioni pretiosissimæ comparatur, quanto ipsa possessio majoris est pretii, si sit sinceris & pura, nec aliqua diaboli contagione vilescat? Cur autem vir mundus possessio munda dicatur, scire debemus; scilicet quia pretiosum illum facit non fragilitas corporis, sed sinceritas honestatis, & quia eum pro ipsa puritate mentis Dominus possidere dignatur, sicut ait propheta ex persona sanctorum &c.

Heic desunt aliquot paginæ. sequitur fragmentum.

. . . . . suscipit, sed alios exeutit in profundum, alios sublimat ad cælum, aliis lapsum tribuit ad ruinam, aliis resurrectionem operatur ad gloriam, sicut scriptum est in evangelio dicente ad Mariam sancto Symeone: [b] *Ecce positus est hic in ruinam & resurrectionem multorum*. Ruit enim a Christo, qui mandata ejus præteriens, lapsum, dum evagatur, incurrit; resurgit in Domino, qui præcepta ejus metuens, a peccatis se erigit ad virtutem. Sic igitur iste hæreticus ruinam in ipso itinere patitur, dum viam veræ religionis ignorat; catholicus incedit sine offendiculo, quia recto fidei tramite graditur ad salutem.

SERMO XXXVIII.

De speculatore posito filiis Israel.

INterdum, fratres, cum prædicamus, plerisque sermo noster videtur asperior; & ea quæ secundum regulam prosequimur, ita a nonnullis accipiuntur, quasi nostræ severitatis austeritate promantur. Dicunt enim: quam dure, & amare prædicavit episcopus, ignorantes quod sacerdotibus dicendi necessitas major est, quam voluntas. Necessitas, inquam, major est dicendi; non quod verum prosequendi desit voluntas, sed quia tacendi silentium statuti pœna depellitur. Necessitatem patimur, dum timemus; ac per hoc cogimur plus posse, quam velle; & metuenda aliis ingerimus, dum ipsi saluti propriæ formidamus. Hæc autem est conditio prædicantis, ut non alterius peccata taceat, si sua vult declinare peccata, & emendet objurgando fratrem, ut in se possit non perdere sacerdotem. Ceterum si voluerit dissimulare, silere, celare, & illum tacendo non corrigit, & se non prædicando contemnit. Melius est igitur increpando emendare peccantem, quam silendo peccantis delicta suscipere. In hoc enim positi sumus, ut si delinquentibus non eorum scelera dixerimus, scelerum ipsorum etiam nos reatus involvat. Nam sic utique dicit Dominus per prophetam: [c] *Et tu fili hominis speculatorem te dedi domui Israel, & audies ex ore meo verbum. Cum dicam peccatori: morte morieris; & non loqueris, ut caveat impius de via sua: ipse iniquus in iniquitate sua morietur, sanguinem autem ejus de manu tua exquiram*, & reliqua. Evidens plane & manifesta sententia, quæ speculatorem, cur tacuerit, sanguine polluit criminosi; nec contenta est, quod iniquum sua damnat iniquitas, nisi & illum reum statuat qui eamdem iniquitatem noluit increpare. Videte ergo, quantum malum sit delinquentis; delinquens ipse peccat, & sacerdos arguitur. Ipse se delictis suis jugulat; & de manu episcopi sanguis exquiritur. Loquendum est igitur & clamandum, ne silentium nostrum in die judicii idem peccator [1] excuset; & qui nunc dissimulat esse particeps sanctitatis, tunc socium criminetur erroris: *Et tu*, inquit, *fili hominis speculatorem dedi domui Israel*. Quid est speculator? Speculator utique dicitur, qui velut in quadam sublimi arce consistens, adjacenti populo prospicit, ne quis in eum subito hostis obrepat; sed illo solicite curam agente plebs pacis dulcedine potiatur; qui si aliquid adversi repente conspexerit, mox indicet, constanter adnuntiet, ut & civis ad cavendum periculum sit paratus, & hostis fugiat deprehensus. Ceterum si ingruente adversario speculator dissimulaverit, tacuerit, neglexerit; tunc fit ut inopinatus præoccupetur populus, & inimicus superveniens debacchetur: atque ideo omnis culpa ei adscribitur, qui loqui noluit ut salvaret plurimos, sed tacere maluit ut periret ipse cum pluribus. Hos ergo speculatores a Domino consti-

a Prov. XII. 27. sec. LXX. b Luc. II. 34. c Ezech. III. 17. 18.

1. *Excuset* Forte, *accuset*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

tutos quos esse dicimus, nisi beatissimos sacerdotes, A qui velut in sublimi quadam arce sapientiæ collocati ad tuitionem populorum supervenientia mala eminus intuentur, & adhuc longe positi contemplantur futura supplicia, non oculi carnalis intuitu, sed prudentiæ spiritalis aspectu? Et ideo tacere non possunt, sed clamare coguntur, ne per silentium gregem Christi diabolus hostis invadat. Ecce enim prævidemus diem advenire judicii, & peccatorum pœnas jam ipsa cogitatione sentimus. Atque ideo adnuntiamus unicuique, ut avertat se a via impietatis suæ, scilicet temulento ut sobrietatem sectetur, quoniam ebrietati comes est inimica luxuria; avaro ut pecunias suas eroget, ne custodiendo eas, non ad utendum, sed ad colendum B videatur habere divitias; quisquis enim quod diligit, hoc colit, tuetur, & quodammodo veneratur. [1] Unde ergo, avare, ne vascula mensæ tuæ tibi cedant pro idolio, dum his non uteris ut dominus, sed ea recondita custodis ut servus?

SERMO XXXIX.

De eadem re.

CUM semper, fratres, non cessaverim vos paterna pietate corripere; miror nihil vos tot meis commonitionibus profecisse, & doleo quod frequens prædicatio mea non vos profectu aliquo C salutis corrigat, sed quadam contestationis pœna constringat. Prædicatio enim sacerdotis in plebe salvandis est correctio, contestatio judicandis. Contestamur enim illis ante judicii diem, quid illos maneat in ipso judicio, ut tunc omni excusatione summota, & rei sint de peccatis, & obnoxii de contemtu. Unde & ego interdum parcens vobis tacere velim; sed malo vos contumaciæ caussas reddere, quam me negligentiæ sustinere judicium. Comperi enim, fratres, quod per abstinentiam meam ita rari quique ad ecclesiam veniatis, ita pauci admodum procedatis, quasi me proficiscente mecum pariter veniretis, & quasi cum a necessitatibus ego pertrahor, vos mecum traxerit ipsa ne- D cessitas. Pariter ergo a domo Dei absentes sumus; sed hoc interest quod me absentem necessitas efficit, vos voluntas. Nescitis quia etsi ego ab ecclesia desum, Christus tamen ab ecclesia sua, qui est ubique, non deest? Venis frater ad ecclesiam, non invenis ibi episcopum; sed, si fideliter venis, invenis ibi episcoporum episcopum Salvatorem. Nam Christianus, qui tunc tantum procedit ad ecclesiam, quando episcopus præsens est, non tam Dei caussa videtur processisse, quam hominis, nec implesse Christianæ mentis officium, sed amici deferentis obsequium. Quid autem ego vos arguo, cum possitis me uno sermone convincere? Convincor enim, cum in hac parte clericos vobis magis E video negleges. Quomodo enim possum corrigere filios, cum fratres emendare non possim? aut qua fiducia succenseam laicis, cum a consortibus pudoris verecundia conticescam? Ego autem, fratres, non de omnibus loquor. Sunt certi, quique devoti sunt; & alii negligentes. Ego neminem nomino; conscientia sua unumquemque conveniat.

SERMO XL.

De eadem re.

AMarior fortasse fuerit, fratres, prædicatio mea superiore dominica, quod plerosque de vestris acrius magisteriis, & veritate convenerim, & sim prosecutus, quæ aliquantis blandimenta non deferant, sed tristitiam inrogarent. Verum nihil mea interest; ego enim gaudeo, sciens discipuli tristitiam magistri esse lætitiam. Tunc enim auditor proficit, quando austeriora adnuntiat prædicator; tunc ei salus gignitur, quando tristitia emendationis ingeritur. Dicit enim beatus Apostolus: [a] *Nam quæ secundum Deum est tristitia, salutem stabilem operatur.* Recte ergo lætor, quia salutem operor, cum objurgo. Licet mæreat filius mei asperitate sermonis, me tamen delectat, cum proficere illum intelligo per mærorem. Ait Salomon sanctus: [b] *Quis est autem filius, quem non verberat pater?* non enim semper pater osculatur filium, sed & aliquando castigat. Ergo quando castigatur qui diligitur, tunc circa eum pietas exercetur; habet enim & amor plagas suas, quæ dulciores sunt, cum amarius inferuntur. Dulcior enim est religiosa castigatio, quam blanda remissio; unde ait propheta: [c] *Dulciora sunt vulnera amici, quam voluntaria oscula inimici.* Igitur, fratres, quia post tot increpationis meæ utilia verbera credo vos benignitate sensuum profecisse, de sacris litteris aliqua conferamus: sicut enim fons qui non solito humore destillat, exagitatur surculis, & ita largior invenitur; ac primum ex eo turbida aqua producitur, ut unda purior subsequatur: sic & sanctitas vestra exasperata quidem fuerat austeritate sermonis, sed devotior facta est dulcedine pietatis. Turbulentum enim quiddam vestri animi forsitan retinebant, sed jam ex vestris moribus profluit omne quod purum est. Videamus ergo quid sit quod ait ad discipulos suos Dominus: [d] *Vos autem quem me dicitis?* Non igitur tamquam ignarus interrogat Dominus, quid de eo populi discipulique sentirent; sed tamquam sciens universorum mentes, fidem manifestare voluit singulorum, ut quod corde credebant, ore narrarent. Alii enim Heliam esse credebant Dominum, alii Hieremiam, alii Joannem Baptistam. Petrus solus Christum Dei filium confitetur. Gradus quidam sunt fidei; & qui devotius credit, religiosius confitetur. Pro hac devotione dicitur Petro: [e] *Beatus es tu Simon Bar Jona, quoniam caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui est in cælis. Et ego dico tibi: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam.* Cum vocaretur ergo *Simon*, pro hac devotione nuncupatus est *Petrus*. Legimus dicente Apostolo de ipso Domino: [f] *Bibebant de spiritali petra; petra autem erat Christus.* Recte igitur quia petra Christus, Simon nuncupatus est Petrus; ut qui cum Domino fidei societatem habebat, cum Domino haberet & nominis dominici unitatem; ut sicut a Christo Christianus dicitur, ita & a petra Christo Petrus Apostolus vocaretur. Sed nec populorum opinionem possumus reprobare, qui unum de prophetis Dominum æstimabant. Nam ideo nonnulli velut Heliam Salvatorem forsitan putaverunt, quia ad cælos Helias, sicut Salvator, ascenderit. Sed non sicut Helias Christus est; ille enim ad cælos rapitur, iste regreditur. Ille tamquam infirmus ignea quadriga subvehitur; hic tamquam Deus

a II. Cor. VII. 10. b Prov. III. 12. c Prov. XXVII. 6. d Matth. XVI. 15. e Ibid. ꝟꝟ. 17. 18. f I. Cor. X. 4.

1. *Unde — ut servus?*] Mallem equidem, *Vide — ut servus.*

propria virtute portatur. Ille sicut homo ducitur, hic sicut Salvator ascendit. Ille ducente sequitur Angelo; comitantes sibi Angelos iste præcedit. Denique iidem Angeli remeantes in terram a Domino Salvatore dixerunt ad Apostolos: [a] *Viri Galilæi, quid statis aspicientes in cælum? Hic est Jesus, qui receptus est a vobis. Sic veniet, quemadmodum vidistis euntem eum in cælo.*

SERMO XLI.

De unitate Caritatis.

Legimus in libro, qui Apostolorum Actibus adscribitur &c.

Editus est inter opera S. Maximi.

SERMO XLII.

De eadem re.

Retinet sanctitas vestra, fratres, ante dies cum plebis ejus quæ sub beatissimis Apostolis &c.

Est editus inter opera S. Maximi.

Tum desunt paginæ, & sequitur fragmentum.

. . . . git, & commendat. Nam pro illa C tantum aqua daturum se pretium sponder, quam servulis ejus, qui utique in hoc sæculo minimi reputantur, manus religiosa porrexerit. Et ipsa fit aqua acceptabilior Deo, quæ credentibus Christo pro nominis ejus fuerit honore delata. Ait itaque: [b] *Quicumque potum dederit calicem aquæ frigidæ tantum in nomine meo.* Multos videmus, fratres, non tam gratiæ cælestis intuitu, quam usu & necessitate conversationis humanæ suis aut familiaribus aut patronis plurimas opes & magnifica dona conferre; quæ cum hoc mundo lapsura manifestum est, quia non Deo in æternum manenti, sed discessuris hinc continuo mortalibus tribuuntur. Quæcumque enim pro sæculi ambitionibus impenduntur, D cum sæculo necesse est dilabantur. At vero Dominus noster pauperum suorum atque humilium consolator, non invidiosa auri metalla elargienti, non fulgentium gemmarum inlecebrosa monilia, non sericas pretiosasque vestes expetit, sed retributionem etiam pro aqua frigida pollicetur. Aquam frigidam poscit, ut in opus religiosæ misericordiæ omnis possit abundare paupertas. *Quicumque*, inquit, *potum dederit calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* Hæc sententia, karissimi, in obsequium cælestium mandatorum & inopes invitat, & incitat locupletes. Nam cui pauperi potest aqua deesse, quam exhibeat sitienti? aut quis fidelium dumtaxat divitum non ambiat potiora largiri, cum E videat apud munificentissimum Deum magnis præmiis & parva dotari? In hac quippe communione non quæritur muneris pretium, sed devotio porrigentis, sicut [c] egena illa ac religiosissima femina quæ in gazophylacium duo æra missuta mittebat, dominica sententia cunctis est prælata divitibus. Et recte, fratres, quia sapientissimus judex non tam operarii quærebat affluentiam, quam operantis affectum; nec intendebat, quantum dives in dona Dei de plenissimis suis proferret ædibus, sed quantus apud mulierem victus quæ nihil sibi reliquerat, resideret. Divites enim illi sic magna Deo offerebant munera, ne divites esse desinerent; pauper vero mulier tanta fidei magnanimitate Deum A sibi prætulit, ut despiciens egestatem suam, totum quod habebat, offerret. Plus ergo ab omnibus misit, quia minus sibi ab omnibus reservavit. *Qui dederit*, inquit, *calicem aquæ frigidæ, non perdet mercedem suam.* Quæ igitur sub tanta piissimi Judicis liberalitate sine præmio potest esse paupertas, apud quem & aqua facit oblata mercedem? Abundans quidem est aqua, & ipsa sui inundatione vilissima; at cum obtentu religionis offertur, facit eam Christi confessio pretiosam. Hinc jam, dilectissimi, vestrum est perpendere, quæ quantaque cælestium divitiarum referenda sint præmia, cibum aut vestimentum vel pecuniam largienti, cum otiosum non erit aquæ calicem propinasse. Cavendum B sane divitibus, ne hæc eos benignitas Christi ad largiendum faciat pigriores; quia illis specialiter oblatio aquæ præmium gignit, quibus nihil est aliud, quod possint offerre pauperibus. Nam quæ hæc religio, quantave devotio est, multa redundare substantia, & exiguo minimoque de opere cælum velle mercari? Post ista, karissimi, vi sensum nostrum ad spiritalem intelligentiam derivemus; & aliam reperiemus aquam, quæ delectabili multum gratia corda valeat refrigerare justorum. Quicumque igitur sermonem sanctorum virorum prædicantium Deum credula aure susceperint, omnia interiora eorum quæ utique vitam sitiunt audientium, fidei suæ simplicitate rorabunt: sicut [d] ipse Dominus Jesus cum fatigatus super puteum, & sitiens resedisset, qui re vera salutem mortalium sitiebat, Samaritanæ mulieris & prodeuntium de civitate turbarum uberrima est credulitate potatus. Nam quamvis ariditatem cordis eorum salutifero Dominus sermone rigaverit, est tamen spiritalis verbi natura hujusmodi, ut si subsequatur effectus, alterno quodam munere, & audientem refrigeret & loquentem. Et ita fit, ut cum veritatis adsertor evangelicum seminat germen, si suscipiens illud fidei superinfundat humorem, cælestium frugum seges copiosissima nutriatur. Unde, fratres, uterque saluti nostræ proficit, ut & misericordiam promtissime faciamus, & sancta docentibus obedientiam commodemus, quatenus plenam perfectamque speremus Domino retribuente mercedem.

SERMO LXIX.

De eo quod scriptum est:

Venite ad me omnes, qui laboratis, & onerati estis,

& rel.

Cum omnipotentis Dei Unigenitus, quis quantusve esset, manifestare hominibus vellet, & bonitatis suæ fontem proposuisset aperire mortalibus, sic ait: [e] *Omnia mihi tradita sunt a Patre meo. Et nemo novit Filium nisi Pater, neque Patrem quis novit nisi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Hæc, karissimi, alterna Patris Filiique cognitio, unam sine dubio atque indivisam ostendit eis esse substantiam. Solicitius nunc intendite, fratres, quæ quantaque sit apud Dominum ac Redemtorem nostrum divinæ virtus naturæ, cælestisque doctrinæ sapientia, & clementissimi ejus pectoris incomprehensa benignitas. Postquam enim a Deo Patre suo, sicut evangelicus sermo testatur, tradita sibi universa professus est, neque &c.

a Act. I. 11. b Matth. X. 42. c Matth. XII. 40. d Joan. IV. 6. seqq. e Matth. XI. 27.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.

deeſt pagina. ſequitur fragmentum.

. . . . . de doloſis ſimplices, de iracundis placidos, humiles de ſuperbis. Reficit ergo, immo refacit nos Chriſtus, cum aut ſeverioribus monitis committenda prævenit ſcelera, aut indulgentiæ ſuæ munere perpetrata remittit. [a] *Tollite*, ait, *jugum meum ſuper vos, & diſcite a me, quia mitis ſum & humilis corde.* Vere mitis eſt Chriſtus, qui ob hoc deſcendit de cælo, ut per obprobria injuriaſque ſuas peccantibus ſemper mortalibus indulgentiam largiretur. Et vere eſt humilis, qui ut mori pro mortuis poſſet, carnalem ſibi dignatus eſt conſociare naturam. *Mitis ſum*, inquit, *& humilis corde.* Corde ſe eſſe humilem Dominus profitetur, quia illa vere humilitas ſancta eſt, quæ de religioſæ mentis proficiſcitur puritate, non quæ de vitioſo pectore conſcientia trepidante deſcendit. *Diſcite*, ait, *a me, quia mitis ſum & humilis corde.* Quam bene docet talis magiſter, qui diſcipulis ſuis in ſemet ipſo imitanda doctrinæ ſanctæ proponit exempla. Vos autem, kariſſimi, non ad humanam fragilitatem, ſed ad illum ſemper intendite, qui quæ faciebat loquebatur, & quæ locutus eſt fecit. [b] *Tollite*, ait, *jugum meum ſuper vos, quia jugum meum ſuave eſt & onus meum leve.* Jugum Chriſti, fratres, omnia diabolici jugi conligamenta diſſolvit. Jugum Chriſti non inurit colla, ſed ornat. Jugum Chriſti non deprimit capita noſtra, ſed continet. Jugum Chriſti ſulcante vomere fidei, vitiorum omnium gramina ſenteſque ſuccidit. Jugum Chriſti concordibus caritatis vinculis in æternam ſocietatem Deum hominemque conjungit. Quid etiam de onere dominico proſequar, quod quidem hujuſmodi eſt, ut cervicibus noſtris peccatorum omnium pondus avertat? Onus enim Chriſti pudicitia eſt, onus Chriſti humilitas eſt, onus Chriſti patientia eſt, onus Chriſti contemtus eſt mundi, & pro confeſſione nominis ejus beati tormenta martyrii. Hæc nobis, fratres, ſaluberrima vitæ onera Salvator imponit, ne mortiferis mundi hujus ponderibus obruamur. Atque ideo devotioribus ſtudiis capita noſtra jugo evangelico ſummittamus, ſubjiciamus & humeros noſtros delectabilibus ſanctæ converſationis oneribus; quatenus omnipotens nos Deus noſter a duriſſimo diabolicæ captivitatis jugo & ab onere miſeræ ſervitutis, ut vere bonus & ut vere mitis, eruere & liberare dignetur.

SERMO LXX.

De eo quod ſcriptum eſt:

Intrate per anguſtam portam.

CUm multis magniſque præceptis Dominus & Salvator noſter audientum turbarum corda repleſſet, ait illis inter cetera: [c] *Intrate per anguſtam portam. Quam lata porta & ſpatioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem; & multi ſunt qui intrant per eam: & quam anguſta porta & difficilis via, quæ ducit ad vitam; & pauci ſunt, qui inveniunt eam! Intrate*, inquit, *per anguſtam portam.* Anguſtum eſt, fratres, quidquid adquiri neceſſe eſt per laborem. Anguſta noſtræ religionis eſt via, quam gradientibus nobis ſpinæ hujus mundi ſenteſque concludunt. Sed anguſtiæ iſtæ amplitudinem paradiſi immenſaque ſpatia regni cæleſtis aperiunt. Spa-

A tioſa itaque luxuriæ via, & anguſtum eſt iter caſtitatis. Lata deliciarum ſæcularium porta eſt, ſed anguſto nimis fine concluditur: jejuniorum autem vel continentiæ arcta quidem via, ſed ampliſſimis egreſſibus dilatatur. In ſpatioſis agit iter, qui abundantia divitiarum ſuarum per ludicra inutilis voluptatis abutitur: anguſtum autem vitæ tramitem videtur incedere, qui ſibi ſuam ſubſtantiam denegans, in alimonias eam diſtribuit egenorum. Latum agit iter, qui linguam ſuam in vaniloquia & maledica verba diſſolvit: anguſtas incedit ſemitas, qui amore Dei os ſuum ab omni fallacia & indiſciplinato ſermone cuſtodit. Latas ingreditur vias, qui repulſo timore cæleſti petulantem in feminam defigit aſpe-
B ctum: anguſtam graditur viam, qui ſubripientes in laſciviam oculos ſuos pudici cordis lege ſanctiore compeſcit, a ſemet ipſo religioſi pectoris ſui vigore corripit & emendat, ne aſpiciendo turpius incurrat æternam lenocinio ſuorum luminum cæcitatem. Anguſtum conficit iter, qui Chriſti nomine parentum odia, amicorum obprobria, perſequentum furorem, verbera etiam, carceres, vincula, acerba facultatum damna & ſæva corporis tormenta perpetitur: anguſtum nimirum mundi hujus ingreſſi ſunt iter beatiſſimi Chriſti martyres; ille, vel ille, quos ob honorem Dei omnipotentis gladius gentilis occidit: ne idolis ſerviendo impie viverent, elegerunt ſervantes Deo fidem cum pietate ſuccumbere. Unde neceſſe
C eſt, fratres, divino repenſante judicio, ut eos qui heic in ſpatioſis ſine fide agunt, futuro in ſæculo loca triſtitiæ arcta concludant; eos vero qui in præſenti vita ob honorem Chriſti virtutum anguſta ſectantur, lux beatior & ſedes ampla ſuſcipiat. In qua re exemplo nobis ſunt, evangelio proteſtante [d], dives & pauper. Nam ille dives, qui apud mundum ſine miſericordia abundantibus nimis conviviis affluebat, in inferno perpetuo, ut lectum eſt, crematur incendio: pauper autem, quem apud ſæculum exulceratum corpus efcæ penuria & epulantis divitis inhumanitas adfligebat, in patriarcharum requie atque omnium ſanctorum conſortio delectatur. Et ideo, kariſſimi, ſolicite nobis cavendum eſt,
D ne nos ampla hujus ſæculi carnalium deliciarum oblectamenta decipiant. Adgrediamur itaque iter anguſtum, difficiliores ſemitas experamus, fugiamus iniquarum voluptatum impios luxus, ut mereamur in retributione cæleſti delectabile cum pauperibus Chriſti habere conſortium.

SERMO LXXI.

De eo quod in evangelio ſcriptum eſt:

Vos eſtis ſal terræ.

E CÆleſtis prudentiæ Dominus Redemtor hominum Filius Dei, qui ſapientiam ſæculi ſtultitiam reputat, & ſtultitiam rurſus mundi ſapientiam eſſe pronuntiat [e], diſcipulos ſuos ſub comparatione ſalis adloquitur, dicens: [f] *Vos eſtis ſal terræ.* Id eſt, ſapore ſermonis veſtri terrenorum hominum ſtultitia condiatur; doctrina enim de cælo veniens atque ore apoſtolico prædicata, ſuaviſſimum præſtat mortalibus condimentum. Quidquid re vera ſtolidorum cordi hominum diabolus vanitatis injecerit, apoſtolici ſalis aſperſione purgatur. Nam ſicut aquis diſſolutæ carnes, niſi ſalibus contingantur, putredini ſubjacent, ac fœtori: ita omnis homo poſt ſpiritalium aquarum lavacrum, niſi vigorem apoſtolici ſermonis accepe-

a Matth. XI. 29. *b* Ibid. ✠✠. 29. 30. *c* Matth. VII. 13. 14. *d* Luc. XVI. 19. ſeqq. *e* I. Cor. I. 18. 19. III. 19. 20. *f* Matth. V. 13.

rit, ſæculi mox corruptionibus evaneſcit. Ait iterum Apoſtolis ſuis: [a] *Vos eſtis lux mundi*. Quam propriis a Domino patres noſtri comparationibus appellantur, ut ſales dicantur, per quos Dei ſapientiam diſcimus; & lux vocentur, per quos pectoribus noſtris tenebroſæ perfidiæ cæcitas ſubmovetur! Rectiſſime itaque Apoſtoli lux nuncupantur, qui inter obſcura ſæculi, lumen cæli & ſplendorem æternitatis adnuntiant. Numquid non mundo huic cunctiſque mortalibus lux factus eſt Petrus, cum Domino diceret: [b] *Tu es Chriſtus filius Dei vivi*? Aut quod majus genus hominum lumen potuit accipere, quam ut per Petrum diſceret vivi Dei Filium ſuæ eſſe lucis auctorem? Et beatiſſimus nihilominus Paullus magnum lumen eſt mundi, qui cum univerſus orbis impietatum tenebris obcæcaretur, ad cælum pergens & rediens, æternæ claritatis myſteria revelavit. Et ideo nec latere, [c] ſicut civitas fundata ſuper montem, potuit, neque abſcondi ſub modio; quia eum ut electam lucernam repletam ſancti Spiritus oleo majeſtatis ſuæ lumine Chriſtus accenderat. Propter quod, kariſſimi, ſi cordi eſt, ut deponentes vana mundi, ſaporem cæleſtis ſapientiæ requiramus, apoſtolico de ſale guſtemus. Si inluminari ſenſus noſtros radiis ſupernæ lucis optamus, ad dominica feſtini monita concurramus; quia, ut ſcriptum eſt: [d] *Præceptum Domini lucidum, inluminans oculos*; & alibi: *quia lux præcepta tua ſuper terram*. Semper ergo, fratres, expetamus evangelicum ſalem; nulla in cordibus noſtris cogitatio ſtulta prævaleat; intendamus ad lumen verum, ut ſcelerum tenebras & noctem perfidiæ declinantes, [e] *filii lucis & diei* effici mereamur.

SERMO LXXII.

De eadem re.

CUm Redemtor humani generis Chriſtus Dei Filius ipſe perfecta ſapientia, & ipſe ſit lumen verum, diſcipulos tamen ſuos ſapientiæ & luminis dignatur adornare præconiis, dicens eis inter cetera: *Vos eſtis ſal terræ*; & iterum: *Vos eſtis lumen mundi*. Juſtiſſime, fratres, miniſtros ſuos Dominus ſal eſſe pronuntiat, quibus ſe noverat ſaporem cæleſtis intelligentiæ, ut perfectiora ſaperent, inſpiraſſe. Et quam congrue veritatis præcones ſal terræ eſſe dicuntur, qui ut homines ſtultarum ſuperſtitionum longa vanitate deſipientes myſtico ſale condirent, plenitudinem ſapiendi ab ipſo ſapientiæ fonte ſumſerunt! Vere ergo ſal terræ ſunt, qui perverſa iniquorum ſtudia vigore juſtitiæ & prædicatione divinæ voluntatis emendant. Sal terræ ſunt, cum per eos putredines carnalium voluptatum & torpentia luxuriantum pectora, mandatorum cæleſtium condimentis & ſalſi ſermonis aſperſione curantur. Nam & beatiſſimus Paullus in hoc ipſum nos edocet dicens: [f] *Sermo veſter ſit ſale conditus*. Lumen vero mundi ſunt, cum caligantis perfidiæ nubilum fulgentis fidei ſerenitate diſcutiunt. Lumen mundi ſunt, per quos univerſus orbis jam dudum mortifera diaboli obſcuritate cæcatus incorrupti ſolis inluminatione reſplenduit. Lumen mundi ſunt, qui purgantes tenebroſum mortalitatis aſpectum, ad intuendum promiſſorum cæleſtium claritatem novos creden-


A tibus oculos addiderunt. An non videtur nova lumina contuliſſe mortalibus beatus Joannes cum dicit: [g] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: [h] *& Verbum caro factum eſt*? Numquid non novus videtur coruſcaſſe radius, cùm glorioſiſſimus Petrus ait Domino: [i] *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*? Videtis, kariſſimi, quia Joannes locutus eſt, quod cæleſtia neſciebant; & Petrus aperuit, quod humana capere corda non poterant? Hi profecto ſunt & ſal & lumen, quibus adnuntiantibus humanum genus veritatem Dei omnipotentis, & ſapere didicit & videre. Dicendo enim Joannes: *Et Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*: *& Verbum caro fa-*
B *ctum eſt*, oſtendit hunc qui carnem ſuſcepit humanam, divinam habere naturam. Nam cum Deus eſſet apud Deum; & homo factus eſt, & Deus eſſe non deſtitit. Hunc ergo qui dicitur Verbum, quique factus eſt caro, ipſum eſſe Dei Filium Petro confitente cognovimus, cum dicit ad Dominum: *Tu es Chriſtus Filius Dei vivi*. Id eſt, tu es Chriſtus, qui Verbum factus es caro; & tu es Filius Dei, qui Deus es apud Deum. Hæc, dilectiſſimi, beati Petri reſponſio indefeſſum lumen eſt mundi, qua veraciter nos edocti & Chriſtum & Verbum, unum vivi Dei Filium confitemur. Quis enim inter carnem & Verbum, inter Chriſtum & Filium velut cæcus erraret, niſi nobis hæc omnia inlumi-
C natus Spiritu Petrus ante vidiſſet? Denique ait illi Dominus: [k] *Beatus es Simon Bar Jona, quia non caro & ſanguis revelavit tibi, ſed Pater meus qui eſt in cælis*. Non inquit: Caro & ſanguis revelavit tibi, ſed *Pater meus qui eſt in cælis*. Non inquit: Caro & ſanguis revelavit tibi. Nec mirum, ſi myſterium carnis dominicæ carnalis ſenſus revelare non potuit; quia qualiter de carne eſt natus Dei Filius, nec ipſa poterat ſcire caro quæ peperit, ſed ſolum revelat hoc Pater, qui myſterii ſui Filiique naturæ ſolus teſtis eſt, ſolus eſt conſcius. Et ideo nulla omnino poteſt eſſe cunctatio, hanc vitæ noſtræ eſſe fidem, quam Pater revelat & Filius atteſtatur. [l] *Nemo enim*, ut legitur, *novit Filium niſi Pater,*
D *neque Patrem quis novit, niſi Filius*. Igitur quod Pater de Filio noverat per naturam, hoc Petro dedit videre per gratiam. Ob hanc nimirum confeſſionem audire beatus Apoſtolus dominico ore promeruit: [m] *Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam: & tibi dabo claves regni cælorum*. Id eſt, tu me confeſſus es primus in terris: ego te in cælo regnoque meo perpetuum faciam habere primatum. Et quid juſtius, fratres, quam ut ſupra eum fundaretur eccleſia, qui tantum dedit eccleſiæ fundamentum? Quid fieri potuit ſanctius, quam ut ille acciperet claves cælorum, qui cæleſtis regni Dominum revelavit; quatenus qui portas fidei credentibus patefecit, ipſe illis & cæli januas reſeraret?
E Propter quod, dilectiſſimi, evangelico jam ſale conditi atque apoſtolico lumine radiati, caveamus, ne umquam nobis vel vana vel tenebroſa ſubripiant: decet enim ſemper eccleſiæ filios juſtis operibus & vera fide inter ſtulta ſapere, & inter obſcura fulgere.

a Matth. V. 14. b Matth. xvi. 16. c Matth. V. 14. 15. d Pſalm. xviii. 9. e I. Theſſ. V. 5.
f Coloſſ. iv. 6. g Joan. I. 1. h Ibid. ỽ. 14. i Matth. xvi. 16. k Ibid. ỽ. 17. l Matth. xi. 27.
m Matth. xvi. 18. 19.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 424.


SERMO LXXII.

De eadem re.



NAturalis doctrinæ magister, & vere incomparabilis doctor omnipotentis Dei Filius, cum vidisset discipulos suos ab omni mundanarum curarum vanitate purgatos, devotissimo secum corde consistere, ait illis, sicut audistis: *Vos estis sal terræ.* Quid est, karissimi, sal terræ, nisi terrenorum hominum condimentum? Quid est esse salem terræ, A nisi insipido pectori gustum prudentiæ cælestis infundere? Vilis est quidem parvique pretii species salis; sed ille qui venerat de parvis magna componere, magna revelat in parvis. Numquid hujusmodi magnificentius sale, cujus admirabili suavitate in escam Christi universus saporatus est orbis? Pulcherrime itaque Redemtor noster Apostolos suos comparat sali, qui incolas mundi dudum vitiis & corruptionibus vanescentes ....

Reliqua desiderantur.



SERMO S. MAXIMI EPISCOPI. *

De Assumtione beatæ Mariæ Virginis.

I. SCientes, fratres dilectissimi, auctori nostro multa nos debere conditos, plus redemtos; redemtionis nostræ commercium veneremur, & illum sacratissimum uterum ex quo homini Deus unitus apparuit, etsi non quimus meritis, saltem celebremus obsequiis: scientes erroris nostri tenebras partus ejus fulgore depulsas: quia quod per protoplasti negligentiam primæ matris contumax tam arrogantia quam gula perdiderat, hujus sacræ Virginis partus, non solum restauravit diruta, sed etiam tribuit æterna. Et idcirco cunctis præconiis veneremur auctricem, quæ dum auctorem suum concepit e cælo, nobis Redemtorem genuit in sæculo. Et quia ad vicem ei matris nostræ ecclesiæ forma constituitur, ipsa eam inter procellas sæculi ferventes aspiciat; ipsa etiam inter cursus mundiales, quotidiana oratione confoveat: neque enim dubium, quia ea quæ meruit pro liberandis pretium, possit impertiri suffragium. Nostra inter hæc oratio magis ad Dominum dirigatur: ut pro honore sui nominis viscera quæ sanctificaturus intravit, sedulitate debita veneremur. Profit nobis ad remedium, quod per eam se nobis dedit pretium. Merito itaque beata singulari Maria a nobis attollitur, quæ singulare commercium mundo præbuit: merito inter feminas tum etiam lætabatur, cum singularem medicinam pudica alvo gestabat. Sentiebat quidem pondera ventris, quæ pudorem non perdiderat castitatis; mirabatur partus insignia, quæ nulla noverat Virgo contagia.

II. O bene fecunda virginitas, quæ novo inauditoque genere & mater dici possit & virgo! Peperit enim atque portavit; in quo creata exsistit, si quidem ipse est auctor Mariæ, qui natus est ex Maria. Sic inenarrabili modo beata Maria mater & virgo dum fructum prægnationis excepit, integritatis dispendium non incurrit. Apud quam ita cælestis providentia negotii ipsius conditionem disposuit, ut magis obedientiam exhiberet mandato, quam honorificentiam suam agnosceret ex Angelo. B Neque enim fidem derogat nuntii, quæ dignitatem intelligit, nuntiantis sibi Angeli ac dicentis: [a] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi: ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei.* Credidit admonita quæ audivit, meruit sanctificata quod credidit. Denique tantum se ad cæli fastigia sublevavit, ut [b] Verbum in principio apud Deum, id est, Filium de summa cæli arce susceperit. Cumque mysticum divinitatis arcanum carni nostræ fragilitatique commisceret, latuit in homine divinitas, ut in divinitate non periret humanitas. Et sub velamento assumtæ carnis absconditur. Pretiosius redemit perditos quam defensos, & ab imminenti C hoste captivos. Immensa pietas, & superquam fari possit prædicanda majestas, viscera puellæ Spiritu sancto replebantur, atque innuptæ Virginis uterus Verbi semine crescente turgebat. Replebantur inquam arcana viscerum sacra Spiritus fecundirate repleta; & erat spes in partu, quod non fuerit voluptas in coitu. Stupebat pretiosissima genitrix, & apud se tacita, rerum novitate mirabatur. Verebatur æstu cogitationis ambiguæ, & perculsa angelicæ salutationis magnificentia obstupescebat mirabiliter. Sciens enim suam integritatem, mirabatur ventris ubertatem.

III. O felix Maria! o genitrix gloriosa! o puerD pera sublimis! cujus visceribus auctor cæli terræque committitur. O felicia oscula labris impressa lactentibus, cum inter certa indicia reptantis infantiæ, utpote verus ex te filius tibi matri alluderet: cum verus ex Patre Dominus imperaret. Nam auctorem tuum ipsa concipiens edidisti, in tempore pauperem, quem habueras ante tempora conditorem. O felix puerperium, laudabile sanctis, necessarium perditis, congruum profligatis; qui post multas assumtæ carnis injurias, ad ultimum verberatus flagellis, potatus felle, patibulo affixus, ut teneram matrem ostenderet, verum se hominem, patiendo tormenta monstravit. Tu vero beata &

a Luc. I. 35. b Joan. I. 1.

* Hunc Sermonem ex ms. codice S. Germani Pratensis desumtum edidit Combefisius in sua *bibliotheca patrum concionatoria*, tom. VIII. pag. 45.

gloriosa virgo Maria in istis, & propter ista laudabilis, quæ sic fecunditatis meruisti donum, ut virginitatis non amitteres privilegium. [1] Eum enim benedicta inter mulieres, tu præelecta cunctis virginum catervis, tu [a] sequeris Agnum quocumque ierit. Tu virgineos choros ab incentivis carnis illecebris alienos, per albentia lilia rosasque vernantes ad fontem perennis vitæ potandos invitas. Tu in illa feliciſſima regione beatorum, primam dignitatem adepta, plantis roscidis oberrans, inter paradisi amœnitates & gramineos choros, tenero poplite pergens, felicique palma violas immarcescibiles carpis. Tu enim mentibus sine fine sanctis, conjuncta, Angelis Archangelisque sociata, indefinenter voce indefessa clamitare, Sanctus, Sanctus, Sanctus, non desinis. Sed quid dicam pauper ingenio? cum de te quidquid dixero, minus profecto est, quam dignitas tua meretur. Si matrem gentium vocem, præcellis; si formam Dei appellem, digna exsistis; si nutricem cælestis panis vocem, lactis dulcedine reples. Lacta ergo mater cibum nostrum, lacta panem cælestem, lacta cibum Angelorum, lacta eum qui talem fecit te, ut ipse fieret in te. Qui tibi munus fecunditatis attulit conceptus, & decus virginitatis non abstulit natus. Qui prius quam nasceretur, te matrem creavit, ut illinc procederet de thalamo suo, quo mortalibus oculis posset videri. Quanta fuit hæc dignatio, ut crearetur ex te Rex quam creavit; portaretur manibus quas creavit; sugeret ubera quæ implevit?

IV. Quas itaque laudes caritati Dei dicemus, quas gratias ei agemus, qui ita nos dilexit, ut propter nos homo fieret, ut uterum conditionis nostræ intraret, ut contumelias nati infantis subiret, ut cuncta humanitatis necessaria sustineret? Agentes ergo quantum sufficimus creatori nostro gratias, natalem pretiosiſſimæ genitricis cum gaudio celebremus. Dignum namque est ut ei cum summa devotione famulemur, per quam nobis virginitatis insignia pullularunt: siquidem ipsa virgo exstitit ante conjugium, virgo in conjugio, virgo prægnans, virgo pariens, virgo data marito, & mater non de marito. Sanctæ quippe Mariæ omnipotens Filius, nullo modo natus virginitatem abstulit, quam nasciturus elegit. Exsultent ergo virgines: virgo peperit Christum. Nihil ex eo quod noverint, putent exterminatum: mansit virgo post partum. Exsultent viduæ natalem virginis celebrantes: Anna vidua virginem matrem agnovit. Exsultent conjugatæ, solemnia beatæ Mariæ frequentantes: Elisabeth conjugata a Virgine matre Domini est salutata. Exsultent pueri continentiam voventes puero. Ipse vero integritatem pueritiæ conservabat, qui matri suæ fecunditatem attulit, virginitatem non abstulit: cui est honor in sæcula sæculorum. Amen.

a Apoc. XIV. 4.

1. *Eum en.*] Sic edit. Combef. & quidem, ut puto, mendose. Rescribendum forte, Tu *en.*



SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 426.



LEPORII PRESBYTERI LIBELLUS

EMENDATIONIS ſive SATISFACTIONIS,

Confeſſionem fidei catholicæ continens de myſterio incarnationis Chriſti, cum erroris priſtini deteſtatione.

AD EPISCOPOS GALLIÆ.

DOMINIS BEATISSIMIS ET VENERANDISSIMIS DEI SACERDOTIBUS

PROCULO ET [1] QUILLENIO

LEPORIUS EXIGUUS.

I. QUid [2] in me primum, o domini mei, venerandi & beatiſſimi ſacerdotes, accuſem neſcio: quid in me excuſem, non invenio. Sic imperitiæ ſuperbia, ſic ſtulta ſimplicitas cum perſuaſione noxia, ſic fervor cum intemperantia, ſic, ut verius dicam, cum ſui diminutione debilis fides, ſimul in me omnia recepta viguerunt, ut tot & tantis ſimul ſit & obediſſe confuſio, & hæc eadem ab animo potuiſſe rejicere, mihi ſtupenda ſit gratulatio. Agnoſco igitur delictum meum, & ipſe mei accuſator libenter exſiſto. Sed ſpero miſericordiam, quia ignorans feci: inexcuſabilis mihi namque cauſſa peccati, ſi perfecte ſciens ſtudio aliquid intentionis egiſſem. Teſtem Deum invoco in animam meam: veritatem credidi errorem meum, & obſcuras tenebras lucem ſinceriſſimam computavi. Æmulatio Dei, ſed non ſecundum ſcientiam, me fefellit incautum. At nunc, quod beatitudini veſtræ fore credidimus gratum, miſericordia ejus deviantem in aſpera & per dumoſa gradientem, ad viam rectam revocavit. Et prava facta ſunt ergo mihi in directa, & aſpera in vias planas: [3] atque ab omnibus meis conſacerdotibus & fratribus veſtris jam abſterſa caligine inſtructus, intelligo in qua ex parte fuerim cæcitate. Et idcirco ſupplicem me veritatis ipſius reddit agnitio. Fateor, ignoranter erravi, & regulam veritatis in quibuſdam, dum mihi ad integrum tenere videbar, exceſſi. Palam facta eſt imperitia mea, & hoc mihi oneroſior, quia cum multorum ſcandalo tueri conatus ſum, quod, ſicut nunc luce clarius manifeſtatur, errore humani ſenſus magis, quam ratione fidei præſumſeram defendendum. [4] Sed quia aliud fieri non poterat, niſi ut propria ſtultitia in me viveret, quando ego mihi diſcipulus habueram me magiſtrum: & utinam præſumtionem meam quam animaverat inſcientia, fregiſſet humilitas. Sed heu mihi, quia in utroque inventus ſum, & temerarius, & ſuperbus. At jam iſta venia veſtra prætervolo, & quod nunc inſtat, agere non morabor. Feſtinabo vulnerata curare, qui ſana transfodi. Non erit in ſuſcipienda medicina confuſio, qui in cuſtodienda valitudine non fuit cauta proviſio. Unde nata eſt diſcordia, pax inde gignatur.

II. Epiſtola itaque, auctor ſcandali & offendiculum caritatis, a me quondam ſimpliciter ſcripta quidem, ſed in quibuſdam, ut agnoſco, infideliter ordinata, quæſo ſecundum hujus epiſtolæ profeſſionem & ſanctimoniæ veſtræ auctoritatem, ut in ea paginæ parte, vel cauſſa, in abolitione calcanda ducatur, in qua contra veritatem per ignorantiam edita comprobatur: ut cunctis innoteſcat & pateat, juſto judicio illud quod erat æmulum fidei, contrarium veritati, de corpore ejuſdem epiſtolæ cum damnatione eſſe deciſum. [5] Clamo, verum fateor, o domini mei: quidam fratres melius interiora cernentes, ſed nos multo exteriora palpavimus; & in propria caligine conſtituti, illis qui propius intuebantur reputavimus cæcitatem. At nunc, favente Domino, apertis quandoque oculis, cum illis verum lumen aſpicimus, atque in eadem lucis gratia poſito nobis a vero medico ſanitatis luto ſuper oculos, revocamus aſpectum; & Jeſum Chriſtum Dominum, non ut antea fallebamur, ſed ſicut eſt veritas, ſinceriſſimo intuemur obtutu: atque juxta ſymboli veritatem, id quod ſecundum priorem definitionem noſtram, ubi non impietate aliqua, ſed ſeducebamur errore, dicere verebamur de Maria Deum natum, nunc conſtantiſſime confitemur. [6] Tamen quod Chriſtum filium Dei tunc etiam natum de ſancta Maria negaremus, &, ſicut & ipſi recordamini, ſed minime adtendentes ad myſterium fidei, non ipſum Deum hominem natum, ſed perfectum cum Deo natum hominem dicebamus; pertimeſcentes ſcilicet, ne divinitati conditionem adſignaremus humanam: o ſtulta ſapientia! quaſi, ſi cum homine Deus naſci non aſpernaretur, ipſe præjudicio ſtatus ſui na-

1. Scripſerat Sirmondus *Cyllenium* & *Quillenium*: emendari neceſſe fuit, quia neutrum nomen in Galliis uſitatum erat; frequens vero Cilinii. nam & Cilinia mater S. Remigii, & Cilinia virgo Meldenſis in Martyrologii notis memoratur. GARNER. tom. I. Marii Mercat. pag. 230.

2. Totus hic locus ad iſta uſque verba; *ſtupenda ſit gratulatio*, refertur a Caſſiano lib. I. de Incarn. cap. IV. ubi nota poſtremorum verborum variantem lectionem: *& hæc eadem ab animo potuiſſe rejicere, mihi ſtupenda gratulatio*. GARN. ib.

3. Garnerius legit, *a patribus meis, conſacerdotibus & fratribus veſtris, &c.* Herivallenſis codex, *inquit*, mendoſe habebat; *atque ab omnibus meis conſacerdotibus & fratribus veſtris, &c.* Obvia fuit correctio: cum monachus epiſcopos alloqueretur, & de epiſcopis itidem ſermonem faceret. BAUN.

4. Garnerius legit, *ſed quid aliud fieri poterat?* ID.

5. Garnerius legit, *Clamaverunt fateor, o domini mei, quidam fratres, &c.* ID.

6. Garnerius legit, *Tametſi Chriſtum filium Dei, tunc etiam natum de ſancta Maria non negaremus, ſicut ipſi recordamini: ſed minime &c.* ID.

sci homo dedignaretur: aut illud poterat, sed hoc A forte non poterat.

III. [1] Credo plane Deum hoc non posse, quod non vult. Si nasci voluit, quæ Deus voluit, certissime credo quia potuit: quoniam status Dei nullum potest periculum sustinere. Nec homo propter nos factus, ut ederetur ex homine indignum habuit: quia nec ipsam hominem facere de qua homo nasceretur, duxit indignum. [2] Si ergo minime percipientes hanc potentiam Dei, sensu nostro & propria ratione sapientes, ne quasi inferiora se Deus agere videatur, ita hominem cum Deo natum esse dicamus, ut seorsum quæ Dei sunt soli Deo demus, & seorsum quæ sunt hominis soli homini reputemus; quartam B manifestissime inducimus in Trinitate personam & de uno filio Dei non unum, sed facere incipimus duos Christos: quod a nobis ipse jam Dominus & Deus Christus avertat. Ergo confitemur Dominum ac Deum nostrum Jesum Christum, unicum filium Dei, qui ante sæcula natus ex patre est, novissimo tempore de Spiritu sancto & Maria semper virgine factum hominem Deum natum: & confitentes utramque substantiam, Deum atque hominem inseparabilem pia fidei credulitate suscipimus. & ex tempore susceptæ carnis, sic omnia dicimus quæ erant Dei transisse in hominem, ut omnia quæ erant hominis in Deum venirent: & hac intelligentia Verbum factum sit caro, non ut conversione aut muta- C bilitate aliqua cœperit esse quod non erat, sed ut potentia divinæ dispensationis Verbum patris, numquam a patre discedens, homo proprie fieri dignaretur, incarnatusque sit unigenitus secreto illo mysterio quod ipse novit: nostrum namque est credere, illius nosse. Ac sic ut ipse Deus Verbum, totum suscipiens quod est hominis, homo sit; & adsumtus homo, totum accipiendo quod est Dei, aliud quam Deus esse non possit. Non tamen, quia incarnatus dicitur & immixtus, diminutio ejus est accipienda substantiæ. Novit enim Deus sine sui corruptione misceri, & tamen in veritate misceri: novit in se ita suscipere, ut nihil ei crescat augmenti, qui se ipse totum novit infundere, ut nihil ac- D cidat detrimenti.

IV. Non ergo ad intelligentiam imbecillitatis nostræ, secundum experimentorum visibilia documenta facientes conjecturam de æqualibus se invicem ingredientibus creaturis, putemus Deum hominemque commixtum, & tali confusione carnis & Verbi quasi aliquod corpus effectum. Absit ita credere: ut conflatili quodam genere duas naturas in unam arbitremur redactas esse substantiam. Hujusmodi enim commixtio partis utriusque corruptio est. Deus enim, qui capax est non capabilis, penetrans non penetrabilis, implens non implebilis, qui ubique simul totus & ubique diffusus est per infusionem potentiæ suæ, misericor- E diter naturæ mixtus est humanæ, non humana natura naturæ est mixta divinæ. Caro igitur proficit in Verbum, non Verbum profecit in carnem: & tamen verissime Verbum caro factum est. Sed, ut diximus, solum proprie personaliter, non cum patre, aut cum Spiritu sancto naturaliter: quia unigenitus Deus, Deus verus, qui cum patre & Spiritu sancto unus est in natura, alter est in persona. Non enim ipsum patrem dicimus esse, quem filium: nec iterum eumdem filium dicimus esse, quem patrem: aut rursus Spiritum sanctum patrem vel filium nuncupamus: sed distinguentes personas in suis proprietatibus, patrem Deum patrem proprie nominamus, & filium Deum filium proprie dicimus, & Spiritum sanctum Deum, Spiritum sanctum proprie confitemur: & cum ter numero dicimus Deum, & Deum, & Deum, non tres credimus Deos, sed unum in omnipotentiæ suæ Trinitate perfectum.

V. [3] Nascitur ergo nobis proprie de Spiritu sancto & Maria semper virgine, Deus homo Jesus Christus filius Dei: ac sic in alterutrum unum fit Verbum & caro, ut manente in sua perfectione naturaliter utraque substantia, sine sui præjudicio, & humanitati divina communicent, & divinitati humana participent: nec alter Deus alter homo; sed idem ipse Deus qui & homo; [4] & vicissim homo qui & Deus Jesus Christus, unus Dei filius & nuncupetur & vere sit. Et ideo agendum nobis semper est & credendum, ut Dominum Jesum Christum filium Dei Deum verum, quem cum patre semper & æqualem patri ante sæcula confitemur, eumdem a tempore susceptæ carnis, factum Deum hominem non negemus: nec quasi per gradus & tempora proficientem in Deum, alterius status ante resurrectionem, alterius post resurrectionem eum fuisse credamus; sed ejusdem semper plenitudinis atque virtutis.

VI. Et quia omnes infirmitates nostras, id est naturæ nostræ, portavit, & vere secundum carnem suscipiens in se affectus nostros, ad probationem veri hominis, currente in eodem nihilominus cursu nostræ mortalitatis, potestate scilicet, non necessitate, ætate & sapientia, Evangelista dicente [a], profecit, esurivit, sitivit, fatigatus est, flagellatus est, crucifixus est, mortuus est, resurrexit. Non ideo a divinitatis natura mutatus est: inconvertibilem enim, & incommutabilem, & impassibilem naturam divinitatis jam superius professi sumus. [5] Sed quia Verbum Deus in hominem dignanter hominem suscipiendo descendit, & per susceptionem Dei homo ascendit in Deum Verbum; totus Deus Verbum factus est totus homo. Non enim Deus pater homo factus est, nec Spiritus sanctus, sed unigenitus patris. Ideoque una persona accipienda est carnis & Verbi, ut fideliter sine aliqua dubitatione credamus, unum eumdemque Dei filium inseparabilem semper, geminæ substantiæ etiam gigantem nominatum, in diebus carnis suæ, & vere semper gessisse omnia quæ sunt hominis, & vere semper possedisse quæ Dei sunt: quoniam [b] *etsi crucifixus est ex infirmitate, sed vivit ex virtute Dei.* Quapropter jam non [6] pertimescimus dicere, secundum Deum, & ex homine natum Deum, secundum hominem, Deum passum, Deum mortuum, & ce-

a Luc. II. 52. *b* II. Cor. XIII. 4.

1. Garnerius legit, *Credo plane Deum hoc unum non posse, &c.* BAUN.

2. Locum hunc exscripsit Cassianus ad ista usque verba: *Misericorditer naturæ mixtus est humanæ.* Ubi nota variantes lectiones: *quasi in inferiora se Deus agere videatur*, & *pro uno filio Deo*, & *qui sibi ante sæcula natus ex Patre est*, *nobis a tempore*, &c. *semper pro fidei*, &c. *sicut se ipsum totum novit infundere*, &c. *conflatili quodammodo genere*. GARN.


3. Hunc locum laudarunt Cassianus, Joannes secundus in Ep. ad Avienum, Facundus Hermianensis, lib. 1. cap. 4. non tamen omnes æque prolixe. Primam tantum sententiam Joannes secundus: Cassianus ad hæc verba, *plenitudinis, atque virtutis*: Facundus ad ista tantum, *nuncupetur, & vere sit*. ID.

4. Garnerius legit, *vicissim idem ipse homo*. BAUN.

5. Et hic etiam locus a Cassiano prolatus est ad ista usque verba, *ex virtute Dei*. GARN.

6. Garnerius legit, *pertimescimus dicere ex homine natum Deum & secundum hominem, &c.* BAUN.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 426.



tera. Sed gloriamur dicere Deum natum, eumdemque A ſecundum hominem Deum paſſum. [a] *Non enim erubeſco evangelium*, Apoſtolus dicit: *virtus enim Dei eſt, in ſalute omni credenti.* Utique Dei virtus eſt in ſalute, ſecundum hominem credere Deum paſſum. Non credenti autem, Dei exiſtimatur infirmitas, in perditione, Deum ſecundum carnem non credere crucifixum. Unde iterum idem Apoſtolus: [b] *Nos autem prædicamus Chriſtum, & hunc crucifixum*: utique *Dei virtutem, & Dei ſapientiam; quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus; & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus.* Quid enim tam ſtultum & tam infirmum videtur hominibus incredulis, quam cum audiunt Deum Dei filium crucifixum? Sed [c] *placuit Deo per ſtultitiam* B *prædicationis ſalvos facere credentes*: quia in hoc maxime fides noſtra conſiſtit, ut credamus unicum filium Dei, non adoptivum, ſed proprium: non phantaſticum, ſed verum: non temporarium, ſed æternum, pro nobis omnia ſecundum carnem fuiſſe perpeſſum: & non ſibi agonizaſſe, ſed nobis; nec propter ſe, ſed propter nos, quia jacebamus, illum ab excelſis miſericorditer ad ima veniſſe; quia, ſicut Apoſtolus dicit: [d] *Cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe æqualis Deo, ſed ſemet ipſum exinanivit formam ſervi accipiens*, & reliqua.

VII. Quid tam apertum, quam ex hoc teſtimonio myſterium tantæ diſpenſationis agnoſcere? In C forma enim Dei quis niſi Deus eſt? Et quomodo, videamus, fons plenitudinis exinanivit ſemet ipſum? Nonne dum forma Dei formam accepit ſervi? dum principaliter Dominus ea quæ ſunt famuli dignanter adſumit? dumque pro indulgentia & miſeratione noſtri, gerendo inferiora ſe videlicet vel agendo, Verbum caro factum evacuat in perſona quod poſſidet in natura. & in vero humanitatis habitu factus obediens in homine, illud in ſe per humilitatem & obedientiam naturæ noſtræ reſtituit, quod per inobedientiam perierat in Adam, & in carne mortuus ſemper vivit, in ſpiritu vivificans cum patre omnia: jam numquam de cetero moriturus, eadem a patre ſuſcitatus in carne. Et fit nobis [e] *primogenitus* D *ex mortuis*, qui eſt unigenitus Dei vivi, ac vivens ante ſæcula: propter nos pauper in tempore, & indigens in homine, nobis accepit, quod abundans ſibi ſemper habet in patre. [f] *O altitudo divitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei! quam inſcrutabilia ſunt judicia ejus, & inveſtigabiles viæ ejus!* Donatur illi propter nos [1] nomen accepit: largitur autem omnibus. quia largitor omnium Deus Deum ſe in donando cognoſcit, hominem in accipiendo ſe novit: [g] *ut in nomine Jeſu omne genu flectatur cæleſtium, & terreſtrium, & infernorum: & omnis lingua confiteatur, quia Dominus Jeſus in gloria eſt Dei patris.* Hæc fides noſtra, & [h] *hæc mutatio dexteræ Excelſi*, in emendatione meliori. Sic credimus, E ſic tenemus: [i] *& hoc non ex nobis; Dei enim donum eſt*: non ex merito propriæ ſapientiæ, ut non gloriemur in nobis: [k] *ipſius enim factura ſumus*, jam pridem quidem *creati in Chriſto*: at nunc iterum parturientibus nos in luce apoſtolicis viris, in eodem reparati. Ipſi ergo honor ſemper & gloria.

VIII. De eo autem quod ſtultiſſime in epiſtola illa propoſuimus, ſed ignoranter, quodque nunc exſecrabile confitemur, id eſt aptantes ad Chriſtum laborem, devotionem, meritum, fidem, in tantum inconvenientia hæc Dei filio judicamus, ut reminiſcentes dictum à nobis, ſummam cæcitatem noſtræ inſipientiæ reputemus, & ex aperto cernamus, quam vera quidam ſint adverſum nos ratione commoti. qui tamquam unicuique ſanctorum, licet hoc numquam habuerimus in corde, pæne Chriſtum ſimilem fecerimus, & illi [l] *qui ſuper omnes eſt Deus*, hæc quæ habet ſimplex & nuda mortalitas adſignantes, inter ceteros quodammodo eum poſuerimus in numero. Licet caput corporis dicatur [m], & vere ſit eccleſiæ corporis caput, atque ex eadem maſſa qua omne genus hominum deſcendit ſecundum carnem, abſque peccato venire noſcatur: non tamen qui ſingularis eſt, inter ceteros computandus eſt: nec illa ad ipſum referenda ſunt, quæ poſſunt habere menſuram. quia ad ipſum dictum eſt: [n] *Non enim ad menſuram dat Deus ſpiritum.* Ubi enim plenitudo deitatis eſt, illic nec menſura, nec modus eſt. Neſcit labore, devotione, fide, merito, finem apprehendere meritorum, qui infinitus & ſine terminis agit omnia poteſtate. [2] Fide quidem homo, & vere ſecundum carnem homo naſcitur; ſed Deus eſſe non deſinit: nutritur, proficit, creſcit, adoleſcit, [o] *& ſicut agnus coram tondente mutus*, convicia ſuſtinet, & flagellatur, & maledictam mortem auctor vitæ veniens in carnem non reſpuit. Sed hæc omnia, non ut unus ex nobis neceſſitate conſummat; ſed [p] poteſtatem habens animam ſuam ponere, & poteſtatem habens iterum ſumere illam, dignanter ſuſcepit voluntate.


IX. Illud [3] etiam minime reticendum cenſeo, quod in eadem epiſtola ſimili devians errore ſubjunxi, Chriſtum Dominum noſtrum ſic omnia quæ erant paſſionum impleviſſe, ut in nullo quaſi perfectus homo a divinitatis auxilio juvaretur: volens ſcilicet ita in Chriſto hominem adſignare perfectum, quo & alienum ab his paſſionibus Verbum patris adſererem; & ſolum per ſe hominem egiſſe hæc omnia poſſibilitate naturæ mortalis, ſine aliquo deitatis adjutorio, probare conabar: vere cæcus, qui ſuſceptum in Deo hominem confitebar, & quæ erant ipſius hominis nolebam in Deo eſſe ſuſcepta. In hoc utique haud dubie in ſe ſuſceperat totum hominem Deus, ut hæc quæ nos tamquam Deo putamus indigna, non per ſe ſolus homo ageret judicio naturali, ſed Deus per hominem, atque in homine, ipſe homo nobis factus, poteſtate & myſterio divinæ diſpenſationis impleret. Dehinc, ne quid inſipientiæ deeſſet meæ, doctiſſimus ſcriba de non intellectis non intellecta confirmans, hæc ita debere intelligi, quæ ſupra poſuimus arbitrabar, ut teſtimonio illo quo ſcriptum eſt, [q] *Deus Deus meus, quare me dereliquiſti?* hoc ipſum eniterer adſignare: & idcirco Dominum gloriæ in cruce hunc clamoris emiſiſſe ſermonem, quod perfecta hominis patientia, minime adjuvante deitate, in tantis doloribus probaretur. Ergo ſi cauſſa probandæ humanæ patientiæ hanc vocem in doloribus conſtitutus emiſit, debuit etiam & tunc ad proba-

a Rom. I. 16. *b* I. Cor. I. 23-25. *c* Ibid. ℣. 21. *d* Philipp. II. 6. *e* Coloſſ. I. 18. *f* Rom. XI. 33. *g* Philipp. II. 10. 11. *h* Pſalm. LXXVI. 11. *i* Epheſ. II. 8. *k* Ibid. ℣. 10. *l* Rom. IX. 5. *m* Epheſ. V. 23. Coloſſ. I. 18. *n* Joan. III. 34. *o* Iſa. LIII. 7. *p* Joan. X. 18. *q* Pſalm. XXI. 1.

1. Forte legendum, *omne quod accepit*. Baun. — Mallem equidem, *nomen quod accepit*. Retinendum enim *nomen* ſatis innuit Apoſtoli locus proxime ſequens.

2. Nullus probabilis ſenſus extundi poteſt: quocirca legendum haud dubie, *fit quidem homo*, ut obſervavit Garnerius. Baun.

3. Propter hanc ſententiam, atque præcedentem aliam, Leporius accuſatus eſt gratiæ divinæ negatæ, nimiæque liberi arbitrii laudis, atque ſocietatis cum Pelagianis. Garn.



tionem ejusdem patientiæ eisdem sermonibus hoc A clamare, cum cæsus est: debuit & tunc eadem verba proferre, cum illa multiplici vulnerum corona, ubi tot fuere pœnæ, quot spinas illusus accepit. Aut forsitan Christo fuerunt ista leviora, illa graviora. Arbitror quod qui unam ad suscipienda hæc omnia habere dignatus est voluntatem, unam eamdemque habuit ad hæc omnia patienda virtutem. Clamavit ergo, sicut scriptum est, & in ligno crucis pendens hanc vocem primo morti emisit: non ut humanam perfectamque in se patientiam demonstraret, quæ sine testimonio vocis caussis ipsis & rebus evidentibus probaretur: sed ut vere manifesteque filius Dei secundum carnem se ostenderet moriturum, & velut carnis ipsius voce utens, po- B nens præteritum pro futuro quia per mortem crucis necessario terrenum [1] corpus erat a Deo pro tempore relinquendum, non solum a Deo, verum etiam ab anima sua quæ erat unita cum Deo, hoc ipsum prius quam fieret, nobis moriens testaretur. Non enim tradito spiritu caro mortua poterat hoc clamare; alioquin mortuum Christum in veritate quis crederet? Deus non in passionibus hominem, qui in homine secundum carnem dignatus est pati, sed corpus in morte, & juxta legem excessus humani, divinitas cum unita sibi anima, non crucifixum hominem reliquit in pœnam, sed exanimem carnem deseruit ad tempus: & tam Christus filius Dei tunc mortuus jacuit in sepulcro, C quam idem Christus filius Dei ad inferna descendit; sicut beatus Apostolus dicit: [a] *Quod autem ascendit, quid est nisi etiam quod descendit primum in inferiores partes terræ? Qui descendit, ipse est qui ascendit super omnes cælos.* Ipse utique Dominus ac Deus noster Jesus Christus unicus Dei, qui cum anima ad inferna descendit, ipse cum anima & corpore ascendit ad cælum; quo & heic & in futuro Deum hominemque perfectum, eumdemque filium Dei, Deum verum in æterna sæcula veneremur.

X. Hunc igitur Dominum Deum meum, secundum magnum pietatis sacramentum, sicut in carne D natum, in carne passum, in carne mortuum, in carne suscitatum, in carne elevatum, in carne glorificatum credo atque confiteor; ita ipsum proprie in eadem carne credo esse venturum ad faciendum judicium in vivos & mortuos; atque ab eodem pro merito proprio unumquemque sempiternum habere præmium. Ut autem & hinc nihil cuiquam in suspicione derelinquam, tunc dixi, immo ad objecta respondi, Dominum nostrum Jesum Christum secundum hominem ignorare. Sed nunc non solum dicere non præsumo, verum etiam priorem anathematizo prolatam in hac parte sententiam: quia dici non licet, etiam secundum hominem ignorasse Dominum prophetarum. Caussarum vero ceteras quæstiones, [2] aut intentione, aut exhortatione, aut in fraterna collatione protulimus. Ubi si forte sensu magis quam fide discrepavimus, quia longum est ire per singula, secundum hujus epistolæ fidem, ita nos illas omnes, sicut ordo ecclesiæ catholicæ tenet, aut suscipere aut reprobare testantes, Dominum Christum non aliud profitentes, & aliud habentes in corde, sincerissime confitemur. Sane ad condemnandam a nobis totius hæresis infamiam, quia catholicos nos ex catholicis semper secundum puram conscientiam novimus, anathema omnibus hæreticis dicimus, Photino, Arrio, Sabellio, Eunomio, Valentino, Apollinari, Manichæo, & universis contra sanam doctrinam venientibus: quia etsi lapsi sumus lingua vel sensu, non tamen voluntate vel corde, sicut scriptum est: [b] *Qui labitur lingua, sed non ex corde: quis est enim qui non delinquit in lingua sua?* Equidem, domini mei venerandissimi & beatissimi sacerdotes, prout potui filius pacis secundum Apostolum dicentem: [c] *Qui observaverit totam legem, offendet autem in unum, factus est omnium reus*; non in paucis, sed in grandibus offendens, feci me ex toto corde in omnibus reum. Sed in hoc perfectam probavi caritatem eorum qui me persecuti sunt, non tamen gratis; quod tam velociter pleno amore susceptus sim emendatus, quam intentione perfecta & æmulatione insecuti sunt aberrantem. Mihi autem, teste Deo loquor, desiderabilis omnium & optabilis pax est. Quod superest, nunc iterum iterumque deprecamur, date veniam ignoscendo nobis, & impetrate orando pro nobis. Opto vos, patres, in Deum vivere.

Ego Leporius libellum meo sensu dictatum, in quo fidem meam Deo volente in finem usque tenebo, medullitus exprimere volens coram sanctis episcopis in ecclesia Carthaginiensi relectum subscripsi.

Ego Domninus hanc fidem teneo, confiteor, huicque subscripsi.

[3] Ego Bonus hanc fidem teneo, confiteor, huicque subscripsi.

Aurelius episcopus ecclesiæ Carthaginiensis oblato a Leporio libello ac relecto subscripsi.

Augustinus episcopus * [4] Hipponereiensis regionis oblato nobis a Leporio libello subscripsi.

Florentius episcopus * [5] Hipponiensium Diarritorum oblato nobis a Leporio libello subscripsi.

Secundus episcopus ecclesiæ Aquensis, sive [6] Megarmitanæ, oblato nobis a Leporio libello subscripsi.

Finit libellus Satisfactionis LEPORII.

a Ephes. IV. 9. 10. b Eccli. XIX. 16. 17. c Jac. II. 10.

1. Caute legendus hic locus, quamquam nonnulli patres, & tres quidem magni nominis, relictum a divinitate corpus, triduo quo jacuit, in sepulcro, opinati sint, Epiphanius *Hæres.* 20. & 60. Hilarius *can.* 33. *in Matth.* Ambrosius *in tractatu de symbolo*, *cap.* 13. GARN.

2. Garnerius legit, *aut in lectione*, *aut in exhortatione*. BAUN.

3. Hæc subscriptio quæ omnium postrema erat in editione Sirmondi, rectius posita videtur hoc loco in Supplemento Conciliorum Galliæ. ID.

E * 4. Victor Vitensis *Hist. persec. Vand.* lib. I. cap. III. hanc urbem *Hipporegium* vocat. Hinc Wesselingius in notis ad *Vet. Roman. Itiner.* pag. 20. suspicatur heic legendum *Hipporejensis*.

* 5. Solinus in *Polyhist.* cap. XXX. *Hipponem*, *Regium postea dictum*, *item* HIPPONEM *alterum*, *de interfluente freto*, DIARRHITON *nuncupatum nobilissima oppida equites Græci condiderunt*. De hac urbe plura erudite observat Ruinartius ad *Notit. Afric. proconf.* pag. 219.

6. Garn. legit, *Magarmelitanæ*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
426.



[1] EPISTOLA

[2] EPISCOPORUM AFRICÆ,

quam cum ſupra ſcripto Leporii libello miſerunt ad epiſcopos Galliæ.

Dilectiſſimis & honorabilibus fratribus & conſacerdotibus

Proculo & Cylinnio, Aurelius, Augustinus, Florentius & Secundinus in Domino ſalutem.

Filium noſtrum Leporium apud veſtram ſancti- A tatem pro ſui erroris præſumtione merito idoneeque correptum, cum ad nos poſtea quam inde exturbatus eſt veniſſet, ſalubriter perturbatum corrigendum ſanandumque ſuſcepimus. Nam ſicut vos obediſtis Apoſtolo [a] ut corriperetis inquietos, ita & nos ut conſolaremur puſillanimes ac ſuſciperemus infirmos.

Cum enim [b] præoccupatus eſſet ſicut homo in aliquo delicto, eodemque non parvo, ut de unigenito filio Dei, quod [c] *erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum:* [d] *Cum autem venit plenitudo temporis,* [e] *Verbum caro factum eſt, & habitavit in nobis*, non recta quædam ſaperet, nec vera ſentiret, negans B Deum hominem factum, ne videlicet ſubſtantiæ divinæ quæ æqualis eſt patri, indigna mutatio vel corruptio ſequeretur; nec videns quartam ſe ſubintroducere in Trinitate perſonam, quod a ſanitate ſymboli catholicæque veritatis prorſus alienum eſt: eum ſicuti potuimus adjuvante Domino inſtruximus in ſpiritu lenitatis. præſertim quia cum hoc admoneret vas electionis, adjecit, [f] *Intendens te ipſum, ne & tu tenteris*: ne ita ſe quidam ad provectum ſpiritalem perveniſſe gauderent, ut ſe jam non poſſe tentari tamquam homines putarent; addiditque ſalubrem pacificamque ſententiam, ut [g] *alter alterius onera portemus, quoniam ſic adimplebimus legem Chriſti. Qui enim putat ſe eſſe aliquid, cum* C *ſit nihil, ſe ipſum ſeducit*, dilectiſſimi & honorabiles fratres. Quam tamen ejus emendationem nequaquam forte implere poſſemus, niſi vos ante quæ in eo mendoſa fuerant damnaretis. Idem igitur & Dominus & medicus noſter utens vaſis ac miniſtris ſuis, qui dixit: [h] *Ego percutiam, & ego ſanabo*, per vos percuſſit tumentem, per nos ſanavit dolentem. Idem ſuæ domus adminiſtrator atque proviſor, per vos deſtruxit male conſtructa, per nos bene compoſita reſtauravit. Idem diligens agricola poſſeſſionis ſuæ ſterilia per vos eradicavit & noxia, utilia per nos & fecunda plantavit. Non itaque nobis, ſed ejus miſericordiæ demus gloriam, in cujus manu ſumus & nos & ſermones noſtri. Et ſicut in ſupra dicto filio noſtro miniſterium veſtrum humilitas noſtra laudavit, ſic etiam ſanctitas veſtra noſtro miniſterio gratuletur.

Paterno igitur & fraterno corde ſuſcipite a nobis miſericordi ſeveritate correctum. Et ſi enim aliud per nos, aliud per vos; utrumque tamen fraternæ ſaluti neceſſarium una caritas fecit: unus ergo Deus fecit, quoniam [i] *Deus caritas eſt*. Proinde ſicut per ſuam præſentiam ſuſceptus eſt a nobis, ſic per ſuam Epiſtolam ſuſcipiatur a vobis. Cui quidem Epiſtolæ noſtra etiam manu ſubſcribendum putavimus, ipſius eſſe teſtantes.

Hanc ejus correctionem dilectionem veſtram minime dubitamus & gratanter accipere, & eis notam facere quibus ejus error ſcandalum fuit: quia & illi qui cum eo venerunt ad nos cum illo correcti atque ſanati ſunt, ſicut eorum ſubſcriptionibus quæ coram nobis factæ ſunt, tenetur expreſſum. Supereſt ut de fraterna ſalute lætati, reſcriptis beatitudinis veſtræ nos viciſſim lætificare dignemini. Optamus vos, dilectiſſimi & honorabiles fratres, in Domino bene valere memores noſtri.

a I. Theſſ. V. 14. *b* Gal. VI. 1. *c* Joan. I. 1. *d* Gal. IV. 4. *e* Joan. I. 14. *f* Gal. VI. 1. *g* Ibid. ℣℣. 2. 3. *h* Deut. XXXII. 33. *i* I. Joan. IV. 1.

1. Etſi quatuor epiſcoporum nomine ſcripta eſt: ſic tamen redolet ſtilum atque ingenium Auguſtini, ut ab eo dictatam fuiſſe dubium non videatur. Fortaſſe & ab aliis quoque, vel aliorum certe nutu ac vice, conſcripta eſt. Sirmond.

2. Huic Epiſtolæ titulus in hæc verba præfixus eſt in codice Leodienſi: *Epiſtola Aurelii, Auguſtini, Florentii & Secundini, ad conſacerdotes Proculum & Cylinnium, de quo Leporio, qui pro eo quod non recta quædam ſaperet, nec vera de fide ſentiret, pro hac ſui corporis præſumtione a ſanctis memoratis patribus Proculo & Cylinnio correptus & de loco ſuo ejectus, ad ſanctum Auguſtinum & alios præmiſſos viros pervenit gratia confugii. Unde ab eis ſalubriter correctus, & ad ſanam doctrinam reductus, ſuo eſt epiſcopo per propriam epiſtolam catholice ſentientem cum ſociis reconciliatus.*

PHILIPPI SIDENSIS

FRAGMENTUM

EX EJUS HISTORIA CHRISTIANA EXCERPTUM,

De scholæ Catecheticæ Alexandrinæ successione:

Ex ms. codice Barocciano desumtum.

KΑί φησι Φίλιππος ὁ Σιδήτης ἐν τῷ λόγῳ κδʹ. A Τοῦ διδασκαλείου τῷ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ Ἀθηναγόρας πρῶτος ἡγήσατο, κατὰ τοὺς χρόνους ἀκμάσας [1] Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου, οἷς καὶ τὸν ὑπὲρ χριστιανῶν πρεσβευτικὸν προσεφώνησεν· ἀνὴρ ἐν αὐτῷ χριστιανίσας τῷ τρίβωνι καὶ Ἀκαδημαϊκῆς σχολῆς προϊστάμενος. οὗτος πρὸ τοῦ Κέλσου κατὰ χριστιανῶν γράψαι προθυμηθεὶς, ἐντυχὼν ταῖς θείαις γραφαῖς εἰς τὸ ἀκριβέστερον ἀγωνίσασθαι, οὕτως εἵλετο τῷ παναγίῳ πνεύματι, ὥστε διδάσκαλον κατὰ τὸν μέγαν Παῦλον ἀντὶ διωκτοῦ γενέσθαι τῆς πίστεως ἧς ἐδίωκεν. τούτου μαθητὴν γενέσθαι φησὶν ὁ Φίλιππος τὸν Στρωματέα Κλήμεντα, καὶ Πανταῖνον τοῦ Κλήμεντος. [2] ὁ δὲ Πανταῖνος καὶ αὐτὸς Ἀθηναῖος ὑπῆρχεν φιλόσοφος Πυθαγόρειος. B Εὐσέβιος δέ φησι τοὐναντίον ὅτι Πανταῖνος τοῦ Κλήμεντος διδάσκαλος γέγονεν, οὗ καὶ ὡς διδασκάλου ἐν ταῖς Ὑποτυπώσεσιν μέμνηται. [3] οὗτος δὲ ὁ Πανταῖνος ἔσχεν μαθητὴν διάδοχον τοῦ διδασκαλείου, μετ' αὐτὸν προϊστάμενον, κατὰ μὲν Φίλιππον Ὠριγένην, κατὰ δὲ Εὐσέβιον, Κλήμεντα, καὶ μετὰ Κλήμεντα, Ὠριγένην. πλὴν εἴτε οὗτος, εἴτε ἐκεῖνος, τέταρτος προέστη τῆς χριστιανικῆς διατριβῆς Ὠριγένης. μετὰ Ὠριγένην [4] Ἡρακλᾶς· μετὰ τοῦτον [5] Διονύσιος· μετὰ τοῦτον [6] Πιέριος· μετὰ Πιέριον [7] Θεόγνωστος· μετὰ τοῦτον Σεραπίων· μετὰ τοῦτον Πέτρος ὁ μέγας ἐπίσκοπος, μάρτυς γενόμενος· μετὰ Πέτρον Μακάριος, ὃν πολιτικὸν ἐκάλουν οἱ ἐπιχώριοι· μετὰ τοῦτον Δίδυμος· C μετὰ Δίδυμον Ῥόδων, ὃς καὶ μετήγαγε, κατὰ Φίλιππον, τὴν διατριβὴν ἐν τῇ αὐτῇ πόλει τῇ Σίδῃ, κατὰ τοὺς χρόνους τοῦ μεγάλου Θεοδοσίου. τούτῳ Ῥόδωνι λέγει μαθητεῦσαι ὁ Φίλιππος, ᾧτινι

A INquit etiam Philippus Sidetes sermone XXIV. Scholæ præfuit Alexandrinæ primus Athenagoras, qui Hadriani floruit temporibus atque Antonini, quibus etiam legatoriam pro Christianis inscripsit. Religionem Christianam sub ipso quoque pallio professus est, & scholæ Academicæ præfuit. Hic quum in animo haberet Christianos ante Celsum scriptis oppugnare, lustratis ea mente scripturis, ut susceptam oppugnationem institueret accuratius, ita captus a Spiritu sancto est, ut ad exemplum magni Paulli, ex persequutore doctor effectus sit illius fidei quam persequebatur. Hujus discipulum ait Philippus fuisse Clementem (cognomine) Stromatea, Clementisque Pantænum. Pantænus vero ipse etiam B Atheniensis (civis) philosophus erat Pythagoræus. Eusebius vero ex adverso dicit Pantænum Clementis fuisse præceptorem, cujus etiam tamquam præceptoris meminit in Hypotyposibus (Clemens). Ceterum Pantænus ille post se scholæ præfectum habuit discipulum suum, pro Philippi mente, Origenem, pro Eusebii vero Clementem, & post Clementem Origenem. Utcumque tamen seu (successerit) hic vel ille, Christianæ scholæ quartus præfuit Origenes. Post illum Heraclas; post quem Dionysius; deinde Pierius; post Pierium Theognostus; post hunc Serapion; quem excepit magnus ille Petrus episcopus, martyrio inclytus. Post Petrum Macarius, qui Politicus a conterraneis est cognominatus. C Post illum Didymus: post Didymum Rhodon, qui etiam temporibus Philippi scholam transtulit in illam ipsam (Philippi) civitatem Siden, imperante magno Theodosio. Hujus Rhodonis se discipulum fuisse ait Philippus, cui etiam amplum perhibet

1. Ἀδριανοῦ καὶ Ἀντωνίνου.] Nequaquam sub Hadriano & Antonino apologiam pro Christianis obtulit Athenagoras, sed *Marco Antonino, & Lucio Aurelio Commodo*, Αὐτοκράτορσιν Μάρκῳ Ἀντωνίνῳ, καὶ Λουκίῳ Αὐρηλίῳ Κομμόδῳ, Marco Aurelio Antonino Vero, inquam, & Lucio Aurelio Vero Commodo fratribus Augg.

2. Πανταῖνος Ἀθηναῖος.] Pantænum Siculum clarissimus Tillemontius tom. III. p. 170. 171. putat, cui ab ipso Clemente *Sicula apis* dictus censetur, Σικελικὴ τῷ ὄντι ἡ μέλιττα, *quæ ex prophetico & apostolico prato flores delibaret*: nisi Clemens Alex. Strom. lib. I. p. 274. ejus doctrinæ D suavitatem melli Siculo similem fuisse solummodo significet. Plinius lib. XI. cap. XIII. optima mella esse ait *Atticæ regionis & Siculæ Hymetto & Hybla ab locis*. Pantænus non Pythagoricæ sectæ censetur Hieronymo, sed Stoicæ.

3. Οὗτος ὁ Πανταῖνος.] Ex Eusebio discimus Pantænum quum Alexandriæ doceret, ad Indos Christiana religione imbuendos profectum esse; immo a Demetrio Alexandrino episcopo missum fuisse: atque post reditum suum quum Clemens ejus loco doceret, scholæ iterum præfuisse; eoque defuncto, Clementem solum docendi munere functum esse. Cui successit Origenes, sed quum aliquamdiu schola vacasset; quod innuit his verbis, Hist. Eccl. lib. VI. c. III. *Quum nemo Alexandriæ superesset qui tradendis fidei nostræ rudimentis operam daret, cunctis ob persequutionis metum pulsis & fugientibus, quidam ex gentilibus ipsum* (Origenem) *scholæ vacantem atque affixum, ut de se alicubi scribit, adierunt, verbum Dei ex eo audituri*. σχολάζοντι δὲ (Ὠριγένει) τῇ διατριβῇ, ὥς πού καὶ αὐτὸς ἐγγράφως ἱστορεῖ, μηδενός τε ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας τῷ κατηχεῖν ἀνακειμένου. πάντων δὲ ἀπεληλαμένων ὑπὸ τῆς ἀπειλῆς τοῦ διωγμοῦ, προσῇεσαν αὐτῷ τινὲς ἀπὸ τῶν ἐθνῶν, ἀκουσόμενοι τὸν λόγον τοῦ Θεοῦ.

4. Μετὰ Ὠριγένην Ἡρακλᾶς.] Eusebio iterum teste lib. VI. cap. XV. Origenes divisa auditorum multitudine, Heraclam ex familiaribus suis, virum rerum divinarum studiosum, & alioqui doctissimum, nec expertem philosophiæ, in dicendo socium sibi adjunxit; cui institutionem dedit eorum qui primis rudimentis imbuerentur, sibi vero perfectiores docendos reservavit. Postquam vero Origenes Alexandria Cæsaream secessit, solus Heraclas scholam κατηχήσεων tenuit. Ibid. c. XXVI.

5. Μετὰ τοῦτον Διονύσιος.] Hieronymus rursum in Catalogo scriptorum ecclesiasticorum num. 69. *Dionysius*, inquit, *Origenis valde insignis auditor, scolam* κατηχήσεων *presbyter tenuit*.

6. Πιέριος.] Hieronymus iterum ex Eusebio Catal. script. eccl. num. 76. *Pierius Alexandrinæ ecclesiæ presbyter, sub Caro & Diocletiano principibus, eo tempore quo eamdem ecclesiam Theonas episcopus regebat, florentissime docuit populos, & in tantam sermonis diversorumque tractatuum, qui usque hodie exstant, venit elegantiam, ut Origenes junior vocaretur*.

7. Achillam Philippus omisit, cujus tamen Eusebius lib. VII. c. XXXII. meminit: *sub quo* (Theona) *Achillas*, inquit, *eodem quo Pierius tempore presbyterii honore decoratus, Alexandriæ claruit; cui etiam sacræ fidei schola commissa est*. καθ' ὃν (Θεωνᾶν) ἐπὶ τῆς Ἀλεξανδρείας, ἐπὶ ταὐτὸν τῷ Πιερίῳ πρεσβυτερίου ἠξιωμένος Ἀχιλλᾶς ἐγνωρίζετο, τῆς ἱερᾶς πίστεως τὸ διδασκαλεῖον ἐγκεχειρισμένος. Theodoretus hist. eccles. lib. I. c. II. Ario hæretico sacrarum litterarum interpretationem fuisse creditam ait, cui proinde Macarius successerit, ut Macario Didymus.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 427.

καὶ πλεῖστα μαρτυρεῖ περὶ εἰδήσεως λόγων, τῶν τε καθ' ἡμᾶς, καὶ τῶν ἔξωθεν.

A testimonium, de ipsius tam nostra (seu Christiana) quam externa eruditione.

In eodem Barocciano codice, *quæ sequuntur*, ait Dodvvellus, *litteris miniatis concepta sunt, quæ adeo librario potius quam auctori vel excerptori videntur imputanda*; nec certe ordinem doctorum Alexandrinorum qui in excerpto fertur, accurate repræsentant. In his enim Heraclas & Dionysius, atque Origenes Clementi, & Origenes Heraclæ, postponuntur.

Οἱ Διδάσκαλοι.		Magistri.	
Ἀθηναγόρας α΄.	Θεόγνωστος η΄.	Athenagoras I.	Theognostus VIII.
Πανταῖνος β΄.	Σεραπίων θ΄.	Pantænus II.	Serapion IX.
Ὠριγένης γ΄.	Πέτρος ὁ μάρτυς ι΄.	Origenes III.	Petrus martyr X.
Ἡρακλᾶς δ΄.	Μακάριος ὁ πολιτικός ια΄.	Heraclas IV.	Macarius Politicus XI.
Διονύσιος ε΄.	Δίδυμος ιβ΄.	Dionysius V.	Didymus XII.
Κλήμης ς΄.	Ῥόδων ιγ΄.	Clemens VI.	Rhodon XIII.
Πιέριος ζ΄.		Pierius VII.	

B

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 427.

MEROBAUDIS
HISPANI SCHOLASTICI
CARMEN
De Christo.

PRoles vera Dei cunctisque antiquior annis,
Nunc genitus qui semper eras, [1] lucisque repertor,
Ante tuæ matrisque parens, quem misit ab astris
Æquævus genitor, Verbique in femina fusum
Virgineos habitare sinus, & corporis artus
Jussit inire vias, parvaque in sede morari:
Quem sedes non ulla capit, qui lumine primo
Vidisti, quidquid mundo nascente creares,
Ipse opifex, opus ipse tui dignatus iniquas
Ætatis sentire vices, & corporis hujus
Dissimiles perferre modos, hominemque subire,
Ut posses monstrare Deum, ne lubricus error
Et decepta diu varii sollertia mundi
Pectora tam multis fineret mortalia sæclis.
C Auctorem scivere Deum te, conscia partus
Mater, & attoniti pecudum sensere timores:
Te nova sollicito lustrantes sidere visu
In cælo videre prius, lumenque secuti
Invenere Magi: tu noxia pectora solvis,
Elapsasque animas in corpora functa reducis,
Mundus & ad manes penetras, mortisque latebras
Immortalis adis: tibi tantum non fuit uni
Principium finisve mori, sed nocte refusa
In cælum ad patrem scandis, rursusque perenni
Ordine purgatis adimis contagia terris.
Tu solus patrisque comes, tu Spiritus insons,
Et toties unus, triplicique in lumine simplex.
Quis nisi pro cunctis aliud, quis credere possit,
D Te potuisse mori, poteras qui reddere vitam?

1. *Lucisque repertor*] Juvencum imitatur *Hist. Evang.* lib. IV. ℣. 482.

— — — Vitæ lucisque repertor.

Qui & lib. I. ℣. 35. ait:

— Dominus, cæli terraque repertor.

Neque aliter Prudentius Καθημερ. Hymn. IV. ℣. 9.

Rerum conditor, & repertor orbis.

Phrasi nimirum Virgiliana, *Æn.* lib. XII. ℣. 829.

Olli subridens hominum rerumque repertor.


Porro hujusmodi acceptio vocis *repertor* pro *creatore*, in novissimo *totius Latinitatis Lexico* Patavino desideratur.

THEODORITI

EPISCOPI CYRI

OPUSCULA II.

EX MS. CODICE BIBLIOTHECÆ VINDOBONENSIS
RECENS IN LUCEM ERUTA.



ACCESSERE

ALIA NONNULLA EJUSDEM PATRIS FRAGMENTA,

COMBEFISII STUDIO, ET BALUZII OPERA
SUPERIORE SÆCULO EVULGATA.

Quæ omnia


tum in editione SIRMONDIANA, tum in Auctario GARNERIANO
desiderantur.

ΘΕΟΔΩΡΗΤΟΥ

ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ

Εν τῇ Εὐφρατησίᾳ, καὶ Οσροηνῇ, καὶ Φοινίκῃ, καὶ Συρίᾳ, καὶ Κιλικίᾳ μονάζοντας.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.



THEODORETI

EPISTOLA

AD MONACHOS

Qui sunt in Euphratisia, Osrhoena, Phœnice, Syria & Cilicia.

Interprete JOANNE BAPTISTA GALLICIOLIO.

ΟΡῶν τὴν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τῆς ἐκκλησίας κατάστασιν, καὶ τὴν ἔναγχος ἐπαναστᾶσαν τῇ ἱερᾷ νηῒ ζάλην, καὶ τὰς σφοδρὰς καταιγίδας, καὶ τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν, καὶ τὴν βαθεῖαν σκοτομήνην, καὶ πρὸς τούτοις τῶν πλωτήρων τὴν ἔριν, καὶ τῶν ἐρέττειν λαχόντων τὴν μάχην, καὶ τὴν τῶν κυβερνητῶν μέθην, καὶ ἁπαξαπλῶς τὴν τῶν κακῶν ἀωρίαν· τῶν Ιερεμίου θρήνων [1] ἀναμνήσκομαι, καὶ μετ' ἐκείνου βοῶ· τὴν κοιλίαν μου, τὴν κοιλίαν μου ἐγὼ ἀλγῶ, καὶ τὰ αἰσθητήρια τῆς καρδίας μου μεμάσσει· ἡ ψυχή μου σπαράσσεται, καὶ ἡ καρδία μου· καὶ πηγὰς δακρύων ἐπιζητῶ, ἵνα ταῖς λιβάσι τῶν ὀφθαλμῶν, τὸ πολὺ τῆς ἀθυμίας [2] ἀποσκεδάσωμαι νέφος. δέον γὰρ ἐν οὕτως ἀγρίῳ χειμῶνι, καὶ τοὺς κυβερνήτας ἐγρηγορέναι, καὶ τῷ κλύδωνι μάχεσθαι, καὶ τῆς τοῦ σκάφους σωτηρίας φροντίζειν, καὶ τοὺς ναύτας τῆς κατ' ἀλλήλων ἔριδος ἀποστάντας, εὐχῇ καὶ τέχνῃ τὰ δεινὰ διαλύειν, καὶ τοὺς πλωτῆρας ἡσυχῇ καθῆσθαι, καὶ μήτε ἀλλήλους, μήτε τοῖς κυβερνήταις ζυγομαχεῖν, τὸν δὲ τῆς θαλάττης ἱκετεύειν δεσπότην, ἵνα νεύματι μεταβάλῃ τὰ σκυθρωπά· τούτων μὲν οὐδεὶς οὐδὲν ἐθέλει ποιεῖν· ὡς ἐν νυκτομαχίᾳ δὲ ἀλλήλους ἀγνοήσαντες, καὶ τοὺς ἐναντίους καταλιπόντες, καθ' ἡμῶν αὐτῶν πάντα δαπανῶμεν τὰ βέλη, καὶ τοὺς ὁμοφύλους, ὡς πολεμίους τιτρώσκομεν· οἱ δὲ πλησίον ἑστῶτες, γελῶσιν ἡμῶν τὴν μέθην, καὶ τοῖς ἡμετέροις ἐντρυφῶσι κακοῖς, καὶ χαίρουσιν, ὑπ' ἀλλήλων ἡμᾶς ὁρῶντες δαπανωμένους. αἴτιοι δὲ τούτων οἱ τὴν ἀποστολικὴν διαφθεῖραι πίστιν φιλονεικήσαντες, καὶ τοῖς εὐαγγελικοῖς δόγμασιν ἀλλόκοτον διδασκαλίαν ἐπιθεῖναι τολμήσαντες, καὶ τὰ δυσσεβῆ κεφάλαια, ἃ μετὰ ἀναθεματισμῶν εἰς τὴν βασιλίδα πόλιν ἐξέπεμψαν, δεξάμενοι, καὶ ταῖς οἰκείαις ὑπογραφαῖς, ὡς ᾠήθησαν, βεβαιώσαντες· ἃ σαφῶς ἐκ τῆς πικρᾶς Απολιναρίου βεβλάστηκε ῥίζης· μετέχει δὲ καὶ τῆς Αρείου, καὶ Εὐνομίου δυσσεβείας. εἰ δέ τις ἀκριβῶς κατιδεῖν ἐθελήσειεν, οὐδὲ τῆς Οὐαλεντίνου, καὶ Μαρκίωνος ἄμοιρα δυσσεβείας τυγχάνει.

Εν μὲν γὰρ τῷ πρώτῳ κεφαλαίῳ τὴν ὑπὲρ ἡμῶν γεγενημένην οἰκονομίαν ἐκβάλλει, οὐκ ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν λόγον φύσιν ἀνθρωπείαν, ἀλλ' αὐτὸν εἰς σάρκα μεταβληθῆναι διδάσκων, καὶ δοκήσει καὶ

A I. QUum videam quis sit hoc tempore ecclesiæ status, & quæ nuper sacram navem procella exagitare cœperit; vehementissimos quoque turbines, & fluctuum impressiones; tenebras quin etiam profundissimas, ac præterea nautarum inter se diffidia, remigum pugnas, gubernatorum obtusam mentis aciem, & omnino acerbam malorum segetem: reminiscor lamentationum Jeremiæ, & cum illo clamo: [a] *Ventrem meum, ventrem meum ego doleo, & sensus cordis mei torquent me; anima mea dilaceratur & cor meum; & fontes lacrymarum postulo, ut guttis oculorum densas tristitiæ nebulas disjiciam.* Quum enim oporteat in tam crudeli tempestate gubernatores vigilare, & contra B fluctus niti, navisque incolumitatis curam gerere; nautas vero a mutua contentione temperantes, precibus & industria malum deprecari, remiges etiam quietos consistere, neque inter se invicem, neque cum gubernatoribus contendere; quin potius maris Dominum orare, quo ille nutu suo ingruentia mala depellat: nihil horum quisquam facere vult, ac quasi consertis noctu manibus, alii alios ignorantes, atque adeo hostes ipsos relinquentes, contra nosmet ipsi tela omnia insumimus, & nostros, quasi adversarios, vulneramus. Qui quidem cominus consistentes, rident temulentiam nostram, & nostris insultant malis, gaudentque dum vident nos civili quodam bello confectos. Culpa harum rerum omnium C in eos derivanda est, qui apostolicam fidem corrumpere aggressi sunt, & evangelicis dogmatibus absurdam quamdam doctrinam superinducere ausi fuerunt, & impia illa Capitula, quæ cum anathematismis in urbem regiam miserunt, suscepere, fuisque subscriptionibus, ut arbitrantur, confirmavere. Quæ manifeste ex amarulenta Apolinarii radice germinarunt, nec longe absunt ab Arii Eunomiique impietate: immo si quis attente considerare voluerit, ne a Valentini quidem & Marcionis perfidia discrepant.

II. In primo etenim capitulo, eam quæ pro nobis facta est incarnatio, repudiat: non accepisse Deum Verbum humanam naturam, sed ipsum in carnem fuisse conversum docens; animi conceptu & opi-

a Jer. IV. 19. IX. 1. sec. LXX.

1. Γρ. ἀναμιμνήσκομαι.

2. Γρ. ἀποσκίδασωμαι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.

φαντασίᾳ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν ἐνανθρώπησιν, ἀλλ' οὐκ ἀληθείᾳ γεγενῆσθαι δογματίζων. ταῦτα δὲ τῆς Μαρκίωνος, καὶ τοῦ Μάνεντος, καὶ Οὐαλεντίνου δυσσεβείας ὑπάρχει γεννήματα. ἐν δὲ τῷ δευτέρῳ καὶ τρίτῳ κεφαλαίῳ, ὥσπερ ἐπιλαθόμενος ὧν ἐν προοιμίοις ἐξέθετο, τὴν καθ' ὑπόστασιν ἕνωσιν εἰσάγει καὶ συνόδον καθ' ἕνωσιν φυσικὴν, κρᾶσίν τινα καὶ σύγχυσιν διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων γεγενῆσθαι διδάσκων, τῆς τε θείας φύσεως, καὶ τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. τοῦτο τῆς αἱρετικῆς Ἀπολιναρίου καινοτομίας ἐστὶ κύημα. ἐν δὲ τετάρτῳ κεφαλαίῳ ἀπαγορεύει τῶν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν φωνῶν τὴν διαίρεσιν, καὶ οὐκ ἐᾷ κατὰ τὰς τῶν ὀρθοδόξων πατρῶν διδασκαλίας τὰς μὲν θεοπρεπεῖς φωνὰς, περὶ τῆς θείας ἐκλαμβάνεσθαι φύσεως· τὰς δὲ ταπεινὰς καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένας, τῇ ἀναληφθείσῃ προσάπτειν ἀνθρωπότητι. καὶ ἐντεῦθεν τοίνυν ἐστὶν εὑρεῖν τοὺς εὖ φρονοῦντας τὴν τῆς ἀσεβείας συγγένειαν. Ἄρειος γὰρ καὶ Εὐνόμιος κτίσμα, καὶ ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ δοῦλον τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ εἶναι φάσκοντες, τὰ ταπεινῶς ὑπὸ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ ἀνθρωπίνως εἰρημένα, τῇ θεότητι αὐτοῦ προσάψαι τετολμήκασι, τὸ ἑτερούσιον ἐντεῦθεν καὶ τὸ ἀνόμοιον κατασκευάζοντες. πρὸς τούτοις, ἵνα συνελὼν εἴπω, αὐτὴν τὴν ἀπαθῆ καὶ ἄτρεπτον τοῦ Χριστοῦ θεότητα, καὶ παθεῖν, καὶ σταυρωθῆναι, καὶ ἀποθανεῖν, καὶ ταφῆναι διαγορεύει· τοῦτο δὲ, καὶ τῆς Ἀρείου καὶ Εὐνομίου μανίας ἐπέκεινα. οὐδὲ γὰρ οἱ κτίσμα τολμῶντες ἀποκαλεῖν τὸν ποιητὴν τῶν ὅλων καὶ δημιουργὸν, εἰς ταύτην ἐξώκειλαν τὴν ἀσέβειαν. βλασφημεῖ δὲ καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα, οὐκ ἐκ τοῦ πατρὸς αὐτὸ λέγων ἐκπορεύεσθαι, κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνὴν, ἀλλ' ἐξ υἱοῦ τὴν ὕπαρξιν ἔχειν. καὶ οὗτος δὲ τῶν Ἀπολιναρίου σπερμάτων ὁ καρπός· γειτνιάζει δὲ καὶ τῇ Μακεδονίου πονηρᾷ γεωργίᾳ. τοιαῦτα τοῦ Αἰγυπτίου τὰ κυήματα, πονηροῦ πατρὸς ἀληθῶς ἔγγονα πονηρότερα. ταῦτα δὲ, δέον ἢ ἀμβλωθρίδια ποιῆσαι κυοφορούμενα, ἢ εὐθὺς τεχθέντα διαφθεῖραι τὰς τῶν ψυχῶν τὴν ἰατρείαν ἐγκεχειρισμένους, ὡς ὀλέθρια, καὶ τῆς ἡμετέρας φύσεως δηλητήρια, ἐκτρέφουσιν οἱ γεννάδαι, καὶ πολλῆς ἀξιοῦσι σπουδῆς, ἐπ' ὀλέθρῳ αὐτῶν, καὶ τῶν τὰς ἀκοὰς αὐτοῖς ὑπέχειν ἀνεχομένων.

Ἡμεῖς δὲ τὸν πατρῷον κλῆρον ἄσυλον φυλάττειν σπουδάζομεν, καὶ ἣν παρελάβομεν πίστιν, μεθ' ἧς καὶ ἐβαπτίσθημεν καὶ βαπτίζομεν, ἀνέπαφον καὶ ἀκήρατον διατηροῦμεν, καὶ ὁμολογοῦμεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν Θεὸν τέλειον, καὶ ἄνθρωπον τέλειον, ἐκ ψυχῆς λογικῆς καὶ σώματος, πρὸ αἰώνων μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθέντα κατὰ τὴν θεότητα· ἐπ' ἐσχάτων δὲ τῶν ἡμερῶν, δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν ἐκ Μαρίας τῆς παρθένου, τὸν αὐτὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα, καὶ ὁμοούσιον ἡμῖν κατὰ τὴν ἀνθρωπότητα. [1] δι' ὃ γὰρ φύσεων ἕνωσις γέγονε. [2] δι' ὃ ἕνα Χριστὸν, ἕνα υἱὸν, ἕνα κύριον ὁμολογοῦμεν· οὔτε γὰρ τὴν ἕνωσιν λύομεν, καὶ ἀσύγχυτον αὐτὴν γεγενῆσθαι πιστεύομεν, τῷ κυρίῳ πειθόμενοι, λέγοντι τοῖς Ἰουδαίοις· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. εἰ δὲ κρᾶσις ἐγεγόνει καὶ σύγχυσις, καὶ μία φύσις ἐξ ἀμφοῖν ἀπετελέσθη, ἐχρῆν εἰπεῖν, λύσατέ με, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερθήσομαι. νῦν δὲ δεικνὺς, ὡς ἄλλο μὲν ὁ Θεὸς κατὰ τὴν φύσιν, ἄλλο δὲ ὁ ναὸς, εἷς δὲ Χριστὸς ἀμφότερα, λύσατε φησὶ τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτὸν, σαφῶς διδάσ-

A nione Salvatoris nostri incarnationem, non autem veritate contigisse suo documento asseverans. Hi autem fetus sunt impietatis Marcionis, Manetis & Valentini. In secundo autem & tertio Capitulo, quasi oblitus eorum quæ in procemiis exposuerat, hypostaticam unionem inducit, & coitionem juxta naturalem unionem: mixturam quamdam & confusionem per hæc vocabula contigisse docens, ex divina videlicet natura & forma servi. Et hic quoque fetus est hæretici Apolinarii inventi. In quarto Capitulo rejicit evangelicarum & apostolicarum vocum discrimen, nec patitur, secundum orthodoxorum patrum doctrinam, vocabula quæ Deum deceant, de divina intelligi natura; quæ B vero humile quid & humanum sonant, de assumta dici humanitate. Ex quibus facile apparet, haud perperam sentire eos, qui impietatis heic cognationem quamdam usuvenisse perhibent. Arius quippe & Eunomius creaturam, atque ex non exstantibus & servum Unigenitum Dei filium esse dicentes, ea quæ de Christo Domino humiliter atque humano modo dicuntur, ejus divinitati tribuere ausi sunt, suum illud *alterius dissimilisve naturæ* commentum inde accersentes. Ad hæc, ut paucis dicam, ipsammet affectionum mutationisque expertem Christi divinitatem, & passam & cruci affixam, mortuam item atque sepultam asserit: quod ipsius Arii & Eunomii furorem longe superat. Neque enim qui C creaturam appellare audent rerum omnium auctorem atque opificem, in tantam prolapsi sunt impietatem. Blasphemat etiam in Spiritum sanctum, non ex Patre eum procedere affirmans, juxta dominicam vocem, sed ex Filio suam habere exstantiam. Qui quidem fructus est seminum Apolinarii, conterminus & ipse malo Macedonii agro. Hæc sunt fetus Ægyptii istius, mali re vera patris filii pejores. Quæ, cum potius oportuerit vel dum adhuc utero gestabantur ad abortum adigere, vel simul atque in lucem edita fuissent, tamquam perniciosa & nostræ naturæ pestes, e medio tollere eos, quibus curandarum animarum partes creditæ sunt: enutriunt ea potius egregii isti homines, ma- D gnoque habent in pretio, sua ipsorum pernicie & eorum qui illis aures accommodare non detrectant.

III. At nos paternam hereditatem sartam tectamque præstare contendimus, & quam accepimus fidem, qua & baptizati sumus & baptizamus, puram ac sinceram custodimus; & confitemur Dominum nostrum Jesum Christum perfectum Deum ac perfectum hominem, ex anima rationali & corpore: ante sæcula quidem ex patre natum secundum divinitatem, novissimis autem diebus propter nos & propter nostram salutem ex Maria virgine; eumdem consubstantialem patri secundum divinitatem, & consubstantialem nobis secundum humanitatem. E Duarum enim naturarum unitio facta est: propter quod unum Christum, unum Filium, unum Dominum confitemur. Neque enim unitionem solvimus, sed inconfusam eam factam fuisse credimus, freti Domini auctoritate qui ait Judæis: [a] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud.* Sin autem mixtio facta fuisset & confusio, & una natura ex ambabus conflata, oportebat dicere: Solvite me, & in tribus diebus resurgam. At enim ostendens, quod aliud quidem sit Deus secundum naturam, aliud vero templum, utrumque vero unus Christus; *Solvite*, inquit, *templum hoc, & in tri-*

[a] Joan. II. 19.

1. Γρ. δύο.

2. Ισ. δύο.

κων, ὡς ὅτι οὐχ ὁ Θεὸς ἦν ὁ λυόμενος, ἀλλ' ὁ ναὸς, καὶ τοῦ μὲν ἡ φύσις τὴν λύσιν ὑπεδέχετο, τοῦ δὲ ἡ δύναμις ἤγειρε τὸ λυόμενον. Θεὸν δὲ καὶ ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν ταῖς θείαις ἀκολουθοῦντες γραφαῖς· ὅτι μὲν γὰρ [1] ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ὁ μακάριος Ἰωάννης ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεὸν, πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονε. καὶ πάλιν· ἦν τὸ φῶς τὸ ἀληθινὸν, ὃ φωτίζει πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. [2] καὶ ὁ λόγος ἦν κύριος, διαῤῥήδην διδάσκει λέγων· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα μου. καὶ ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμέν. κἀγὼ ἐν τῷ πατρὶ, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν μὲν τῇ πρὸς Ἑβραίους φησὶν, ὃς ὢν ἀπαύγασμα τῆς δόξης καὶ χαρακτὴρ τῆς ὑποστάσεως αὐτοῦ, φέρων τε τὰ πάντα τῷ ῥήματι τῆς δυνάμεως αὐτοῦ. ἐν δὲ τῇ πρὸς Φιλιππησίους· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν φησιν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ἐν δὲ τῇ πρὸς Ῥωμαίους· ἐν ᾧ οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας ἀμήν. ἐν δὲ τῇ πρὸς [3] Τιμόθεον· προσδεχόμενος τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ Ἡσαΐας δὲ βοᾷ, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν υἱὸς, καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ· καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς, ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. καὶ πάλιν· ὀπίσω σου φησὶν ἀκολουθήσουσι δεδεμένοι χειροπέδαις. καὶ ἐν σοὶ προσεύξονται, ὅτι ἐν σοὶ Θεός ἐστι· καὶ οὐκ ἔστι Θεὸς πλὴν σου. σὺ γὰρ εἶ Θεός· καὶ οὐκ ᾔδεισαν, Θεὸς τοῦ Ἰσραὴλ σωτήρ. καὶ τὸ Ἐμμανουὴλ δὲ ὄνομα Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου τυγχάνει σημαντικόν. ἑρμηνεύεται γὰρ κατὰ τὴν τοῦ εὐαγγελίου διδασκαλίαν, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, τουτέστιν ἐν ἀνθρώπῳ Θεὸς, ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φύσει Θεός. καὶ ὁ θεῖος δὲ Ἱερεμίας προθεσπίζει λέγων· οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. μετὰ ταῦτα, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. καὶ ἄλλας δ' ἄν τις μυρίας εὕροι φωνὰς, ἔκ τε τῶν θείων εὐαγγελίων καὶ τῶν ἀποστολικῶν συγγραμμάτων, καὶ ἐκ τῶν προφητικῶν θεσπισμάτων, [4] δεικνυούσας, ὅτι Θεὸς ἀληθινὸς, ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστός.

Ὅτι δὲ καὶ ἄνθρωπος μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν προσαγορεύεται, διδάσκει μὲν αὐτὸς ὁ κύριος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος, καὶ βοῶν· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὅστις τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; καὶ ὁ μακάριος Παῦλος ἐν τῇ πρὸς Κορινθίους προτέρᾳ λέγων· ἐπειδὴ γὰρ δι' ἀνθρώπου ὁ θάνατος, καὶ δι' ἀνθρώπου ἀνάστασις νεκρῶν. καὶ δεικνὺς περὶ τίνος λέγει, ἑρμηνεύει τὸ εἰρημένον οὑτωσὶ λέγων· ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ Ἀδὰμ ἀποθνήσκουσιν, οὕτω καὶ ἐν τῷ Χριστῷ πάντες ζωοποιηθήσονται. καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράφων ὁμοίως φησίν· εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς. καὶ ἐν ταῖς πράξεσιν, ἐν Ἀθήναις δημηγορῶν· τοὺς μὲν οὖν χρόνους τῆς ἀγνοίας ὑπεριδὼν ὁ Θεὸς, φησι, τὰ νῦν

A *bus diebus excitabo illud*: manifeste docens, quod non erat Deus qui solvebatur, sed templum: quodque hujus quidem natura solutionem admittebat, illius vero virtus excitabat quod solutum erat. Deum porro & hominem Christum confitemur divinis inhærentes scripturis. Quod nempe (verus Deus sit) Dominus noster Jesus Christus beatus Joannes Evangelista clamat: [a] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Ipsum erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est ne unum quidem quod factum est.* Et rursus: [b] *Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum.* Et quod Verbum esset Dominus, mani-
B feste docet inquiens: [c] *Qui vidit me, vidit patrem meum.* Et, [d] *Ego & pater unum sumus.* Et, [e] *Ego in patre, & pater in me.* Beatus vero Paullus in epistola quidem ad Hebræos ait: [f] *Qui cum esset splendor gloriæ & character substantiæ ejus, portansque omnia verbo virtutis suæ.* Et in ea quæ est ad Philippenses: [g] *Hoc sentiatur in vobis*, inquit, *quod & in Christo Jesu. Qui cum in forma Dei esset, non illud caussandum arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens.* Et in epistola ad Romanos: [h] *In quo patres, & ex quibus Christus secundum carnem, qui est in omnibus Deus benedictus in secula, amen.* Et ad Titum: [i] *Exspectantes beatam spem, & ad-
C ventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Isaias vero clamat, quoniam [k] *Puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis, cujus imperium super humero ejus: & vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus, fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi.* Et rursus: [l] *Post te*, inquit, *sequentur vincti manicis, & in te orabunt; quoniam in te Deus est, & non est Deus præter te: tu enim es Deus, & non noverant, Deus Israel salvator.* Nomen porro [m] *Emmanuel* Deum significat & hominem: interpretatur enim secundum evangelii doctrinam, [n] *Nobiscum Deus*, id est, *In homine Deus, In nostra natura Deus.* Divinus quoque Jeremias vaticinatur
D dicens: [o] *Iste Deus noster; non reputabitur alius ad eum. Invenit omnem viam scientiæ, & dedit eam Jacob puero suo, & Israel dilecto a se. Post hæc in terra visus est, & cum hominibus conversatus est.* Atque infinitas alias poterit quis invenire voces cum ex divinis evangeliis atque apostolicis scriptis, tum ex prophetarum vaticiniis, quæ ostendant esse Deum verum Dominum nostrum Jesum Christum.

IV. Quod autem etiam homo post assumtam humanitatem audiat; docet quidem ipse Dominus Judæos compellans & clamans: [p] *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis loquutus sum?*
E Et beatus Paullus in epistola prima ad Corinthios, dicens: [q] *Quoniam enim per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum.* Atque ostendens de quo loquatur, explicat quod dictum est hoc modo, inquiens: [r] *Sicut enim in Adam moriuntur, ita & in Christo omnes vivificabuntur.* Et ad Timotheum scribens similiter dicit: [s] *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus.* Et in Actibus, cum Athenis concionaretur: [t] *Tempora quidem ergo ignorantiæ despiciens Deus*, in-

a Joan. I. 1-3. b Ibid. ℣. 9. c Joan. XIV. 9. d Joan. X. 30. e Joan. XIV. 11. f Heb. I. 3.
g Philipp. II. 5-7. h Rom. IX. 5. i Tit. II. 13. k Isa. IX. 6. l Isa. XLV. 14. 15. m Isa. VII. 14.
n Matth. I. 23. o Baruch. III. 36-38. p Joan. VII. 20. VIII. 40. q I. Cor. XV. 21. r Ibid. ℣. 22.
s I. Tim. II. 5. t Act. XVII. 30. 31.

1. Πρόσθες· Θεὸς ἀληθινός. 2. Γρ. καὶ ὅτι. 3. Lege Τίτον· προσδεχόμενοι. 4. Γρ. δεικνύσας, ἢ δεικνύσαι.

παραγγέλλει πᾶσι πανταχοῦ μετανοεῖν, καθ' ὅτι ἔστησεν ἡμέραν ἐν ᾗ μέλλει κρίνειν τὴν οἰκουμένην ἐν δικαιοσύνῃ, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχὼν πᾶσιν, ἀναστήσας αὐτὸν ἐκ νεκρῶν. καὶ ὁ μακάριος Πέτρος Ἰουδαίοις διαλεγόμενος· ἄνδρες φησὶν Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς σημείοις, καὶ τέρασι, καὶ δυνάμεσιν, οἷς ἐποίησεν ὁ Θεὸς δι' αὐτοῦ. καὶ ὁ προφήτης δὲ Ἡσαΐας, τοῦ δεσπότου Χριστοῦ τὰ πάθη προαγορεύων, ὃν πρὸ βραχέων ὠνόμασε Θεὸν, τοῦτον ἄνθρωπον ἀποκαλεῖ λέγων· ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν. οὗτος τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν ὀδυνᾶται. καὶ ἄλλας δ' ἂν ὁμοφώνους μαρτυρίας συλλέξας ἐκ τῆς ἁγίας γραφῆς, ἐνέθηκα ἂν τῇ ἐπιστολῇ, εἰ μὴ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν ἠπιστάμην, βίον ἔχειν τὴν τῶν θείων λογίων μελέτην, κατὰ τὸν ἐν Ψαλμοῖς μακαριζόμενον ἄνθρωπον. τῇ ὑμετέρᾳ τοίνυν φιλοπονίᾳ καταλιπὼν τὴν τῶν μαρτυριῶν συλλογὴν, ἐπὶ τὰ προκείμενα βαδιοῦμαι.

Θεὸν τοίνυν ἀληθινὸν, καὶ ἄνθρωπον ἀληθινὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμολογοῦμεν, οὐκ εἰς δύο πρόσωπα διαιροῦντες τὸν ἕνα, ἀλλὰ δύο φύσεις ἀσυγχύτως ἡνῶσθαι πιστεύομεν. οὕτω γὰρ καὶ τὴν πολυσχεδῆ τῶν αἱρετικῶν βλασφημίαν ῥᾳδίως διελέγξαι δυνησόμεθα. πολλὴ καὶ ποικίλη τῶν ἐπαναστάντων τῇ ἀληθείᾳ ἡ πλάνη, ὡς αὐτίκα δηλώσομεν. Μαρκίων μὲν γὰρ καὶ Μάνης οὔτε ἀνειληφέναι ἀνθρωπείαν φύσιν τὸν Θεὸν λόγον φασὶν, οὔτε ἐκ παρθένου τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν γεγεννῆσθαι [1] πιστεύκασιν, ἀλλ' αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σχηματισθῆναι εἰς εἶδος ἀνθρώπειον, καὶ φανῆναι ὡς ἄνθρωπον, φαντασίᾳ μᾶλλον, ἢ ἀληθείᾳ χρησάμενον. Βαλεντῖνος δὲ καὶ Βαρδισάνης, τὴν μὲν γέννησιν δέχονται, τὴν δὲ ἀνάληψιν ἀρνοῦνται τῆς ἡμετέρας φύσεως, οἷόν τινι σωλῆνι χρήσασθαι τῇ παρθένῳ λέγοντες τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. Σαβέλλιος δὲ ὁ Λίβυς, καὶ Φωτεινὸς, καὶ Μάρκελλος ὁ Γαλάτης, καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς ἄνθρωπον ψιλὸν ἐκ τῆς παρθένου γεννηθῆναι λέγουσι, τὸ δὲ καὶ Θεὸν εἶναι τὸν προαιώνιον Χριστὸν διαῤῥήδην ἀρνοῦνται. Ἄρειος δὲ καὶ Εὐνόμιος, σῶμα μόνον ἀνειληφέναι ἐκ τῆς παρθένου τὸν Θεὸν λόγον φασίν· Ἀπολινάριος δὲ, τῷ σώματι [2] προτίθησι καὶ ψυχὴν ἄλογον, ὡς τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Θεοῦ λόγου, ὑπὲρ ἀλόγων, οὐχ ὑπὲρ λογικῶν γεγενημένης. ἡ δὲ ἀποστόλων διδασκαλία, τέλειον ἄνθρωπον ὑπὸ τελείου Θεοῦ ἀνειλῆφθαι διδάσκει. τὸ γὰρ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, μορφὴν δούλου ἔλαβε, τοῦτο δηλοῖ. ἀντὶ [3] φύσιν γὰρ, ἡ μορφὴ καὶ οὐσίαν πρόσκειται. δηλοῖ γὰρ ὅτι φύσιν ἔχων Θεοῦ, φύσιν ἔλαβε δούλου. διὸ τοῖς μὲν πρώτοις τῆς ἀσεβείας εὑρεταῖς Μαρκίωνι, καὶ τῷ Μάνεντι, καὶ Βαλεντίνῳ διαλεγόμενοι, ἀποδεικνύναι σπουδάζομεν ἐκ τῶν θείων γραφῶν, ὅτι οὐ μόνον Θεὸς, ἀλλὰ καὶ ἄνθρωπος ὁ δεσπότης Χριστός. Ἀρείου δὲ καὶ Εὐνομίου καὶ Ἀπολιναρίου τὸ περὶ τὴν οἰκονομίαν ἀτελὲς δῆλον ποιοῦντες τοῖς ἀγνοοῦσι, τελείαν εἶναι τὴν ληφθεῖσαν ἀποφαινόμεθα φύσιν ἐκ τῶν θείων λογίων τοῦ πνεύματος. Σαβελλίου δὲ, καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Μαρκέλλου, καὶ Παύλου τὴν ἀσέβειαν ἐλέγχομεν, μάρτυρι τῇ θείᾳ γραφῇ κεχρημένοι, καὶ δεικνύντες, ὡς οὐκ ἄνθρωπος μόνον, ἀλλὰ καὶ Θεὸς προαιώνιος, καὶ τῷ πατρὶ ὁμοούσιος ὁ δεσπότης Χριστός. ὅτι γὰρ ψυχὴν ἀνέλαβε λογικὴν, αὐτὸς ὁ κύριος διδάσκει λέγων· νῦν ἡ ψυχή μου τετάρακται· καὶ

quit, *nunc edicit omnibus ubique ut pœnitentiam agant, propterea quod constituit diem, in quo judicaturus est mundum in justitia, in viro quem statuit, fidem exhibens omnibus, resuscitans eum a mortuis*. Ac beatus Petrus Judæos alloquens: [a] *Viri*, inquit, *Israelitæ, audite hos sermones: Jesum Nazarænum virum a Deo ostensum inter vos signis, prodigiis atque virtutibus quæ fecit Deus per ipsum*. Propheta etiam Isaias, Christi Domini passiones prædicens, quem paullo ante appellat Deum, hunc ipsum hominem vocat, dicens: [b] *Homo qui in plaga est, & scit ferre languorem. Hic iniquitates nostras portat, & pro nobis dolet*. Alia etiam testimonia in eamdem sententiam ex litteris sacris collecta in epistola posuissem, nisi probe compertum haberem, pietati vestræ pro vita esse divinorum eloquiorum meditationem, secundum hominem illum qui in Psalmis beatus prædicatur. Vestræ igitur industriæ relinquens testimoniorum hujusmodi collectionem, ad propositum veniam.

V. Deum igitur verum & verum hominem confitemur Dominum nostrum Jesum Christum: non in duas personas dividentes eum qui singularis est; sed duas naturas sine ulla confusione fuisse unitas credimus: ita enim etiam multimodam hæreticorum blasphemiam facile confutare poterimus. Multiplex namque & varius est error illorum, qui adversus veritatem insurgunt, quemadmodum jam ostensuri sumus. Marcion siquidem & Manes neque assumsisse humanam naturam Deum Verbum dicunt, neque ex Virgine natum credunt Dominum nostrum Jesum Christum: sed ipsum Deum Verbum conformatum in speciem humanam fuisse, atque ut hominem apparuisse, sensuum apprehensione potius usum, quam veritate. Ast Valentinus & Bardesanes nativitatem quidem admittunt, assumtionem nihilominus negant nostræ naturæ, quadam quasi fistula dicentes usum ipsa Virgine filium Dei. Sabellius vero Libycus, & Photinus ac Marcellus Galata, Paullus quoque Samosatenus nudum hominem ex Virgine natum dicunt: quod autem & Deus sit æternus Christus, luculenter negant. Arius autem Eunomiusque corpus dumtaxat accepisse Deum Verbum ex Virgine autumant. Apolinarius vero corpori adjicit & animam rationis nequaquam compotem, perinde ac si Verbi Dei incarnatio pro irrationalibus, non vero rationalibus facta esset. Sed apostolica doctrina perfectum hominem a perfecto Deo fuisse assumtum docet. Illud quippe, [c] *Qui cum in forma Dei esset, formam servi accepit*, istud ipsum suadet. Forma namque pro natura & essentia heic ponitur: demonstrat enim eum qui Dei naturam habebat, naturam accepisse servi. Quamobrem adversus primores impietatis inventores, Marcionem, inquam, & Manetem ac Valentinum cum verba facimus, demonstrare nitimur ex divinis scripturis non modo Deum, verum etiam hominem esse Christum Dominum. Sed Arii & Eunomii atque Apolinarii commentum circa incarnationem quanta laboret imperfectione dum ostendimus iis qui hoc ignorant, perfectam fuisse assumtam naturam demonstramus ex oraculis Spiritus sancti. At enim Sabellii, Photini, Marcelli atque Paulli perfidiam arguimus, testimonio usi eademmet sacra scriptura; atque ostendimus non modo hominem esse, sed & Deum ante sæcula patrique consubstantialem Christum Dominum. Quod enim animam rationis compotem assumserit, docet ipse Dominus inquiens:

a Act. II, 22. *b* Isa. LIII. 3, 4. sec. LXX. *c* Philipp. II. 6.

1. Γρ. πεπιστεύκασι. 2. Γρ. προστίθησι. 3. Γρ. ἀντὶ φύσιν γὰρ καὶ οὐσίαν μορφὴ πρόσκειται.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.

τί εἴπω; [a] πατὴρ σῶσόν με ἐκ τῆς ὥρας ταύτης. ἀλλὰ διὰ τοῦτο [2] ἦλθεν εἰς τὴν ὥραν ταύτην· καὶ πάλιν· [b] περίλυπός ἐστιν ἡ ψυχή μου ἕως θανάτου. καὶ ἑτέρωθι· [c] ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν· οὐδεὶς αἴρει αὐτὴν ἀπ' ἐμοῦ. καὶ ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν Ἰωσήφ· [d] παράλαβε τὸ παιδίον καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ, καὶ πορεύου εἰς γῆν Ἰσραήλ· τεθνήκασι γὰρ πάντες οἱ ζητοῦντες τὴν ψυχὴν τοῦ παιδίου. καὶ ὁ εὐαγγελιστής· [e] Ἰησοῦς δὲ προέκοπτεν ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ καὶ χάριτι παρὰ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις. προκόπτει δὲ ἡλικίᾳ καὶ σοφίᾳ, οὐ θεότης, ἡ ἀεὶ τελεία, ἀλλ' ἡ ἀνθρωπεία φύσις, ἡ χρόνῳ καὶ γιγνομένη, καὶ αὐξανομένη, καὶ τελειουμένη.

A [a] *Nunc anima mea turbata est; & quid dicam? Pater salva me ex hac hora? sed propterea veni in hanc horam*. Et rursus: [b] *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Et alibi: [c] *Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: nemo tollit eam a me*. Et Angelus ad Joseph: [d] *Accipe puerum & matrem ejus, & perge in terram Israel: mortui sunt enim omnes qui quærebant animam pueri*. Et Evangelista: [e] *Jesus autem proficiebat ætate & sapientia & gratia apud Deum & homines*. Proficit porro ætate & sapientia, non divinitas quæ semper perfecta est, sed humana natura, quæ tempore & exstat & augetur & perficitur.

B

Οὐ χάριν τὰ μὲν ἀνθρώπινα πάντα τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, πεῖναν φημὶ καὶ δίψαν, καὶ κόπον, καὶ ὕπνον, καὶ δειλίαν, καὶ ἱδρῶτα, καὶ προσευχὴν, καὶ ἄγνοιαν, καὶ ὅσα τοιαῦτα, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς εἶναι φαμὲν, ἣν ἀναλαβὼν ὁ Θεὸς λόγος ἥνωσεν ἑαυτῷ, τὴν ἡμετέραν πραγματευόμενος σωτηρίαν· τὸν δὲ τῶν χωλῶν δρόμον, καὶ τῶν νεκρῶν τὴν ἀνάστασιν, καὶ τὰς τῶν ἄρτων πηγὰς, καὶ τὴν τοῦ ὕδατος εἰς οἶνον μεταβολὴν, καὶ πάσας τὰς ἄλλας θαυματουργίας, τῆς θείας εἶναι δυνάμεως ἔργα πιστεύομεν· ὡς τὸν αὐτὸν, φημὶ δὴ τὸν δεσπότην Χριστὸν, καὶ πάσχειν, καὶ πάθη λύειν· πάσχειν μὲν, κατὰ τὸ ὁρώμενον· λύειν δὲ τὰ πάθη, κατὰ τὴν ἀῤῥήτως οἰκοῦσαν θεότητα. δηλοῖ δὲ τοῦτο σαφῶς καὶ τῶν ἱερῶν εὐαγγελίων ἡ ἱστορία, καὶ μανθάνομεν ἐκεῖθεν, ὡς ἐν φάτνῃ κείμενος, καὶ σπάργανα περιβεβλημένος ὑπὸ ἀστέρος ἐκηρύττετο, καὶ ὑπὸ μάγων προσεκυνεῖτο, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων ὑμνεῖτο· καὶ διακρίνομεν εὐσεβῶς, ὅτι τὰ ῥάκη, καὶ σπάργανα, καὶ τῆς κλίνης ἡ ἀπορία, καὶ ἡ πολλὴ εὐτέλεια, τῆς ἀνθρωπότητος ἴδια· ὁ δὲ τῶν μάγων δρόμος, καὶ τοῦ ἀστέρος ἡ ποδηγία, καὶ ἡ τῶν ἀγγέλων χορεία, κηρύττει τὴν τοῦ κρυπτομένου θεότητα. οὕτως ἀποδιδράσκει μὲν εἰς Αἴγυπτον, καὶ τῇ φυγῇ τῆς Ἡρώδου μανίας ἀπαλλάττεται· καὶ γὰρ ἄνθρωπος ἦν· συσσείει δὲ κατὰ τὸν προφήτην τὰ χειροποίητα Αἰγύπτου· Θεὸς γὰρ ὑπῆρχε. περιτέμνεται, καὶ φυλάττει τὸν νόμον, καὶ καθαρσίους προσφέρει θυσίας· ἐκ γὰρ τῆς Ἰεσσαὶ [3] βεβλαστήκει ῥίζης, καὶ ὑπὸ νόμον ὡς ἄνθρωπος ἦν. καὶ ἔλυσε τὸν νόμον μετὰ ταῦτα, καὶ δέδωκε τὴν καινὴν διαθήκην· νομοθέτης γὰρ ἦν, καὶ ταύτην αὐτὸς δώσειν διὰ τῶν προφητῶν ἐπηγγείλατο. ἐβαπτίσθη ὑπὸ Ἰωάννου· τοῦτο δείκνυσι τὸ ἡμέτερον. μαρτυρεῖται ἄνωθεν ὑπὸ τοῦ πατρὸς, καὶ ὑπὸ τοῦ πνεύματος δείκνυται· τοῦτο κηρύττει τὸν προαιώνιον. ἐπείνησεν· ἀλλὰ καὶ πολλὰς χιλιάδας ἐκ πέντε ἄρτων ἐκόρεσε. τοῦτο θεῖον, ἐκεῖνο ἀνθρώπινον. ἐδίψησε, καὶ ᾔτησεν ὕδωρ· ἀλλὰ πηγὴ ἦν ζωῆς· καὶ τὸ μὲν ἦν, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας· τὸ δὲ, τῆς θείας δυνάμεως. ἐκαθεύδησεν ἐν τῷ πλοίῳ, ἀλλὰ καὶ τῆς θαλάττης τὴν ζάλην ἐκοίμησε. τοῦτο τῆς παθητῆς φύσεως, ἐκεῖνο τῆς ποιητικῆς καὶ δημιουργικῆς, καὶ τῆς τοῖς πᾶσι τὸ εἶναι δωρησαμένης. ἐκοπίασε βαδίσας, ἀλλὰ καὶ χωλοὺς ἀρτίποδας εἰργάσατο, καὶ νεκροὺς ἐκ τῶν τάφων ἀνέστησε· καὶ τὸ μὲν ἦν τῆς ὑπερκοσμίου δυνάμεως· τὸ δὲ, τῆς ἡμετέρας ἀσθενείας. ἐδειλίασε θάνατον, καὶ ἔλυσε θάνατον· καὶ τὸ μὲν, τοῦ θνητοῦ δηλωτικόν· τὸ δὲ, τοῦ ἀθανάτου, μᾶλλον δὲ ζωοποιοῦ τυγχάνει σημαντικόν. ἐσταυρώθη κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον ἐξ ἀσθενείας, ἀλλὰ ζῇ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ, κατὰ τὸν αὐτόν. τὸ τῆς ἀσθενείας ὄνομα διδασκέτω· οὐχ ὡς παντοδύναμος, καὶ ἀπερίγραφος, καὶ ἄτρεπτος,

VI. Quocirca humana omnia Christi Domini, famem, inquam, sitim, laborem, somnum, timorem, sudorem, orationem, ignorationem & cetera id genus alia, nostræ conspersionis esse dicimus, quam assumens Deus Verbum uniit sibi, nostram operaturus salutem. At claudorum cursum, mortuorum resurrectionem, panum multiplicationes, aquæ in vinum conversionem, ceteraque omnia prodigia, divinæ fuisse naturæ opera credimus: ita ut unus idemque, Christus nempe Dominus, & pateretur & passiones solveret; pateretur quidem secundum visibilem portionem, solveret autem passiones secundum divinitatem ineffabiliter inhabitantem. Quod C declarat manifeste etiam sanctorum evangeliorum historia, & inde addiscimus, quia in præsepio positus & fasciis involutus, a stella manifestabatur, a Magis adorabatur & ab angelis laudabatur: atque pie inferimus, pannos, fascias, lectuli defectum & nimiam paupertatem in humanam cadere naturam. Sed Magorum accursus, stellæ ducatus, angelorum chorea manifestat ejus qui manifestatur, divinitatem. Haud secus, fugit ille quidem in Ægyptum, & hac fuga ab Herodis furore liberatur, quippe homo erat: sed concutit, secundum prophetam [f], manufacta Ægypti, quippe Deus erat. Circumciditur, & legem observat, & purgatoria offert sacrificia: etenim de radice Jesse germinave- D rat, & sub lege, ut homo, erat. Ast solvit legem postea, deditque novum testamentum: legislator etenim erat, ac per prophetas ipse promiserat fore aliquando ut illud daret. Baptizatus est ab Joanne: hoc naturam indicat nostram. Testimonium accipit cælitus a patre, & a Spiritu sancto demonstratur: hoc ante sæcula exstare illum prædicat. Esuriit: at enim multa hominum millia quinque panibus satiavit. Hoc divinum, illud humanum fecit. Sitivit & petiit aquam: at enim fons ipse erat vitæ: atque illud quidem in humanam cadebat infirmitatem, istud divinæ erat potentiæ. Dormivit in navi: sed & maris fluctus consopivit. Alterum patientis erat naturæ, alterum vero agen- E tis atque creatricis, & ejus quæ rebus omnibus exstantiam largitur. Defatigatus est incessu: sed & claudos æquales pedibus effecit, & mortuos e sepulcris excitavit. Istud altissimæ virtutis fuit, illud vero infirmitatis nostræ. Timuit mortem, & mortem solvit: illud mortalem ostendit, hoc immortalem atque adeo vivificantem demonstrat. [g] *Crucifixus est*, juxta beatum Paullum, *ex infirmitate; sed vivit ex virtute Dei*, juxta eumdem. Id doceat infirmitatis nomen. Nequaquam ceu omnipotens, & incircumscriptus, & immutabilis, & inal-

a Joan. XII. 27. b Matth. XXVI. 38. c Joan. X. 18. d Matth. II. 20. e Luc. II. 52. f Isa. XIX. 1. g II. Cor. XIII. 4.

1. Γρ. πάτερ. 2. Γρ. ἦλθον. 3. Γρ. ἐβεβλαστήκει.

καὶ ἀναλλοίωτος προσηλώθη· ἀλλ' ἡ ἐκ δυνάμεως Θεοῦ ζωοποιηθεῖσα φύσις, κατὰ τὴν τοῦ ἀποστόλου διδασκαλίαν, ἀπέθανε, καὶ ἐτάφη, ἀμφότερα τῆς τοῦ δούλου μορφῆς. πύλας χαλκᾶς συνέτριψε, καὶ μοχλοὺς συνέθλασε, καὶ κατέλυσε τοῦ θανάτου τὸ κράτος, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἀνέστησε τὸν οἰκεῖον ναόν. ταῦτα τῆς τοῦ Θεοῦ μορφῆς τὰ γνωρίσματα κατὰ τὴν τοῦ κυρίου φωνήν· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. οὕτως ἐν τῷ ἑνὶ Χριστῷ διὰ μὲν τῶν παθῶν θεωροῦμεν τὴν ἀνθρωπότητα, διὰ δὲ τῶν θαυμάτων νοοῦμεν αὐτοῦ τὴν θεότητα. οὐ γὰρ εἰς δύο Χριστοὺς τὰς δύο φύσεις μερίζομεν, καὶ ἴσμεν, ὅτι μὲν ἐκ τοῦ πατρὸς ὁ Θεὸς λόγος ἐγεννήθη, καὶ ἐκ σπέρματος Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ἡ ἡμετέρα ἀπαρχὴ προσελήφθη. διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος φησὶ περὶ τοῦ Ἀβραὰμ διαλεγόμενος· [1] οὐκ εἶπε καὶ τοῖς σπέρμασί σου, ὡς ἐπὶ πολλῶν, ἀλλ' ὡς ἐφ' ἑνὸς, καὶ τῷ σπέρματί σου· ὅς ἐστι Χριστός. καὶ Τιμοθέῳ δὲ γράφων· μνημόνευε φησὶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἐγηγερμένον ἐκ νεκρῶν ἐκ σπέρματος Δαβὶδ κατὰ τὸ εὐαγγέλιόν μου. καὶ Ῥωμαίοις ἐπιστέλλων· περὶ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ φησι τοῦ γενομένου ἐκ σπέρματος Δαβὶδ τὸ κατὰ σάρκα. καὶ πάλιν· ὧν οἱ πατέρες, καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, καὶ ὁ εὐαγγελιστής· βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ, υἱοῦ Δαβὶδ, υἱοῦ Ἀβραάμ. καὶ ὁ μακάριος Πέτρος ἐν ταῖς πράξεσι· προφήτης φησὶν ὑπάρχων ὁ Δαβὶδ, καὶ εἰδὼς, ὅτι ὅρκῳ ὤμοσεν αὐτῷ ὁ Θεὸς ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ ἀναστήσειν τὸν Χριστὸν, καὶ καθίσαι ἐπὶ τοῦ θρόνου αὐτοῦ, προειδὼς ἐλάλησε περὶ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ. καὶ ὁ Θεὸς τῷ Ἀβραὰμ φησιν· ἐν τῷ σπέρματί σου ἐνευλογηθήσονται πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. καὶ ὁ Ἡσαΐας δέ· ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, καὶ ἄνθος ἐκ τῆς ῥίζης ἀναβήσεται, καὶ ἐπαναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα σοφίας, καὶ συνέσεως, πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος, πνεῦμα γνώσεως, καὶ εὐσεβείας, πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει [2] αὐτήν. καὶ μετ' ὀλίγα· καὶ ἔσται φησὶν ἡ ῥίζα τοῦ Ἰεσσαί· καὶ ὁ ἀνιστάμενος ἄρχειν ἐθνῶν· ἐπ' αὐτῷ ἔθνη ἐλπιοῦσι· καὶ ἔσται ἡ ἀνάπαυσις αὐτοῦ τιμή.

terabilis, clavis suffixus est: sed ea quæ ex virtute Dei vivificata natura est, secundum Apostoli doctrinam, mortua est & sepulta, quæ duo cadunt in formam servi. Portas æneas contrivit, & vectes confregit, dissolvitque mortis imperium, & in tribus diebus iterum excitavit templum suum: hi sunt characteres formæ Dei, secundum Domini vocem: [a] *Solvite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud*. Sic in uno Christo, ex passionibus quidem humanitatem contemplamur; ex prodigiis vero illius intelligimus divinitatem. Neque enim in duos Christos duas naturas partimur: sed compertum habemus, quod ex patre quidem Deus Verbum natus est, atque ex semine Abraham & David nostra conspersio assumta est. Quare etiam beatus Paullus de Abraham loquens inquit: [b] (*Et semini tuo:*) *non dixit, Et seminibus tuis tamquam in multis; sed tamquam in uno, Et semini tuo, qui est Christus*. Et Timotheo scribens: [c] *Memento*, inquit, *Jesum Christum resurrexisse ex mortuis, ex semine David secundum evangelium meum*. Et in epistola ad Romanos: [d] *De filio ejus*, inquit, *qui factus est ex semine David secundum carnem*. Ac rursus: [e] *Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem*. Evangelista autem: [f] *Liber generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Et beatus Petrus in Actibus: [g] *Propheta*, inquit, *cum esset David, sciretque jurejurando juravisse sibi Deum, fore ut de fructu lumbi ejus excitaret Christum, & collocaret in throno illius; hæc prævidens loquutus est de resurrectione ejus*. Et Abrahamo Deus inquit: [h] *In semine tuo benedicentur omnes gentes terræ*. Isaias vero: [i] *Egredietur virga de radice Jesse, & flos e radice ascendet, & requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilii & fortitudinis, spiritus cognitionis & pietatis, spiritus timoris Dei implebit illum*. Et post pauca: [k] *Et erit*, inquit, *radix Jesse, & qui consurgit ut imperet gentibus: gentes in ipso sperabunt: & erit requies ejus gloriosa*.

Δῆλον τοίνυν ἐκ τῶν εἰρημένων, ὡς τῷ μὲν κατὰ σάρκα ὁ Χριστὸς, τοῦ Ἀβραὰμ καὶ Δαβὶδ ὑπῆρχεν ἀπόγονος, καὶ τὴν αὐτὴν αὐτοῖς περιέκειτο φύσιν· κατὰ δὲ τὴν θεότητα, τοῦ Θεοῦ προαιώνιός ἐστιν υἱὸς καὶ λόγος, ἀφράστως τὲ καὶ ὑπὲρ ἄνθρωπον ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεὶς, καὶ συναΐδιος ὑπάρχων, ὡς ἀπαύγασμα, καὶ χαρακτὴρ, καὶ λόγος. ὡς γὰρ λόγος πρὸς νοῦν, καὶ ἀπαύγασμα πρὸς τὸ φῶς ἀχωρίστως ἔχει, οὕτως ὁ μονογενὴς υἱὸς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα. φαμὲν τοίνυν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, υἱὸν εἶναι μονογενῆ τοῦ Θεοῦ, καὶ πρωτότοκον· μονογενῆ μὲν, καὶ πρὸ τῆς ἐνανθρωπήσεως, καὶ μετὰ τὴν ἐνανθρώπησιν· πρωτότοκον δὲ, μετὰ τὴν ἐκ παρθένου γέννησιν. τῷ γὰρ μονογενεῖ, τὸ πρωτότοκος ὄνομα ἐναντίον μὲν εἶναί πως δοκεῖ. διὸ μονογενὴς μὲν, ὁ μόνος ἔκ τινος γεννηθεὶς προσαγορεύεται· πρωτότοκος δὲ, ὁ πολλῶν ἀδελφῶν πρῶτος. τὸν δὲ Θεὸν λόγον, μόνον ἐκ τοῦ πατρὸς αἱ θεῖαι γραφαὶ γεννηθῆναι λέγουσι. γίνεται δὲ καὶ πρωτότοκος ὁ μονογενὴς, τὴν ἡμετέραν φύσιν εἰληφὼς ἐκ τῆς παρθένου, καὶ ἀδελφοὺς τοὺς εἰς αὐτὸν πεπιστευκότας προσαγορεῦσαι καταξιώσας, ὡς εἶναι τὸν αὐτὸν μονογενῆ μὲν, καθ' ὃ Θεός· πρωτότοκον δὲ, καθ' ὃ ἄνθρωπος. οὕτως ἡμεῖς τὰς δύο φύσεις ὁμολογοῦντες, τὸν ἕνα Χριστὸν προσκυνοῦ-

VII. Liquet ergo ex iis quæ dicta sunt, quod Christus secundum carnem, Abrahæ & Davidis fuerit filius, quodque non aliam ab illorum naturam induerit. Ast secundum divinitatem, Dei æternus est filius & Verbum, ineffabiliter & supra hominis captum a patre genitus, qui & coæternus exsistit, quippe splendor & character & Verbum. Quemadmodum enim ratio a mente, & splendor a lumine divelli nequaquam possunt: sic neque unigenitus filius a patre suo. Dicimus ergo, Dominum nostrum Jesum Christum filium esse unigenitum Dei & primogenitum: unigenitum quidem & ante & post incarnationem, primogenitum vero post nativitatem ex Virgine. Primogeniti sane nomen unigenito aliquatenus adversari videatur: propterea quod unigenitus ille audit, qui unus ex aliquo nascitur; primogenitus autem, qui multorum fratrum primus est. Sed Deum Verbum unum ex patre natum divinæ dicunt scripturæ: est tamen etiam primogenitus iste ipse unigenitus, qui nostram assumsit naturam ex virgine, & fratres eos qui in se crediderunt, appellare dignatus est [l]; ita ut sit idemmet unigenitus quidem quatenus Deus, primogenitus vero quatenus homo est. Sic nos duas naturas confitentes, unum Christum adoramus, unam-

a Joan. II. 19. *b* Gal. III. 16. *c* II. Tim. II. 8. *d* Rom. I. 3. *e* Rom. IX. 5. *f* Matth. I. 1. *g* Act. II. 30. 31. *h* Gen. XXII. 18. *i* Isa. XI. 1-3. *k* Ibid. ℣. 10. sec. LXX. *l* Joan. XX. 17. Heb. II. 11. 12. 17.

1. Λείπει ἐνταῦθα τὰ τοῦ Παύλου ῥήματα, ταῦτα δηλαδή· καὶ τῷ σπέρματί σου. 2. Leg. αὐτόν.

μεν, καὶ μίαν αὐτῷ προσφέρομεν τὴν προσκύνησιν· τὴν γὰρ ἕνωσιν ἐξ αὐτῆς τῆς συλλήψεως ἐν τῇ ἁγίᾳ τῆς παρθένου νηδύϊ γεγενῆσθαι πιστεύομεν. διὸ καὶ θεοτόκον καὶ ἀνθρωποτόκον τὴν ἁγίαν παρθένον προσαγορεύομεν· ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὁ δεσπότης Χριστὸς, Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὑπὸ τῆς θείας καλεῖται γραφῆς, καὶ ὁ Ἐμμανουὴλ δὲ, τῶν δύο φύσεων κηρύττει τὴν ἕνωσιν. εἰ δὲ τὸν Χριστὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον ὁμολογοῦμεν καὶ λέγομεν, τίς οὕτως εὐήθης, ὡς φυγεῖν τὴν ἀνθρωποτόκος φωνὴν μετὰ τῆς θεοτόκου τιθεμένην; ἐν γὰρ τῷ δεσπότῃ Χριστῷ, τὰς δύο τίθεμεν προσηγορίας. διὸ ἡ παρθένος τετίμηται, καὶ κεχαριτωμένη προσηγορεύθη. τίς οὖν ἂν εὖ φρονῶν παραιτήσαιτο ἀπὸ τῶν τοῦ σωτῆρος ὀνομάτων ἀποκαλέσαι τὴν παρθένον, ἣ δι' ἐκεῖνον παρὰ τῶν πιστῶν γεραίρεται; οὐ γὰρ ὁ ἐξ αὐτῆς δι' αὐτὴν σεβάσμιος, ἀλλ' αὐτὴ διὰ τὸν ἐξ αὐτῆς, ταῖς μεγίσταις προσηγορίαις καλλωπίζεται.

A que illi deferimus adorationem: unitionem etenim ex ipsa assumtione in sancta Virginis alvo factam fuisse credimus. Quapropter & Deiparam & Viriparam sanctam Virginem appellamus; quandoquidem etiam Christus Dominus, Deus & homo a divina scriptura vocatur, & Emmanuel duorum naturarum præconium habet. Quod si Christum Deum hominemque confitemur & dicimus; quis adeo bardus est, ut usurpare revereatur cum nomine Deiparæ etiam Viriparæ vocabula? in Christo enim Domino has duas ponimus appellationes. Quamobrem Virgo honorata & gratia plena appellata est. Quis ergo, dummodo sapiat, renuerit ipsis Salvatoris nominibus appellare Virginem, quæ propter
B illum a fidelibus condecoratur? Neque enim qui ex ea natus est, propter eam venerabilis est; sed ipsa propter eum qui ex illa natus est, maximis honestatur appellationibus.

Εἰ μὲν οὖν Θεὸς μόνον ὁ Χριστὸς, καὶ ἐκ τῆς παρθένου τοῦ εἶναι τὴν ἀρχὴν εἴληφεν· ἐντεῦθεν μόνον ἡ παρθένος ὀνομαζέσθω καὶ καλείσθω θεοτόκος, ὡς Θεὸν φύσει γεννήσασα· εἰ δὲ Θεὸς καὶ ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, καὶ τὸ μὲν, ἦν ἀεί· οὔτε γὰρ ἤρξατο τοῦ εἶναι· συναΐδιος γὰρ τῷ γεννήσαντι· τὸ δὲ, ἐπ' [1] ἐσχάτου τῶν καιρῶν ἐκ τῆς ἀνθρωπείας ἐβλάστησε φύσεως, ἑκατέρωθεν ὁ δογματίζειν ἐθέλων, πλεκέτω τῇ παρθένῳ τὰς προσηγορίας, δηλῶν ποῖα μὲν τῇ φύσει, ποῖα δὲ τῇ ἑνώσει προσήκει. εἰ δὲ πανηγυρικῶς τις λέγειν ἐθέλοι, καὶ ὕμνους ὑφαίνειν, καὶ ἐπαίνους διεξιέναι, καὶ βούλεται τοῖς σεμνοτέροις ὀνόμασιν ἀναγκαίως κεχρῆσθαι, οὐ δογματίζων, ὡς ἔφην, ἀλλὰ πανηγυρίζων, καὶ θαυμάζων ὡς οἷόν τε τοῦ μυστηρίου τὸ μέγεθος, ἀπολαυέτω τοῦ πόθου, καὶ τοῖς μεγάλοις ὀνόμασιν κεχρήσθω, καὶ [2] ἐπαινέτω, καὶ θαυμαζέτω· πολλὰ γὰρ τοιαῦτα παρὰ τοῖς ὀρθοδόξοις διδασκάλοις εὑρίσκομεν. πανταχοῦ δὲ τὸ μέτρον τιμάσθω· ἐπαινῶ γὰρ τὸν εἰρηκότα ἄριστον εἶναι τὸ μέτρον, εἰ καὶ τῆς ἡμετέρας ἀγέλης οὐκ ἔστιν. αὕτη τῆς ἐκκλησιαστικῆς πίστεως ἡ ὁμολογία· τοῦτο τῆς εὐαγγελικῆς καὶ ἀποστολικῆς διδασκαλίας τὸ δόγμα. ὑπὲρ τούτου τρὶς καὶ πολλάκις ἀποθανεῖν, τῆς τοῦ Θεοῦ δηλονότι χάριτος συνεργούσης, οὐ παραιτησόμεθα. [3] ταυτὰ καὶ τοὺς νῦν πλανωμένους διδάξαι προεθυμήθημεν, καὶ πολλάκις αὐτοὺς εἰς διάλεξιν προὐκαλεσάμεθα, ὑποδεῖξαι αὐτοῖς σπουδάζοντες τὴν ἀλήθειαν· καὶ οὐ πεπείκαμεν· ὑφορώμενοι γὰρ τῶν [4] ἐλεγχῶν τὸ προφανὲς, ἔφυγον τοὺς ἀγῶνας. σαθρὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς τὸ ψεῦδος, καὶ τῷ σκότει συνεζευγμένον. πᾶς γὰρ, φησιν, ὁ φαῦλα πράσσων, οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸ φῶς, ἵνα μὴ φανερωθῇ ὑπὸ τοῦ φωτὸς τὰ ἔργα αὐτοῦ.

VIII. Si quidem igitur Deus tantummodo est Christus, atque ex Virgine initium exstandi accepit; esto: Deipara dumtaxat audiat voceturque Virgo, quippe quæ Deum natura genuerit. At si Deus est & homo Christus: atque Deus quidem semper fuit; neque enim esse cœpit, quippe patri coæternus; homo vero in novissimis temporibus ex humana germinavit natura: qui utriusque rei dogma edisserere voluerit, connectat Virgini appellationes, ostendens
C quænam quidem ob naturam, quænam autem propter unionem conveniat. Si quis porro ut rhetor dicere velit, hymnos contexere, laudes celebrare, atque in animo habeat venustioribus nominibus necessario uti, non dogma tractans, aut suspiciens quantum fieri potest mysterii magnitudinem: quod libuerit faciat, & grandisonis utatur nominibus, laudes pangat, mirabilia prædicet. Plura namque habemus hujusmodi exempla apud orthodoxos doctores. Ubique tamen modum servet: laudo namque eum (*Cleobul.*) qui dixit: *Modus est optimus*, tametsi ille nostræ communionis non est. Hæc confessio est ecclesiasticæ fidei, hoc dogma evangelicæ apostolicæque doctrinæ. Pro eo ter quaterque
D mori, Dei opitulante gratia, nequaquam abnuemus. Hæc eadem illos qui nunc errant, docere proposuimus, & sæpenumero eosdem ad disputationem provocavimus, illis demonstrare studentes veritatem: neque tamen persuadere potuimus. Veriti scilicet argumentorum evidentiam, certamen declinabant. Infirmum quippe re vera est mendacium, & cum tenebris conjunctum: [a] *Omnis enim*, inquit, *qui mala agit, non venit ad lucem, ut non manifestentur a luce opera ejus.*


Ἐπειδὴ τοίνυν πολλὰ πεπονηκότες, οὐ πεπείκαμεν αὐτοὺς ἐπιγνῶναι τὴν ἀλήθειαν, εἰς τὰς οἰκείας ἐπανήλθομεν ἐκκλησίας ἀθυμοῦντες, καὶ χαίροντες· τὸ μὲν, διὰ τὸ ἡμέτερον ἀπλανές· τὸ δὲ, διὰ τὴν τῶν μελῶν ἡμῶν σηπεδόνα. διὸ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην παρακαλῶ ἐνθύμως, τὸν φιλάνθρωπον ἡμῶν ἱκετεῦσαι δεσπότην, καὶ πρὸς αὐτὸν βοῆσαι· φεῖσαι κύριε τοῦ λαοῦ σου, καὶ μὴ δὸς τὴν κληρονομίαν σου εἰς ὄνειδος· ποίμανον ἡμᾶς κύριε, ἵνα μὴ γενώμεθα ὡς τὸ ἀπ' ἀρχῆς, ὅτε οὐκ ἦρχες ἡμῶν, οὐδὲ ἐπικέκλητο τὸ ὄνομά σου ἐφ' ἡμᾶς· ἴδε κύριε, ὅτι ἐγενήθημεν ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, μυκτηρισμὸς καὶ χλευασμὸς τοῖς κύκλῳ ἡμῶν ὅτι εἰσῆλθε δόγματα πονηρὰ εἰς τὴν κληρονομίαν· ἐμίαναν

IX. Quoniam igitur post multos conatus, haud potuimus ipsis persuadere, ut veritatem vellent agnoscere, ad nostras reversi sumus ecclesias dolentes
E simul ac gaudentes. Gaudebamus minime errare nos; dolebamus membra nostra computrescere. Quamobrem vestram sanctitatem oro etiam atque etiam, ut pio Domino nostro preces fundat, ad ipsumque clamet: [b] *Parce, Domine, populo tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium.* Pasce nos Domine, ut ne simus [c] *quemadmodum ab initio, quando non dominabaris nostri, neque invocabatur nomen tuum super nos.* Vide, quoniam facti sumus [d] *opprobrium vicinis nostris, subsannatio & irrisio iis qui sunt in circuitu nostro*; quoniam in-

a Joan. III. 20. b Joel. II. 17. c Isa. LXIII. 19. d Psalm. XLIII. 14.

1. Ισ. ἐσχάτων. 2. Γρ. ἐπαινείτω. 3. Ισ. ταῦτα. 4. Γρ. ἐλέγχων.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.




τὸν ναὸν τὸν ἅγιόν σου, ὅτι εὐφράνθησαν θυγατέρες ἀλλοφύλων ἐπὶ τοῖς ἡμετέροις κακοῖς, ὅτι ἐμερίσθημεν εἰς γλώσσας πολλὰς οἱ πρώην ὁμοφρονοῦντές τε καὶ ὁμοφωνοῦντες. κύριε ὁ Θεὸς ἡμῶν, εἰρήνην δὸς ἡμῖν, ἣν ἀπωλέσαμεν, τῶν σῶν ἐντολῶν ἀμελήσαντες. κύριε ἐκτός σου ἄλλον οὐκ οἴδαμεν· τὸ ὄνομά σου ὀνομάζομεν· ποίησον τὰ ἀμφότερα ἕν, καὶ τὸ μεσότειχον τοῦ φραγμοῦ λῦσον, τὴν ἀναφυεῖσαν ἀσέβειαν. συνάγαγε ἡμᾶς ἕνα καθ' ἕνα, τὸν νέον σου Ἰσραὴλ, οἰκοδομῶν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὰς διασπορὰς Ἰσραὴλ ἐπισυνάγων. γενοίμεθα πάλιν μία ποίμνη, καὶ πάντες ὑπὸ σοῦ ποιμανθείημεν. σὺ γὰρ εἶ ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τιθεικὼς ὑπὲρ τῶν προβάτων. ἐξεγέρθητι, ἱνατί ὑπνοῖς κύριε; ἀνάστηθι, καὶ μὴ ἀπώσῃ εἰς τέλος. ἐπιτίμησον τοῖς ἀνέμοις καὶ τῇ θαλάττῃ, καὶ δὸς γαλήνην τῇ ἐκκλησίᾳ σου, καὶ κυμάτων ἀπαλλαγήν. ταῦτα καὶ ὅσα τοιαῦτα παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν θεοσέβειαν βοᾷν πρὸς τὸν τῶν ὅλων Θεόν· ἀγαθὸς γὰρ ὢν καὶ φιλάνθρωπος, καὶ τὸ θέλημα τῶν φοβουμένων αὐτὸν ποιῶν ἀεὶ, τῆς [1] ἡμετέρας δεήσεως ἐπακούσεται, καὶ τὸν παρόντα ζόφον ἀποσκεδάσει, τὸν τῆς αἰγυπτιακῆς πληγῆς ζοφωδέστερον, καὶ τὴν αὐτοῦ φίλην χαριεῖται γαλήνην, καὶ συνάξει τοὺς διεσκορπισμένους, καὶ τοὺς ἀπωσμένους εἰσδέξεται· καὶ ἀκουσθήσεται πάλιν φωνὴ ἀγαλλιάσεως καὶ σωτηρίας ἐν σκηναῖς δικαίων. τότε καὶ ἡμεῖς βοήσομεν πρὸς αὐτόν· εὐφρανθήσομεν, ὧν ἡμερῶν ἐταπείνωσας ἡμᾶς, ἐτῶν, ὧν εἴδομεν κακά. καὶ ἡμεῖς δὲ τῆς αἰτήσεως τυχόντες, ἀνυμνοῦντες αὐτὸν, ἐρεῖτε· εὐλογητὸς ὁ Θεὸς, ὃς οὐκ ἀπέστησε τὴν προσευχὴν ἡμῶν, καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ ἀφ' ἡμῶν. αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. ἀμήν.

A gressæ sunt doctrinæ malæ in hereditatem tuam. [a] *Contaminaverunt templum sanctum tuum*, quoniam lætatæ sunt filiæ alienorum de malis nostris, quoniam divisi sumus in linguas multas qui prius eramus unius sententiæ ac vocis. Domine Deus noster da pacem nobis quam perdidimus, præceptorum tuorum neglecta cura. Domine præter te alium non novimus: nomen tuum usurpamus: fac utraque unum, & intergerinum parietem sepis solve, enatam, inquam, impietatem. Congrega nos singulos, novitium tuum Israelem; [b] *ædificans Hierusalem, & segregans dispersiones Israelis*. Fiamus iterum [c] *unum ovile*, & omnes a te pascamur: tu enim es *pastor bonus, qui animam suam posuit pro ovibus*. [d] *Ex-* B *pergiscere; quare obdormis Domine? exsurge & ne repellas in finem*. Increpa ventis & mari, & da tranquillitatem ecclesiæ tuæ, & eam a fluctibus libera. Hæc & alia hujusmodi precor vestram pietatem, ut clamet ad Deum universorum. Quum enim bonus sit & benignus, & [e] *voluntatem timentium se faciat semper*; vestram orationem exaudiet, & offusas nunc tenebras dissipabit, Ægyptiaca illa plaga longe crassiores, sibique amicam largietur serenitatem, & coget dispersos atque extrusos introducet: audieturque iterum [f] *vox exsultationis & salutis in tabernaculis justorum*. Tunc & nos clamabimus ad eum: [g] *Lætati sumus pro diebus quibus humiliasti nos; annis quibus vidimus mala*. Et vos C facti compotes voti, laudantes eum dicetis: [h] *Benedictus Deus qui non amovit orationem nostram, & misericordiam suam a nobis*. Ipsi gloria in sæcula. Amen.

a Psalm. LXXVIII. 1. *b* Psalm. CXLVI. 2. *c* Joan. X. 11. 16. *d* Psalm. XLIII. 23. *e* Psalm. CXLIV. 19. *f* Psalm. CXVII. 15. *g* Psalm. LXXXIX. 15. *h* Psalm. LXV. 20.

1. Ισ. ὑμετέρας.



ΟΤΙ ΚΑΙ ΜΕΤΑ ΤΗΝ ΕΝΑΝΘΡΩΠΗΣΙΝ ΕΙΣ ΥΙΟΣ Ο ΚΥΡΙΟΣ ΗΜΩΝ ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΣ.



ETIAM POST INCARNATIONEM UNICUM FILIUM ESSE DOMINUM NOSTRUM JESUM CHRISTUM.

ΟΙ τὰς καθ' ἡμῶν συκοφαντίας συντεθεικότες, εἰς δύο μερίζειν ἡμᾶς ἔφασαν υἱοὺς τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. ἡμεῖς δὲ τοσοῦτον ἀπέχομεν τοῦ ταῦτα φρονεῖν, ὅτι καὶ τοὺς ταῦτα τολμῶντας λέγειν, δυσσεβείας γραφόμεθα· ἕνα γὰρ υἱὸν παρὰ τῆς θείας γραφῆς προσκυνεῖν ἐδιδάχθημεν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον· τὸν γὰρ αὐτὸν ὁμολογοῦμεν καὶ Θεὸν προαιώνιον, καὶ ἄνθρωπον διὰ τὴν τῶν ἀνθρώπων σωτηρίαν ἐπ' [1] ἐσχάτου τῶν ἡμερῶν γενόμενον· γενόμενον δὲ ἄνθρωπον, οὐ τῇ τροπῇ τῆς θεότητος, ἀλλὰ τῇ προσλήψει τῆς ἀν-

D I. QUI adversus nos calumnias composuerunt, dixere in duos filios partiri nos unicum Dominum nostrum Jesum Christum. Nos vero tantum abest ut hæc sentiamus, ut & eos qui hæc dicere audeant, impietatis postulemus: unicum enim filium adorare a divina scriptura docti sumus Dominum nostrum Jesum Christum, unigenitum filium Dei, incarnatum Deum Verbum. Eumdem quippe confitemur & Deum ante tempora, & hominem propter hominum salutem in novissimis diebus factum: factum scilicet hominem non conversione divinitatis, sed assumtione humanitatis. In-

1. Ισ. ἐσχάτων.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.



θρωπότητος. ἄτρεπτον γὰρ ἔχει τὴν τῆς θεότητος φύσιν, καὶ ἀναλλοίωτον, καθάπερ ὁ πρὸ τῶν αἰώνων γεννήσας αὐτὸν πατήρ. καὶ ὅπερ ἄν τις ἐπὶ τῆς τοῦ πατρὸς οὐσίας νοήσειε, καὶ ἐπὶ τῆς τοῦ μονογενοῦς τοῦτο πάντως εὑρήσει· ἐξ ἐκείνης γὰρ τῆς οὐσίας γεγέννηται. καὶ τοῦτο διδάσκων ὁ κύριος, ἔφη τῷ Φιλίππῳ· ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα. καὶ πάλιν ἑτέρωθι· πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατὴρ, ἐμά ἐστι. καὶ ἀλλαχοῦ· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν. καὶ ἕτερα δὲ μυρία ἐστὶν εὑρεῖν τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας σημαίνοντα.

convertibilem namque habet divinitatis naturam & inalterabilem, non minus quam ille qui ipsum ante sæcula genuit, pater. Immo quæcumque cogitare quis valet de patris essentia, hæc eadem prorsus invenerit etiam in Unigeniti essentia, quoniam ex illa essentia natus est. Hoc docens Dominus, ait Philippo: [a] *Qui vidit me, vidit patrem.* Et rursus alibi: [b] *Omnia quæcumque habet pater, mea sunt.* Et alio loco: [c] *Ego & pater unum sumus.* Atque infinita alia invenire liceat, quæ unam eamdemque illis esse naturam indicant.

Θεὸς μὲν οὖν οὐκ ἐγένετο, ἀλλ' ἦν· ἐν ἀρχῇ γὰρ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. ἄνθρωπος δὲ οὐκ ἦν, ἀλλ' ἐγένετο δὲ προσλαβὼν τὸ ἡμέτερον. τοῦτο γὰρ ὁ μακάριος ἔφη Παῦλος· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. καὶ πάλιν· οὐ γὰρ δήπου ἀγγέλων ἐπιλαμβάνεται, ἀλλὰ σπέρματος Ἀβραὰμ ἐπιλαμβάνεται. καὶ αὖθις· ἐπεὶ οὖν τὰ παιδία [1] ἐκεκοινώνηκε σαρκὸς καὶ αἵματος, παραπλησίως καὶ αὐτὸς μετέσχε τῶν αὐτῶν. οὕτω καὶ παθητὸς ἦν καὶ ἀπαθὴς, καὶ θνητὸς καὶ ἀθάνατος· παθητὸς μὲν καὶ θνητὸς, ὡς ἄνθρωπος· ἀπαθὴς δὲ καὶ ἀθάνατος, ὡς Θεός. ὡς γὰρ Θεὸς, τὴν σάρκα τὴν οἰκείαν τεθνηκυῖαν ἀνέστησεν. αὐτοῦ γάρ ἐστι φωνή· λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν. καὶ ὡς ἄνθρωπος δὲ, μέχρι τοῦ πάθους ἦν παθητὸς καὶ θνητός· μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν, καὶ ὡς ἄνθρωπος ἔχει τὴν ἀπάθειαν, καὶ τὴν ἀθανασίαν, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν, καὶ τὰς θεοπρεπεῖς ἀφίησιν ἀστραπὰς, οὐκ εἰς θεότητος φύσιν κατὰ τὴν σάρκα μεταβληθεὶς, ἀλλὰ τῆς ἀνθρωπότητος φυλάττων τοὺς χαρακτῆρας· οὐδὲ ἀπερίγραφον ἔχων τὸ σῶμα· τοῦτο γὰρ μόνον τῆς θείας φύσεως ἴδιον· ἀλλ' ἐν τῇ προτέρᾳ μένων περιγραφῇ. τοῦτο γὰρ διδάσκων, καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν ἔφη τοῖς μαθηταῖς· βλέπετε τὰς χεῖράς μου, καὶ τοὺς πόδας μου, ὅτι αὐτὸς ἐγώ εἰμι. ψηλαφήσατέ με, καὶ ἴδετε, ὅτι πνεῦμα σάρκα καὶ ὀστέα οὐκ ἔχει, καθὼς ἐμὲ θεωρεῖτε ἔχοντα. οὕτως ὁρώμενος, εἰς οὐρανοὺς ἀνελήλυθεν· οὕτως ἥξειν αὖθις ὑπέσχετο· οὕτως αὐτὸν ὄψονται καὶ οἱ πιστεύσαντες, καὶ οἱ σταυρώσαντες· ὄψονται γάρ, φησιν, εἰς ὃν ἐξεκέντησαν.

II. Deus igitur non factus est, sed erat: [d] *In principio* siquidem *erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum.* Homo autem non erat, sed factus est: factus est scilicet, quod nostrum erat assumens. Id inquit beatus Paullus: [e] *Qui cum in forma Dei esset, nequaquam obtendendum putavit esse se æqualem Deo; sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens.* Et rursus: [f] *Nec enim usquam angelos apprehendit, sed semen Abrahæ apprehendit.* Et iterum: [g] *Quoniam igitur pueri communicaverunt carni & sanguini, similiter & ipse eorumdem participavit.* Sic passibilis erat & impassibilis, mortalis & immortalis. Passibilis & mortalis, ut homo: impassibilis ac immortalis, ut Deus: ut Deus enim carnem suam mortuam resuscitavit. Ejus quippe vox est: [h] *Solvite templum istud, & in tribus diebus excitabo illud.* Sed ut homo, ad passionem usque erat passibilis & mortalis. Etenim post resurrectionem, etiam quatenus homo, habet impassibilitatem & immortalitatem & incorruptibilitatem, atque divinos emittit fulgores; non in divinitatis naturam secundum carnem mutatus, sed humanitatis servans characteres: neque incircumscriptum corpus habens; quod proprium est divinæ dumtaxat naturæ; sed in priori manens circumscriptione. Istud enim docens, etiam post resurrectionem dixit discipulis: [i] *Videte manus meas & pedes meos, quoniam ego ipse sum. Palpate me & videte, quoniam spiritus carnem & ossa non habet, sicut me videtis habere.* Sic conspicuus in cælos reversus est: sic se venturum iterum spopondit: sic eum videbunt & qui crediderunt, & qui in crucem egerunt: [k] *Videbunt* enim, inquit, *in quem transfixerunt.*

Ἕνα τοιγαροῦν προσκυνοῦμεν υἱόν. ἑκατέραν δὲ φύσιν τελείαν ἐν αὐτῷ θεωροῦμεν, * καὶ τὴν ληφθεῖσαν, καὶ τὴν ἐκ Θεοῦ, καὶ τὴν ἐκ Δαβίδ. τούτου γὰρ χάριν, καὶ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, καὶ υἱὸς τοῦ Δαβὶδ ὀνομάζεται, ἑκατέρας φύσεως τὴν ἁρμόττουσαν ἑλκούσης προσηγορίαν. διατοι τοῦτο καὶ Θεὸν αὐτὸν καὶ ἄνθρωπον ἡ θεία ὀνομάζει γραφή. καὶ ὁ μακάριος Παῦλος βοᾷ· εἷς Θεὸς, εἷς καὶ μεσίτης Θεοῦ καὶ ἀνθρώπων, ἄνθρωπος Χριστὸς Ἰησοῦς, ὁ δοὺς ἑαυτὸν ἀντίλυτρον ἀντὶ πάντων. ἀλλ' ἐνταῦθα αὐτὸν ἄνθρωπον ὀνομάσας, ἑτέρωθι προσαγορεύει Θεόν. ** προσδεχόμενος γάρ φησι τὴν μακαρίαν ἐλπίδα, καὶ ἐπιφάνειαν τῆς δόξης τοῦ μεγάλου Θεοῦ, καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. ἀλλαχοῦ δὲ ἀμφότερα κατὰ ταυτὸν τίθησιν· ἐξ ὧν γάρ φησιν ὁ Χριστὸς, τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. καὶ τὸν αὐτὸν καὶ ἐξ Ἰουδαίων κέκληκε κατὰ σάρκα, καὶ ἐπὶ πάντων Θεὸν ὡς Θεόν. οὕτως ὁ προφήτης Ἡσαΐας εἰρηκὼς, ἄνθρωπος ἐν πληγῇ ὢν, καὶ εἰδὼς φέρειν μαλακίαν, οὗτος τὰς ἀνομίας ἡμῶν φέρει, καὶ περὶ ἡμῶν ὀδυνᾶ-

III. Unicum ergo adoramus filium; utramque tamen naturam perfectam in ipso suspicimus, & assumtam, & eam quæ ex Deo est, & quæ ex David. Idcirco namque & filius Dei vivi, & filius David nominatur, utraque natura congruentem sibi appellationem exigente. Quare & Deum illum & hominem divina vocat scriptura. Et beatus Paullus clamat: [l] *Unus Deus, unus & mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus, qui dedit se ipsum redemtionem pro omnibus.* Sed heic hominem appellans, alibi nuncupat Deum: [m] *Exspectantes* enim, inquit, *beatam spem & adventum gloriæ magni Dei & salvatoris nostri Jesu Christi.* Alibi utrumque de eodem usurpat: [n] *Ex quibus*, inquit, *Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus in sæcula, amen.* Atque eumdem etiam ex Judæis vocavit secundum carnem, & in omnibus Deum, ut Deum. Sic Isaias propheta cum dixisset: [o] *Homo qui in plaga est, scitque ferre languorem; ipse iniquitates nostras portat & pro nobis dolet*: subintulit paul-

a Joan. XIV. 9. b Joan. XVI. 15. c Joan. X. 30. d Joan. I. 1. e Philipp. II. 6. 7. f Heb. II. 16. g Ibid. ℣. 14. h Joan. II. 19. i Luc. XXIV. 39. k Joan. XIX. 37. l I. Tim. II. 5. 6. m Tit. II. 13. n Rom. IX. 5. o Isa. LIII. 3. 4. sec. LXX.

1. Γρ. κεκοινώνηκε. * Καὶ τὴν ληφθ.] Ante hæc verba, deesse nonnulla videntur, quæ his respondeant, *& eam quæ ex Deo est.*
** Προσδεχόμενος] Leg. προσδεχόμενοι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.

ται· ἐπήγαγε μετ᾽ ὀλίγα· τὴν γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; τοῦτο δὲ οὐκ ἀνθρώπινον, ἀλλὰ θεῖον. οὕτω διὰ τοῦ Μιχαίου φησὶν ὁ Θεός· καὶ σὺ Βηθλεὲμ γῆ Ἰούδα, οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα· ἐκ σοῦ γὰρ ἐξελεύσεται ἡγούμενος, ὅστις ποιμανεῖ τὸν λαόν μου τὸν Ἰσραὴλ, καὶ αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀφ᾽ ἡμερῶν αἰῶνος. καὶ τῷ μὲν εἰπεῖν, ἐκ σοῦ γάρ ἐξελεύσεταί μοι ἡγούμενος, τὴν τῆς ἐνανθρωπήσεως οἰκονομίαν ὑπέδειξε· τῷ δὲ προσθεῖναι, αἱ ἔξοδοι αὐτοῦ ἀπ᾽ ἀρχῆς ἀφ᾽ ἡμερῶν αἰῶνος, παρεδήλωσε πρὸ τῶν αἰώνων τὴν ἐκ τοῦ πατρὸς γεννηθεῖσαν θεότητα.

A lo post: [a] *Generationem ejus quis enarrabit?* Hoc porro non humanum, sed divinum est. Sic per Micheam dicit Dominus: [b] *Et tu Bethlehem terra Juda, nequaquam minima es in ducibus Juda. Ex te enim procedet dux qui pascet populum meum Israel, & processiones ejus ab initio, a diebus sæculi.* Dicens namque, *Ex te enim procedet mihi dux*, dispensationem incarnationis ostendit; adjiciens vero, *Processiones ejus ab initio, a diebus sæculi*, demonstravit ante sæcula ex patre natam divinitatem.

Ταῦτα παρὰ τῆς θείας διδαχθέντες γραφῆς, καὶ τοὺς ἐν διαφόροις διαλάμψαντας τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους ταῦτα φρονοῦντας εὑρόντες, ἄσυλον φυλάττειν, ὃν παρελάβομεν, σπουδάζομεν κλῆρον, καὶ ἕνα μὲν προσκυνοῦμεν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, ὡς ἕνα Θεὸν πατέρα, καὶ ἓν ἅγιον πνεῦμα, σαρκὸς μέν τοι καὶ θεότητος τὸ διάφορον ἐπιστάμεθα. καὶ ὥσπερ τοὺς εἰς δύο υἱοὺς μερίζοντας τὸν ἕνα κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν ἔξω βαίνειν φαμὲν τῆς ὑπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων πατουμένης ὁδοῦ· οὕτως καὶ τοὺς μίαν λέγοντας γεγενῆσθαι φύσιν, τὴν θεότητα τοῦ μονογενοῦς καὶ τὴν ἀνθρωπότητα, εἰς τὸν ἕτερον κρημνὸν ἀποκλίνειν φαμέν. ταῦτα φρονοῦμεν, ταῦτα κηρύττομεν, ὑπὲρ τούτων ἀγωνιζόμεθα τῶν δογμάτων.

IV. Hæc a divina edocti scriptura, immo vero etiam invenientes ecclesiæ doctores hæc eadem sentiB re; sartam tectam quam accepimus hereditatem, servare contendimus: atque unum quidem adoramus Dei filium, sicuti unum Deum patrem & unum Spiritum sanctum; carnis tamen atque divinitatis discrimen minime ignoramus. Et quemadmodum eos qui in duos filios dispescunt unicum Dominum nostrum Jesum Christum, extra viam incedere dicimus a sanctis apostolis tritam; sic & eos qui dicunt unam enatam esse naturam, Unigeniti divinitatem & humanitatem, in alterum præcipitium declinare asserimus. Hæc cogitamus, hæc prædicamus, pro his decertamus dogmatibus.

Ὅτι δὲ συκοφαντοῦσιν, οἱ δύο λέγοντες πρεσβεύειν ἡμᾶς υἱοὺς, βοᾷ τῶν πραγμάτων ἡ μαρτυρία. τοὺς γὰρ τῷ παναγίῳ προσιόντας βαπτίσματι, τὴν ἐκτεθεῖσαν ἐν Νικαίᾳ πίστιν διδάσκομεν, καὶ τὸ τῆς παλιγγενεσίας ἐπιτελοῦντες μυστήριον, βαπτίζομεν τοὺς πιστεύοντας εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, ἑνικῶς ἑκάστην προσηγορίαν προσφέροντες. καὶ μέν τοι καὶ τὰς ἐκκλησίας διηνεκῶς λειτουργοῦντες, δοξάζειν εἰώθαμεν τὸν πατέρα, καὶ τὸν υἱὸν, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα· οὐχ υἱοὺς, ἀλλ᾽ υἱόν. εἰ τοίνυν δύο φαμὲν υἱοὺς, τίς ὁ παρ᾽ ἡμῶν δοξαζόμενος; καὶ τίς ὁ μένων ἀγέραστος; οὐ γὰρ εἰς τοσοῦτον μανίας ἐληλάκαμεν, ὥστε δύο μὲν λέγειν υἱοὺς, μηδεμιᾶς δὲ τιμῆς τὸν ἕτερον ἀξιοῦν. δήλη τοιγαροῦν κἀντεῦθεν ἡ συκοφαντία γεγένηται. ἡμεῖς γὰρ ἕνα προσκυνοῦμεν υἱὸν μονογενῆ, τὸν ἐνανθρωπήσαντα Θεὸν λόγον· τὴν ἁγίαν δὲ παρθένον, θεοτόκον ἀποκαλοῦμεν, ἐπειδὴ τὸν Ἐμμανουὴλ γεγέννηκεν, ὃς ἑρμηνεύεται μεθ᾽ ἡμῶν ὁ Θεός· ὁ δὲ περὶ τοῦ Ἐμμανουὴλ προαγορεύσας προφήτης, μετ᾽ ὀλίγα πάλιν τοιαῦτα περὶ αὐτοῦ γέγραφεν, ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς, σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. εἰ δὲ Θεὸς ἰσχυρὸς, τὸ τεχθὲν ὑπὸ τῆς παρθένου προσηγόρευται βρέφος, εἰκότως ἄρα ἡ τεκοῦσα θεοτόκος ὠνόμασται· μετέλαχε γὰρ ἡ τεκοῦσα τῆς τοῦ τεχθέντος τιμῆς, καὶ ἔστιν ἡ παρθένος, καὶ μήτηρ, ὡς ἀνθρώπου τοῦ δεσπότου Χριστοῦ, καὶ δούλη πάλιν, ὡς δεσπότου καὶ ποιητοῦ καὶ Θεοῦ.

V. Quod vero calumnientur ii qui dicunt, nos C duos inducere filios, exclamat rerum ipsarum testimonium. Etenim eos qui ad sanctissimum baptisma accedunt, docemus fidem quæ Nicææ exposita est: & regenerationis celebrantes mysterium, baptizamus credentes in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, singulariter unumquodque nomen pronuntiantes. Atque etiam ecclesiastica officia jugiter obeuntes, consuevimus glorificare Patrem & Filium & Spiritum sanctum: non filios, sed filium. Si ergo duos dicimus filios, uter a nobis glorificatur? uter glorificatione caret? non enim eo furoris processimus, ut duos quidam dicamus filios, alterutrum vero nullo dignemur honore. Vel hinc igitur calumnia evincitur. Nos quippe unicum adoramus D filium unigenitum, incarnatum scilicet Deum Verbum. Sanctam porro Virginem vocamus Deiparam, quandoquidem Emmanuelem genuit, qui interpretatur [c] *Nobiscum Deus*. Qui vero de Emmanuele ratiocinatus est propheta, mox rursus hæc de illo scripsit: [d] *Quoniam puer natus est nobis, filius etiam datus est nobis, cujus imperium super humero ejus: & vocatur nomen ejus magni consilii angelus, admirabilis, consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi*. Quod si Deus fortis, qui ex Virgine genitus est puer, appellatur; merito ergo ipsa genitrix *Deipara* nominatur: particeps est enim genitrix honoris ejus quem genuit; estque virgo ipsa, & mater uti hominis Christi Do-E mini, & rursus ancilla, uti Domini & factoris & Dei.

Διὰ ταύτην τῶν φωνῶν τὴν διαφορὰν, καὶ ἀπάτωρ ὑπὸ τοῦ θεσπεσίου Παύλου, καὶ ἀμήτωρ καλεῖται, καὶ ἀγενεαλόγητος, μήτε ἀρχὴν ἡμερῶν μήτε ζωῆς τέλος ἔχων. ἀπάτωρ μὲν γάρ ἐστι κατὰ τὸ ἀνθρώπινον, ἐκ μόνης γὰρ ὡς ἄνθρωπος ἐτέχθη μητρός· ἀμήτωρ δέ ἐστιν, ὡς Θεός· ἐκ μόνου γὰρ ἐκ τῶν αἰώνων ἐγεννήθη πατρός. καὶ ἀγενεαλόγητος δὲ πάλιν, ὡς Θεός· ἀλλὰ καὶ γενεαλογεῖται ὡς ἄνθρωπος. βίβλος γάρ φησι γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ υἱοῦ Ἀβραάμ. γενεαλογεῖ δὲ αὐτὸν καὶ Λουκᾶς ὁ θεσπέσιος οὕτω πάλιν· ὡς Θεὸς, ἀρχὴν ἡμερῶν οὐκ

VI. Propter hanc vocum differentiam & [e] *sine patre* a divino Paullo, & *sine matre* vocatur, & *sine genealogia, neque initium dierum neque vitæ finem habens.* Etenim sine patre est secundum humanitatem, ex sola quippe ut homo genitus est matre: sine matre vero est uti Deus, cum ex solo ab æterno natus sit patre. Rursus etiam uti Deus, sine genealogia est: verumtamen genealogia ejus recensetur quatenus homo est: [f] *Liber* enim, inquit, *generationis Jesu Christi filii David, filii Abraham*. Ejus quoque genealogiam habet divinus Lucas hoc

a Isa. LIII. 8. b Mich. V. 2. c Matth. I. 23. d Isa. IX. 6. e Heb. VII. 3. f Matth. I. 1.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.



ἔσχε· πρὸ γὰρ τῶν αἰώνων γεγέννηται· οὔτε μὲν ζωῆς τέλος ἔχει· ἀθάνατον γὰρ ἔχει, καὶ ἀπαθῆ τὴν φύσιν. ὡς δὲ ἄνθρωπος, καὶ ἀρχὴν ἡμερῶν ἔσχεν· ἐπὶ γὰρ Αὐγούστου καίσαρος ἐγεννήθη· καὶ ζωῆς τέλος ἔσχεν· ἐπὶ γὰρ τοῦ Τιβερίου καίσαρος ἐσταυρώθη. ἀλλὰ νῦν, ὡς ἔφην, καὶ ἀνθρωπείαν φύσιν ἀθάνατον ἔχει, καὶ ὡς ἀνελήφθη, πάλιν ἥξει κατὰ τὴν τῶν ἀγγέλων φωνήν· οὗτος γὰρ ἔφησαν ὁ Ἰησοῦς ὁ ἀναληφθεὶς ἀφ' ἡμῶν εἰς τὸν οὐρανὸν, οὕτως ἐλεύσεται ὃν τρόπον ἐθεάσασθε αὐτὸν πορευόμενον εἰς τὸν οὐρανόν.

A rursum modo: Quatenus Deus, initium dierum non habuit, quoniam ante sæcula genitus est; nec vitæ finis ipsi est, quoniam immortalem & impassibilem naturam habet. Sed uti homo, initium quoque dierum habuit, quoniam natus est [a] sub Cæsare Augusto; & finem vitæ habuit, nam sub Tiberio Cæsare crucifixus est. Sed nunc, ut dixi, humanam naturam habet immortalitate donatam: & quemadmodum assumtus est, rursus veniet, juxta angelorum vocem. Etenim dictum est: [b] *Hic Jesus qui assumtus est a vobis in cælum, sic veniet quemadmodum vidistis eum euntem in cælum.*

Ταύτην ἡμῖν τὴν διδασκαλίαν οἱ θεῖοι προφῆται προσήνεγκαν· ταύτην ὁ τῶν ἁγίων ἀποστόλων χορός· ταύτην οἱ κατὰ τὴν ἕω, καὶ τὴν ἑσπέραν διαπρέψαντες ἅγιοι, Ἰγνάτιος ἐκεῖνος ὁ πολυθρύλλητος, ὁ διὰ τῆς τοῦ μεγάλου Πέτρου δεξιᾶς τὴν ἀρχιερωσύνην δεξάμενος, καὶ ὑπὲρ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας θηρῶν γενόμενος ἀγρίων βορά· Εὐστάθιος ὁ μέγας ὁ τῆς συναθροισθείσης συνόδου πρωτεύσας, καὶ διὰ τὸν θερμὸν ὑπὲρ εὐσεβείας ζῆλον τὴν ὑπερορίαν οἰκήσας. ταύτην Μελέτιος, ὁ πάνυ, μετὰ τῶν ἴσων παθημάτων ἐκήρυξε· τρὶς γὰρ καὶ αὐτὸς ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἐξηλάθη τῆς ποίμνης. ταύτην Φλαβιανὸς, ὁ τὸν ἐκεῖ θρόνον διακοσμήσας. ταύτην Ἐφραὶμ ὁ θαυμαστὸς, τὸ τῆς θείας χάριτος ὄργανον, τῇ Σύρων γλώττῃ χρησάμενος, ἀνάγραπτον ἡμῖν τὴν ὠφέλειαν κατέλιπε. ταῦτα Κυπριανὸς ὁ πανεύφημος, ὁ τὴν Χαλκηδόνα, καὶ τὴν Λιβύην ἅπασαν κυβερνήσας, καὶ τὸν διὰ πυρὸς ὑπὲρ Χριστοῦ καταδεξάμενος θάνατον· καὶ Δάμασος ὁ τὴν μεγάλην Ῥώμην ἰθύνας, καὶ Ἀμβρόσιος ὁ Μεδιολάνου τὸν θρόνον κοσμήσας, τῇ Ῥωμαίων χρώμενοι γλώττῃ, καὶ κηρύττοντες, καὶ συγγράφοντες διετέλεσαν. ταῦτα τῆς Ἀλεξανδρέων οἱ μεγάλοι φωστῆρες, Ἀλέξανδρος, καὶ Ἀθανάσιος, καὶ ὁμοφρονοῦντες, τοὺς παρὰ πάντων ᾀδομένους κινδύνους ὑπέμειναν. ταύτην καὶ οἱ τῆς βασιλευούσης πόλεως μεγάλοι διδάσκαλοι τὴν πόαν τοῖς ποιμνοίοις προσήνεγκαν, Γρηγόριος ὁ λαμπρὸς τῆς εὐσεβείας συνήγορος, Ἰωάννης ὁ τῆς οἰκουμένης διδάσκαλος, Ἀττικὸς ὁ τὴν ἐκείνων προεδρίαν καὶ διδασκαλίαν δεξάμενος. [1] τούτοις Βασίλειος ὁ [2] φανότατος τῆς εὐσεβείας λαμπτὴρ, καὶ Γρηγόριος ὁ τοὺς αὐτοὺς ἐκείνῳ γεννήτορας αὐχήσας, καὶ Ἀμφιλόχιος, ὁ δι' ἐκείνου τῆς ἀρχιερωσύνης τὸ δῶρον λαβὼν, οὐ μόνον τοῖς ἐπ' αὐτῶν ἀνθρώποις τὴν διδασκαλίαν προσήνεγκαν, ἀλλὰ καὶ ἡμῖν διὰ τῶν συγγραμμάτων τὴν ὠφέλειαν κατέλιπον. ἀλλὰ γὰρ ἐπιλείψει με ἡ ἡμέρα, Πολύκαρπον καὶ Εἰρηναῖον, καὶ Μεθόδιον, καὶ Ἱππόλυτον, καὶ τοὺς ἄλλους τῆς ἐκκλησίας διδασκάλους ἀπαριθμούμενον. συντόμως τοίνυν φαμὲν, ὡς ἡμεῖς τοῖς θείοις λογίοις ἀκολουθοῦμεν, καὶ τούτοις ἅπασι τοῖς ἁγίοις· διὰ γὰρ τῆς τοῦ πνεύματος χάριτος εἰς τὸ τῆς θεοπνεύστου γραφῆς καταδύντες βάθος, αὐτοί τε τὴν αὐτῆς διάνοιαν ἔγνωσαν, καὶ τοῖς μαθεῖν βουλομένοις δήλην ταύτην ἀπέφηναν. οὐδὲ γὰρ ἡ διαφορὰ τῶν γλωττῶν, διαφορὰν δογμάτων εἰργάσατο· κρουνοὶ γὰρ ἦσαν τῆς τοῦ θείου πνεύματος χάριτος ἐκ μιᾶς πηγῆς τὸ νᾶμα δεχόμενοι.

VII. Hanc nobis doctrinam divini prophetæ at- B tulerunt, hanc sanctorum apostolorum chorus, hanc orientis occidentisque insigniores sancti: Ignatius ille celeberrimus, qui de manu magni Petri pontificatum accepit, & pro Christi confessione immanium ferarum cibus factus est. Magnus item Eustathius, qui coactæ synodo præfuit, & ob ferventem pietatis zelum pulsus est in exsilium. Hanc Meletius magnus prædicavit, qui iisdem obnoxius fuit incommodis: ter enim & ipse pro apostolicis dogmatibus de suo grege pulsus est. Hanc Flavianus, qui sedem illam cohonestavit. Hanc Ephræm admirandus ille, divinæ gratiæ organum, Syriaca usus lingua commendatam litteris utilitatem reliquit. Hæc inclytus Cyprianus, qui Chalcedonem C universamque Libyam rexit, & propter Christum igne interemtus est: Damasus item, qui magnæ Romæ clavum tenuit, & Ambrosius sedis Mediolanensis decus eximium, Latina utentes lingua, jugiter scriptis ac voce professi sunt. Hanc magna illa Alexandrina lumina, Alexander & Athanasius, qui eadem sentientes subiere illa discrimina ab omnibus decantata. Hoc item pabulum magni regiæ civitatis doctores suis ovibus præbuerunt: Gregorius inquam illustris ille pietatis assertor; Joannes orbis totius magister; Atticus, qui illorum & sedem & doctrinam excepit. Hanc doctrinam Basilius clarissimum religionis lumen, & Gregorius qui iisdem gloriabatur parentibus, & Amphilochius qui per D eum pontificatus apicem adeptus est, non modo suæ ætatis hominibus promserunt, verum etiam nobis per scripta sua has opes reliquerunt. Defecerit mihi profecto dies, si Polycarpum, Irenæum, Methodium, Hippolytum aliosve ecclesiæ doctores recensere voluero. Paucis itaque dicimus, nos divinis inhærere scripturis, & viris hisce omnibus sanctis. Divinæ etenim gratiæ ope adjuti, divinitus inspiratæ scripturæ profunda penetrantes, & illius sensa intellexerunt, & hæc eadem perdiscere cupientibus interpretati sunt. Nec enim linguarum diversitas dogmatum diversitatem intulit: torrentes quippe erant gratiæ sancti Spiritus, ex una scaturigine fluentum accipientes.

E X P L I C I T.

a Luc. II. 1, seqq. b Act. I. 11.

1. Ισ. ταύτην.

2. Γρ. φαινότατος.

[*] INCIPIT

BEATI THEODORITI

De Trinitate.

SAlus autem eſt ſcientia exſiſtentis, exſiſtentis vero ſcientia [1] eſt Deus, Deus autem eſt Trinitas, cujus notitiam Verbum [a] ſecundum ſimilitudinem noſtram præter peccatum factum, dedit dicens diſcipulis: [b] *Euntes docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus ſancti.* Tres ſubſiſtentias ſive perſonas oſtendit, dicens in patrem & in filium & ſanctum ſpiritum. Propterea enim pater eſt, & non filius neque ſpiritus; & filius eſt, & neque pater neque ſpiritus; & ſpiritus ſanctus eſt, & neque pater neque filius. Manifeſtavit autem ſe ſancta Trinitas in Jordane, patre teſtante, filio baptizato, ſancto ſpiritu in columbæ ſpecie deſcendente. Et pater non erat qui baptizabatur, ſed filius. Qui vero deſurſum teſtabatur, non erat filius, ſed pater. Et qui in ſpecie columbæ deſcendit, non erat filius qui baptizabatur, neque pater qui de excelſis clamabat, ſed ſpiritus ſanctus. Pater enim ab excelſis clamabat: [c] *Hic eſt filius meus dilectus in quo bene complacui*, latens Verbum propter incarnationem oſtendens. Filius autem eſt incarnatum Verbum, & a Joanne baptizatus. Et ſpiritus ſanctus propriam habens ſubſiſtentiam, deſcendens oſtendebatur in ſpecie columbæ, & permanens ſuper eum.

Contra Sabellium, ejuſdem beati THEODORITI.

ARguitur itaque inſenſatus Sabellius, qui ſenſu Judaico aſſerit monarchiam, intelligendo & ſapiendo patrem non vere patrem, & filium non vere filium, & ſpiritum ſanctum non vere ſpiritum ſanctum; ſed nomina ſolummodo ſine ſubſtantiis, tria in una perſona conjiciens. Ut autem clare intelligatur, [2] exemplo quodam tene iſtius patefaciamus ſenſum. [3] Ait enim trinitatem non vere trinitatem perſonarum ſubſiſtentium eſſe nomen Petrus, in baptiſmate vero Andreas, & in militia Thomas: ſed non vere trini hujuſmodi trinitas eſt; nominum vere ſolummodo trinitas, & non rerum eſt. Res autem vere ſubſiſtens eſt pater, [d] *ex quo omnia*, & res vere ſubſiſtens filius, *per quem omnia*, & res vere ſubſiſtens ſpiritus ſanctus, *in quo omnia*. Propter tres ſubſtantias tres res, & propter unam eamdemque naturam una eademque res. Omnia ergo quæcumque facta ſunt, a ſancta trinitate habent eſſentiam, & in ea conſiſtunt. [e] *Verbo* enim *Domini*, hoc eſt patris, *cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris ejus omnis virtus eorum.* Dominus autem pater, Dominus autem & filius, & Dominus vero & ſpiritus ſanctus. Commune namque trium perſonarum eſt Dominus & Deus. [f] *Deus* enim *Deus tuus Dominus unus eſt.* Adtende quod dicitur. Unus Deus ſubſtantia atque natura, tres vero perſonæ. Non alterius naturæ pater, & alterius filius, & alterius ſpiritus ſanctus; ſed una natura atque ſubſtantia. Nam & animalia rationalia ſex alas habentia dicendo [g] *ſanctus ſanctus ſanctus Dominus*, in trinitate perſonarum prædicant unitatem. Unitas enim in trinitate cognoſcitur; in unitate trinitas

A una, deitas una, & virtus una, & regnum unum. Quod vult pater, vult & filius, vult & ſpiritus ſanctus. Trinitas autem, quia pater filii ſubſiſtentis pater eſt, & filius ſubſiſtentis patris & filius, & ſpiritus ſanctus ſubſiſtens eſt ex patre procedens & per filium datus.

Adverſus Arrium impium.

SED neceſſarium quidem eſt, ut tres ſubſiſtentias confitendo, malam ſectam Arrii fugiamus. [4] Contraria enim Sabellio judaizanti pergens viam, & fugiens monarchiam, in multorum deorum paganicam inruit opinionem, ſubſiſtentias ſanctæ trinitatis in unam deitatis ſubſtantiam non intendens,
B ſed naturas & ſubſtantias extraneas ſubjectas alterutris, Deum magnum definiens, & [5] parum & minimum. Fuge inſenſibilitatem. Fugiens enim rem incongruam, incongruentius advenit. Introduxit enim ſine fœdere prœlium ſanctæ eccleſiæ, Dei filium minorando. Reſpice itaque quomodo Sabellius quidem fugiens Arrium Judæus eſt factus, quomodo autem Arrius Sabellium fugiens paganus effectus eſt. Ille ſiquidem uniprincipium, hic vero multiprincipium [6] alligavit. Eſt autem media & vere regalis via, & ab hoc & ab illo abſtinere. Ait enim: [h] *Non declinabis ad dexteram aut ſiniſtram. Via regali perge.* Regalis autem via eſt, ut neque Sabellii continuatio velut confuſio ſuſcipiatur, ne-
C que Arrii diviſio: ſed credantur tres quidem ſubſtantiæ ſive perſonæ, non autem una trinitatis ſubſiſtentia ſecundum Sabellium; & una ſubſtantia ſeu natura confiteantur, & non tres naturæ ſecundum Arrium. Quia vero incerta ſunt ignorantibus quæ dicuntur, quod eſt natura & ſubſtantia ſeu perſona vel ſubſiſtentia; neceſſarium eſt de his breviter explanare. Inerudite namque multi ſe habentes delinquunt circa ſanctam trinitatem & circa incarnatam diſpenſationem unius de trinitate Dei Verbi, neſcientes quid eſt natura & ſubſtantia, & quid eſt ſubſtantia atque perſona. Natura & ſubſtantia in nullo ſignificativorum differunt niſi nomine. Natura enim ſubſtantia eſt. Subſtantia & natura in nul-
D lo ſignificativorum differunt niſi nomine. Subſtantia enim perſona eſt. Sed natura quidem & ſubſtantia hoc quod eſt commune ſignificant. Perſona vero & [*7] ſubſtantia quod proprium ſignificant. Velut una & communis omnium hominum natura eſt atque ſubſtantia; ſubſiſtentia vero & perſona, uniuſcujuſvis hominis proprium. Et non quoniam innumerabiles perſonæ & ſubſiſtentiæ ſunt hominum, propterea innumerabiles & naturæ ſive ſubſtantiæ. Una namque & eadem ſubſtantia atque natura apud homines, & non altera eſt. Et rurſus non quoniam una & eadem natura atque ſubſtantia omnium hominum eſt, propterea una eſt ſola perſona ſeu ſubſiſtentia omnium hominum. Scimus enim diverſas
E perſonas hominum, & non unam. Petrus enim & Jacobus & Joannes unum quidem natura & ſubſtantia, ſecundum quod homines ſunt; non autem

a Heb. IV. 15. *b* Matth. XXVIII. 19. *c* Matth. III. 17. *d* Rom. XI. 36. I. Cor. VIII. 6. *e* Pſalm. XXXII. 6. *f* Deut. VI. 4. Marc. XII. 29. *g* Iſa. VI. 3. *h* Num. XXI. 22.

* Ex Miſcell. BALUZ. tom. IV. pagg. 1-8.

1. *Eſt Deus*] *Eſt Dei*, legit Cotelerius in Eccl. Gr. Monum. tom. III. pag. 560. c.

2. *Exemplo quodam tene*] *Exemplo quodam tenui*, vel (*tene*). ID. ibid.

3. *Ait enim* cet.] Leg. *Ait enim trinitatem perſonarum ſubſiſtentium eſſe. Nomen Petrus, in baptiſmate vero Andreas, & in militia Thomas*. ID. ibid.

4. *Contraria*] Leg. *contrariam*. ID. ibid. pag. 561. a.

5. *Parum*] Leg. *parvum*. ID. ibid.

6. *Alligavit*] Leg. *allegavit*. ID. ibid.

* 7. *Subſiſtentia*] Ita codex Corbejenſis. Bellovacenſis & heic & in omnibus ferme locis ſequentibus habet *ſubſtantia*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 428.



unum subsistentia vel persona. Proprium enim sunt A singuli. Petrus enim non est Jacobus aut Joannes. Similiter autem & horum singuli non sunt quod alius. Propria enim est uniuscujusvis persona seu subsistentia. Idem autem immutabilitate naturæ sive substantiæ. Quod enim est Petrus natura, hoc & Jacobus & Joannes. Quod autem est Petrus subsistentia, neque Jacobus neque Joannes est. Alter enim est Petrus, & alter Jacobus, alterque Joannes. Probatum est igitur quoniam non idem est natura & subsistentia, neque idem substantia atque persona. Idem autem natura & substantia quod commune non proprium significat, & idem persona & subsistentia quod proprium & non commune declarat. Educati siquidem & sicuti dicunt exemplum B secundum hominem sumentes ascendamus ad ratiocinationem divinam sanctæ trinitatis universa transsilientis. Nihil enim naturarum æquabitur creatori, licet aliquod eorum quæ sunt facta sumatur exemplum propter brevitatem nostram in terra jacentium & erudientium velut per quasdam imagines. Ait enim cantiloquus: [a] *Etiam in imagine ambulet homo*, non ut consistat usque in hoc, sed [1] jaculatur mente a sensibilibus ad intelligibilia. Sanctæ igitur trinitatis una quidem est natura atque substantia. Commune est enim trium substantia, non autem una substantia seu personarum patris & filii & spiritus sancti tres subsistentiæ. Oportet igitur desiderantem spiritales divitias & volentem Chri- C stianorum dogmata vindicare, rerum non ignorare proprie esse, ne forte aliud pro alio intellegens circa dogmata peccet. Qui enim naturam & personam idem esse intelligit, aut in Arrii divisionem incidit, aut in confusionem Sabellii. Arrius enim tres subsistentias dicens, tres etiam dicit naturas. Sabellius autem unam naturam dicens, unam dicet & subsistentiam. Idem ergo duæ hæreses sunt (†) perpessi, quoniam naturam & subsistentiam idem esse putaverunt, licet contrariæ alterutris dogmatibus esse videantur. Sancta vero ecclesia optime dogmata a principio servans, certissime novit caussas discernere, unam dicens sanctæ trinitatis esse naturam, non unam subsistentiam, sicuti Sabellius; sed tres D quidem dicens subsistentias, non tres naturas, sicut Arrius. Et unam naturam novit, quod commune est, subsistentiam vero non unam, quod proprium. Dicendo enim unam naturam, indivisibilitatem prædicat trinitatis: dicendo autem tres subsistentias, inconfusibilitatem trinitatis agnoscit. Multi autem ecclesiæ filiorum propter reverentiam seu formidinem discere declinantes, ex ignorantia peccant circa trinitatem & circa incarnatam dispensationem. [2] Christianissimus autem vere est scientia inenarrabilis sanctæ trinitatis: per hanc sanctam scientiam ab ignorantia [3] liberatur. Homo gratia filius Dei vocatur, detergens maculas peccatorum per opera bona, ex quibus præcipue purgata mens fit susce- E ptibilis sanctæ trinitatis & unitatis. Trinitatem namque personarum subsistentium hujusmodi mens id est & in patre & filio & spiritu sancto suscepit: [b] *Veniemus enim*, inquit trinitas, *& mansionem faciemus apud eum*. Ubi enim filius, ibi & pater & sanctus spiritus. Sit autem nobis in exemplo homo ad imaginem Dei & similitudinem factus. Servat enim in semet ipsum tamquam imago ejus cujus est imago similitudinem. Sed inferior est tamquam factura & creatura. Non alienus autem a Dei cognitione est, licet [4] non exsistentibus donante creatore. Intellectus autem, & iste secundum interiorem hominem, non extra rationem [5] gentibus. Namque est intellectus rationis. Sed neque extra spiritum. Est enim intellectus intelligens, & ratiocinatrix, & spiritus palam faciens, [6] & contemplatur & substantia tria proprietatibus. [7] Mens enim seu intellectus, pater verbi; habet enim verbum proprium in abscondito una cum spiritu proprio. Movetur enim & ratiocinatur mens in spiritu. Mens autem aliud est præter rationem. Et iterum ratio non est mens, secundum quod ratio est. Sed singula singulatim cognoscuntur. Inseparabilia vero sunt horum singula naturaliter. Una enim substantia. Sed non, quoniam una substantia, una quoque proprietas. Non enim, quoniam tres proprietates, tres quoque substantiæ. Non enim erant tria unum, si tres essent substantiæ; neque unum tria, si una proprietas. Ascende jam sumens scabellum nostrum exemplum ad illam mentem quæ ultra omnia est, [8] qui vere pater est & Verbum. Ibi enim vere est unitas trinitatis, & trinitas vere est unitatis. [9] Propterea enim pater exsistens subsistentia, inseparabiliter habet filium & spiritum. Et filius, filius exsistens subsistentia, inseparabiliter habet patrem & spiritum. Et spiritus sanctus, spiritus exsistens subsistentia, inseparabiliter habet patrem & filium. Et separatur unumquodque, & non separatur. Secundum quod separatur subsistentiis, vere trinitas. Secundum quod non separatur substantia, vere unitas est. Qui autem hujus favi suavissimi gustum non habent, divinæ ratiocinationis inexpertes exsistentes, inlusi humano spiritu, tamquam [c] animales, non suscipiunt quæ spiritus Dei sunt. Stultitia enim eis est, & scire non possunt. Aiunt enim: Si tria, quomodo unum? & si unum, quomodo tria? incongrua ratione unum percipientes & tria. Si unum enim, inquit, * [10] una subsistentia, & non tres; si vero tria, tres omnimodis substantiæ, & non una. Non enim possibile est, inquit, unum esse tria, neque rursum tria unum: non contemplantes subtilissimis sensibus * [11] scelestissimam [12] scientiæ profunditatem. Secundum quid unum tria [13] & quid tria unum; secundum quod immutabiliter habet ad semet ipsam trinitas una natura exsistens, propter hoc unum trinitas. Porro secundum quod non una persona sed tres trinitas, vere est unitas, trinitas personis non substantia, & unitas substantia non personis. Secundum aliud vero trinitas, trinitas, & secundum aliud unitas, unitas est. Alius enim & alius & alius. Tres enim subsistentiæ. Non autem aliud & aliud & aliud. Una enim natura atque substantia est. [d] *Clare vero ostendit semet ipsam veritas credentibus*. [e] *Invenitur enim ab eis qui non tentant eam, & apparet non discredentibus sibi*.

Explicit beati THEODORITI de trinitate.

a Psalm. XXXVIII. 7. *b* Joan. XIV. 23. *c* I. Cor. II. 14. *d* Sap. VI. 17. *e* Sap. I. 2.

1. *Jaculatur*] Leg. *Jaculetur*. ID. ibid. b.
2. *Christianissimus*] Leg. *Christianismus*. ID. ibid.
3. *Liberatur. Homo* cet.] Leg. *liberatur homo; gratia, filius Dei vocatur*. ID. ibid.
4. *Non exsist.*] Leg. *ex non exsistentibus*. ID. ibid.
5. *Gentibus*] Leg. *agentibus*. ID. ibid.
6. *Et contemplatur* cet.] Leg. *& contemplator; & unum substantia, tria proprietatibus*. ID. ibid. c.
7. *Mens enim* cet.] Vide Theodoritum Quæst. XX. in Genesim. ID. ibid.
8. *Qui vere*] Leg. *quia vere*. ID. ibid.
9. *Propterea enim pater exsistens*] Leg. *Propterea enim pater, pater exsistens*. ID. ibid.


* 10. *Una*] Codex Bellovac. *dua*.

* 11. *Scelestissimam*] Legendum, *excellentissimam*.

12. *Scelestissimam*] Leg. *selectissimam*. ID. ibid.
13. *Et quid*] Leg. *& secundum quid*. Et mox: *propter hoc unum: trinitas porro, secundum quod non una persona, sed tres. Trinitas vere est unitas*, cet.

(†) *Perpessi*] Forte, *perpessæ*. Et paullo ante, *unam dicit*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 428.



* THEODORETI
CYRI EPISCOPI
De Domini tentatione, & jejunio.

Libri DE INCARNATIONE:

Fragmentum I. Ex Græco ms. cod. Mazar.

Interprete Fr. Francisco Combefis.

I. Si [a] *Filius Dei es, dic lapidi huic, &c.* Dei Verbum totius hominum naturæ caussa primitias ex nobis assumsit, quo per omnem eas virtutem provehens, adversarium ad luctam provocaret, invictumque athletam ostenderet; atque hunc quidem donaret corona, illius autem palam producta clade, omnes in eum audentes efficeret. Ducitur itaque in desertum a Spiritu, seu in commodum quemdam palæstræ locum. Ducitur autem non Deus Verbum, sed quod ille ex semine David assumsit templum. Non enim Spiritus sanctus Deum Verbum adduxit lucta cum diabolo dimicaturum, sed quod Deo Verbo in Virgine formarat templum. Ac jejunat quidem, non tamen supra naturæ modos. Mansit quippe jejunus dies quadraginta ac totidem noctes, nolens transgredi modum eorum qui olim jejunassent, ne adversarius luctam detrectaret: ne, inquam, cognito eo qui latebat, cum eo pugnam committere recusaret, quod oculis subjectum esset. Idcirco post exactum jam dictum dierum numerum, humanæ affectionem naturæ subostendit, finitque esuriem locum accipere, ansam aggrediendi ex fame adversario præbens. Non enim ausus esset accedere, qui divina multa circa eum fieri cerneret. Etenim nato illo Angeli choros agebant: exorta stella Magos adoratum duxerat, qui ejus turmæ principes fuerant; videbatque eum omnem a puero justitiam consectantem, qui vitium abominaretur, exsecraretur malitiam juxta propheticam in eum prædictionem, [b] *Antequam cognoscat puer bonum vel malum, reprobabit malitiam, ut eligat bonum.* Sed & Joannes clamabat: [c] *Ecce Agnus Dei, qui tollit peccatum mundi.* Pater de supernis contestatus erat: [d] *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Spiritus gratia advenerat. Hæc, ac si qua ejusmodi cum diabolum terrerent, non finebant illum nostræ naturæ pugilem propius adire. Ubi autem famis impressionem suscepit, viditque eum humano cibo egere, nec supra veteres inediam posse protrahere, accedit, maximam se nactum existimans occasionem, ac se facile victorem fore sperans. Ac sicut in bellis, cum quis hominem undique armorum præsidio munitum, tectumque telo configere cupit; totum eminus lustrans oculis num membrum aliquod armis protegentibus nudum occurrat, quo misso spiculo eo adversarium vulneret, diligenter inquirit: sic diabolus, qui Christum omni munitum justitia videret, ac locum commodum quo telum infigi posset, exquireret; ut famem se prodentem invenit, audax accedit, velut invento quod quærebatur, ac tamquam primi in eo parentis affectionem videret. Nam illum quoque felici dejectum vita, sudoribus, labori, ærumnisque ac morti addixit. Accedit ergo ad eum, dicens: *Si Filius Dei es, dic ut*

A *hic lapis panis fiat.* Non autem hoc ille fecisset, nisi Salvator famis affectionem suscepisset. Hocque facile quis ex sequentibus intelligat. Postquam enim lucta superatus est, factoque periculo didicit, eum ipsum esse quem omnes prophetæ prædicavissent, neque ejus accedentis aspectum ferre ausus est, sed statim se fuga proripuit, modo quidem clamans: [e] *Quid nobis & tibi, Fili Dei? Quid venisti ante tempus torquere nos?* modo autem, [f] *Scio te quis sis Sanctus Dei; adjuro te ne nos torqueas.* Sic nimium timebat, ac judicem confitebatur. Tunc vero ante periculum non ejusmodi verba usurpavit, sed præfracte audax accessit, dicens: *Si Filius Dei es, dic lapidi ut panis fiat.* Audivi quidem, in-
B quit, delapsam de cælis vocem quæ te vocaret; non credo tamen donec me doceat experientia. Ipsis rebus mihi tu fidem facito, vere te esse quod vocatus es. Ubi enim hoc didicero, fugiam, meque proripiam, ac tecum luctam inire detrectabo. Scio enim quantum me inter ac te referat. Ostende ergo miraculum; ejusque effectione auctorem prode. *Dic, ut lapis iste panis fiat.* Quid vero Dominus? Appetit quidem cibum; at dominatur appetitui, non servit voluptatibus. Invitat esuriendo adversarium ad luctæ certamen; illius autem victor efficitur philosophia humana, non divina potentia. Pugnat, expugnat, vincit, fugat, tyrannidem dissolvit, imbecillitatem arguit, relatam victo-
C riam hostisque cladem traducit. [g] *Confidite* enim, inquit, *ego vici mundum.* Conculcandum tyrannum iis qui servi olim illi addicebantur, exponit. [h] *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & super omnem virtutem inimici.*

II. [i] *Et respondit ad illum Jesus: Scriptum est, Quia non in solo pane, &c.* Ubi ergo Dominus nequissimi verba audivit; tegit quidem deitatem, loquitur vero ex ratione hominis, *Non in solo pane vivet homo, sed in omni verbo Dei.* Possum, inquit, absque pane ali: non enim solo panum subsidio, vita hominum conservatur; sed sufficit Dei verbum ut universum alat hominum genus.
D Sic Israeliticus populus [k] per annos quadraginta altus est manna colligens, ac cum avium Dei voluntate compeditarum, ultroque advolantium venatu frueretur. [l] Elias quoque corvos habuit convivas: [m] Elisæusque silvestribus oleribus discipulos alebat. Ac quid necesse referre vetera? Joannes hic qui nuper in Jordane baptizabat, vitam totam in deserto agens, locustas agrestiumque apium favos in vitæ annonam habuit. Nihil ergo absurdum, quin nos quoque nova a Deo esca pascamur, ut nec panis usus necessarius sit.

III. [n] *Et duxit illum in Hierusalem, &c.* Doluit

a Luc. IV. 3. *b* Isa. VII. 16. *c* Joan. I. 29. *d* Matth. III. 17. *e* Matth. VIII. 29. *f* Marc. V. 7. *g* Joan. XVI. 33. *h* Luc. X. 19. *i* Luc. IV. 4. *k* Exod. XVI. 13. *l* III. Reg. XVII. 4. *m* IV. Reg. IV. 38. *n* Luc. IV. 9.

* Ex Combefis. *Biblioth. concion.* tom. II. pag. 177.

quidem cum semel victus esset, nequam ille, haud tamen victoriæ spem abjecit, audiens hominem ipsum esse. *Non* enim, inquit, *in solo pane vivet homo*: idcirco alteram, tertiamque machinam adhibet; modo quidem dicens: *Si Filius Dei es, mitte te hinc deorsum*, inanis gloriæ auctorem se illi præbens; modo autem mundi regna ostendens, eaque pollicens se daturum, si prius ille ipsum adoraverit. Quia vero veteris illi legis scita in memoriam revocavit, docuitque non permissurum illum ut adorationis decus ulli alii tribuatur, meminitque etiam aliorum Dei præceptorum, quibus jubetur non tentare universorum Deum; ille quidem aufugit, acceptæ cladis probrum non ferens, timensque ac tremens, atque ejectum se iri tyrannide B certa exspectatione tabescens. Suis enim omnibus exhaustis telis, ac ubi sua omnia luctamina admoverat, invictum pugilem invenit, ac invulnerabilem: cumque haud secus ac Adamum adortus esset, alium longe quam exspectabat, offendit. Accedentes vero Angeli ad Victorem qui seorsim luctam spectaverant, velut in ejus impensiores amorem ministrabant, choros ducebant, laureatum pugilem laudabant, coronabant, prædicabant. Gaudebant de parta conservis hominibus libertate: profligatum adversarium videntes toti gaudio gestiebant.

IV. Arguunt hæc Apolinarii dementiam, qui Deum Verbum loco mentis in assumta carne habitasse dicit. Etenim si natura assumta mente destituta fuit, Deus erat qui contra diabolum dimicavit, Deus qui victoriam reportavit. Deo autem victore, nullum ego ex victoria commodum retuli, quippe qui nihil operæ in eam contulerim. Sed & victoriæ ejus lætitia careo, qui glorier alienis triumphis. Gloriatur vero diabolus, se ipse jactat, altumque sapit, ac ducit gloriæ, tamquam qui lucta cum Deo congressus, victus a Deo sit. Magnum siquidem illi ipsum hoc, victori cessisse Deo. Utatur vero etiam probabili defensione, ac dicat: Ego Domine ac conditor universorum, non adversum te pugnam suscepi. Novi enim tuam dignitatem, scio potentiam, dominationem cognosco, profiteor servitutem, tametsi desertoris morbo laboro. Quin & Angelis cælestibusque omnibus populis, e quibus miser ego unus exstiti, victoria cedo. Cum hoc pugnam suscepi, quem e limo formasti atque ad imaginem tuam creasti, luceque rationis auxisti, ac paradisi civem præfecisti, terræque ac maris dominum designasti. Hunc fraude usus, non vi illata vici. Hunc hactenus vinco, vulnero, morti trado. Qui in stadium huncce duxeris, ac mecum luctari jusseris, ipse spectator esto ac auspex certaminis. Quin si etiam magistri A palæstræ partes obire lubet, luctam doce: ostende vincendi compendia, inunge ut vis, modo ne luctanti adjutor adsis. Non enim ego ita præceps ac demens, ut tecum luctam aggrediar, qui conditor sis. Hæc merito diabolus Salvatori Christo excepturus erat, si qui luctabatur, non homo, sed vice hominis Deus erat. Nam si non erat in eo mens humana, Deusque mentis loco cum esset, quæ menti congrua erant hæc agebat; Deus erat qui certaminum corpori socius erat, Deus qui humanas alias subiit passiones. Quod si Deus dimicavit ac vicit, victoriæ ego amisi jura, Deusque est qui omnem gessit justitiam. Verum longe hæ facessant Apolinarii nugæ: nos, quam Salvator dispensationem peregit, necessariam fuisse monstremus.

V. Nam quia omnis homo deceptus fuerat, omnesque fuerant sub peccato; ac mens prior corpore labem susceperat: prius namque mentis consensus peccatum designat, tumque corpus per operationem illud ipsum firmat; merito Christus Dominus qui collapsam naturam vellet instaurare, toti illi manum porrigit, jacentemque erigit; nempe carnem, ac mentem quæ condita est ad Dei imaginem. Non ergo sic nobilem illam cum cura indigeret sprevit, partemque corruptioni addictam, ac quæ morbo, senio, morti subjaceat, accepit; quæ vero immortalis sit ac rationalis, atque ad C Dei imaginem condita, despexit; idque adeo male habentem, ut ajunt; sed quæ tota veterata esset, naturam innovavit: neque hanc ejus partem novam fecit, hanc obsoletam, corruptamque non sanatam reliquit, idque maxime nobilissimam. Absurdum namque corpus luteum ac pulvere concretum, passionibusque conjunctum, tum assumtum esse, tum in cælos susceptum ac ad dexteram majestatis collocatum; mentem vero invisibilem, immortalem, partem animalis ducem ac principem, quæ ad Dei imaginem condita sit, corporis auriga exsistat, & gubernatrix, ac musica; vi cujus natura humana rationis privilegio bruta excedit, ac sapientia, arte, scientia plena exsistit; hanc inferne D projectam, ac corporis honoris exsortem esse, ob quam corpus naturam rationalem attingit, ob quam legislatio ac prophetiæ, ob quam certamina, luctaque ac victoriæ, claraque præconia ac coronæ: ob quam corpus socium dimicans, certaminum præmium obtinet, nempe regnum cælorum: ob quam etiam Salvatoris adventus, ac incarnationis gestum mysterium. Non enim pro his quæ anima, quæve mente careant salutares suscepit passiones, nec pro brutis jumentis aut pro lapidibus anima destitutis, sed pro hominibus in quibus anima habitet immortalis.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
428.



* EX THEODORETI
EPISCOPI CYRI
Libro DE INCARNATIONE:

Fragmentum II. Ex Græco ms. cod. Mazar.

Interprete Fr. Francisco Combefis.

I. Ut summa dicamus, nova quadam ac insolita ratione ex sanctissima Virgine natus Christus Dominus (non enim fas est post partum, aut Deum solum Verbum eum appellare, aut hominem deitate nudum, sed Christum; quod utramque naturam significat, tum eam quæ assumsit, tum quæ est assumta) omnes nostras affectiones excepto dumtaxat peccato accipit: pannis involvitur perinde ac infantes, lacte alitur ac sugit mammam; manibus portatur, inque sinu ponitur: circumciditur ex legis præcepto, hostiisque piacularibus purgatur, qui nova atque unica orbis terrarum hostia sit; qui Agnus qui tollit peccatum mundi. A Symeone adoratur, atque Salvator simul Dominusque appellatur. Fugit Herodem cum parente ac curatore; in Ægyptum venit, redit iterum, timet Archelaum, se confert Nazareth, proficit ætate & sapientia, parentibus subditus est; omni honore prosequitur non matrem solum, sed & matris olim quidem sponsum, postea autem illi curandæ ac custodiendæ præpositum. Legales solemnitates colit, moratur in templo, Judaicam ruditatem arguit; idque præstat, cum duodecim a partu dumtaxat complesset annos. Quæritur a parentibus cum desideratus esset; reprehenditur a matre, excusat ac respondet, sensimque quodammodo deitatem detegit. [a] *Nesciebatis* enim, inquit, *quia in iis quæ Patris mei sunt, oportet me esse?* Ostendit esse se non id tantum quod videtur, sed & Deum in eo latentem quod oculis subjectum esset; qui supra tempus a Patre processerit, ac ante omne ævum. Quæ autem de Deihominis vita reliqua sunt, ex evangelio iterum addiscemus.

II. Nam quomodo, inquit, Patris æqualis per essentiam exsistit, qui perfectus non est? Videtur enim sapientia proficere; cum Pater qui nullo indigeat, nec profectum admittat. Percontandum ex Dei adversariis, de quonam illud dictum putent, [b] *Proficiebat sapientia, & gratia?* Plane dicent, de Jesu Christo. Ad hæc, omnium dementissimi, quemnam, ac cuiatem putatis esse Christum de quo est Lucæ sermo? Nam si eum communem hominem esse creditis, ac ejusmodi existimatis ut nihil habeat supra alios, proficiat & ipse ut homo. Sin autem Deus est factus homo, Verbumque, uti scriptum est [c], factum caro; quemnam profectum suscipiet? aut quomodo erit imperfectus qui sit æqualis Deo? Nam & illum imperfectum esse oportet, cui est æqualis, si res ita se habent ut vos dicitis. Sin autem vos quoque id cum sentire, tum dicere impium reputatis (perfectum enim Patrem esse admittitis) perfectum etiam necesse est existimetis Filium, qui ei æqualis sit. Non ergo ea ratione qua Verbum est, dicitur proficere, sed qua factus est homo, & naturam gestavit quæ possit proficere. Ait quodam loco Paullus de Deo Verbo [d], tum esse in forma Dei, tum esse æqualem Deo. Si igitur cum Patri æqualis esset profectum suscepit, ac re ipsa profecit; plane major Patre est, ipsumque superavit, qui ita, uti vos dicitis, Deus Verbum profecit. At istud omnium absurdissimum est. Non ergo profecit Verbum, qua ratione Verbum est; est enim perfectum sicut Pater. Sed & istud dictum est propter eam qua factum est homo, œconomiam.

III. Si profecit Verbum cum factum est homo ac nostram gestavit carnem, non ipsum nos juvit qua homo factum est, sed ei potius caro perfectionem attulit. Nam si vere profecit quando est factum caro, plane imperfectum erat ante adventum, nuncque, ut vestra fert sententia, perfectionem adeptum est. Qua ergo ratione gratias agimus ut nostri caussa facto homini; cum ipsum nobis eo nomine oporteat gratiam habere? At hoc absurdum. Non ergo profecit qua Verbum est: sed dictum hoc ob dispensationem, ac commercium quod cum carne habuit.

IV. Item, multis nominibus appellatur Dei Verbum in scriptura. Dictum est enim, atque est Filius: vocatum est Sapientia; nuncupatum Deus, Virtus seu Potentia, forma, & imago Patris. Si ergo cum hæc omnia sit, proficiat; majus utique aliquid dicere possunt, quam sit Filius, Sapientia, Virtus, Deus, aliaque omnia, ne quis singula recenseat. At impium est ita sentire: Deo namque nihil majus est. Non ergo qua est Verbum, proficere dicitur.

V. Item, Principatus, Throni, Dominationes, Angeli, & Archangeli, omnisque Virtus rationalis, adhæc & homines; Verbi participatione ad omnem pietatem perfecti exsistunt, ac perfectionem indipiscuntur: quo ergo pacto, quod aliis perfectionem præbet, imperfectum esse potest, ut & quærat proficere, & augmento aliquo promovere? Quei vero, si vere Sapientia est, sapientia potest proficere? Queive, cum aliis det gratiam, ipse gratia proficit, tamquam gratiam non haberet? Nisi forte mentiri Paullum dicant, qui Filium sapientiam appellet [e], ac gratiæ datorem. At non mentitur veritatis minister. Non ergo profecit qua ratione Verbum est: sed tamquam de homine dicitur, qui nostra omnia nostri caussa assumserit.

VI. Quod est imperfectum, ad id semper contendit quod perfectum est; ut primum quidem locum in quo est contemnat, velutque semper altiorem ac meliorem quærat. Verbi gratia; nos homines proficimus, qui sapientia ac virtutibus aliis

a Luc. II. 49. *b* Ibid. ℣. 52. *c* Joan. I. 14. *d* Philipp. II. 6. *e* I. Cor. I. 24.

* Ex Combef. *Biblioth. concion.* tom. I. pag. 602.

paullatim meliores effecti, sic ad vitæ perfectionem feramur. At Dei Verbum cum in Patre sit, quonam tandem excurret? Quodnam vero augmentum suscipiet, quod ita perfectum sit ut totum in se Patrem habeat, totumque ipsum vicissim in Patre exsistat? Si enim cum Patrem impleret (crassius enim velut sub exemplo dicatur,) profectum quemdam augmentumve suscepit; Patris excessit fines, Patre in quo erat effectum majus. Atqui non excessit Patrem, sed in eo semper perfectum in perfecto, perfectumque habens in se ipso exsistit. Non ergo profecit qua Verbum est; sed perfectum idem ipsum manet, nullique mutationi obnoxium.

VII. Præterea ait Paullus de Filio: [a] *Humiliavit semet ipsum, formam servi accipiens.* Cum itaque nullus ea re offendatur; nec cum audit humiliasse semet ipsum, humile quid sentiat de Deo Verbo, quin potius ejus admiretur clementiam; quomodo non superfluum eo offendi, quod profecisse eum audiamus? Si quidem enim eo quod humiliatus est, nihil deitas læsa est, nec utique quod profecerit lædenda est: ac sicut nostri caussa humiliavit semet ipsum, sic & nostri caussa suscipit profectum, ut nos iterum in eo sapientia proficiamus, qui olim peccato effecti sumus jumentis similes; proficiamusque gratia, qui olim Adæ prævaricationis rei sumus habiti odio. Omnia enim nostra nostri caussa in se ipsum suscepit Christus, ut in melius cuncta commutet, bonique omnis hominum generi efficiatur principium.

VIII. Naturalis lex est, quæ non sinat hominem majori longe prudentia præditum esse, quam pro ætatis modo: sed & in nobis ita comparatum est, ut judicii vis quodammodo ætatis profectibus comes exsistat. Erat ergo Verbum in carne factum homo, & perfectum erat; cum nimirum Dei sapientia ac virtus esset. Qui tamen humanæ indoli naturæ cedendum erat, ne quid novum contuentibus videretur, corpore paullatim crescente ut homo se se prodebat: inque dies singulos sapientius cum videntibus, tum audientibus apparebat: cum nimirum in omnibus, ut dictum est, perfectum esset, tametsi communem naturæ indolem retinebat. Cum ergo audis, *Proficiebat sapientia & gratia*, ne factam illi sapientiæ accessionem aliquam existimes (Dei enim Verbum nullius eget:) sed quia videntibus sapientius semper atque gratius erat, inde proficere dictum est; ut inde jam admirantium habitus, quam ipsius magis proficeret.

IX. Quod in aliquo proficit, aliud est ab eo in quo proficit. Cum ergo Jesus dictus sit sapientia proficere; non sapientia proficiebat, sed in illa animus hominis. Cum se enim quotidie deitas in eo detegeret ac manifestaret, majori semper videntibus admirationi habebatur. Hocque sibi vult quod dictum est, *Proficiebat sapientia.* Ad hunc modum sapientia proficiebat humanitas; natura humana sapientiam induens: hoc est, Dei Verbum paullatim per opera ac mirabiles effectus assumtum templum apud videntes deificans, ea sibi ratione profectum adsciscebat. In hunc modum natura humana sapientia proficiebat, per eam deificata. Quamobrem nos quoque ad ejus, quod pro nobis homo factum est, Verbi similitudinem, tum filii Dei appellati sumus, tum dii. Proficiebat ergo humana natura sapientia, a corruptione ad incorruptionem, atque ab humanæ ratione naturæ ad deitatis dignitatem provecta.

X. Audivi, inquit, ex sacra scriptura, Dei Verbum factum hominem Jesu sortitum appellationem. Ipsum ergo est quod proficiebat. Noli enim dividere, cum unum Paullus Christum prædicet. Atqui si videtur profectum recipere, plane conficitur ipsum imperfectum esse. Quei vero, cum ejusmodi sit, perfecto Patri erit æquale? Nec Filii deitatem lædes: nec Verbi dignitatem, etsi hoc perseveranter dicas, imminues: quin iis ipsis quibus victurum te speras, victoria cades. Si enim omnino Verbum nosti carnem factum atque hominem, uti divina Scriptura loquitur; quidni & ipsum quæ homini congrua sunt, sine peccato pati concidis? Nam quia profectus debetur carni, dicatur proficere qua ratione factum est in carne, ejusque sibi innoxias affectiones adsciscit. Non enim alterius cujusdam erat caro, sed ipsius Verbi. Ac sicut ipsum carne passum esse dicimus, etsi caro sola passa sit; quando neque passum est ut Deus, sed ejus patiebatur corpus: sic & proficere dicatur, etsi nullum ut Deus carnis ipso profectu profectum reciperet. Ipseque fateris, Dei adversarie, Dei Verbum carnem factum esse: quod nihil aliud indicat, quam induisse carnem, atque hominem exstitisse. Sicut ergo, cum magnum quid de Verbo audieris, quodque illi nudo congruat, ac antequam carnem indueret, ut cum dicitur lux, splendor, Patris sapientia; non carnem intelligis, sed quod in carne Verbum inhabitavit: ita cum aliquid in scripturis sacris dictum fuerit, quod soli carni conveniat sive speciei humanæ, ne in Verbum referas, sed naturæ carnis tribue, quæ sibi illa vendicat. Cum ergo quod proficeret dicitur; non ipsa per se sapientia proficiebat, qua sapientia est; sed sapientia humanus paullatim animus, per eam clarus evadens ac conspicuus; quippe cum organum esset ejus, quæ in eo erat deitatis, hoc præstans atque ministrans, ut illa paullatim se ex operibus proderet.

XI. Observa autem non dixisse, Verbum autem proficiebat, sed, Jesus; ne nudum Verbum intelligas, sed postea quam caro factum est. Quod si proficere dicitur, eo quod illud susceperit quod est natum proficere; hoc est, humanam naturam; ejus profecto id fuerit; ac qua illa præditum est, proficere dictum sit. Sic enim singula quæ dicuntur, in suo quæque consistent ordine; ut neque ea quæ nudo Verbo conveniunt, ad humanam detrahantur rationem, neque humana ad deitatis rationem promoveant.

[a] Philipp. II. 7.



* EX THEODORETI EPISCOPI CYRI PENTALOGIO.


Fragmentum III. Ex Græca cardin. Mazar. Catena ms.

Interprete FR. FRANCISCO COMBEFIS.

DEnique Gabriel Virgini nuntians, humano more cuncta Christo refert. [a] *Erit* enim, inquit, *magnus*. Non dixit, Est. *Et Filius Altissimi vocabitur*. Non ait, Exsistit filius. *Etenim dabit ei Dominus Deus sedem David patris ejus, & regnabit*. Non dixit, Et regnat. In quosnam vero regnum obtinebit? *In domo Jacob*. Non dixit regnaturum super Angelos & Archangelos. Iterumque: *Ideoque & quod nascetur Sanctum, vocabitur Filius Dei*. Non dixit, Vocatum est, sive est; sed, *vocabitur*. Hæc enim non ei qui est semper, Deoque ac Domino, Regique, & Sancto, & Filio Dei congrua sunt; sed templo ex Davidis assumto semine; quod nimirum unione ad Deum Verbum isthæc adeptum est. Nam Deus Verbum, non postea quam ex Virgine natus est, magnus factus est, ac Altissimi Filius appellatus; sed olim, atque a principio, & ante sæcula magnitudine infinitus exsistit; Dei Filius est, ac vocatus est. Istud enim Ario, ac Eunomio ejus minuentibus deitatem adlucet: nec umquam illorum aliquis ausus est dicere, post assumtam carnem magnum factum esse, atque Altissimi Filium evasisse. Secus vero, assumta carne factum esse pauperem, cum dives esset, ac se ipsum in servi forma exinanisse; atque se ad mortem usque humiliasse. Non ergo Deum Verbum post nativitatem ex Virgine prædixit magnum fore, sed assumtum templum ex Virgine, ac quod assumenti unitum esset: non ut adoremus duos filios; sed ut in templo visibili Deum invisibilem contuentes, unam ei offeramus adorationem. Nuncque adeo Evangelista: [b] *Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, plenus sapientia: & gratia Dei erat in illo*. Et post pauca iterum: *Jesus proficiebat ætate, & sapientia, & gratia apud Deum & homines*. Quidnam ergo quod crescebat, quidve quod confortabatur spiritu, ac sapientia donabatur, Deique consequebatur gratiam? Num deitas omnipotens, quæque perfecta ac fons sapientiæ exsistat? quæ gratiæ dona fidelibus impertiat? At id minime esse queat. Puerum enim Jesum nominat, eam appellationem naturæ tribuens quæ oculis conspicua erat. Hæc enim crescebat; quippe cum corpus esset, quod paullatim augmento provehit, & naturæ terminos sequitur. *Et confortabatur spiritu*, qui & aderat cum formaretur, nasceretur, baptizaretur, miracula ederet. *Plenus sapientia*: heic inhabitantis deitatis manifestationem innuit, quæ paullatim fieret. *Et gratia Dei erat in illo*: [c] *in ipso enim habitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter*. Hæc Esaias quoque prædicens, clamabat: [d] *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ejus ascendet. Et requiescet super eum Spiritus Dei; spiritus sapientiæ & intellectus*, &c. Tanta nimirum propheticæ evangelicæque prædicationis concordia est. Cum ergo audieris, *Puer crescebat, & confortabatur spiritu*, voluerisque naturam exquirere; memineris radicis Jesse, & virgæ, florisque inde germinantis: inveniesque Christi naturam oculis conspicuam, non eam quæ invisibilis est, cum evangelistam, tum prophetam prædicere.

a Luc. I. 31. *b* Luc. II. 40. & 52. *c* Coloss. II. 9. *d* Isa. XI. 1.

* Ex COMBEFIS. *Biblioth. concion.* tom. I. pag. 476.



INDEX

Eorum quæ in editione SIRMONDIANA & auctario GARNERIANO

OPERUM THEODORITI

desiderantur.

THEODOTI


EPISCOPI ANCYRANI

OPUSCULA

QUÆ SUPERANT OMNIA,

Nunc primum collecta & digesta.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
429.



ΘΕΟΔΟΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΓΚΥΡΑΣ

Ἑρμηνεία εἰς τὸ Σύμβολον τῶν ἁγίων ἐν Νικαίᾳ πατέρων τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτώ.

THEODOTI

EPISCOPI ANCYRANI

Expositio Symboli sanctorum trecentum octodecim patrum concilii Nicæni.

ΤΟ' μὲν ἐν τῇ πίστει στερρόν τι καὶ βέβαιον τῆς A σῆς φιλοχρίστου ψυχῆς οὐδαμῶς σαλεύεται· κἂν ἐπισπείρωσιν ἐχθροὶ τὰ τῆς ἀπιστίας ζιζάνια. τὴν γὰρ πίστιν ἐκ προγόνων διαδεξάμενος, ἔρεισμα τῆς αὐτῆς ζωῆς τὴν εὐσέβειαν ἔχεις· ἐπειδὴ ἡ ἀληθὴς αὕτη πίστις καὶ οἰκουμένην διώρθωσε, καὶ πλάνην ἔσβεσε, καὶ δαίμονας ἤλασε, καὶ βασιλείαν εὐσεβοῦσαν λαμπροτέραν τοῖς τροπαίοις ἔδειξε· καὶ μάρτυς τοῦ λόγου τῶν πραγμάτων ἡ πεῖρα γεγένηται. καὶ γὰρ τυράννους οἱ εὐσεβέστατοι βασιλεῖς ἐτροπώσαντο πλείονας, εὐχῇ πόῤῥωθεν καταβαλόντες αὐτούς· καὶ βαρβάρων ἀπόνοιαν πολλάκις ἠμύναντο, πίστει φραξάμενοι, καὶ τῇ τῶν προγόνων εὐσεβείᾳ. ἐπειδὴ γὰρ ἔχουσι τὴν πίστιν ἀκίνητον, φυλάττει Θεὸς αὐτῶν τὴν B βασιλείαν ἀνεπιβούλευτον· ὥσπερ γὰρ κατὰ σωμάτων ἔφοδος γίνεται βαρβάρων, οὕτω κατὰ τῶν ψυχῶν ἐξοπλίζει πόλεμον ὁ δαίμων, λόγοις ἀπάτης πρὸς τὴν ἀλήθειαν πολεμῶν. ταῦτα μὲν οὖν πρᾳότερον σημαίνων ὁ κύριος ἑτέρῳ τρόπῳ καλῶς τοῖς ἑαυτοῦ μαθηταῖς διηγήσατο· σπόρον μὲν καλὸν ὀνομάσας τῆς εὐσεβείας τὸν λόγον· ζιζάνια δὲ προσαγορεύσας τὰ ἐπισπειρόμενα τῆς ἀπιστίας διδάγματα· καὶ τὴν διδασκαλίαν γεωργίαν καλεῖ οὐράνιον· γεννήματα δὲ τὴν εὐσέβειαν τῶν γνησίως πεπιστευκότων εἰδώς. οὐ γὰρ οὕτω χαίρει γεωργὸς ἀμώμενος δράγματα, ὡς εὐφραίνεται Χριστὸς γνησίαν πίστιν παρὰ τῶν βεβαίων καρπούμενος. ἐπειδὴ γὰρ αὐτὸς ἐξῆλθεν ἵνα σπείρῃ τὸν λόγον, λέγει· ἐγὼ ἐκ τοῦ πατρὸς ἐξῆλθον, καὶ ἥκω· καὶ τὸ μὲν, ἐξῆλθον, τὴν συγκα- C τάβασιν τῆς θεότητος μηνύει· τὸ δὲ ἥκω, τὴν ἐμφάνειαν τὴν ἰδίαν σημαίνει.

Λοιπὸν καὶ τὴν αἰτίαν λέγει τῆς ἑαυτοῦ παρουσίας, εἰπών· ἐξῆλθεν ὁ σπείρων τοῦ σπεῖραι. ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ καλὸς γεωργὸς καλὸν τῆς ὀρθῆς πίστεως κατέσπειρε λόγον· ἑαυτὸν δεικνὺς Θεὸν δι' ἀνθρώπους γενόμενον ἄνθρωπον· οὐκ ἄνθρωπον ψιλὸν τετιμημένον παρὰ Θεοῦ, ὥς τινες ὑπειλήφασιν· ἀλλ', ὡς ἔφην, Θεὸν πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαν ἑλόμενον. αὕτη γάρ ἐστι πρώτη τῶν ἀνθρώπων τιμή τε καὶ σωτηρία, τὸ Θεὸν ἑλέσθαι τὰ ἀνθρώπινα διὰ φιλανθρωπίαν. ταῦτα μὲν οὖν αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ λέγει, καὶ Θεὸν δεικνὺς D ἑαυτὸν καὶ ἄνθρωπον· τὸ μὲν ὤν, διὰ τὴν αὐτοῦ φύσιν· τὸ δὲ διὰ φιλανθρωπίαν γενόμενος. καὶ γὰρ καὶ ἀνθρώποις συγκατέβη, καὶ διὰ τοῦτο γέγονεν ἄνθρωπος, τοῦτο ἀληθῶς ὤν, ὅπερ ἐφαίνετο· καὶ μεμένηκε ὅπερ ἦν· οὐδ' ἀποθέμενος ἐκεῖνο, καὶ τοῦτο γενόμενος· οὐ μεταβαλὼν θεότητα, ἀλλὰ προσλαβὼν ἐκ

A I. ANimæ tuæ Christi amore succensæ firmitas & constantia in fide nequaquam fluctuat: licet inimici infidelitatis zizania superseminent. Cum fidem a majoribus quasi per manus traditam acceperis, pietatem vitæ tuæ præsidium ac munimentum habes; quandoquidem vera hæc fides & terrarum orbem ad meliorem statum perduxit, & errorem exstinxit, & dæmones profligavit, & religiosum imperium quibusvis tropæis splendidius exornavit: atque ipsa rerum experientia orationi meæ testimonium perhibet. Etenim piissimi imperatores plures tyrannos precibus eminus prostratos subverterunt: & barbarorum dementiam, fidei armatura & majorum pietate muniti sæpenumero propulsarunt. Nam ubi B ipsi fidem immotam servant, Deus ipsorum imperium ab omnibus insidiis conservat: quemadmodum enim barbarorum incursus corporibus periculum affert; ita dæmon adversus animas bellum excitat, sermonibus errorum veritatem oppugnans. Atque hæc lenius Dominus alia ratione significans pulcram ad discipulos suos narrationem instituebat, sermonem quidem pietatis bonum semen, at superinseminatas infidelitatis doctrinas zizania appellans [a]: & doctrinam agriculturam cælestem vocans, fructus vero recte credentium pietatem intelligit. Neque enim tanto gaudio perfruitur agricola manipulos colligens, quantum Christus lætatur veram fidem apud constantes percipiens. Nam quod ipse exierit ad seminandum C verbum, inquit: [b] *Ego ex Patre exivi, & veni in mundum*: & quidem vox, *exivi*, deitatis condescensionem sive demissionem indicat; altera autem, *veni*, propriam significat majestatem.

II. Ceterum & caussam ostendit adventus sui, dum ait: [c] *Exivit seminans seminare*. Sed ipse quidem bonus agricola bonum veræ fidei sermonem disseminavit: ostendens semet ipsum Deum propter homines hominem factum: non hominem nudum a Deo honorum prærogativa ornatum, ut quidam opinantur: sed ut dixi, Deum commercium cum hominibus suscipientem. Hæc enim præcipua est gloria & salus hominum, Deum propter amorem erga homines humana suscepis- D se. Et hæc quidem de semet ipso affirmat; & Deum semet ipsum ostendens & hominem: illud quidem propria sua natura exsistens; hoc autem hominum amore factus. Nam & hominibus condescendit, ideoque factus est homo, vere illud exsistens quod apparebat: & permansit quod erat: non illud deponens, & hoc factus: non mutans deitatem, sed suscipiens ex Maria Virgine

a Matth. XIII. 25. b Joan. XVI. 28. c Matth. XIII. 3.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

Μαρίας τὴν ἀνθρωπότητα· οὐκ ἀπογενόμενος, ὃ ἦν, ἀλλὰ γενόμενος, ὃ οὐκ ἦν. ὁ γὰρ αὐτὸς περὶ ἑαυτοῦ ἑκάτερα λέγει· Θεόν τε ἑαυτὸν σημαίνων ἴσον τῷ ἰδίῳ πατρὶ, δι' ὧν ἔφη· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν ἐσμεν· καὶ, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν πατέρα μου. καὶ ἄνθρωπον ἐπιδεικνὺς ἑαυτὸν, δι' ὧν ἔλεγε· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι, ἄνθρωπον ὃς τὴν ἀλήθειαν ὑμῖν λελάληκα; οὐχ ἕτερον μέν τινα σημαίνων τοῖς θεϊκοῖς ἰδιώμασιν, ἄλλον δὲ δηλῶν τοῖς ἀνθρωπίνοις παθήμασιν· ἀλλ' ἑαυτὸν ἕνα καὶ αὐτὸν Θεόν τε λέγει, καὶ δείκνυσιν ἄνθρωπον. εἷς γὰρ ἦν καὶ ὁ αὐτός· καὶ τοῦτο ὢν καὶ ἐκεῖνο δεικνύμενος. καὶ γὰρ τῷ πατρὶ δείκνυσιν ἑαυτὸν ὁμοούσιον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ὁμότιμον· τὸ μὲν ὢν, διὰ τὴν φύσιν· τὸ δὲ ἑλόμενος, διὰ φιλανθρωπίαν. οὐ γὰρ ἀνθρωπότης διΐστήκει θεότητος, ὡς οἱ νῦν διαιροῦντες τὸν Χριστόν φασι, καὶ ὁμωνυμίαν ποιήσαντες τὸ μυστήριον, τέχνῃ λόγων ἐπιβουλεύοντες τῆς πίστεως ἡμῶν τὴν ἁπλότητα· ἵνα ἀνθρωπότητα τῆς θεότητος ἀποστήσαντες, καὶ τὴν σωτήριον ταύτην ἕνωσιν λύσαντες, ἐπεισακτοῖς λόγοις τὴν οἰκονομίαν ἀνέλωσι. τί γὰρ οἰκονομήθη, λεγέτωσαν ἡμῖν, εἰ καθὼς ἀεὶ καὶ τότε Θεὸς ἀνθρώπου διῄρητο; ἀλλ' οἰκονομίαν Θεοῦ, καὶ διὰ κενώσεως συγκατάβασιν λέγομεν· ὅτι αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ μεταβληθεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ θαυματουργήσας τὴν ἕνωσιν. καὶ ταύτῃ ἡ οἰκονομία πάντα λόγον ἀνθρώπων νικήσασα.

humanitatem: non desinens esse quod erat, sed factus quod non erat. Idem enim utrumque de semet ipso affirmat; & Deum se esse significans proprio Patri coæqualem, dum ait: [a] *Ego & Pater unum sumus*. Item: [b] *Qui videt me, videt & Patrem meum*: & hominem semet ipsum ostendens, cum diceret: [c] *Quid me quæritis interficere, hominem qui veritatem vobis locutus sum?* non quidem alium aliquem significans divinis proprietatibus; alium vero indicans passionibus humanis: sed semet ipsum unum eumdemque & Deum vocat, & hominem ostendit. Unus quidem idemque erat, & illud exsistens, & hoc ostendens. Nam & Patri semet ipsum consubstantialem, & hominibus dignitate parem ostendit; illud quidem exsistens per naturam, hoc autem hominum amore suscipiens. Neque enim humanitas a divinitate sejuncta erat; ut ajunt illi qui Christum nunc dividunt, & ex mysterio faciunt æquivocationem, verborum artificio fidei nostræ simplicitatem perturbantes; ut humanitate a divinitate separata, & salutari hac unione dissoluta, adscititiis rationum commentis dispensationem penitus tollant. Dicant enim nobis, qua in re dispensatum fuerit, si quemadmodum semper, ita & tunc Deus ab homine erat divisus? Sed Dei dispensationem per exinanitionem dicimus; quod ipse Deus Verbum factus est homo, non mutans naturam, sed miraculose efficiens unionem. Et hæc dispensatio omnem humanam rationem exsuperat.

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ μέγας Παῦλος ἀνθρώπινα πάθη αὐτῷ προστάττει Θεῷ, οὐ παθητὴν διδάσκων θεότητα, ἀλλ' ἀγαθοῦ Θεοῦ τὴν πρὸς ἀνθρώπους συμπάθειαν θαυματουργουμένην εἰπών. παθεῖν γὰρ ὑπὲρ ἀνθρώπων θελήσας Θεὸς τὰ ἀνθρώπινα, εἶτα τὴν φύσιν ἔχων ἀνεπίδεκτον τῶν παθῶν, κατέβη πρὸς τὸ ἑνωθῆναι τῷ παθητῷ, ἵνα ἡ ἕνωσις τὸ πάθος ποιήσῃ καὶ τοῦ Θεοῦ, ἐπειδήπερ ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ τῶν παθημάτων οὐκ ἦν δεκτική. καὶ τοῦτο δηλῶν ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγε· κηρύσσομεν Θεοῦ σοφίαν ἐν μυστηρίῳ τὴν ἀποκεκρυμμένην, ἣν οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου ἔγνωκεν. εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τῆς δόξης τὸν κύριον ἐσταύρωσαν. καὶ μὴν ὁ κύριος τῆς δόξης ἐστὶν ἀπαθής. ἀλλ' ἐδέξατο σταυρὸν, ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ πάσχειν δυνάμενον. τοῦτο καὶ Πέτρος ὁ μέγας ἐμνημόνευσεν, ὅτε τὸν ἐκ γενετῆς χωλὸν ἐθεράπευσε, καὶ ἐθαυμάζετο, ἀτενὲς ὁρώντων εἰς αὐτὸν τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἐκπληττομένων ἐπὶ τῷ θαύματι· πρὸς οὓς ἀποκρινόμενος, οὕτως ἔφη· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, τί θαυμάζετε ἐπὶ τούτῳ, ἢ ἡμῖν τί ἀτενίζετε, ὡς ἰδίᾳ δυνάμει ἢ [1] εὐσεβείᾳ πεποιηκόσι τοῦ περιπατεῖν αὐτόν; ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ, ὁ Θεὸς τῶν πατέρων ἡμῶν, ἐδόξασε τὸν παῖδα αὐτοῦ Ἰησοῦν, ὃν ὑμεῖς παρεδώκατε, καὶ ἠρνήσασθε κατὰ πρόσωπον Πιλάτου, κρίναντος ἐκείνου ἀπολύειν. ὑμεῖς δὲ τὸν ἅγιον καὶ δίκαιον ἠρνήσασθε, καὶ ᾐτήσασθε ἄνδρα φονέα χαρισθῆναι ὑμῖν, τὸν δὲ ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπεκτείνατε. καὶ μὴν ὁ τῆς ζωῆς ἡμῶν ἀρχηγὸς ἀθάνατός ἐστιν· ἀλλ' ἑνωθεὶς τῷ θνητῷ ἀπεκτάνθη φησίν. ἡ γὰρ εἰς Θεὸν ἕνωσις οὐκ ἀφίησιν εἰς ἄνθρωπον μόνον περιγράφεσθαι τὰ παθήματα. διὰ τοῦτο δὲ τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ καλεῖ Ἰησοῦν, τὴν προσηγορίαν τὴν ἐκ τῆς Μαρίας τεθεῖσαν τῷ βρέφει ἐκείνῳ γεγενῆσθαι δηλῶν· καὶ τὸν αὐτὸν πάλιν καὶ Ἰησοῦν καλεῖ, καὶ ἀρχηγὸν προσαγορεύει ζωῆς· τὸν αὐτὸν ποιητήν τε ὁμοῦ τῶν ἁπάντων δεικνὺς, καὶ ἄνθρωπον θανάτου γευσάμενον.

III. Ideoque magnus ille Paullus humanas passiones ipsi Deo attribuit: non deitatem passibilem docens, sed Dei optimi maximi miraculosam erga homines compassionem exprimens. Nam Deus pro hominibus humana sustinere cupiens, & natura passionum nequaquam capaci præditus, descendit ut uniretur passibili: ut unio passionem quoque Deo communem faceret, quandoquidem Dei natura passiones suscipere non poterat. Et hoc magnus ille Paullus significans dicebat: [d] *Prædicamus Dei sapientiam in mysterio absconditam, quam nemo principum hujus sæculi cognovit. Si enim cognovissent, non utique Dominum gloriæ crucifixissent*. Et quidem Dominus gloriæ est impassibilis; sed uniens sibimet ipsi quod pati poterat, crucem subiit. Idem quoque magnus ille Petrus commemorabat, cum claudum ex utero matris summa omnium cum admiratione sanasset; & Judæis fixis oculis eum intuentibus & miraculo attonitis, in hæc verba responderet: [e] *Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut pietate fecerimus hunc ambulare? Deus Abraham & Isaac & Jacob, Deus patrum nostrorum glorificavit filium suum Jesum, quem vos tradidistis & negastis ante faciem Pilati, judicante illo dimitti: vos autem sanctum & justum negastis, & petiistis virum homicidam donari vobis; auctorem vero vitæ interfecistis*. Atqui auctor vitæ nostræ immortalis est: sed unitum mortali interfectum asserit: nam unio cum Deo non permittit passiones in solo homine circumscribi. Ideo autem unigenitum Dei filium Jesum appellat, hoc nomen puerulo illi ex Maria nato impositum fuisse significans: rursusque eumdem & Jesum vocat, & auctorem vitæ appellat, eumdem simul & creatorem universorum, & hominem qui mortem gustavit, ostendens.

a Joan. X. 30. b Joan. XIV. 9. c Joan. VII. 20. VIII. 40. d I. Cor. II. 7. 8. e Act. III. 12-15.

1. Εὐσεβείᾳ] Vulgatus interpres legebat, ἐξουσίᾳ, *potestate*. Neque aliter Chrysostomus Hom. in illud, *Filius ex se nihil facit*, opp. tom. VI. pag. 264. a. qui tamen alibi semel iterumque habet, quemadmodum Theodotus, εὐσεβείᾳ, tom. V. pag. 192. c. & tom. IX. pag. 69. c.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



Καὶ ἵνα μὴ τοῦτον μὲν, ἄλλον, ἕτερον δὲ ἐκεῖνον νοῆς, τοῖς ἀνθρωπίνοις ὁ Παῦλος ἀναμίξας τὰ θεῖκὰ, ἑκάτερα περὶ ἑνὸς καὶ τοῦ αὐτοῦ λέγει· Θεὸν δεικνὺς γενόμενον ἄνθρωπον· καὶ διὰ τοῦτο τὸν αὐτὸν τὰ μὲν ἐνεργοῦντα θεϊκῶς, τὰ δὲ ὡς ἄνθρωπον ὑπομένοντα· οὐ μεταβληθέντος Θεοῦ, οὐδὲ τὸ φαινόμενον ψευσαμένου. παράδοξος γὰρ ἡ ἕνωσις γέγονεν· εἰ γὰρ σύγχυσις φύσεων ἐποίει τὴν ἕνωσιν, οὐκ ἦν θαῦμα τὸ γεγενημένον· νῦν δὲ σημεῖόν τί σοι καὶ παράδοξον δείκνυσι. μὴ τοίνυν ζήτει λόγον τῶν ὑπὲρ λόγον γενομένων καὶ θαυματουργηθέντων ἐκ δυνάμεως θεϊκῆς· καταλαβούσης μὲν τὸν λόγον τῆς φύσεως, ὑπερβαλούσης δὲ τὰς ἀνθρώπων ἐννοίας. εἰ γὰρ τοῦ κατὰ σάρκα τόκου λόγον οὐκ ἔχεις εἰπεῖν. τὸ γὰρ τὴν αὐτὴν εἶναι παρθένον, καὶ γεγονέναι μητέρα, οὐ γνωρίζει μὲν ὁ λόγος τῆς φύσεως, ἡ δὲ τοῦ Θεοῦ δύναμις [1] ἔδοξε· καὶ τοῦτο πάντες ἂν ἡμῖν συνομολογήσαιεν, οἱ αὐχοῦντες εἶναι χριστιανοί· πῶς τὴν ἀπόρρητον ἕνωσιν Θεοῦ πρὸς τὸν ἄνθρωπον λόγῳ ζητεῖς; ἀλλ' οἶμαι τὸν εὖ φρονοῦντα προσήκειν εἰδέναι τί μὲν ζητεῖν περὶ Θεοῦ, τί δὲ πιστεύειν ὀφείλομεν· ὅσα μὲν γὰρ κατὰ τὴν ἡμετέραν ἐνέργει φύσιν, ἐστὶ ζητεῖν διερευνᾷν ταῖς ἐννοίαις· ὅσα δὲ ὑπὲρ τὸν ἡμέτερον λόγον καὶ τὴν φύσιν θαυματουργεῖ, πίστει κρατεῖν ὀφείλομεν, οὐ ζητεῖν λόγοις. οἷον αὐτὸ δὴ τοῦτο νῦν τὸ τῷ λόγῳ προκείμενον. εἵλατο Θεὸς ὑπὲρ ἀνθρώπων παθεῖν· πεποίηκεν ὅπερ ἠθέλησε. πάντα γὰρ ὅσα ἠθέλησεν ὁ κύριος ἐποίησεν. οὐ κατὰ τὴν θεϊκὴν φύσιν γενόμενος παθητὸς, ἄπαγε· ἀλλὰ δυνηθεὶς ὅπερ ἠθέλησεν, εἵλατο τόκον ἐκ παρθένου· ἐπειδὴ πρὸ τούτου γενέσθαι ἄνθρωπος κατεδέξατο, ὁ δὲ ὢν τὸ γένος ἑλόμενος, τὸν τόκον οὐ παρῃτήσατο. τοῦτο δὲ καὶ σημαίνων ὁ μέγας Παῦλος φησίν· ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸν υἱὸν αὐτοῦ γενόμενον ἐκ γυναικός· ὅτι τὸν ὄντα καὶ τὸν γενόμενον, ἕνα ἡ χάρις ἐποίησε, θαυματουργοῦντος Θεοῦ, οὐκ ἀμείβοντος φύσεις.

A IV. Et ne alium hunc ab illo cogites, Paullus humanis divina permiscens, utraque de uno eodemque pronuntiat; ostendens Deum hominem factum, ideoque eumdem partim operantem instar Dei, partim ut hominem passionibus obnoxium: neutiquam mutato Deo, nec speciem qua apparuit mentiente. Mirabilis enim facta fuit unio: nam si naturarum confusio unionem efficeret, id quod factum est nequaquam esset miraculum: nunc vero signum aliquod, & illud quidem miraculosum, tibi ostendit. Noli igitur rationem quærere in iis, quæ supra rationem facta & miraculose perpetrata fuerunt virtute divina: quæ quidem naturæ rationem suscipit, sed humanum intellectum exsuperat. Nam si gene- B rationis secundum carnem rationem proferre nequis (eamdem enim & Virginem esse, & Matrem evasisse, naturæ ratio ignorat, sed Dei virtus ac potentia id ostendit; & omnes qui se Christianos esse gloriantur, id una nobiscum utique fatentur) queinam ineffabilem Dei cum homine unionem ratione exquiris? Ego vero existimo homini recte sentienti in primis sciendum, quid de Deo quærere, & quid credere oporteat: quæcumque enim secundum nostram naturam operatur, ea exquirere & cogitando pervestigare licet; sed quæcumque supra rationem naturamque nostram miraculose perpetrat, ea fide tenere, non rationibus exquirere debemus. Cujusmodi est hoc ipsum orationis nostræ subjectum. Propo- C situm erat Deo pro hominibus pati: fecit quod voluit: [a] *Omnia enim quæcumque voluit* Dominus, *fecit*. Non secundum divinam naturam passibilis factus: absit: sed potens facere quod vellet, subiit nativitatem ex virgine; quandoquidem jam ante homo fieri subierat. Qui ergo genus nostrum suscepit, nativitatem non abhorruit. Atque hoc ipsum ostendens magnus ille Paullus ait: [b] *Misit Deus filium suum factum ex muliere*: quoniam illum qui erat, & qui factus est, gratia unum fecit, Deo miraculose id efficiente, naturis non mutatis.


Πούποτε νῦν ἐστιν ὁ βοῶν· οὐκ ἔτεκεν, ὦ βέλτιστε, Μαρία Θεόν; [2] ἀλύεις ἄνθρωπε τὴν τοῦ Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους συγκατάβασιν· τοῦτο γάρ ἐστιν ὃ τοῖς ἀνθρώποις συγκατέβη Θεὸς, ὅτι ὢν τὴν φύσιν Θεὸς, κατεδέξατο τόκον, ἀνθρώπων σωτήριον. ἀναιρεῖς τὸν τόκον; οὐκοῦν τὴν σωτήριον συγκατάβασιν ἔλυσας. ἀθετεῖς τὴν χάριν; οὐκοῦν τὴν σωτηρίαν ἀπώλεσας. ἐπαισχύνῃ τὸν γενόμενον; οὐκοῦν ἐπαισχυνθήσεταί σε κύριος Ἰησοῦς ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. ὃς γὰρ ἂν ἐπαισχυνθῇ με, φησὶ, καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐπαισχυνθήσομαι κἀγὼ αὐτὸν παρὰ τῷ πατρί μου τῷ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. καὶ μὴν εἰ μὴ Θεὸς ἦν ὑπομένων ἀνθρώπινα, ἀλλὰ ἀνθρωπότης καθ' ἡμᾶς διιστήκει θεότητος, οὐδετέρα τῶν φύσεων αἰσχύνην εἰργάζετο. ὁ μὲν γὰρ ἄνθρωπος ἐκήρυσσεν ἀρετὴν, ὁ δὲ Θεὸς ἰᾶτο νοσήματα. τί οὖν ἦν ὅπερ ἔλεγε μὴ δεῖν ἐπαισχύνεσθαι; οὐδὲ τοῦ ἀνθρώπου τὶ πράξαντος ἄξιον αἰσχύνης, οὐδὲ τοῦ Θεοῦ καταδεξαμένου ἔλαττόν τι τῆς ἰδίας θεότητος; ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς ὢν ὑπέμεινε τὰ ἀνθρώπινα, ἵνα μὴ πάθη ἐπονειδίστης Θεῷ, καὶ ἐπαισχυνθῇς οἰκονομίαν ἣν διὰ φιλανθρωπίαν εἰργάσατο, φησίν· ὃς ἂν ἐπαισχυνθῇ με καὶ τοὺς ἐμοὺς λόγους, ἐπαισχυνθήσομαι κἀγὼ αὐτὸν ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν. τούτων ἀκούσας ὁ μέγας Παῦλος τῶν λόγων ἐβόα λέγων· οὐ γὰρ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον. τί γὰρ αἰσχύνης ἔχει τὸ εὐαγγέλιον ὦ θαυμάσιε Παῦλε; τί

V. Ubi ergo nunc ille est, qui clamat: heus bone vir, Maria nequaquam Deum genuit? Solvis, D o homo, Dei ad homines condescensionem: hoc enim est Deum hominibus condescendisse, quod natura Deus exsistens generationem hominibus salutarem subiit. Tollis generationem? solvis profecto & salutarem condescensionem. Improbas gratiam? ergo & salutem perdidisti. Pudet te ejus quod factum est? Pudebit ergo tui & Dominum Jesum in regno cælorum. [c] *Quemcumque* enim, inquit, *pudet mei & meorum sermonum, ejus & me pudebit coram patre meo qui est in cælis*. Et nisi Deus foret qui humana sustinebat, sed humanitas ad instar nostri a deitate sejuncta, neutra naturarum pudendum quid operabatur. Homo enim prædicabat virtutem, Deus autem sanabat infirmitates. Quid igitur erat, cujus E nos nequaquam pudere debere dicebat; cum homo nihil faciat dignum pudore, nec Deus quidquam propria divinitate minus abjectiusque suscipiat? Quoniam vero cum Deus esset, humana sustinuit, ne passiones Deo probro duceres, & dispensationis te puderet quam ex affectu erga homines operatus est, ideo dicit: *Quemcumque pudet mei & meorum sermonum, pudebit & me illius in regno cælorum*. Hæc verba audiens magnus ille Paullus exclamabat: [d] *Non enim pudet me evangelii*. Et quid pudoris habet evangelium, o admirande Paulle? qua su-

a Psalm. CXXXIV. 5. *b* Gal. IV. 4. *c* Luc. IX. 26. *d* Rom. I. 16.

1. Ἔδοξε] Rescribendum ἔδειξε, ut legebat interpres. 2. Ἀλύεις] Legit interpres λύεις.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



ὑφορώμενος λέγεις, οὐκ ἐπαισχύνομαι τὸ εὐαγγέλιον; ἀρετὴν κηρύττεις, φιλανθρωπίαν διδάσκεις Θεοῦ, ἀῤῥώστους ἴασαι, ἐλαύνεις τοὺς δαίμονας, ἀνιστᾷς τοὺς νεκρούς. τί οὖν ἐστιν ὃ καυχώμενος λέγεις; οὐκ ἐπαισχύνομαι; Θεόν φησι λέγω ὑπὲρ ἀνθρώπων παθόντα τὰ ἀνθρώπινα. ὃ τοῖς πολλοῖς αἰσχύνη δοκεῖ, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐπαισχύνομαι. οὐ γὰρ παθητὴν εἰσάγω τὴν φύσιν, ἀλλὰ Θεοῦ διδάσκω φιλανθρωπίαν. Χριστὸν γὰρ κηρύττομεν φησιν, ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρίαν. καὶ τίς ἐστιν ὁ σταυρωθεὶς Χριστός; λέγε. αὐτοῖς δὲ τοῖς κλητοῖς Ἰουδαίοις τέ φησι καὶ ἕλλησι κηρύττομεν Χριστὸν Θεοῦ δύναμιν, καὶ Θεοῦ σοφίαν. ταῦτα τοῖς ἕλλησι μωρία νομίζεται. σοφίαν γὰρ Θεοῦ ἀκούοντες ἐσταυρωμένην οἱ ἕλληνες, πλατὺν ἐκτείνουσι γέλωτα, θεότητα οἰόμενοι παθητὴν λέγεσθαι τῷ πιστεύοντι.

A ſpicione ductus dicis: *Non pudet me evangelii?* virtutem prædicas, miſericordiam Dei doces, infirmos ſanas, dæmones ejicis, mortuos reſuſcitas. Quid igitur eſt, quod gloriabundus dicis, *Non me pudet?* Deum, inquit, humana propter homines paſſum dico: quod multis probroſum videtur, ejus vero non me pudet. Neque enim paſſibilem naturam introduco, ſed Dei erga homines miſericordiam doceo. [a] *Chriſtum* enim, inquit, *prædicamus crucifixum* 2 *Judæis quidem ſcandalum, gentibus vero ſtultitiam.* Et quis eſt ille crucifixus Chriſtus? dic quæſo. [b] *Ipſis autem electis Judæis*, inquit, *& Græcis prædicamus Chriſtum Dei potentiam & Dei ſapientiam:* hæc a Græcis ſtultitia exiſtimatur: nam ubi Græ- B ci audiunt Dei ſapientiam crucifixam, riſum largum extollunt, putantes deitatem paſſibilem credentibus annuntiari.

Μὴ οὖν ἀσθενῆ νομίσῃς Θεὸν, προσέχων τοῖς πάθεσιν· ἀλλὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ τὴν περιουσίαν ἐννόει, διὰ νομιζομένης ἀσθενείας τὴν ἡμῶν ἀσθένειαν λύσαντος. τὸ γὰρ ἀσθενὲς τοῦ Θεοῦ, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων, ὁ Παῦλος φησί. καὶ τί ποτέ ἐστιν ἄρα τοῦ Θεοῦ ἀσθενές, εἰ μή τις ἐκείνου τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν γεγονέναι λογίσοιτο; πῶς γὰρ ἀσθενὴς ὁ τῶν οὐρανῶν ποιητής; τίς ἀσθένεια τοῦ λόγῳ τὰ πάντα δημιουργήσαντος; ποῖον Θεοῦ ἀσθενὲς τοῦ τὴν γῆν ἐπ' ἀδήλοις ὅροις πεδήσαντος; ἀλλ' ἐπειδὴ τὴν ἐμὴν ἀσθένειαν ἰδίαν πεποίηται ὁ τὰς ἡμῶν ἀσθενείας διαλῦσαι βουλόμενος, φησὶν ὁ Παῦλος, τὸ τοῦ Θεοῦ ἀσθενὲς, ἰσχυρότερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν. ἐπειδὴ δὲ καὶ τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστὶν, ὁ Παῦλος ἔφη, τί αὖ εἴποιεν μωρὸν τοῦ Θεοῦ, εἰ μὴ τοῦτο, ὅπερ ἡμεῖς περὶ Θεοῦ λέγομεν, τὸν ἀπαθῆ τῇ φύσει δέξασθαι πάθη; ὅπερ μωρὸν μὲν οἱ ἕλληνες κρίνουσι, πιστεύειν οὐκ εἰδότες τοῖς πράγμασιν, ἀλλὰ πάντα πολυπραγμονεῖν ταῖς ἐννοίαις. ἡμεῖς δὲ ταῦτα δύναμιν Θεοῦ καὶ περιουσίαν φαμέν. ἀλλὰ τοῦτο, φησὶν, ὁ μωρὸν μὲν παρὰ τοῖς ἕλλησι κρίνεται, παρ' ἡμῖν δὲ σοφία πιστεύεται, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο. ἣν γὰρ οὐκ ἔλυσε κακίαν ἡ τοῦ κόσμου σοφία, ταύτην ἐσκέδασε τὸ μωρὸν τοῦτο νομιζόμενον τοῦ Θεοῦ· ὃ ἡμῖν μὲν ἐστι πιστὸν, ἕλλησι δὲ καὶ ἀπίστοις μωρία νενόμισται. ἀλλ' ἡμεῖς τῆς πίστεως τὴν ἀπόδειξιν ἐν τοῖς πράγμασιν ἔχομεν, τῆς περὶ Θεοῦ νομιζομένης ἀσθενείας τὴν ὠφέλειαν καρπούμενοι· καὶ γὰρ αὐτὴ τὰς ἡμῶν νόσους ἰάσατο. καὶ τὸ μωρὸν νομιζόμενον τοῦ Θεοῦ ἐνίκησεν εὐσεβείᾳ τὴν τοῦ κόσμου σοφίαν. οὐκοῦν μὴ καταγίνωσκε πάθους, μηδὲ διάβαλλε τὸ φαινόμενον τοῖς ἀπίστοις μωρόν. ταυτὶ γὰρ τὰ ὑπὸ τῶν ἀπίστων λεγόμενα τὴν οἰκονομίαν διόρθωσε. τί οὖν ζητεῖς τῶν Θεοῦ θαυμάτων τὸν λόγον, καὶ οὐ προσέχεις τοῖς κατορθώμασιν;

VI. Quocirca noli Deum infirmum exiſtimare, paſſionibus animum intendens: ſed potentiæ ejus magnitudinem cogita, qui per infirmitatem, ut credebatur, noſtram infirmitatem ſolvit. [c] *Quod enim infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*, inquit Paullus. Ecquid ergo infirmum eſt Dei, niſi quis meam infirmitatem illius factam eſſe cogitet? Quomodo enim infirmus eſt cælorum conditor? quæ infirmitas ejus, qui omnia verbo creavit? quid infirmum Dei, qui terra incognitis terminis conſtrinxit? Sed quia C meam infirmitatem ſibi propriam fecit, qui noſtras infirmitates diſſolvere voluit; ideo, inquit Paullus, *quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus*. Quoniam vero, [d] *Quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus*, ut idem Paullus ait; quidnam ſtultum Dei vocaverit, niſi illud quod nos de Deo dicimus, natura impaſſibilem ſubire paſſiones? quod quidem Græci ſtultum judicant, dum fidem rebus adhibere neſcii, animi cogitationibus omnia curioſius inveſtigant. Nos autem hanc Dei virtutem & excellentiam eſſe affirmamus. Sed illud, inquit, quod ſtultum quidem a Græcis judicatur, a nobis autem ſapientia creditur, ſapientius hominibus factum eſt. Peccatum enim quod mundi ſapientia non diſſolvit, D diſpulit illud quod ſtultum Dei credebatur: quod nobis quidem fide dignum, Græcis autem atque infidelibus ſtultitia cenſetur. At nos fidei demonſtrationem in rebus ipſis habemus, qui infirmitatis illius quæ Dei eſſe exiſtimatur, uſum fructumque percepimus: illa enim languores noſtros ſanavit. Et quod ſtultum cenſebatur Dei, pietate mundi ſapientiam vicit. Nequaquam ergo paſſiones rejice, nec quod infidelibus ſtultum videtur, incuſa: iſta enim quæ ab infidelibus dicuntur, diſpenſationem corrigunt. Quid igitur rationem miraculorum Dei quæris, nec beneficia animadvertis?

Ἀλλ' ἐπειδὴ τοῖς τῶν ἀπίστων λογισμοῖς ἐκδόντες τινὲς ἑαυτοὺς, χριστιανοὶ μὲν νομίζεσθαι βούλονται, τοῖς τοῦ Θεοῦ δὲ θαύμασι πιστεύειν οὐ θέλουσιν, οἱ λέγοντες μὲν ἕνα υἱὸν, νοοῦντες δὲ δύο, τὰ ὑπὸ τοῦ υἱοῦ σημαινόμενα· καὶ λέγοντες ἕνα Χριστὸν, ὁμώνυμον δὲ ταύτην τὴν προσηγορίαν τιθέμενοι, ἵνα διαστήσωσιν ἄνθρωπον τοῦ Θεοῦ, καὶ Θεὸν λόγον ἀνθρώπου χωρίσωσιν, καὶ διέλωσιν ἕνωσιν, ἣν οἰκονομήσας Θεὸς οὐρανὸν ἀνθρώποις ἀνέῳξεν. ἡ γὰρ Θεοῦ ἐπὶ γῆς ἐμφάνεια οὐρανῶν πολίτας τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησε· καὶ ἀναιροῦσι τῆς ἡμετέρας φύσεως τὴν τιμὴν, ἀθετῆσαι βουλόμενοι τὴν ἐκ φιλανθρωπίας οἰκονομηθεῖσαν πρὸς ἀνθρώπους κοινωνίαν Θεοῦ. εἰ γὰρ μήτε Θεὸς ἀνθρώποις ἐκοινώνησε πραγμάτων, ὡς ἠθέλησέ τε καὶ ἐνεδέχετο· μή-

VII. Verum quoniam nonnulli infidelium cogita- E tionibus ſemet ipſos tradentes, Chriſtiani quidem volunt exiſtimari; Dei autem miraculis credere non volunt; qui unum quidem filium dicunt, duo autem ſub voce filii ſignificari intelligunt: & unum Chriſtum aſſerunt, ſed appellationem illam æquivocam conſtituunt, ut hominem a Deo disjungant, & Deum Verbum ab homine ſeparent, atque unionem dividant, quam Deus diſpenſatione efficiens cælum hominibus aperuit; nam Dei in terris apparitio homines cælorum cives effecit: & naturæ noſtræ gloriam tollunt, dum Dei cum hominibus communionem ex amore erga homines diſpenſatam improbare conantur. Si enim neque Deus humana cum hominibus communia habuit, ita ut ipſe voluit,

a I. Cor. I. 23. b Ibid. ℣. 24. c Ibid. ℣. 25. d Ibid.

τε ἄνθρωπος ἡνώθη θεότητι, ἀλλὰ τοῖς ἰδίοις ἰδιώ- A μασί τε καὶ φύσει διῃρημένος τοῦ ἑτέρου ὁ ἕτερος, τίς ἡ οἰκονομία, λέγοιντο ἡμῖν; ποίαν ἐροῦσι Θεοῦ συγκατάβασιν; τίς ἑαυτὸν ἐκένωσεν ἐν μορφῇ ὑπάρχων Θεοῦ; τίς ἑαυτὸν ἐταπείνωσεν ἐν περιοπῇ θεότητος ὤν; τίς ἐπτώχευσε, πλουτῶν τὴν θεότητα; πῶς ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται, εἰ μὴ ἄρα ἕνωσιν πρὸς τὸν καθηλωθέντα ἐκτήσατο; πῶς δὲ τὸν ἀρχηγὸν τῆς ζωῆς ἀπέκτειναν οἱ Ἰουδαῖοι, εἰ μὴ κατὰ πάντα ἥνωται τῷ τεθνηκότι, μηδὲν διϊστάμενος; πῶς δὲ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβέβηκεν, εἰ μὴ τῷ καταβάντι κατὰ ἀκρίβειαν ἥνωται, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω, ἀλλ' ἵνα ἑαυτῷ ξυναγάγῃ τὸν ἑνώμενον ἡνωμένον κείμενον; οὐ ξυνανέρχῃ ἄνθρωπε Θεῷ, εἰ μὴ Θεοῦ ὁμολογήσεις τὴν B συγκατάβασιν. εἷς ἐστιν ὁ καταβὰς, [1] οὕτω καὶ ὁ ἀναβὰς, ὁ Παῦλος φησίν· οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος, ἀλλ' ὁ αὐτός ἐστιν οὐκέτι διαιρούμενος, οὐκέτι μετὰ τὴν ἕνωσιν δύο νοούμενος. ὁ γὰρ καταβάς φησιν αὐτός ἐστι καὶ ὁ ἀναβὰς ὑπεράνω τῶν ἀνθρώπων, ἵνα πληρώσῃ τὰ πάντα. τὰ θεωρηθέντα ποτὲ δύο, ἡ οἰκονομία ἓν εἰργάσατο. οὐκοῦν μηκέτι λέγε δύο μετὰ τὴν ἄλυτον ἕνωσιν. ὃ ἕνωσεν ἡ χάρις, μὴ διαιρείτω ἔννοια.

quantumque par erat; neque homo deitati fuit unitus, sed suis proprietatibus, & natura alterum ab altero fuit divisum: dicant nobis, quænam fuit dispensatio? qualem dicent Dei condescensionem? quis [a] semet ipsum exinanivit, in forma Dei exsistens? quis semet ipsum humiliavit in sublimitate deitatis constitutus? quis [b] pauper factus est, cum esset dives secundum deitatem? Quomodo Dominus cruci affixus est, nisi ipsi unio cum eo qui clavis affixus pendebat, intercederet? quomodo vero principem vitæ Judæi interfecerunt, nisi per omnia ei qui mortuus est, unitus, nec ulla re ab eo sejunctus fuerit? & quomodo filius hominis ex cælo descendit, nisi descendenti arctissime fuit unitus; non ut deorsum permaneret, sed ut una secum elevaret unitum? Non coascendes, o homo, una cum Deo, nisi Dei condescensionem confitearis: [c] *Unus est qui descendit, idem qui & ascendit*, inquit Paullus: non alius & alius, sed unus idemque est: nequaquam divisus, nec duo post unionem exsistens. Nam *qui descendit*, inquit, *idem est qui & ascendit super cælos, ut impleret omnia*. Quæ quondam duo apparebant, dispensatio unum effecit. Quapropter noli post indissolubilem unionem duos amplius dicere. Quod gratia univit, cogitatio non dividat.

Τοῦτο καὶ οἱ πατέρες ἐδίδαξαν παρὰ τῶν ἀποστόλων διαδεξάμενοι τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. τοῦτο περὶ τοῦ μονογενοῦς ἐθέσπισαν οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας C ξυναθέντες ὀκτωκαίδεκα καὶ τριακόσιοι. οἷς πείθεσθαι λέγων ὁ τὸν Χριστὸν δύο νοῶν, μάχεται ταῖς ἐννοίαις, τὴν ἐκείνων πίστιν παντελῶς ἠρνημένος. πάντων γὰρ ἐκείνων, ὥσπερ ἕνα πατέρα, οὕτω καὶ ἕνα υἱὸν εἰπόντων, οὗτος δύο σημαίνεσθαι ὑπὸ τῆς τοῦ υἱοῦ προσηγορίας τιθέμενος, τὴν πίστιν ἐκείνων ἠρνήσατο, εἰπόντων ἕνα υἱόν. μᾶλλον δὲ ἵνα σαφὲς γένηται τὸ ῥηθὲν, αὐτῶν τῶν ῥημάτων τῶν πατέρων ἐκθήσομεν, τὴν ἑρμηνείαν αὐτῶν οὐκ ἔξωθεν, ἀλλ' ἐξ αὐτῶν τῶν αὐτοῖς εἰρημένων ποιούμενοι. ἔχει οὖν τῆς πίστεως ἐκείνων ἡ ἔκθεσις ὧδε· πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννη- D θέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν τῷ οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, E τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. οὗτοι μὲν οἱ τῶν πατέρων λόγοι τὴν περὶ τοῦ μονογενοῦς πίστιν ἡμῖν ἐκτιθέμενοι, καθάπερ τινὰ κανόνα, πᾶσαν ἐπίνοιαν ἀνθρώπων διορθούμενοι. ὥσπερ γὰρ σφαλλομένην αἴσθησιν περὶ τὴν εὐθύτητα τοῦ ξύλου διορθοῦται κανὼν, τῆς διαστροφῆς ἔλεγχος γενόμενος· οὕτως ὁ λόγος οὗτος τῶν ἀνθρώπων διορθοῦται τὴν ἔννοιαν, [2] ἐπινοίαις τὴν πίστιν ἡμῶν διαστρέφειν ἐθέλουσι. τούτοις ἑπόμεθα, τοῖς λό-

VIII. Idem hoc & sancti patres docuerunt, qui ab Apostolis dispensationis mysterium acceperunt. Hoc de unigenito trecenti & octodecim patres Nicææ congregati constituerunt. Quos dum se sequi affirmat ille qui Christum duo esse putat, repugnat illorum sententiis, fidem eorum penitus abnegans. Cum enim omnes illi quemadmodum unum patrem, ita & unum filium afferant; hic dum duo sub filii appellatione significari statuit, fidem abnegavit illorum qui unum filium dicunt. Sed ut clarius constet quod dico, ipsa Patrum verba exponam, interpretatione eorum non extrinsecus, sed ex ipsismet illorum verbis petita. Expositio ergo fidei ipsorum hoc modo se se habet: *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem omnium visibilium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum filium Dei unigenitum, natum ex patre, hoc est, ex substantia patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum; consubstantialem patri, per quem omnia facta sunt, tam quæ in cælo, quam quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est; qui passus est, & resurrexit tertia die: & ascendit in cælos; qui venturus est judicare vivos & mortuos. Et in Spiritum sanctum. Eos vero qui dicunt, Erat aliquando cum non esset: item, Ante quam gigneretur, non erat: &, Quod ex non exsistentibus factus sit, aut ex alia subsistentia sive substantia, qui dicunt, vel mutabilem vel variabilem esse filium Dei, hosce anathematizat catholica & apostolica ecclesia.* Hæc patrum verba sunt, quæ fidem de unigenito nobis exponunt, & instar normæ alicujus omnem humanam cogitationem dirigunt. Quemadmodum enim norma sensum circa ligni rectitudinem errantem corrigit, obliquitatem arguens: ita & hæc oratio hominum intellectum dirigit, qui fidem nostram suis cogitationibus pervertere cupiunt. Hosce & nos sequamur, verbis ipsis credentes, non quæstiones nectentes. Ajunt enim illi, credimus, non demon-

a Philipp. II. 6. 8. b II. Cor. VIII. 9. c Ephes. IV. 10.

1. Οὕτω] Aut legendum οὗτος, quemadmodum legit Origenes contra Celsum lib. I. cap. XXXIII. aut restituendum αὐτὸς juxta textum Ephes. IV. 10. atque hanc lectionem secutus videtur interpres: quin & paullo post ipsemet auctor.

2. Ἐπινοίαις] Forte, οἱ ἐπινοίαις.

γοις πιστεύοντες, οὐ προβλήματα πλέκοντες. πιστεύομεν γὰρ εἶπον ἐκεῖνοι, οὐκ ἀποδείξεις τὰς διὰ λόγων παρεχόμεν. τοιγαροῦν πιστεύσωμεν καὶ ἡμεῖς οὕτως ἔχειν τὰ εἰρημένα, [1] ἁπάσης περιέργου ζητήσεως παντελῶς ἀπεχόμενοι. οὐ γὰρ εὐθυνόμεν τὰ ὑπὸ τῶν πατέρων πεπιστευμένα· ἀλλ' ὁμολογοῦμεν ταῦθ' οὕτως γεγενῆσθαι παρὰ Θεοῦ, τῆς πίστεως ἡμῖν βεβαιούσης τὴν ἔννοιαν. ὥστε χριστιανῶν ἀλλότριός ἐστι πᾶς ὁ τῆς ἐκθέσεως ταύτης παρηλλαγμένα φρονῶν, κἂν πιθανόν τι περὶ τῆς πίστεως ἡμῶν λέγειν δοκῇ. οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τῶν ἔξω τις ἀπόδειξιν ἀπαιτεῖ τῆς τῶν μαθημάτων ἀρχῆς· ἀλλὰ πίστει παρὰ τοῦ διδασκάλου τὴν ἀρχὴν ὑποδέχεται, οὐδένα κατὰ ταύτης κινῶν λογισμόν.

A ſtrationum rationes adducimus. Credamus ergo & nos, ea quæ diximus, ita ſe habere, & ab omni curioſa inquiſitione penitus abſtineamus. Neque enim nos quæ a Patribus credita fuerunt, corrigimus: ſed hæc ita a Deo facta fuiſſe, fide intellectum noſtrum confirmante, confitemur. Adeo ut Chriſtianorum conſortio alienus ſit, quicumque diverſa ſentit ab hac expoſitione; etiamſi probabile quid de fide noſtra dicere videatur. Nam nec quiſquam eorum qui extra eccleſiam ſunt, principium ſcientiarum ſibi demonſtrari poſtulat, ſed fide a magiſtro principium ſuſcipit, nullam contra id ipſum controverſiam movens.

Ἀρχὴ τοίνυν τῆς περὶ τοῦ μονογενοῦς πίστεως ἡ ἔκθεσις αὕτη τῶν πατέρων γένηται. ἐπειδὴ γὰρ περὶ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῖς ἡ σκέψις ἐγένετο, τότε Ἀρείου, καθάπερ νῦν Νεστορίου, τῷ σπόρῳ τῆς ἀσεβείας ἐπισπείραντος ζιζάνια, καὶ τοῦ μονογενοῦς τὴν δόξαν παραπτρώσκειν ἐπιχειρήσαντος· καὶ λόγον μὲν τοῦ πατρὸς εἶναι λέγοντος τὸν μονογενῆ, τῆς δὲ δεσποτικῆς ἀξίας καὶ δόξης ἀπολειπόμενον· τούτου χάριν ξυναχθέντες οἱ πατέρες καὶ νῦν, ποιοῦσι τὴν εὐσέβειαν ἡμῶν νόμον, τοῖς περὶ τοῦ μονογενοῦς πᾶσι σοφίσμασι τὴν τῶν ἁπλουστέρων κλείσαντες ἀκοήν. διὸ καὶ περὶ μονογενοῦς αὐτοῖς προκειμένης τῆς σκέψεως, τὸν κανόνα τῆς πίστεως οἱ πατέρες ἐξέθεντο, ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν ποιησάμενοι· καὶ μὲν οὐδέποτε ζήτησις ἐγένετο περὶ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός. πῶς οὖν ἀπὸ τοῦ πατρὸς τὴν ἀρχὴν τῆς ἐκθέσεως πεποίηνται, ζητήσεως οὐδεμιᾶς οὔσης περὶ αὐτοῦ; ἀλλά τι σοφὸν καὶ μέγα πρὸς ἀσφάλειαν ἡμῶν τῆς πίστεως κατασκευάζοντες, πρῶτον εἶπον πατέρα. εἰσόμεθα δὲ τὴν σοφίαν αὐτῶν, προσέχοντες αὐτῶν μετὰ ἀκριβείας τοῖς ῥήμασι. πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, πάντων ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ποιητήν. τίς γὰρ ἀγνοεῖ τοῦτο τῶν εὖ φρονούντων, καὶ κατὰ φύσιν ταῖς ἐννοίαις χρωμένων; ἅπασι μὲν τοῦτο δῆλόν ἐστιν· ἀλλ' οὕτως οἱ πατέρες ἄρχονται τοῦ λόγου, οὐχ ἵνα τὸ πᾶσι γνώριμον εἴπωσιν· ἀλλ' ἐπειδὴ ὡς ἕνα πατέρα, οὕτως καὶ ἕνα ἤδεισαν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, προτάττουσι τοῦ υἱοῦ τὸν ἕνα πατέρα, ἵν' ὥσπερ ἐπὶ τοῦ πατρὸς τὸν ἕνα νενόηκας Θεὸν παντοκράτορα, οὕτως καὶ περὶ τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ, ἕνα νοήσομεν, οὐδαμοῦ δύο νοοῦντες ὑπὸ τῆς προσηγορίας τοῦ υἱοῦ σημαινόμενα. ὥσπερ γὰρ ἕνα εἰπόντες πατέρα, διττὴν τὴν περὶ αὐτοῦ οὐκ ἀπεφήναντο ἔννοιαν· οὕτως καὶ ἕνα εἰπόντες υἱὸν τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, οὐ βούλονται κατ' οὐδένα τρόπον δηλοῦσθαι διττόν. ἐπὶ γὰρ Θεοῦ οὔτε πατρὸς προσηγορία δύο σημαίνει, οὔτε υἱοῦ τὸ ὄνομα τὰ σημαινόμενα δύο δηλοῖ. τοῦτο μὲν οὖν διδάσκοντες οἱ πατέρες, τῆς περὶ τοῦ ἑνὸς πατρὸς διδασκαλίας ἀρξάμενοι, ἕνα ἐπήγαγον καὶ υἱὸν μονογενῆ, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· ἵνα τῇ ἑνότητι τοῦ πατρὸς τὴν περὶ τοῦ ἑνὸς υἱοῦ κατανοήσωμεν ἔννοιαν.

B IX. Principium ergo fidei de unigenito, hæc patrum expoſitio eſt. Cum enim de unigenito diſquiſitio ab ipſis inſtitueretur, quod tunc temporis Arrius, uti nunc Neſtorius, ſuper pietatis ſementem zizania ſuperſeminaret, gloriamque unigeniti infringere conaretur, & unigenitum quidem Verbum Patris eſſe diceret, ſed dignitate & gloria Domini deſtitutum: idcirco congregati tunc temporis Patres, ut & hoc tempore, legem pietatis noſtræ proponunt; omnibus ſophiſmatis de unigenito ſimpliciorum aures occludentes. Ideoque cum de unigenito ipſis propoſita eſſet diſquiſitio, hanc fidei regulam ſancti patres expoſuerunt, principio facto a Patre, licet nulla umquam quæſtio de Deo Patre fuerit. C Queinam ergo expoſitionis principium faciunt a Patre, cum nulla de eo eſſet quæſtio? quoniam ſapienti & magno quodam conſilio munimentum fidei noſtræ parabant, primo loco nominabant Patrem. Sed cognoſcemus ipſorum ſapientiam, ſi verba eorum accurate attendamus. *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem, factorem viſibilium omnium & inviſibilium*. Ecquis eorum qui ſane ſapiunt, atque intellectu ſecundum naturam utuntur, hoc ignorat? Omnibus quidem hoc manifeſtum eſt: ſed patres orationem ſuam hoc modo ordiuntur, non ut rem omnibus notam dicant: ſed quia ſicuti unum Patrem, ita & unum Dominum Jeſum Chriſtum noverant, præmittunt Filio unum Patrem: ut quemad- D modum de Patre intellexiſti, *unum Deum omnipotentem*, ita etiam de unigenito Filio unum intelligamus: nec duo ſub filii appellatione ſignificari putemus. Sicuti enim dicentes unum Patrem, nequaquam duplicem de eo cogitationem indicant; ſic & unum dicentes filium Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum, nullo modo duplicem ſignificari volunt. Nam in Deo, nec Patris appellatio duo ſignificat, nec filii nomen duo ſignificata indicat. Hoc ergo docentes ſancti patres a doctrina de uno Patre exorſi, unum quoque ſubjungunt Filium unigenitum, Dominum noſtrum Jeſum Chriſtum: ut unitate Patris unum quoqne intelligendum eſſe Filium cognoſceremus.


E

Ἀλλ' ὁ ἐπεισάκτοις λόγοις τὸ ἁπλοῦν τῆς πίστεως ἡμῶν θολῶσαι θελήσας, κωλυθεὶς δὲ ὑπὸ Χριστοῦ, κοινὸν πλειόνων ὄνομα λέγει, τὸ, τε υἱὸς, καὶ τὸ Χριστός· θύραν ταύτην ἀνοίγων τῆς κατὰ Χριστοῦ βλασφημίας· καὶ ἐπὶ τοῦ σωτῆρος δύο πράγματα εἶναι ταῦτα δηλωτικὰ λέγει· ὧν ἕκαστον ἓν μὲν ὄνομα λέγει, τὰ δὲ πράγματα δύο, καὶ τὴν μὲν ὀνομασίαν μίαν εἶναι φησὶ, τὰ δὲ σημαινόμενα δύο τίθεται. ἀλλ' εἰ μὲν ὡς ἓν ὄνομα τοῦ υἱοῦ λέγεις, ὦ οὗτος, οὕτως νοεῖς καὶ πρᾶγμα τὸ σημαινόμενον ἕν; ἕνα λέγεις υἱὸν, καὶ ἀκολουθεῖς τοῖς πατράσιν. εἰ δὲ τὸ ὄνομα τοῦ

X. At ille, qui novo verborum commento ſimplicitatem fidei noſtræ perturbare conatur, ſed a Chriſto præpeditus fuit, commune pluribus & filii & Chriſti nomen eſſe aſſerit; oſtium hoc blaſphemiis adverſus Chriſtum aperiens: & in ſervatore noſtro duas diverſas res hiſce nominibus ſignificari affirmat; quorum utrumque unum quidem nomen, res autem duas eſſe dicit: & appellationem quidem unam eſſe ait, duo autem ponit ſignificata. Sed heus tu, ſi ut unum Filii nomen dicis, ita unam intelligis rem ſignificatam; unum filium affirmas, &

1. Ἁπάσης — πεπιστευμένα] Cotelerius in notis ad *Conſtit. Apoſt.* lib. V. cap. IV. ſub finem, hunc locum ita reddit: *ab omni curioſa diſquiſitione penitus abſtinentes: neque enim in ea quæ a patribus credita fuerunt, inquirimus.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



A υἱοῦ λέγεις ἓν, καὶ τὸ Χριστὸς ὄνομα τίθης ἕν, ὑπὸ δὲ τοῦ ὀνόματος τούτου οὐσίας διαφόρους σημαίνεσθαι λέγεις, οὐ συμφωνεῖς τοῖς πατράσι, πιστεύσασιν εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν οὕτως, ὡς ἐπίστευσαν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα. εἰ μὲν γὰρ περὶ ὀνόματος ἦν ἡ σκέψις αὐτοῖς, καὶ ἔλεγον ἕνα υἱὸν, εἶχε σοῦ χώραν τὸ σόφισμα, τιθεμένου τὸ μὲν ὄνομα ἓν, τὸ δὲ σημαινόμενα πλείω. εἰ δὲ ὀλίγος μὲν αὐτοῖς περὶ τῶν ὀνομάτων ὁ λόγος ἐγένετο, ἕνα δὲ μονογενῆ τὸν υἱὸν προσηγόρευσαν, τί περιπλέκῃ προσηγορίᾳ, καταλιπὼν τὸ δηλούμενον; καὶ ἅπερ ἐκεῖνοι λέγουσιν ἓν προσέχοντες τῷ πράγματι, τοῦτο σὺ ὡς ὄνομα ἕν, πλειόνων πραγμάτων ἐκτίθῃ σημαντικόν; καὶ γὰρ καὶ ταύτην περὶ τοῦ υἱοῦ τὴν λέξιν τῶν πατέρων ἑρμηνεύσας Νεστόριος, B ἐν οἷς ἀντεπιστέλλων γράφει τῷ τῆς μεγάλης Ἀλεξανδρείας ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, παρρησιασαμένῳ περὶ τοῦ λόγου τῆς εὐσεβείας, καὶ διὰ γράμματος αὐτὸν μεταστῆσαι τῆς πλάνης βουλευσαμένῳ, καὶ πρὸς δυσώπησιν ἐκθεμένῳ τὴν πίστιν τῶν ὀκτωκαίδεκα καὶ τριακοσίων πατέρων, ἀντεπιστέλλων Νεστόριος αὐταῖς ταῖς λέξεσι ταῦτά φησι· κἄν μοι τὰς ἀκοὰς εἰς ἀδελφικὴν ἰατρείαν παράσχῃς, αὐτάς σοι τὰς τῶν ἁγίων ἐκείνων φωνὰς παραθήσομαι, τῆς κατ' ἐκείνων ἀπαλλάξας συκοφαντίας, καὶ τῆς κατὰ τῶν θείων γραφῶν δι' ἐκείνων. εἶτα τὴν λέξιν τῶν πατέρων παραθεὶς οὕτω φησί· πιστεύω τοίνυν καὶ εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστόν.

Patres sequeris. Sin autem unum dicis Filii nomen, & unum Christi nomen ponis; hoc autem nomine diversas substantias significari asseris, non consentis cum sanctis patribus credentibus in unum Dominum Jesum Christum eodem modo, uti crediderant in unum Deum Patrem omnipotentem. Nam si de Dei nomine apud eos quæstio esset, atque unum Filium dicerent; tum tua cavillatio haberet locum; qui nomen quidem unum, significata autem plura ponis. Si vero nominum apud eos exigua fuerit ratio, unum autem unigenitum Filium appellarint; quid relicto significato nomini inhæres? quodque illi rem ipsam attendentes unum dicunt, id tu ut unum nomen, res plures significans, exponis? Nam & hanc sanctorum patrum de Filio locutionem interpretans Nestorius in litteris, quibus Cyrillo archiepiscopo magnæ Alexandriæ respondet, qui liberis verbis defenderat pietatem, & per epistolam deferendi erroris auctor illi fuerat, atque ad redarguendum ipsum, fidem trecentorum & octodecim patrum proposuerat: huic, inquam, Nestorius in hæc verba rescribit: *Et si aures mihi ad fraternam medelam præbueris, ipsas tibi sanctorum illorum voces adducam, vindicans eas a calumniis, quæ & ipsis & per eas divinis litteris affinguntur*. Deinde appositis sanctorum patrum dictis ita subjungit: *Credo igitur in Dominum Jesum Christum*.

C Εὐθὺς σὺ ἐνταῦθά μοι σκόπει κλοπὴν ἀναιδῶς τολμωμένην. ἐπειδὴ γὰρ οἱ πατέρες ἕνα νοεῖσθαι θέλοντες τὸν υἱὸν, εἶπον, πιστεύομεν καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κλέπτει τῆς λέξεως τῶν πατέρων τὸ, ἕνα, ἵνα ἔχῃ χώραν ξυναγαγεῖν υἱοῦ δύο τὰ σημαινόμενα. ἀλλ' ἐφωράθης, ὦ βέλτιστε, τὸ καίριον τῆς πίστεως ἡμῶν ὑφελόμενος. οὐ γὰρ εἶπον ἐκεῖνοι, πιστεύομεν καὶ εἰς τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὡς σὺ παραλογισάμενος ἔφης· ἀλλ' εἰπόντες, πιστεύομεν εἰς ἕνα Θεὸν πατέρα παντοκράτορα, ὑπήγαγον, καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστόν. σὺ δὲ τὸ, ἕνα, ὑφελόμενος περὶ τοῦ υἱοῦ εἰρημένον, ἐκ τῆς κλοπῆς ταύτης θύραν ἀνοίγεις τῇ πλάνῃ· ἵν' εἰπεῖν δυνηθῇς, καὶ υἱοῦ καὶ Χριστοῦ δύο τὰ σημαινόμενα· καὶ τὸ μὲν, φύσει τὴν τιμὴν, τὸ δὲ, D χάριτι κεκτημένον. καὶ οὕτως ἀποστῆσαι δυνηθῇς χριστιανοὺς σέβειν τὸν ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρωμένον, ὡς κατὰ χάριν παρὰ τοὺς ἄλλους τετιμημένον παρὰ Θεοῦ. τοῖς γὰρ ἔχουσι τὸ κατὰ φύσιν, οὐ χρεία τοῦ κατὰ χάριν Θεοῦ. ὅπῃ μοι καὶ θαυμάζειν ἐπέρχεται, πῶς τὰ καίρια τῆς τῶν πατέρων ἐκθέσεως Νεστόριος περιελὼν, ἵνα ταῦτα κατασκευάσῃ, τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως αὐτῶν ξυντίθεσθαι λέγει. εἰ γὰρ ξυντίθεται τοῖς εἰρημένοις μὴ κλεπτέτω τὰ καιριώτερον· εἰ δὲ τῆς ἐκθέσεως τῶν πατέρων ὑφαιρεῖ, ἃ τὴν αὐτῶν μάλιστα πίστιν δηλοῖ, ὡς ταῖς σαῖς ἐννοίαις πολέμιον, πῶς συμφωνεῖν λέγῃς, οἷς πείθεσθαι μὴ θέλῃς; ἀλλὰ δέ- E λεαρ τῇ ἑαυτοῦ πλάνῃ τὸ τῶν πατέρων ἀξίωμα περιθεὶς, τούτῳ πρὸς τὴν ἀπάτην ἕλκεις τοὺς ἁπλουστέρους· προβάλλεσθαι μὲν πίστιν ἀρχαίαν σκηπτόμενος, αὐτὴν δὲ ταύτην πρὸς τὴν ἑαυτοῦ πλάνην ταῖς τῶν λόγων κλοπαῖς παρατρέπων.

XI. Heic statim fraudem impudentissimam animadverte. Nam cum sancti patres unum Filium intelligi volentes dixerint, *Credimus & in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei*: suffuratur ex verbis sanctorum Patrum vocem, *unum*, ut locum habeat introducendi duas significationes vocis, *filii*. Sed deprehensus es in furto, o bone vir: subtrahens id, quod in fide nostra præcipui momenti est. Neque enim illi dixerunt: Credimus & in Dominum Jesum Christum, ut tu falsarius affirmas: sed dicentes, *Credimus in unum Deum patrem omnipotentem*: subjungebant: *& in unum Dominum Jesum Christum*. Tu vero subtracta voce, *unum*, quæ de Filio dicta fuerat, hoc furto januam errori aperis: ut dicere queas, & vocis *filii*, & Christi duas esse significationes: quarum altera natura, altera gratia gloriosum ostendat: & ut hac ratione Christianos seducere possis, ne pro nobis crucifixum colant; quippe per gratiam præ aliis a Deo gloria ornatum. Iis enim qui per naturam quid obtinent, non opus est, ut habeant per gratiam Dei. Ubi etiam mirari subit, queinam Nestorius ea quæ præcipue ad rem faciunt, ex patrum expositione subtrahens, ut obtegat hæc ipsa, se se expositionem fidei ipsorum probare dicat. Si enim probet quæ dixere, non subtrahat id quod maxime ad rem pertinet: si autem de patrum expositione id subtrahit, quod fidem ipsorum maxime indicat, tamquam opinionibus suis repugnans; quid cum illis te consentire dicis, quibus obtemperare non velis? Sed Patrum auctoritatem veluti escam proprio errori apponens, simpliciores hac ipsa in errorem trahis: simulans quidem te antiquam prætendere fidem; sed ad proprium errorem verborum subtractionibus eam pervertens.

Ἐπειδὴ δὲ καὶ αὐτὸς, τὸ Ἰησοῦς ὄνομα, τῆς ἀνθρώπου φύσεως μόνης προσηγορίαν καλεῖ. ταύτην γὰρ ἔθετό φησι τὴν ὀνομασίαν ἡ παρθένος τῷ βρέφει, κατὰ χρησμὸν τοῦ ἀγγέλου λέγοντος· καλέσεις τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. καὶ τοῦτο στρέφων ξυνεχῶς ἐν τῷ πρὸς τὸν μέγαν καὶ ἁγιώτατον ἐπίσκοπον Κύριλλον γράμματι, λέγει· τοῦ δὲ Ἰησοῦ γεν-

XII. Quoniam vero idem ille nomen Jesu solius humanæ naturæ appellationem vocat: hoc enim nomen, inquit, imposuit Virgo infanti, secundum Angeli prædicationem, dicentis: [a] *Vocabis nomen ejus Jesum*: & hæc continuo in ore versans in suo adversus magnum & sanctissimum episcopum Cyrillum, scripto ait: [b] *Cum ergo natus esset Je-*

a Luc. I. 31. b Matth. II. 1.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

νηθέντος ἐν Βηθλεὲμ τῆς Ἰουδαίας. καὶ ἑξῆς, ἐγεννήθη ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, καὶ, ηὗρον τὸν Ἰησοῦν ἐν μέσῳ τῶν διδασκάλων· πανταχοῦ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν τῇ τοῦ Ἰησοῦ προσηγορίᾳ καλεῖσθαι βουλόμενος, ὅρα πῶς ἡ τῶν πατέρων παράδοσις παμψηφεὶ παντελῶς ταύτην αὐτοῦ ἀνατρέπει τὴν ἔννοιαν. αὐτὸν γὰρ τὸν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα ὁμοούσιον τῷ πατρὶ ἐκάλεσαν, καὶ Ἰησοῦν καὶ Χριστὸν καὶ υἱὸν τοῦ Θεοῦ· μηδαμοῦ μηδέτερον τοῦ ἑτέρου διϊστῶντες τοῖς ἰδιώμασιν. εἰπόντες γὰρ, πιστεύομεν καὶ εἰς ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ὑπήγαγον, τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ· τοῦτον εἰπόντες, ἵνα μὴ ἕτερον μὲν τοῦτον, ἕτερον δὲ ἐκεῖνον νοῇς, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ· τὸν αὐτὸν δηλονότι, τουτ᾽ ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρός. εἰ γὰρ καί τι λέγουσιν ὃ οὐ ξυνίσμεν τῇ φύσει, ἀλλ᾽ ἡ ἕνωσις αὐτὸ δείκνυσιν ἀληθές. διὸ καὶ περὶ τοῦ υἱοῦ ἔλεγον, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο. τοῦτον ἐκεῖνον νοοῦντες, ἐπειδὴ πρότερον ἐκεῖνος, γέγονεν οὗτος. διὰ τοῦτο τὸ Ἰησοῦς εἰς τὸ τοῦ μονογενοῦς σημαινόμενον ἐροῦσιν, ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰδότες Θεόν τε λόγον καὶ γενόμενον ἄνθρωπον.

sus in Bethlehem Judæ. Item, [a] *De qua natus est Dominus Jesus Christus*. Item, [b] *Invenerunt Jesum in medio doctorum*: ubique appellatione Jesu humanam naturam indigitari volens. Ecce ut patrum traditio unanimi suffragio hanc ejus sententiam omnino subvertat. Nam illum ipsum ex Patre natum, consubstantialem Patri, & Jesum, & Christum, & Filium Dei appellarunt: nusquam alterum ab alterutro proprietatibus separantes. Nam cum dicerent: *Credimus & in unum Dominum Jesum Christum*, subjungebant, *filium Dei*: hunc ipsum intelligentes, ne alium quidem hunc, alium vero intelligas illum unigenitum, natum ex Patre, hoc est ex substantia Patris: unum scilicet, atque eumdem. Nam etiamsi aliquid dicant, quod non intelligimus secundum naturam; unio tamen id ipsum verum esse ostendit. Ideoque de Filio dicebant: *Deum de Deo*, *lumen de lumine*, *Deum verum de Deo vero*, *consubstantialem Patri*, *per quem omnia facta sunt*. Hunc eumdem cum isto intelligentes: quandoquidem cum prius esset iste, factus est hic. Quapropter nomen Jesu ad unigeniti significationem proferunt, unum eumdemque scientes, & Deum Verbum, & hominem factum.

Νεστόριος δὲ τὸν Ἰησοῦν ὡς γάλακτι τραφέντα ἐξουθενεῖ· καὶ ὡς χρόνοις αὐξηθέντα ὑπερορᾷ· καὶ ὡς περιτομὴν δεξάμενον ἀποστερεῖ τῆς θεότητος· οὐκ αὐτοῦ παραβλάπτων τῆς θεότητος τὴν ἀξίαν· ἀλλ᾽ οὗτος ἑαυτὸν ἀποστερήσας καὶ δόξης καὶ σωτηρίας. καὶ ταῦτα λέγων τῇ ἐκθέσει τῆς πίστεως λέγει θαῤῥεῖν. ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες τὸν Ἰησοῦν ἐνύβρισαν βέλτιστε· ἀλλ᾽ ἐκάλεσαν αὐτὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ μονογενῆ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ πατρί· τῆς κατὰ τὴν οἰκονομίαν ἀκριβεστάτης ἑνώσεως τοῦτον ποιούσης ἐκεῖνον· ἐπειδὴ κἀκεῖνος πρότερον ἀναλλοίωτος γέγονεν οὗτος. οὐ γὰρ μετεβλήθη τὴν φύσιν· ἀλλ᾽ ἐθαυματούργησε τῆς οἰκονομίας τὴν ἕνωσιν. οὐκέτι οὖν μετὰ τὴν ἕνωσιν Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον δύο πράγματα νοήσαντες οἱ πατέρες, εἰκότως Ἰησοῦν λέγοντες, τὸν Θεὸν λόγον σημαίνουσι, καὶ κατὰ τοῦ θεολόγου φράζοντες, λόγον τὸν ὁρώμενον Ἰησοῦν ἑρμηνεύουσιν· οὐ τὰς φύσεις συγχέοντες, ἀλλὰ δηλοῦντες τὴν ἕνωσιν. διὰ τοῦτο ἐκ Θεοῦ γεννηθέντα, καὶ οὐ ποιηθέντα, τὸν ἐκ Μαρίας Ἰησοῦν, καὶ τὸν κύριον τῆς δόξης σταυρωθῆναι λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαὶ, Παύλου λέγοντος· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν· ἵνα κατὰ μηδὲν διαστήσῃς τὸν κύριον τῆς δόξης, τοῦ προσηλωθέντος τῷ ξύλῳ. ἡ γὰρ ἕνωσις τοῦτον τὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ πεπονθέναι τὰ τοῦ παθητοῦ παρεσκεύασε· τοῦτο γάρ ἐστιν ἕνωσις, τὸ τὰ ἴδια τῶν ἑνωθέντων εἰς ἓν ξυνελθεῖν· ὡς καὶ ταῦτα περὶ τοῦ υἱοῦ λέγεσθαι, κἀκεῖνα. διὰ τοῦτο ὁ ἀπόστολός φησιν· ὅτι ὁ κύριος τῆς δόξης ἐσταύρωται. καὶ πάλιν λέγει ἡμῖν· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα· κἀκεῖνον νοῶν Ἰησοῦν, καὶ τοῦτον Θεοῦ λόγον καλῶν, δι᾽ οὗ τὰ πάντα ἐγένετο.

XIII. Nestorius autem Jesum veluti lacte nutritum nihili facit: & ut annis crescentem despicit: & ut circumcisionem suscipientem deitate privat: non deitatis illius majestatem lædens; sed ipse semet ipsum & gloria & salute privans. Et dum hæc dicit, fidei expositione se niti ait. Sed Nicæni Patres, o bone vir, Jesum non tam contumeliose tractarunt: sed vocabant ipsum filium Dei unigenitum, genitum, non factum, consubstantialem Patri: eo quod arctissima unio secundum dispensationem hunc illum efficiat. Quandoquidem & iste antea non mutatus, factus est hic. Non enim mutatus est quoad naturam; sed mirabiliter effecit dispensationis unionem. Quapropter sancti patres post unionem Dei ad hominem non jam amplius duas res intelligentes, merito cum Jesum dicunt, Deum Verbum designant, & secundum Theologum loquentes: Verbum quod oculis videbatur, Jesum interpretantur: non confundentes naturas, sed unionem ostendentes. Propterea Jesum Mariæ filium ex Deo genitum, & non factum; item Dominum gloriæ crucifixum sacræ litteræ affirmant, Paullo dicente: [c] *Si enim cognovissent, nequaquam Dominum gloriæ crucifixissent*; ut secundum nihil omnino Dominum gloriæ ab eo qui ligno affixus fuit, separes. Unio enim effecit ut Verbum hoc impassibile ea quæ passibilis naturæ erant, pateretur. Illud enim unio est, quod unitorum propria in unum conveniant: ita ut & hæc, & illa de Filio dicantur. Ideo Apostolus, *Dominum gloriæ crucifixum* esse dicit. Rursumque nobis ait: [d] *Unus Dominus Jesus Christus, per quem omnia*: & illum Jesum intelligens, & hunc Dei Verbum appellans, per quem omnia facta sunt.

Ὅθεν καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες, θέντες κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, ἕνα εἰρήκασιν υἱὸν μονογενῆ· οὐ τῇ προσηγορίᾳ, οὐδὲ τῇ τιμῇ μόνῃ, ἀλλ᾽ αὐτῷ τῷ πράγματι. διὸ καὶ ἐκάλεσαν τοῦτον ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ δι᾽ ἡμᾶς σαρκωθέντα, καὶ παθόντα, θαυματουργηθείσης ἑνώσεως, οὐ συγχυθείσης τῆς φύσεως. εἰ γὰρ οὐκ ἠλλοιώθη ἡ παρθένος καὶ μήτηρ ἐγένετο· οὐδὲ ἀλλοιωθείσης παρθενίας τόκος ἐγένετο, Θεοῦ θαυματουργήσαντος παρθένῳ τὸν τόκον· τί θαυμάζεις, εἰ ἐν ἀπαθεῖ φύ-

XIV. Unde & Nicæni Patres, ponentes Dominum Jesum Christum, *unum* dixerunt *filium unigenitum*, non appellatione aut honore tantum, sed re ipsa. Quocirca etiam hunc consubstantialem Patri, & propter nos incarnatum passumque dixerunt: unione mirabiliter facta, non natura confusa. Si enim Virgo mutata non fuit, & mater facta est: nec mutata virginitate partus contigit, Deo miraculose Virgini partum producente; quid miraris, si Deus in passibili natura volens passio-

a Matth. I. 16. b Luc. II. 46. c I. Cor. II. 8. d I. Cor. VIII. 6.

σε θελήσας Θεὸς ὑπεδέξατο πάθος, οὐκ ἀποθέμενος τὴν ἀπάθειαν; ὁ γὰρ μὴ δεηθεὶς λῦσαι παρθενίαν, ἵνα ποιήσῃ μητέρα· οὗτος παθεῖν βουληθεὶς, οὐκ ἐδεήθη τὴν ἑαυτοῦ δύναμιν μεταβαλεῖν. ἔχει γὰρ δύναμιν θαυματουργοῦσαν τὶ κρεῖττον τῶν λόγων τῆς φύσεως. διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ἔμεινε, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος, καὶ Ἰησοῦς, καὶ Χριστὸς, καὶ λόγος προσαγορεύεται. καὶ πάσχει, καὶ ἀπαθὴς μένει τὴν φύσιν· καὶ σταυροῦται καὶ κατ' οὐσίαν ἀχείρωτος μένει· καὶ θάνατον δέχεται, καὶ θανάτου κατακρατεῖ. τὰ μὲν θαυματουργῶν, ὡς ὢν Θεός· τὰ δὲ ὑπομένων, ὡς γενόμενος ἄνθρωπος. οὕτως οὗτος καὶ ἀποθνήσκει, καὶ οὐ κρατεῖται θανάτῳ· καὶ πάσχει, καὶ παθήματα λύει· τὰ μὲν, ἐνεργῶν τῇ θεότητι· τὰ δὲ ὑπομένων τῇ ἰδίᾳ σαρκί. αὐτὸς ὑπομένων, οὐκ ἄλλον ὑπομένοντα βλέπων. ταῦτα γὰρ καὶ Πέτρος περὶ Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου πρὸς Ἰουδαίους διαλεγόμενος, ἔλεγεν αὐταῖς λέξεσιν οὕτως εἰπών· ἄνδρες Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἀπὸ τῆς κάτω πατρίδος καλεῖ, ὕστερον δὲ υἱὸν Θεοῦ σημαίνει. τὸ γὰρ τέλος δείκνυσι τοῦ λόγου ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν ὄντα ἐπίγειόν τι καὶ οὐράνιον· τὸν αὐτὸν καὶ ἐκ τῶν κάτω χωρίων, καὶ ἐκ τῆς ἄνω δόξης ὁρμώμενον, τὸ μὲν ὄντα πρὸ τῶν αἰώνων· τὸ δὲ δι' ἡμᾶς γενόμενον ὕστερον. ἄνδρες γὰρ, φησιν, Ἰσραηλῖται, ἀκούσατε τοὺς λόγους τούτους· Ἰησοῦν τὸν Ναζωραῖον, ἄνδρα ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς δυνάμεσι, καὶ τέρασι, καὶ σημείοις, οἷς ἐποίησε δι' αὐτοῦ ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ ὑμῶν, καθὼς καὶ αὐτοὶ οἴδατε. τοῦτον τῇ ὡρισμένῃ βουλῇ καὶ προγνώσει Θεοῦ ἔκδοτον λαβόντες [1] διὰ χειρῶν ἀνόμων, προσπήξαντες ἀνείλετε, ὃν ὁ Θεὸς ἀνέστησεν ἐκ νεκρῶν, λύσας τὰς ὠδῖνας τοῦ θανάτου. ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δεικνὺς ἄνθρωπόν τι ὄντα, καὶ Θεὸν ἀχείρωτον τῷ θανάτῳ. καὶ γὰρ ἀπέθανε, φησὶ, καὶ οὐκ ἦν δυνατὸν αὐτὸν ὑπὸ τοῦ θανάτου κατέχεσθαι. τῷ μὲν, ἀπέθανε, δηλῶν ἄνθρωπον· τῷ δὲ μὴ δύνασθαι κατασχεθῆναι θανάτῳ, μηνύει Θεόν· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν Θεόν τι ὄντα, καὶ ἄνθρωπον γεγονότα δηλῶν.

Διὰ ταῦτα καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες, ἵνα μὴ τὸν Ἰησοῦν θετόν τινα ὑπολάβωμεν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ ἕτερον τὸν κατὰ φύσιν υἱόν· οὕτω γὰρ φρονοῦσιν οἱ πεπλανημένοι, τοῦ σταυρωθέντος διϊστῶντες τὸν κατὰ φύσιν· ἵν' ἐκείνου γενόμενοι, τούτου καταφρονήσωμεν, καὶ υἱὸν Θεοῦ προσκυνήσαντες, ὃν καὶ Πλάτων ὁμολογεῖ, τὸν Χριστὸν ἀθετήσωμεν· μόνην τὴν τετιμημένην φύσιν ἀνθρώπου Ἰησοῦν ὀνομάζουσι, καὶ κάτω τὴν προσηγορίαν ταύτην κατέχουσι, καὶ ἐκείνου χωρίζοντες καὶ πράγματι, καὶ τοῖς τῆς φύσεως ἰδιώμασι· τούτων ἀναιροῦντες τὸ φρόνημα λέγουσι τὸν Ἰησοῦν, τοῦτον γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρός. καὶ ἐπάγουσι, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ. ὃ δὴ καὶ ὁ μέγας Πέτρος ἐποίησεν ἐπερωτηθεὶς ὑπὸ τοῦ κυρίου μετὰ τῶν λοιπῶν ἀποστόλων. ἐπειδὴ γὰρ πρὸς αὐτοὺς ὁ κύριος φησί· τίνα με λέγουσιν οἱ ἄνθρωποι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; τινὲς μὲν ἀπεκρίναντο λέγοντες· οἱ μὲν Ἰωάννην τὸν βαπτιστήν· οἱ δὲ Ἠλίαν· ἕτεροι δὲ Ἱερεμίαν, ἢ ἕνα τῶν προφητῶν. εἶτα τοῦ κυρίου δεικνύοντος, ὅτι οἱ τοιαῦτα λέγοντες τιμῶσι μὲν τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, τῆς δὲ ἀληθείας ἀπολιμπάνονται, ἐρωτᾷ τοὺς ἀποστόλους, εἴ τι φρονεῖν ἔχοιεν μεῖζον περὶ αὐτοῦ, καὶ φησί· ὑμεῖς δὲ τίνα με λέγετε εἶναι; ἀλλὰ πρόσεχε ὅτι ταῦτα λέγει, τὴν ζήτησιν περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ποιούμενος. πρὸς ὃν ἀποκριθεὶς ὁ Πέτρος φησί· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς, ὁ υἱὸς Θεοῦ ζῶντος. οὐκ ἄνθρωπον εἰπὼν αὐτὸν ὡς πολλοὺς τετιμημένον τῇ χάριτι· ἀλλ' αὐτὸν ὁμολο-

nem suscepit, non impassibilitatem deponens? Qui enim opus non habebat virginitatem solvere, ut matrem faceret; ille pati volens non opus habebat virtutem suam mutare. Habet enim virtutem miraculose aliquid perpetrantem supra naturæ rationes. Propterea & Deus mansit, & homo factus est; & Jesus, & Christus, & Verbum appellatur. Item: patitur, & impassibilis secundum naturam permanet: crucifigitur etiam, & incomprehensibilis secundum substantiam manet: & mortem suscipit, & mortis imperium obtinet: illa quidem miraculose perpetrans, tamquam Deus existens: hæc autem sustinens, utpote homo factus. Ita hic & moritur, & a morte non detinetur: & patitur, & passiones solvit: hæc quidem operans deitate; illa autem propria carne sustinens. Ipse, inquam, sustinens, non alium sustinentem videns. Nam & Petrus Judæos alloquens, eadem de Jesu Nazareno iisdem verbis dixit, dum ita ait: [a] *Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum*; a terrena patria ita vocat: postea vero filium Dei esse significat. Finis enim sermonis ostendit, unum eumdemque & terrenum & cælestem esse: eumdem & ex inferiori hac regione, & ex superna gloria procedentem, Quorum quidem alterum fuit ante sæcula; alterum vero postea propter nos factus est. Ait enim: *Viri Israelitæ, audite verba hæc: Jesum Nazarenum virum approbatum a Deo in vobis, virtutibus, & prodigiis, & signis, quæ fecit Deus per illum in medio vestri, sicut & vos scitis. Hunc definito consilio & præscientia Dei traditum, per manus iniquorum affigentes interemistis. Quem Deus suscitavit solutis doloribus mortis*. Ostendens unum eumdemque & hominem esse, & Deum qui a morte teneri non poterat. Mortuus enim est, inquit, & *impossibile erat teneri illum a morte*. Nam mortuum esse hominem indicat: a morte autem teneri non posse, arguit Deum: unum eumdemque & Deum existentem, & hominem factum significans.

XV. Ideoque Nicæni patres, ne Jesum adoptivum quemdam filium Dei, & alium secundum naturam filium suspicemur: (ita enim errore decepti sentiunt, distinguentes illum qui secundum naturam est, a crucifixo: ut illum admittentes, hunc contemnamus; & filium Dei adorantes quem & Plato confitetur, Christum repudiemus; solam humanam naturam honore provectam Jesum nominant, atque eam appellationem deorsum detinent, & ab altero illo tam re, quam naturæ proprietatibus separant) horum opinionem subvertentes dicunt Jesum, hunc *genitum ex patre*: & subjungunt; *hoc est ex substantia ejus*. Quod & magnus Apostolus Petrus a Domino una cum reliquis Apostolis interrogatus fecit. Cum enim Dominus ipsis diceret: [b] *Quem me dicunt homines filium hominis?* nonnulli respondebant dicentes: *Alii Joannem Baptistam, alii autem Eliam, alii vero Jeremiam, aut unum ex prophetis*. Deinde cum Dominus ostenderet eos, qui hujusmodi dicebant, filium hominis quidem honorare, sed rei veritatem non attingere; interrogat Apostolos numquid sublimius de ipso sentirent, & ait: [c] *Vos autem quem me esse dicitis?* Sed animadverte, quod de filio hominis quæstionem proponens hæc dicat. Cui [d] *respondens Simon Petrus dixit: Tu es Christus filius Dei vivi*. Non hominem illum, ut multi, per gratiam honore decoratum vocans: sed confitens ipsum unigenitum

a Act. II. 22-24. b Matth. XVI. 13. 14. c Ibid. d Ibid. v. 16.

1. Διὰ χειρῶν] Edit. διὰ χειρός.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

γήσας εἶναι τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, δηλαδὴ γενόμενον ἄνθρωπον, καὶ τοῦτον ἐκεῖνον γνωρίσας, καὶ μηδαμοῦ τὰ πράγματα διαιρῶν. τί οὖν ὁ κύριος; ἆρα ἐπιτιμᾷ τῷ Πέτρῳ ὡς μὴ διακρίναντι τὰς φύσεις, μηδὲ διαστήσαντι τῆς τοῦ λόγου θεότητος τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου; ἆρα ἐπέπληξεν, ὡς μὴ χωρίσαντι τὰς φύσεις θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος; ἢ μᾶλλον ἐμακάρισεν αὐτὸν, λέγων· μακάριος εἶ Σίμων Βαρ-Ιωνᾶ· ὅτι σὰρξ καὶ αἷμα οὐκ ἀπεκάλυψέ σοι, ἀλλ' ὁ πατήρ μου ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ἐπειδὴ γὰρ εἶπε περὶ τοῦ ὁρωμένου, ὃ οὐκ ἐκ τῆς ὁρωμένης φύσεως ἔμαθε, μακαρίζεται· ὡς τὸ ῥηθὲν περὶ σαρκὸς μὴ μαθὼν παρὰ σαρκὸς καὶ αἵματος, ἀλλὰ παρὰ τοῦ πατρὸς τοῦ ἐν οὐρανοῖς. τὸ γὰρ Θεὸν λόγον ἐν σαρκὶ ὀφθέντα γνωρίσαι, ὄντως τῆς τοῦ Θεοῦ καὶ B πατρὸς γνώσεως ἦν.

Διὰ τοῦτο καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες τὸν Ἰησοῦν τοῦτον τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου, περὶ οὗ καὶ Πέτρον ὁ κύριος ἤρετο, μονογενῆ προσηγόρευσαν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τῷ μεγάλῳ Πέτρῳ περὶ αὐτοῦ σύμφωνα λέγοντες, καὶ τοῖς ἴχνεσι τοῦ Πέτρου δογμάτων ἑπόμενοι. τοῦτον γὰρ τὸν Ἰησοῦν ὁμολογοῦσιν υἱὸν τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος, γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας αὐτοῦ, ὁμοούσιον τῷ πατρί. ἵνα γὰρ μὴ θετὸν υἱὸν νομίσωσιν οἱ πεπλανημένοι τὸν Ἰησοῦν, ἐπήγαγον οἱ πατέρες· τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς μονογενῆ. εἶτα ἐξακριβοῦντες τὴν πίστιν, λέγουσι· Θεὸν ἐκ Θεοῦ· τοῦτον δηλονότι τὸν Ἰησοῦν· φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν C ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ· γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα· ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τά τε ἐν οὐρανῷ, καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ. περὶ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου ταῦτα λέγοντες, ἃ ξυντόμως ὁ Πέτρος ὁμολογήσας, ἐκρίθη μακάριος. ἀλλ' ἐπειδὴ τὸν Χριστὸν Ἰησοῦν αὐτὸν εἶναι τὸν πρὸ αἰώνων υἱὸν ἀπεφήναντο, ὅρα πῶς πάλιν τὸν πρὸ αἰώνων μονογενῆ δεικνύουσιν ἄνθρωπον γεγενημένον· ταῖς ἀντιδόσεσι ταύταις τῆς σωτηρίου οἰκονομίας τὴν ἕνωσιν ἐφιστῶντες, καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δεικνύντες, Θεόν τε ὄντα μονογενῆ, καὶ ἄνθρωπον δι' ἀνθρώπους γεγενημένον. ἐπειδὴ γὰρ εἶπον τὸν κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, τὸν αὐτὸν, οὐχ ἕτερον, δι' ἡ- D μᾶς τοὺς ἀνθρώπους, φασὶ, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ. ἐπειδὴ γὰρ εἶπον κατελθόντα τὸν μονογενῆ Θεὸν λόγον, ἵνα μὴ τοπικὴν Θεοῦ νοήσῃς μετάβασιν· θεότης γὰρ τὰ πάντα πληροῖ, τῆς ἰδίας οὐκ ἀπολιμπανομένη δημιουργίας· ἑρμηνεύουσι τὸ κατελθόντα, τουτέστι, λέγοντες, σαρκωθέντα· οὐκ οἰκήσαντα μόνον ἐν τῇ σαρκὶ, ἀλλὰ σαρκωθέντα φασί· ταύτῃ τῇ λέξει Θεοῦ τε καὶ ἀνθρώπου ἕνωσιν μηνύοντες ἀκριβέστερον. τοῦτο γάρ ἐστι, φασὶ, κατελθόντα, τὸ σαρκωθῆναι τὸν ἄσαρκον διὰ τὴν ἀνθρώπων ζωὴν, οὐ μεταβληθείσης τῆς φύσεως. πάλιν γὰρ ἀσφαλιζέσθω τὰ δόγματα, πᾶσαν θύραν ἐπηρείας ἀποκλείοντα E τῇ πλάνῃ. οὐ μεταβληθεὶς τὴν φύσιν ὁ Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος. ἄπαγε. ἀλλὰ θαυματουργήσας τὴν ἕνωσιν· οὐ παθητὸς γενόμενος τὴν φύσιν, ἀλλὰ παθὼν τῇ πρὸς τὸ παθητὸν ἀκριβεῖ κοινωνίᾳ. εἰ μὲν γὰρ γυμνὴ ἡ φύσις τοῦ Θεοῦ τὸ πάθος ἐδέχετο, ὄντως ἐλέγχομεν Θεὸν παθητόν· εἰ δὲ πιστεύομεν, Θεὸν μὲν ὑπὲρ ἀνθρώπων θελῆσαι παθεῖν, τῆς δὲ φύσεως οὐ δεχομένης τὸ πάθος, ἑνωθῆναι διὰ τοῦτο τῷ παθητῷ, καὶ τῇ ἑνώσει ταύτῃ δέξασθαι τὸ πάθος· οὐ παθητὸν Θεὸν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον λέγομεν· οὐκ ἀσθενήσαντα διὰ τὸ πάθος, ἀλλὰ δυνηθέντα τὰ ὑπὲρ φύσιν. διὰ τοῦτο οἱ πατέρες εἰπόντες αὐτὸν σαρκωθέντα, ἐπήγαγον, ἐνανθρωπή-

A Dei filium esse, hominem scilicet factum, & hunc pro illo agnoscens, nec uspiam res illas dividens. Quidnam ergo Dominus? numquid increpat Petrum, ut non discernentem naturas, neque dividentem filium hominis a deitate Verbi? numquid objurgabat, veluti deitatis & humanitatis naturas non separantem? an potius beatum eum prædicabat, dicens: [a] *Beatus es Simon Bar-Jona: quia caro & sanguis non revelavit tibi, sed Pater meus qui in cælis est.* Etenim cum de visibili id affirmaret, quod ex natura visibili non didicerat, beatus pronuntiatur, utpote illud quod de carne dixerat, non a carne & sanguine edoctus, sed a Patre qui in cælis est. Nam Deum Verbum in carne apparentem cognoscere, re vera ad Dei Patrisque cognitionem pertinebat.

XVI. Quocirea & Nicæni patres Jesum hunc filium hominis, de quo etiam Dominus Petrum interrogabat, unigenitum appellabant consubstantialem Patri: idem cum magno Petro de ipso dicentes, & Petri dogmatum vestigia sequentes. Hunc enim Jesum confitentur filium Dei vivi, genitum ex Patre, hoc est, ex substantia ejus, consubstantialem Patri. Ne enim errones isti Jesum adoptivum filium existimarent, subjungebant sancti patres, *unigenitum ex Patre natum*. Deinde accuratius fidem explicantes dicunt: *Deum de Deo*, hunc scilicet Jesum: *lumen de lumine*, *Deum verum de Deo vero: genitum non factum*, *consubstantialem Patri*, *per quem omnia facta sunt*, *quæque in cælo*, *& quæ in terra*: ea de filio hominis affirmantes, quæ Petrus breviter confessus beatus judicabatur. At postquam ostenderant Christum Jesum esse illum ipsum filium ante sæcula, vide qua ratione iterum unigenitum ante sæcula hominem factum ostendant, reciprocis hisce attributionibus dispensationis saluti-feræ unionem probantes, & unum eumdemque ostendentes Deum exsistentem unigenitum, & hominem propter homines factum. Postquam enim Dominum Jesum Christum consubstantialem dixissent Patri, eumdem, non alium, propter nos homines & propter nostram salutem descendisse, & incarnatum, & hominem factum, passumque, & resurrexisse tertia die ajunt. Postquam enim dixerant, unigenitum Deum Verbum descendisse, ne localem Dei transitum intelligeres: (deitas enim omnia implet, a propria creatura nusquam sejuncta,) explicant illud *descendisse*, dum ajunt, *hoc est, incarnatum esse*: non solum habitantem in carne, sed incarnatum dicunt, Dei hominisque unionem accuratius hoc loquendi modo indicantes. Hoc enim, inquiunt, est descendisse, carnis expertem incarnari propter hominum salutem, natura nequaquam mutata. Nam dogmatum securitati rursus consulendum, quæ omnem temeritatis januam errori præcludant. Non enim mutata natura Deus homo factus est, (absit) sed unionem miraculose perficiens, non passibilis factus secundum naturam, sed patiens ob arctam cum passibili communionem. Nam si nuda Dei natura passionem sustinuisset, re vera Deum passibilem argueremus: at si credamus, Deum pro hominibus pati quidem voluisse; naturam autem passionem non recipiente, propterea passibili unitum esse, & hac unione passionem suscepisse: non passibilem Deum, sed misericordem dicimus; non infirmum & impotentem propter passionem, sed potentem supra naturam. Propterea sancti patres cum incarnatum dixissent, subjunxerunt, hominem factum: præsupponentes, ut dixi,

[a] Matth. XVI. 17.

σαντα· τούτοις, ὡς ἔφην, θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος ἄκραν ἕνωσιν ὑποτιθέμενοι. δι' ἣν αἰτίαν ἀσφαλῶς ἐπήγαγον περὶ Θεοῦ λέγοντες, τὸ, παθόντα· ἵνα μὴ φύσιν Θεοῦ νοήσωμεν παθητὴν, ἀλλὰ παθόντα Θεὸν, διὰ τὸ ἓν γενέσθαι πρὸς τὸ παθητὸν κατὰ ἀκρίβειαν.

A hisce verbis deitatis & humanitatis summam unionem. Quam ob caussam secure subjungebant de Deo, dicentes, eum passum esse: non ut naturam Dei passibilem intelligeremus; sed Deum patientem, eo quod quam arctissime cum passibili unitus esset.

Καὶ μὴ θαυμάσῃς λόγων ἀκούων νικώντων τὸν λόγον. τῆς φύσεως κρείττων ἐγένετο. ἡ μὲν γὰρ ἀνθρώπων φύσις ἐκ σπέρματος γίνεται· ἀλλ' ὁ σωτὴρ τὰ ὑπὲρ φύσιν τὴν ἡμετέραν θαυματουργεῖ. οὐ γὰρ ἐδεήθη σπέρματος, καὶ γέγονεν ἄνθρωπος. θαυμάζεις τοῦτο πιστεύσας, καὶ οὐκ ἐρευνᾷς λογισμοῖς; οὐκοῦν πίστευε κἀκεῖνο ὃ περὶ τῆς παρθένου πεπίστευκας. εἰ γὰρ οὐκ ἠλλοιώθη παρθένος καὶ μητὴρ ἐγένετο, καὶ Θεὸς μὴ ἀλλοιωθεὶς γέγονεν ἄνθρωπος· ὡς ταῦτα δέχῃ θαυμάζων, καὶ οὐδὲν πολυπραγμονῶν, δέχου κἀκεῖνα, Θεοῦ συγκατάβασιν ἐπαινῶν, καὶ μηδαμοῦ φύσεως λόγους κινῶν. καὶ ταῦτα κἀκεῖνα Θεοῦ γέγονε θαύματα. μίᾳ πίστει ἀμφότερα μάνθανε, καὶ μὴ ἑαυτὸν ἐμβάλῃς ἀπεράντοις ζητήμασιν· ἵνα μὴ τοιαῦτα ζητῶν, πρὸς μὲν τὸ βάθος τοῦ λόγου καταδύῃς, ἀνέξασθαι δὲ μὴ δυνηθῇς, ἐν αὐτῷ βυθῷ τοῦ ζητήματος ναυαγήσας ξυντραφέντας ἁπλότητι πίστεως. συκοφαντῶν γὰρ ἡμᾶς, ἠπάτα τοὺς ἁπλουστέρους, ὡς ἡμῶν παθητὸν λεγόντων εἶναι τὸ θεῖον. ἐπειδὴ διὰ τὴν πρὸς τὸ παθητὸν ἀπόῤῥητόν τε καὶ ἀσύγχυτον ἕνωσιν Θεοῦ λέγομεν ἴδια γεγονέναι τὰ πάθη· ἃ κατὰ θαυματουργίαν Θεοῦ γενέσθαι φαμὲν, οὐ κατὰ ἀλλοίωσιν τῆς οὐσίας. εἰ γὰρ ἐλέγομεν πεπονθέναι παθητὸν, οὐκ ἦν θαῦμα τὸ γεγεννημένον. τὸ γὰρ τὸν παθητὸν παθεῖν, κατὰ λόγον ἐστὶ τῆς φύσεως. θαυματουργίαν δέ σοι λέγω, ἵνα πιστεύσῃς μόνον, ὡς τοῖς ἄλλοις παραδόξως ποιηθεῖσιν ὑπὸ Θεοῦ, καὶ μηκέτι καταπίπτῃς πρὸς τοὺς λόγους τῆς φύσεως. παθητὸν μὲν γὰρ τοῦτο λέγεται καὶ πᾶσι γνωρίζεται, ὃ τὴν φύσιν ἔχει παθεῖν δυναμένην, κἂν μὴ ὑπομείνῃ τὸ πάθος. καυστὸν μὲν γὰρ τὸ ξύλον ἐστὶ κἂν μηδέποτε παραδοθῇ τῷ πυρί. τμητὸν δὲ τὸ σῶμα λέγεται, κἂν μηδέποτε τῇ ἀκμῇ τοῦ σιδήρου παραδοθῇ. ἐκ γὰρ τῆς φύσεως τοῖς πράγμασιν, οὐκ ἐκ τῆς ἐνεργείας αἱ τοιαῦται προσηγορίαι γεγένηνται. πῶς οὖν λέγεις Θεὸν παθητὸν, ὁ μὴ λέγων ἔχειν αὐτὸν φύσιν παθεῖν δυναμένην; ἐθαυματούργησε γὰρ ἑαυτῷ τὸ πάθος, ἑνωθεὶς παραδόξως τῷ παθητῷ, καὶ οὐ κατὰ τὴν φύσιν ἐδέξατο.

XVII. Nec mireris, quod verba audias quæ rationem superant. Ipse natura superior erat: hominum enim natura ex semine oritur: sed Servator ea quæ supra nostram naturam sunt, miraculose effecit; non enim indigebat semine, & factus est homo. Miraris hoc fide credens, & non scrutaris rationibus? ergo & illud crede, quod de Virgine B credendum accepisti. Si enim Virgo mutata non fuerit, & mater facta est; etiam Deus non mutatus factus est homo: sicuti ista recipis, admirans, & nequaquam curiose pervestigans; ita etiam hæc admitte, Dei condescensionem prædicans, & naturæ rationes nequaquam movens. Et hæc, & illa Dei miracula fuere. Una fide utrumque disce, nec te ipsum in infinitas quæstiones conjice: ne hujusmodi quærendis, fundum quidem rationis subeas; enatare autem non valens, in ipso quæstionis fundo fidei simplicitati innutritos naufragio perdas. Nam dum nos calumniatur, simpliciores decipit: quasi nos Deum passibilem esse affirmemus, quoniam propter ineffabilem atque inconfusam unio- C nem cum passibili, passiones Dei proprias factas fuisse dicimus, quas per operationem miraculosam Deo tribuimus, non secundum mutationem substantiæ. Si enim passibilem passum esse diceremus, id quod factum est, miraculum non esset; nam passibilem pati secundum naturæ rationem accidit. Ego vero miraculum tibi dico, ut fide tantum, quemadmodum alia miraculose a Deo perpetrata, credas, nec amplius ad naturæ rationes recidas. Hoc enim passibile dicitur, & ab omnibus agnoscitur, quod naturam obtinet quæ pati potest, etiamsi passionem non sustineat: nam lignum combustibile est, etiamsi numquam igni tradatur. Corpus autem sectile dicitur, etiamsi numquam acumini fer- D ri exponatur: quippe ex natura, non ex actione, rebus hujusmodi appellationes obtigere. Quomodo ergo Deum passibilem dicis, qui eam naturam quæ pati possit, habere non dicis? miraculoso enim modo passionem sibi ipsi adoptavit, passibili mirabiliter unitus: non autem secundum naturam eam sustinuit.

Διὸ δὴ καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας ἁγιώτατοι πατέρες τῷ ἁγίῳ πνεύματι πρὸς συμφωνίαν ἀγόμενοι πίστεως, αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον, τὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ ὄντα, τὴν φύσιν ἀπαθῆ, καθὼς πάντες γινώσκομεν, δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα λέγουσι· τουτέστι σαρκωθέντα· ἵνα γνῷς ὅτι λόγος σὰρξ ἐγένετο. εἰ δὲ μήπω τὸ σαρκωθέντα νοεῖς, ἐνανθρωπήσαντα λέγουσιν. εἶτα τὸν αὐτὸν παθητόν φασιν, ὡς εἰκὸς γενόμενον ἄνθρωπον· τοῦτο γὰρ ἦν ἄνθρωπον εἶναι, τὸ παθεῖν τὰ ἀνθρώπινα: ὅπερ ὁ πλανηθεὶς τῇ πίστει κατανοῆσαι μὴ δυνηθεὶς, ἀλλ' εἰς ζήτησιν λογισμῶν τὸ θαῦμα καταβιβάσας, ἐνόμισε παθητὸν εἶναι Θεὸν, τὸν ἐν ἀπαθεῖ φύσει τὰ τῶν ἀνθρώπων ἰδιοποιησάμενον πάθη. οὐ τὸ παθητὸν δὲ ἄλλως ἐστὶ παθητὸν ποιῶς δὲ, ἀλλὰ τὸ φύσιν ἔχον παθεῖν δυναμένην. ἐπεὶ καὶ ἡ παρθένος οὐκ ἔστιν ἀνθρωποτόκος· οὐ χωρεῖ γὰρ τὸν τόκον μένουσα παρθενία. καὶ τὴν ἄνθρωπον γενόμενον τὸν Θεὸν λόγον ἔτικε Μαρία, μείνασα παρθένος. ἆρ' οὖν πᾶσα παρθένος ἀνθρωποτόκος, ἐπει-

XVIII. Quocirca etiam sanctissimi Nicæni patres a Spiritu sancto ad fidei consensum concentumque reducti, ipsum Deum Verbum, Patri consubstantialem, natura sua, sicut omnes scimus, impassibilem, propter nos homines & propter nostram salutem descendisse ajunt, hoc est, incarna- E tum esse: ut Verbum carnem factum esse scias. Si vero incarnationis vocem necdum intelligas, hominem factum esse dicunt: deinde eumdem passibilem pronuntiant, utpote hominem factum: hoc enim erat hominem esse, humana pati. Quod cum errabundus in fide animo capere non posset, sed miraculum ad rationum disquisitionem produxisset, existimavit passibilem esse Deum, qui in natura impassibili humanas passiones sibi proprias fecit. Neque vero passibile alia aliqua ratione est passibile, quam quod naturam habeat, quæ pati possit: quandoquidem nec beata Virgo hominis genitrix est, neque enim capax est partus permanens virginitas: at Maria permanens virgo Deum Verbum hominem factum peperit. Numquid ergo omnis virgo

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

δὴ μία παρθένος ἔτεκε; οὐδαμῶς· οὐκοῦν οὐδὲ Θεὸς παθητὸς, ἐπειδὴ ἅπαξ δι' οἰκονομίαν τῇ ἑαυτοῦ σαρκὶ τὸ πάθος ἐδέξατο, διὰ τοῦτο θαῤῥήσαντες οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας ξυνειλεγμένοι πατέρες, καὶ παθόντα εἶπον Θεὸν, καὶ παθητὸν οὐκ ἐδίδαξαν· ὃ γὰρ διὰ οἰκονομίαν καὶ σοφίαν τεθαυματούργηται, τοῦτ' οὐδεὶς ἀφρονῶν τῷ λόγῳ τῆς φύσεως ἀνατίθησι.

hominem parit, quia una virgo peperit? nequaquam: quare nec Deus passibilis, quia semel per dispensationem propria sua carne passionem sustinuit. Idcirco sancti patres Nicææ congregati fidenter & Deum passum asseruerunt, & passibilem non docuerunt: quidquid enim per dispensatioem & sapientiam miraculoso modo factum fuit, id nemo sapiens naturæ rationi tribuit.

Μετὰ οὖν τὸ εἰπεῖν τοὺς πατέρας περὶ μονογενοῦς τοῦ γεννηθέντος ἐκ τοῦ πατρὸς, τὸ σαρκωθῆναι, ἐνανθρωπῆσαι, παθεῖν, ἐπάγουσι λέγοντες, αὐτὸν ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ· τοῦτο γὰρ ἦν τοῦ κατὰ Θεὸν πάθους τὸ χρήσιμον· οὗτος ὁ καρπὸς τοῦ Θεὸν ὑπὲρ ἀνθρώπων ἑλέσθαι τὸν θάνατον. ἵνα γὰρ ξυναναστήσῃ τὴν θνητὴν φύσιν ὁ ἀθάνατος, τῶν ἀνθρωπίνων ἡμῖν κοινωνεῖ. ὃ δὴ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος Παῦλος σαφῶς δηλῶσαι βουλόμενος ἔλεγε. ξυνήγειρε καὶ ξυνεκάθισεν ἐν τοῖς ἐπουρανίοις ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. οὐκ ἤγειρε λέγει, ἀλλὰ συνήγειρεν· ἵνα μὴ ἀνθρώπου μόνου θάνατον καὶ ἀνάστασιν, ἀλλὰ καὶ τοῦ ἐγείραντος αὐτὸν γνωρίσῃς, ὑπομείναντος ταῦτα σοφίᾳ τῇ ἑαυτοῦ, καὶ οὐκ ἀλλοιώσει τῆς φύσεως. ὅθεν οὐδὲ θνητὸν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον λέγομεν· θανάτῳ γὰρ κατήργησε θάνατον, καὶ πάθεσι τὸ παθητὸν ἐξιάσατο. ἐπεὶ λεγέτωσαν, τίς ἐκένωσεν ἑαυτὸν μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, εἰ μὴ ὁ τούτου κοινωνήσας τοῖς ἀνθρώποις Θεὸς ἑκουσίως, οὐ τὴν φύσιν ἀναγκασθείς; τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν, φησιν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ· ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσεν, μορφὴν δούλου λαβὼν, ἐν ὁμοιώματι ἀνθρώπων γενόμενος, καὶ σχήματι εὑρεθεὶς ὡς ἄνθρωπος· ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. τί λέγεις ὦ θαυμάσιε Παῦλε; ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἴσος διὰ τοῦτο Θεῷ γνωριζόμενος, ἑαυτὸν ἐκένωσε; καὶ τί τῆς κενώσεως τὸ εἶδος, εἰπέ· μορφὴν, φησὶ, δούλου λαβών. καὶ μὴν εἰ μόνον προσέλαβε δούλου μορφὴν, ἑαυτὸν ἐκένωσεν; ἀλλὰ τὸν τρόπον σκόπει, φησὶν, ᾧ ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, καὶ γνώσῃ ὅτι πρότερον ἐκένωσεν ἑαυτόν. εἰ μὲν γὰρ μὴ συγκαταβὰς ἀνθρώπῳ Θεὸς ἀνέλαβεν ἄνθρωπον, μορφὴν ἔλαβε δούλου μόνον, καὶ ἑαυτὸν οὐκ ἐκένωσεν. ἐπειδὴ δὲ αὐτὸς, φησὶ, γέγονεν ἄνθρωπος, εὑρεθεὶς γὰρ ὡς ἄνθρωπος, φησὶν ὁ Παῦλος, ἐταπείνωσεν ἑαυτὸν, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ· εἰκότως εἶπεν ὅτι ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.

XIX. Postquam ergo sancti patres de Unigenito ex Patre nato dixerunt, incarnatum, hominem factum, passumque esse, subjungunt deinde, illum resurrexisse tertia die: hoc enim passionis Dei emolumentum erat: hic fructus mortis, quam Deus pro hominibus subjit: nam ut secum resuscitaret naturam mortalem, immortalis humana nobiscum participat. Quod & magnus ille Apostolus Paullus perspicue indicare volens, dicebat: [a] *Conresuscitavit, & consedere fecit in cælestibus in Christo.* Non dicit *resuscitavit*, sed *conresuscitavit*: ut non solius hominis mortem & resurrectionem, sed & resuscitantis ipsum intelligas; qui sapientia sua, non autem naturæ mutatione hæc sustinuit. Unde etiam non mortalem, sed misericordem hominumque amantem vocamus: nam morte mortem abolevit, & passionibus passibile persanavit. Dicant enim, Quis [b] *exinanivit semet ipsum usque ad mortem, mortem autem crucis*, nisi Deus cum hominibus sponte, non autem naturæ necessitate eam participans? *Hoc enim sentiatur in vobis*, inquit, *quod & in Christo Jesu, qui in forma Dei exsistens, non rapinam existimavit esse æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo: humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis.* O Paulle admirande quid ais? *qui in forma Dei exsistens*; ideoque *æqualis Deo* cognitus, *semet ipsum exinanivit*? & quænam exinanitionis forma? dic quæso: *formam*, inquit, *servi accipiens*: & si quidem solummodo servi formam assumsisset, exinanivit semet ipsum? Sed modum, inquit, considera, quo servi formam assumsit; & cognosces quod prius semet ipsum exinanivit. Si enim non condescendens homini Deus hominem assumsisset, formam servi tantum accepisset, neque exinanivisset semet ipsum: quoniam vero ipse, inquit, homo factus est, *inventus enim est ut homo*, ait Paullus, *humiliavit semet ipsum, factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*; merito dicebat, quod *semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens.*

Ἐπεὶ πῶς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ μὴ ἁρπαγμὸν ἡγούμενος τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἑαυτὸν ἐκένωσε; λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τῆς κατὰ Χριστὸν οἰκονομίας τὴν χάριν ἀρνούμενοι. ἀλλ' οὐκ ἔχουσιν εἰπεῖν πῶς ἑαυτὸν ἐκένωσεν ὁ Θεὸς, ἄνθρωπον μὲν τετιμημένον λέγοντες εἶναι τὸν Χριστὸν, σάρκα δὲ τὸν λόγον γεγενῆσθαι μὴ θέλοντες. ἐντεῦθεν γὰρ καὶ ὁ τὴν πλάνην ταύτην ἀναφανδὸν κηρύττειν τετολμηκὼς, κλέπτει τῆς ἀποστολικῆς διδασκαλίας αὐτὸ δὴ τοῦτο (ἐκένωσεν ἑαυτὸν) δεδοικὼς τὸν λόγον, ὡς δηλῶσαι δυνάμενον τὴν πρὸς τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Θεοῦ κοινωνίαν, ἣν αὐτὸς ἠρνήσατο παντελῶς· οὐ Θεὸν ἐνανθρωπήσαντα, ἀλλὰ ἄνθρωπον λέγων τὸν Χριστὸν θεωθέντα τῇ χάριτι. ἀντιγράφων γὰρ καὶ ἀντιλέγων τῇ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου παραινέσει, καὶ μνησθεὶς ἐν τῇ πρὸς τὸν μέγαν ἐκεῖνον ἐπιστολῇ ταυτησὶ τοῦ ἀποστόλου τῆς λέξεως, μετὰ τοσαύτης τῆς τέχνης τὴν ῥῆσιν ἐκτί-

XX. Quomodo enim in forma Dei exsistens, nec rapinam existimans esse æqualem Deo, semet ipsum exinanivit? Dicant nobis qui gratiam dispensationis in Christo negant. Sed dicere non possunt, quomodo Deus semet ipsum exinaniverit, qui Christum quidem eximiæ dignitatis hominem esse ajunt; Verbum autem carnem factum esse non volunt. Nam qui errorem istum publice prædicare ausus est, suffuratur hoc loco ex apostolica doctrina illud *exinanivit semet ipsum*, metuens hunc sermonem, utpote qui Dei cum rebus humanis communionem ostendere possit; quam ipse omnino negavit; non Deum hominem factum, sed hominem gratia deificatum Christum appellans: nam ubi magni Cyrilli admonitioni contrario scripto respondet, injecta in litteris ad magnum illum virum dicti hujus apostolici mentione, tanta cum arte illud explicat, ut orationis perversionem ignorantes

a Ephes. II, 6. *b* Philipp. II, 7. 8. *c* Ibid. ℣℣. 5-8.

θεται, ὡς τοὺς ἀγνοοῦντας τὴν τοῦ λόγου τροπὴν A παρασυρῆναι τῇ πλάνῃ. ἵνα δὲ σαφὲς ᾖ τὸ λεγόμενον, αὐτοὺς τοῦ ἠπατημένου τοὺς λόγους τῆς ἐπιστολῆς παραθήσομαι, ἐν οἷς οὕτως αὐταῖς λέξεσι λέγει· μέλλων ὁ ἀπόστολος, φησὶ, τὰ τοῦ πάθους ἐπάγειν, πρότερον θεὶς τὸ Χριστὸς, τὸ κοινὸν τῶν δύο, ὡς μικρῷ πρότερον ἔφην, τῶν φύσεων ὄνομα, προσάγει τὸν λόγον ἀμφοτέραις πρεπώδη ταῖς φύσεσι. τί γάρ φησι; τοῦτο γὰρ φρονείσθω ἐν ὑμῖν ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ, ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. καὶ σιωπήσας τὰ ἑξῆς, ὡς αὐτῷ πολέμια, ἐπάγει λέγων· ἀλλ' ἵνα μὴ τὰ καθ' ἕκαστα λέγω, ὑπήκοος γενόμενος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ. καὶ μὴν οὐ πολλὰ ἦν τὰ μεταξὺ ῥηθέν- B τα τῷ ἀποστόλῳ. τοῦτο γὰρ μόνον ἔχει τὸ μέσον· ἐκένωσεν ἑαυτὸν μορφὴν δούλου λαβών. ἀλλ' ὡς μακρὸν αὐτὸ παρατρέχει. δεινὸς γὰρ ὁ ἀνὴρ τῇ κλοπῇ τῶν λόγων τὸ ἀληθὲς συσκιάσαι. ὥσπερ γὰρ ἀνωτέρω τὸ, καὶ εἰς ἕνα κύριον πιστεύειν, ὑφελόμενος τῆς τῶν πατέρων ἐκθέσεως, ἄδειαν δέδωκεν ἑαυτῷ πλειόνων φύσεων τὸ Χριστὸς ὄνομα κοινὸν λέγειν, οὕτως ἐνταῦθα τὸ (ἑαυτὸν ἐκένωσε) τοῦ λόγου περιαιρεῖ, ὡς ἱκανὸν διδάξαι, ὅτι Θεὸς εἰς κοινωνίαν ἀνθρωπίνων πραγμάτων κατέβη.

Ἀλλ' οὐκ ἔμεινεν ὁ ἀπατεὼν ἀνεξέλεγκτος, κἂν ὑφείλατο τοῦ λόγου τὰ καιριώτερα. ἐπειδὴ γὰρ πολλὰ τοῦ λόγου κλέπτων ᾐσχύνετο, δεδοικὼς τὸ καὶ C ἁλῶναι κλοπῆς, ἄκων μὲν, θεὶς δὲ ὅμως τὸ ἑξῆς περὶ μονογενοῦς παρὰ τοῦ Παύλου ῥηθὲν, ἠλέγχθη σαφῶς τὸ καιριώτερον τῆς οἰκονομίας ἀθετῶν μέρος, τῆς πρὸς τὰ ἀνθρώπινα τοῦ Θεοῦ λόγου κοινωνίας. εἰπὼν γὰρ περὶ αὐτοῦ τὸ, γενόμενος ὑπήκοος μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, παρὰ τοῦ Παύλου ῥηθὲν· σαφῶς παραχαράττων τὴν πίστιν ἐλέγχεται, καὶ κακῶς ἀνθρώπῳ μόνῳ προσνέμων τὰ πάθη. εἰ γὰρ ὁ ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, καὶ ἴσος δὲ ὢν τῷ Θεῷ, ὑπήκοος γέγονε μέχρι θανάτου, καὶ θανάτου σταυροῦ, δῆλον ὡς αὐτὸς ἦν ὁ παθὼν, οὐ τῇ τῆς θεότητος φύσει, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, ἣν κατὰ ἀκρίβειαν ἥνωσεν ἑαυτῷ. ἀλλὰ ὁ μὲν ἠπατημένος πρὸς πάντας τοὺς τῆς φύσεως ὅ- D ρους ὁμόσε χωρῶν, καὶ τὰ μὲν κλέπτων, τὰ δὲ παραλογισμοῖς σοφιζόμενος, ἀνοίγει θύραν ἀπολογίας τοῖς Ἰουδαίοις, μικρὸν αὐτοῖς τὸ κατὰ τὸν σταυρὸν ἔγκλημα δεῖξαι βουλόμενος· ὡς ἄνθρωπον σταυρωσάντων μόνον, καὶ οὐδὲν τετολμηκότων κατὰ Θεόν. οἱ δὲ ἐπὶ τῆς Νικαίας ξυναχθέντες ἅγιοι πατέρες αὐτὸν τὸν μονογενῆ υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν γεννηθέντα ἐκ τοῦ πατρὸς, καὶ οὐ ποιηθέντα, τουτέστιν, ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, τὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ, καὶ σαρκωθῆναι, καὶ ἐνανθρωπῆσαι, καὶ παθεῖν λέγουσι· σιωπήσαντες τέως διὰ βραχυλογίαν, τοῦ ἀπαθοῦς τὸν τρόπον. οὐ γὰρ φύσιν θεότητος εἰσάγουσι παθητὴν, ἀλλὰ τὴν πρὸς τὸ παθητὸν ἄκραν ἕνωσιν τοῦ Θεοῦ λόγου διδάσκουσιν· E ἣν καὶ αἰτίαν τὴν τοῦ θεϊκοῦ λέγουσι πάθους· καὶ τοῦ θανάτου τὸ χρήσιμον ἐκδιδάσκοντες, δεικνύουσι τὸν ὁμοούσιον τῷ πατρὶ Ἰησοῦν Χριστὸν, δι' ἡμᾶς καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν σαρκωθέντα, παθόντα, καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, ἀνελθόντα εἰς οὐρανοὺς, ἐρχόμενον κρίναι ζῶντας καὶ νεκρούς. ἵνα γὰρ τὸν κριτὴν ἔχωμεν συγγενῆ, Θεὸς ἀναλλοίωτος ἄνθρωπος γίνεται· ἵνα τῇ τοῦ κριτοῦ συγγενείᾳ θαῤῥήσωμεν, οἱ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντες. ἐπειδὴ γὰρ φοβερός ἐστιν ὡς Θεὸς, καὶ ποθεινὸς ἡμῖν ὡς ἄνθρωπος γίνεται· ἵν' ὁμοῦ τι φοβηθῶμεν τὸν αὐτὸν, καὶ ποθήσωμεν· τῆς μὲν ἐξουσίας ἐμποιούσης τὸν φόβον, τῆς δὲ συγγενείας παρεχούσης τὸν πόθον.

A in errorem abducere possit. Sed ut clare constet, quod dico, ipsa decepti verba ex epistola illa apponam, ubi sic ad verbum loquitur: „ Volens „ Apostolus, inquit, ea quæ passionis sunt infer„ re, ponens prius Christi nomen, commune na„ turæ utrique, ut paullo ante dixi, orationem „ utrique naturæ convenientem adducit. Quid enim „ ait? *Hoc sentiatur in vobis, quod & in Christo* „ *Jesu, qui in forma Dei exsistens non rapinam* „ *existimavit esse æqualem Deo*„. Et sequentia tamquam sibi contraria reticens, subjungit: *sed ne singula replicem; obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis*. Atqui haud multa sunt interjecta Apostoli verba: hoc enim dumtaxat in me- B dio habetur, *exinanivit semet ipsum formam servi accipiens*. Sed illud quasi prolixum transcurrit: egregie enim hic homo furtiva verborum subtractione veritatem obumbrare novit. Sicuti enim superius ex sanctorum patrum professione subtrahens illud, *& in unum Dominum*; licentiam sibi ipsi permisit, Christi nomen pluribus naturis commune esse dicendi: ita hoc loco illud, *exinanivit semet ipsum*, orationi subtrahit, tamquam sufficiens ad docendum, quod Deus ad rerum humanarum communionem descenderit.

XXI. Sed nequaquam latuit impostor ille, quin argueretur, licet potiora ac præcipua orationis sub- C traxerit. Cum enim multa furtim ex contextu subtrahens pudore suffunderetur, metuens ne in furto deprehenderetur, quamvis nolens, sequentia tamen Apostoli de Unigenito verba apponens, arguitur manifeste, quod præcipuam incarnationis partem improbet, communionem scilicet & commercium Dei Verbi cum humana natura. Dum enim de illo dicit quod Paullus ait, *obediens factus usque ad mortem, mortem autem crucis*; falsatæ fidei manifeste arguitur, quodque male soli homini passiones tribuat. Si enim in forma Dei exsistens & æqualis exsistens Deo, obediens factus est usque ad mortem, mortem autem crucis: perspicuum est, quod idem erat patiens, non deitatis natura, sed propria carne quam D arctissime sibi ipsi unierat. Sed deceptus ille, dum omnes naturæ limites convellere aggreditur, alia quidem furtim subtrahens, alia falsis rationibus sophistice pervertens, januam defensionis Judæis aperit, levem illorum culpam circa crucem ostendere volens; quippe qui hominem solummodo cruci affixerint, neque quidquam attentaverint adversus Deum. At sancti patres in Nicæa congregati ipsum Unigenitum filium Dei, ex Patre genitum, non factum, hoc est, ex substantia Patris, consubstantialem Patri, & incarnatum, & hominem factum, & passum esse dicunt; reticentes hactenus brevitatis caussa modum, quo impassibilis passus est. Non enim deitatis naturam passibilem introducunt, sed E arctissimam Dei Verbi cum passibili natura conjunctionem docent; quam & caussam esse dicunt passionis Dei: & ut mortis fructum doceant, Jesum Christum, Patri consubstantialem, propter nostram salutem incarnatum, passumque ostendunt, & resurrexisse tertia die, ascendisse in cælos, & venturum judicare vivos & mortuos. Nam ut cognatum haberemus Judicem, Deus immutabilis fit homo; ut Judicis consanguinitate confideremus, qui nullam ex propriis meritis habemus fiduciam. Etenim, quia terribilis est ut Deus, etiam desiderabilis nobis fit ut homo: ut eumdem simul & metueremus, & desideraremus; potentia quidem incutiente metum, cognatione autem excitante desiderium. Venit ergo judicare vivos & mortuos, qui humana

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

ἔρχεται οὖν κρίναι ζῶντας καὶ νεκροὺς ὁ ἐμοὶ κοινωνήσας τῶν ἀνθρωπίνων, ἵνα κριτὴς δίκαιος ᾖ τούτοις δικάζων, οἷς αὐτὸς πρότερον τῶν παθῶν ἐκοινώνησε· καὶ συγγνώμων γένηται δικαστὴς, κατὰ τὸν μέγαν ἀπόστολον, ἐξ ὧν ἔπαθε μαθὼν τὴν ὑπακοήν. εἰ γὰρ καὶ πάντα γινώσκει, Θεὸς ὢν, ὁ μονογενής· ἀλλὰ προσέλαβε πεῖραν ὧν ἡ φύσις τῆς Θεότητος, οὔτε ἦν οὔτε γέγονε δεκτική, τὴν γὰρ προσληφθεῖσαν ἐκ Μαρίας φύσιν ἑνώσας ἑαυτῷ, ταύτῃ δέχεται πεῖραν ὧν ἡ φύσις τῆς θεότητος ἀπείρατος ἦν.

A mecum communia habet; ut justus sit Judex, judicans ex iis affectionibus, quas ipse prius nobiscum habuit communes; & ut misericors sit Judex juxta magnum Apostolum, quippe qui [a] *ex iis quæ passus est, obedientiam didicit*. Nam licet omnia cognoscat Unigenitus, eo quod sit Deus: attamen experientiam cepit eorum, quorum natura deitatis neque erat neque facta fuit capax: nam assumtam ex Maria Virgine naturam sibimet ipsi uniens, illa experimentum cepit eorum quorum expers erat natura deitatis.

Ο δὲ τὸν τῆς παρθένου διαβάλλων τοῦ Θεοῦ τόκον, ἔοικε τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας ἀγνοεῖν τὸ μυστήριον. οὐ γὰρ οὗτος ὁ τόκος ἀρχὴ θεότητος γέγονεν, ἀλλὰ προοίμιον ἦν τοῦ σάρκα γενέσθαι τὸν λόγον. ἐπειδὴ γὰρ εἵλατο γενέσθαι ἄνθρωπος, ὢν πρὸ αἰώνων Θεός· ἀρχὴ δὲ τῆς ἀνθρωπότητος ὁ τόκος ἐστί· δέχεται τὴν ἀρχὴν τῆς οἰκονομίας τοῖς πράγμασι κρηπῖδα ταύτην ὑποτιθείς. ἀεὶ ὢν τοῦ εἶναι ἄνθρωπος ἄρχεται· τὸ μὲν, ὢν Θεὸς, τὸ δὲ ὡς ἑλόμενος γενέσθαι καὶ ἄνθρωπος. ὃ δὴ καὶ οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες δηλοῦντες σαφῶς ἔγραψαν, περὶ τοῦ μονογενοῦς εἰπόντες· τοὺς δὲ λέγοντας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· καὶ, πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· καὶ, ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως, ἢ οὐσίας· φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν, ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ ἐκκλησία. ἵνα γὰρ μὴ ἀρχὴν θεότητος τοῦ μονογενοῦς τὸν τόκον νοῇς, ἀναθεματίζουσι τοὺς λέγοντας, ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν· ἐξορίζουσι δὲ τῆς χριστιανῶν ἐλπίδος καὶ τοὺς λέγοντας, ὅτι πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν· ξένους τε τῆς ἡμῶν τιθέντας σωτηρίας, καὶ τοὺς λέγοντας τὸν Χριστὸν ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο. καὶ μὴν εἰ μόνον ἄνθρωπος ἦν κατὰ τοὺς πεπλανημένους, θεϊκῇ τετιμημένος ἀξίᾳ, ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, κατὰ τὴν δύσφημον γλῶσσαν ἐκείνην. ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ὁ ὢν πρὸ τῶν αἰώνων ἐγένετο ἄνθρωπος, τοὺς ἐξ οὐκ ὄντων γεγενῆσθαι λέγοντας τὸν Χριστὸν, τῆς σωτηρίας καὶ τῆς τῶν χριστιανῶν ἐλπίδος ἐξέβαλον.

XXII. Sed qui Dei ex Virgine nativitatem accusat, mysterium sapientiæ Dei ignorare videtur: B neque enim hæc nativitas deitati principium dedit, sed exordium fuit incarnationis Verbi. Quia enim homo fieri dignatus est, Deus ante sæcula exsistens; principium vero humanæ exsistentiæ est nativitas, capit principium dispensationis, hoc fundamentum rebus supponens; & semper exsistens, homo esse incipit: illud quidem, utpote Deus; hoc autem, utpote & homo fieri dignatus. Quod & Nicæni patres significaturi manifeste scripserunt de Unigenito his verbis: *Qui vero dicunt, Erat aliquando cum non esset: item, Ante quam nasceretur, non erat; & Quod ex non exsistentibus exstiterit, vel ex aliena subsistentia sive substantia; vel mutabilem, & variabilem filium Dei esse dicunt, illos anathematizat catholica & apostolica ecclesia.* C Etenim ne deitatis Unigeniti principium nativitatem intelligas, anathematizant eos qui dicunt, *Erat aliquando quando non erat*: exterminant quoque a spe Christianorum eos qui dicunt, *Quod ante quam nasceretur non fuerit*: alienos quoque a salute nostra constituunt, qui Christum *Ex non exsistentibus exstitisse* asserunt. Atqui si tantum homo fuerit, juxta errores illos, divina dignitate honoratus, ex non exsistentibus secundum impiam illam linguam exstitit. Sed quia ille qui est ante sæcula, factus est homo, eos qui ex non exsistentibus Christum exstitisse dicunt, a salute & spe Christianorum rejiciunt.


Καὶ ταῦτα μὲν οὕτως. ἵνα δὲ μὴ κατὰ τροπὴν θεότητος ἄνθρωπον τὸν μονογενῆ γεγονέναι νοήσωμεν, ἀναθεματίζουσι καὶ τοὺς λέγοντας, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ. οὐ γὰρ μεταβολὴ θεϊκῆς φύσεως τὸν μονογενῆ ἄνθρωπον ἔδειξεν, ἀλλ᾽ οἰκονομία τὶς καὶ ἀπόρρητος θεοσοφίας θαυματουργία. τοῦτο γὰρ φαμὲν τὸ παράδοξον, ὅτι γέγονεν ἄνθρωπος ὁ Θεὸς μείνας Θεός· ὅπερ θαῦμα οἱ πεπλανημένοι κοινὸν πρᾶγμα δεῖξαι βουλόμενοι, λογισμοῖς ἐρευνῶσι τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν· καὶ διὰ λόγων φιλονεικοῦντες τὸ παράδοξον καταλῦσαι, πρὸς ματαίων λογισμῶν ἐξετράπησαν ζήτησιν. μάταιον γὰρ ὄντως καὶ εἰκαῖόν ἐστι, λόγοις ἐρευνᾷν τὰ ὑπὲρ λόγον θαυματουργούμενα. εἰ γὰρ ἅπαντα τοῦ Θεοῦ τὰ θαύματα μέλλοιεν λογισμοῖς ψηλαφᾷν, οὐδὲν μὲν θαυμάτων ἐάσωσιν· ἀλλ᾽ οὐδὲ σημεῖον τί παρὰ Θεοῦ γίνεσθαι συγχωρήσωσι, καὶ τεράστιον οἱ φυσιολόγοι, ἅπαντα τὰ τεράστια βιαζόμενοι· τὸ γὰρ πάντων τοὺς λόγους ἐρευνᾷν, καταλύειν ἐστὶ θαύματα, [1] καὶ παροργίζειν Θεὸν ἐν ταῖς θαυματουργίαις αὐτοῦ παρ᾽ ἡμῶν εὐθυμούμενον. διὰ τοῦτο οὖν καὶ Ζαχαρίαν τὸν πατέρα Ιωάννου τοῦ βαπτιστοῦ σιωπῇ κατεδίκασεν ὁ Θεὸς, ὅτι χάριτος θαυματουργούσης ὁ Ζαχαρίας πολυπραγμο-

D XXIII. Atque hæc quidem hoc modo. Verum ne secundum mutationem deitatis Unigenitum hominem factum intelligeremus, anathematizant quoque qui mutabilem, vel variabilem filium Dei esse dicunt. Neque enim transmutatio divinæ naturæ Unigenitum hominem exhibuit, sed dispensatio quædam & ineffabile divinæ sapientiæ miraculum. Hoc enim admirandum esse dicimus, quod Deus factus sit homo, permanens Deus: quod miraculum dum errantes illi rem communem ostendere volunt, rationibus scrutantur, quod rationis captum superat: & verbis miraculum enervare contendentes, ad inutilium rationum disquisitionem E conversi sunt: nam vanum re vera & temerarium est, rationibus perscrutari, quæ miraculose supra rationem contigere. Si enim omnia Dei miracula rationibus rimari ac palpare velint, nullum sane relinquent miraculum; neque ullum a Deo signum & prodigium perpetrari concedent isti naturæ observatores, omnia miracula vi detorquentes: nam rationes omnium pervestigare, est miracula dissolvere, & Deum in suis erga nos miraculis se se oblectantem ad iram provocare. Quocirca & Zachariam patrem Joannis Baptistæ silentio Deus con-

[a] Heb. V. 8.

1. Καὶ παροργίζειν —— εὐθυμούμενον] Cotelerio l. c. corruptus videtur hic locus: corrigendus autem per mutationem participii εὐθυμούμενον in participium εὐθυνόμενον: ita ut sensus sit, *& ad iram provocare Deum, a nobis in suis miraculis ad rationem postulatum*: seu, *a quo in suis miraculis rationem exposcamus*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



νεῖ τὸν τρόπον, μὴ πιστεύσας ὡς θαύματι, ἀλλὰ λογισμοὺς τῆς τοῦ Θεοῦ θαυματουργίας ἐπιζητῶν. καὶ τοῦ Γαβριὴλ εἰπόντος, Ἐλίσαβετ ἡ γυνή σου, (ἦν δὲ στεῖρα) τέξεταί σοι υἱόν· αὐτὸς ἐζήτει τῶν εἰρημένων ἀπόδειξιν, εἰπών, κατὰ τί γνώσομαι ὅτι ἔσται μοι τοῦτο; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ ἤτησε τοῦ θαύματος τὴν ἀπόδειξιν, καταδικάζεται σιωπῇ· ἀπόδειξιν τῶν ζητουμένων τὴν τιμωρίαν δεξάμενος. καὶ κολάζεται γλῶσσα τῷ ἱερεῖ πρὸς ἀπιστίαν ὑπηρετήσασα. ἵνα ἡ σιωπὴ τοῦ Ζαχαρίου διδάξῃ πάντας ἡμᾶς, μετὰ σιωπῆς τὰ τοῦ Θεοῦ παράδοξα δέχεσθαι· καὶ πείσῃ πάντας πιστεύειν θαυματουργοῦντι Θεῷ καὶ λόγον μὴ ἀπαιτεῖν τῶν ὑπὲρ πάντα λόγον καινουργουμένων.

A demnabat, quod gratiæ miraculose perpetratæ modum curiosius inquireret: non fidem adhibens tamquam miraculo, sed rationes miraculosæ operationis Dei exquirens: & dicente Gabriele: [a] *Elisabeth uxor tua* (ea autem sterilis erat) *pariet tibi filium*; ipse eorum quæ dixerat rationem petit, dicens: [b] *Et unde hoc mihi futurum sciam?* Sed quia demonstrationem miraculi quærebat, silentio condemnatur: demonstrationem eorum quæ quæsiverat, silentium accipiens; & lingua Sacerdotis punitur, quæ subservierat ad incredulitatem: ut Zachariæ silentium nos omnes doceret, Dei miracula cum silentio suscipere; omnibusque persuaderet, Deo miracula perpetranti credere, neque eorum quæ novo B modo supra rationem fiunt, rationes exquirere.


Ταῦτα μὲν περὶ τοῦ μονογενοῦς οἱ ἐπὶ τῆς Νικαίας πατέρες συναχθέντες ἔγνωσάν τε καὶ τὰς ἐκκλησίας πιστεύειν ἐδίδαξαν. περὶ δὲ τοῦ ἁγίου πνεύματος οὐκ οὔσης τότε ζητήσεως, ἠρκέσθησαν τὴν θεϊκὴν ἀξίαν μηνῦσαι βραχέσι τοῖς ῥήμασιν, εἰπόντες· μετὰ πατρὸς καὶ υἱοῦ πιστεύειν καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα. οἱ γὰρ εἰπόντες, καὶ εἰς τὸ ἅγιον πνεῦμα πιστεύειν ἡμᾶς, ὡς πιστεύομεν εἰς πατέρα καὶ υἱόν, ἴσην τῶν πιστευομένων τὴν ἀξίαν ἐμήνυσαν. ἡ γὰρ ὁμότιμος πίστις, ὁμότιμον τῶν πιστευομένων τὴν θεότητα δείκνυσι. οὐ γὰρ ἄν τις ὑπολάβοι διδάσκειν αὐτοὺς πιστεύειν ἡμᾶς εἰς δοῦλον ὁμοῦ καὶ δεσπότην, ἢ εἰς κτιστὴν καὶ εἰς κτίσμα, ἢ εἰς μείζονα Θεὸν καὶ μικρόν· οἷς γὰρ οὐκ ἔστι τῆς φύσεως κοινωνία, τούτοις οὐκ ἂν παρὰ τῶν ἀνθρώπων μία πίστις ἁρμόσειεν. ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὡς ἐν παρέργῳ νῦν εἰρήσθω περὶ τοῦ πνεύματος τοῦ ἁγίου, ἐντελέστερον ἡμῶν περὶ τῆς θεϊκῆς δεσποτείας αὐτοῦ διειλεγμένων ἐν τρισὶν ἑτέροις βιβλίοις, οἷς ἐντυχὼν συνδοξαζόμενον πατρὶ καὶ υἱῷ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον παρὰ τῆς θείας διδαχθήσῃ γραφῆς. ἡμεῖς δέ σοι νῦν ταῦτα δῶρα τῶν ἡμετέρων ἀνατιθέμεθα λόγων, ὦ φίλη κεφαλή, πρὸς ἀξίαν μὲν τῆς διατάξεως εἰπεῖν οὐ δυνάμενοι, ἱκανὸν δὲ τὸν ἔλεγχον τῶν νῦν ἠπατημένων ἐκθέμενοι, οὐκ οἴκοθεν καὶ ἐξ αὐτῶν, ἀλλ᾽ ἔκ τε τῆς θείας γραφῆς καὶ ἐκ τῆς ἐκτεθείσης πίστεως τῶν ἐπὶ τῆς Νικαίας συναχθέντων ἁγίων πατέρων.

XXIV. Atque hæc quidem sancti patres Nicææ congregati de Unigenito cognita habuerunt, & ecclesias credere docuerunt. Ceterum de Spiritu sancto, quia nulla tunc quæstio erat, satis habuerunt majestatem divinam indicare, dicentes paucis verbis; se juxta Patrem & Filium, etiam in Spiritum sanctum credere. Nam qui dicunt, nos etiam in Spiritum sanctum credere, quemadmodum credimus in Patrem & Filium, æqualem dignitatem eorum in quos creditur, significant: nam fides honore & dignitate æqualis, illorum in quos creditur deitatem honore æqualem ostendit. Nec enim C quisquam eos docere existimet, nos in servum simul & Dominum, vel in creatorem simul & creaturam, vel in majorem ac minorem Deum credere: nam quibus non intercedit ejusdem naturæ communio, iis sane neque una eademque fides ab hominibus competit. Verum illud obiter nunc dictum sit de Spiritu sancto, de cujus divina majestate plenius in aliis tribus libris disputavimus: quos si legeris, Spiritum sanctum pari honore cum Patre & Filio conglorificatum ex sacris litteris disces. Nos vero hoc tempore tibi, amicorum dilectissime, hæc orationis nostræ dona offerimus; qui quidem ex rei propositæ dignitate verba facere non possumus, attamen sufficienter eos qui nunc circa fidem errant, D non quidem ex nostro fundo atque ex nobismet ipsis, sed partim ex sacra scriptura, partim ex fide a sanctis patribus Nicææ congregatis exposita refutavimus.

Τ Ε Λ Ο Σ.

F I N I S.


[a] Luc. I. 13. [b] Ibid. ℣. 18.



Θ Ε Ο Δ Ο Τ Ο Υ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΓΚΥΡΑΣ

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς γεννήσεως τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, ὑπανεγνώσθη δὲ καὶ αὕτη ἐν τῇ αὐτῇ συνόδῳ.



[1] T H E O D O T I

EPISCOPI ANCYRÆ

Homilia habita in die nativitatis Salvatoris nostri Jesu Christi, quæ & ipsa lecta est in eadem synodo,

Λαμπρὰ, καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· λαμπρὰ μὲν, ὅτι κοινὴν ἀνθρώποις σωτηρίαν ἐπήγασε· παράδοξος δὲ, ὅτι τὸν τῆς φύσεως λόγον ἐνίκησε. φύσις μὲν γὰρ τὴν τεκοῦσαν οὐκ οἶδεν οὐκέτι παρθένον· ἡ δὲ χάρις καὶ τίκτουσαν ἔδειξε, καὶ παρθένον ἐφύλαξε· καὶ μητέρα ἐποίησε, καὶ παρθενίαν οὐκ ἔβλαψε. χάρις γὰρ ἦν σωφροσύνην φυλάττουσα. ὢ γῆς ἀσπόρου, καρπὸν βλαστησάσης σωτήριον· ὢ παρθένος, αὐτὸν νικήσασα τῆς Ἐδὲμ τὸν παράδεισον. ἐκεῖνος μὲν γὰρ μοσχευτῶν φυτῶν γένος ἀνέτειλεν, ἐκ παρθένου γῆς ἀνατειλάντων φυτῶν· ἡ δὲ παρθένος αὕτη κρείττων ἐκείνης τῆς γῆς. οὐ γὰρ ὀπώρας ἀνέτειλε δένδρα, ἀλλὰ τὴν ῥάβδον Ἰεσσαὶ, καρπὸν σωτήριον τοῖς ἀνθρώποις παρέχουσαν. κἀκείνη ἡ γῆ παρθένος ἦν, καὶ αὕτη παρθένος, ἀλλ' ἐκεῖ μὲν φῦναι δένδρα προσέταξεν ὁ Θεός· ταύτης δὲ τῆς παρθένου αὐτὸς ὁ δημιουργὸς κατὰ σάρκα γέγονε βλάστημα. οὐδὲ ἐκείνη μόσχευμα πρὸ τῶν δένδρων ἐδέξατο· οὐ δὲ αὕτη ἐκ τοῦ τόκου τὴν παρθενίαν ἠδίκησεν. ἡ παρθένος τοῦ παραδείσου ἐνδοξοτέρα γεγένηται. ὁ μὲν γὰρ Θεοῦ γεώργιον γέγονεν· ἡ δὲ κατὰ τὴν σάρκα τὸν Θεὸν αὐτὸν ἐγεώργησεν, ἑλόμενον ἀνθρώπου συναφθῆναι τῇ φύσει. εἶδες πῶς γέγονε παράδοξον τὸ μυστήριον, παρωσάμενον τὸν τῆς φύσεως λόγον; εἶδες τὸ ὑπὲρ φύσιν πρᾶγμα, Θεοῦ δυνάμει γενόμενον μόνῃ; εἶδες τὸν λόγον ὑπὲρ τὸν λόγον τικτόμενον; ὅτι γὰρ ἐστιν ὁ τεχθεὶς λόγος Θεοῦ, δῆλον ἐξ ὧν τὴν παρθενίαν οὐκ ἔλυσεν, ἡ τίκτουσα σάρκα ψιλὴν, τῆς παρθενίας παύεται· ἀλλ' ἐπειδὴ ἐτέχθη σαρκὶ ὁ λόγος Θεοῦ, φυλάττει τὴν παρθενίαν, ἑαυτὸν λόγον δεικνύς. ὅταν δὲ λόγον ἀκούσῃς, οὐσιώδης τε, καὶ ἐνυπόστατον νόει, μὴ τοῦτον τὸν διὰ στόματος προλεγόμενον.

A I. Clara & admirabilis præsentis caussa festivitatis: clara quidem, quoniam communem hominibus ceu fons profudit salutem: admirabilis autem, quia naturæ vicit rationem. Natura enim post partum nescit ulterius virginem; gratia vero & parentem ostendit, & virginem servavit; & matrem fecit, & virginitati non nocuit. Gratia enim erat castitatem servans. O terram non satam, quæ fructum germinavit salutarem! O Virginem, quæ ipsum vicit deliciarum paradisum! Ille namque sine semine genus omne propaginis stirpium protulit, ex virgine terra exortis plantis: hæc autem Virgo melior est illa terra. Non enim pomiferas protulit arbores, sed virgam Jesse fructum salutiferum hominibus af- B ferentem. Et illa terra virgo erat, & ista virgo: sed ibi quidem arbores nasci præcepit Deus; hujus autem Virginis creator secundum carnem factus est germen. Neque illa terra ante arbores plantaria suscepit; neque hæc ex partu virginitatem læsit. Virgo paradiso gloriosior facta est: ille enim Dei cultura factus est; hæc autem secundum carnem Deum ipsum excoluit, ubi voluit hominis copulari naturæ. Vidisti quomodo factum est admirabile sacramentum transscendens naturæ rationem? Rem natura superiorem vidisti sola Dei virtute factam? Vidisti Verbum, modo rationem excedente nasci? Nam qui natus est, eum esse Verbum Dei palam est, ex quo virginitatem non solvit. Quæ nudam carnem parit, C virgo esse desinit: sed quia natus est in carne Verbum Dei, virginitatem custodit, se ipsum Verbum ostendens. Quando autem Verbum audis, substantiale Verbum & subsistens intellige, non hoc quod per os effunditur.

Τίκτεται οὖν ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ καὶ λόγος καλούμενος, οὐκ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λόγος ἐκ τοῦ τόκου λαβὼν, ἀλλὰ τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος ἀρχὴν τὸν τόκον ποιούμενος. ἦν μὲν γὰρ πρὸ αἰώνων Θεὸς λόγος τῷ γεννήσαντι συναΐδιος· ἐπειδὴ δὲ ἄνθρωπος γενέσθαι δι' ἀνθρώπους ἠθέλησεν, οὐ μεταβολῇ θεϊκῆς φύσεως, ἀλλὰ θαύματι καὶ θελήσει Θεοῦ, ὡς ἀρχὴν τοῦ γενέσθαι ἄνθρωπος, τὸν τόκον ἠσπάσατο· διὰ τοῦτο καὶ ὡς ἄνθρωπος τίκτεται, καὶ ὡς Θεὸς λόγος παρθενίαν ἐφύλαξεν. οὐδὲ γὰρ ὁ ἡμέτερος λόγος τικτόμενος φθείρει διάνοιαν· οὐδὲ λόγος Θεοῦ οὐσιώδης τε καὶ ἐνυπόστατος, τὸν τόκον ἑλόμενος, παρθενίαν διέφθειρεν. ὑπὲρ λόγον οὖν τῆς φύσεώς ἐστι τὸ γενόμενον. καὶ μηκέτι κατάβαινε πρὸς λόγους τῆς φύσεως. θαῦμά σοι λέγω· μὴ κίνει τοὺς λογισμούς. Θεὸν τεχθέντα σοι λέγω, ἑλόμενον τόκον, οὐκ ἀρξάμενον τῆς θεότητος. ὧν

II. Nascitur ergo unigenitus Filius Dei, qui etiam Verbum vocatur; non principium ut sit Verbum ex partu percipiens, sed ut sit homo principium in ipso partu habens. Nam erat quidem ante sæcula Deus Verbum genitori coæternum: quia vero homo propter homines fieri voluit; non mutatione divinæ naturæ, sed miraculo ac voluntate Dei, tamquam principium ut fieret homo, partum D amplexus est: ac propterea ut homo nascitur, & ut Deus Verbum virginitatem servavit. Neque enim nostrum verbum cum paritur, corrumpit mentem; neque Deus Verbum substantiale & subsistens, partum eligens perimit virginitatem. Ultra rationem ergo naturæ est quod factum est; nec quæso ad naturæ rationes descendas. Miraculum tibi dico: no-

1. *Vetus Interpres hunc titulum apposuit*: Theodoti episcopi Ancyrorum sermo dictus die nativitatis Salvatoris nostri & Dei Christi Jesu in partu virgineo: & quia Deus est qui natus est: homo factus miraculo, & non mutatione substantiæ: & quia unus & idem est, & illud, & istud dictus: & neque opinione, neque cogitationibus dividendus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

Θεὸς ᾠκειώσατο τόκον. οὐχ ὁ τόκος αὐτὸν κατεσκεύασε Θεόν. ὃ οὐκ ἦν, γενέσθαι βουλόμενος, καὶ ὃ ἦν ἔμεινεν· αἱρεῖται τὸν τόκον, ὡς τὴν οἰκονομίας ἀρχήν. γέγονεν ἄνθρωπος, οὐ [1] μεταβληθεὶς τῆς φύσεως, οὐ κινηθέντων τῶν ὅρων θεϊκῆς οὐσίας. σὺ γὰρ ὁ αὐτὸς εἶ, καὶ τὰ ἔτη σου οὐκ ἐκλείψουσιν, ἡ θεία γραφή φησι. καὶ· σὺ καθήμενος εἰς τὸν αἰῶνα· τούτῳ δηλοῦσα τῆς θεϊκῆς οὐσίας τὸ ἀμετάβλητον. καὶ πάλιν ὁ Θεὸς φησίν· ὁ αὐτός εἰμι, καὶ οὐκ ἠλλοίωμαι. οὐ κινηθείσης οὖν τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας γέγονεν ἄνθρωπος, οὐδὲ μεταβληθείσης εἰς φύσιν ἑτέραν. ἢ γὰρ ἂν οὐκ ἦν θαῦμα τὸ γεγενημένον, εἰ φύσεως μεταβολῇ φύσιν ἑτέραν ἐδέξατο· πολλαὶ γὰρ ἡμῖν γίνονται πραγμάτων τοιαῦται μεταβολαί· ἀλλ᾽ ἐν τούτῳ θαυματουργεῖ ὁ Θεὸς, ὅτι μένων ὃ ἦν, γέγονεν ὃ οὐκ ἦν. ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγεν· ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων· ὑπάρχων λέγει, οὐχ ὑπάρξας ποτὲ, ἵνα δείξῃ τῆς φύσεως τὸ μόνιμον. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. εἶναι λέγει ἴσα Θεῷ, οὐ γενήσεσθαι ποτέ. εἶτα πάλιν βοᾷ λέγων· ἀλλ᾽ ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών. ὁρᾷς, πῶς καὶ μένει ὃ ἦν, καὶ ἑαυτὸν ἐκένωσεν εἰς τὴν τοῦ δούλου μορφήν; κἀκεῖνο ὢν, καὶ τοῦτο γενόμενος, θαυματουργήσας, οὐ φύσιν μεταβαλών· θελήσας, οὐκ ἀναγκασθεὶς μεταβολῇ τῆς οὐσίας. ὃ γὰρ λέγει Θεὸς, ποιεῖ, κἂν ὑπὲρ τὸν λόγον τῆς φύσεως ᾖ τὸ λεγόμενον. ἔχει γὰρ καὶ δύναμιν θαυματουργεῖν δυναμένην, καὶ οὐκ ἐκδεχομένην τοὺς λόγους τῆς φύσεως. διὰ τοῦτο καὶ ὑπάρχει Θεὸς, καὶ κενοῦται εἰς δούλου μορφήν· καὶ ἴσός ἐστι Θεῷ, καὶ ἄνθρωπος γίνεται· καὶ ἔστι προαιώνιος, καὶ τόκον ὑφίσταται· καὶ ταῦτα θαυματουργεῖ, ἅπερ οὐκ οἶδεν ὁ λόγος τῆς φύσεως.

A li movere ratiocinationes. Deum natum tibi dico qui nasci voluerit, non qui divinitatis initium acceperit. Deus cum esset, proprium sibi partum fecit, non eum partus fecit Deum. Quod non erat, cum fieri vellet, etiam quod erat mansit. Eligit partum, tamquam dispensationis initium. Factus est homo, non mutata natura, non motis terminis divinæ substantiæ. [a] *Tu enim idem ipse es, & anni tui non deficient*, inquit divina scriptura. Et: [b] *Tu qui sedes in sæculum*; per hoc ostendens divinæ substantiæ immutabilitatem. Et rursus inquit Deus: [c] *Idem ipse sum, & non mutor*. Non ergo mutata substantia Dei factus est homo, neque conversa in substantiam aliam. Nam profecto miraculum non B esset quod factum est, si naturæ mutatione aliam naturam suscepisset: multæ enim apud nos fiunt hujusmodi rerum mutationes: sed in hoc miraculum fecit Deus, quia manens quod erat, factus est quod non erat. Quod ipsum significans magnus Apostolus dicebat: [d] *Qui cum in forma Dei esset. Cum esset*, inquit, non qui fuisset aliquando; ut naturæ firmitatem ostenderet. *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem Deo*. Esse dicit æqualem Deo, non fuisse aliquando. Deinde rursus clamat, dicens: [e] *Sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens*. Vides quia & manet quod erat, & se ipsum in servi forma exinanivit? Et illud exsistens, & hoc factus, miraculum faciens, C non naturam mutans; volens, non coactus mutatione substantiæ. Quod enim dicit Deus, facit, licet ultra rationem naturæ fit quod dicitur: habet enim & virtutem miraculum facere valentem, & non exspectantem naturæ rationes. Propterea & est Deus, & exinanitur in servi forma: & æqualis est Deo, & homo fit: & est ante sæcula, & partum sustinet; & ea miracula facit, quæ ratio naturæ nescit.


Ἔνθεν καὶ τοῖς Ἕλλησι μωρία λογίζεται τοῦ Χριστοῦ τὸ μυστήριον, καὶ Ἰουδαῖοι σκάνδαλον λέγουσιν τῆς οἰκονομίας τὸν λόγον· ὃ καὶ Παῦλος ἐδήλου, λέγων· κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. διὰ τί μωρίαν τοῖς Ἕλλησιν; ὅτι ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος· μωρία γὰρ αὐτῷ ἐστί. τῇ γὰρ φύσει παρακαθήμενος ὁ ψυχικὸς, καὶ λογισμοῖς ψυχῆς τὰ πάντα διερευνώμενος, τὰ θαύματα τοῦ Θεοῦ μωρίαν λογίζεται, οὐκ ἔχοντα μεθ᾽ ἑαυτῶν τὸν λόγον τῆς φύσεως. καὶ γὰρ ἀκούων Ἕλλην, ὅτι κεκλεισμένης τῆς θύρας εἰσῆλθεν ὁ σωτὴρ, διαγαγὼν τὸ παχὺ τοῦτο σῶμα, καὶ τόπου δεόμενον, γελᾷ, οὐ πιστεύων τῷ θαύματι, ἀλλὰ ζητῶν τὸν λόγον τοῦ πράγματος. καὶ ἀκούων, ὅτι παρθένος τεκοῦσα, μεμένηκε παρθένος, μωρίαν ἡγεῖται τὸν λόγον, οὐ μαθὼν πιστεύειν θαυματουργίαν Θεοῦ. οὐκοῦν καὶ ἀκούων ἀμεταβλήτως Θεὸν γενόμενον ἄνθρωπον, ἀδύνατον τὸ γενόμενον οἴεται, φύσεως κἀνταῦθα μεταβολὰς ἀπαιτῶν. ἀλλ᾽ οὐχ οὕτως ἐδίδαξεν ὁ Παῦλος, εἰπὼν, τὸν ὄντα ἴσα Θεῷ, γεγενῆσθαι ἄνθρωπον. ἑαυτὸν γὰρ κεκενωκέναι φησὶ, μὴ ἀποβαλόντα τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος. διὸ καὶ ἔλεγεν· ἡμεῖς κηρύσσομεν Χριστὸν ἐσταυρωμένον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, Ἕλλησι δὲ μωρίαν. καὶ διὰ τί Ἕλλησι μωρίαν; εἰ ψιλὸς ἐσταύρωται ἄνθρωπος, οὐδενὶ νομίζεται μωρὸν τὸ κατὰ φύσιν γινόμενον· εἰ δ᾽ ἐπεφύκει, πέπονθε, πῶς νομίζεται μωρὸν τὸ διήγημα; ἀλλ᾽ ἐπειδὴ Χριστὸν, φησὶ, κηρύσσομεν σταυρώμενον, [2] πάλιν λέγομεν Θεοῦ δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν· αὐτοῖς γὰρ τοῖς κλητοῖς, φησὶ, Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι κηρύσσομεν Χριστὸν Θεοῦ

III. Hinc & gentilibus stultitia reputatur Christi sacramentum, & Judæi scandalum dicunt incarnationis doctrinam; quod & Paullus significabat, dicens: [f] *Prædicamus Christum crucifixum Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam.* D Quare stultitiam gentibus? [g] *Quia animalis homo non percipit quæ spiritus sunt: stultitia enim ei est.* Naturæ enim adhærens ille animalis, & qui rationibus animæ omnia perscrutatur, miracula Dei stultitiam reputat, cum non habeant secum naturæ rationem. Audiens namque gentilis, quia [h] clausa janua ingressus est Salvator, transmittens hoc corpus crassum & loco egens, ridet non credens miraculo, sed rei quærens rationem. Et audiens [i] quia virgo cum peperisset, mansit virgo, stultitiam putat sermonem, quia non didicit credere Dei miracula. Ergo cum audit etiam, immutabiliter Deum hominem factum, impossibilem eam rem putat, naturæ mutationes heic quoque exigens. Sed non ita E Paullus edocuit, dicens [k], eum qui æqualis est Deo, factum hominem; semet ipsum namque exinanisse dicit, non amissa divinitatis plenitudine. Unde etiam dicit: [l] *Nos autem prædicamus Christum crucifixum, Judæis quidem scandalum, Gentibus autem stultitiam.* Et quare gentibus stultitiam? Si purus crucifigitur homo, nemo putat stultum, quod naturaliter agitur. Si vero quod naturaliter pati poterat, patitur, quomodo putatur stulta narratio? Sed quoniam ait *Christum crucifixum prædicamus*, quem rursus dicimus [m] Dei virtutem & Dei sapientiam (*ipsis enim*, inquit, *vocatis Judæis & Græcis prædicamus Chri-*

[a] Psalm. CI. 28. [b] Baruch III. 3. [c] Malach. III. 6. [d] Philipp. II. 6. [e] Ibid. ℣. 7. [f] I. Cor. I. 23. [g] I. Cor. II. 14. [h] Joan. XX. 19. 26. [i] Matth. I. 23. [k] Philipp. II. [l] I. Cor. I. 23. [m] Ibid. ℣. 24.

1. Ισ. μεταβληθῆναι.   2. Οr πάλιν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



δύναμιν καὶ Θεοῦ σοφίαν· τὸν σταυρούμενον, φησὶ, κηρύττοντες Θεοῦ σοφίαν, μωρίαν λέγειν τοῖς Ἕλλησι νομιζόμεθα, πιστεύειν οὐκ εἰδόσι θαυματουργίαν Θεοῦ· ἀλλὰ περὶ πάντων φύσεως κινεῖν λογισμοὺς, καὶ ἡγουμένους ὑβρίζειν Θεὸν, οἰκειωσάμενον πάθη, ἵνα σώσῃ τὸ παθητόν. οὐ γὰρ τὸν ἀνυόμενον ὁρῶσι σκοπὸν, σωτήριον ὄντα, καὶ τῇ ἀγαθότητι πρέποντα τοῦ Θεοῦ· ἀλλὰ μόνον, ὅτι Θεὸς ἑαυτῷ συνῆψε παθήματα, λέγουσιν, οὐ σκοποῦντες τὸ ἐκ τούτου τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας κατόρθωμα. οὐδὲν δὲ τῶν σωζόντων ἄνθρωπον, ὑβρίζει Θεὸν, τούτοις δεικνύμενον οὐ παθητὸν, ἀλλὰ φιλάνθρωπον.

A ſtum Dei virtutem, & Dei ſapientiam;) eum qui crucifixus eſt, inquit, eſſe Dei ſapientiam prædicantes, ſtultitiam nos loqui Græci putant, credere neſcientes miracula facienti Deo; ſed de omnium rerum natura moventes ratiocinationes, & æſtimantes injuriam inferri Deo, ſi ſuas illum feciſſe paſſiones dixerimus, ut quod erat paſſibile ſalvum faceret. Non enim perfici vident illud propoſitum ſalutare, & Dei bonitati conveniens: ſed ſolum, quia Deus ſibi copulavit paſſiones, dicunt, non conſiderantes ex hac re humanæ ſalutis opus fuiſſe perfectum. Nihil autem horum quæ ſalutaria ſunt homini, injuriam Deo facit: quibus non paſſibilis, ſed clemens oſtenditur.

B

Ἀλλὰ ἀνθρώπου πάθη, φησὶν, οὐ τολμῶ προσάψαι Θεῷ. οὐκοῦν οὐδὲ σώζειν αὐτὸν τοῖς πάθεσι τὸν ἄνθρωπον λέγεις, οὐδὲ σταυρῷ στηλιτεύειν διαβόλου τὴν δύναμιν, οὐδὲ τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν προσηλωκέναι τῷ ξύλῳ, οὐδὲ τοῖς ἰδίοις πάθεσιν τὰ τῶν ἀνθρώπων ἰᾶσθαι παθήματα, οὐδὲ θανάτῳ λέγεις αὐτὸν καταργῆσαι τὸν θάνατον. εἰ γὰρ οὐκ ᾠκειώσατο τὰ πάθη Θεὸς, πόθεν τοῖς πάθεσι τοῦ Χριστοῦ τὰ τοσαῦτα κατορθώματα; πῶς ἐγένοντο δυνάμεις; πῶς ἀναιρεῖται θανάτῳ ὁ θάνατος, εἰ μὴ Θεὸς αὐτὸν ἴδιον ἐποιήσατο; ἀλλὰ ταῦτα τὰ πάθη οἰκειωθέντα Θεῷ, τὴν μὲν ἰσχὺν τῶν τοσούτων κατορθωμάτων ἐκ θεότητος ἔλαβεν, ὡς Θεοῦ ἴδια γεγενημένα· οὐσίαν δὲ θεότητος οὐ παρέβλαψεν, ἐν τῇ ἑαυτῆς ἀεὶ μενούσαν ἀπαθείᾳ. πῶς γὰρ προσηλώθη τῷ ξύλῳ τὸ καθ' ἡμῶν τῆς ἁμαρτίας χειρόγραφον, ἀνθρώπου ψιλοῦ τὸν σταυρὸν ὑπομείναντος; πῶς δὲ σταυρὸς ἁμαρτίαν ἐσταύρωσεν, ἢ θάνατος θανάτου τὴν τυραννίδα διέλυσεν, εἰ μὴ ταῦτα γέγονε Θεοῦ, καὶ παρ' ἐκείνου τὴν δύναμιν ἔλαβον, οἰκειωσαμένου τὰ ἡμέτερα, οὐ παθόντος φύσει; ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας ἀπόστολος, ἔλεγεν· ὅτι οὐδεὶς τῶν ἀρχόντων τοῦ αἰῶνος τούτου, τοῦ κυριακοῦ πάθους τὸ μυστήριον ἔγνωκεν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, φησὶν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν.

IV. Sed hominis, inquit, paſſiones non audeo Deo tribuere. Ergo neque eum paſſionibus ſalvare hominem dicis, neque diaboli potentiam cruci appendiſſe, neque noſtrum peccatum affixiſſe ligno, neque ſuis paſſionibus ſanaſſe hominum paſſiones, neque mortis dicis eum deſtruxiſſe mortem. Si enim Deus non ſibi proprias aſſeruit paſſiones, unde Chriſti paſſionibus tot recte facta? Quomodo ſunt factæ virtutes? Quomodo morte peremta eſſet mors, niſi Deus propriam ſibi eam feciſſet? Sed iſtæ paſſiones propriæ factæ Dei, virtutem quidem tantarum rerum conficiendarum ex divinitate perceperunt, ut quæ Dei propriæ exſtiterint; ſubſtantiam vero dei-
C tatis nequaquam læſerunt, quæ in ſua ſemper impaſſibilitate maneat. Quomodo enim [a] affixum eſt ligno quod contra nos erat peccati chirographum, homine puro ſuſtinente mortem? Quomodo autem crux peccatum crucifixiſſet, aut mors mortis tyrannidem deſtruxiſſet, niſi hæc fuiſſent Dei, & ab illo virtutem ſumſiſſent, qui noſtra tamquam propria ſibi vendicavit, non natura paſſionem ſuſtinuit? Quod ipſum ſignificans ille magnus Apoſtolus dicebat: [b] quia nullus principum ſæculi hujus dominicæ paſſionis ſacramentum cognovit: *ſi enim cognoviſſent*, inquit, *numquam Dominum gloriæ crucifixiſſent*.

Διὰ τοῦτο λέγομεν, καὶ μένειν αὐτὸν ὃ ἦν, καὶ γεγονέναι ὅπερ οὐκ ἦν. τῇ γὰρ οὐσίᾳ μένων ὃ ἦν, ἐδέξατο πάθη, ἑαυτὸν ἑνώσας τῇ φύσει τῇ παθητῇ. ὑπήκοος γέγονε, βασιλείαν μὴ ἀποθέμενος· γέγονεν ἄνθρωπος, μείνας Θεός τε καὶ λόγος· ἀσώματος ὢν τὴν φύσιν, ἀναλλοιώτως γέγονε σάρξ· πῶς, καὶ τίνα τρόπον; οὐχ ὡς λογίζεσθαι δύνασαι, ἀλλ' ὡς ἐκεῖνος θαυματουργεῖν ἐστιν ἱκανός. ὅταν γὰρ θαῦμά σοι λέγω, κατάλειπε λογισμούς. σημεῖα γὰρ, καὶ τεράστια τῇ τοῦ Θεοῦ πίστει κρατύνεται, καὶ οὐκ ἐρευνᾶται τοῖς λόγοις. οὐδὲ γὰρ ἄλλο τι τῶν θαυμάτων κατὰ λόγον ἐστὶ τὸν ἡμέτερον, ἀλλ' ὅμως γέγονεν ἕκαστον, κἂν ὁ λογισμὸς ἡμῶν οὐκ ἐφικνεῖται τοῦ πράγματος. ταῦτα καὶ μάγοι ὡμολόγησαν, ἀστέρι πιστεύσαντες, καὶ οὐ πολυπραγμονήσαντες φύσιν. βάρβαροι δέχονται πίστει θαύματα· καὶ ὁ πιστὸς σὺ τί ἀπιστεῖς, πρὸς λογισμὸν καταπίπτων ἀνθρώπινον; οἱ ἐκ Χαλδαίας παραγενόμενοι, ὡς ὁ εὐαγγελιστὴς ἔλεγε, σήμερον αὐτοῖς τοῖς δώροις τὸ μυστήριον ἔδειξαν τῷ τὸν σκοπὸν τῶν βαρβάρων συνορῶντι καλῶς. τριττὸν γὰρ εἶδος τῶν δώρων προσκομίζουσι, χρυσὸν, λίβανον, σμύρναν. χρυσὸν μὲν, ὅτι βασιλεὺς ὁ τιμώμενος· λίβανον δὲ, ὅτι Θεὸς ἦν ὁ τεχθείς· τοῦτον γὰρ ἐξ ἔθους προσεκόμιζον τοῖς ὑπ' αὐτῶν νομιζομένοις θεοῖς· προσφέρουσι δὲ καὶ σμύρναν, τὸ πάθος, οἶμαι, τοῦ θανάτου ταύτῃ μηνύοντες. εἶδες πῶς καὶ μάγοι ἐπέγνωσαν, ὅτι καὶ Θεὸς ἔμεινε, καὶ ἄνθρωπος γέγονε,

V. Propterea dicimus, & manere eum quod erat,
D & factum eſſe quod non erat. In ſubſtantia namque manens quod erat, ſuſcepit paſſiones, cum ſemet ipſum univiſſet naturæ paſſibili. Subjectus factus eſt, regnum non deponens: factus eſt homo, manens Deus ac Verbum: cum eſſet ex natura incorporeus, abſque immutatione factus eſt caro. Quomodo, & quemadmodum? Non ſicut tu cogitare potes, ſed ſicut ille ad miracula facienda pollet. Quando enim miraculum tibi dico, deſere rationes. Signa enim & prodigia fide in Deum firmantur, non rationibus exquiruntur. Non enim ullum aliud miraculum ex noſtræ rationis modo exſiſtit; & tamen ſingula facta ſunt, licet ratio noſtra rem non aſſequatur. [c] Hæc Magi quoque confeſſi ſunt ſtellæ credentes,
E & non perſcrutantes naturam. Barbari ſuſcipiunt fide miracula: & fidelis tu cur incredulus es, & in humanam decidis cogitationem? Qui ex Chaldæa venerunt, ſicut Evangeliſta dicebat, hodie ipſi ſuis muneribus myſterium monſtraverunt, ſi quis barbarorum illorum propoſitum recte conſideret. Triplicem namque munerum ſpeciem offerunt, aurum, tus & myrrham. Aurum quidem, quia is Rex eſt qui honoratur: tus, quia Deus erat qui natus eſt: id enim ſecundum conſuetudinem offerebant eis, quos ipſi putabant deos: obtulerunt quoque & myrrham, paſſionem, ut arbitror, mortis per hanc annuntiantes. Vides quomodo etiam Magi cognoverunt, quia & Deus manſit, & homo factus eſt, ſuſcipiens mortem? Factus eſt enim quod

[a] Coloſſ. II. 14. [b] I. Cor. II. 8. [c] Matth. II.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

δεχόμενος θάνατον; γέγονε γὰρ ὅπερ ἐγὼ, ἵνα τὴν A ἡμετέραν ἀναβιβάσῃ φύσιν πρὸς τὴν ἰδίαν ἀξίαν. ἡ γὰρ ἕνωσις τοῦτο ποιεῖ, ἑκατέρῳ τὰ τοῦ ἑτέρου συνάπτουσα. διὰ τοῦτο οὖν Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος γέγονεν, ἵνα καὶ ἄνθρωπος γένηται θεὸς, τῇ συναφείᾳ ταύτῃ πρὸς θείαν δόξαν ἀναγόμενος· ὡς ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἶναι θείως τε δοξαζόμενον, καὶ πάσχοντα τὰ ἀνθρώπινα. καὶ ταῦτα [1] μὲν συνωμολόγησαν, [2] ὁμολογοῦντες θεότητά τε καὶ ἀνθρωπότητα. τὸ γὰρ ἑνωθὲν, οὐκέτι δύο, ἀλλ' ἓν ὀνομάζεται. τῇ δὲ ἐννοίᾳ πάλιν εἰ διαιρεῖς, καὶ ἕκαστον κατ' ἰδίαν σκοπεῖς, οὐκοῦν λύεις τὴν ἕνωσιν. ἀδύνατον γὰρ ἅμα καὶ φυλάττειν τὴν ἕνωσιν, καὶ ἑκάτερον κατ' ἰδίαν σκοπεῖν. ἀλλὰ τὸ ἑνωθὲν, ἀλύτως ἓν γέγονε, καὶ οὐκέτι γίνεται δύο. B

ego, ut nostram naturam ad suam dignitatem proveheret. Unitas enim hoc facit, utrique quæ alterius sunt conjungens. Propterea ergo cum Deus esset, homo factus est, ut homo fieret Deus, hac copulatione ad divinam gloriam elevatus; ut unus idemque sit & divine glorificatus, & quæ sunt humana perpessus. Et hoc nobiscum confessi sunt, cum deitatem, tum humanitatem confitentes. Quod enim unitum est, nequaquam duo, sed unum nominatur. Intelligentia autem rursus si dividis, & unumquodque seorsum contemplaris, nimirum solvis unitatem. Impossibile est enim simul & custodire unitatem, & utrumque seorsim considerare. Sed quod est unitum, insolubiliter unum factum est, & nequaquam fiunt duo.

Ἀλλ' ἐπινοίᾳ μόνῃ χωρίζω, φησίν. οὐκοῦν τῇ αὐτῇ ἐπινοίᾳ καὶ τὴν ἕνωσιν ἔλυσας· ᾧ γὰρ διιστᾷς τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον, τούτῳ καὶ τὴν συνάφειαν ἔτεμες. τί οὖν ἀναλύσεις οἰκονομίαν σωτήριον, δύο νοῶν, καὶ τὴν ἕνωσιν ἀθετῶν; ἀλλὰ καθὰ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολός φησιν, Ἰησοῦς Χριστὸς χθὲς καὶ σήμερον, ὁ αὐτὸς καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας· ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν λέγων, αἰώνιόν τε καὶ Θεὸν, καὶ ἀπὸ χρόνων ἀρχόμενον ἄνθρωπον· τὸ μὲν ὄντα πρότερον, τὸ δὲ γενόμενον ὕστερον. ἀλλὰ πῶς, φησὶν, ὁ μονογενὴς δοῦλος γεγένηται, μείνας ὃ ἦν, καὶ γενόμενος ὃ οὐκ ἦν; εἰ βούλει τοῦτο μαθεῖν, μάθε ὅτι γέγονε· τὸ δὲ πῶς γέγονεν, ὁ θαυματουργήσας ἐπίσταται μόνος. οὐδὲ γὰρ σύ μοι C δύνασαι λέγειν, πῶς ὁ τῶν Αἰγυπτίων ποταμὸς αἷμα γεγένηται, ἀμεταβλήτου μεινάσης τῆς τοῦ ὕδατος φύσεως. καὶ γὰρ ὡς ὕδατι μὲν οἱ Ἑβραῖοι κέχρηντο· αἷμα δὲ τοῖς Αἰγυπτίοις ὁ Νεῖλος ἐγένετο, καὶ γέγονεν ὃ οὐκ ἦν, μείνας ὃ ἦν. εἰπέ μοι τὸν τρόπον· ἀλλ' οὐκ ἔχεις εἰπεῖν· θαῦμα γάρ ἐστι Θεοῦ, λογισμοὺς παρωθούμενον. πῶς δὲ καὶ τὸ φῶς ἐν Αἰγύπτῳ γέγονε σκότος, οὐ σβεσθὲν, ἀλλὰ μένον ὃ ἦν; ἡμέρα γὰρ τοῖς Ἰσραηλίταις ἦν, καὶ λαμπρὸς αὐτοῖς παρεῖχε τὸ φῶς, τοῖς δὲ Αἰγυπτίοις τὸ φῶς τοῦτο γέγονε σκότος· καὶ ἓν τὸ ὁρώμενον ὂν, φῶς τε ἦν ὁμοῦ καὶ σκότος, οὐδὲ ἐκ τούτου μεταβληθὲν, κἀκεῖνο γενόμενον· οὐδὲ γὰρ τοῦ φωτὸς παθόντος σκότος ἐγένετο, τοῦ Θεοῦ θαυματουργοῦντος, καὶ τὸν λόγον οὐκ ἐκδεχο- D μένου τῆς φύσεως. πῶς οὖν τὸ ὕδωρ τοῦ Νείλου, μεῖναν ὕδωρ, αἷμα γεγένηται; ἢ πῶς ἐπὶ τῆς ἰδίας φύσεως μεῖναν τὸ φῶς, σκότος ἐγένετο; οὐδὲ γὰρ τοῦτο ἔφθαρται, κἀκεῖνο γεγένηται. οὐδὲ γὰρ ἐφθάρη ἡ φύσις τοῦ ὕδατος· καὶ ἐδήλουν οἱ Ἑβραῖοι, τοῦτο πότιμον ἔχοντες· ἀλλ' ἔμεινε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις ἐν ἰδίοις ὅροις, καὶ γέγονεν αἷμα, ὅπερ οὐκ ἦν, Θεοῦ ὑπὲρ λόγον δεικνύντος τὸ θαῦμα.

VI. Sed sola intelligentia divido, inquit. Ergo eadem intelligentia unitatem solvisti: nam quo disjungis ab altero alterum, eodem copulationem dividis. Quid ergo dissolvis dispensationem salutarem, duo intelligens, & unitatem repellens? Sed ut magnus Apostolus ait: [a] *Jesus Christus heri & hodie, ipse & in sæcula*: unum & eumdem dicens æternumque & Deum, & hominem a tempore initium habentem; ex quibus alterum prius erat, alterum factum est posterius. Sed quomodo, inquit, Unigenitus servus factus est, manens quod erat, & factus quod non erat? Si vis hoc cognoscere, disce quia factus est: quomodo vero factus sit, solus ille miraculorum opifex novit. Neque enim tu mihi dicere poteris, quomodo [b] Ægyptiorum fluvius sanguis est factus, immutabili aquarum permanente natura. Etenim velut aqua quidem utebantur Hebræi; sanguis autem Ægyptiis Nilus factus est: & factus est quod non erat, manens quod erat. Dic mihi modum: sed non poteris dicere; miraculum namque Dei est, fugiens rationem. Quomodo etiam lumen in Ægypto factum est tenebræ [c], non exstincto lumine, sed manente quod erat? Dies enim Israelitis erat, & clarum eos circumfulgebat lumen; Ægyptiis autem hoc lumen factum est tenebræ: & cum unum esset quod videbatur, lumen erat simul & tenebræ: neque ex hoc mutatum, & aliud factum. Non enim lumine patiente, tenebræ illud factum est; Deo nimirum faciente miracula, nec exspectante naturæ rationem. Quomodo ergo aqua Nili manens aqua, sanguis est facta? aut quomodo in sua natura manens lumen, tenebræ factum est? Non enim hoc corruptum est, & illud factum. Non enim corrupta est aquarum natura: quod ostendebant Hebræi, hanc habentes potabilem: sed mansit ipsa natura in suis terminis, & facta est sanguis, quod non erat, Deo quippe ultra rationem ostendente miraculum.

Ἡ δὲ Βαβυλωνία φλὸξ πῶς δρόσος τοῖς τρισὶν ἐγένετο παισί; καὶ γὰρ φλὸξ ἦν, καὶ δρόσος ἐγένετο· καὶ ἄμφω ταῦτα δηλοῦνται τῇ ἐνεργείᾳ· ὅτι μὲν γὰρ E δρόσος ἦν, οἱ τρεῖς διδάσκουσι παῖδες, ταύτῃ καταψυχόμενοι· ὅτι δὲ καὶ φλὸξ ἦν, οἱ ταύτῃ κατακαυθέντες μηνύουσι Βαβυλώνιοι. εἶδες, πῶς τὸ πῦρ, ἔμεινε πῦρ, καὶ δρόσος ἐγένετο. οὐ δύο πράγματα, οὐδὲ δύο φύσεις, ἀλλ' ἓν ἦν, καὶ τὸ ὁρώμενον· ὅπερ ἦν φλὸξ, τοῦτο γέγονε δρόσος· καὶ μαρτυροῦσιν οἱ δίκαιοι. μηκέτι οὖν ἐρώτα με τῶν τοῦ Θεοῦ σημείων τὸν τρόπον. πάλιν γὰρ ἐρῶ σοί· τὰ θαύματα δείκνυσι μὲν ὅτι γέγονε, Θεῷ δὲ καταλιμπάνω εἰδέναι τῶν θαυμάτων τὸν

VII. [d] Babylonica quoque flamma quomodo ros tribus est facta pueris? Nam & flamma erat, & ros facta est: & ambo hæc ipso ostenduntur effectu. Quia quidem ros erat, tres edocent pueri per hanc refrigerati: quia vero etiam flamma erat, qui per hanc exusti sunt, indicant Babylonii. Vides quemadmodum ignis mansit ignis, & ros est factus? Non duæ res, neque duæ naturæ; sed unum erat, idemque quod videbatur: quod erat flamma, hoc factum est ros, [non flamma mutata (& manifestant hoc Babylonii) sed manente quod erat, facta est ros,] & testantur justi. Nequaquam ergo ultra interroges me modum signorum Dei. Rursus

a Heb. XIII. 8. b Exod. VII. c Exod. X. d Dan. III.

1. Ισ. ὑμῖν.

2. Ἵνα ταύτης ἐν ὦσιν, ὁμολογοῦντες.

λόγον, εἶτα εἰπέ μοι· ταῦτα θαυματουργεῖ Θεὸς, καὶ τὴν φλόγα δρόσον ποιῶν, οὐδὲ φλόγα μεταβαλὼν, καὶ πρὸς δρόσον αὐτὴν μεθιστῶν, τυράννου τὴν ἀπόφασιν λῦσαι βουλόμενος, καὶ ἠδικημένους ἐκδικῆσαι θέλων, καὶ τοὺς αἰτίους καταναλῶσαι βουλόμενος βαρβάρους· καὶ θαυματουργεῖ τὰ τοιαῦτα Θεὸς, τὸ πῦρ φυλάξας ἐν ἰδίοις ὅροις, καὶ δρόσον ἐπιδείξας· καὶ ἵνα τρεῖς παῖδες σωθῶσι, θαυματουργεῖ τὰ τοιαῦτα Θεός. ἵνα δὲ σώσῃ κόσμον Θεὸς, ἀμφιβάλλεις ὅτι αὐτὸς μείνας Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος; οὐκ ἐδεήθη φλόγα μεταβαλεῖν, ἵνα δρόσον ἐργάσηται· καὶ αὐτὸς ἄνθρωπος γενέσθαι βουληθεὶς διὰ σωτηρίαν ἀνθρώπων, τὴν ἑαυτοῦ φύσιν ἐδεήθη μεταβαλεῖν; πῦρ ἔμεινε, καὶ γέγονε δρόσος· καὶ σὺ λέγεις· πῶς μένει Θεὸς, καὶ γίνεται ἄνθρωπος; ἐπειδὴ γὰρ τὴν φύσιν ἡμῶν βουλόμενος σῶσαι Θεὸς, οὐ δι' ἑτέρων τὴν σωτηρίαν ἡμῶν, ἀλλὰ δι' ἑαυτοῦ κατεσκεύασεν· ἐπειδὴ πᾶσα κτίσις ἠτόνει πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν, ἕξιν ἐχόντων καὶ κακίας καὶ πλάνης· ἡ γὰρ μακρὰ τῆς κακίας συνήθεια ἀντὶ φύσεως τοῖς ἀνθρώποις ἐγένετο, παρωσαμένη τὴν φύσιν. προεφήτευσε προφήτης, ἀλλ' ἠτόνει ὁ λόγος, τῇ κακίᾳ νικώμενος. ἄγγελοι λειτουργοὶ τῆς ἡμετέρας ἐγίνοντο σωτηρίας· καὶ μαρτυρεῖ ὁ μέγας Παῦλος λέγων περὶ ἀγγέλων· οὐχὶ πάντες εἰσὶ λειτουργικὰ πνεύματα, εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα, διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν; ἄγγελος ὁ κρείττων τὴν φύσιν ἐλειτούργει πρὸς σωτηρίαν ἡμῶν· ἀλλ' οὐκ ἐσώζετο ἄνθρωπος, ταῖς κακίαις ἐγκείμενος. ἠτόνει οὖν ἅπαντα πρὸς ἀνθρώπων τὴν ἀμέλειαν. ἡ γὰρ κακία τῶν πονηρῶν τὴν σπουδὴν ἐνίκα τῶν ἀγαθῶν· οὐχ ὅτι νικᾶται Θεὸς, ἀλλ' ὅτι γνώμῃ τῇ αὐτεξουσίῳ τὴν ἀρετὴν ἐπιτρέπει. ἀνάγκη οὐκ ὠθεῖ σε πρὸς κατορθώματα, οὐδὲ μὴ βουλόμενον ἕλκει πρὸς ἀρετὴν, ἵνα σὺ τὴν ἀρετὴν κατασκευάσας ἑκούσιον, σὸν αὐτὴν ποιήσῃ κατόρθωμα.

enim dico tibi: Miracula ostendunt quidem quia facta sunt, Deo autem relinquo miraculorum nosse rationem. Proinde dic mihi, hæc miracula fecit Deus, & flammam rorem fecit, neque flammam mutans, & in rorem illam convertens, solvere volens tyranni sententiam, & vindicare studens injuriam passos, atque noxios consumere barbaros: & hujusmodi miracula Deus operatus est, ignem in suis custodiens terminis, & rorem ostendens: & ut tres pueri liberarentur, talia miracula fecit Deus. Ut autem mundum salvaret Deus, dubitas, quia ipse manens Deus factus est homo? Non indiguit flammam mutare ut rorem efficeret; & ipse fieri volens homo propter salutem hominum, suam naturam permutare necesse habuit? Ignis manens factus est ros: & tu dicis: Quomodo permanet Deus, & fit homo? Quia naturam nostram salvare volens Deus, non per alios salutem nostram, sed per semet ipsum molitus est: quia omnis creatura infirma erat ad salutem nostram, cum inolitus in nobis esset vitii & erroris habitus: nam longa nequitiæ consuetudo pro natura hominibus erat, & repellebat naturam. Prophetaverat propheta; ac sermo imbecillior erat, cum a nequitia superaretur. Angeli nostræ saluti ministri facti erant; & attestatur magnus Paullus de Angelis, dicens: [a] *Nonne omnes sunt administratorii spiritus, in ministerium destinati propter eos qui salutem hereditaris sunt possessuri?* Angelus melior natura ministrabat ad salutem nostram; sed non liberabatur homo affecto animo vitiis incumbens. Imbecilla igitur erant omnia ad vincendam hominum negligentiam. Nequitia enim improborum, bonorum studia superabat; non quia vincitur Deus; sed quia arbitrio liberæ potestatis virtutem committit. Necessitate enim non cogit te ad recte facta, neque voluntatem trahit ad virtutem, ut voluntariam ipse virtutem comparans, illam tuum opus efficias.

Τί οὖν; ἐπειδὴ καὶ προφῆται ἐνενίκηντο, καὶ οὐκ ἐνήργουν διδάσκαλοι, καὶ νόμος ἠτόνει, καὶ ἄγγελοι τῆς σπουδῆς ἀπετύγχανον, τῆς γνώμης τῶν ἀνθρώπων οὐκ εἰκούσης τοῖς ἀγαθοῖς, αὐτὸς ὁ τῆς φύσεως ποιητὴς ἐπεδήμησε, φύσιν νενικημένην ἀνορθῶσαι βουλόμενος· καὶ παραγίνεται, οὐ κτυπῶν ὡς Θεὸς, οὐδὲ βρονταῖς καταπλήττων τὰς ἀκοὰς, οὐδὲ γνόφον περιβαλλόμενος, καὶ πῦρ φοβερὸν ἐν τῷ γνόφῳ δεικνὺς, οὐδὲ σάλπιγγος ἤχῳ τοὺς ἀκούοντας δεδιττόμενος, ὥς ποτε τοῖς Ἰουδαίοις ἐπεφάνη, φόβον ἐμποιῶν, οὐ σοβῶν τὸν οἰκέτην, χάριτι δὲ μᾶλλον αὐτὸν προσκαλεῖται καὶ ἀγαθότητι. οὐ δορυφορίας ἐπάγεται ἀρχαγγέλων· οὐ κινεῖ τὰ τῶν ἀγγέλων στρατόπεδα· οὐ γὰρ ἠθέλησε φοβῆσαι τὸν φυγάδα τῶν ἐκείνου νόμων γενόμενον· ἀλλ' ἔρχεται ὁ πάντων κύριος ἐν δούλου μορφῇ, πτωχείαν περιβαλλόμενος, ἵνα μὴ [1] σοβήσῃ τὸ θήραμα· ἐν ἀδήλῳ τίκτεται χωρίῳ, ἀγρὸν ἀφανῆ πρὸς γέννησιν ἐκλεξάμενος· διὰ πτωχῆς τίκτεται παρθένου, καὶ πάντα πτωχὰ προσλαμβάνεται, ἵνα ἡσύχως πρὸς σωτηρίαν ἀγρεύσῃ τὸν ἄνθρωπον. εἰ γὰρ ἐπιδόξως ἐτέχθη, καὶ πλοῦτον πολὺν περιβαλλόμενος παρεγένετο, εἶπον ἂν οἱ ἄπιστοι, ὅτι ἡ τοῦ πλούτου δαπάνη τὴν μεταβολὴν τῆς οἰκουμένης εἰργάσατο. εἰ τὴν μεγάλην Ῥώμην εἵλετο, πάλιν τῇ δυναστείᾳ τῶν πολιτῶν τῆς οἰκουμένης τὴν μεταβολὴν ἐλογίζοντο. εἰ υἱὸς ἐγένετο βασιλέως, τῇ δυναστείᾳ τὴν ὠφέλειαν ἐπέγραφον. εἰ νομοθέτου ἐγεγόνει υἱὸς, αὐτοῦ τοῖς προστάγμασι τὴν ὠφέλειαν ἐπέγραφον. ἀλλὰ τί ποιεῖ; πάντα τὰ ἔργα πτωχὰ καὶ εὐτελῆ, πάντα μέτρια καὶ τοῖς πλείοσιν ἀφανῆ, ἵνα θεότης μόνη γνωρισθῇ τὴν οἰκουμένην μετακοσμήσασα. διὰ τοῦτο πτωχὴν

VIII. Quid ergo? Quoniam & prophetæ victi erant, & nihil proficiebant doctores, & Lex infirma erat, & Angelorum studia frustra erant, voluntate hominum non sequente quæ bona sunt; ipse naturæ creator advenit ut naturam victam erigeret; & advenit non sonitu perstrepens tamquam Deus, neque tonitruis aures percutiens, neque nube circumamictus, & ignem terribilem in nube demonstrans, neque tubæ sonitu auditores terrens, sicut olim Judæis apparuit [b] ut timorem injiceret; neque arcens famulum, sed cum gratia magis & bonitate evocat. (Propterea non venit cum imperiali fastigio,) nec satellitium inducit Archangelorum: non movet Angelorum exercitus; non enim terrere volebat fugitivum suarum legum: sed venit omnium Dominus in servi forma, paupertate circumdatus, ut prædam non absterreret: in ignobili nascitur oppido, obscurum pagum ad nativitatem eligens: de paupere Virgine nascitur, & omnia vilia suscipit, ut sine strepitu ad salutem hominem venaretur. Nam si splendidis natalibus ortus esset, & divitiis multis circumdatus accessisset, dicerent utique infideles, quoniam divitiarum largitas mutationem orbis terrarum fuisset operata. Si magnam Romam elegisset, rursus potentiæ civium mutationem orbis terrarum tribuerent. Si filius fuisset imperatoris, potentiæ utilitatem adscriberent. Si legislatoris factus fuisset filius, ejus præceptis utilitatem adscriberent. Sed quid facit? Pauperis omnia opera atque vilia: omnia modica & plerisque obscura; ut divinitas sola cognosceretur orbem terrarum transformasse. Propterea paurperculam elegit matrem, pauperiorem patriam,

a Heb. I. 14. b Exod. XIX.

1. Φοβήσῃ, Lat.

αἱρεῖται μητέρα, πτωχοτέραν πατρίδα, ἐνδεὴς τοῖς χρήμασι γίνεται, καὶ τὴν ἔνδειαν ἑρμηνευέτω σοι ἡ φάτνη. οὐχ ὑπαρχούσης γὰρ κλίνης, ἐφ᾽ ἧς κατακλιθῇ ὁ κύριος, ἐν φάτνῃ τίθεται, καὶ γίνεται τῆς χρείας τὸ ἄπορον, προφητείας κάλλιστον μήνυμα. ἐν φάτνῃ γὰρ κατετέθη, μηνύων, ὅτι καὶ ἀλόγων ἔσται τροφή. ὁ γὰρ τοῦ Θεοῦ λόγος πρὸς ἑαυτὸν ἀφείλκετο καὶ πλουσίους καὶ πένητας, καὶ ἐλλογίμους καὶ τῷ λόγῳ βραδεῖς, πενίᾳ τε συζῶν, καὶ ἐν φάτνῃ τεθείς. ὁρᾷς πῶς τῆς χρείας ἡ ἔνδεια προφητείαν εἰργάσατο, καὶ ἡ πτωχεία τὸν δι᾽ ἡμᾶς πτωχεύσαντα εὐπρόσιτον πᾶσιν ἀπέδειξεν; οὐδεὶς γὰρ δεδοικὼς τοῦ Χριστοῦ πλοῦτον ὑπέρογκον ἄτολμος ἦν· οὐδένα προσελθεῖν αὐτῷ βασιλείας ὕψος ἐκώλυσεν· ἀλλὰ κοινὸς ὤφθη, καὶ πένης, ὁ πᾶσιν ἑαυτὸν εἰς σωτηρίαν προθείς, ἐν φάτνῃ γὰρ ὁ τοῦ Θεοῦ κατατίθεται λόγος, καὶ διὰ μέσου τοῦ σώματος, ἵνα ἄδειαν ἔχῃ ὁ λογικός τε καὶ ἄλογος μεταλαβεῖν τῆς σωτηριώδους τροφῆς. καὶ τοῦτο τάχα καὶ ὁ προφήτης πρότερον ἐβόα, τῆς φάτνης ταύτης διηγούμενος τὸ μυστήριον, λέγων· ἔγνω βοῦς τὸν κτησάμενον, καὶ ὄνος τὴν φάτνην τοῦ κυρίου αὐτοῦ· Ισραὴλ δέ με οὐκ ἔγνω, καὶ ὁ λαός με οὐ συνῆκεν. εἰ γὰρ καὶ ἁπλουστέραν ἔννοιαν ὁ λόγος ἔχει, δεικνὺς τὸν Εβραῖον τῶν ἀλόγων ἀγνωμονέστερον, ἀλλὰ [1] δύναται ἂν καὶ τοῦτο δηλοῦν, φάτνην ὑποδεικνὺς τοῦ κυρίου, ἐφ᾽ ᾗ τεθείς, τροφὴ τοῖς ἀλογωτέροις ἐγένετο. καὶ γὰρ οὐκ ἀορίστως ὁ προφήτης φάτνην δηλοῖ, ἀλλὰ τὴν φάτνην ἔφη τοῦ κυρίου αὐτοῦ, τῷ [2] ἀνθρώπῳ τούτῳ, οἶμαι, τὴν φάτνην ὡρισμένως σημαίνων. καὶ ταῦτα μὲν φιλοσοφείτω [3] ὁ βουλόμενος τὴν ποικίλην, θεωρίᾳ τῆς θείας γραφῆς ἐντρυφῶν.

pecuniarum fit inops; eamque inopiam tibi indicat præsepe. Cum enim non esset lectus in quo Dominus reclinaretur, in præsepi ponitur; & fit necessarij usus inopia, prophetiæ præclarum indicium. In præsepi enim ideo positus est, ut significaret, quia & irrationalium cibus foret. Dei namque Verbum ad semet ipsum trahebat & divites & pauperes, eloquentes & tardos eloquio, in paupertate vivens, in præsepi jacens. Vides quomodo necessarii usus indigentia operata est prophetiam; & paupertas eum qui propter nos homo factus est, accessibilem universis ostendit? Nemo enim sublimes Christi divitias metuens, fiducia destituebatur; neminem accedere ad eum imperii celsitudo prohibuit: sed communis apparuit & pauper, qui semet omnibus ad salutem exposuit. In præsepi namque proponitur Dei Verbum, & per medium corpus, ut tum rationalis, tum cui deest ratio, cibi salutaris particeps libere esse possit, Et hoc fortassis etiam propheta prius clamabat, præsepis hujus sacramentum enarrans, cum ait: [a] *Cognovit bos possessorem suum, & asinus præsepe Domini sui: Israel autem me non cognovit, & populus me non intellexit.* Nam licet sermo simpliciorem sensum habeat, ostendens Hebræum ipsas brutas animantes improbitate vincere; forte tamen & hoc significare possit, præsepe Domini subostendens, in quo ille positus, ratione carentibus cibus factus est. Non enim indefinite propheta præsepe significat, sed ipsum hoc; *præsepe*, inquit, *Domini sui:* articuli illa adjectione, puto, præsepe definite significans. Sed hæc quidem philosophetur qui voluerit, & se varia contemplatione scripturæ divinæ oblectet.

Ημεῖς δὲ ἐδείξαμεν, ὅτι ἐπτώχευσε δι᾽ ἡμᾶς, ὁ πλούσιος τῷ τῆς θεότητος λόγῳ, εὔληπτον πᾶσι τὴν σωτηρίαν ποιῶν. ὃ δὴ καὶ σημαίνων ὁ μέγας Παῦλος ἔλεγε· δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν, ἵνα ἡμεῖς τῇ ἐκείνου πτωχείᾳ πλουτήσωμεν. καὶ τίς ἦν ὁ πλουτῶν; τί δὲ ἐπλούτει; καὶ πῶς οὗτος ἐπτώχευσε δι᾽ ἡμᾶς; λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ τοῦ Θεοῦ λόγου διαιροῦντες τὸν ἄνθρωπον, καὶ τὸ ἑνωθὲν διϊστῶντες τῇ μνήμῃ τῶν φύσεων, εἰ δύο τινὰ λέγοντες τὸν Χριστόν, καὶ τό, ἐπινοίᾳ μόνῃ, πρὸς ἀπολογίαν κομίζοντες. τίς ὢν πλούσιος, εἰπέ μοι, τὴν ἐμὴν πτωχείαν ἐπτώχευσεν; ἆρα ὁ φαινόμενος ἄνθρωπος, ὃν σὺ διϊστᾷς τῆς θεότητος; ἀλλ᾽ οὐδέποτε οὗτος ἐγένετο πλούσιος· ἦν πτωχός, ἐκ πτωχῶν προγόνων τεχθείς. τίς οὖν ὁ πλούσιος, καὶ τί πλουτῶν ἦν, ὃς δι᾽ ἡμᾶς ἐγένετο πένης; Θεός, φησιν, ἐπλούτει τὴν κτίσιν. οὐκοῦν Θεὸς καὶ πένης ἐγένετο, ἰδίαν πενίαν τὴν τοῦ ὁρωμένου ποιούμενος. ὁ γὰρ αὐτὸς καὶ ἐπλούτει τὴν θεότητα, καὶ δι᾽ ἡμᾶς πένης ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ τὸν ἄνθρωπον ἂν εἴποις πλουτεῖν, πτωχὸν ὄντα καὶ φύσει καὶ χρήμασιν· οὐδὲ γὰρ τὸν πλουτοῦντα θεότητος ἀξίαν, πτωχεύειν ἂν εἴποις, μὴ προσάψας αὐτῷ τὰ ἀνθρώπινα. διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος συνάπτων δόξαν θεότητος ἀνθρωπίνοις παθήμασιν, οὐκ ἐπινοίᾳ διαιρεῖν, οὐδὲ λόγῳ διαστῆσαι τὰ ἑνωθέντα βουλόμενος, τὸν αὐτὸν ἔφη πλουτεῖν [4] θεότητι. καὶ πτωχεύειν παθήμασι· καὶ τὸ μὲν δι᾽ ἑαυτὸν εἶναι, τὸ δὲ δι᾽ ἡμᾶς πεπονθέναι. εἰ δὲ ὁ πλουτῶν τὴν θεότητα, πτωχεύει τὴν ἀνθρώπων πτωχείαν, πῶς οὐχὶ καὶ τὰ λοιπὰ πέπονθεν, ἅπαξ ἄνθρωπος διὰ φιλανθρωπίαν γενέσθαι ἑλόμενος; ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐπὶ τοσοῦτον.

IX. Porro nos ostendimus, quia pauper est factus propter nos, qui dives erat ratione divinitatis, ut salutem omnibus facile parabilem faceret. Quod etiam significans magnus Paullus, dicebat: [b] *Propter nos pauper factus est, cum esset dives, ut nos illius paupertate ditaremur.* Et quis erat ille dives? & qua re dives? & quomodo iste pauper factus est propter nos? dicant nobis qui a Dei Verbo separant hominem, & quod unitum est separant commemoratione naturarum, duo quædam dicentes, Christum, & illud, *sola cogitatione*, ad sui defensionem afferentes. Quis ergo, cum esset dives, dicito mihi, mea paupertate factus est pauper? Num qui apparuit homo, quem tu separas a divinitate? Sed numquam iste fuit dives, sed pauper ex pauperibus parentibus natus. Quis ergo dives ille est, & quibus rebus dives, qui propter nos factus est pauper? Deus, inquit, dives erat creatura sua. Ergo etiam Deus pauper factus est, aspectabilis illius naturæ paupertatem suam faciens. Nam idem ipse dives erat divinitate, & propter nos pauper factus est. Neque enim hominem dicere poteris divitem esse, qui & natura & opibus pauper esset; neque divitem divinitatis majestate pauperem factum, si ei quæ humana sunt, non attribueris. Propterea & Apostolus gloriam divinitatis humanis passionibus tribuens, neque intelligentia dividere, neque ratione separare quæ unita sunt volens, eumdem ait divitem divinitate, & pauperem passionibus factum; & aliud quidem per se esse, aliud autem propter nos passum fuisse. Quod si qui dives est divinitate, pauper fit humana paupertate; quomodo non etiam reliqua passus est, cum semel homo fieri propter clementiam voluisset? Sed hæc quidem hactenus.

Σύ μοι βλέπε τὸ πτωχότατον οἴκημα τοῦ πλουτοῦν-

X. Tu autem respice mihi pauperrimum habita-

[a] Isa. I. 3. [b] II. Cor. VIII. 9.

1. Ισ. δύναιτο. 2. Ισ. ἄρθρῳ. 3. Ο βουλόμενος, τῇ ποικίλῃ θεωρίᾳ, Lat. 4. Θεότητα.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

τος τὸν οὐρανόν· βλέπε τὴν φάτνην τοῦ ἐπὶ τῶν A
χερουβὶμ καθημένου· βλέπε σπάργανα τοῦ δήσαντος ψάμμῳ τὸ πέλαγος· βλέπε τὴν κάτω πτωχείαν, τὸν ἄνω πλοῦτον αὐτοῦ λογιζόμενος. οὕτω γὰρ καὶ χάριτος καὶ φιλανθρωπίας ἴδοις τὸ μέγεθος, εἰ τὴν τοσαύτην τοῦ Θεοῦ λόγου λογίσῃ συγκατάβασιν. καὶ γὰρ ἐν ταύτῃ τῇ πτωχείᾳ ὁ πλοῦτος αὐτοῦ τῆς θεότητος δείκνυται, ἀστέρος τοῖς μάγοις δηλοῦντος τὸν πένητα, καὶ τοὺς βαρβάρους ἄγοντος ἐπὶ τὴν φάτνην τοῦ πένητος. ἀλλὰ καὶ οἱ ἄγγελοι χαίροντες τοῦτον ἀνηγόρευον τὸν πτωχὸν τοῖς ποιμέσιν, ᾄδοντες τὸν πλοῦτον αὐτοῦ τῆς θεότητος. καὶ γὰρ οἱ μάγοι τῷ φαινομένῳ τὸν λίβανον προσεκόμισαν ὡς Θεῷ· οὐ διϊστῶντες τὴν φύσιν τῆς φύσεως, οὐδὲ ἐπινοίαις τέμνοντες τὸν ἡνωμένον· B
ἀλλ' ἅπαξ τῷ θαύματι τὸν φαινόμενον εἰδότες Θεὸν προσφέρουσι λίβανον, αὐτῷ τούτῳ θεϊκὴν ἀξίαν κρίνοντες. οὐδὲ ἄγγελοι ταῖς ἐπινοίαις ταῖς κατά σε τὸ τεχθὲν τοῦ Θεοῦ λόγου διέστησαν· ἀλλ' ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν εἰδότες, καὶ ὁρώμενον, καὶ νοούμενον, ἐβόων λέγοντες· δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· καὶ οὐκ ἄλλα μὲν λέγοντες κατά σε, ἄλλα δὲ ἐπινοοῦντες· καὶ ῥήμασι μὲν ὁμολογοῦντες ἕνα Χριστὸν Ἰησοῦν, ἐπινοίᾳ δὲ διαιροῦντες τὸν αὐτόν, ὥσπερ καὶ σύ, ἐννοίας ἔχων μαχομένας τοῖς ῥήμασιν· ἀλλὰ καὶ ἕνα καὶ τὸν αὐτὸν δοξάζουσι Θεόν. καὶ ἐν πενίᾳ τοίνυν καὶ ἐν φάτνῃ τοῖς πᾶσιν ἐφαίνετο. διὰ τοῦτο καὶ ἐν σπαργάνοις ἐστί, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων C
δοξάζεται. οὐ τοῦ ἀστέρος καταβάντος πρὸς τοὺς μάγους· οὔτε γὰρ τοὺς τόπους ἀμείβουσιν οἱ ἀστέρες· ἀλλ' ἐπειδὴ τῶν Χαλδαίων ἡ γῆ πολλοὺς ἔχει τῇ κινήσει τῶν ἀστέρων προσέχοντας, ἡ δύναμις ἡ κρείττων ὁδηγοῦσα τοὺς μάγους, ἀστέρος ἀνέλαβεν ἰδίωμα· ἵνα ἀφ' ὧν ἔμαθον οἱ Χαλδαῖοι, μάθωσιν ὃ οὐκ ᾔδεισαν· καὶ ἀστρονομίᾳ προσέχοντες, αὐτοῖς τοῖς ἄστροις τὰ τοῦ Χριστοῦ διδαχθῶσι μυστήρια. ὅτι γὰρ οὐκ ἦν ἀστήρ, ἀλλὰ δύναμις ἀγγελικὴ ὁδηγοῦσα τοὺς βαρβάρους πρὸς τὴν εὐσέβειαν, αὐτὸς ὁ εὐαγγελιστὴς δηλοῖ, τὸν ἀστέρα τοῦτον καὶ ἐν ἡμέρᾳ φαίνεσθαι, ποτὲ δὲ καὶ κρύπτεσθαι λέγων· ἄλλοτε δὲ καὶ ὁδηγεῖν αὐτὸν τοὺς μάγους φησί, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐπὶ τὴν Βηθλεὲμ ἰέναι· D
ὅπερ οὐκ ἄν τις εἴποι τινὰ τῶν συνήθων ἀστέρων [1] δῆλον τῇ αἰσθήσει ποιεῖν, ἀλλὰ δύναμιν ἐν ἄστρου σχήματι φαινομένην τοῖς ἀστρονόμοις. τὸ δέ, καὶ ἔστη ἐπάνω τοῦ παιδίου, περὶ τοῦ ἀστέρος ῥηθέν, δύναμιν εἶναι τὸ φαινόμενον, μηνύσει σαφῶς. οὐ γὰρ ἄν τις τῶν ἐν οὐρανῷ τεταγμένων ἀστὴρ δῆλος ἐγένετο ἐπάνω στὰς τοῦ παιδίου· ἐπειδὴ τὸ τοῦ διαστήματος μέγεθος, τῆς ὄψεως κλέπτον τὴν κρίσιν, οὐδὲ στάσιν, οὐδὲ κίνησιν τῶν ἀστέρων δήλην τῇ αἰσθήσει ποιεῖ. ἔστη, φησίν, ὁ ἀστὴρ ἐπάνω οὗ ἦν τὸ παιδίον. οὐκοῦν ἀπολιπὼν τὸ ὕψος ὁ φαινόμενος ἀστήρ, χθαμαλώτερος γέγονεν, ἵνα τῇ στάσει δείξῃ τοῦ βασιλέως τὴν γέννησιν. καὶ γὰρ ὡς βασιλέα ἐζήτουν οἱ μάγοι, βασιλέως ἐπερωτῶντες τὸν τόκον, καὶ τοῖς Ἰουδαίοις λέγοντες· ποῦ E
ἐστιν ὁ τεχθεὶς βασιλεὺς τῶν Ἰουδαίων; εἴδομεν γὰρ αὐτοῦ τὸν ἀστέρα ἐν τῇ ἀνατολῇ, καὶ ἤλθομεν προσκυνῆσαι αὐτῷ. βασιλέα ζητεῖς, ὦ μάγε; καὶ τίνος ἕνεκεν ὡς Θεῷ προσφέρεις τὸν λίβανον; ἀλλ' οἶδα καὶ βασιλέα, καὶ Θεὸν ἐγνώρισα. διὰ τοῦτο καὶ χρυσὸν αὐτῷ προσφέρω καὶ λίβανον, τοῖς δώροις ὁμοῦ καὶ Θεὸν καὶ βασιλέα μηνύων.

Ἀλλ' οὗτος, ὁ τότε μάγους ἑλκύσας ἀῤῥήτῳ δυνάμει πρὸς τὴν εὐσέβειαν, καὶ νῦν τὴν φαιδρὰν πανήγυριν συνεκρότησε σήμερον, οὐκ ἔτι ἐν φάτνῃ τι-

culum ejus, qui dives eſt cælo; vide præſepe ſedentis ſuper Cherubim; vide pannis obſitum eum, qui pelagus arena devinxit; vide in terra paupertatem, divitias ejus in ſupernis animo reputans. Sic enim gratiæ & benignitatis videbis magnitudinem, ſi tantam Dei inclinationem cogitaveris. Nam in hac ipſa paupertate divitiæ ejus divinitatis oſtenduntur, cum [a] ſtella Magis indicaret pauperem, & barbaros ad præſepe pauperis adduceret. Quin etiam [b] Angeli gaudentes hunc prædicabant pauperem paſtoribus, canentes divitias divinitatis ejus. Nam & [c] Magi ei qui videbatur, tus obtulerunt tamquam Deo, non ſeparantes naturam a natura; neque cogitatione dividentes quod ſemel unitum eſt: ſed ſemel miraculo eum qui apparebat, noſcentes Deum, tus obtulerunt, eo munere divinam dignitatem indicantes. At neque Angeli tua illa ſubtili intelligentia, quod natum eſt, a Deo Verbo ſeparaverunt; ſed eumdem eſſe ſcientes, qui & videretur, & intelligeretur, clamabant dicentes: [d] *Gloria in excelſis Deo, & in terra pax; in hominibus bonæ voluntas*; & non alia quidem dicentes, ut ipſe facis, cogitantes autem alia; & verbis quidem confitentes unum Chriſtum Jeſum, cogitatione autem dividentes eumdem, ſicuti tu, ſenſus habens repugnantes verbis; ſed unum eumdemque glorificant Deum. Ergo & in paupertate, & in præſepi cunctis apparebat. Propterea & pannis involutus eſt, & ab Angelis glorificatus; [& in præſepi poſitus, & a ſtella denuntiatus;] non ita ut ſtella ad Magos deſcenderit: neque enim ſtellæ loca commutant: ſed quoniam Chaldæorum terra plurimos habet ſtellarum motus inſpicientes, Virtus quædam præſtantior deducens Magos aſſumſit ſtellæ ſpeciem, ut ab iis ipſis quæ didicerant Chaldæi, quod neſciebant agnoſcerent; & cum aſtronomiæ ſtudium adhiberent, ab ipſis aſtris Chriſti myſteria docerentur. Quod enim non erat ſtella, ſed virtus angelica ducens barbaros ad pietatem, ipſe Evangeliſta ſignificat, cum dicit [e], ſtellam hanc in die aliquando quidem appăruiſſe, aliquando rurſum latuiſſe, alias vero deduxiſſe Magos, & cum ipſis in Bethlehem profectam eſſe: quod nemo utique facere dixerit ullum e ſolitis ſideribus ſenſui notis, ſed virtutem in ſtellæ figura aſtronomis apparentem. Quod autem ait de ſtella, etiam ſtetiſſe eam ſuper puerum, virtutem eſſe, quod apparebat manifeſte indicavit. Nulla etenim ſtella quæ in cælo ſita eſt, ſuper puerum ſtare conſpici potuiſſet, quoniam ſpatii magnitudo aſpectus judicium fugiens, neque quietem neque motum ſtellarum manifeſtum ſenſui facit. [f] *Stetit*, inquit, *ſtella ſupra locum, ubi erat puer*. Ergo relinquens altitudinem ſtella quæ apparebat, humilior facta eſt, ut ſtando nativitatem regis oſtenderet. Nam tamquam regem quærebant Magi, regis nativitatem interrogantes, Judæiſque dicentes: [g] *Ubi eſt qui natus eſt rex Judæorum? Vidimus enim ſtellam ejus in oriente, & venimus adorare eum*. Regem quæris, o Mage? Et cur tamquam Deo tus offers? Sed novi & regem, & Deum cognoſco. Propterea & aurum ei offero & tus, muneribus ſimul & Deum & regem deſignans.

XI. Sed iſte qui tunc Magos ineffabili virtute ad pietatem traxit, idem lætam hanc feſtivitatem hodierno die conſtituit; non jam in præſepi poſi-

a Matth. II. *b* Luc. II. *c* Matth. II, 11. *d* Luc. II. 14. *e* Matth. II. *f* Ibid. ℣. 9. *g* Ibid. ℣. 2.

1. Ισ. ξύλων.


θέμενος, ἀλλ' ἐπὶ τῆς σωτηριώδους τραπέζης ταύτης προκείμενος· ἐκείνη γὰρ ἡ φάτνη τῆς τραπέζης ταύτης μήτηρ ἐγένετο. διὰ τοῦτο ἐν ἐκείνῃ τίθεται, ἵνα ἐπὶ ταύτης βρωθῇ, καὶ γένηται τοῖς πιστοῖς σωτήριον ἔδεσμα. ἀλλ' ἡ μὲν φάτνη τὴν λαμπρὰν ταύτην ἀνέδειξε τράπεζαν, ἡ δὲ παρθένος τοὺς χοροὺς τούτους ἐβλάστησε τῆς παρθενίας· ἡ δὲ τοῦ ἐν Βηθλεὲμ οἰκίσκου ἀτέλεια τοὺς περιφανεῖς τούτους ἀνέδειξε ναούς· τὰ δὲ τότε σπάργανα τῶν νῦν ἁμαρτημάτων λυτήρια γέγονεν. εἶδες τῆς τότε πενίας τὰ νῦν φαινόμενα κατορθώματα; εἶδες πτωχείαν τοσούτου πλούτου γεγενημένην μητέρα; μὴ βλάπτει ἡ κάτω τοῦ μονογενοῦς πρὸς ὀλίγον ἀτέλεια, τοσοῦτον πλοῦτον τῇ οἰκουμένῃ κομίσασα; τί οὖν ὀνειδίζεις Χριστῷ τὴν ἐν Βηθλεὲμ ἀτέλειαν; διὰ τί πενίαν φέρεις εἰς μέσον, τὰ ἐξ αὐτῆς κέρδη τοῦ κόσμου μὴ λογιζόμενος; διὰ τί ἀνάξιον λέγεις Θεοῦ πάθος, τοσούτων ἀγαθῶν γενόμενον πρόξενον; διὰ τί ἀφαιρῇ τοῦ μονογενοῦς τὰ τραύματα, [1] ἃς τοσαύτην σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις ἐπήγασε; τί παρακαθέζῃ παθήμασι, καὶ οὐ βλέπεις τῶν παθημάτων τὰ νῦν γενόμενα κατορθώματα; διὰ τί πενίαν λέγεις ἀναξίαν Θεοῦ, δι' ἧς ὁ κόσμος πλουτεῖ τὴν εὐσέβειαν; διὰ τί θάνατον ἀνάξιον Θεοῦ λέγεις, ᾧ Θεὸς ἀνήλωσε θάνατον; τίνος ἕνεκεν σταυρὸν οὐ λέγεις Θεοῦ, ᾧ Θεὸς τὴν κακίαν [2] τοῦ δαίμονος ἐθριάμβευσε; διὰ τί τοῦτο μόνον οὐ λέγεις Θεοῦ, ὃς τὴν ἡμῶν ἁμαρτίαν τῷ ξύλῳ προσήλωσε; μὴ διαβάλλῃς πάθη, ἀφ' ὧν ἀπάθεια τίκτεται. μὴ διασύρῃς ἀτέλειαν, ἀφ' ἧς διαβόλου τυραννὶς καταλύεται. μὴ ὀνειδίσῃς ῥάπισμα Θεῷ, δι' οὗ τῆς ἁμαρτίας τὸν ἄνθρωπον ἠλευθέρωσε. μὴ Θεοῦ δεσμὸν εἴπῃς ἀνάξιον, ᾧ τὸν δεσμὸν τῆς ἁμαρτίας ἀνέλυσε. μὴ λέγε πενίαν ἀναξίαν Θεοῦ, ὅτι ὁ διάβολος πλουτῶν τὴν πλάνην ἐπτώχευσε. μὴ καταγνῷς σταυροῦ, βωμοὺς καταλύοντος. μηδὲ ἐξευτελίσῃς ἥλους, οἷς τὴν οἰκουμένην Χριστὸς εἰς ἓν φρόνημα τῆς εὐσεβείας συνέπηξε. μὴ λογίζου τὰ εὐτελῆ, ἀλλὰ τὰ ἐκ τούτων τοῦ παθόντος γενόμενα κατορθώματα· ἃ οὐκ ἂν εἴποις ἀνθρώπου γεγονέναι παθόντος ψιλοῦ, νοῦν ἔχων, καὶ τοῖς φαινομένοις πειθόμενος. διὰ τί δὲ καὶ [3] λαλῆς εὐτελῆ, ἃ ὁ Θεὸς διὰ σωτηρίαν ἀνθρώπων ἠσπάσατο; εἰ γὰρ παθήματα τῇ φύσει ἐστί τε καὶ λέγεται, ἀλλ' ἰατρεία γέγονε τῶν ἡμετέρων παθῶν. μηκέτι γοῦν αὐτὸ προσαγόρευε πάθος, ἀλλὰ παθῶν τῶν ἡμετέρων ἴαμα. καὶ μή μοι τὰ μέλη τῆς παρθενίας εἰς ὄνειδος θεότητος φέρε. οὐδὲ γὰρ τούτων ἡ φύσις ἐστὶν ἀναξία· κἂν ἐπισελθόντα τὰ τῆς ἀτιμίας πάθη, τὴν εὐγένειαν τοῦ σώματος ἐλυμήνατο. οὐ γὰρ αἰσχρὰ τῇ φύσει τὰ μέλη, ἀλλὰ δι' ἐπιθυμίας ἀτόπου ὑβρίζεται. εἰ γὰρ ἦν αἰσχρὰ τῇ φύσει, οὐκ ἂν ταῦτα Θεὸς ταῖς ἰδίαις παλάμαις διέπλασεν· ἐπειδήπερ οὐκ αἰσχρῶν ὁ Θεός, ἀλλὰ τῶν καλλίστων ἐστὶ ποιητής· εἶδε γὰρ πάντα, ἃ ἐποίησεν ὁ Θεός, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. οὐδὲν γὰρ τῶν ὑπὸ Θεοῦ γενομένων τῇ ἰδίᾳ φύσει κακόν, οὐδὲ αἰσχρόν τι κατεσκεύασεν ὁ Θεός· ἀλλ' ἡμεῖς τῆς πρώτης ἐκπεσόντες κατασκευῆς, ἐπιθυμίαις ἀτόποις τὴν φύσιν ἡμῶν καθυβρίσαμεν. εἰ οὖν πλάσας ὁ Θεὸς τὰ μέλη τῆς γυναικός, οὐ διαβάλλεται, οὐδὲ ἐνοικήσας ἐν αὐτοῖς ἐνυβρίζεται· ἐν ἰδίᾳ γὰρ κτίσει Θεὸς οὐκ ἀναξίως οἰκεῖ.

A tus, sed in hac salutari mensa propositus. Illud namque præsepe mensæ huic parens factum est. Propterea in illo est positus, ut in ista edatur, & fidelibus fiat salutaris cibus. Sed illud quidem præsepe claram hanc mensam designavit; Virgo autem choros istos virginum germinavit: Bethlehemitici autem diversorii vilitas, clara hæc templa exstruxit, & panni quibus tunc involutus est, facti sunt præsentium resolutio peccatorum. Vides illius paupertatis, quæ nunc spectentur, egregia opera? Vides paupertatem tantarum factam divitiarum parentem? Numquid obest illa in terris Unigeniti ad exiguum tempus abjectio, quæ tantas orbi terrarum divitias contulit? Quid ergo exprobras Chri- B sto Bethlehemiticam humilitatem? Cur paupertatem profers in medium, lucra exinde orbi terrarum parta non computans? Cur indignam dicis Deo passionem, quæ tantorum bonorum probatur facta occasio? Cur aufers Unigenito vulnera, quæ tantam salutem hominibus profuderunt? Cur adhæres passionibus, & non vides quanta sint nunc bona a passionibus illis profecta? (Cur passionem indignam dicis Deo, quæ solvit diaboli tyrannidem?) Cur paupertatem dicis indignam Deo, per quam mundus pietate ditatus est? Cur mortem indignam dicis Deo, qua Deus mortem peremit? Cur crucem Dei negas, qua Deus de nequitia dæmonis triumphavit? Cur hoc solum non dicis Dei, qui C nostrum peccatum affixit ligno? Noli derogare passionibus, per quas impassibilitas generatur. Noli detrahere abjectioni, qua tyrannis diaboli destruitur. Noli Deo alapam exprobrare, per quam a peccatis hominem liberavit. Non vincula Deo dicas indigna, quibus vincula peccati resolvit. Ne dixeris paupertatem indignam Deo, qua diabolus, cum dives esset errore, pauper factus est. Noli vituperare crucem, quæ destruxit aras. Noli despicere clavos, quibus orbem terrarum Christus ad unum sensum pietatis infixit. Noli reputare quæ vilia sunt; sed quid ex his effectum sit, ab eo qui est passus intende: quæ si sapis, & fidem rebus quæ jam videntur habes, numquam dices simplicis D fuisse hominis passionem subeuntis opera. Cur autem vocas vilia, quæ Deus propter hominum salutem amplexus est? Nam etsi passiones naturaliter dicuntur, & sunt; sed tamen nostrarum medicina fuerunt passionum. Nequaquam ergo de cetero hæc passiones appelles, sed passionum nostrarum potius medelam. Et noli mihi membra virginea ad opprobrium proferre divinitatis. Non enim horum indigna natura est, licet advenientes passiones ignominiæ, nobilitatem corporis corruperint. Non enim turpia per naturam sunt membra, sed per concupiscentias illicitas probro afficiuntur. Nam si essent turpia per naturam, non hæc Deus propriis manibus formavisset; quia Deus non turpium, sed de- E centissimorum conditor est. [a] *Vidit enim*, inquit, *omnia quæ fecit Deus, & ecce pulcra valde*. Nihil enim horum quæ a Deo facta sunt, per naturam propriam est malum; neque turpe aliquid Deus fecit: sed nos a prima illa constitutione lapsi concupiscentiis illicitis naturæ nostræ contumelias irrogavimus. Si ergo cum formaverit Deus membra mulieris, non accusatur; neque cum inhabitat in eis, injuriam patitur. In sua quippe creatura Deus non indigne inhabitat.

a Gen. I. 31.

1. Lat. ἃ. 2. Τοῦ ἐχθροῦ. 3. Ισ. καλεῖς.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



A Εἰ δὲ λέγεις· πῶς οὐρανὸν καταλιπὼν, ἐν μήτρᾳ κατῴκησεν; ἐρῶ σοι κἀγώ· ὅτι Θεὸς ὢν, ἄνθρωπος δι' ἀνθρώπους ἐγένετο, μείνας Θεὸς, καὶ οὐ μεταπεθείσης τῆς οὐσίας. ὁμολογῶ τοιγαροῦν τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον· Θεὸν μὲν πρὸ αἰώνων, * ἄνθρωπον μὲν γενόμενον, καὶ ἐκ τοῦ τόκου ἀρξάμενον· οὐ δύο, ἀλλ' ἕνα, οὐ φραζόμενον ὡς ἕνα, διττὸν δὲ ἐπινοούμενον· οὐδὲ γὰρ μάχεσθαι δεῖ τῷ λόγῳ τὴν ἔννοιαν. οὐ νοοῦμεν δύο, ὁμολογοῦμεν δὲ ἕνα· τὸ γὰρ οἰκονομίᾳ καὶ θαύματι συνημμένον, οὐδὲ λόγος διΐστησιν, οὐδὲ ἔννοια. εἰ δέ τις ἐπίνοια διαστήσειε τὸ συνημμένον, διαλελυμένον ἐνόησε, καὶ ψευδὴς ἡ ἔννοια γίνεται, διαστήσασα τὸ συνημμένον ἀεί. δεῖ οὖν συνομολογοῦσαν ἔχειν τῷ λόγῳ τὴν ἔννοιαν· ἕνα B λέγειν Χριστὸν, τὸν αὐτὸν Θεὸν καὶ ἄνθρωπον. οὐκοῦν ἕνα καὶ νόει. εἰ δὲ λέγεις μὲν ἕνα, ἐπινοεῖς δὲ δύο, τῷ λόγῳ σου πολεμοῦσαν ἔχεις τὴν ἔννοιαν, μὴ οὖν λέγε δύο, διαφορᾷ τινι διϊστάμενα. εἰ γὰρ ἑνοῖς τῷ λόγῳ, μὴ τέμνῃς τῇ ἐννοίᾳ· εἰ δὲ τέμνεις ταῖς ἐννοίαις, τὴν ἕνωσιν ἤρνησαι. μὴ οὖν πρὸς φύσεις διϊσταμένας καταγάγῃς τὸν λόγον, Θεοῦ τὴν ἄκραν θαυματουργήσαντος ἕνωσιν. πίστευε τῷ θαύματι, καὶ μὴ ἐρεύνα λογισμοῖς τὸ γινόμενον. μὴ καταλύσῃς τὸ θαῦμα, οὗ ὁ λόγος γνωρίζεται. εἰ τοῦ γενομένου γνώριμος ὁ λόγος, οὐκέτι σημεῖον, οὐδὲ θαῦμα τὸ γεγονός. εἰ δὲ σημεῖον, καὶ θαῦμα, καταλιπὼν λογισμοὺς, τὴν πίστιν ἀνάλαβε, ὁμολο- C γῶν ἕνα κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον τὸν αὐτὸν, οὐδὲ ἐπινοίαις, οὐδὲ λογισμοῖς διϊστάμενον· ἵνα μὴ τὰ ἑνωθέντα λογισμοῖς διαστήσαντες, οἰκονομίαν σωτήριον ἀρνησόμεθα. εἰ γὰρ ἕνωσις Θεοῦ καὶ ἀνθρώπου διὰ τῆς οἰκονομίας γνωρίζεται, ὁ τὴν ἕνωσιν διαστήσας, τὴν οἰκονομίαν ἠρνήσατο. πιστεύσωμεν οὖν τῇ οἰκονομίᾳ, τοῖς θαύμασιν, ἵνα πιστευθεὶς ὁ Χριστὸς, τοῖς ὁμολογοῦσι ταύτην τὴν χάριν, βασιλείαν οὐρανῶν δωρήσηται· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν.

XII. Porro si dixeris: Quomodo cælum relinquens habitavit in utero? dicam tibi & ego: Quia cum Deus esset, homo propter homines factus est, manens Deus, & ejus substantia non mutata. Confiteor itaque eumdem Deum & hominem: Deum quidem ante sæcula, (hominem vero ex partu factum: Deum quidem perpetue consempiternum Patri,) hominem vero factum, & ex partu initium habentem: non duos, sed unum; non tamquam unum dicamus, duplicem vero intelligamus: neque enim oportet contrarium esse sermoni intellectum. Non intelligimus duos, unumque autem confitemur. Quod enim dispensatione & miraculo conjunctum est, id neque sermo separat, neque intelligentia. Si qua vero cogitatio separet quod conjunctum est, dissolutum intellexit, & falsus evadit intellectus, separans utique quod semper conjunctum est. Oportet ergo sermoni consentientem habere intellectum: unum dicere Christum, eumdem & Deum & hominem. Ergo & unum intellige. Quod si dixeris quidem unum, intellexeris autem duos; sermoni tuo repugnantem habebis intelligentiam. Ne ergo dicas duo, per aliquam differentiam separata. Si enim unieris sermone, sensu noli separare: si vero sensu separaveris, unitatem negasti. Ne ergo ad naturas divisas orationem deducas, Deo summam mirificante unitatem: crede miraculum, & noli rationibus perscrutari quod factum est. Noli miraculum solvere, (rationem invenire contendens. Non enim manet miraculum,) cujus ratio consideratur. Si rei factæ ratio nota est, non adhuc signum aut miraculum, res illa quæ facta est. Sin autem signum ac miraculum est, deferens rationes, suscipe fidem, & confitere unum Dominum Jesum Christum, & Deum & hominem eumdem, neque intelligentia, neque rationibus divisum; ne ea quæ unita sunt, rationibus separantes, dispensationem salutarem denegemus. Nam si unitio Dei & hominis per dispensationem cognoscitur, qui unitatem dividit, dispensationem negavit. Credamus ergo dispensationi, credamus miraculis: ut Christus quem credimus, hanc gratiam confitentibus, regnum cælorum largiatur. Quod utinam nos omnes adipisci mereamur (gratia Christi: cui gloria & potestas in sæcula sæculorum, Amen.)

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΘΕΟΔΟΤΟΥ

ΑΓΚΥΡΑΣ

Ὡραῖος λόγος πάνυ, ἀναγνωσθεὶς ἐν τῇ συνόδῳ ἐπὶ τοῦ ἐπισκόπου Κυρίλλου, εἰς τὴν [1] *γέννησιν τοῦ σωτῆρος.*

EJUSDEM

THEODOTI

ANCYRÆ EPISCOPI

Homilia admodum pulcra, lecta in synodo, Cyrillo episcopo præsente, in natalem Salvatoris.

Λαμπρὰ τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις, καὶ κοινὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις κομίζουσα· λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ παρὼν σύλλογος, εὐχαρίστως τὴν χάριν ὑποδεχόμενος· καὶ δέδοται [2] δαψιλῶς ἡ χάρις τοῖς μετ' εὐχαριστίας αὐτὴν ὑποδεχομένοις. τοσοῦτον γὰρ τὸ μέτρον τῆς δωρεᾶς παρέχεται, ὅσον τὸ μέγεθος τῆς εὐχαριστίας ἐστὶ τῶν κομιζομένων τὴν χάριν. ὡς ὅταν λαβὼν δωρεὰν εὐχαριστῇς τῷ δεδωκότι, οὐκ ἀντέδωκας ὑπὲρ ὧν ἔλαβες μόνον, ἀλλὰ καὶ ὀφειλέτην σοι πλειόνων τὸν δοτῆρα πεποίηκας. εὐχαρίστως οὖν προσδέξασθε τὴν χάριν, λαμπρὰν ἡμῖν ταύτην τὴν πανήγυριν ἐπιδείξαντες. ὑπόθεσις δὲ τῆς ἑορτῆς ἐμφάνεια Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐστίν· ἐπιδημία τοῦ ἀεὶ παρόντος· ἐπιστασία [3] τοῦ τὰ πάντα πληροῦντος· ἐποψία [4] τοῦ τὰ πάντα ὁρῶντος. εἰς τὰ ἴδια ἦλθε, φησὶ, καὶ οἱ ἴδιοι αὐτὸν οὐ παρέλαβον. μᾶλλον δὲ, ἐν τῷ κόσμῳ ἦν, καὶ ὁ κόσμος δι' αὐτοῦ ἐγένετο, καὶ ὁ κόσμος αὐτὸν οὐκ ἔγνω. ἀλλ' οὐ τῆς τῶν [5] ἀνθρώπων κατηγορίας ἡ ἄγνοια αὕτη. διὰ γὰρ θεότητα φύσεως ἀνέφικτος λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις ἐστὶν ὁ Θεός. οὐ πέφυκε γὰρ νοῦς ἀνθρώπων αὐτὸν καθορᾶν. διαδιδράσκει τῶν ἀνθρώπων τὸν νοῦν ἡ θεία φύσις· ὑψηλοτέρα τῶν ἡμετέρων ἐστὶ λογισμῶν. ζημιούμεθα οὖν ἐξ ἀμείνονος φύσεως θεογνωσίαν, ὅπερ ἵνα μὴ γένηται, ἀναλαμβάνει φύσιν ὁρωμένην ὁ ἀόρατος· δέχεται σῶμα ψηλαφώμενον ὁ ἁφῇ μὴ κρατούμενος· ὁ ἀόρατος Θεὸς, ὁρώμενος γίνεται· ὁ λόγος ψηλαφᾶται· ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ παῖς, συγγενὴς τῶν δούλων γίνεται, ἵνα μὴ διαλάθῃ [6] τὴν γνῶσιν τῶν ἀνθρώπων ἡ ὑπερβαίνουσα τὸν [7] ἄνθρωπον φύσις.

A I. Illustris præsentis solemnitatis est materia, communemque hominibus salutem afferens. Præclarus quoque est præsens hic conventus, oblatam gratiam animo neutiquam ingrato amplectens. Solet autem uberior illis gratia conferri, qui eam cum gratiarum actione suscipiunt. Tanta enim donorum mensura præbetur, quanta eorum est gratitudo qui ejusmodi donis potiuntur. Nam cum de accepto dono donatori gratias agis, non modo pro acceptis rependisti, verum etiam ad plura conferenda tibi donatorem obstrinxisti. Proinde cum gratiarum actione oblatam hanc gratiam suscipite, præsentemque solemnitatem vestra gratitudine nobis illustrem reddite. Caussa autem festi- B vitatis hujus est Dei inter homines manifestatio; adventus illius, qui semper adest; præsentia ejus, qui omnia implet; intuitus ejus, qui omnia videt. [a] *In propria venit*, inquit, *& sui eum non receperunt*. Immo vero, *in mundo erat, & mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognovit*. At hæc ignoratio non hominum accusationem habet. Deus enim ob naturæ suæ divinitatem, humana cogitatione apprehendi non potest. Neque enim mortalium intellectus idoneus est ad illum contuendum. Divina natura humanæ mentis captum effugit: sublimior est, quam ut nostro sensu attingi queat. Itaque propter naturæ excellentiam id damni patiebamur, ne Deum cognosceremus: C quod malum ne accidat, invisibilis visibilem naturam assumit; qui nulli tactui patet, corpus accipit palpabile: invisibilis Deus, visibilis efficitur: Dei Verbum contrectatur: unigenitus Dei Filius cum servis generis communione jungitur, ne illa captum hominum excedens natura, hominum cognitionem fugiat.

Καὶ μὴ νομίσῃς ἀλλότριον τοῦ Θεοῦ τὸν υἱὸν γεγενημένον. πάλαι γὰρ ἡ Θεοῦ παρουσία προεμελετᾶτο· καὶ τοῖς τύποις ἀεὶ τοῖς ἀνθρωπίνοις ἐγνώσθη φαινόμενος, ὕλαις κεχρημένος ὁρᾶσθαι παρ' ἡμῶν δυναμέναις. ἐπεὶ παραγενέσθω Ἰουδαῖος εἰς μέσον· [8] ἐλθέτω ὁ διαπιστῶν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐμφανείᾳ, φανείσῃ τοῖς ἀνθρώποις ἐν ἀνθρώπου φύσει· λεγέτω μοι, πῶς Μωϋσῆς εἶδε Θεόν. τὴν φύσιν εἶδε τὴν ἀόρα-

II. Neque vero existimes Filium a Deo factum esse alienum. Jam dudum enim Dei adventus præsignabatur, ac humanis semper figuris conspectus cognitus est, elementis usus quæ a nobis videri possent. Alioqui prodeat in medium Judæus: accedat, qui Deum humana natura indutum inter homines visum esse non credit: dicat mihi, quomodo [b] Moyses viderit Deum. Naturam ne vidit invisibilem? Nul-

a Joan. I. 11. 19. b Exod. XXXIII. 22.

1. Γέννησιν. 2. Δαψιλῆς. 3. Τοῦ πάντα. 4. Τοῦ πάντα. 5. Ὅλων. 6. Γνῶσις τὴν φύσιν τῶν ἀνθρώπων. 7. Ἄνθρωπον καὶ μή. 8. Παρέστω.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

του; οὐδαμῶς. ἀνέφικτος γὰρ αὕτη λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις. πῶς δὲ εἶδεν; εἰπέ. εἶδεν ἐκ τῆς βάτου ἀναπτόμενον πῦρ, καὶ τὴν βάτον [1] οὐ φθείρον. διὰ τί οὖν ἀπιστεῖς τῷ ἐκ παρθένου γεγεννημένῳ, καὶ τὴν [2] παρθενίαν μὴ φθείραντι; ἢ σὺ μὲν ἀκούων ὅτι ἐκ βάτου φθέγγεται Θεὸς, καὶ λέγει Μωϋσῇ· ἐγὼ ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακὼβ, καὶ ὅτι πεσὼν Μωσῆς προσκυνεῖ, πιστεύεις, οὐ λογιζόμενος τὸ πῦρ τὸ ὁρώμενον, ἀλλὰ Θεὸν τὸν φθεγγόμενον· ὅταν δὲ μήτρας παρθενικῆς μνημονεύσω, βδελύσσῃ καὶ [3] ἀποστρέφῃ; τί γὰρ εὐτελέστερον, εἰπὲ, βάτος, ἢ μήτρα παρθενικὴ καθαρὰ τῶν ἁμαρτίας παθῶν; οὐκ οἶδας ὅτι τὰ ἀρχαῖα μελέτη τῶν νεωτέρων, καὶ τῶν νῦν γενομένων ἐστί; τὰ B γὰρ μυστήρια προτυποῦται διὰ τῶν παλαιῶν. διὰ τοῦτο βάτος ἀνάπτεται, πῦρ φαίνεται, καὶ τὰ πυρὸς οὐκ ἐνεργεῖ· οὔτε [4] κολάζει. ἆρα ἐν τῇ βάτῳ οὐχ ὁρᾷς τὴν παρθένον; ἆρα ἐν τῷ πυρὶ οὐ βλέπεις τὴν φιλανθρωπίαν τοῦ παραγενομένου; ὁ κριτὴς ἐν τοῖς κρινομένοις, καὶ κρίσις οὐ γίνεται. ὁ δικαστὴς ἐν τοῖς καταδίκοις, καὶ οὐδαμοῦ τιμωρία. ὁ κριτὴς ἐπέστη οὐ κρίνων, ἀλλὰ [5] διδάσκων· οὐ καταδικάζων, ἀλλ' ἰατρεύων. ὁρᾷς πῶς ἐκεῖνο τὸ [6] ἥμερον πῦρ τὴν ὧδε φιλανθρωπίαν ἐμήνυσε; μὴ θαυμάσῃς, εἰ διὰ μήτρας παρθενικῆς Θεὸς ὢν τίκτεται· [7] οὐδὲ γὰρ ὕβριν ἡγεῖται Θεὸς, ὃ [8] πρόξενός ἐστι σωτηρίας τῆς ἀνθρωπίνης. σὺ δέ μοι μὴ οὕτως εὐτελῆ τὴν φύσιν τοῦ Θεοῦ ὑπολάβῃς, C ὡς καὶ ἐφικτὴν ὕβρεσι γενέσθαι ποτέ. οὐδὲ γὰρ, ὧν εἵλετο δι' ἡμᾶς εὐτελῶν, ὑβρίζει τὴν φύσιν ἐκείνην· οἰκειοῦται δὲ τὰ ἐλάττονα, ἵνα σώσῃ τὴν φύσιν τὴν ἡμετέραν· ὅταν οὖν τὰ μὲν εὐτελῆ τοῦ μακαρίου Θεοῦ τὴν φύσιν μὴ ἐνυβρίζῃ, σωτηρίαν τε ἀνθρώποις ἐργάζηται, πῶς ἐρεῖς, τὰ αἴτια τῆς ἡμῶν σωτηρίας ὕβρεως πρόξενα τῷ Θεῷ γεγονέναι;

A lo modo; eam enim humana mens assequi non potest. Quomodo ergo vidit? dic, obsecro. Vidit [a] ignem ex rubo ardentem, nec ipsum tamen rubum consumentem. Cur ergo ex Virgine nato, virginemque incorruptam servanti fidem non habes? An tu Deum ex rubo loquentem audiens, Mosique dicentem: [b] *Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Jacob*: & ipsum Moysen pronum adorantem, credis, non ignem reputans qui cernebatur, sed Deum qui loquebatur; cum vero virgineum uterum memoro, abominaris & aversaris? Dic mihi, quid est vilius, rubus ne, an uterus virgineus ab omni passione peccati purus? Ignoras quæ antiquitus gesta sunt, recentiorum B eorumque quæ nunc contigerunt, esse præludium? Mysteria namque veteribus illis typis præfigurantur. Quare rubus accenditur, ignis conspicitur, & tamen ignis natura fert, non operatur. (Illuminat, non consumit; splendescit, non incendit; beneficium præstat, pœnam non affert.) Nonne Virginem in rubo animadvertis? Nonne illius, qui ad nos descendit, caritatem humanitatemque in igne contueris? Judex inter reos versatur, neque tamen judicium exercetur. Judex inter damnatos adest, & nusquam supplicium cernitur. Judex advenit non judicans, sed docens; non condemnans, sed sanans. Cernis quo pacto mysticus ille ignis clementiam heic adhibitam indicarit? Ne mireris, si C Deus exsistens Verbum ex utero virgineo nascitur. Deus enim nihil ignominiosum ducit, quod humanam salutem conciliare natum est. Neque tu mihi Dei naturam ita vilem abjectamque arbitreris, ut aliquando injuriis obnoxia esse queat. Nihil enim eorum quæ abjecta ac vilia nostri caussa assumsit, illi naturæ ignominiam irrogat. Adsciscit sibi tamquam sua, deteriora quædam, ut nostram naturam salvet. Cum ergo humilia illa beati Dei naturæ nullam injuriam afferant, & humanam salutem operentur; quomodo dicere audes, quæ nobis salutis caussa exstiterunt, ea ignominiam Deo attulisse?

Ὤφθη τοίνυν Θεὸς σήμερον διὰ τῆς παρθένου, καὶ ἡ παρθένος ἔμεινε παρθένος, καὶ μήτηρ ἐγένετο. ὁ γὰρ ἀφθαρσίας πρόξενος, φθορὰν οὐκ ἐργάζεται· D ὁ ποιητὴς ἀφθαρσίας οὐδὲν διέφθειρεν. ἐπειδὴ δὲ καὶ Φωτεινὸς ψιλὸν ἄνθρωπον λέγει τὸν γεγεννημένον, [9] μὴ λέγων Θεοῦ εἶναι τόκον, καὶ τὸν ἐκ μήτρας προελθόντα, ἄνθρωπον [10] ὑποτίθεται διῃρημένον Θεοῦ, λεγέτω μοι νῦν πῶς φύσις ἀνθρωπίνη διὰ μήτρας παρθενικῆς τικτομένη, [11] τὴν παρθενίαν τῆς μήτρας ἐφύλαξεν ἄφθαρτον; οὐδενὸς γὰρ ἀνθρώπου μήτηρ παρθένος μεμένηκεν. ὁρᾷς πῶς διττὴν ἔννοιαν περὶ τοῦ τεχθέντος παρέχει μοι τὸ γεγεννημένον; εἰ μὲν γὰρ καθ' ἡμᾶς ἐτέχθη, ἄνθρωπος ἦν· εἰ δὲ τὴν μητέρα παρθένον ἐφύλαξε, Θεὸς ὁ τεχθεὶς τοῖς εὖ φρονοῦσι γνωρίζεται. Θεὸς γὰρ ἐπεδήμησε τῷ κόσμῳ, οὐ τόπον ἐκ τόπου μεταβὰς, ἀλλὰ φύσιν περιθέμενος τὴν ἐμήν· καὶ E ὡς εἶπον, ὀφθῆναι θελήσας ὁ τὴν φύσιν ἀόρατος. ὥστε οὐκ ἔσχεν ἀρχὴν τοῦ εἶναι Θεὸς ἐκ τοῦ τόκου, ἀλλὰ τοῦ φανῆναι ἀνθρώποις. ἐπειδὴ γὰρ Θεὸς ἦν, ἄνθρωπος γενέσθαι προείλετο διὰ φιλανθρωπίαν τὴν περὶ ἡμᾶς, ἵνα ἡμεῖς τὸν [12] κτίστην, ὡς συγγενῆ περιπτυξώμεθα· ἵνα ἔχωμεν θαῤῥεῖν, οἱ ἐξ οἰκείων κατορθωμάτων παῤῥησίαν οὐκ ἔχοντες. ἐπὶ γὰρ τοῦ βήματος ἀχθέντες οἱ ἐξ οἰκείων ἀρετῶν μὴ

III. Deus itaque hodie ex Virgine apparuit, & Virgo virginitatis integritate retenta, effecta est mater. Nam incorruptionis largitor corruptionem non D efficit; incorruptionis auctor nihil corrumpit. Quia vero & Photinus purum hominem dicit qui natus est, Dei prolem esse negans; illum qui ex utero prodiit, hominem a Deo distinctum esse contendit: exponat mihi nunc quei fieri possit ut natura humana ex utero virgineo edita, virginale claustrum incorruptum conservarit? Nullius enim hominis mater virgo permansit. Cernis quomodo quod natum est, duplicem de ipso nato sensum nobis offerat? Nam si more nostro fuisset natus, homo utique esset: si vero matris integritatem illæsam conservavit, apud recte ratiocinantes Deus esse noscitur qui natus est. Deus enim in mundum advenit, non de loco in locum commigrans, sed naturam meam as- E sumens: &, ut dixi, videri volens, cum natura sua sit invisibilis. Itaque ex partu accepit initium, non ut Deus esset, sed ut ab hominibus videri inciperet. Nam cum Deus esset, voluit homo fieri propter suam in nos clementiam, ut nos ipsum creatorem perinde atque cognatum complecteremur; & ut per ipsum fiduciam conciperemus, qui propriarum actionum qualitate premebamur. Etenim cum ad tribunal trahuntur qui propriarum virtu-

[a] Exod. III. 12. [b] Ibid.

1. Μὴ καίον. 2. Παρθένον.
3. Ἀναστρέφῃ. 4. Μὴ κολάζει.
5. Δικάζων. 6. Μυστήριον. Ισ. μυστικόν.
7. Οὐδέν. 8. Πρόξενον σωτηρίας ἀνθρώποις ἐστί.
9. Θεοῦ μὴ λέγων εἶναι τὸν τόκον.
10. Διῃρημένον Θεοῦ.
11. Τῆς παρθένου τὴν μήτραν.
12. Κτίστην.



παῤῥησιαζόμενοι, ὡς ἐκ συγγενοῦς ἰδίου καρποῦνται τὴν παῤῥησίαν. τί οὖν; ἐπιδημεῖ Θεὸς ὡς ἄνθρωπος, οὐ τόπον ἐκ τόπου ἀμείβων· ἀλλὰ τὴν ἀόρατον φύσιν ἐπιδεικνὺς ὁρατήν· καὶ ὀφθεὶς ὡς ἄνθρωπος, καὶ συγγενὴς ἀνθρώποις φανείς· καθὼς καὶ Εὐαγγελιστὴς ἀνακηρύττει λέγων· ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο.

Καὶ πῶς, φησιν, ὁ λόγος ἐγένετο σάρξ; πῶς δυνατὸν τὸν Θεὸν λόγον γενέσθαι ἄνθρωπον; ἐρωτᾷς τὸν τρόπον τῶν τοῦ Θεοῦ θαυμάτων; εἰ ἐφικτὸν ἦν ἡμῖν τὸ ἀκατάληπτον τοῦ λόγου, οὐκ ἦν θαῦμα, ἀλλὰ κατὰ φύσιν πρᾶγμα. εἰ δὲ θαῦμα καὶ σημεῖον τὸ γεγενημένον, παραχώρει τὸν λόγον τῷ θαυματουργοῦντι δεσπότῃ. ὅτι γὰρ ἐγένετο, γνῶναί σε βούλομαι, καὶ τὸ ἐκ τοῦ γενομένου κέρδος τῇ πίστει καρπώσασθαι· πῶς δὲ γέγονε, τῷ ἐνεργοῦντι παραχώρει. ἢ σὺ τῷ μὲν ἰατρῷ πιστεύεις προστάττοντι, καὶ οὐ περιεργάζῃ τὸν τρόπον τῆς θεραπείας, πιστεύων τῇ τέχνῃ τὴν σαυτοῦ σωτηρίαν· ἀλλ' οὐδὲ ἄλλος τις ἄτεχνος ὢν τὸν τοῦ τεχνίτου περιεργάζεται τρόπον, ἀλλὰ γνωρίζει μὲν τὸ γενόμενον, τὸν δὲ τρόπον τῇ τέχνῃ παραχωρεῖ· σὺ δὲ πάντων τῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεθαυματουργημένων τοὺς λόγους ἐπιζητεῖς, ὡς χρῄζων τῶν λόγων, ἵνα τὰ αὐτὰ τῷ Θεῷ θαυματουργῇς καὶ σύ; ἀλλ' ὅπερ ἔλεγον, καὶ νῦν λέγω· πράγματος, οὗ τὸν λόγον ἐπιγινώσκομεν, τούτου ἡ φύσις οὐ θαῦμά ἐστιν οὐδὲ σημεῖον. τοσοῦτό τί ἐστιν, ὃ λέγω· οἰκοδόμος κτίζει οἶκον· τὸν λόγον γινώσκομεν, τὰς ὕλας συντεθείσας γνωρίζομεν, λέγειν τὸ γεγενημένον δυνάμεθα, εἰ καὶ δι' ἀτεχνίαν ἐνεργεῖν οὐκ ἐσμὲν ἱκανοί. ἔπλασε τῷ ἐκ γενετῆς τυφλῷ ὀφθαλμοὺς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ λόγος ἐκ πηλοῦ· τοῦτο ὑπὲρ λόγον ἐστὶ τὸν ἡμέτερον. θαῦμα καλεῖται, λογισμοῖς ἀνθρώπων οὐκ ἐρευνώμενον· σημεῖον καλεῖται ὑπὲρ τὴν συνήθη φύσιν γεγενημένον· καὶ ὅτι μὲν ἐγένετο, ἴσμεν, τὸν δὲ τρόπον λέγειν οὐκ ἔχομεν. ἐκ πηλοῦ μὲν γὰρ κέραμος καὶ πλίνθος κατασκευάζεται, οὐκ ὀφθαλμὸν εὐγένεια πράττεται, οὐχ ὑμένες λεπτοὶ γίνονται, οὐχ ὁράσεως ποικιλία συνίσταται, οὐ περιφερείας ἀκρίβεια μετὰ τοσαύτης εὐχροίας τορνεύεται· πηλὸς οὐ πέφυκεν εἰς ὀφθαλμῶν ἀνάγεσθαι εὐγένειαν. οὐκοῦν ὅπερ ἡ φύσις τῆς γῆς οὐκ ἐπιδέχεται, οὐ γὰρ πέφυκεν ἐπιδέχεσθαι ὀφθαλμοῦ τὴν ἰδέαν, ταύτην ἐδέξατο τοῦ θαυματουργοῦντος πρὸ τὸ ἑαυτοῦ θέλημα τὴν φύσιν ἑλκύσαντος, οὐκ αὐτοῦ δουλεύοντος τῷ λόγῳ τῆς φύσεως. μηκέτι οὖν εἰς ἀσθένειαν ἀνθρωπίνης καταπίπτε φύσεως, μηδὲ λέγε· πῶς ἀνθρώπου φύσις ἐχώρησε τὸν Θεόν; πῶς Θεὸς γέγονεν ἄνθρωπος; πῶς Θεὸς λόγος σὰρξ ὁρωμένη γεγένηται; ἀλλ' ὅτι μὲν γέγονε, πίστευε· τὸν δὲ τρόπον εἰδέναι, δὸς τῷ πεποιηκότι.

Εἰ δὲ θέλεις καὶ ἐξ ὑποδείγματος σαφηνίσαι τὸ προκείμενον, ἐγὼ δείξω σοι, πῶς τὸ ἀσώματον σωματοῦται, τὸ ἀόρατον ὁρᾶται, τὸ ἀψηλάφητον ψηλαφᾶται, οὐ τῇ οἰκείᾳ φύσει μεταβληθέν, ἀλλὰ ἀναλαβὸν σχῆμα ὁρώμενον, καὶ ψηλαφώμενον. ὁ λόγος οὗτος, ὁ προφορικὸς ἐκ τῶν ἀνθρώπων φημί, ᾧ κεχρημένοι ἀλλήλοις τε συγγινόμεθα, καὶ τὰ ἐνθύμια ἀλλήλοις ἑρμηνεύομεν, λόγος ἐστὶν οὐχ ὁρώμενος, ἀλλ' οὐδὲ χερσὶ ψηλαφώμενος, ἀκοῇ δὲ μόνον ἐνηχούμενος· ἀλλ' ἐπειδὰν τὸν προφορικὸν λόγον ὑπόδειγμα τοῦ ἐνυποστάτου Θεοῦ λόγου φέρω, μὴ νομίσῃς με προφορικὸν λέγειν τὸν Θεὸν λόγον· ἄπαγε· λόγος γὰρ εἴρηται ὁ μονογενής, ἑρμηνευτὴς

A tum præſidiis niti non poſſunt, tamquam ex cognati ſui meritis fiduciam ſumunt. Quid igitur? Advenit Deus homo, non de loco in locum tranſmigrans, ſed inviſibilem naturam viſibilem exhibens: quatenus & ut homo viſus eſt, & hominibus cognatus apparuit; ſicut etiam Evangeliſta prædicat, dicens: a *Verbum caro factum eſt*.

IV. Sed dicet aliquis: Quomodo fieri poteſt, ut Deus Verbum homo fiat? Modum quæris miraculorum Dei? Si rationis hujus incomprehenſibilitas a nobis poſſet comprehendi, miraculum utique non eſſet, ſed res ſecundum naturam. Si vero quod factum eſt ſignum eſt ac miraculum, facti rationem B miraculorum auctori Domino relinque. Nam factum eſſe ſcire te volo, lucrumque ex eo quod factum eſt, fide percipere: quomodo autem factum ſit, effectori relinquito. An tu medico præcipienti credis, ſalutemque tuam arti permittens, medicinæ rationem curioſe non perquiris: ſed neque alius quiſpiam artis rudis, artificis rationes inveſtigat; ſed opus ipſum agnoſcens, facti rationem arti committit: tu vero omnium divinorum miraculorum rationes perſcrutaris, quaſi ideo rationibus indigeas ut tu quoque eadem cum ipſo miracula facias? Sed quod dixi, iterum repeto: rei cujus rationem cognoſcimus, ejus naturam neque miraculum eſſe neque ſignum. Verbi gratia: Faber C ædificat domum; ædificii rationem agnoſcimus, materias ſimul compoſitas cernimus, rem factam eloqui poſſumus, etiamſi propter imperitiam idonei operarii non ſimus. Unigenitum Dei Verbum cæco a nativitate de luto formavit oculos: hoc ſupra noſtram eſt rationem; cumque humana ratione perveſtigari non queat, ſignum vel miraculum appellatur. Nam quod præter conſuetum naturæ curſum fit, id ſignum vocatur: & quod factum quidem eſt novimus, modum autem effari non valemus. Ex luto ſiquidem vas fictile aut later conficitur, non oculorum elegantia formatur, non tenues illæ membranulæ fiunt, non pupillæ decor aut varietas conſtituitur, non ipſius circumferentiæ D artificium tanta cum coloris venuſtate efformatur. Lutum enim in oculorum venuſtatem (noſtra arte) evehi non poteſt. Itaque quod terræ natura non patiebatur (non enim apta erat, quæ oculorum formam ſuſciperet) eam ſuſcepit, ipſo miraculorum patratore naturæ legi non ſerviente, ſed naturam ad ſuæ ipſius voluntatis nutum rapiente. Quapropter ne ad humanæ naturæ infirmitatem ultra reſpicias, neque dixeris: Quomodo humana natura Deum potuit capere? quomodo Deus factus eſt homo? quomodo Deus Verbum caro viſibilis factus eſt? ſed factum eſſe crede; modum vero & rationem ſcire factori relinque.

E V. Quod ſi exemplo aliquo propoſitam rem nos declarare cupis, equidem oſtendam qua ratione incorporeum corporeſcat; & inviſibile viſibile fiat; & impalpabile, contrectabile evadat, propria natura non demutata, ſed figura viſibili & contrectabili ſumta. Verbum hoc, prolatum inquam ab hominibus, quo utimur dum ſermones inter nos habemus & cogitationes ad invicem explanamus, verbum eſt, quod neque oculis cerni, neque manu valeat apprehendi, ſed auditu dumtaxat percipi. Verumtamen dum verbum hoc noſtrum prolatitium in ſubſiſtentis Dei Verbi exemplum aſſumo, nemo exiſtimet nos Dei Verbum prolatitium dicere; ab-

a Joan. I. 14.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

τῆς θείας γραφῆς τὸ ἀπαθὲς αὐτοῦ τῆς γεννήσεως· ἐπειδὴ καὶ νοῦς ἀνθρώπων ἀπαθῶς τίκτει τὸν λόγον. διὰ τοῦτο ὅπου μὲν υἱὸν αὐτὸν προσαγορεύει τοῦ πατρὸς, ὅπου δὲ λόγον ὀνομάζει, ἑτέρωθι ἀπαύγασμα καλεῖ ἡ θεία γραφή· ἕκαστον τούτων τῶν ὀνομάτων περὶ αὐτοῦ λέγουσα, ἵνα νοῇς τὰ περὶ Χριστοῦ λεγόμενα, βλασφημίας ἐκτός. ἄλλοτε γὰρ ἄλλαις περὶ αὐτοῦ προσηγορίαις ἐχρήσατο, ἡρμοσμένην δόξῃ Θεοῦ τὴν διδασκαλίαν ποιήσασθαι θέλουσα.

sit. Nam cum divina scriptura unigenitum Dei Filium Verbum nominat, nativitatem ipsius impatibilem insinuat; quoniam & humana quoque mens impassibiliter verbum suum generat. Quamobrem Scriptura sacra modo Patris Filium illum appellat; nonnumquam Verbum nominat; interdum etiam Patris splendorem vocat: quolibet autem horum nominum eo fine ipsum appellat, ut quæ de Christo dicuntur, citra blasphemiam intelligas. Alias enim aliis nominibus ipsum designat, ut Dei gloriæ convenientem doctrinam tradat.

Οἷόν τί ἐστιν ὃ λέγω. υἱὸν καλεῖ τοῦ πατρὸς [1] μονογενῆ, τὸ ὁμοούσιον τῇ δόξῃ παραστῆσαι θελήσασα· ἐπειδὴ γὰρ ὁ σὸς υἱὸς τῆς αὐτῆς σοι φύσεως γεγένηται, βουλόμενος ὁ λόγος μίαν οὐσίαν δεῖξαι πατρὸς καὶ υἱοῦ, λέγει υἱὸν τοῦ πατρὸς, τὸν ἐξ αὐτοῦ [2] γεννηθέντα μονογενῆ. εἶτα ἐπειδὴ γέννησις καὶ υἱὸς ἐφ' [3] ἡμῖν ἔμφασιν παρέχει τοῦ κατὰ τὴν γέννησιν πάθους, τοῦτον τὸν υἱὸν προσαγορεύει καὶ λόγον, τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως τῷ ὀνόματι τούτῳ δηλῶν. ἀλλ' ἐπειδὴ πατήρ τις γενόμενος, ὡς ἄνθρωπος, ὁμολογουμένως πρεσβύτερος τοῦ ἰδίου υἱοῦ ἐπιδείκνυται, παρεχούσης τῆς προσηγορίας αὐτῆς, προεπινοεῖν τοῦ υἱοῦ τὸν πατέρα, ἵνα μὴ αὐτὸ καὶ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ὑπολάβῃς, συνυπάρχοντα δὲ τῷ πατρὶ τὸν μονογενῆ νοήσῃς διηνεκῶς, ἀπαύγασμα καλεῖ τὸν μονογενῆ τοῦ πατρός. τὸ γὰρ ἀπαύγασμα τίκτεται μὲν ἐξ ἡλίου, οὐδαμῶς δὲ νοεῖται τοῦ ἡλίου μεταγενέστερον· ἀλλ' ἀφ' οὗπερ ὁ ἥλιος, ἐκ τότε καὶ τοῦ ἡλίου τικτόμενον τὸ ἀπαύγασμα νοοῦμεν. τὸ οὖν συνυπάρχειν ἀεὶ τῷ πατρὶ τὸν υἱὸν, μηνυέτω σοι τὸ ἀπαύγασμα· τὸ ἀπαθὲς τῆς γεννήσεως δηλούτω ὁ λόγος· τὸ ὁμοούσιον ὁ υἱὸς γνωριζέτω.

VI. Exempli caussa. Naturæ consubstantialitatem adstruere volens, unigenitum ex Patre natum, Patris Filium appellat. Quia enim tuus filius ejusdem tecum nascitur naturæ; ideo unam eamdemque Patris & Filii substantiam esse scriptura ostendere volens, unigenitum ex Patre natum, Patris Filium appellat. Deinde vero, quoniam generatio & filius, passionem quæ in generatione accedit, apud nos denotant; ideo hunc Dei Filium, Verbum etiam nominat, nativitatis impatibilitatem nomine hoc exprimens. Quia vero quivis pater effectus, quatenus homo, citra ullam controversiam filium suum ætate antecedit, (nam ipsum paternitatis vocabulum id secum fert, ut pater ante filium exstitisse intelligatur) ne hoc ipsum divinæ quoque naturæ accidisse suspiceris, sed ipsum Unigenitum cum Patre semper exsistere confitearis, unigenitum Dei Filium Patris splendorem vocat [a]. Splendor namque e sole quidem producitur, non tamen intelligitur sole posterior; sed ex quo sol est, ex tunc splendorem a sole profectum cogitamus. Coexsistere itaque semper Patri Filium, splendoris vocabulum tibi denuntiet: generationis impatibilitatem Verbum ostendat: consubstantialitatem Filius insinuet.

Ἀλλ' ἐπανέλθωμεν ἐπὶ τὸ προκείμενον, καὶ τοῦ σήμερον τεχθέντος Θεοῦ λόγου δηλώσωμεν τὴν ἐμφάνειαν, καὶ διὰ ὑποδείγματος ἐπιδείξωμεν, πῶς τὸ τῇ φύσει μὴ ὁρώμενον, ὁρώμενον γίνεται, καὶ τὸ μὴ ψηλαφώμενον δι' ἀσώματον φύσιν, δείκνυται ψηλαφώμενον. ὁ λόγος τοίνυν οὗτος, ὃν προφέρομεν ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαις, ᾧπερ κεχρήμεθα, λόγος ἐστὶν ἀσώματος, οὐ τῇ ὄψει φαινόμενος, [4] οὐχ ἁφῇ ψηλαφώμενος· ἀλλ' ἐπειδὰν ὁ λόγος ἐνδύσηται γράμματα καὶ στοιχεῖα, φαινόμενος γίνεται, ὄψει καταλαμβάνεται, ἁφῇ ψηλαφᾶται. ὑπόθου γάρ μοί τινα φθεγγόμενον πρός τινα· μὴ ὁ προϊὼν ὁρᾶται λόγος; μὴ τῇ χειρὶ ψηλαφῶμεν τὸν προχεόμενον λόγον; ἐὰν δὲ ἃ εἶπεν, ἐν χάρτῃ γράψῃς, ὃ πρότερον οὐχ ἑώρας, ὕστερον ὁρᾷς. καὶ ὅπερ οὐκ ἐψηλάφας πρότερον εἶδος τοῦ λόγου, τοῦτο διὰ τοῦ χάρτου ψηλαφᾷς καὶ τῶν γραμμάτων. τίνος ἕνεκεν; ὅτι ὁ ἀσώματος λόγος τὸ σῶμα τοῦ χάρτου, καὶ τὸ σχῆμα τῶν στοιχείων ἐνδέδυται. οὐκοῦν ἐπειδὴ σαφὲς τὸ ὑπόδειγμα γέγονε, καὶ ὑπεμνήσθης τῷ ὑποδείγματι τῷ γενομένῳ κατὰ συνήθειαν, φέρε δείξωμεν πῶς ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ Θεὸς λόγος, ὁ προαιώνιος [5] συνὼν τῷ πατρὶ, ἀσώματος ὢν τὴν φύσιν, ἀνθρώπου φύσιν οἰκειωσάμενος ὕστερον, ἐτέχθη διὰ παρθένου, οὐκ ἀρχὴν λαβὼν τοῦ εἶναι Θεὸς, ἀλλ' ἀρχὴν λαβὼν τοῦ φανῆναι ἄνθρωπος. μὴ γὰρ εἴπῃς· ἐπειδὴ παρὰ τοῦ πατρὸς γεγέννηται ὁ μονογενὴς, πῶς ἐτέχθη πάλιν ἐκ παρθένου; ἐκ τοῦ πατρὸς γεγέννηται τῇ φύσει, ἐκ παρθένου γεννᾶται δι' οἰκονομίαν· ἐκεῖνο ὡς Θεὸς, τοῦτο ὡς ἄνθρωπος. ἐπεὶ καὶ ὁ σὸς λόγος γέννημά ἐστι τῆς σῆς διανοίας.

VII. Sed jam ad institutum redeamus, & Verbi hodierna die nati manifestationem ostendamus, exemploque declaremus, quo pacto id quod natura sua cerni nequit, fiat visibile; quodque ob incorpoream naturam palpabile non est, evadat palpabile. Verbum igitur hoc quod proferimus, quo in mutuis colloquiis utimur, verbum est incorporeum, nec visu, nec tactu percipi natum. At ubi verbum hoc litteras induit & elementa, mox visibile factum, tam visu hauritur, quam tactu deprehenditur. Pone enim quempiam cum alio loquentem; num procedens videtur verbum? num manu tractamus prolatum verbum? Si autem quæ dicebantur in charta scripseris; quod prius non videbas, postea vides; & quam sermonis formam antea contrectare non poteras, eam per chartam & characteres jam contrectabis. Quid ita? Quia verbum antea incorporeum, corpus chartæ elementorumque figuras induit. Cum ergo exemplum jam adductum dilucidum sit, eoque exemplo satis usitato sis admonitus; age ostendamus quo pacto unigenitus Dei Filius, Deus Verbum incorporeæ naturæ perinde ac Pater ante omnia sæcula naturaliter exsistens, humana natura sibi postea adscita, per Virginem ortus sit, non ut Deus esset, sed ut homo appareret, initium sumens. Neque enim mihi dicas, cum Unigenitus natus sit ex Patre, quomodo rursus nascitur ex Virgine? Ex Patre natus est secundum divinitatis naturam, ex Virgine nascitur propter dispensationem: hinc ut Deus est, hinc nascitur ut homo. Nam & tuum quoque verbum, quædam mentis tuæ proles est. At postea quam

[a] Heb. I. 3.

1. Τὸν μονογενῆ. 2. Γεγεννημένον. 3. Ημῶν. 4. Οὐ τῇ ἁφῇ. 5. Συὼ τῷ πατρὶ.

ἀλλ᾽ ἐπειδὰν τὸν λόγον τοῦτον, ὃν ἔτεκεν ὁ σὸς νοῦς, ἐνθεῖναι θελήσῃς καὶ στοιχείοις καὶ γράμμασι, καὶ ἐντυπῶσαι βουληθῇς τῷ χάρτῃ, χειρὶ γράφεις τὰ γράμματα· καὶ τρόπον τινὰ πάλιν διὰ τῆς χειρὸς τίκτεις τὸν λόγον, οὐ τότε λαβόντα τὴν ἀρχὴν τοῦ εἶναι, ὅτε διὰ χειρὸς ἐγράφη· οὐδὲ τότε προελθόντα εἰς τὸ εἶναι, ὅτε ἡ χεὶρ [1] ἐτύπου τὰ γράμματα· ἀλλ᾽ ἐκ μὲν τοῦ νοῦ γεγένηται, τοῦ δὲ φανῆναι τὴν ἀρχὴν ἐκ τῆς χειρὸς ὁ λόγος ἐδέξατο τυπούσης τὰ γράμματα.

A verbum iſtud quod mens tua peperit, elementis & litteris volueris exprimere & in charta efformare, manu litteras deſcribis, & verbum tuum quodammodo per manum denuo paris: non quod tum ſui eſſe initium ſumat, cum per manum ſcribitur; aut quod tum demum, quando manus litteras effingit, exſiſtere incipiat (jam enim ante ex mente natum erat;) ſed quod tunc verbum per manum (litteras fingentem,) initium ut cerni queat accipiat.

Ἐπεὶ οὖν τὸ ὑπόδειγμα σαφὲς, καὶ ἡ εἰκὼν γνωριμωτάτη γεγένηται, φέρε τῷ [2] πρωτοτύπῳ ἐφαρμόσωμεν τὴν εἰκόνα· ὧδε νοῦν, ἐκεῖ νόει πατέρα· ὧδε λόγον ἐκ τοῦ νοῦ γινώσκεις τικτόμενον, ἐκεῖ λόγον οὐσιώδη καὶ ἐνυπόστατον νόει. ἐκ τοῦ πατρὸς γεγεννημένον· ὧδε χεῖρα βλέπεις διὰ γραμμάτων τίκτουσαν λόγον, ἐκεῖ νόει παρθένον διὰ τοῦ σώματος τὸν λόγον ὠδίνουσαν· οὐχὶ τὴν ἀρχὴν [3] θεότητος δοῦσαν διὰ τοῦ τόκου· μὴ γένοιτο· ἀλλὰ τὸ φανῆναι Θεὸν ἀνθρώποις γενόμενον ἄνθρωπον. ἐπειδὴ γὰρ ἐγένετο ὅπερ ἐγὼ, ἀναγκαίως ἐτέχθη καθάπερ [4] κἀγὼ, μετὰ τῆς ἐμῆς φύσεως καὶ τὸν ἐμὸν τόκον ἀναγκαίως αἱρούμενος. διὰ τοῦτο καὶ γέννησιν ᾠκειώσατο Θεὸς λόγος· καὶ μητέρα ἠσπάσατο τὴν παρθένον· καὶ διὰ μήτρας ἦλθε κοσμουμένης τῇ παρθενίᾳ. οὐδὲν γὰρ, ὧν ἔπλασεν, ὁ Θεὸς βδελύττεται· ἐπειδήπερ οὐδὲν ἀνάξιον αὐτοῦ τῶν ἔργων ἐγένετο. πάντα καλὰ, καὶ καλὰ λίαν, ἐὰν ταῦτα ἴδωμεν ὡς ὁ πλάστης εἶδε γεγενημένα. εἶδε γὰρ ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. ἀπαθέσι βλέπε πάντα τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ εἰ ὡς ὁ Θεὸς αὐτὰ βλέπεις, λίαν καλά. ἐξόρισον τὸ πάθος, καὶ γνωρίσεις τὴν εὐγένειαν τοῦ γενομένου· τί οὖν θαυμαστὸν, εἰ ἐν ἰδίῳ ἔργῳ καὶ οἴκῳ κατεσκήνωσεν ὁ Θεός;

VIII. Cum ergo exemplum hoc evidens exſiſtat, notiſſimamque imaginem reddat, age ſimilitudinem hanc ipſi prototypo adaptemus. Heic itaque cernis B mentem, ibi conſidera Patrem; heic verbum ex mente productum agnoſcis, ibi Verbum eſſentiale ſubſiſtenſque ex Patre natum contemplare; heic manum per litteras verbum parientem conſpicaris, ibi intellige Virginem per corpus Verbum generantem; non quod ex ſuo partu divinitati initium dederit; abſit; ſed quod Deum inhumanatum humanis aſpectibus conſpicuum reddiderit. Quia enim id factus eſt quod ego, neceſſario natus eſt ſicut ego, ut cum mea natura generationem quoque meam conſequenter admitteret. Quamobrem & generationem ſibi Deus Verbum adſcivit, & matrem eligens virginem proceſſit per uterum virginitate decoratum. Nihil enim Deus ex iis averſa- C tur, quæ formavit: quandoquidem nihil operis ab eo factum eſt, quod ipſo cenſeatur indignum. Omnia namque bona, & quidem valde bona, ſi ea intueamur, ut conditor jam facta intuitus eſt. [a] *Vidit* enim *Deus omnia quæ fecerat, & ecce bona valde*. Omnia proinde quæ aſpicis, oculo a perturbationibus immuni aſpice; & ſi ut ipſe Deus ea videbis, omnia eſſe valde pulchra deprehendes. Abjice paſſionem, & ſummam in Dei opere nobilitatem comperies. Quid ergo mirum eſt, ſi Deus in proprio opere & domo habitare voluerit?


Σὺ δὲ λέγεις, ἀξίως μὲν αὐτὸν ἐν οὐρανοῖς κατοικεῖν· ἀναξίαν δὲ μονὴν αὐτοῦ τὸν ἄνθρωπον οἴει, κρίνων τὰ πράγματα οὐ τῇ ἀληθείᾳ τῶν λόγων, ἀλλὰ τῷ πάθει καὶ τῇ προλήψει. τί γὰρ ὑψηλότερον, εἰπέ μοι, οὐρανὸς, ἢ ἄνθρωπος; μὴ γάρ μοι τῇ τῶν στοιχείων πρόσχῃς λαμπρότητι, μηδὲ διὰ τὴν εὔχροιαν προκρίνῃς τὴν φύσιν, μηδὲ τὴν ἐκπηδῶσαν μαρμαρυγὴν τοῦ ἡλίου καταπλαγῇς, μηδὲ, ὅτι ἐγὼ δέρμα τε καὶ κρέας ἐνδέδυμαι κατὰ τὸν θεῖον Ἰὼβ· ἀλλὰ λογικῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν σκόπησον, βλέπε τὴν ἀνθρώπου κατασκευὴν, καὶ θαύμασον τὸ ζῶον. νοῦν ἔχει πάντων ζώων κρατεῖν τε καὶ ἄρχειν δυνάμενον· χεῖρας ἔλαβεν ὑπηρετουμένας τοῦ νοῦ τῇ σοφίᾳ, ὄργανα παντοδαπῆς τέχνης δημιουργά. μόνον τῶν κτισθέντων πάντων ἐλεύθερον ἀνάγκης γέγονε· κύριον γνώμης ἰδίας μόνον τὸν ἄνθρωπον ἔκτισεν ὁ Θεός. οὐχ ὁρᾷς ἥλιον ἠναγκασμένους τρέχοντα δρόμους; οὐ βλέπεις μονοειδῆ αὐτοῦ τὴν φοράν; διὰ τί; ἐπειδὴ γνώμης ἰδίας οὐ γέγονε κύριος. σὺ δὲ προέρχῃ ἐλεύθερος. πράττεις ὃ βούλει, οὐκ ἔχεις ἀνάγκην ὠθοῦσάν σε βίᾳ; ἐλεύθερος τῇ ψυχῇ κατέστης. ἥλιος δοῦλος ἀνάγκης· ἄνθρωπος δὲ τὴν γνώμην ἐλεύθερος. τίς οὖν ἀμείνων εἰπέ μοι, ὁ δοῦλος, ἢ ὁ ἐλεύθερος; ὁ ὑπὸ ζυγὸν ἀνάγκης, ἢ ὁ πάσης ἀνάγκης [5] ἀπόλυτος; οὐδὲν θαυμαστὸν, οὐδὲν παράδοξον, εἰ ἐν ἀνθρώπῳ ᾤκησεν ὁ Θεὸς, ὃν ἰδίαν εἰκόνα εὐθὺς πλάσας ἠσπάσατο.

IX. Sed dicis, decenter illum quidem in cælis habitare: ſed hominem indignam ipſo habitationem D putas, non veritate rationum, ſed paſſione anticipataque opinione rei naturam judicans. Dic quæſo, quid ſublimius, cælum ne, an homo? Non mihi jam elementorum ſplendorem attendas; non propter coloris elegantiam rerum naturas præferas; non coruſcantis ſolis radios obſtupeſcas; non te moveat, quod ego, juxta divinum Job [b], pelle & carne indutus ſum: ſed rationalis animæ excellentiam conſidera, hominis conſtitutionem contuere; ita hoc animal admirabere. Mentem habet, qua ceteris omnibus animantibus dominari ac imperare poteſt: manus ſortitus eſt mentis intelligentiæ adminiſtras, quibus tamquam inſtrumentis omne artificii genus operatur. Solum hoc animal inter cetera omnia a co- E actione liberum conditum eſt: ſolum hominem ſuæ voluntatis dominum creavit Deus. Nonne cernis ſolem naturali quadam neceſſitate ad actum volvi? nonne conſtantem ſemperque ſibi ſimilem illius converſionem advertis? Cur autem hoc? Quia ſuæ voluntatis non habet arbitrium: tu vero procedis liber, facis quod lubet; neceſſitatem quæ te per vim impellat, nullam pateris: animo conſtitutus es libero. Sol famulatur neceſſitati: homo voluntatem ſortitus eſt liberam. Quis ergo, dic mihi, præſtantior eſt, ſervus, an liber? neceſſitatis jugo ſubjectus, an ab omni neceſſitate immunis? Nihil igitur mirum, nihil incredibile aut novum, ſi in homine habitavit Deus, quem ad ſuam imaginem formatum [c] benigne complexus eſt.

a Gen. I. 24. b Job X. 11. c Gen. I. 26. 27.

1. Ἐτετύπου. 2. Πρώτῳ τύπῳ. 4. Θεότητι. 4. Ἐγώ. 5. Ἐλεύθερος.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



Τὴν γὰρ περὶ τὸν ἄνθρωπον πρόθεσιν ὁ Θεὸς εὐθὺς ἐν προοιμίοις τῆς κτίσεως ἐπεδείξατο· χοῦν μὲν λαβὼν ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ πλάσας αὐτόν· εἰκόνα δὲ κατασκευάσας τῆς ἰδίας θεότητος. διὰ τί οὖν ὃν ἔμελλε τῇ κατασκευῇ τιμᾷν, οὕτως ἐξ εὐτελοῦς φύσεως ἔπλασε; διὰ τί μὴ ἀπὸ τῆς λαμπρότητος τοῦ ἡλίου λαβὼν, ἐποίησεν αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον, ἀλλ' ἀπὸ γῆς καὶ χοὸς αὐτὸν διαπλάττει, τοῦ κάτω κειμένου, καὶ πατουμένου στοιχείου; τίνος ἕνεκεν, θέλεις μαθεῖν; ἐπειδὴ τῇ ἑαυτοῦ εἰκόνι ἔμελλε τιμᾷν τὸν ἄνθρωπον, εὐτελῆ αὐτῷ δίδωσι τὴν φύσιν, ἵνα ἡ ὑπερβολὴ τῆς τιμῆς μὴ ἐπαίρῃ τὸν ἄνθρωπον εἰς ἀπόνοιαν· ἵνα ὅταν ὑπὲρ τὴν φύσιν τιμήσῃ, συσταλῇ τῇ μνήμῃ τῆς φύσεως, καὶ γνωρίσῃ τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς, οὐ τῆς αὐτοῦ ἀξίας, ἀλλὰ τῆς χάριτος τοῦ δεδωκότος. οὐκοῦν καὶ τοῦτο φιλανθρωπία τοῦ κατασκευάσαντος ἦν, τὸ τὴν εἰκόνα τοῦ Θεοῦ ἐκ γῆς ἔχειν τὴν φύσιν. ἐνέχυρον γὰρ εἶχε τὴν φύσιν μετρίου φρονήματος.

X. Suum namque erga hominem consilium in ipso statim creaturæ primordio declaravit: pulverem quidem ex terra sumens formavit eum, & simulacrum suæ divinitatis effecit. Sed cur, quem tanto ornatu decoraturus erat, ex tam vili substantia formavit? Cur non ex solis splendore materiam sumens, ipsum hominem condidit; sed ex terra terræque pulvere, elemento utique infimo omniumque pedibus conculcato, illum effinxit? Vis scire, quam ob caussam? Quoniam hominem sua imagine honoraturus erat, ipsi vilem naturam tribuit, ne forte honoris excellentia elevaret hominem in superbiam: ut cum super naturam eum honoraret, abjectæ naturæ suæ memoria a fastu compesceretur; simulque agnosceret honoris amplitudinem non sui meriti esse, sed largitoris gratiæ. Pertinuit itaque & hoc quoque ad creatoris benignitatem, ut ipsa imago Dei ex terra haberet naturæ originem. Naturam enim illam pro moderati animi pignore habebat.

Ὥστε εὐγενὲς ζῶον ὁ ἄνθρωπος, εἰ καὶ ὕστερον ὑβρίσθη τοῖς ἐπεισελθοῦσι παθήμασι. μὴ γὰρ αὐτὸν ἴδῃς προσκεκρουκότα, ἀλλὰ πρὸ τῆς παραβάσεως τοῦ νόμου τῆς εἰκόνος τοῦ Θεοῦ τὴν εὐγένειαν λόγισαι. τί οὖν ἐξευτελίζεις τὸν ἔκπτωτον, τῆς πρώτης αὐτοῦ κατασκευῆς ἐπιλελησμένος, καὶ τὴν τιμὴν τὴν ἀρχαίαν οὐ λογιζόμενος, ἣν αὐτῷ πάλιν μετὰ πολλῆς τῆς φιλοτιμίας [1] ἀποδέδωκεν ὁ Θεὸς, ἑνώσας ἑαυτῷ τὴν ἰδίαν εἰκόνα; οὐδὲν οὖν ἀπᾷδον τῆς ἐκείνου φιλανθρωπίας ἐγένετο. οὐδὲ γὰρ ἐφύβριστον ἀγαθῷ δεσπότῃ, κοινωνῆσαι δούλῳ τῶν δουλικῶν εἰς ὠφέλειαν οἰκέτου. οὐ γὰρ ὑβρίζεται τούτοις ὁ ἀγαθὸς, ἀλλ' ὅπερ ἐστὶ, διὰ τῶν τοιούτων γνωρίζεται. καὶ μὴ θαυμάσῃς [2] τοῦ πράγματος· καὶ γὰρ νῦν, ἐὰν σεαυτὸν οἶκον κατασκευάσῃς Θεοῦ, καὶ ἐν σοὶ κατοικεῖ, εἰ καὶ μὴ οὕτως ὡς ἐν τῷ Χριστῷ· ἐν Χριστῷ γὰρ κατοικεῖ πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος σωματικῶς. ἀλλ' ὢ τοῦ θαύματος· πᾶν τὸ πλήρωμα τῆς θεότητος ἐν ἑνὶ σωματικῶς κατοικεῖ, καὶ πάντα πληροῖ, καὶ ὑπερέχει τὴν κτίσιν, ὅλος ὢν ἐν ἑνὶ, καὶ τῶν κτισμάτων οὐδενὸς χωριζόμενος. καὶ μὴ δή σοι τὸ εἰρημένον φαινέσθω ἀδύνατον· καὶ γὰρ κἀγὼ νῦν προφέρομαι λόγον· οὗτος ὁ λόγος ἐστὶν ἐν ἑνὶ, καὶ ἐν πᾶσιν ὁ λόγος γέγονε· καὶ ὅλον τὸν λόγον ἐχώρησεν εἷς, καὶ ὑπὸ πλήθους ὁ λόγος οὐ περιγράφεται. εἰ τοίνυν τὸ πρᾶγμα γινόμενον καὶ φθειρόμενον καὶ ἐν ἑνὶ ὅλον οἰκεῖ, καὶ ἐν πᾶσι γίνεται, τί θαυμαστόν σοι φαίνεται, εἰ Θεὸς καὶ ὅλος ἐν οὐρανῷ ᾤκησε, καὶ ἐν πᾶσιν εὑρίσκεται;

XI. Est ergo nobile animal, homo; licet passionibus postea subeuntibus, magna ignominia sit affectus. Non enim illum spectes, postea quam offendit; sed illam divinæ imaginis nobilitatem ante legis transgressionem æstimes velim. Cur ergo statu lapsum contemnis, primæ conditionis illius oblitus; honoremque quo initio cumulatus fuerat, nullius esse pretii ratus, quem illi Deus, cum sibi propriam imaginem unisset, munificentissime denuo restituit? Nihil proinde ab illius benignitate alienum admissum est. Neque enim turpe est bono domino, si in servi utilitatem in quibusdam servilibus cum servo communicet: siquidem qui bonus est, hujusmodi rebus nulla injuria violatur; sed qualisnam sit, per talia deprehenditur. Nec est quod rem mireris. Si enim dignum Deo habitaculum nunc te ipsum constitueris, in te quoque habitabit, etiamsi non ad eum modum, quo in Christo: [a] *In Christo enim inhabitat omnis plenitudo divinitatis corporaliter.* Sed, o miraculum! Omnis plenitudo divinitatis in uno habitat corporaliter, & tamen omnia implet, & universam excedit creaturam: totus exsistit in uno, & a nulla creatura separatur. Nec quod heic dicitur, tibi impossibile videatur. Etenim ego quoque verbum nunc profero, & hoc ipsum verbum totum est in uno, & totum rursum in omnibus factum est: & totum hoc verbum hausit unus, neque a multitudine ita circumscribitur, (quin singuli hauriant totum.) Si itaque res ortui occasuique obnoxia, tota exsistit in uno, & tota comperitur in omnibus; quid mirum tibi videtur, si Deus & totus in cælo erat, & totus invenitur in omnibus?

Ὑπόθεσις τοίνυν τῆς [3] νῦν πανηγύρεως, [4] τὸν Θεὸν γενέσθαι ἄνθρωπον, ἑλόμενον τὰ ἀνθρώπινα, ἵνα δῷ τὰ θεϊκά· καὶ οἰκειωσάμενον τὰ πάθη, ἵνα χαρίσηται τὴν ἀπάθειαν· ὑπεισελθόντα θάνατον, ἵνα τὴν ἀθανασίαν δωρήσηται· καὶ ἴδια τὰ τῶν ἀνθρώπων ἐκτήσατο πάθη, οὐ τὴν φύσιν μεταβαλλόμενος, τῇ δὲ γνώμῃ τοῦτο οἰκειούμενος· καὶ λίαν εἰκότως ταῦτα ποιεῖ, τὸν ἄνθρωπον σῶσαι προθέμενος. διὰ ποίαν οὖν αἰτίαν ἴδια τὰ πάθη τὰ τῶν ἀνθρώπων πεποίηται; ἐπειδὴ ἐβούλετο [5] πάθος πάθει ἀναιρεῖν, καὶ θανάτῳ καταργῆσαι θάνατον, καὶ διὰ τῶν ὁμοειδῶν τὰ ὁμοειδῆ καταπαλαῖσαι ἠθέλησεν. οἰκειοῦται τὸν σταυρὸν, ἰδιοποιεῖται τὸ ῥάπισμα, τὸν δεσμὸν ἑαυτοῦ πεποίηται· ἵνα Θεοῦ γενόμενα τὰ πάθη κατὰ πα-

XII. Hodiernæ itaque solemnitatis caussa & fundamentum est, Deum hominem factum suscepisse humana, ut tribuat divina; & proprias sibi fecisse passiones, ut nobis impatibilitatem donet; mortem subiisse, ut immortalitatem nobis largiatur. Et licet humanæ naturæ incommoda ut propria suscepit, propriam tamen naturam non demutavit, sed voluntarie id tamquam suum sibi vendicavit; & id quidem admodum apposite fecit, postea quam hominem salvare proposuerat. Sed quam ob caussam humanæ naturæ passiones sibi proprias fecit? Quia passiones per passionem adimere, mortemque morte abolere, ac similia similibus voluit debellare. In se suscepit crucem, suam fecit alapam, vincula sua fecit; ut Dei propriæ effectæ passiones, adversus

[a] Coloss. II. 9.

1. Απέδωκεν. 2. Περὶ τοῦ. 3. Σήμερον. 4. Τό. 5. Πάθη.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



A θῶν ἐξουσίαν λάβωσιν. οὔτε γὰρ φύσις Θεοῦ ἠδίκηται· οὐδὲ γὰρ μεταβολῇ ἰδίᾳ τὰ πάθη ἐδέξατο· καὶ τὴν ἰσχὺν παρὰ Θεοῦ τὰ πάθη κατὰ τῶν ὁμοειδῶν λαμβάνει. λοιπὸν γὰρ ὁ θάνατος, ὡς Θεοῦ γενόμενος, καταργεῖ τὸν θάνατον· καὶ ἀποθανὼν λύει τὴν τυραννίδα τοῦ θανάτου, ἐπειδὴ καὶ Θεὸς, καὶ ἄνθρωπος ἦν. οὐ γὰρ ψιλὸν ἄνθρωπον ἐσταύρωσαν οἱ Ιουδαῖοι, οὐδὲ τὴν ὁρωμένην μόνην καθήλωσαν φύσιν· ἀλλ᾽ εἰς τὸν ἐν αὐτῇ Θεὸν ἤγαγον τὰ τολμήματα, τῆς ἡνωμένης φύσεως οἰκειωσάμενον τὰ πάθη. καὶ ἵνα σοι καὶ τοῦτο γένηται σαφὲς, ἐπὶ τὸ ἐν ἀρχῇ ῥηθὲν ὑπόδειγμα τὸν λόγον ἀγάγωμεν.

passiones acciperent poteſtatem. Neque enim Dei natura læſa eſt, nec per ſui mutationem paſſiones in ſe ſuſcepit; ſed vim illis divinam contra hujuſmodi paſſiones tribuit. Mors namque veluti ipſius Dei facta mortem deſtruit: & moriens ille, mortis tyrannidem ſolvit, quoniam ſimul Deus & homo erat. Neque enim purum hominem crucifixerunt Judæi; neque eam ſolum naturam quæ cernebatur, transfixerunt; ſed in ipſum Deum qui unitæ naturæ perpeſſiones ſibi appropriabat, impii temerariique exſtiterunt. Ut autem & hoc ipſum quoque tibi perſpicuum evadat, ad exemplum in exordio propoſitum orationem rurſus reducamus.

B Κείσθω γὰρ βασιλέα φθέγγεσθαι λόγον, καὶ τοῦτον ἐντυποῦσθαι διὰ γραμμάτων χάρτῃ τινὶ, τὴν λεγομένην σάκραν ἐξαποστέλλειν ταῖς πόλεσι, λόγον ἠμφιεσμένον, καὶ χάρτῃ καὶ γράμμασιν ἐλευθερίαν χαριζόμενον, ἢ ἄλλα δῶρα βασιλικὰ τοῖς δεομέναις κομίζοντα· ἀλλὰ ταύτην τὴν σάκραν, τὴν λεγομένην τῇ τῶν Ιταλῶν φωνῇ, ὑποδεχέσθω ἄπιστός τις, καὶ ἀπειθὴς, καὶ τῆς πόλεως ἐχθρὸς, καὶ τοῦ βασιλέως πολέμιος, καὶ λαβὼν τὸν χάρτην διαῤῥηγνύτω. τί ἐῤῥάγη ἐνταῦθα; εἰπέ μοι· ὁ χάρτης μόνος, ἢ καὶ ὁ λόγος ὁ βασιλικός; καὶ μὴν εἰ χάρτης μόνον διεῤῥάγη, αὐτῷ μόνον ὤνιον ἦν τὸ φθαρὲν, ἀνεύθυνος ὁ ῥήξας, ἢ πέντε ὀβολοῖς μόνοις ὑπεύθυνος ἦν. ἀλλὰ δίδωσι δίκην τὴν ἐσχάτην, καὶ C τιμωρεῖται, καὶ τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεται, οὐχ ὡς χάρτην λυμηνάμενος μόνον, ἀλλ᾽ ὡς καὶ λόγον διαῤῥήξας βασιλικόν. καὶ μὴν ὁ τοῦ βασιλέως λόγος ἐστὶν ἀπαθὴς, οὔτε [1] χερσὶ λαμβανόμενος τῇ ἑαυτοῦ φύσει, οὐδὲ διαῤῥαγῆναι δυνάμενος. ἀλλὰ καὶ αὐτὸς διεῤῥάγη, τοῦ χάρτου καὶ τῶν γραμμάτων τὸ πάθος οἰκειωμένος. ὁρᾷς πῶς τὸ ἀπαθὲς δέχεται πάθος, ἐπειδὰν φύσει κοινωνήσῃ παθητικῇ; οὐδὲ γὰρ ὁ λόγος τῇ οἰκείᾳ φύσει διέῤῥηκτο· καὶ τὸ πάθος τοῦ χάρτου, καὶ τῶν στοιχείων ἐδέξατο.

XIII. Fingamus itaque, regem quempiam ſermonem depromere, qui libertatis vel aliorum regalium munerum quibus oportet impertiendorum, decretum in ſe contineat, illudque in charta aliqua, quam Sacram vocant, litteris expreſſum, ad hanc vel illam civitatem mittere: ſi hanc, quæ Romanorum lingua dicitur Sacra, aliquis perfidus, & inobediens, & civitatis inimicus, ac regis hoſtis intercipiat, interceptamque dilaceret; jam dic mihi, quid heic laceratum eſt, charta ne ſola, an etiam decretum regium? Atqui ſi ſola charta dilaniata dicatur, parvo admodum ipſa laceratio poterit redimi: tenebiturque hac ratione lacerator aut nulli, aut ſane vix quinque obolorum mulctæ obnoxius. Ejuſmodi autem ſupremum ſupplicium dependit, pœnaque afficitur capitali, ut qui non ſolum chartam diſruperit, ſed regium quoque decretum laceraverit: cum utique imperiale verbum ſecundum ſe impatibile, taleque ſit, quod ſua ipſius natura neque manibus contrectari, neque diſcindi poſſit. Et tamen ipſum quoque diſciſſum dicitur, quia chartæ & litterarum paſſionem tamquam propriam in ſe transfert. Cernis hinc, quo pacto id quod nulli ſecundum ſe paſſioni obnoxium eſt, eo ipſo paſſioni ſubjicitur, quod cum patibili natura communicationem ſortiatur? Neque enim ſermo, quod ad propriam naturam attinet, dilaniatus eſt; & tamen chartæ elementorumque paſſionem in ſe excepit.

D Μὴ θαῤῥείτω τοιγαροῦν ὁ Ιουδαῖος, ὡς ψιλὸν ἄνθρωπον σταυρώσας· τὸ γὰρ φαινόμενον χάρτης ἦν, τὸ δὲ ἐν αὐτῷ κρυπτόμενον, λόγος βασιλικὸς, ἐκ φύσεως οὐ διὰ γλώττης προενεχθείς. λόγος μὲν γὰρ ὁ μονογενὴς λέγεται, οὐ προφορικὸς δὲ, ἀλλ᾽ οὐσιώδης καὶ ἐνυπόστατος· οὐδὲν μὲν τῇ οἰκείᾳ φύσει πάσχων, ὢν ἀπαθὴς λόγος, ἴδια δὲ ποιούμενος τὰ τοῦ φαινομένου παθήματα. καὶ ὥσπερ ὁ βασιλικὸς λόγος καὶ τῶν γραμμάτων [2] τὴν φύσιν ἐδέξατο αὐτὸς, καὶ τὸ πάθος τοῦ χάρτου ἴδιον τοῦ λόγου γεγένηται, οὕτως ὁ μονογενὴς [3] Θεὸς λόγος τὰ τοῦ καθηλωθέντος ἴδια πεποίηται πάθη. διὰ τοῦτο ὥσπερ ὁ σάκραν βασιλικὴν λυμηνάμενος, ὡς βασιλέως ῥήξας τὸν λόγον, τὴν ἐπὶ θάνατον ἄγεται· E οὕτως ὁ σταυρώσας Ιουδαῖος τὸ φαινόμενον, δίκας δίδωσιν, εἰς αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον ἐκτείνας τὸ τόλμημα· ὁ γὰρ Θεὸς λοιπὸν ὡς ἴδιον πάθος ἐκδικεῖ τὸ γενόμενον. ἀλλ᾽ ἱκανὰ τὰ εἰρημένα. ἐπειδὴ φροντίζειν δεῖ καὶ τῆς μνήμης τῆς ὑμετέρας· τὸ γὰρ πλῆθος τῶν λεγομένων, ὑπερβλύζον τῆς τῶν ἀκροωμένων ἐννοίας, ἀμνήμονα τὸν ἀκροατὴν τῶν εἰρημένων ποιεῖ. γένοιτο δὲ χάριτι Θεοῦ, καὶ τὰ εἰρημένα τῇ μνήμῃ ὑμᾶς περιλαβεῖν, καὶ ἑτέρους ἐκ τούτων ὠφελεῖν, καὶ τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν ἀντὶ τούτων κληρονομεῖν. ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἐπιτυχεῖν χάριτι τοῦ Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

XIV. Ne igitur jactet ſe Judæus, tamquam qui purum hominem cruci affixerit. Nam quod cernebatur, charta quidem erat; quod vero in ea abditum latitabat, regius erat ſermo, non lingua, ſed natura productus. Verbum namque Unigenitus dicitur, non prolatitium, ſed ſubſtantiale ac ſubſiſtens: neque in propria natura patiebatur aliquid, cum eſſet impatibile Verbum; ſed illius quod cernebatur patique poterat, paſſiones veluti proprias in ſe transferebat. Et quemadmodum ſermo regius & litterarum naturam in ſe ſuſcepit, & chartæ paſſionem ſibi ipſi appropriavit; ita unigenitum Dei Verbum crucifixi corporis paſſiones ſibi fecit proprias. Quare ut is qui Sacram regiam violavit, veluti qui ipſum regis verbum diſcerpſerit, ultimo afficitur ſupplicio; ſic Judæus quoque id quod cernebatur crucifigens, perinde pœnas dabit, ut qui in ipſummet Dei Verbum impius exſtiterit. Jam enim Deus illorum ſcelus tamquam ſuam injuriam ulciſcitur. Sed ſatis de his jam dictum fuerit. Nam & veſtræ quoque memoriæ rationem habere oportet: ſiquidem dictorum copia auditorum mentem obruens, ipſum auditorem, eorum quæ dicta fuerant, immemorem reddit. Faxit gratia Dei, ut illa quæ propoſita ſunt, memoria complexi, aliis quoque de horum copia prodeſſe poſſitis, regnumque cælorum pro his hereditetis. Quod utinam nos omnes per Chriſti gratiam adipiſcamur: cui ſit gloria & poteſtas in ſæcula ſæculorum. Amen.

1. Ἐν χερσί. 2. Τὴν ὕλην. 3. Τοῦ Θεοῦ.


Sæcul. V. circa Ann. Chr. 429.

ΘΕΟΔΟΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ἈΓΚΥΡΩΝ

Ὁμιλία λεχθεῖσα ἐν Ἐφέσῳ πρὸς Νεστόριον, ἐν ἡμέρᾳ Ἰωάννου τοῦ εὐαγγελιστοῦ.





THEODOTI

ANCYRÆ EPISCOPI

*Homilia Ephesi contra Nestorium habita, * in die sancti Joannis evangelistæ.*

A Ὅπερ ἐστὶ τοῖς σώμασιν ἡμῶν ἰατρὸς, τοῦτο ταῖς ψυχαῖς ἱερεύς. ἐπειδὴ γὰρ νόσημα ψυχῶν ἐστιν ἡ πλάνη, καὶ χρονίζουσα θάνατον τὸν τῆς τιμωρίας [2] ἐπήγαγεν, ᾠκονόμισεν ἡ τοῦ πνεύματος χάρις [3] ἰατρείαν ψυχῆς, τὴν ἱερωσύνην τὴν ἁγίαν, καὶ τὸ [4] προσληφθὲν τῷ πάθει μέλος ἐξέκοψεν· οὐκ ἐκείνου ἀφειδῶν, ἀλλὰ τῶν λοιπῶν μελῶν φειδόμενος. ἐπειδὴ γὰρ τὸ συνεχὲς τῆς σήψεως τῆς σαθρᾶς μετάδοσιν εἰργάζετο τῆς κακίας, ἐκτέμνει τὸ μέλος, ἵνα ἐπιτέμνῃ τὴν κακίαν. καὶ ἔστι τὸ εἶδος τοῦτο οὐκ ὠμότης, ἀλλὰ θεραπεία. δακρύων μὲν γὰρ ὁ ἰατρὸς ἐκτέμνει τὸ μέλος· ἀλλ᾽ ἀφειδῶν, τὴν τμῆσιν θεραπείαν εἰργάσατο. ἀρχαῖον τοῦτο τῆς θεραπείας τὸ εἶδός ἐστι, καὶ ἄνωθεν· B οὕτως οἱ ἅγιοι ἐπεμελήθησαν τῆς [5] πανσέμνου ταύτης ἐκκλησίας. ἔχει γὰρ ὁ ἱερεὺς καὶ ξίφος, οὐχ ἵνα κακώσῃ, ἀλλ᾽ ἵνα θεραπεύσῃ. καὶ τοῦτο δηλοῦσα ἄνωθεν ἡ χάρις πρῶτον τῷ Ἱερεμίᾳ ἐμήνυσε, λέγουσα· κατέστησά σε σήμερον ἐπὶ βασιλείας καὶ ἔθνη, ἐκριζοῦν, καὶ κατασκάπτειν, καὶ ἀπολλύειν, καὶ ἀνοικοδομεῖν, καὶ καταφυτεύειν. οὐ φυτεύεται γὰρ εὐσέβεια, μὴ ἐκκοπείσης κακίας. εὔλογον μὲν πρῶτον ἀρδεύειν, ἐπιμελείᾳ γεωργικῇ χρῆσθαι, λόγους [6] προσάγειν εὐσεβείας, ἐπιμέλειαν παντοίαν [7] προσάγειν τῷ μέλει. εἰ δὲ ἡ κακία κρείττων γένοιτο τῆς ἐπιμελείας, ἡ ἐκκοπὴ ἴαμα τῶν οὕτω διακειμένων ἐστί. C πῶς γὰρ ἄν τις ἐπιμελήσαιτο τῶν οὕτω διακειμένων, τῶν ὀνειδιζόντων Θεῷ τὰ ἀνθρώπινα, καὶ τὴν χάριν ἐν μέρει ὀνείδους ποιουμένων;

Τί λέγεις; εἰπέ. Θεὸν, φησὶν, οὐ λέγω πεπονθέναι. εἰ μὲν πρὸς τὴν φύσιν βλέπεις, καλῶς ὁρᾷς· εἰ δὲ παντελῶς ἀναιρεῖς τὸ πάθος, ἀρνῇ τὴν οἰκονομίαν. μὴ γὰρ ὀνειδίσῃς Θεῷ παθόντι, ἀλλὰ τῶν παθημάτων βλέπε τὰ κατορθώματα. εἰς εὐτέλειαν κατέβη Θεὸς, οὐ μειωθεὶς τὴν φύσιν, ἀλλὰ τὴν χάριν δωρούμενος. ἔμεινεν ὃ ἦν, προσέλαβεν ὃ οὐκ ἦν. ἔμεινε Θεὸς διὰ τὴν ἑαυτοῦ φύσιν· γέγονεν ὅπερ σὺ διὰ τὴν περὶ σὲ φιλανθρωπίαν. D μὴ οὖν τὸ εἶδος τῆς ἐπιμελείας ὕβριν νομίσῃς· μὴ ὀνειδίσῃς τῷ ἰατρῷ, εἰ ἐν εὐτελείᾳ σώματος τὴν ὑγίειαν εἰργάσατο. οὐ γὰρ ὕβρις ἐστὶν ἡ εὐτέλεια, ἀλ-

A I. Quod corporibus nostris est medicus, hoc animabus est sacerdos. Etenim quia animi morbus est error, qui inveteratus mortis supplicium inducit; Spiritus sancti gratia animarum medicinam sacerdotium instituit, membrumque morbo correptum excidi curavit: non quod illud negligeret, sed reliquis membris consultum cupiens (eum enim continens illa tabes, pravæ corruptionis incrementa paullatim generaret.) membrum putridum præcidendum existimavit, quo vitium exscinderet. Estque hæc curandi ratio non crudelitas, sed medicina. Sane medicus flens membrum præscindit; verum dum non parcit, ipsam sectionem in medicinam convertit. Neque genus hoc B medendi novum est, sed antiquum, & jam inde ab initio usurpatum. Hac enim ratione sancti patres venerandam hanc ecclesiam curarunt & conservarunt. Obtinet sacerdos quoque gladium, non ut lædat, sed ut medelam afferat. Atque hoc ipsum olim superna gratia insinuans Jeremiæ indicavit, dicens: [a] *Constitui te hodie super regna & gentes, ut evellas, & destruas, & disperdas, & reædifices, & plantes.* Neque enim pietas inseritur, nisi malitia ante fuerit exstirpata. Par est utique primo rigare, culturæ industria uti, pietatis sermonem adhibere, & omne denique medicamenti genus applicare. Verum si tabes major fuerit quam ut curationem admittat, tunc demum mem- C brorum ita affectorum sectio est medicina. Qua enim ratione quispiam ei medeatur, qui ita comparatus est, ut Deo humanæ naturæ conditiones probro vertat, beneficiumque contumeliæ loco ducat?

II. Quid dicis? responde. Deum, inquit, passum non dico. Sane si ad deitatis naturam spectes, non erras: sin vero perpessionem simpliciter illi adimas, dispensationem pernegas. Ne ergo perpessiones Deo improperes, sed perpessionum utilitatem inspicias. In humilitatem Deus se se demisit, nullam secundum propriam naturam perpessus diminutionem, sed hanc nobis gratiam faciens. Hoc quod erat permanens, assumsit quod non erat. Deus esse non D destitit propter propriam naturam: quod autem tu es, id factus est ille ob suam in te benignitatem. Ne igitur curationis modum in contumeliam vertas; neque improperes medico, si in corporis humilitate constitutus, tuam operatus est sanitatem.

a Jerem. I. 10.

1. Αγκύρας: 2. Ms. Seg. ἐπῆγεν. 3. Ibid. θεραπείαν ψυχῶν. 4. Ibid. προληφθέν. 5. Ibid. πανσέπτου. 6. Ibid. προσφέρειν. 7. Ibid. προσφέρειν.

* Colitur a Græcis die 26. Septembris. Theodotus autem fuisse Chalcedone dicitur die 4. Septemb. Harduinus.

λαὶ δεῖγμα φιλανθρωπίας. κατέβη πρός σε, οὐχ ἵνα μείνῃ κάτω, ἀλλ' ἵνα σε πρὸς ἑαυτὸν ἀναγάγῃ. μὴ ἀρνήσῃ τὴν κατάβασιν, ἵνα μὴ ἀπολέσῃς τὴν [1] ἀνάβασιν· δέξαι τὴν ὕβριν, τὴν σὴν δόξαν γεννήσασαν. οὐκ ὑβρίσαι φύσις, ἀλλ' ἡ χάρις δωρεῖταί σοι τὰ ἀγαθά. διά σε τὸν ὑβρισμένον οἰκέτην ὁ δεσπότης ὑβρίζεται. τὰ σὰ ἀνέλαβεν, ἐπειδὴ σὺ τὰ ἐκείνου κατέλιπες.

A Non est illa humilitas probri loco, sed humanitatis argumentum. Descendit ad te, non ut in inferioribus hæreat, sed ut te ad se ipsum subvehat. Ne infitieris descensum, ut non amittas ascensum: amplectere contumeliam, quæ tuam peperit gloriam. Divinitatis natura nullam ignominiam est perpessa; gratia autem tibi contulit beneficia. Propter te servum ignominiam promeritum, ignominia afficitur Dominus. Quæ tua sunt ille assumsit, quoniam tu quæ illius erant deserueras.

Ἀπεδράσαμεν ἡμεῖς ἀγαθοῦ δεσπότου. οὐκ ἠνέγκαμεν τὴν παρὰ τοῦ δεσπότου δεδομένην χάριν. πρὸς χρείαν τὴν ἀπόλαυσιν τοῦ παραδείσου ἐλάβομεν· τὸν νόμον παρετρώσαμεν· τὸν νομοθέτην παρέβημεν· τῷ ἐχθρῷ ἐπείσθημεν· [2] ἐξεπέσαμεν τῆς τιμῆς· εἰς τὸν περίγειον τόπον ὁ δραπέτης διῆγεν· οὐκ [3] ἀνένευσε πρὸς τὸν δεσπότην· ἡ ἡδονὴ κάτω κατεῖχε τὸν φυγάδα· ἡ ἁμαρτία δεσμώτην ἔσχε τὸν δραπέτην· ἀπέγνω τῆς ἡμῶν διανοίας, ὡς οὐ δυναμένης ἀνανεῦσαι πρὸς τὸν Θεόν. τί οὖν; ἡ ἐμὴ βραδύτης ζημιώσει Θεὸν τὸ κάλλιστον κτῆμα τὸν ἄνθρωπον; ἀλλ' οὐκ ἠνέσχετο [4] τούτου ὁ τῶν ὅλων Θεός. οὐδὲ γὰρ ἔδει, φθόνον κρατεῖν δεσποτικῆς χάριτος· οὐδὲ τὴν τοῦ Θεοῦ δωρεὰν ἔδει νικᾶσθαι ὑπὸ τῆς ἐπιβουλῆς τοῦ διαβόλου. τί οὖν ὁ δεσπότης ποιεῖ; παραγίνεται πρὸς τὸν δραπέτην· ὁ γὰρ δοῦλος πρὸς ἐκεῖνον ἰέναι οὐκ ἠδύνατο· παραγίνεται πρὸς τὸν οἰκέτην, οὐκ ἐν ἀξιώματι δεσποτικῷ· οὐκ ἀγγέλων δορυφορίαν προαποστέλλων· οὐκ ἀρχαγγέλων κινῶν τὰς φάλαγγας· οὐ πῦρ κινῶν· οὐ στοιχεῖα σαλεύων· τοῦτο γὰρ ἦν φυγάδα ποιῆσαι τὸν δραπέτην· ἀλλὰ παραγίνεται, ἀγρεῦσαι τὸν φυγάδα βουλόμενος, κατασχεῖν τὸ ἴδιον κτῆμα θέλων· οὐ σοβεῖ τῷ φαινομένῳ, ἀλλὰ πρὸς ὁμιλίαν ἐκκαλεῖται τῇ εὐτελείᾳ τοῦ προσώπου· γίνεται σύνδουλος, ἵνα [5] ἀναδειχθῇ [6] δεσπότης.

III. Nos a pio Domino aufugimus, gratiamque ab eodem oblatam non tulimus. Ad usum delicias paradisi accceperamus; sed legem violantes, nec B non in legislatorem prævaricantes & hosti morem gerentes, ex honore excidimus. In terrestri hoc loco degebat ille fugitivus, neque oculos ad Dominum sublevabat; voluptatis sensus deorsum mersum tenebat; ipsa vis peccati vinctum habebat fugitivum; desperabat posse fieri, ut humana mens Deum susciperet. Quid ergo? Numquid mea tarditas Deum pulcherrimæ hujus possessionis quæ homo est, jactura afficiet? Absit: nequaquam enim id universorum Deus est passus. Nefas enim erat, ut invidia gratiam Domini superaret: sed neque decebat, ut Dei donum insidiis diaboli devictum cederet. Quid igitur Dominus facit? Venit ad fugitivum: servus enim ad ipsum venire non poterat. Accedit ad ser- C vum non majestate herili, non angelorum satellitia præmittens, non archangelorum phalanges ciens, non igneos globos vibrans, non elementa concutiens; (hoc enim erat, facere ut fugitivus Dominum advenientem fugitaret) sed ita accedit, ut fugitivum capiat, propriamque possessionem recuperet. Non enim per visibilem speciem illum abigit; sed personæ humilitate ad familiaritatem & amicitiam provocat: efficitur conservus, ut dominus * declareris.

Διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὁ μέγας ἀπόστολος ἔλεγε· τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν ἐνταῦθα λέγει. εἰπέ, τίνα ἡ μήτηρ ἔθετο τὴν προσηγορίαν τῷ βρέφει; καλέσεις γάρ, φησί, τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν. ποῦ ὁ διαιρῶν τὸν Χριστόν; ποῦ ὁ τὸ μυστήριον ἡμῶν ὁμωνυμίαν ἐργασάμενος: καὶ Χριστὸν μὲν ἕνα λέγων, δύο δὲ ὑποτιθέμενος· τὸν μὲν δοῦλον, τὸν δὲ δεσπότην· τὸν μὲν πάσχοντα, τὸν δὲ μὴ πάσχοντα; τίς ἡ ὄνησις τῆς μιᾶς προσηγορίας, δύο κειμένων πραγμάτων; τοῦτο φρονείσθω ἐν ὑμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. Ἰησοῦν λέγει τοῦτον τὸν ὁρώμενον, ὃν οὕτως ἐκάλεσεν ἡ παρθένος. τοῦτο φρονείτω ἕκαστος ἐν ἡμῖν, ὃ καὶ ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ. τί γὰρ ἐφρονήσαμεν ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ; ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. τί ἐστι τὸ λεγόμενον; ὁ ἐξ ἁρπαγῆς ἐλευθερίαν λαβών, οὐδὲν δουλικὸν ὑπομένει, ἵνα μὴ πρόκριμα τῇ ἐλευθερίᾳ ποιήσῃ. τί οὖν αὐτός; ἐπειδὴ τῇ φύσει δεσπότης ἦν, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ. τὸ γὰρ τῆς οἰκονομίας οὐδὲν ἔβλαψε τὴν θεότητα. ὃς ἐν μορφῇ Θεοῦ ὑπάρχων, οὐχ ἁρπαγμὸν ἡγήσατο τὸ εἶναι ἴσα Θεῷ, ἀλλ' ἑαυτὸν ἐκένωσε, μορφὴν δούλου λαβών.

IV. Propter hoc enim magnus ille apostolus dicit: [a] *Hoc sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Jesum heic vocat. Dic quæso, quale nomen D mater infanti indidit? [b] *Vocabis*, inquit, *nomen ejus Jesum.* Ubi est qui Christum dividit, qui nostrum hoc mysterium ad homonymiam redegit? utpote unum Christum nominans, re ipsa autem duos ponens; alterum servum, alterum dominum; alterum patibilem, alterum impatibilem? Quid proficit una appellatio, ubi duæ res ponuntur? *Hoc*, inquit, *sentite in vobis, quod & in Christo Jesu.* Jesum nominat qui cernebatur, cui virgo id nominis imposuerat. Hoc quivis in se sentiat, quod est in Christo Jesu. Quid ergo in Christo Jesu sensimus? Nempe quod [c] *cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, se Deo esse æqualem.* Quid est quod dicitur? Sane qui per rapinam libertate poti- E tur, nihil servile pati sustinet, ne libertati aliquod præjudicium generet. Quid ergo ille? Quoniam natura Dominus erat, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo. Dispensationis enim mysterium divinitatem non læsit. [d] *Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est, esse se æqualem Deo: sed semet ipsum exinanivit, formam servi accipiens.*

[a] Philipp. II. 5. [b] Luc. I. 31. [c] Philipp. II. 6. [d] Ibid. ᵛᵛ. 6. 7.

1. Ms. Seg. ἄνοδον. 2. Ἐξεπέσομεν. 3. Ἀνένευσε. 4. Τοῦτο. 5. Ἀναδειχθῇς. 6. Ἡ δεσποτεία.

* Declaretur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

Εἰπέ μοι τὴν τοῦ μονογενοῦς κένωσιν, εἰ μὴ A τὰ ἀνθρώπινα πέπονθε, ποῦ ἐκενώθη; ὅταν δὲ λέγω πεπονθέναι Θεὸν, φυλάττων τὴν φύσιν ἀπαθῆ λέγω· πάθος γὰρ περιῆψε Θεῷ, οὐ φύσις παθητὴ, ἀλλὰ [1] πρὸς τὸ παθητὸν ἕνωσις. ἐπειδὴ γὰρ ὁ φιλάνθρωπος δεσπότης συμπαθῆσαι [2] προσέθετο τῷ οἰκέτῃ, εἶχε δὲ τὴν φύσιν ἀπαθῆ, ἑνώσας ἑαυτῷ τὸ παθητὸν, τὸν σκοπὸν ἀνεπλήρωσεν, οὕτω παραγέγονεν ὁ δεσπότης· οὕτως ἐπέστη τῷ φυγάδι. ὡς σύνδουλος φαινόμενος, καὶ ὡς δεσπότης εὐεργετῶν· μορφὴν δούλου δεικνὺς, καὶ χάριν δεσπότου χαριζόμενος· πεινῶν ὡς δοῦλος, καὶ ἄρτους πηγάζων ὡς Θεός· κοπιῶν ὡς ἄνθρωπος, καὶ ἐπὶ νώτου θαλάσσης βαδίζων ὡς Θεός· ὑποστελλόμενος τὸν σταυρὸν ὡς B ἄνθρωπος· καὶ γὰρ τοῖς πάθεσιν ἐπιστοῦτο τὸ φαινόμενον, καὶ τοῖς θαύμασιν ἐδείκνυ τὸ κρυπτόμενον. οὕτω φανεὶς ἄνθρωπος ἡμᾶς ἅπαντας εἰς τὴν οἰκειότητα συνήγαγεν. Ἰωάννην ἡμῖν διδάσκαλον ἐπέστησε, τὸν υἱὸν τῆς βροντῆς, τὸν κεχαρισμένον τῇδε τῇ μητροπόλει, τὸ κοινὸν τῆς οἰκουμένης κειμήλιον, τὸν ἑνὶ στίχῳ πᾶσαν ἐκθέμενον τὴν εὐσέβειαν. [3] ὁ λόγος, φησὶ, σὰρξ ἐγένετο· ὁ ὢν ἐγένετο σάρξ· ὢν μὲν διὰ τὴν φύσιν, ἐγένετο δὲ διὰ τὴν οἰκονομίαν. δι' οὗ, καὶ μεθ' οὗ, τῷ πατρὶ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.


V. Explana mihi unigeniti exinanitionem. Quomodo enim se exinanivit, si humana non perpessus? Verumtamen cum Deum passum dicimus, semper naturam illius a passione eximimus. Etenim non natura passibilis, sed unio ad id quod pati poterat, Deum patibilem effecit, (in naturam enim illius passio nulla cadit.) Postea quam enim misericors Deus servo compati decreverat, cum naturæ esset impatibilis, eo quod pati poterat, sibi unito, propositum suum adimplevit. Ad hunc modum Dominus ad nos accessit, eaque ratione servo fugitivo adstitit. Ut conservus visebatur, & ut Dominus beneficia impartiebatur: servi formam præ se ferebat, & gratiam ut Dominus subministrabat: esuriebat ut servus, & panes multiplicabat ut Dominus: ut homo defatigabatur, ut Deus super dorsum maris ambulabat: crucem formidabat ut homo; (nam visibilis naturæ passionibus quod cernebatur adstruebat) & miraculis latentem naturam demonstrabat. Hoc modo homo apparens, nos omnes in suam familiaritatem adduxit. Joannem nobis magistrum præfecit tonitrui filium, huic metropoli donatum, communem terrarum orbis thesaurum; qui unico versiculo universam pietatem explicavit: [a] *Verbum*, inquit, *caro factum est*. Quod erat, factum est caro. Erat quidem per naturam, factum est autem per dispensationem. Per quod, & cum quo, Patri sit gloria & imperium cum sancto Spiritu, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

a Joan. I. 14.

1. Η πρός. 2. Προέθετο. 3. Ο λόγος γάρ, φησι.



SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
429.



ΘΕΟΔΟΤΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΑΓΚΥΡΑΣ

Εἰς ἁγίαν Θεοτόκον καὶ εἰς τὸν Συμεῶνα λόγος.



THEODOTI

EPISCOPI ANCYRÆ

Sermo in ſanctam Deiparam & in Symeonem.

ΠΡοφητικὸς ἡμᾶς καὶ τήμερον ἐπὶ τὰ θεῖα εὐχαριστήρια διεγείρει καὶ συνωθεῖ λόγος. εὐαγγελίσασθαι ἡμέραν ἐξ ἡμέρας τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, προσέταττεν· ἀναγγέλλειν τοῖς ἔθνεσι τὴν δόξαν αὐτοῦ, ἐν πᾶσι τοῖς λαοῖς τὰ θαύματα αὐτοῦ. γνοὺς γὰρ διὰ πνεύματος ὁ θεσπέσιος Δαβὶδ, ὅτι περ τὰ ἀποκρυβέντα ἀπὸ νομικῶν σοφῶν, καὶ ἃ συνετῶν τόμοις ἐγκεκώφωσε πρὸς τὴν ἐπίγνωσιν τῆς ἀληθείας, νηπίοις γέγονεν εὐδοκία ἔμπροσθεν τῆς θείας δικαιοκρισίας ἀποκαλυφθῆναι, πάντα πρὸς τὸν τῆς πνευματικῆς χαρμονῆς εὐαγγελισμὸν προτρέπεται. πειθῶ τοίνυν καὶ ἐν ὁδῷ τιμῶντες τὸ ἱερὸν διάταγμα· φέρε οὖν καὶ ἡμεῖς [2] λαμπροφήσαντες ταῖς ψυχαῖς, τὴν χαροποιὸν καὶ εὔσημον τοῦ θείου μελῳδοῦ ἀναβοήσωμεν διαγγελίαν· ἀναλαβέθωσαν τὰ ὄρη εἰρήνην τῷ λαῷ, καὶ οἱ βουνοὶ δικαιοσύνην· ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν· υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν· οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ, μεγάλης βουλῆς ἄγγελος· θαυμαστὸς σύμβολος· Θεὸς ἰσχυρὸς ἐξουσιαστής· ἄρχων εἰρήνης· πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. ἐγεννήθη, φησὶ, καὶ ἐδόθη. ἐγεννήθη μὲν ἐν Ἰουδαίᾳ, ἐδόθη δὲ ὅλῃ τῇ οἰκουμένῃ. οὕτω γὰρ καὶ ὁ περὶ αὐτοῦ πρὸς Ἀβραὰμ περιεῖχε χρησμός· ἐνευλογηθήσονται ἐν αὐτῷ πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς. ἀλλ' ἡ ἀρχὴ αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ. ἐπειδή περ ἰδιόκτητος ἡ τούτου ἐξουσία, καὶ οὐ προσγεννητή· φυσικὴ ἡ δυναστεία, καὶ οὐ πεπορισμένη· οὐσιώδης ἡ θεία δόξα, καὶ οὐ κεχαρισμένη. εὐαγγελίσαντο μὲν οὖν πάλαι οὐρανοὶ, καὶ δι' ἀστέρος τοῖς μάγοις τὸ θαῦμα· εὐαγγελίσαντο δὲ ἐξ ἐκείνου τῇ Ἰουδαίᾳ μάγοι τὸν λεχθέντα βασιλέα, ἡνίκα τοῦτον ἀνιχνεύσοντες προσκυνῆσαι· εὐαγγελίσαντο δὲ καὶ ποιμέσιν ἄγγελοι, ἐπὶ τῆς ἀγραυλίας, τὸν σωτῆρα Χριστόν· ἐπὶ τέλει δὲ εὐαγγελίσατο καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Συμεὼν, τὸν προσδοκώμενον Χριστὸν κυρίου.

Τούτοις γοῦν πᾶσι καὶ προσταττόμενοι ἐξακολουθοῦμεν πρὸς εὐαγγελισμὸν τῆς ἐκκλησίας· οὐχ ὡς δυνατοὶ, ἀλλ' ὡς εὐπειθήνιοι· οὐχ ὡς εὔποροι, ἀλλ' ὡς ἠλεημένοι, τὰ τῶν προφητῶν ἀνυμνοῦντες, τὰ τῶν ἀποστόλων ᾄδοντες· καὶ οὐκ ἐφ' ἑαυτῶν σχεδιάζοντες τὰ ἐμμάρτυρα. ψάλωμεν τοιγαροῦν τῷ Θεῷ ἡμῶν, ψάλωμεν· ὅτι ἐγνώρισε κύριος τὸ σωτήριον αὐτοῦ, καὶ ἐναντίον τῶν ἐθνῶν ἀπεκάλυψε τὴν δικαιοσύνην αὐτοῦ. ἔκστασις γὰρ καὶ φρικτὰ γέγονεν ἀληθῶς ἐπὶ τῆς γῆς· φοβερὰ καὶ παράδοξα ἴδεν ἡ κτίσις· Θεὸν ἐπὶ γῆς ὀφθέντα, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφέντα· Θεὸν κατὰ σάρκα τεχθέντα, καὶ τῶν οὐρανῶν μὴ διαστάντα. καὶ τίς πρὸς ταῦτα ἱκανός; τίς λαλήσει τὰς δυναστείας

A I. ETiamnum hodie nos propheticus ſermo ad Deo referendas gratias excitat & impellit. Mandavit, ut [a] *de die in diem annuntiemus ſalutare Dei noſtri: ut annuntiemus gentibus gloriam ejus; in omnibus populis mirabilia ejus.* Cum enim vir mirabilis David per Spiritum cognoviſſet, [b] fuiſſe beneplacitum coram juſto judice Deo, ut abſcondita a legalibus ſapientibus, & [1] quæ prudentium libris ad veritatis agnitionem obmutuiſſent, parvulis revelarentur; hortatur omnes ut lætitiam ſpiritalem fauſte annuntient. Creduli ergo, ſacroque ſtatim & in via honorem habentes mandato: age, ſplendido & ipſi eloquio lætam claramque divini muſici annuntiationem, clamore efferamus: [c] *Suſcipiant montes pacem populo, & colles juſtitiam:* quoniam [d] *parvulus natus eſt nobis; Filius & datus eſt nobis: cujus imperium ſuper humerum ejus. Et vocabitur nomen ejus, magni conſilii Angelus: admirabilis conſiliarius: Deus fortis Dominus: princeps pacis: Pater futuri ſæculi.* Natus eſt, inquit, & eſt datus. Eſt natus quidem in Judæa; ſed eſt datus univerſo orbi. Sic enim etiam de ipſo ad Abraham oraculum habet: [e] *Benedicentur in ipſo omnes gentes terræ.* Ceterum, *principatus ejus ſuper humerum ejus:* quoniam poteſtas ſingulari jure propria eſt, non adſcititia & quæ nato advenerit: naturale imperium, non comparatum: ſubſtantialis divina gloria, non largitione accepta. Hinc olim & cæli per ſtellam [f] Magis annuntiaverunt miraculum: ex illo autem etiam ii dictum Regem annuntiaverunt Judææ, cum adoraturi perveſtigarent: annuntiaverunt & Paſtoribus [g] ruri excubantibus Angeli Salvatorem Chriſtum: ad extremum vero etiam Spiritus ſanctus [h] Symeoni annuntiavit, quem exſpectabat Chriſtum Domini.

II. Hos omnes etiam accedente mandato pone ſequimur annuntiaturi eccleſiæ: non velut ſimus potentes, ſed tamquam morigeri: non tamquam divites, ſed ut miſericordiam conſecuti: prophetica celebrantes, & canentes apoſtolica, non a nobis velut tumultuario afferentes teſtimonia. [i] *Pſallamus itaque Deo noſtro, pſallamus:* quoniam [k] *notum fecit Dominus ſalutare ſuum, & in conſpectu gentium revelavit juſtitiam ſuam.* Plane enim ſtupor, horrendaque facta ſunt in terra: vidit natura terribilia & inſolita: [l] *Deum in terra viſum, & cum hominibus converſatum:* natum Deum ſecundum carnem, nec cælis motum. [m] *Quis vero ad hæc idoneus?* [n] *Quis loquetur potentias Domini,*

a Pſalm. xcv. 2. *b* Matth. xi. 25. *c* Pſalm. lxxi. 3. *d* Iſa. ix. 6. *e* Gen. xviii. 18. *f* Matth. II. 2. *g* Luc. II. 10. *h* Ibid. ℣. 27. *i* Pſal. xlvi. 7. *k* Pſalm. xcvii. 2. *l* Baruch. III. 38. *m* II. Cor. II. 16. *n* Pſalm. cv. 2.

1. *Quæ prudentium libris obmutuiſſent.* ἃ συνετῶν τόμοις ἐγκεκώφωσε.] Velut nimirum illis ignota. Porro alludit ad tomum illum novum ſcriptionis novæ, Iſa. viii. 1. de quo paullo inferius. 2. Forte λαμπροφωνήσαντες.

τῦ κυρίυ, ἀκυςαὶς ποιήσει πάσας τὰς αἰνέσεις αὐτῦ; A τέτοκεν ἡ παρθένος, ἡ κατὰ τὸν Ησάϊαν προφῆτις, τὸν Εμμανυὴλ, ἄνδ ἀνδρός· τὸν γεννηθέντα ἡμῖν ἄνδ πατρὸς, πρὸ αἰώνων σοφία ἀπὸ Θεῦ πατρὸς, δικαιοσύνη τε ᾗ ἁγιασμὸς, ᾗ ἀπολύτρωσις. τέτοκεν ἡ προφῆτις μὴ ἐπιγνῦσα τὸν τρόπον τῆς συλλήψεως. καινὸν τὸ θαῦμα ᾗ ἀνερμήνδτον. δι' ἀκοῆς συνέλαβεν ἡ Μαρία ἡ προφῆτις Θεὸν ζῶντα. φυσικὴ γὰρ διόδος τῶν λόγων, ἡ ἀκοή. ἐκείνης ἡ σύλληψις διὰ γλώσσης προσενεχθεῖσα ἐπὶ τὸν ἄνδρα, τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρέμνον, ὡς φλὸξ ἀπεξήρανε. ταύτης δὲ ἡ κύησις διὰ γαςρὸς ἀνατείλασα, τὸν καρπὸν σὺν τῷ πρέμνῳ ἀνεζωοποίησε.

auditas faciet omnes laudes ejus? Peperit Virgo, prophetiſſa illa juxta Iſaiam [a], Emmanuelem ſine viro: natum illum nobis ſine patre, qui ipſe ante ſæcula [b] *Sapientia eſt, juſtitiaque & ſanctificatio & redemtio a Deo Patre.* Peperit prophetiſſa, non agnito conceptionis modo. Novum miraculnm & inexplicabile! Concepit Maria prophetiſſa ex auditu, Deum viventem. Auditu enim ſermones verbaque tranſitum, natura, poſtulant. [1] Illius per linguam viro impulſa congreſſaque conceptio, naturæ humanæ truncum ſeu flamma areſecit: Hujus autem ventre oriens partus, cum trunco fructum vivificavit.

Διὸ ὡς ὀφειλέται ᾗ θεόδυλοι εὐγνώμονες, ὁμολο- B γήσωμεν τῷ, τε Θεῷ λόγῳ, τῇ, τε μητρὶ, τὸ τῦ λόγυ δῶρον, ὅσον ἐπαρκῦμεν· μὴ ἐπαισχυνόμενοι τὴν μειονεξίαν τῶν προσαξιῶν· ἀλλ' ἐφηδυνόμενοι τῇ ἡμετέρᾳ φύσει, προσκυνῦμενοι τὸ ὑπερέχον τῶν δεσποτικῶν. ὐ γὰρ περιγράψαι ῥητορικοῖς λόγοις τὴν προκειμένην ὑπόθεσιν, κατὰ τὸν ἀνθρώπινον προσαγωνιζόμενοι νόμον· ἀλλ' ἐκλαμφθῆναι τῷ φωτισμῷ τῆς θείας μνήμης. ἀεὶ μὲν γὰρ τὸ ἡττηθῆναι, τοῖς ἀντιπάλοις φέρει τὴν ἀδοξίαν· ἐνταῦθα δὲ, τὸ ὑποκύψαι τοῖς ὑπὲρ κατάληψιν, ἄγει τὴν εὐδοξίαν. ἥκωμεν τοιγαροῦν εὐαγῶς ἐπὶ τὸν ὕμνον, ἥκωμεν χαίροντες, ἀνδφημοῦντες, δοξολογοῦντες ᾗ μεγαλύνοντες τὸ ὑπὲρ νοῦν καὶ λόγον μυςήριον. ἐξάρχοντες τῦ οὐρανοπολίτου Γαβριὴλ τῶν θείων προσφθεγκτηρίων, C καὶ λέγοντος. χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σου. μεθ' οὗ δὲ ἐπερώσωμεν· χαῖρε τὸ ἐκπόθητον ἡμῶν εὐφραντήριον· χαῖρε τὸ ἐκκλησιαστικὸν ἀγαλλίασμα· χαῖρε τὸ ἡδύπνοον ὄνομα· χαῖρε τὸ θεολαμπὲς καὶ περιχαρὲς πρόσωπον· χαίροις τὸ πάνσεπτον μνημόσυνον· χαίροις ἡ σωτήριος καὶ πνδματικὴ κώδεσις· χαίροις φωτοστόλιστε μῆτερ ἀδύτου φέγγυς· χαίροις παναχραντε, μῆτερ ἁγιότητος· χαίροις διειδεστάτη πηγὴ τοῦ ζωοποιῦ νάματος· χαίροις νέα μῆτερ καὶ νεογενίας τὸ πλαςήριον· χαίροις ἀνερμήνδτε μῆτερ ἀκαταληψίας· χαίροις ὁ καινὸς κατὰ Ησάϊαν τόμος τῆς νέας συγγραφῆς, ἧς μάρτυρες πιςοὶ, ἄγγελοί τε καὶ ἄνθρωποι· χαίροις τὸ ἀλάβαστρον τοῦ ἁγιαστικοῦ μύρου. χαίροις καλλιέμπορε τοῦ παρθε- D νικῦ δηναρίυ· χαίροις οἷον πλάσμα ᾗ περιδρακτικὸν τῦ πλαςυργῦ· χαίροις χώρημα ἐλάχιςον, χωρήσασα τὸν τοῖς πᾶσιν ἀχώρητον.

III. Idcirco velut debitores Deique ſetvi benevoli, tum Dei Verbo, tum Matri, quantum poſſumus, verbi donum confeſſione promamus: non erubeſcentes tenuitatem oblationum; ſed naturæ bonis læti, ac dominicam excellentiam adorantes. Non enim eo præludimus, ut juxta humanas leges oratoriis ſermonibus argumentum ſubjectum circumcludamus, ſed ut memoriæ divinæ coruſco illuſtremur. Ubique ſane ab adverſariis ſuperari, inglorium: heic autem, iis ſuccumbere quæ ſuperant comprehenſionem, plane glorioſum. Pie ergo & ſancte ad canticum accedamus; accedamus gaudentes, clara celebrantes fama; glorificantes & magnificantes, quod intellectum ſermonemque ſacramentum exſuperat: atque a cæleſti illius civis Gabriel ſalutatione initio ducto, dicamus: [c] *Ave* [2] *gratioſa, Dominus tecum.* Cum quo iterum reſumamus: Ave deſiderata nobis lætitia: Ave gloriatio Eccleſiæ: Ave nomen dulce ſpirans: Ave divine fulgens admodumque gratioſa facies: Ave perquam venerabile monimentum: Ave vellus ſalutare & ſpiritale: Ave lumen induta, mater ſplendoris neſcientis occaſum: Ave intemeratiſſima mater ſanctitatis: Ave pellucidiſſime fons vivifici laticis: Ave ſis nova mater, & novi ortus fictirium: Ave ſis incomprehenſionis mater inexplicabilis: Ave novus ille juxta Iſaiam [d] tomus ſcriptionis novæ, cujus fidi teſtes, Angeli atque homines: Ave alabaſtrum illud unguenti ſanctificationis: Ave ſis bona mercatrix denarij virginitatis: Ave ceu figmentum, ſed quod fictorem habeat circumplecti: Ave ſis minima capacitas, illum capiens quem nulla res capiat.

Καὶ τίς τὴν γενεὰν τοῦ ἀρχαιοτέρου τῆς γνώσεως διηγήσεται; τί θαυμάσωμεν; τὸν θεῖον ᾗ ἀνέκφραςον τόκον, ἢ τὴν ἀνερμήνδτον λοχείαν; ὐ περιδράττεται λόγῳ, τὰ ὑπὲρ λόγον. οὐ περιγράφεται νῷ, τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν. εἰ γὰρ ᾗ κατατολμᾷ γραφεὺς γραφίδι διαχαράξαι τὴν μητέρα τῆς οἰκονομίας· ἀλλ' οὐδενὶ λόγῳ ἐκφράσαι δυνήσεται τὸν τρόπον τῆς κυοφορίας. τί οὖν ἀρχὴν ἐπιθῶμεν τῷ τόκῳ; ἀλλ' οὐχ ὑφέστηκεν, ἀτρέπτου, ἀνάρχου· ἀΐδιον ὀνομάζωμεν τὸν τεχθέντα; ἀλλ' ἀρχὴν ὑποχρόνιον δείκνυ- E σιν ἡ κατὰ σάρκα γέννησις. βρέφος οὖν καλέσωμεν τὸν γεννηθέντα; ἀλλὰ παλαιὸν αὐτὸν τῶν ἡμερῶν καὶ ποιητὴν τῶν αἰώνων γνωρίζομεν. θαῦμα τὸ πᾶν. ὅταν μὲν γὰρ πρὸς τὴν ὕφεσιν βλέπω τῆς σαρκὸς, ἀνέλκει με τῆς θεότητος ἡ ἐπίστασις· ὅταν δὲ πάλιν ἀναχθῶμεν τῆς θεότητος, καθέλκει με


IV. Quis [e] porro illius qui ſcientia eſt antiquior, generationem enarrabit? Quid admiremur? divinum ne & ineffabilem partum; an conceptum inexplicabilem? Non poteſt oratio complecti, quæ ſuperant rationem. Non circumſcribit animus, quæ ſunt ſupra intellectum. Quamquam enim præſumit ſcriptor ſtilo exarare [3] matrem diſpenſationis; nulla tamen ratione modum partus ediſſerere poterit. Quid ergo initium partui impoſuerimus? At non conſiſtit, velut immutabilis, velut pincipio carentis. Nominabimus æternum, natum puerum? at oſtendit nativitas carnalis temporaneæ durationis initium. Dicemus ergo infantem partu editum illum? At ſcimus [f] antiquum dierum, & [g] factorem ſæculorum. Univerſum miraculum. Sane cum ad carnis demiſſionem adſpicio, me ſubvehit divinitatis conſidera-

a Iſa. VIII. 3. *b* I. Cor. I. 30. *c* Luc. I. 27. *d* Iſa. VIII. 1. *e* Iſa. LIII. 8. *f* Dan. VII. 13. *g* Hebr. I. 2.

1. *Illius, per linguam, viro impulſa congreſſaque conceptio:* ἐκείνης ἡ σύλληψις διὰ γλώσσης προσενεχθεῖσα ἐπὶ τὸν ἄνδρα:] Velut illi inſiliens, ad modum quo flamma inſilit & fertur impetu in materiam aptam. Notat Hevam, cujus conceptio ex ſerpente fuit, ſuaſio illa viri ad pomi eſum, quo vere exaruit τὸ τῆς ἀνθρωπότητος πρέμνον: Germen illud humanitatis, ex qua tota humana natura ferenda erat.

2. *Ave gratioſa:* κεχαριτωμένη:] Velut gratificata: habens gratiam, ſed acceptam; quod paſſivum illud ſubindicat: Vulg. *Gratia plena:* ſenſu non diverſo.

3. *Matrem diſpenſationis:* τὴν μητέρα τῆς οἰκονομίας:] Velut matrem aſſumti οἰκονομίᾳ & admirabili illa diſpenſatione, hominis. Latiſſimus uſus illius vocis in materia incarnationis.



αὖθις τὸ μέτρον καὶ ἀφαντασίαστον τῆς σαρκός· A καὶ τὸ ἄῤῥητον τῆς ἀσυγχύτου ἑνώσεως τῶν φύσεων, παιδευτήριόν μοι γίνεται τῆς θείας δυνάμεως. τοιαῦτα παράδοξα ἀεὶ ἡμῖν ἡ θεία μητροπαρθένος ἐν ἁγίαις αὐτῆς ἐπιλάμψεσι προσκομίζεται. παρ' αὐτῇ γὰρ πηγὴ ζωῆς, καὶ μαστοὶ τοῦ λογικοῦ καὶ ἀδόλου γάλακτος· ἀφ' ὧν καὶ νῦν σπουδαίως προσδεδραμήκαμεν θηλάσαι γλυκασμὸν, οὐ λήθῃ τῶν προλαβόντων, ἀλλ' ἐπιθυμίᾳ τῶν μελλόντων. οὐ γὰρ τὸ πολλάκις εὐεργετηθῆναι, τῶν ἀγαθῶν τῆς πλείονος ἐφέσεως ἡμᾶς διείργει ποτέ· ἀλλὰ καὶ λαμπρότης τῶν προσδεδωρημένων καὶ φαιδρυνάντων, [1] δίψεις καθίσταται, ὑπεκκαυμείρας τὰ μετέπειτα ἐντρυφήματα. οὐ προσίεται γὰρ οὐδαμῶς κορυφοῦσθαι πρὸς τὰ θεῖα, ἔρως. B

tio: cum autem in divinitatem fuerimus subvecti, trahit me rursus & demittit modus atque veritate subsistens carnis ratio: mihique arcanum inconfusæ unionis naturarum, virtutis divinæ schola efficitur. Hujuscemodi nobis mirabilia, suis semper sacris illucentibus fulgoribus, diva Mater Virgo affert. Nam [a] *apud eam est fons vitæ*: uberaque [b] *rationabilis lactis & sine dolo*: a quibus modo, sugendæ dulcedinis gratia, studio accurrimus; non velut priorum obliti, sed cupiditate futurorum. Nihil enim sæpius beneficio affectum esse, majori umquam desiderio bonorum vetuerit; quin priorum donorum, eorumque quibus animus lætitiam habuit, sequentes illecebras succendens splendor sitim facit. Nequaquam enim sustinet amor, [2] ut ne in divinis assurgat sublimeque petat.

Εἰ δέ τις χριστιανὸς χρηματίζειν δοκεῖ, καὶ πρὸς τὴν θεοτόκον, τῆς ἐνθέου παρθένου, ἀσχάλλει καὶ προσιλιγγιᾷ, ἀξίωμά τι, καὶ ἐνεργέστατον καὶ κύριον ὄνομα, ματαίως καὶ κιβδήλως ἐγκαλλωπίζεται τῇ προσηγορίᾳ τῆς ὁσιότητος, τοῖς δόγμασι διαφωνῶν. οὐδὲν γὰρ αὐτῷ τὸ ἐναίσιμον ἐκ τῆς ἐπιγραφῆς καὶ ἐπιμορφώσεως τῆς εὐσεβείας, τὴν δύναμιν αὐτοῦ ἐξαρνουμένῳ· ἐπεὶ μὴ ἐν λόγῳ, ἀλλὰ ἐν δυνάμει τὴν τοῦ Θεοῦ βασιλείαν εἶναι ὁ μέγας ἀπεφήνατο κήρυξ. ψευδάδελφος γὰρ καὶ παρείσακτος κατὰ τὴν γραφὴν, καὶ τῆς ἐλευθερίας κατάσκοπος ὑπάρχων, οὔτε γέγονεν εὐπειθὴς ἀκουστὴς τοῦ θείου διδασκάλου ἐκπαιδεύοντος· οὐ νομοθετεῖν κατὰ τῆς ἀληθείας, ἀλλ' ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. χρήσιμον δὴ οὖν, ὑπὲρ στηριγμοῦ τῶν ὄντων εὐσεβῶν καὶ ἀκαιρέων, βραχεῖάν τινα πεῦσιν συγγυμνάσαι τῷ παρασήμῳ καὶ παρεγγράπτῳ· οὕτω γὰρ θέμις ἀναγορεύειν τοὺς βεβήλους τὴν γνώμην. λέγε τοίνυν ἡμῖν πυνθανομένοις, οὗτοι δὲ πότερον συντίθεσαι κἂν Ἰουδαϊκῶς τῇ ἱερᾷ νομοθεσίᾳ, ἀχράντοις τοῦ δημιουργοῦ χερσὶ, διαπεπλάσθαι τὴν ὁμόζυγον τοῦ Ἀδὰμ φασκούσῃ, καθάπερ τὸν ἄνδρα. καὶ εἰ μὲν τὸ, οὐ, φῇς· οὐ δήλως ὑπάρχεις ξένος ἡμῶν καὶ τῶν γραφῶν ἀλλότριος; ἢ δὲ τὸ, ναὶ, συμφῇς· τί ἀνοήτως διαφέρῃ πρὸς τὴν ἀλήθειαν, καὶ ἀφηνιάζεις καὶ ἀπαναίνῃ τὴν εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, τὴν ἐν παναγίᾳ παρθένῳ ἐπὶ κοινὴν σωτηρίαν οἰκονομηθεῖσαν; ὁ γὰρ δημιουργήσας τὴν πάλαι παρθένον ἀνυβρίστως, αὐτὸς καὶ τὴν εἰς δεύτερον ἐπεκτήνατο ἀναμώμως· καὶ ὁ ποιήσας τὸ ἔξωθεν ὡραίως, αὐτὸς καὶ τὸ ἔσωθεν κατεκόσμησεν εἰς κατοικητήριον ψυχῆς εὐαγῶς. τὸ τοίνυν προσηνέστατον καὶ περιχαρέστατον ὀφθὲν τῷ Θεῷ, πῶς ὡς ἂν αἴσχιστον αἰσχιστότατε πάντων, συνανατρέπειν τολμᾷς Ἰουδαϊκαῖς εἰκαιολογίαις; μενοῦνγε γὰρ ὦ φρενόβλαβε καὶ ἀφρονέστατε· σὺ τίς εἶ ὁ ἀποκρινόμενος τῷ Θεῷ; εἰ γὰρ καὶ τὸ πλάσαι ἀνύβριστον Θεῷ, καθὼς καὶ τὸ ἐνοικῆσαι ἐν τῷ ἰδίῳ πλάσματι, ὥσπερ σὺ φῇς, καὶ τὸ κατασκηνῶσαι δόξαν.

V. Quod si quis censetur nomine Christianus, fertque moleste & velut vertigine correptus dolet, ad divæ Virginis dignitatem illam clarissimumque & proprium Deiparæ nomen; vane is & ementite sanctitatis sibi appellationem, qui dogmatis dissentiat, blanditur. Nihil enim ipsi ex titulo & quadam velut pietatis informatione, commodi, ut [c] *qui ejus abneget virtutem*: quando [d] *Dei regnum, non in sermone, sed in virtute*, magnus illæ præco pronuntiavit. Nam cum esset [e] *falsus frater & subintroductus*, juxta quod scriptum est, *atque libertatis explorator*, neque præceptoris illius divini, suasibilis auditor fuit, docentis: non lege sancire [f] *adversus veritatem, sed pro veritate*. Fuerit igitur utile ad pios & simplices confirmandos brevi quadam quæstione cum adulterino & factitio (sic enim mente profanos compellare licet) exercitatione conferere. Cedo igitur percontantibus nobis: utrum ne, vel sensu Judaico, ut virum, ita & Adæ conjugem intemeratis opificis manibus fictam, dicenti legi divinæ, assentiris? Et si quidem negaveris: nonne propalam a nobis & scripturis extraneus exsistis? Si autem affirmaveris, quid stulte a veritate dissentis; Deique placitum in sanctissima Virgine ad communem salutem provide dispositum detrectas atque renuis? Qui enim antiquam illam Virginem sine probro condidit; ipse & secundam sine nota & crimine fabricatus est: Quique quod est deforis, pulcre fecit; etiam quod intus est, ad domicilium animæ, sancte perornavit. Quod itaque suavissimum delectabilissimumque Deo visum est; quei, tu Judaicæ vanitatis sermonibus, ceu turpissimum, universorum ipse præturpissime subvertere præsumis? Sane vero, o attonite insipientissimeque: [g] *Tu quis es qui respondeas Deo*; Nam si etiam decori Deo est ut finxerit, quemadmodum ut & in proprio figmento inhabitarit, sicut tu dicis; [3] etiam fuerit quod manere visus sit.

C D

E

Καί περ καὶ τὸ πλάσεως, αἱ θεῖαι διαλαμβάνουσι γραφαί. οὐδὲν γὰρ τῷ Θεῷ φίλον, ἄτιμον καὶ ἐφύβριστον· ἄπαγε· ἐξομολόγησις γὰρ καὶ μεγαλοπρέπεια, τὸ θεῖον αὐτοῦ καὶ πολυύμνητον ἔργον, ὡς γέγραπται. δεῖ τοίνυν θάτερον, ἢ ὡς τὴν διά-

VI. Quamquam quod spectat ad fictionem, complectuntur & tradunt divinæ scripturæ. Nihil quippe, quod Deo sit amicum, ignominiam aut probrum habet. Apage: [h] *Confessio enim & magnificentia*, sicut scriptum est, divinum ejus & laudatissimum opus. Duo-

[a] Psalm. xxxv. 10. [b] I. Petr. II. 2. [c] II. Tim. III. 5. [d] I. Cor. IV. 20. [e] Gal. II. 4. [f] II. Cor. XIII. 8. [g] Rom. IX. 20. [h] Psalm. CX. 3.

1. Forte, δίψεις καθ' ὑπεκκαυμείρασα.

2. *Ut ne in divinis assurgat, sublimeque petat.* μὴ κορυφοῦσθαι πρὸς τὰ θεῖα:] Velut humilius accipiendo dicta in Mariam divina privilegia, illud maxime singulare, ut sit veritate Deipara, de quo statim.

3. *Etiam fuerit, quod manere visus sit.* καὶ τὸ κατασκηνῶσαι δόξαν.] Subtile argumentum: quo tamen magis perstringantur Manichæi, ponentes φαντασίᾳ & apparentia incarnationem, quam Nestorius & sequaces, quamquam etiam ii perstringuntur. Nam unio illa σχετικὴ & habitu, quam pro naturali & hypostatica ponebant, eo erat, ut videretur Filius Dei natura, qui excellenti tantum adoptione Filius esset: alius plane a vero illo natura Filio & Verbo, tamquam alia hypostasis: Deo autem qui veritas est, tam est turpe velle videri aliquid, quam esse illud.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

πλασιν τῆς Ευας πρὸς τοῦ Θεοῦ γεγενῆσθαι ὁμολογῶν προθύμως καὶ ἀγνωμόνως· καὶ τὴν ῥηθεῖσαν αὐτῷ πανσόφως ἐκ παρθένου σάρκωσιν ἀποδέχου καὶ προσκύνει ὃν τρόπον οἱ εὐσεβεῖς, εἴπερ βούλῃ τούτων μέτοχος εἶναι. ἤτοι Ἰουδαϊκὸν περίθου σαυτῷ καὶ ἄπιστον ὄνομα, ὡς ἐν ἐκείνοις τελῶν. ἀμφίβιον γὰρ οὐκ εἴωθε τεκνογονεῖν ἡ ἐκκλησία· χριστιανοὶ γὰρ πειθήνιοι τῷ Θεῷ τυγχάνοντες, ταῖς τῶν προφητῶν ἀκούουσι θεοπνεύστοις προρρήσεσιν, οὕτω περὶ τῆς πανυμνήτου παρθένου πανταχοῦ βοώσαις· ἡγίασε τὸ σκήνωμα αὐτοῦ ὕψιστος· ὁ Θεὸς ἐν μέσῳ αὐτῆς, καὶ οὐ σαλευθήσεται. καὶ αὖθις· ἄνθρωπος ἐγεννήθη ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸς ἐθεμελείωσεν αὐτὴν ὁ ὕψιστος. οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ἀντίδικοι, σαρκικοὶ τυγχάνοντες καὶ Θεοῦ πνεῦμα μὴ ἔχοντες, σαρκικῶς περὶ πνευματικὰ πεφρονήκασιν. ἀληθῶς γὰρ τὸ σοφῶς εἰρημένον· ψυχικὸς ἄνθρωπος οὐ δέχεται τὰ τοῦ πνεύματος τοῦ Θεοῦ. διὰ τοῦτο μὲν ἐκ πολλοῦ φωταγωγηθῆναι εἵλαντο μαρτύριον, οὔτε δὲ ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς, τὴν εἰς ἁγιασμὸν ἀλλοίωσιν τῆς παρθένου ἠβουλήθησαν συνιέναι. ὄψις δὲ ἀδήλων, τὰ προφανέστατα πέφυκε. εἰ γὰρ δὴ σίδηρος πυρὶ συνομιλήσας, ὁ μέλας καὶ γεώδης, παραστάμενά πως κορακίζει, τὰς παρὰ φύσιν κηλῖδας, καὶ ἐν καιρῷ, τῆς φύσεως καθίσταται· τάχιστα δὲ, πρὸς τὴν ἐκπυρώσασαν δραστήριον φλόγα ἀφομοιότητα προσκτᾶται, καὶ ἀνέπαφος καὶ καταφλεκτικὸς πάσης ὕλης γίνεται· ποταπὸν, εἰ πανάχραντος παρθένος ἐξεπυρώθη διὰ τῆς τοῦ θείου καὶ ἀΰλου πυρὸς ἐμβολῆς εἰς καθαρόν· καὶ ἀπεμήχη μὲν τῶν ὑλικῶν ἁπάντων καὶ τῶν παρὰ φύσιν, κατέστη δὲ διαυγῶς ἐν καλῷ τῆς φύσεως· ὡς εἶναι λοιπὸν ἀδιάβατον καὶ ἄοικτον καὶ ἀπρόσβλεπτον τοῖς σαρκικοῖς παρανοθεύμασι; καὶ ὃν τρόπον, ὁ τὸ ἐπιχεόμενον κατὰ κορυφῆς ὑποδεχόμενος ὕδωρ, ὅλῳ τῷ σώματι τὴν ὑγρὰν φύσιν διηθουμένην φέρει ἐξ ἄκρων εἰς ἄκρα· οὕτω δὴ καὶ τὴν θείαν μητέρα καὶ τὴν παρθένον κατακεχρῖσθαι πεπείσμεθα ὁλοκλήρως τῇ ἁγιότητι τοῦ ἐπιφοιτήσαντος θείου πνεύματος· εἶθ' οὕτως εἰσδέχεσθαι τὸν ζῶντα Θεὸν λόγον, ἐν τοῖς τῶν παρθενικῶν καὶ καταμεμυρισμένων θαλάμων.

A rum igitur alterum neceſſe eſt: aut, velut qui Hevæ a Deo formationem promte probeque confitearis; etiam quæ de illo ſapientiſſime dicta eſt ex Virgine incarnationem; qua, pii, ratione; ſuſcipe adoraque, ſi modo illorum vis eſſe particeps: aut ibi ipſe, Judæi & infidelis, velut qui illis adcenſearis, nomen impone. Non enim habent mores eccleſiæ, ut vita ancipiti animal generet. Nam Chriſtiani, velut qui Deo morigeri ſint & ſuaſibiles, obaudiunt divinitus inſpiratas prophetarum prædictiones, ita ubique de laudatiſſima Virgine clamantes: [a] *Sanctificavit tabernaculum ſuum Altiſſimus: Deus in medio ejus, & non commovebitur*. Et iterum: [b] *Homo natus eſt in ea, & ipſe fundavit eam Altiſſimus*. Adverſarii autem veritatis, cum carnales ſint, nec [c] *habeant Spiritum Dei*, carnaliter ſpiritalia ſapuerunt. Verum enim habet, quod ſapienter dixit Apoſtolus: [d] *Animalis homo non percipit ea quæ ſunt Spiritus Dei*. [1] Idcirco optarunt a remotis doceri teſtimonium, non ex noſtris & conſuetis, Virginem ad ſanctitatem mutatam, intelligere voluerunt. Atqui habent res manifeſtiſſimæ, ut obſcuras velut ſubjiciant oculis. Cum ergo ferrum, nigrum illud & terreum, quod ſuas illas a natura maculas & nigredinem juxta poſitis & tangentibus corporibus adſpergat, ubi commercium cum igne habuit; ſubque ipſo momento, ſuperius natura melioriqué conditione effectum, ſimilitudinem cum flamma quæ efficax ſuccendit, celerrime comparata, tactu inacceſſum reddatur, & quod materiam quamlibet facile incenderit: Quid mirum videatur, ut intemerata prorſus Virgo, divini ſecretique a materia ignis acceſſu, ad purum exarſerit: utque omnibus concretis materiæ & præter naturam deterſis, in naturæ decore ſplendide conſtiterit: Ita ſane ut deinceps inacceſſa & importabilis inadſpectabiliſque, carnali vilitate degeneribus, fit? Ac velut qui infuſam vertici aquam ſuſcipit, toto corpore a vertice ad ima ſtillantem gerit ſubſtantiam humidam: ſic ſane & divam matrem virginemque, divini Spiritus adventantis ſanctimonia omni parte delibutam; [2] tum demum viventem Deum Verbum, virginali unguentaque perſpiranti thalamo ſuſcepiſſe credimus.

Ἐφ' αὐτὸν δὲ τὸν λόγον πάλιν ἐπανάξωμεν, ἀγαπητοί· χαίρειν φράσαντα πρὸς τὸ παρὸν, τῷ κατὰ τοῦ δυσωνύμου Νεστορίου, καὶ τῶν ὁμοιοτρόπων αὐτοῦ. ὑμεῖς δὲ, ὦ προσφιλέστατοι, κάλλιστα συνδεδραμήκατε, καὶ τήμερον τιμῆσαι Θεοῦ μυστήρια, καὶ κατανοῆσαι τῶν θείων γραφῶν τὰ προμεμηνυμένα· παρθένον μὲν ὑπερφυῶς ἅμα καὶ θεοπρεπῶς ἀχράντοις ἀγκάλαις φέρουσαν τὸν φέροντα ῥήματι τὰ πάντα· πρεσβύτην δὲ ἱερέα, ἐπιθυμητικῶς προσιόντα ὑποδέ-

VII. Rurſus porro, dilecti, in ſe ipſum ſermonem reducamus; eo interim valere juſſo, qui adverſus nefandum Neſtorium, & iiſdem cum eo moribus depugnat. Vos autem, dilectiſſimi, optime conveniſtis, ut & hodierna die Dei ſacramenta honoretis, utque divinis ſcripturis prænuntiata conſideretis: nempe Virginem mire excellenti divineque decenti ratione, intemeratis ulnis geſtantem illum, qui [e] *verbo omnia portat*: Senem vero

a Pſalm. XLV. 5. 6. *b* Pſalm. LXXXVI. 5. *c* Judæ ℣. 19. *d* I. Cor. II. 14. *e* Hebr. I. 3.

1. *Idcirco optarunt a remotis doceri teſtimonium*. ἐκ πολλοῦ φωταγωγηθῆναι τὴν μαρτυρίαν.] Τὸ, ἐκ πολλοῦ, opponit, τῷ, ἐκ τῶν καθ' ἡμᾶς: *a conſuetis & humanis*: velut alludat ad Phariſæos *Matth.* XII. 38. petentes ſignum de cælo: *Volumus a te ſignum videre*: velut quibus conſueta ſanitatum ſigna vileſcerent. ἐκ πολλοῦ ergo; a divinioribus & remotioribus voluerunt diſcere teſtimonium, non ab iis quæ familiari uſu nota ſunt. Vel ἐκ πολλοῦ ſubaudi χρόνου: vetus aliquod teſtimonium, veritatis conceptionis Deiparæ optarunt, non uſuale exemplum; quod tamen, ut notiſſimum, obſcuræ rei declarandæ ſit aptiſſimum: nempe illi ſanctitati Mariæ quæ fuit ipſius Dei Verbi congruum habitaculum, ejus ſuſceptione, in ejus quodammodo translata qualitatem, eo modo quo ferrum ſuſcepto igne totum transfertur in qualitatem ignis, ut ignis quodammodo videatur, nihilque indignum ejus commercio, quamquam ſalva ejus eſſentia: quo exemplo utuntur Damaſcenus & alii, περὶ οἰκονομίας, & ut carnis in Verbo & ex Verbo, dignitatem explicent; ipſa re ipſa manente quod creata eſt.

E 2. *Tum demum*. εἶθ' οὕτως εἰσδέχεσθαι τὸν ζῶντα Θεὸν λόγον.] Poſt illam Spiritus ſancti adventu ſanctificationem, quam Gregorius orat. in Chriſti natalem, προκαθαίρειν dicit, dum ait conceptum Dominum ex Virgine, καὶ ψυχὴν καὶ σάρκα προκαθαρθείσης τῷ πνεύματι. quæ fuiſſet præpurgata Spiritu, tum anima, tum carne: non mundatione a ſordibus quæ eſſent, ſed translatione a minori ad majorem ſanctitatem, & quæ deceret Dei matrem. ἔδει γὰρ, inquit, καὶ γέννησιν τιμηθῆναι, καὶ παρθενίαν προτιμηθῆναι. *prævie honorari virginitatem*: qui videtur ſenſus planus. Billius tamen: *Et virginitatem præferri oportebat*: nec video quid habeat conſequentiæ, niſi forte eo prælatam intelligat virginitatem generationi illi, quia propter eam non fuerit neglecta, videaturque Virgo ipſa pluris quodammodo feciſſe, ut maneret virgo, quam ut Dei mater fieret, illis verbis: *Quomodo fiet iſtud, quoniam virum, &c.* eoque debuerit præpurgari, & copioſiſſimum gratiæ munus accipere, quo integra & conciperet & pareret.

ἔξεσθαι τὸν καραδοκηθέντα ἀρχιερέα καὶ δεσπότην· γηραιὰν τε προφῆτιν ἀπολαμβάνουσαν τὸν πεπροφητευμένον. ἔδει γὰρ ἑκατέρων τῶν πραγμάτων· τοῦ τε ἄρρενος, τοῦ τε θήλεος τὰ πρὸς εὐσέβειαν ἀκροθίνια προσυπαντῆσαι τῷ ἀμφοτέρων λυτρωτῇ, καὶ τοὺς ἑκατέρων προτυπῶσαι ἐν ἑαυτοῖς ὁσίως προσκυνητάς. ὥσπερ καὶ πατριάρχης Ἰσαὰκ προμεμήνυκεν, ἡνίκα ταῖς εὐλογίαις κατέστρεψεν τὸν ἐξ αὐτοῦ πατριάρχην Ἰακώβ, ἐπὶ θεωρίαν τῶν μελλόντων ἀπαγόμενος καὶ λέγων· καὶ προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου· οὐκ ἀγνοήσας δ' ἔπαθεν ὁ δίκαιος, ὅτι περ ἐν διδύμῳ ξυνωρίδι ἡ πᾶσα αὐτοῦ ἐμπεριείληπται γονή. καὶ μαρτυρεῖ τῶν τούτου λόγων ἡ ἀκολουθία. μετὰ γὰρ τὸ εἰρηκέναι· γίνου κύριος τοῦ ἀδελφοῦ σου· τὸ τηνικαῦτα ἐπήγαγε· προσκυνήσουσί σοι οἱ υἱοὶ τοῦ πατρός σου, ἐκ τοῦ σαρκικοῦ ἐπὶ τὸν νοητὸν μεταγόμενος Ἰακώβ. οὕτω γοῦν, καὶ πρὸς τὸν Ἡσαῦ ἔφασκε· καὶ κύριον αὐτὸν ἐποίησά σου· καὶ πάντας τοὺς ἀδελφοὺς αὐτοῦ οἰκέτας. σοὶ δὲ τί ποιήσω, τέκνον; ὥς τι μυστικώτατον τοῦ πατρὸς καὶ τῆς πλήθυος τῶν υἱῶν αἴνιγμα, καὶ τοῦ ἐξ αὐτῆς προσκυνουμένου. ὅπερ οἱ τὰ θεῖα πεφωτισμένοι μυστήρια Ἰωάννης καὶ Παῦλος θεολογοῦντες ἑρμήνευον. ὁ μέν· ὅσοι ἔλαβον αὐτόν, λέγων, ἔδωκεν αὐτοῖς ἐξουσίαν τέκνα Θεοῦ γενέσθαι· τοῖς πιστεύουσιν εἰς τὸ ὄνομα αὐτοῦ· οἳ οὐκ ἐξ αἱμάτων, οὐδὲ ἐκ θελήματος σαρκός, οὐδὲ ἐκ θελήματος ἀνδρός, ἀλλ' ἐκ Θεοῦ ἐγεννήθησαν. ὁ δὲ φάσκων· ὅτι δέ ἐστε υἱοί, ἐξαπέστειλεν ὁ Θεὸς τὸ πνεῦμα τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ εἰς τὰς καρδίας ὑμῶν, κρᾶζον ἀββᾶ, ὁ πατήρ.

A sacerdotem cupienti animo accedentem, quo exspectatum Pontificem Dominumque suscipiat: Vetulam denique prophetissam, eum recipientem qui fuerat prophetatus. Utrisque enim opus erat: ut & masculini & feminei sexus primitiæ ad pietatem & religionem, utriusque Redemtori occurrerent, atque ex utrisque futuros sancte adoratores in se ipsis designarent: quemadmodum etiam prænuntiavit patriarcha Isaac, cum filium suum Jacob patriarcham, [1] commutatis benedictionibus prosecutus est, in mysticam futurorum intelligentiam abductus, dicensque: [a] *Et adorabunt te filii patris tui*. Non nesciebat autem vir justus, velut in duplici biga totam ipsius comprehensam progeniem. Suntque B ea quæ ordine sequuntur, dictis testimonio. Nam postquam dixisset: [b] *Fias dominus fratris tui*; tunc subjunxit: *Adorabunt te filii patris tui*: a carnali ad spiritalem Jacob transiens. Sic sane etiam ad Esau locutus est: [c] *Et dominum illum feci tuum: & omnes fratres (ejus) feci ejus famulos. Tibi autem quid faciam, fili?* Quare est plenissimum mysterio patris ænigma cœtusque filiorum; atque ejus, qui de tali cœtu adoratur. Quod divina docti mysteria Joannes & Paullus, divina edisserentes expofuerunt: ille quidem, cum ait: [d] *Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri: iis qui credunt in nomine ejus: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neque* C *ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt*. Hic autem dicens: [e] *Quoniam autem estis filii, misit Deus Spiritum Filii sui in corda vestra, clamantem: Abba, Pater*.

Ὁρᾶτε, προσφιλέστατοι, συμφωνίαν τηλαυγεστάτην παλαιᾶς καὶ καινῆς διαθήκης; βλέπετέ πως καὶ περὶ ἡμᾶς τῷ ἀγαθῷ δεσπότῃ ἡ στοργή; ἀδελφοὺς ἡμᾶς κατηξίωσεν ἀναγορεῦσαι, καὶ υἱοὺς τοῦ κατὰ φύσιν αὐτοῦ πατρὸς ποιῆσαι· οὐ κατὰ ἰσοτιμίαν· ὥς τινες ἀπροσεξίᾳ φερόμενοι ὑποτόπασαν. ἄπαγε τὴν τούτων μεγαλορημοσύνην. ἠγνόησαν γὰρ τὸ πρὸς Ἡσαΐαν πάλαι παρ' αὐτοῦ προειρημένον· μέγα σοί ἐστι τὸ κληθῆναί σε παῖδά μου· ἀλλὰ κατὰ μίξιν ἀξιώσεως, καὶ τῆς δι' αὐτοῦ τῷ πατρὶ περιποιητικῆς προσαγωγῆς. τίς γὰρ ὁμοιωθήσεται τῷ κυρίῳ ἐν υἱοῖς Θεοῦ; φησὶν ἡ θεόπνευστος γραφή. οὐ γὰρ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστός, ἵνα τὸ ὅμοιον τῷ ὁμοίῳ ἀνελλιπῶς συνουσιωθῇ. κἂν γὰρ οἰκειώθημεν διὰ τὴν σαρκικὴν πρὸς ἡμᾶς συγγένειαν τῷ κατηξιωκότι· οὐχ ἧττον μειονεκτούμεθα ἀπροσβλέπτως καὶ ἐντρόμως παρ' αὐτοῦ, φυσικῶς καὶ ἐξουσιαστικῶς δεσπόζοντος. τινὲς μὲν γὰρ μὴ συνιέντες, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τινων διαβεβαιοῦνται, ἀνθρώποις αὐτὸν συγκρῖναι τὸν δεσπότην καὶ σωτῆρα φάσκουσι, τὴν περὶ Ἰωάννου τοῦ βαπτιστοῦ ἀμαθῶς προσφέροντες ἐν τούτῳ δεσποτικὴν διάλεξιν, ἐν ᾗ προμεμαρτύρηκε φάσκων· μείζων ἐν γεννητοῖς γυναικῶν Ἰωάννου οὐδείς ἐστιν· ὁ δὲ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστιν. ἀξιοῦντες σοφοί, ὅτι περ ἐφ' ὕβρει τοῦ πλάσαντες τὴν εὐπροσωπιζομένην αὐτοῖς, τοιαύτην προσφέρουσιν ὑπόληψιν. ἐν προφήταις γάρ, εἴρηκεν, οὐδεὶς μείζων Ἰωάννου, καθὼς ὁ Λουκᾶς μαρτυρεῖ. οὐκοῦν οὐχ ἑαυτόν· ἀλλὰ προφήτην δηλαδὴ προφήταις προγενεστέροις συνέκρινεν· ὡς ἑωρακότα τὰ ὑπ' ἐκείνων προκεκηρυγμένα. περὶ γὰρ ἑαυτοῦ εἴρηκε· ἐὰν ἐγὼ μαρτυρῶ περὶ ἐμαυτοῦ, ἡ μαρτυρία μου οὐκ ἔστιν ἀληθής· τὸ δέ, ὁ μικρότερος ἐν τῇ βασιλείᾳ τῶν οὐρανῶν, μείζων αὐτοῦ ἐστι.

VIII. Videtis, dilectissimi, lucidissimam consensionem veteris & novi testamenti? Videtis ut nos etiam bonus Dominus paterno prosequatur affectu? Dignatus est [f] nos vocare, fratres; suique ipsius Patris natura, facere filios: non per æqualitatem, ut aliqui minus attendentes sunt suspicati: apage sis eorum grandiloquentiam. Nescierunt enim quod olim ab eo ad Isaiam fuit prædictum: [g] *Magnum tibi est, ut voceris puer meus*: sed secundum con- D temperationem dignationis atque inductionis, qua Patri per ipsum vindicamur. [h] *Nam quis similis erit Domino in filiis Dei?* ait divinitus inspirata scriptura. Non enim Christus est nudus homo, ut sine defectu, simile simili essentia, infit. Quamquam enim, carnali ad nos cognatione, sumus conciliati, eique facti domestici, qui dignatione voluit: nihilo tamen minus, nec adspicere sustinentes trementesque, ab illo minorati sumus, qui natura meroque imperio dominatur. Sane, quidam [i] *non intelligentes, neque quæ loquuntur, neque de quibus affirmant*, ipsum Dominum & Salvatorem cum hominibus conferri dicunt, illud Domini de Joanne Baptista ad propositum inscite proferentes, quo E olim testificatus est, dicens: [k] *Inter natos mulierum nullus major Joanne Baptista: qui autem minor est in regno cælorum, major est illo*: non intelligentes qui sapientes sibi videantur; ut in probrum, placentem sibi & specie arridentem quam finxerunt, hujuscemodi opinionem proferant. Nam dixit, nullum inter prophetas majorem Joanne, quemadmodum Lucas testatur [l]. Igitur, non ipse se ipsum, sed prophetam utique anterioribus prophetis comparavit: velut qui vidisset, quæ ab illis quondam fuissent prædicata. Nam de se ipso ipse Dominus

a Gen. XXVII. 29. b Ibid. c Ibid. ℣. 37. d Joan. I. 12. 13. e Gal. IV. 6. f Psalm. XXI. 23. Hebr. II. 11. g Isa. XLIX. 6. h Psalm. LXXXVIII. 7. i I. Tim. I. 7. k Matth. XI. 11. l Luc. VII. 28.

1. *Commutatis benedictionibus prosecutus est.* ταῖς εὐλογίαις κατέστρεψεν.) Attributis alteri, quæ alterius videbantur, ac adolescentiore fratri seniori prælato.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

τὸν συνώνυμον τούτου ἐμφαίνει εὐαγγελιστὴν Ἰωάννην, τὸν βροντῆς ἀναγορευθέντα παρὰ τοῦ σωτῆρος, μεῖζον πάντων ἐν τῷ εὐαγγελικῷ θεολογήσαντα κηρύγματι· ὅπερ βασιλεία οὐρανῶν προσφόρως ὠνομάσθη ὑπὸ τοῦ τῆς βασιλείας κυρίου καὶ δεσπότου, ὡς ἐπ᾽ ἐκείνην τὴν ἀπέραντον προοδηγῶν τοὺς ἑπομένους. φησὶ γάρ, πορευθέντες κηρύξατε λέγοντες· ἤγγικεν ἐφ᾽ ὑμᾶς ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν. ἀποκρύεται δὲ αὐτοὺς καὶ ἡ προφήτου Δαβὶδ περὶ τούτων πρόῤῥησις φάσκουσα· ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· ἐν μέσῳ δὲ θεοὺς διακρινεῖ· Χριστὸν τὸν ἀληθινὸν Θεὸν καὶ φύσει κύριον προμηνύουσα, ὡς ἐν μέσῳ τῶν ἁγίων μαθητῶν ἑστῶτα καὶ διακρίνοντα, τὸν προλεχθέντα βαπτιστήν, τοῖς τε παλαιοτέροις προφήταις, τῷ τε μεταγενεστέρῳ Ἰωάννῃ, καὶ τῆς [1] αἰωνίου κήρυκι.

dixit: [a] *Si ego testimonium perhibeo de me ipso, testimonium meum non est verum*. Illud autem, *Qui minor est in regno cælorum, major est illo*: cognominem ejus Joannem Evangelistam significat, quem Salvator appellavit [b] Tonitrui filium; & præ omnibus, divina edisserens, in prædicatione evangelica excelluit; quam Dominus ipse & herus regni, seu ad interminabile illud regnum sequentibus præducem, regnum cælorum nominavit. Ait enim: [c] *Euntes prædicate: Appropinquavit in vos regnum cælorum*. Porro eos refellit etiam illa David de illis prædictio, dicens: [d] *Deus stetit in synagoga deorum: in medio autem deos dijudicat*: velut Christus verus Deus & natura Dominus prænuntietur, ut in medio sanctorum discipulorum stans, judicioque conferens præfatum Baptistam tum antiquioribus prophetis, tum juniori Joanni & regni æterni præconi.

Καὶ μηδεὶς προσκοπτέτω λέγων θεούς, ἀκούων Θεόν. γέγραπται γάρ· ἐγὼ εἶπα, θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ ὑψίστου πάντες. οὐ γὰρ τοῖς μηδὲν οὖσι τὸν ὄντα Θεὸν συνέκρινεν ἡ γραφή, θεοὺς ὀνομάζουσα, ἀλλὰ τοὺς πνεύματι Θεοῦ ἀγομένους, υἱοὺς Θεοῦ καὶ θεοὺς ἀνεκήρυξεν· ὡς καὶ Παῦλος γεγράφηκε. Χριστὸς τοίνυν ὁ κύριος ἡμῶν, οὐ μόνον καθὼς Θεός ἐστι, πάντων ὑπέρκειται, ἀλλὰ καὶ καθὼς ἄνθρωπος γέγονε. διὸ γέγραπται καὶ τοῦτο· τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, κύριε· πῶς γὰρ συνουσιαστικὸς τόκος παρθενικῷ συγκριθήσεται τόκῳ; καὶ πῶς ἄνθρωπος ψιλός, ἢ καὶ θεὸς δι᾽ ἀρετὴν κατὰ χάριν, ὡς [2] Μωϋσῆς ὠνόμασε, Θεῷ ἀληθινῷ διὰ φιλανθρωπίαν σαρκωθέντι [3] ἀμεταβόλως συγχαρακτηρίζεται; ὃ δὴ καὶ φησι διὰ τοῦ προφήτου· ὡς ἀπέχει ὁ οὐρανὸς ἀπὸ τῆς γῆς, οὕτως ἀπέχουσιν αἱ ὁδοί μου ἀπὸ τῶν ὁδῶν ὑμῶν. κεφάλαιον δὲ καὶ τοῦτο ἐπὶ τοῖς λεγομένοις, καὶ αἱ τοῦ βαπτιστοῦ περὶ τοῦ σωτῆρος μαρτυρίαι, ἐν αἷς εἴρηκεν· οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς κύψας, τὸν ἱμάντα τοῦ ὑποδήματος λῦσαι. ἐπεὶ δὲ ἐκ τοῦ πληρώματος αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἐλάβομεν. ὁπότε γοῦν καὶ Δαβὶδ ὁ προφήτης καὶ αὐτὸς Ἰωάννης μεμαρτυρήκασι τῇ ἀσυγκρίτῳ καὶ θεϊκῇ τοῦ Χριστοῦ μεγαλειότητι· τίς οὕτω ἠλίθιος τοῖς φανεροῖς ἀντιμαχῆσαι, καὶ τὸν παρέχοντα βασιλικῶς καὶ αὐθεντικῶς τὴν ἐν τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ διαγωγήν, τοῖς λαμβάνουσιν ἐξισῶσαι καὶ συγκρῖναι; ἀλλὰ λέγω τοῖς χριστιανικωτάτοις τοιάδε περὶ τῶν ὑπερανεστηκοτάτων ἁπάντων καὶ ὑπεραφράστων φρονεῖν. οὐδὲ γὰρ δεδόξασται τὸ δεδοξασμένον ἐν τούτῳ τῷ μέρει, φησὶν ὁ λόγος, ἕνεκεν τῆς ὑπερβαλλούσης δόξης. διὸ καὶ ἔλεγεν· ἐὰν ἐγὼ δοξάζω ἐμαυτόν, οὐδέν ἐστιν ἡ δόξα μου.

IX. Neque aliquem offendat quod dicit deos, cum Deum audiat: nam scriptum est: [e] *Ego dixi; dii estis, & filii Excelsi omnes*. Neque enim scriptura, cum deos nominat, Deum verum iis composuit qui non sunt aliquid: sed eos qui [f] *Spiritu Dei aguntur*, Dei filios & deos renuntiavit: quemadmodum etiam Paullus scripsit. Christus itaque Dominus noster, non ea tantum ratione qua est Deus, omnibus supereminet, sed qua etiam homo factus est. Idcirco & illud scriptum est: [g] *Quis similis tibi in diis, Domine?* Quei enim, qui ex copula partus est, virginali partui fuerit comparabilis? Aut quei simplex & purus homo, vel etiam deus propter virtutem secundum gratiam, quomodo Moysem nominatus est [h], Deo vero dignatione & clementia sine mutatione incarnato, seu expresso charactere, responderit? Quod sane & per prophetam ait: [i] *Sicut distat cælum a terra: sic distant viæ meæ a viis vestris*. [k] *Caput autem eorum quæ dicuntur*, tum istud, tum Baptistæ testimonia de Salvatore, cum dixit: [l] *Non sum dignus procumbens, solvere corrigiam calceamentorum ejus*: Quando [m] *& de plenitudine ejus nos omnes accepimus*. Postquam igitur & David propheta, & Joannes ipse, comparatione majori divinæque Christi majestati testimonium perhibuerunt; quis ita fatuus, ut adversus manifesta pugnam sibi assumat; eumque, qui velut Rex & auctoritate, in suo ipsius regno stationem præbeat, accipientibus exæquet atque componat? Ceterum christianissimis hominibus dico, ut de iis quæ universa exsuperant & sunt inenarrabilia, talia sapiant sentiantque. [n] *Nam nec glorificatum est, quod claruit in hac parte*, ait sacer sermo, *propter excellentem gloriam*. Idcirco etiam dixit: [o] *Si ego glorifico me ipsum, gloria mea nihil est*.

Ἀλλὰ ἀποχρῶν πρὸς ἀποπληροφορίαν τοῖς ἀρτιφρονοῦσι, διὰ τὸ τῆς συμμετρίας ἄριστον, τὰ λεγόμενα· αὖθις δὲ ἐπὶ τὸν προκείμενον σκοπὸν παλινδρομήσωμεν· τῷ λόγῳ τὴν πνευματικὴν τῶν δικαίων εὐλάβειαν καὶ θεολογίαν· Συμεῶνός τε καὶ Ἄννης θαυμάζοντες, καὶ ζητοῦντες ἐν καλῷ· καὶ τό, πῶς ὁ μὲν γεραιὸς τοὺς κόλπους πρὸς ἐπίβασιν ἐφήπλου, τῷ τὸν οὐρανὸν ἔχοντι θρόνον, καὶ τὴν γῆν ὑποπόδιον· ἡ δὲ πρεσβῦτις τὰς περὶ αὐτοῦ προφητείας διεξίει, τοῖς τὴν λύτρωσιν ἀπεκδεχομένοις. βαβαὶ τῶν θαυμάτων. Μωϋσῆς ἐν τῷ Σινᾷ δέει συνήχετο, καὶ φόβῳ καὶ τρόμῳ προσίετο λαλοῦντι· Συμεὼν δὲ ἱεροθαρσαλέως καὶ ἀδιστάκτως πρόσεισι, τῷ ἐκείνῳ κεχρημα-

X. Verum satis fuerint dicta, ut qui sunt sanæ mentis certo persuadeantur, quo præcipua nobis mediocritas constiterit. Rursus autem ad scopum propositum revertamur: verbo mirantes, probeque exquirentes spiritualem justorum reverentiam theologiamque, Symeonis, inquam, & Annæ: utque, Senex quidem, sinus ad conscensionem, [p] habenti cælum, sedem; terramque, pedum scabellum; explicaret: Vetula autem, quæ de ipso erant prophetiæ, exspectantibus redemtionem edisseruerit. Papæ miracula! [q] Moyses in Sina, metu coarctabatur, timensque ac tremens adibat loquentem: Symeon vero, sacra assumta fiducia nihilque dubi-

a Joan. V. 31. *b* Marc. III. 17. *c* Matth. X. 7. *d* Psalm. LXXXI. 1. *e* Ibid. ℣. 6. *f* Rom. VIII. 14. *g* Psalm. LXXXV. 8. *h* Exod. VII. 2. *i* Isa. LV. 9. *k* Hebr. VIII. 1. *l* Marc. I. 7. *m* Joan. I. 16. *n* II. Cor. III. 10. *o* Joan. VIII. 54. *p* Isa. LXVI. 1. *q* Exod. XIX. 3.

1. Deest βασιλείας, aut quid simile: & pro αἰωνίου legendum forte οὐρανίου. 2 Forte, Μωϋσῆν. 3. Erat, μεταβόλως.

τηκότι, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ὑποδέχεται, καὶ περιφέρει φιλέργοις πτέρυξι τὸν καθήμενον ἐπὶ θρόνου Χερουβικοῦ, καὶ τοὺς διττοὺς ἀναπέμπει ὕμνους· νῦν ἀπολύεις τὸν δοῦλόν σου, δέσποτα, κατὰ τὸ ῥῆμά σου, ἐν εἰρήνῃ· ὅτι εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου τὸ σωτήριόν σου, ὃ ἡτοίμασας κατὰ πρόσωπον πάντων τῶν λαῶν· φῶς εἰς ἀποκάλυψιν ἐθνῶν, καὶ δόξαν λαοῦ σοῦ Ἰσραήλ. καλῶς ὁ πνευματικὸς, τὸ πνευματικὸν τοῦ κόσμου φωταγωγῶν φῶς, ἀνηγόρευσεν. ἐδέοντο γὰρ, οἱ ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθήμενοι τῆς δωδεκαώρου καὶ νεκρᾶς ἡμέρας. διότι ἐπεσκότασεν ἡ διαβολικὴ ἀχλὺς τὸ ἀνθρώπινον γένος, καὶ ἀνεστάτωσε, καὶ ὑπενόθευσεν ἀπὸ τοῦ πλάσαντος τοὺς ὑποδίκους γενομένους διὰ τὴν παράβασιν. διὰ τοῦτο ἡ φωτιστικὴ ἐπελθοῦσα ἡμέρα, τοὺς ἑκουσίως ἐν χλευαστικῇ ἀπάτῃ ἀναστατωθέντας ἐπὶ τὸ κακὸν, αὐθαιρέτως αὖθις ἐν ἐλέει μετοχέτευσεν ἐπὶ τὸ ἀγαθόν· καθάπερ ἀκτῖνας τοῦ ἡλίου φωτὸς, τοὺς δώδεκα ἀποστόλους τοῖς πέρασι τῆς οἰκουμένης ἐξαποστείλασα· ὥς φησὶ περὶ τοῦ σωτῆρος καὶ τῶν ἀποστόλων ὁ προφήτης Ἀμβακούμ· ἐπιβήσῃ ἐπὶ τοὺς ἵππους σου, καὶ ἡ ἱππασία σου σωτηρία. καὶ αὖθις· ἐπεβίβασας εἰς θάλασσαν τοὺς ἵππους σου ταράσσοντας ὕδατα πολλά. περὶ ὧν τὸ Ἰουδαϊκὸν στῖφος ἐν Θεσσαλονίκῃ ἀσχάλλον ἐβόα· οἱ τὴν οἰκουμένην ἀναστατώσαντες οὗτοι· καὶ ἐνθάδε πάρεισιν· καὶ οὗτοι πάντες ἀπέναντι τῶν δογμάτων Καίσαρος πράττοντες, καὶ βασιλέα ἕτερον λέγοντες Ἰησοῦν. καὶ τοῦτο οὐ ξένον τῇ Ἰουδαίων μανίᾳ· συνήθης γὰρ τούτοις, ὁ μετὰ τῶν ἁγίων νεωτερισμός. καὶ γὰρ τὸν μὲν Μωϋσῆν εὐχόμενον ὑπὲρ αὐτῶν ὡς ἀδικοῦντα ἐξύβριζον. Ἀαρὼν δὲ ἐπὶ μοσχοποιΐαν ἠνάγκαζον. καὶ Ἱερεμίαν εἰς λάκκον βορβόρου κατηκόντιζον. καὶ νῦν κατὰ τῶν ἀποστόλων λυττῶντες, ἀναστάτους ἀποκαλοῦσι, καὶ τυραννικοὺς ἀποκαλοῦσι Καίσαρος. ἀλλὰ τί τὰ σωτήρια προσκόπτετε, ὦ Ἰουδαῖοι; τί ὀχλαγωγεῖτε κατὰ τῶν εὐεργετῶν; ἕως τίνος ἀφεγγεῖ νυκτὶ παρομοιάζετε; ὡς γέγραπται. νυκτὶ ὡμοίωσα τὴν ἡμέραν σου. καὶ πάλιν· καὶ σὺ πύργος αὐχμώδης. βασιλέα κηρύττουσιν οἱ εὐσεβεῖς τὸν Ἰησοῦν, ὀρθὰ λέγοντες· οὐ τυραννικῶς, ἀλλὰ φυσικῶς κεκτημένον τὸ βασίλειον· δι' αὐτοῦ γὰρ βασιλεῖς βασιλεύουσι, καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς.

A tans, ad eum qui oracula Moysi edebat, accedit, suscipitque in ulnas, & circumgestat operosis pennis sedentem in throno Cherubico, submittitque duplex canticum: [a] *Nunc dimittis servum tuum Domine, secundum verbum tuum, in pace: Quia viderunt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciem omnium populorum; Lumen ad revelationem gentium, & gloriam plebis tuæ Israel.* Bene vir spiritalis renuntiavit, spiritale mundi lumen inducens concilianſque. Indigebant enim, [b] *qui in tenebris & umbra mortis*, [1] diei illius duodecim horarum & mortuæ, *sedebant*. Diabolica enim caligo humanum genus tenebris oppleverat subverteratque, atque a transgressione reos effectos, ab B opifice ceu adulteros abalienaverat. [2] Idcirco superveniens luminis dies, ipsos sponte, illudente errore, in malum subversos ac labefactatos, ultro rursus in bonum misericordia transvexit, velut solaris luminis radiis, duodecim destinatis in orbis fines Apostolis: quemadmodum de Salvatore & Apostolis Abacuc propheta dicit: [c] *Ascendes super equos tuos, & equitatio tua salus.* Et iterum: [d] *Superduxisti in mare equos tuos, conturbantes aquas multas:* Hæc Judæorum cœtus indigne ferens Thessalonicæ clamabat: [e] *Hi qui terrarum orbem conturbarunt, huc quoque venerunt: & hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, Regem alium dicentes esse Jesum.* Nec ea res Judaico furori est insolens: ita enim mo- C ris habent, nova moliri adversus sanctos. Etenim Moysem pro ipsis precantem, velut inferret injuriam, contumeliose habuerunt. Aaron vero ut vitulum faceret, adegerunt. Jeremiam denique in lacum luti jaculantes projecerunt. Nunc autem rabie adversus Apostolos furentes, conturbatores vocant, & qui tyrannidem moliantur adversus Cæsarem. Quid porro, Judæi, salutaria propellitis? Quid turbas beneficis cietis? Quamdiu nocti illuni assimilamini? sicut scriptum est: *Nocti comparavi diem tuum*: Et iterum: [f] *Et tu turris squallens.* Pii recte Jesum prædicant Regem, non velut tyrannice regnum obtineat, sed a natura: [g] *per eum enim reges regnant*; [3] & tyranni, terræ dominantur.

D

Λέγετε δέ μοι τῆς ἀληθείας οἱ κατήγοροι· ὁποῖος τρόπος τῆς Ἰησοῦ βασιλείας; πῶς ἐπεστράτευσε τῷ τυράννῳ; πῶς ἐξεπόρθησε τὴν τούτου δυναστείαν; πῶς καθεῖλε τὸν καθ' ἡμῶν ἰσχυρόν; πῶς διήρπασε τὰ σκῦλα αὐτοῦ; ἡμᾶς, οἷς πρὸς πᾶσαν ἀτοπίαν ἐκέχρητο. τίς ἡ ὁπλοθήκη; τίς ἡ πανταχία; ἀλλ' οὐκ ἀνέχονται οἱ δυσμενεῖς τοῦ Χριστοῦ καὶ τὴν ζωὴν ἀποστρεφόμενοι, φράσαι τὸ καινόπρεπες τοῦ θαύματος. ἴσασι γὰρ εἰς ἔλεγχον περιτρεπόμενον αὐτοῖς τοῦτο. τοῖς μὲν ἀνθρώποις ποικίλη κατεσκεύασται ἐκ σιδήρου πανοπλία εἰς ἀντίληψιν καὶ περίφραξιν τῆς σαρκικῆς καὶ ἐώλου ἀσθενείας· τῷ δὲ βασιλεῖ Ἰησοῦ καὶ Θεῷ, δυνατῷ ὄντι, ἐναντίωσιν ἔχει, εἰ κατὰ τὰ ἀνθρώπινα, ἡ παράταξις γίγνηται. τὴν γὰρ οἰκείαν δύναμιν κατακρύψας διὰ τῆς ἀσθενεστάτης ἀναφανδὸν σαρκὸς, ἀναφανεῖ τοῖς

XI. Porro qui veritatem criminamini, mihi dicite; quomodo habeat Jesu regnum? quomodo exercitum duxit adversus tyrannum? quomodo ejus principatum labefactavit? Quomodo [h] Fortem nobis adversarium dejecit? Quomodo diripuit ejus spolia? nos nimirum, quibus ad quævis absona utebatur. Quod ejus armamentarium? Quæ armatura? Verum non sustinent Christo infensi vitamque aversantes, miraculi novitatem edicere. Norunt enim id sibi in reprehensionem cedere. Equidem, varia ex ferro fabricata hominibus constat armatura, ad carnalis vanæque infirmitatis tuitionem & muni- E men: at Regi Jesu & Deo, cum sit potens, adversum fuerit, ut more humano aciem instruat. Suam enim ipsius virtutem carne propalam infirmissima occultans, cominus ad pugnam congredien-

a Luc. II. 29-32. b Isa. IX. 2. Luc. I. 79. Matth. XX. 6. c Abac. III. 8. d Ibid. ℣. 15. e Act. XVII. 6. 7. f Mich. IV. 8. g Prov. VIII. 19. h Matth. XII. 29. Marc. III. 27. Luc. XI. 21.

1. *Diei illius duodecim horarum & mortuæ.* τῆς δωδεκαώρου καὶ νεκρᾶς ἡμέρας.] Qualis nimirum infructuosa illa dies operariorum tota die, & ad undecimam desidentium.

2. *Idcirco superveniens luminis dies.* ἡ φωτιστικὴ ἐπελθοῦσα ἡμέρα.] Dies gratiæ & Christi, qui se ipsum lumen, ad quod nobis ambulandum sit, vocat: & a quo ceu sole, duodecim Apostoli ceu radii duodecim in orbem missi, totum cum lumine, divinis ardoribus impleverunt.

3. *Et tyranni, terræ dominantur.* καὶ τύραννοι κρατοῦσι γῆς.] Videtur quasi ex eodem *Prov.* VIII. referre, ubi tamen nec LXX. nec Vulg. habent. Forte duos locos, ut passim solet, in unum conflavit. Nondum etiam occurrit locus ille: *Nocti comparavi diem tuum.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

πρὸς πόλεμον [1] ἐνθίσγουσι. θώρακα μὲν ἐνδεδυμένος, κατὰ τὴν γραφὴν, δικαιοσύνην· κόρυθα δὲ, κρίσιν ἀνυπόκριτον· ἐλπίδα δὲ, ἀκαταμάχητον ὁσιότητα· καὶ τὸ κρατεῖσθαι δοκεῖν διὰ τῆς σαρκὸς τοῖς ἀντιπάλοις, ἑώλους καὶ ἀνισχύρους τοὺς κατέχοντας, περιελάμβανε.

tibus se ipsum demonstrat: [a] *Loricam quidem indutus, justitiam*, juxta scripturam: Galeam vero judicium sine simulatione: Spem autem, inexpugnabilem sanctitatem: idque ipsum quod ab adversariis carne superatus teneri videretur, eos qui detinerent inanes viribusque vacuos triumpho egit.

Τοιαύτη, ὦ Ἰουδαῖοι, τοῦ βασιλέως ἡμῶν Χριστοῦ ἡ παράταξις, κἂν ὑμεῖς τὸν οἰκεῖον ταμιεύσεσθε ἔλεγχον. ἐξαπέστειλε δὲ καὶ καθαιρέτας τῆς πλάνης εἰς τὴν οἰκουμένην. στρατηγοὺς ἀόπλους· ἀοργήτους· ἀναιμάκτους· κηρύγματι εὐσεβείας μόνον, ἐξαφανίζοντας μὲν πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τῆς θείας αὐτοῦ ἑνώσεως, φωτίζοντας δὲ πᾶν γένος ἀνθρώπων, ὡς φησὶν ὁ προφήτης· εἰς φῶς βολίδες σου πορεύσονται, εἰς φέγγος ἀστραπῆς ὅπλων σου. διὰ τοῦτο καὶ ὁ θειότατος ἀπόστολος βοᾷ· τὰ γὰρ ὅπλα τῆς στρατείας ἡμῶν, οὐ σαρκικά· ἀλλὰ δυνατὰ τῷ Θεῷ πρὸς καθαίρεσιν ὀχυρωμάτων, λογισμοὺς καθαίροντα, καὶ πᾶν ὕψωμα ἐπαιρόμενον κατὰ τοῦ Θεοῦ· καὶ αἰχμαλωτίζοντες πᾶν νόημα εἰς τὴν ὑπακοὴν τοῦ Χριστοῦ. ὢ τοῦ θαύματος. ὢ τῆς ἀφάτου καὶ προσκυνητῆς ἀγαθότητος. ὢ τῆς θείας καὶ ἀνεκδιηγήτου περὶ ἡμᾶς τοῦ δεσπότου στοργῆς. πῶς νομίμῳ τάξει, καὶ οὐ δυναστείας ἀνάγκῃ, συλλόγῳ τε καὶ πειθοῖ ἀποβουκολισθέντων τῆς ζωῆς ὑπὸ τοῦ κλεψογόνου, ᾠκονόμηκε σωτηρίαν· καὶ τὴν ὅθεν ἀφείλατο ὁ πρωτόπλαστος, ἐπανόδῳ κατεδώδωκεν· ἀποπτύσαντες μὲν καὶ ἀποσειριάσαντες ἐν γνώσει τοῦ μυσεροῦ δυσμενοῦς τὴν χλεύην καὶ πλάνην· ἕνα δὲ ὅρον ἐπεγνωκότες, λυσιτελῆ· τὸ, μηδὲν τῆς εὐσεβείας προκρίνειν· ἐντεῦθεν τῆς μὲν ἑλληνικῆς μυθοθρησκείας, ὡς ἐν νεκροῖς προσοχθήμασι τὰς ἐλπίδας κεκτημένης, ἀνεπαισθήτως ἀπεπήδησαν· τῆς δὲ Ἰουδαϊκῆς ἀξυνεσίας, ὡς μὴ ὁμολογούσης τῆς ἀειζώου καὶ ἀκινήτου θείας οὐσίας τὸ ἔνδικον καὶ τηλαυγέστατον γνώρισμα· τὸν ἐνυπόστατον αὐτῆς λόγον καὶ ἐμφανέστατον υἱὸν, ἐμακρύνθησαν· τῆς δὲ ὀρθῆς καὶ βεβαίας περὶ τὸν ὄντως ὄντα Θεὸν, γνώσεως ἐπελάβοντο· ζῶντα Θεὸν ὁμολογοῦντες, τὸν, ἐν τῷ ζῶντι ἅμα Θεῷ καὶ ἅμα ἀγαθῷ υἱῷ, καὶ τῷ θείῳ καὶ ὁμοουσίῳ πνεύματι, τὴν ἀμέριστον αὐτοῦ τριάδα ἡμῖν ἀποκαλύψαντα· τὸν, ἐν τῷ ὁμοουσίῳ καὶ ἀπαραλλάκτῳ αὐτοῦ υἱῷ μεμαρτυρημένῳ, τὸ τῆς πατρικῆς κρυφιότητος γνώρισμα προάγοντα· τὸν, ἀναδείξαντα ἡμῖν πάσης θείας προφητείας τὸν καρπὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν κύριον ἡμῶν, ἄρτιον ἐν θεότητι, καὶ τέλειον ἐν ἀνθρωπότητι· καὶ προσκυνούμενον ὑπ' ἀγγέλων ἐπὶ γῆς ὡς ἐν οὐρανοῖς, κατὰ τὸν εἰρηκότα· ὅταν δὲ εἰσαγάγῃ τὸν πρωτότοκον εἰς τὴν οἰκουμένην, λέγει, καὶ προσκυνησάτωσαν αὐτῷ πάντες οἱ ἄγγελοι Θεοῦ. προσκυνησάτωσαν δηλαδὴ [4] πρώτοις τοῖς ἐπὶ φάτνης· Συμεὼν δὲ καὶ Ἄννα δευτέρως ἐν τῷ ναῷ· Μάγοι δὲ μετέπειτα ἐν Βηθλεέμ· καὶ καθεξῆς ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, οἱ εἰς υἱοθεσίαν εἰσπεποιημένοι, κατὰ τὴν τοῦ Ἰσαὰκ ἐπὶ Ἰακὼβ προμήνυσιν· περὶ ὧν ὁ Παῦλός φησιν· ἐλάβομεν πνεῦμα υἱοθεσίας ἐν ᾧ κράζομεν· ἀββᾶ, ὁ πατήρ.

XII. Hujusmodi est, o Judæi, Regis nostri Christi acies, tametsi vos reprehensionem paretis. Porro etiam destinavit in orbem terræ, qui convellerent errorem: inermes duces, sine ira, absque sanguine; qui quidem uno pietatis præconio, omnem sublimitatem efferentem se adversus ejus divinam unionem convellerent; omne vero genus humanum illuminarent, quemadmodum ait propheta: [b] *In lucæ sagittæ tuæ ibunt, in fulgure coruscationis armorum tuorum*. Idcirco etiam clamat divinissimus Apostolus: [c] *Nam arma militiæ nostræ non carnalia sunt, sed potentia Deo, ad destructionem munitionum: consilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se adversus Deum, & in captivitatem redigentes omnem intellectum in obsequium Christi*. O miraculum! O ineffabilem & adorandam bonitatem! O divinum & inenarrabilem, paternum in nos Domini amorem! Ut legitimo ordine, non potentia vim faciente, eorum provide salutem peregit, quos colloquio inductioneque fur ille generis a vita abduxerat: atque unde primus parens abstraxerat, prospere reduxit; ubi exsecrabilis quidem hostis irrisionem erroremque, in scientia despuissent, [2] ac ceu capitis ardorem depulissent; unam vero utilem regulam, ut nimirum nihil pietati & religioni præferrent, agnovissent: sensim inde ac velut sine sensu, a fabuloso gentilium cultu spem habente in mortuis abominationibus idolisque, resilierunt: a Judaica autem insipientia, velut non confitente æternum vivæ & immobilis divinæ substantiæ justam illam dilucidissimamque notionem; subsistens, inquam, ipsius Verbum Filiumque manifestissimum, longius recesserunt: ac rectam firmamque Dei veri notitiam receperunt: Deum confitentes vivum, qui in vivente simul Deo, simulque Filio bono, divinoque & ejusdem substantiæ Spiritu, suam nobis indivisam Trinitatem revelavit: qui in ejusdem secum substantiæ [3] & incommutabili testificato [d] Filio suo, occultam paternam rationem notamque producit ac palam statuit: qui nobis universæ prophetiæ fructum exhibuit Jesum Christum Dominum nostrum; perfectum in deitate, & in humanitate perfectum; atque in terra sicut in cælis ab Angelis adoratum, juxta eum qui dixit: [e] *Et cum iterum introducit primogenitum in orbem terræ, dicit*: [f] *Et adorent eum omnes Angeli Dei*: Adorent, scilicet primi illi ad præsepe positi; post illos vero, Symeon & Anna, secundas suscipiunt in templo; postea Magi in Bethleem; ac deinceps per orbem universum, qui in filios adoptione adsciti sunt, juxta quod Isaac prænuntiavit in Jacob [g]: in quæ ait Paullus: [h] *Accepimus spiritum adoptionis in quo clamamus: Abba, Pater*.

a Ephes. VI. 15. *b* Abac. III. 11. *c* II. Cor. X. 4. 5. *d* Matth. III. 17. Matth. XVII. 5. *e* Hebr. I. 6. *f* Psalm. XCVI. 8. *g* Gen. XXVII. 29. *h* Rom. VIII. 15.

1. Forte, ἐνθίγουσι.

2. *Ac ceu capitis ardorem depulissent*. ἀποσειριάσαντες.] Multa Thes. & alii in simplex σειριάω & σειρίασις, quibus designatur morbi genus ex quadam capitis inflammatione: forte ἀπὸ τοῦ σειρίου. quod tempore caniculæ, solis ardor majus periculum ejuscemodi morbi creet. Est elegans metaphora.

3. *Et incommutabili testificato Filio suo, &c.* καὶ ἀπαραλλάκτῳ υἱῷ αὐτοῦ μεμαρτυρημένῳ κ. τ. ἑξ.] Qui testificando Filium suum per omnia similem & ejusdem omnino secum substantiæ, etiam se ipsum & quod Pater est, edicit proditque; quod relatis est proprium. Erat paternæ illius κρυφιότητος γνώρισμα valde obscurum, ante quam solemni illa testificatione ad quam alludit auctor, in Jordane detegeretur.

4. Forte, πρῶτοι οἱ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

A XIII. Ceterum quid diva ſumeque laudabilis Virgo mater, ad ea quæ peragebantur? Sane merito ſermones mirabatur. [a] *Conſervabat vero etiam iſta cum prioribus in corde ſuo*. Ad quam Symeon prænuntians ait: O columba dealbata & innocens! O ſpei noſtræ ſanctum templum, in quo ſanctitas omnis & magnificentia reſidet. [b] *Hic*, quem arcana tu ratione peperiſti, *hic ipſe poſitus eſt in ruinam & reſurrectionem multorum in Iſrael, & in ſignum cui contradicatur: B & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*. Enimvero, quid lætis triſtia miſces, o ſenex? Hactenus *lumen* & *gloriam* loqueris; nunc vero *ruinam* annuntias, matrique quæ concepit, *gladium* deſcribis? Maxime, inquit: erunt omnia ſuo tempore: ruina quidem, infidelibus: fidelibus autem, reſurrectio. *Et in ſignum contradictionis*; [1] ut indiciis virtutibuſque, terrarum orbem ab hominibus conferamus contendamuſque. C Ceterum animæ quoque Virginis erit quandoque ſuum tormentum a variis cogitationibus ingredientibus & egredientibus. Neque enim de minimis eſt ſermo; ſed de Deo, de conſuetudinum legumque translatione, de mutatione hominum, de unione populorum, de concordia gentium, de adunatione linguarum, de indiviſo religionis cultu, de tyranni deſtructione. Quei vero putandum, omnia hæc perfici poſſint ſine ſtrepitu & conturbatione? Idcirco alii quidem ruinam patientur, D mortificabuntur alii: atque futurum eſt, ut hi quidem contradicant novo ſigno; hi autem efficaci ejus virtuti ſuccumbant & cedant. Sunt igitur a Juſto relata, operis demonſtratione probata, ſumme conſpicua. Ac primum rem probat doctorum noſtrorum pietas. Qua vero id ratione? Audi. Fuit prius Paullus incredulus in ignorantia; demumque agnita Chriſti virtute, ingenue prædicavit: [c] *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam Chriſti*. Rurſus dubitavit Thomas ille [d]; cumque E palpaſſet, deinceps deſideratum confeſſus eſt *Dominum & Deum*

A Αλλὰ τί πρὸς τὰ τελούμενα ἡ θεία καὶ πανύμνητος παρθενικὴ μήτηρ; ἐθαύμαζε μὲν εἰκότως τὰ λεγόμενα· διετήρει δὲ ὅμως μετὰ τῶν προλαβόντων καὶ ταῦτα ἐν τῇ καρδίᾳ. πρὸς ἣν ὁ Συμεὼν ὑπαγορείαν ἐντίθεται φάσκων· ὦ περιστερὰ λελευκαμένη καὶ ἀκέραιε. ὦ σκήνωμα ἅγιον τῆς ἐλπίδος ἡμῶν, ἐν ᾧ ἁγιοσύνη καὶ μεγαλοπρέπεια πᾶσα ἐνιδρύεται. οὗτος, ὃν σὺ τέτοκας ἀπορρήτως· οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραήλ· B καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον. καὶ σοῦ δὲ αὐτῆς τὴν ψυχὴν διελεύσεται ῥομφαία, ὅπως ἂν ἀποκαλυφθῶσιν ἐκ πολλῶν καρδιῶν διαλογισμοί. ἀλλὰ τί τοῖς φαιδροῖς σκυθρωπὰ καταμιγνύεις, ὦ πρεσβῦτα. μέχρι τῆς δεῦρο, φῶς καὶ δόξαν ἀγορεύεις, καὶ νῦν πτῶσιν διαγγέλλεις, καὶ ῥομφαίαν τῇ συλλαβούσῃ διαγράφεις; ναί φησι· πάντα γενήσεται ἐν καιρῷ αὐτῶν· πτῶσις μὲν, τοῖς ἀπιστοῦσιν, ἀνάστασις δὲ, τοῖς πιστεύουσι. καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλογίας. ἵνα τὴν οἰκουμένην ἀπὸ δείξεων C καὶ δυνάμεων παραδειχθήσωμεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων. καὶ τῆς παρθενικῆς δὲ ψυχῆς ἔσται ποτὲ βάσανος ὑπὸ ποικίλων εἰσιόντων καὶ ἐξιόντων λογισμῶν. οὐ γὰρ περὶ ἐλαχίστων ὁ λόγος· ἀλλὰ περὶ Θεοῦ· περὶ μεταθέσεως ἠθῶν καὶ νόμων· περὶ μεταβολῆς ἀνθρώπων· περὶ ἑνώσεως λαῶν· περὶ ὁμονοίας ἐθνῶν· περὶ συναφείας γλωσσῶν· περὶ ἀδιαιρέτου θρησκείας· περὶ καθαιρέσεως τυράννου. καὶ πῶς οἴονται ταῦτα πάντα ἀψοφητὶ κατεργασθῆναι; διὰ D τοῦτο, οἱ μὲν πεσοῦνται· οἱ δὲ, νεκρωθήσονται· καὶ οἱ μὲν, τῷ ξενισμῷ τοῦ σημείου ἀντιλέξουσι· οἱ δὲ, τῇ δραστηρίῳ αὐτοῦ ἐνεργείᾳ ὑποκύψουσι. σαφέστατα τοίνυν τοῦ δικαίου τὰ διηγήματα, ἔργῳ τὴν ἀπόδειξιν κεκτημένα. καὶ δείκνυται τοῦτο πρῶτον ἐκ τῶν ἡμετέρων εὐσεβῶν διδασκάλων. καὶ πῶς; ἄκουε. ἠπίστησε πρότερον ὁ Παῦλος ἐν ἀγνοίᾳ· καὶ ἔσχατον μαθὼν τὴν τοῦ Χριστοῦ δύναμιν, εὐγνωμόνως ἐκήρυξεν· οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς καλεῖσθαι ἀπόστολος, διότι ἐδίωξα τὴν ἐκκλησίαν τοῦ Χριστοῦ. πάλιν ἀμφέβαλεν ὁ Θωμᾶς, E καὶ γενόμενος ψηλαφητὴς, ὕστερον τὸν ποθούμενον κύριον καὶ Θεὸν ἑαυτοῦ ὡμολόγη-


A XIII. * Verum quid ad hæc quæ peragebantur diva omnique laude celebranda parens Virgo? Mirabatur quidem ea quæ dicebantur: hæcque adeo una cum superioribus in corde conſervabat. Ad quam Symeon in hæc fere verba conſilium exponit. O columba dealbata, & innocens! O ſpei noſtræ ſanctum templum, in quo ſanctitas omnis, & magnificentia reſidet! *Hic*, quem tu peperiſti, (neſcis) *Hic poſitus eſt in ruinam, & reſurrectionem multorum in Iſ- B rael, & in ſignum cui contradicetur: & tuam ipſius animam pertranſibit gladius, ut revelentur ex multis cordibus cogitationes*. At enim, quid lætis triſtia miſces, o ſenex? Hactenus *lumen* & *gloriam* loqueris, nuncque *ruinam* annuntias, ac parenti *gladium* palam edicis? Maxime, inquit: erunt omnia ſuo tempore: ruina quidem, infidelibus; fidelibus autem, reſurrectio. *Et in ſignum cui contradicetur* late per orbem; quod nimirum apertis probationibus ac virtutibus, non le- C vitate ab hominibus recipiendum ſit. Sed & virginalis animi tui erit quandoque tormentum ex variis cogitationibus ſubeuntibus, ac exeuntibus. Neque enim de minimis res erit; ſed de Deo, de morum legumque translatione, de mutatione hominum, de unione populorum, de concordia gentium, de adunatione linguarum, de indiviſa religione, de deſtructione tyranni. Quei vero iſthæc fieri queant ſine ſtrepitu? Idcirco cadent alii, alii reſurgent; alii D vita donabuntur, alii mortem incurrent. Atque alii quidem ſigno contradicent pro ejus novitate, alii efficaciæ ejus virtuti ſuccumbent. Sunt igitur a Juſto relata ſumme conſpicua, eventu ipſo comprobata. Ac primo rem oſtendit noſtrorum doctorum pietas. Qua id ratione? Accipe. Fuit quondam Paullus incredulus in ignorantia; demumque agnita Chriſti virtute, ingenue prædicavit: *Non ſum dignus vocari Apoſtolus, quia perſecutus ſum eccleſiam Dei*. Rurſus dubitavit Thomas, iterumque di- E lecti palpator effectus, Dominum illum Deumque confeſſus eſt.

a Luc. II. 19. b Ibid. ✝✝. 34. 35. c I. Tim. I. 13. d Joan. XX. 25.

1. *Ut indiciis virtutibuſque*, &c. ἵνα τὴν οἰκουμένην ἀπὸ δείξεων καὶ δυνάμεων παραδειχθήσωμεν ὑπὸ τῶν ἀνθρώπων.] Ut ipſum ſecum mundum argumentis & virtutibus ab hominibus & penes homines conferamus. Senſus quidem non ita obſcurus; minus tamen forte ſana littera. Vult ergo eſſe illud contradictionis ſignum, ut quiſque contra alterum velut comparetur, ſuæque virtutis ſpecimen, vel adorato, vel blaſpheme repulſo, edat.

* Hæc uſque ad finem ex luculentiore card. Maz. codice Latine reddita, ita refert Combefiſius in ſua *bibl. Patrum concion.* tom. I. pag. 475. ubi locus ita incipit: *Verum quid*, cet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



suum. [1] Sed & filii Joseph quandoque increduli fuerunt, sicut Evangelista testatur [a]: experimento autem comperta veritate scripserunt, Jacobus nimirum & Judas, toti mundo, [b] *Dei se & Domini Jesu Christi esse servos*: quorum nos omnes utinam efficiamur participes, ejus gratia qui eos elegit in Apostolos, Jesu Christi Domini & Dei nostri: cum quo, Patri & Spiritui sancto, gloria, honor & adoratio, sicut erat a principio, & nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

A σεν. ἠπίστησαν δέ ποτε καὶ οἱ τοῦ Ἰωσὴφ υἱοὶ, καθὼς μαρτυρεῖ ὁ εὐαγγελιστής· καὶ τῇ πείρᾳ διδαχθέντες τὸ ἀληθὲς, γεγραφήκασιν, Ἰάκωβος καὶ Ἰούδας, παντὶ τῷ κόσμῳ, Θεοῦ καὶ κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ δούλους ἑαυτοὺς εἶναι· ὧν μέτοχοι γένοιμεν πάντες ἡμεῖς, ἐν χάριτι τοῦ ἐκλεξαμένου αὐτοὺς εἰς ἀποστόλους, Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν· μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ, σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι, δόξα, τιμὴ καὶ προσκύνησις, ὡς ἦν ἀπ᾽ ἀρχῆς, καὶ νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. ἀμήν.

A Sed & filii Joseph quandoque increduli fuerunt, sicut Evangelista testatur; periculo tamen veritatem docti, toti mundo scripserunt Jacobus & Judas, Dei se & Domini Jesu Christi esse servos: quorum nos omnes utinam efficiamur participes, ejus gratia qui illos in Apostolos elegit, Jesu Christi Domini nostri: cum quo, Patri & Spiritui sancto, gloria, honor & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

a Joan. VII. 5. b Jacob I. 1. Judæ. 1.

1. *Sed & filii Joseph*. καὶ οἱ τοῦ Ἰωσὴφ υἱοί.] Sic quoque Gregorius, Epiphanius aliique Græci opinati sunt de re uxoria beatissimi Joseph, ante Mariæ nuptias. Nec rem ita abhorret pietas Christiana: quamquam Hieronymi opinio contra Helvidium, ut Virgo Virgini junctus sit, futurus loco patris Virgini Jesu, velut majori pietate, in re minus perspecta, amplectenda videatur; nullo tamen præjudicio aliter sentientium. Vossius abrogat Chrysostomo orationem εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν, ejus sæpius nomine editam, eo præsertim titulo, quod complectatur illam sententiam de re Joseph uxoria, & ejus duplici conjugio; tribuitque ex Romani cujusdam codicis fide, Gregorio Thaumaturgo; velut fetus, minus sanæ doctrinæ Chrysostomo, satis sanæ videri debeat θεοδιδάκτῳ & Evangelistæ Joannis discipulo, Gregorio. Quare non immerito perstringit præfatum Vossium Leo Allatius in suo Eustathio: quamquam & ipse forsan nonnihil videri possit zelo Græco calentior. Habemus illam orationem ex regio codice, duplam circiter quam hactenus prodiit, totamque dominicæ Annuntiationis historiam, continua fere prosopopœja enarrantem, quam impressa circiter mediam abrumpunt: quo stilo exstant non pauca encomiastica inscripta Chrysostomo, ut in Abraham, in Joannem Baptistam, &c. quibus magna aliquando fuit Frontonianæ Chrysostomi editioni, nec prorsus inutilis, accessio.



*THEODOTI
EPISCOPI ANCYRANI

Oratio in Domini nostri Jesu Christi diem natalem.

Ex ms. cod. Græco membranaceo emin. card. Mazar.

Interprete Fr. Francisco Combefis.

I. HOdierna solemnitas parens est omnium solemnitatum. Ex hac namque festiva die festivitatum circulus omnis exoritur. Sive enim martyrum memoriam colimus, is hodie natus est cui illi testes exstiterunt, istud festivitatibus illis præbens initium. Sive Christi passiones celebramus ex quibus medelam nobis adsciscimus; hodie qui eas perpessus est, in hunc mundum homo factus advenit, ut earum nobis efficeretur socius. Erat quidem & ante partum Deus, & apud nos erat, sed non nobis conspicuus. Nobiscum erat, sed nos eum non videbamus. [a] *In mundo* enim, inquit, *erat, & mundus eum non cognovit*. Quamobrem erat quidem apud nos, at non videbatur a nobis: post partum autem adest is ipse ut semper erat, nosque B eum videmus. Idcirco ejus adventum manifestationem dicimus. Nam nobis quoque tunc aderat, cum eum videre minime poteramus. Iis qui ignorabant tunc advenit, cum illis est cognitus. Belle sane. Prius quidem sua præsens natura erat; mihi tamen ut videretur, præsens non erat. Nunc autem cum a nobis visus est, etiam nobis advenit, qui & prius nobiscum erat. Quia enim ejus ignoratione tenemur, qui minime nobis conspicuus exsistit, ut ipsum quis sit assequi non valeamus, fit homo qui per naturam mansit invisibilis. Atque is qui est semper, partu hodie editur, ut tu esse eum cognoscas, non ut ille in rerum productus naturam esse incipiat. Sive ergo martyrum memoriam colimus C, hodierna solemnitas ejusmodi parens est solemnitatum. Sive ejus celebramus passiones qui nostri caussa pati dignatus est, qui voluit pati hodie in mundum venit, hodiernamque festivitatem passionibus antiquiorem facit. Sive vivificam ejus mortem recolimus, nunc advenit qui se pro nobis in mortem erat traditurus. Sive denique magnam resurrectionis ejus festivitatem agimus, quam nobis is præbuit, se ipsum primitias efficiens eorum qui sunt resurrecturi; (in se namque universum suscitavit humanum genus, communem universi illius suscitandi promissionem faciens) hodierna festivitas illa etiam exsistit antiquior. Etenim triduanus e sepulcro surrexit Salvator, non suum dumtaxat D sepulcrum aperiens, [b] sed & multorum sepulcra sanctorum reserans. Cum suo enim etiam sanctorum sepulcra aperuit, resurrectionem suam arrhabonem ac pignus præbens communis resurrectionis. Resurgens e sepulcro sepulcra aperuit; natusque e vulva vulvam non aperuit. Ex morte enim ac terræ sinu emergens monumenta aperit; nascens vero ex Virgine uterum non aperuit: sed & nascitur, & Virginis sinum clausum relinquit. Quamobrem quæso? video enim & te ejus sciendi desiderio teneri. Num hæc caussa rite dicatur ob quam monumenta aperiuntur, vulva virginalis aperta non fuit? quod nimirum ejus resurrectio uni- A versorum resurrectionis caussa exstitit; partus vero miraculum ejus solum qui illo editus est fuerit, non ut quisquam alius tali modo nativitatis in rerum naturam edendus sit. Solus enim cum esset, ac præsens esset, natus est; nos autem post partum in hunc mundum advenimus: ac nos quidem tum primum sumus, cum partu effundimur; ipse vero cum natus est, tum primum oculis conspicuus fuit. Quia ergo resurrectio communis erat, partus vero ejus exstitit singularis; universis aperiuntur sepulcra, uterus autem non aperitur, soli Christo servans mirabilem illum pariendi modum. Idcirco virgo mansit Virgo, tametsi vere matris nomen obtinuit. Mater namque effecta est lactentem pariens puerum; mansit nihilominus virgo Verbum edens carnem factum. Eum itaque qui natus est, & hominem Virgo ostendit, & Verbum: hominem ostendit effecta mater; sed & Verbum eumdem prodidit virgo perseverans, quod & prius fuit. Neque enim illud amisit, hocque assumsit. Mansit ergo virgo, quod erat; ac mater effecta est, quod non erat: quippe quæ eum erat paritura, qui homo factus, Deus perseveravit.

II. Ne jam ergo quæstionum nodos Dei necte miraculis, neque admirandam dispensationem dubitatiunculis fatiga, quas tu secutus in fide naufragasti. Ratiunculis enim te ipsum credens, velutque navem tutissimam fidem relinquens, ac tuis quæstionibus Dei signorum pelagus trajicere cupiens, necessario naufragium facis; qui & quod tutum erat reliqueris, nec pelagus quantum est superare possis. Ex me quæris, quomodo Deus permansit? Vicissim & ego quæro quomodo mansit Virgo quod erat Virgo, & mater exstitit? Hæc vides; illa credis. Quod enim oculis conspicuum est, ejus est probatio quod conspicuum non exsistit. Verum ad evangelicum sermonem animum reducamus, quo inde petitis narrationibus jucunde vos excipiamus.

III. *Jesu Christi*, inquit, [c] *generatio sic erat*. Hæc ait Matthæus Evangelista, qui & Christum Deum sciat sæculis anteriorem, & ejus nunc narret generationem. Hæc ergo, ait, nosce: eum me sermone describere qui & semper est, & factus est. Ejus, inquit, generationem narro, qui est semper: ejus partum, qui Patri coæternus exsistit. Generationem dico, non qua ratione erat, sed qua postmodum exstitit. Meam itaque tibi dico generationem, quam conditor meus amplexus est. [d] *Cum enim esset desponsata mater ejus Maria Joseph, antequam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. Quorsum vero ex Virgine nasciturus Dominus, non ex ea quæ non desponsata; sed quæ viro desponsata esset, nascatur; operæ pretium

a Joan. I. 10. *b* Matth. xxvii. 52. *c* Matth. I. 18. *d* Ibid.

* Ex *biblioth. Patrum concion.* Combefis. tom. I. pagg. 111-113.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.

noscamus. Plures enim hæc nobis objiciunt, qui A sapientis ejus consilii utilitatem oppido cognoscere velint. Quidni ex virgine non desponsata natus est? Quidni omni exsors suspicionis mansit virginitas, quæ Domino nascituro ministratura erat? Secus plane se res habet: suspecta namque Virgo futura erat, nisi Joseph qui desponderat custodem habuisset. Verum sponsam eam justus accipit, ut virginitatis custos exsistat, ac partus testis. Quamobrem etiam custos in ejus veniens suspicionem, quamquam putaverat bene custodisse sibi desponsatam, [a] *voluit occulte dimittere eam*. Enimvero testis ipse Virginis efficitur, qui sapienti consilio disponit miraculum. [b] *Ait* enim *in somnis Joseph: Noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim* B *in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Nulla tibi fraus contigit custodienti Virginem: partus enim mysterium de Spiritu sancto exsistit. Non adulterium est quod ita gestum est, sed adulterii sublatio. Virgo, virgo est. Deus Verbum est qui in illa gestatur: qui & si nasciturus est, siquidem est factus caro; nihil tamen sponsæ tuæ virginitatem lædet. Custos ergo Joseph effectus est Mariæ, ac ejus virginitatis testis omni major exceptione. Idcirco igitur ex desponsata Virgine nascitur Dominus, sponsum testem virginitatis faciens.

IV. Porro cum mysterium mystice ac arcana ratione fieri oporteat, oportuit incarnationis mira- C culum nova quadam ac insolita exhiberi ratione. Debuit gratia hominibus ea salutem consecuturis fieri manifesta, eademque diabolo hominum semper bonis insidiantis reddi obscura. Erat quidem Mariæ virginitas, iis qui vellent quod res haberet considerare, perspicua; desponsatio autem diabolum deceperat, tamquam corporis exstitisset commixtio, ac necdum Emmanuel natus esset, quem Esaias propheta ex Virgine nasciturum annuntiaverat, in hæc verba loquens: [c] *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel: quod interpreteris Nobiscum Deus*. Quod audisset diabolus communem gratiam ex Virgine nasciturum, insidiabatur virginitati, nusquam eam consistere sinens. Nec sane D apud Judæos virgo ulla erat, nec ethnici rem honori habebant, contendente dæmone ut hanc apud homines virtutem exstingueret. Quia ergo virginitas insidiis a dæmone appetebatur, cum & ille tum virtutem odio prosequeretur, tum etiam munus humano generi salutare timeret; desponsat Mariam Joseph, ac matrimonii exhibetur species, ut Virgo inscio diabolo virgo perseveret, virginitatem divinæ ordinationi servans; fiatque Virgo ex se nasciturі Domini organum, desponsationis illo colore dæmonis insidias latens. Idcirco igitur Joseph in sponsam accepit.

V. Verum *ait Angelus Joseph: Noli timere ac-* E *cipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Heic sancti Spiritus dignitas ostenditur, ejusque creatrix potestas palam evincitur. Creator quippe fetus Spiritus sanctus Angeli sermone significatur, exque eo factus puer ab Angelo proditur. Quei vero, ac qua ratione? Quia enim Christus factus est secundus Adam, emendante Deo prioris transgressionem (vocatur enim Christus novissimus Adam, sic Apostolo eum appellante. [d] *Factus est* enim, inquit, *primus Adam in animam viventem; novissimus Adam in spiritum vivificantem*. Nec dicit secundus Adam, quamquam non ignorabat secundum ex adverso prioris distingui: sed *novissimum* eum dicit Adam, ne tertium quartumve alium speraveris) Erat ergo Dominus novissimus Adam; quodque prior a Patre formatus sit, novissimus a Spiritu sancto formatur, quo æqualem Spiritus sancti ac Patris virtutem significet. Neque tamen primus sine Spiritu aut Unigenito non cooperante conditus est, vel a solo Patre creatus: sancta enim Trinitas erat quæ condebat hominem, eoque etiam dicebat Pater: [e] *Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram*; Unigenito suo, sanctoque Spiritu adjutore ac consultore utens: hoc est, ipse secum cum sua sapientia ac vi sanctificante colloquium habens. [f] *Christus* quidem, *Dei virtus est, & Dei sapientia*; Spiritus autem sanctus sanctificans conditoris vis exsistit. Non ergo alius cum alio consilium habitum est, sed ipse suam sapientiam consilii sociam ac adjutricem accepit; vimque illam sanctificantem ad creationis opus assumsit, cujus illius munus ut creata servet, eisque sanctitatem impertiat.

VI. *Jesu Christi* ergo *generatio sic erat. Cum enim esset desponsata mater ejus Maria Joseph, ante quam convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. Neque dixit, accepisse in utero: non enim ex virili semine erat, quod illo gestabatur; sed, *Inventa est in utero habens*. Plane siquidem erat qui factus est, salutare dispensationis inventum. Ait namque, *Inventa est in utero habens de Spiritu sancto*. Inventus est iis, qui fide receperunt incarnationis miraculum. Inventus est salutem consecuturis fidelibus, ac iis qui in eo quod erat conspicuum, non offenderunt. Inventus est non ex homine exsistendi sumto principio, sed nova quadam ac insolita ratione ex Spiritu sancto editus. Fuerat sane ex virgine aratrum non experta terra primus Adam formatus; exque vulva virgine formatur novissimus, quo hac quoque parte Dominus Adam effectus fidelibus, Adæ lapsus emendet.

VII. *Joseph autem vir ejus, cum esset justus, & nollet eam traducere, voluit occulte dimittere eam*. Solvit paullulum memoriam mysterii novitas. Non enim Joseph miraculi reputavit magnitudinem. Non pro eo ac decebat consideravit, quod etiam naturam superabat & rationem; sed suspectam habebat Virginem, clam se virginitatis jacturam passam eam existimans. Existimabat solutam virginitatem, mirabilem fetum in utero videns. Incautam suspicabatur virginitatis jacturam, admirandam œconomiam. Nescivit Joseph quod novum factum erat, & voluit occulte dimittere Virginem, morem veteri legi gerens. Verum corrigit Angelus quod ita suspicabatur, ei qui deceptus esset ignoscens. Suspicioni dat veniam. Non enim ejusmodi erat mysterium, ut humanis illud rationibus assequi posset. Quamobrem non increpat Joseph ut qui calumniam struat, sed docet quid res habeat, veniam ignorantiæ præbens. Ait namque illi: *Joseph fili David*. Etiam nobilitatem honorans commemorat, suspicionem curans. *Joseph fili David, noli timere accipere Mariam conjugem tuam: quod enim in ea natum est, de Spiritu sancto est*. Cognito ergo Joseph mysterio, citoque fidem Angelo habens, factum ex Virgine Emmanuelem certo conjiciens, ac Legislatorem sequestra Virgine adesse intelligens, Legem reliquit, nec desponsationis necessitudinem solvit, qui & ipse mysterio huic minister lubens accederet. Accipit itaque Virginem, non jam ut con-

a Matth. I, 19. b Ibid. ℣. 20. c Isa. VII. 14. Matth. I. 23. d I. Cor. XV. 45. e Gen. I. 26. f I. Cor. I. 24.


jugem, sed ut Arcam; non Legem, sed ipsum Legislatorem ferentem. Habebat igitur Joseph Virginem mysterio serviens, servansque virginitatem. Cognovit quæ prius prophetæ locuti erant. Intellexit prophetarum sermones: quippe justus erat, eosque sermones meditari usu didicerat.

VIII. Verum videamus & prophetiam, ut mirandum hunc signaret partum. In medium prophetam adducamus, Dei explicantem partum, salute humanum genus donaturum. Altius itaque propheticum sermonem repetamus, ac vobis prophetiam ex abundanti explicemus. Ait ergo Esaias propheta: [a] *Dixit Dominus ad Achaz: Pete tibi signum a Deo tuo in excelsum, sive in profundum.* Pete, B inquit, a Deo miraculum ac signum, quod ostendat universorum ipsum esse opificem. Quære miraculum, ut creatoris potentiam noveris. Pete rem novam & insolitam, quæ de Deo doceat virtutem, servumque te fidelem Dei efficiat. Quid ergo fidelis Achaz? Mihi, inquit, fides sufficit. Ad eam minime requiro probationem, quæ in rerum exhibitione consistit. Filium sum Abrahæ qui fide justificatus est, nec miracula requisivit. Non indiguit Abraham miraculorum probatione, ut Deum doceretur. Non opus habuit prodigiis, quibus illi universorum opifex declararetur. Mihi ergo, inquit, satis est paterna hereditas. Fidelis esse volo filius fidelis Abrahæ. Majorum fidem suscipio, non C curiosius inquiro. *Non petam*, inquit, *& non tentabo Dominum*. Non jam divinæ virtutis experimentum capiam. Docet me fides, quanta Deus valeat. Hæc quidem rex Achaz. Quia vero Davidis cognatio ad Judæos deducta quotidie signa & miracula atque portenta a Deo flagitabat, miraculorumque probationes ad Dei præstandam cognitionem, ait propheta domui David, quæ rex dixerat. *Audite*, inquit, *nunc domus David*, quid dicat Achaz, non quærere se signum ut fidem Deo habeat: vos autem Domino certamina movetis, miraculorum ex eo exigentes probationes, velutque in stadium ac certamen Deum trahitis, potentiæ opera exquirentes, neque credentes nisi videritis D signa. Quod & Dominus de Judæis ait: [b] *Nisi signa & prodigia videritis, non credetis*. Hoc significavit Esaias, Davidis familiam increpans. Ait namque: *Audite nunc domus David: Numquid parum vobis est certamen præbere hominibus, & quomodo Domino præbetis certamen?* Judæorum improbitatem arguit, eorumque dementiam qui miracula peterent ad fidem veritati præstandam. Quia vero vos, inquit, stadia ac certamina quotidie Deo prætenditis miracula exquirentes, *dabit Dominus ipse vobis signum*. Hoc dicto, subjungit dicens: *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*. Hoc dabit signum, cui mundus quidem credet, solique omnino Judæi E negabunt fidem. Quod gentes recipient, repudiabitque genus Israel. Dabit signum gentibus quidem salutare, at quod Judæis incredulis caussa erit ut dispergantur. Dabit signum quod ii quærant qui pereunt, quodque credant qui salvi fiunt. Quod A sane & magnus Paullus de cruce ait: [c] *Verbum crucis pereuntibus quidem stultitia est: iis autem qui salvi fiunt, id est nobis, virtus Dei est.* Hoc nos quoque dicemus, novum illum exponentes partum. Virginis enim prædicamus partum: Judæis quidem scandalum, fidelibus vero salutem. Dabit igitur vobis Dominus, ait propheta, ejusmodi signum; quod gentibus quidem salutem importet, Judæis autem creet scandalum. Vides fuisse partum signi exhibitionem? Ex his ergo disce Judæorum reprehensionem, qui prophetiam depravent. Vide veram prophetiam cavillantes. Postquam enim manifestum est Christi mysterium, (significabat enim partum virginalem ducentem nos ad Deum. Emmanuel namque, is qui utero gestatur ac partu editur, interpretatione valet, Nobiscum Deus) ab hoc Judæi sensu prophetiam detorquentes, atque a Christi adventu sermonem abstrahentes, non audiunt, *Ecce Virgo in utero habebit*, sed, Ecce juvencula in utero habebit, prophetiam adulterantes ut Christi testimonium obscurent. Nam alii quidem dicunt; Ecce juvencula in utero habebit; alii, Ecce adolescentula, Christi partum volentes separare a prophetia. Verum ait propheta, *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Tu vero id quoque in prophetia considera. *Ecce*, inquit Propheta, futurum quid annuntians. *Ecce*, inquit, ut videns quod postea erat futurum. Tale quid enim est propheticus oculus, id quod est futurum videns ac si in præsentia gereretur. Sic videns, sic loquitur. *Ecce*, pro eo ac est, Ego video quod vos hodie auditis. *Ecce Virgo in utero habebit, & pariet filium, & vocabunt nomen ejus Emmanuel*. Non vocabit Joseph, autve mater: non sic vocabunt qui ejus fratres videbantur: nam & illi offendebantur [d]; sed vocabunt gentiles, qui nimirum fide Judæos prævenient. Vocabunt ii qui cum longissime abessent, prope gratiam venerunt, ad quos etiam Paullus ajebat: [e] *Vos, qui aliquando eratis longe, facti estis prope in sanguine Christi*. Vocabunt ergo isti infantem Emmanuel priores Judæis, ac eum qui natus est Deum nobiscum cognoscent.

IX. Hæc quidem propheta ait, non ita Paullus, sed ait: [f] *Misit* enim, inquit, *Filium suum factum ex muliere*. Quid ais, Paulle? Propheta ex Virgine dicit, tuque ex muliere partum esse prædicas? Plane, inquit: benedictionem communem reddo, totius eam esse volens feminei sexus. Non dico ex Virgine, ne benedictionem intra solas virgines restringam. Dico ex muliere, ex sexu universo gratiam esse declarans, quo sexus omnis femineus benedictionem decerpat, exque illis in viros gratia transeat: ut ex qua prævaricatio accidit, ex ipsa proveniat etiam gratia, humano generi regnum cælorum præstans: quod utinam nos omnes consequamur gratia & benignitate Domini nostri Jesu Christi: cum quo Patri & Spiritui sancto gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

a Isa. VII. 10. b Joan. IV. 48. c I. Cor. I. 18. d Joan. VII. 5. e Ephes. II. 13. f Gal. IV. 4.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
429.



* Ejusdem

Theodoti

Oratio

In sanctam Mariam Dei genitricem

et

In sanctam Christi nativitatem.

Ex antiquo ms. cod. Græco emin. card. Mazar.

Interprete Fr. Francisco Combefis.

I. OBlectat sane ac recreat oculos, cum recens ab oriente emergens sol iste sublunaria inspectat, radiisque conservos conveniens, communem Dominum pro eo ac debiti ratio postulat, laudum canticis celebrare admonet; sed & pariter terræ faciem, quam pluvia ebriam ac rore infusam invenit ac pinguedine imbuit. Ejusmodi & veneranda festorum solemnia nobis illucentia exsistunt. Piorum namque mentes spiritali lumine collustrantes, ad laudum cantica excitant; divinoque Apostolorum ac Evangelistarum rore refocillantes, boni operis fructum large conciliant. Cum vero hæc sic ita habeant, vetetque lex Mosaica [a] vacuos apparere ante faciem Domini; quid nos dicturi sumus, quidve acturi, qui longe insufficientissimi sumus, nihilque dignum habeamus quod sacro diei argumento conferamus? Num quæso operæ pretium, ut qui egeni sumus, ad Dominum abundantia bonitatis ultro vocantem accepturi confugiamus, quemadmodum ait: [b] *Dilata os tuum, & implebo illud*, indeque laticem & potabilem & vivificum ecclesiæ alumnis hauriamus? Hoc sane etiam faciemus: nam & de illo solemnitas agitur, inque eum quam sumus habituri, oratio refertur.

II. Age itaque, Dei ab initio mirabilia memoria repetamus, ac meditemur in omnibus operibus ejus, quemadmodum etiam apostolicis præcipitur legibus, cum modo quidem dicunt: [c] *Annuntiate virtutes ejus qui de tenebris vos vocavit in admirabile lumen suum*; modo contestentur: [d] *Verumtamen ad quod pervenimus, in eo & maneamus*, nec in ea quæ non sunt tradita, temere irruamus; tamquam nimirum veritas, eorum quæ manifestari nostra referebat, ex iis quæ ejus nota sunt, nihil nobis occultum reliquerit. [e] Pervenimus enim, in quæ multi prophetæ & justi, desiderio multo inarserunt. Quid vero justos atque homines dicimus? [f] *In quæ Angeli* ipsi *prospicere desideraverunt*. Quidnam illud? Ad hominum scilicet cum Deo reconciliationem; mundi totius ad eum qui condidit conversionem; universorum consonam confessionem; unum Deo acceptum una animorum consensione religionis cultum; piam concordiam; impietatis abnegationem: quæ omnia salutaris Dei in carne manifestatio operata est, quemadmodum docuit divinus Paullus, dicens: [g] *Apparuit gratia Dei salutaris omnibus hominibus, erudiens nos, ut abnegantes impietatem & sæcularia desideria, sobrie & juste vivamus in hoc sæculo*: de qua bre- A vi sermone differemus, pro eo ac facultas fuerit; ubi promissum reddentes, Dei in nos a principio effecta mirabilia prælaudaverimus. Hoc enim & ecclesiæ moribus receptum; ut inter diei sacra solemnia mundi conditi historiam auditoribus enarret; quo nimirum ostendat, Adami e loco voluptatis in mortem demigrationis caussa, tantam Domini erga nos exstitisse inclinationem. Cum namque olim jam Deus omnipotens, una cum cælestibus thalamis terrenam quoque rerum varietatem, pulcre admodum ac composite, vivi sui, consubstantialis, subsistentis, pari robore præditi ac coæterni Filii ac Verbi, atque ab ejus natura indivisi, opera communi consilio distinxisset, sanctissimoque B ac consubstantiali Spiritu suo sanctificasset, sub creationis extremum, palmarium illum dignumque admiratione hominem universis in terra conditis magnifice caput principemque præfecerat; cum is recens ut esset ab eo accepisset; intemeratis Domini e terra effictus manibus, divinoque spiraculo vitam ac splendorem consecutus, juxta quod magnus ille Moyses [h] divino conscripsit Spiritu, ut subjectis sub cælo creatis dominaretur, mundumque in sanctitate & justitia regeret. Hoc ergo magnifico opere condignam exstruens regiam, exque ea quæ sub cælo est creatura optimus conditor in Edem, hoc est, voluptatis loco, secernens, clarius a principio lumine collustratam immensisque re- C fertam divitiis; paradisoque voluptatis secus aquarum decursus plantato mirifice ornatam, ac pratorum per gyrum florentium dulci fragrantia affusam; fluviis denique ex interiori abundantia divitibus ambitiose luxuriantem; quo exteriori illo apparatu in hominem a se conditum convenientem magnificentiam, abundanti bonitate conferret: clarum illum velut in regalibus thalamis illic collocaverat, liberi donatum corona arbitrii, quique mundi res omnes pedibus subjectas haberet. Quia vero optimi principatus finis erat, esse aliquem qui duci monitor esset, apteque eum componeret, ac sceptrorum, ne ignorantia peccare contingeret, custos exsisteret; dat sapientiæ salutare præceptum rem D ejusmodi distinguens, tutum illi atque uxori contubernale, bonorum parentem, atque ad optima dirigens; uno verbo virtutum seriem omnem complectens; quod nempe curantium se curam ageret, seque custodientes custodiret, ac simplices attentos efficeret: ad hæc vero, eos qui inferioribus præstarent, universis præstanti, quique honorem contulisset, Domino obedire doceret; Angelisque sen-

a Exod. xxiii. 15. *b* Psalm. clxxx. 11. *c* I. Pet. II. 9. *d* Philipp. III. 16. *e* Matth. xiii. 17. *f* I. Pet. I. 13. *g* Tit. II. 11. *h* Gen. I. 26.


* Ex *biblioth. Patrum concionat.* Combefis. tom. I. pagg. 199-204.

su similes, modeste sapere erudiret, atque a tyrannide affectanda deterreret; ac virtutis totius mercede, creatori acceptos præstaret,

III. Quia vero sic se res habebant, ac cum cælites ad terrenam regiam choros agerent, trinamque potestatem laudarent, trinam magnificentiam decantarent, trinum potentatum benedicerent, trinam dominationem claro præconio efferrent, trine subsistentem unam deitatem adorarent, terrenaque circa regem ac ducem præsidemque divinitus cum omni æquitate ac concordia subjecta essent, congruasque appellationes ceu munia quædam placide susciperent; atque, ut verbo dicam, universa in ordinis pulcre instituti bono feliciter agerent: B non tulit imperturbato ac non maligno oculo hominis illam mundi totius obsequiis adultam claritatem aspicere, qui a cælestibus splendoribus haud secus ac scintilla lampade decussa cum fuligine consequente projectus est, eo quod ante Dominum omnipotentem erecta cervice steterit; sed statim ut graviter ferens adversum vidit, æmulatione ac animo latitante invidia in iram exardescens, interno illo livore facile suffocatum se iri existimavit, nisi citius splendoris illius claritatem prædatus, atque a convenienti mandato abripiens, in parem secum foveam detruderet. Cum autem sapiens esset ad malum faciendum, sicut scriptum est [a], sciretque ex iis quæ acciderant, quam Deo invisa C elatio sit, hanc acuit, ut iis qui optimi erant, necem inferret. Fictam enim velut in scena prætexens benevolentiam, ceu is qui curam agere videretur, mulieri tamquam faciliori consilium suggerit, aperto ore in salutare mandatum declamans; atque mendacium adversus veritatem eructans, tamquam nimirum illud a cibo qui ad Dei æqualitatem eveheret, ingenti damno arceret: quo factum est ut seducta mulier suggestionem facile arriperet, ac promtissime ad vetitum fructum accurreret.

IV. Sic vero, sic novam ejaculatus gloriolam malorum ille auctor, velut avidissimam mali omnis rudem in inferni laqueum induxit; id ipsum meli- D tus ac irrisores, qui cum rudibus pueris illudere velint, quippiam esui comparatum projicientes cum adhortatione, vehementiori ex aviditate ad rem projectam cursu, sponte pronos ad terram allidunt. Ut itaque mulier ceu facilior errore decepta est, animoque ad ea quæ susurrante inimico illo audierat, est elata; (sermo namque animo incurrens, ceu quis seductor, suadendo quæ sunt vetita patrare, vi maxima pollet) temerariam quoque manum adversus tremendum præceptum armavit, cibumque vetitum haud secus ac gladium utraque parte acutum visceribus adegit: ac sensu diabolico una cum illius voluntate plena, ad virum pergit, laqueis instructa; adversusque propriam salutem do- E cens insolescere, quæ male docta fuerat, mortis sortem prætendit. Veni, inquit, tota alacritate, vermicule, per me fructum percepturus, qui faciat deum. Forte conditor invidia in nos laboret, qui vim sibi inferendam metuat, si facti fuerimus sicut dii. Frustra sane a fructu omnium pulcherrimo arcendos putavit. Veni, diripiamus thesaurum, nec quisquam nobis exsistat sublimior. Sic ergo seducens quæ dolo seducta erat, ac velut ovis scabiosa, qua laborabat, labem ad se accedenti aspergens, molitionis socium conjugem accepit. Est enim animal dissolvendo viri animo, ac in quam velit A partem inclinando, perquam idoneum. Absit tamen ut umquam terra amplius Evam producat viri necis auctricem. Numquam ultra creatura mulierem aliam videat, quæ cum gladio conjugem expellat. Cesset vetusta, nec decora memoria: sileant quæ fieri nefas fuerat.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 429.



V. Quid vero vir ille sapiens, divinum simulacrum, mundi caput venerabile, naturæ lingua, sonos Angelicis similes edens cithara, terræ decor, auditione captus? Perinde animo elatus est. Quis enim nostrum gloriæ spem tulerit? relictaque veritate, inane spectrum insecutus est; ac claritatem somnio tenus constantem concupiscens, obscurus nullaque conspicuus claritate evasit. Atque ut scripturæ [b] verbis quæ scripturæ sunt referam, obdurato ac cæco animo effectus est, velutque habena arrogantiæ actus divini fornicatione præcepti gaudebat. Tamquam autem bos ad victimam ducebatur, velutque cervus infixo pectori spiculo saucius. Sicut vero avis festinus in laqueum ibat, qua torpebat negligentia nesciens, quod ita curreret, vitæ id aleam esse. Namque gustato cibo, miserandum in modum vulneratus est. Hinc stulto consilio probrum veritus, fugam meditatur, ac ubi crimen occultare possit secum cogitat; ubi, inquam, quod ita victus sit, dedecus obruerit. Haud secus, ac qui in plagas lapsi, frustra se in omnem partem, quo se expediant, allidunt; sic & Adam accepto conscientia vulnere, beatum loci illius stadium animi anxius circumcursabat, ac eorum quæ præsumta fuissent solicitudine exæstuans. Verum quid fugam cogitas, caput ac radix humani generis? Quis eum effugiet quem nemo umquam effugerit? Quis continentem omnia latuerit? [c] *Deus appropinquans Dominus Deus noster, & non Deus de longe*. Num aliquis in occultis delitescet, ipseque non videbit? Numquid cælum & terram non implet [d]? Cur sub ficu, furis instar absconderis, paradisi princeps civis? Cur sub arbore latitas rector mundi? Age, procede bono Domino confitens adversum te peccatum tuum. Pœnitentia, propitiatio citior; supplicatione, salus velocior. Non differt exoratus misericors Dominus: novit erigere eos qui confracti sunt; sicque omnino præstandum erat, non vero [e] excusationes in peccatis texere oportebat.

VI. Quid ergo ad hæc omnia inspectans justitia; velocissima illa ad misericordiam, & tardissima ad iram? Vocat eum qui latere se putabat tamquam bonus pastor ovem errantem, datque tempus ut ingenue delictum confiteatur, nec statim exstinguit eum qui mortis in se sententiam firmaverat. Quia vero, is qui delicti reus erat, non ad lamentationis verba, sed excusationis processit; arguit quidem mitius molitionem totam, quo nihil se latere ostendat; relinquit vero eum in iis quæ elegit, paradiso ejiciens; atque ut contra adversarium qui perfuga fuerat, cum molestia depugnet, addicit, ne ultra insidiantis caput ad supplantandum subintrare permittat: ac quidem loco paratæ illi post nudo conveniens certamen in præmium stolæ, emortuæ animantis corio induens; loco autem ejus, qui post exercitatos sensus perfecto habitu repositus erat cibus solidus, sæculi laboribus excruciandum tradit. His ergo prævaricator gravatus, extra regia atria collocatur, miserandum subjectæ creaturæ afferens spectaculum; rege nimirum atque præside vulnerato in acie.

a Eccli. xxi. 15. Jer. iv. 22. b Marc. III. 5. c Jer. xxiii. 23. d Jer. xxiii. 24. e Psalm. cxl. 4.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.



VII. Porro hæc audiamus qui veritatis amatores A ſumus; voſque pietatis cultores auribus percipite, quantum ſit malum elatione transfigi. Caveamus, fratres, caveamus hos imitari, quos ea parte reprobatos liquet. [a] *Non plus ſapiamus, quam oportet ſapere.* [b] *Nam qui exiſtimat ſe aliquid eſſe, cum nihil ſit, ipſe ſe ſeducit.* [c] *Humilitatem invicem inſinuemus.* Ne ſtulte Paulli doctrina reprehendatur. Nemo apud nos in mendacii verbis glorietur, præexiſtentiam, ante eam quæ hoc ſæculo eſt, formationem, ſibi ipſe adſciſcens. Ludicrum enim gentilium fabularum exſiſtat, ac diabolicæ pravitatis illuſio, qui notos ſuos obſcura hæc doceat, in quos apte ſcriptum eſt: [d] *Quid ſuperbis terra & cinis?* Obſecrat itaque vos nunc quoque B per me chori dux noſter atque magiſter: [e] *Nolite ambulare ſicut & gentes ambulant in vanitate ſenſus ſui, tenebris obſcuratum habentes intellectum, alienati a vita Dei, per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis ipſorum: qui deſperantes, ſemet ipſos tradiderunt impudicitiæ, in operationem immunditiæ omnis, in avaritiam.* Nos autem non ita didicimus conditum eſſe hominem, ejuſque generationem; ſed eo modo, quem prior Moſes narravit. Sin autem aliquis falſi Moſem inſimulet, ad eum qui oraculum edidit convenienter remittit, velut eſt Ægyptiacum illud ſcandalum, nempe Origenes. O multam inſcitiam! o immenſam impudentiam! o dementem animum! Chriſtus, C [f] *qui eſt ſuper omnia Deus*, fidelis ille [g] & verax in omnibus ſermonibus ac operibus ſuis, qui ſibi ipſe ſatis eſt in omnibus, omni dignum acceptione teſtem, quod ad ipſum ſpectat, Moſis conſcriptionem facit, ſuperbiuntque garruli homines adverſus prophetam atque inſultant, quaſi non perfecte quæ hominis erant narraverit? Ne quis vero (qui malam radicem ſtolo ſequitur) offendat arrogantiæ cedens, ut reditum ac in integrum reſtitutionem, qualis animorum eſt, ſibi ipſe confingat. Ne quis ſentiat in vobis quod tyrannus ſenſit, cum præ nimia temeritate dixit Deo, [h] *Ero ſimilis Altiſſimo.* Ne [i] germinet in vobis tamquam radix amaritudinis, quod huic ſimile in Adam exſtitit, eo quod ar- D rogans, quod [k] *abominatio ſit Domino omnis ſublimis corde:* ſed hoc potius [l] *ſentite in vobis* tamquam Chriſtianiſſimis, *quod & in Chriſto Jeſu: qui cum in forma Dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt eſſe ſe æqualem Deo; ſed ſemet ipſum exinanivit formam ſervi accipiens.* Ita quæſo hoc ſentite in vobis, quod modeſtiæ ſit ac Deo placitum. Qui enim agnoſcunt ſe ipſos, ſapientes ſunt. Qui illa ſapere in animum induxerunt, alios e cælis præcipites egit, alios e voluptatis loco relegavit: qui vero perinde ac Chriſtus maluerunt ſapere, eos ad paradiſi patriam poſtliminio revocat. [m] *Hæc vobis dicere mihi non pigrum, vobis autem neceſſarium.* [n] *Nolite eſſe prudentes apud voſmet ipſos*, neque vos E extendatis ad ea quæ modum excedunt. [o] *Superbis* enim *Dominus reſiſtit.* Obſequamur ſcripturarum doctrinæ ubique clamantium, [p] Nolite gloriari & nolite loqui ſublimia in ſuperbia; [q] nec ſermo magniloquus procedat de ore veſtro. Ambulemus in quibus renati ſumus per baptiſmum, divinumque ſancti ac vivifici Spiritus adventum, tamquam ex illis a principio conditi, atque in illis ſempiternum ſtatum accepturi, qualem tandem Deus judex tribuerit.

VIII. Quod autem non eſſemus ante quam corpora formarentur, quemadmodum ſenſerunt qui exciderunt a pietate; ſufficiat vobis qui prudentes ſitis, quæ ad multiplici certamine inclytum Job communis utilitatis ergo divina exſtitit diſputatio, ab omni animum elatione purgans, docenſque nec exſtitiſſe ante terrenam concretionem, nec humanarum quidquam rerum cognoviſſe. [r] *Ubi* enim, inquit, *eras quando ponebam fundamenta terræ? indica mihi ſi habes intelligentiam.* At non reſpondet vir juſtus impiiſſimorum more ad quæſtionem, qui ex illa ſciat, ſe poſterius quam terra conditum eſſe. Mendacium quippe ante Deum non ingredietur. Sin autem ante terram & quæ terra continentur nihil homo erat, non ergo pari cum animis antiquitate gaudet, quatenus mundo prior exſtiterat. Fruſtra igitur miſeri, ac qui hæc ſentiunt, ſimiles comminiſcuntur ſomniantque procellas. Quodque res creatæ a Deo non commutentur vicario quodam recurſu, fidem adſtruit divina ſcriptura, cum ſic ait: [s] *Præceptum poſuit, & non præteribit.* Alio item loco: [t] *Numquid vane conſtituiſti omnes filios hominum?* Idcirco [u] *Salvatorem exſpectamus*, ipſum qui ad noſtram naturam immutabiliter venit, *Dominum*, non qui in animos reſtituat, pro eo ac hæretici nugantur, ſed *qui corpus humilitatis noſtræ*, ut ait magnus Paullus, *transfiguret conforme corpori claritatis ſuæ, ſecundum operationem qua etiam ſibi poſſit ſubjicere omnia*, ut non amplius mors ei dominetur; non amplius corruptioni ſubjaceat; peccati tyrannidem ultra non patiatur; non amplius paſſiones in eo obtineant, ſed auctorem Deum habeat omnia in omnibus operantem. Hæc autem de iis loquor, qui in judicio illo incorrupto [x] ad dexteram erunt collocandi. Iterum vero ad ea quæ ſunt inſtituti ſermonem reducamus.

IX. Apprehendens itaque humani ille generis oſor procul abactum a rectitudinis tramite hominem, atque a Dei ſcientia alienum effectum, adverſus devictos intus ſerpit, totum ſuum illud examen trahens; inque pectoris munitionibus impietatis extremos ſonos velut tubæ clangore late edens, compoſitum potioris principatum turbæ incerto principatu turbavit; adulterinoſque ſtolones ac zizania ſeminans in agro dominico, quæ naturæ adverſa ſunt, cum iis quæ naturæ conſentanea, vigere præcepit. Cujus rei cauſſa etiam admirabilis lugebat Paullus, dicens: [y] *Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captivantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis.*

X. Verum non abſque doloris ſenſu, protoparentis ſtuporem illum tranſire fero. Commune enim malum, adeoque communis luctus. Idcirco ſenſus cordis mei depaſti ſunt. Emergentes lacrymæ ſermonis curſum intercidunt. Neceſſe enim eſt paucis meminiſſe eorum quæ nobis triſtia acciderunt, quo majori deſiderio, impenſiorique gratitudine, ut in longioribus morbis fere accidit, partam poſthac Domini in nos pietatem ſalutem aſpiciamus. Lugubri itaque planctu quæ ſunt Adæ recolamus, ut iis quæ Chriſti lætemur. Plangamus condemnationem, ut feſtivis gaudiis celebremus juſtificationem. Lugeamus peccati mercedem, ut gratiæ donis in hilaritatem vertamur. Ploremus caſum, ut

a Rom. XII. 3. *b* Gal. VI. 3. *c* I. Pet. V. 5. *d* Eccli. X. 9. *e* Epheſ. IV. 17-19. *f* Rom. IX. 5. *g* Pſal. CXLIV. 16. *h* Iſa. XIV. 14. *i* Hebr. XII. 5. *k* Prov. XXXVI. 5. *l* Philipp. II. 5-7. *m* Philipp. III. 1. *n* Rom. XII. 16. *o* Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5. *p* I. Reg. II. 3. *q* Epheſ. IV. 29. *r* Job XXXVIII. 4. *ſ* Pſalm. CXLVIII. 6. *t* Pſalm. LXXXVIII. 48. *u* Philipp. III. 21. *x* Matth. XXV. 34. *y* Rom. VII. 23.

resurrectionis excellentiis gloriemur, quemadmodum ait Dominus: [a] *Beati qui lugent, quoniam ipsi consolabuntur*. Heu anima mea! obstupuit namque cælum, exhorruitque terra, sic repente primi parentis rebus immutatis. Luctum sol assumsit, cum divina manu formatum opus diaboli effectum ludibrium videret. Tristatæ sunt quæ amicitia junctæ erant virtutes, inexspectata illa mutatione. Quomodo deplorandus, qui inoffensa felicitate fruebatur? quomodo incelebris, qui nominis claritate præstabat? quomodo sine honore, qui in honore erat? quomodo infirmus, qui potens? quomodo in peccato, qui justus? quomodo in servitute, qui libertate pollebat? quomodo tyrannide mancipatus, qui potens erat? quomodo vitio obstrictus, qui innocens erat? quomodo sine ordine, qui composito ordine gaudebat? quomodo tristem vitam agit, qui beatam ducebat? quomodo in morte, qui immortalis erat? quomodo corruptioni addictus, qui a corruptione immunis agebat? quomodo in dolore, qui jucundo animo erat? quomodo in calamitate, qui nulla cura gravatus erat? quomodo verecundia probroque laborans, qui fiducia pollebat? quomodo studiis divisus, qui quietus erat? quomodo odio habitus, qui summe desiderabilis erat? quomodo reus, qui erat justus? quomodo malas alens cogitationes, qui bonis assueverat? quomodo in pœnis, cujus erat juris ut pœnis addiceret? quomodo in bello, qui pacem habebat? quomodo sinistra laborat fama, qui dextra clarus erat? quomodo attritus doloribus, qui bene sano corpore erat? quomodo multum lugubris, qui multam admirationem habebat? quomodo sacrum tabernaculum, latronum factum est habitaculum? quomodo qui simplex ac doli expers erat, in plenorum dolo ac nequissimorum cauponam cessit? quomodo lucis habitatio, tenebrarum evasit spelunca? quomodo orationis domus, ludicrum exsistit theatrum? quomodo canticorum thalamus, latronum commune evasit hospitium? quomodo qui rectus erat corde, animo duplici stetit? quomodo qui divino mancipatus juri, ab adversariis decipitur? quomodo qui ad Dei imaginem formatus erat, [b] jumentis comparatus est atque eis similis effectus? quomodo qui ad divinam conditus erat imaginem, [c] vanitati similis factus est? Atquæ hæc quidem pauca quædam nostra; quæ vero adversum nos, brevior omnis oratio, quam ut enarrare possit. Cum enim multi multa sugillaverint, certamini tamen impares exstiterunt, prophetæ, justi, historici. Nec vero quisquam Deum existimet malorum auctorem. Ejus enim qui criminis reus actus est, caussa exsistit ab omni immunis crimine, sicut scriptum est: [d] *Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione virorum: impii autem manibus & verbis accersierunt eam*. Quamobrem infenso animo erant cælicolæ in terrigenas qui ad vitium impegissent; terrenaque creatura non volens subjecta erat humani generis vanitati, ut divinus Apostolus loquitur [e], sed propter eum qui subjecisset in exspectatione ejus libertatis, quæ videbatur in spe reposita. Verum hactenus quæ deteriora sunt, ne cum læta dies illuxerit, justo amplius aures gravemus, refricando ea quæ molestiam ingerunt. Ad id ergo quod urget ac instituti est, accedamus.

XI. Quia ergo diaboli in nos tyrannis obtinebat grassabaturque, ac animam omnem, cum nemo vitii cursum inhibere posset, servitute addicebat; placuit potentissimo ac sapientissimo rerum Domino, ut tamquam optimus medicus infirmorum visitationem in adjutorio opportuno poneret, ac per eam ipsam naturam quæ nequissimo succubuisset, sua in eam inclinatione, adversarium ejus expugnaret, eique subigeret, sicut scriptum est: [f] *Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, Deus Filium suum mittens in similitudinem carnis peccati, & de peccato damnavit peccatum in carne*. Quando ergo venit plenitudo temporis, tempusque illud appetiit quo Deus propitiandus erat; tum quoque manifesto prodita sunt remedia per eum qui potens est, de quo jam ante prophetico oraculo prædicatum erat: [g] *Posui adjutorium in potente*. Pro mali enim auctore dracone qui mundo tristia invexisset, lætum gaudii nuntium ferens Archangelus dominico e cælis præit descensui: ejusque loco, qui [h] rapinam arbitratus esset, esse æqualem Deo, qui natura Deus atque Dominus, præses auctorque regenerationis ejus naturæ quam condiderat, exsistit: pro ea quæ ad mortem ministra exstiterat virgo Eva, Deo gratissima ac Dei plena gratia virgo in vitæ obsequium eligitur: virgo muliebri comprehensa sexu, at muliebris exsors nequitiæ: Virgo innocens, sine macula, omni culpa vacans, intemerata, impolluta, [i] sancta animo & corpore, [k] sicut lilium inter medias spinas germinans: non docta Evæ mala; non muliebri vanitate fœdata; non anilibus instituta fabulis; non malo auditu aures sordidata; non inhonesto sermone polluta linguam, non visu illicito infecta oculos; quæ nativum colorem luxuriæ adductis coloribus non deturparit, non fucis genas obduxerit; non collo efformatis in torques lapillis fulgorem adsciverit; non manus armillis, pedesque aureis torquibus vinxerit; non unguentariorum speciebus emollita sit; non splendidam vestem ab hominibus sponsa acceperit; non erroris simulacra cordis insculpserit: longe hæc facessant, & similia (neque enim [l] tenebris ad lucem ulla communio est:) sed quæ necdum nata auctori Deo consecrata sit; nata vero grati animi monumento, sacra alumna ut in sacrario ac templo moraretur oblata fuerit, legis discipula, Spiritu sancto delibuta, divina gratia ut palliolo amicta, animo divina sapiens, Deo corde nupta, sanctitatis splendores oculis spirans, auribus cantica insonans, lingua melliflua, [m] labiis favum stillantibus; pulcra gressibus, moribus pulcrior; sermone venerabilis, actione venerabilior; mansueta moribus, mansuetior motibus; bona in hominum oculis, Dei obtutibus melior; quæ Deum ventre susceperit, vereque Deum partu ediderit. Atque ut verbo dicam, [n] tota pulcra ut propensa voluntas, totaque suavis ut cella unguentaria.

XII. Hanc nobis conditore dignam donavit divina providentia, bonorum conciliatricem, non quæ ad inobedientiam incitet, sed quæ ad obsequendum ductrix exsistat; non quæ fructum letiferum porrigat, sed quæ panem vitalem præbeat; non quæ animo facile lasciviat, sed quæ robusto sensu exsistat; non mollem cogitatione, sed mente firma; Archangelo magnifice colloquentem, ac quæ mali confuderit auctorem; ad Angeli quidem aspectum mirantem, velut neptem Adamo dissimilem; quæ tamen his quæ nuntius afferret, animo prudens cautaque attenderet, ne forte iterum falso

[a] Matth. V. 5. [b] Psalm. XLVIII. 13. [c] Psalm. CXLIII. 4. [d] Sap. I. 13. [e] Rom. VIII. 20. [f] Ibid. v. 3. [g] Psalm. LXXXVIII. 20. [h] Philipp. II. 6. [i] I. Cor. VII. 34. [k] Cant. II. 2. [l] II. Cor. VI. 14. [m] Cant. IV. 11. [n] Cant. IV. 7. VI. 3.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 429.


benevolus in templo agentem, uti in paradiſo inviſeret; ne rurſus injurius violator in Dei ædem, uti in Edem temerarius inſiliat; ne fauſta annuntiatio, deceptio exſiſtat. Quid ergo cæleſtis Nuntius? Internam Sanctæ affectionem, animique ſollertiam ex conſpicuo aſpectu conjiciens, admiranſque prudentiæ compoſitionem, atque ex duplici extremo, gaudio, inquam, & benedictione, ceu floribus coronam contexens, in pedes erectus laudem offert, manu quatiens verboque acclamans: [a] *Ave gratia plena*; *Dominus tecum*. Benedicta tu pulcherrima, ac formoſiſſima mulierum. *Dominus tecum*, quæ tota venerabilis, tota glorioſa, tota bona ſis. *Dominus tecum* veneranda tu, incomparabilis, omnem claritatem ſuperans, tota lucis fulgoribus concreta, Deo digna, beatificanda. Summe demiror tuam modeſtiam, o celſiſſima. [b] *Ne timeas Maria*, Deo ſponſa, pignuſque in ſanctis educatum. Non [c] conceptionem in iniquitatibus, aut partum in peccatis tibi ſum annuntiaturus, ſed gaudium expoſiturus quod Evæ triſtitiam auferat. Non partum in doloribus, luctuve plenam enixionem annuntio, ſed nativitatem præſigno quæ conſoletur ac lætitiam afferat. Noli quæ divina ſunt, humano more penſare. Neque enim lugubrem parturiginem aut moleſtum partum ſignifico, ſed mundi totius lucis ortum prædoceo. Propter te enim ceſſaverunt Evæ triſtia; per te perierunt mala; per te abſceſſit error; per te maledictio abolita; Eva per te redemta. [d] *Sanctum* enim, quod ex Sancta natum eſt; *Sanctum*, ac omnium Dominus Sanctorum; *Sanctum*, ac cujus ſit ut ſanctitatem impertiat; eximium, quod ex eximia naſcitur; inexplicabile, quod ex inexplicabili prodit; [e] *Filius Altiſſimi*, quod ex altiſſima oritur; non carnis volentis opus, ſed *Spiritus ſancti* effectio quod oſtenditur; non viri cultura, ſed *virtus Altiſſimi*. Quod provenit, Dei bona voluntas. Non purus homo quod naſcitur, ſed Deus Verbum incarnatum. Non autumnalis uteri tui fructus, ſed immortalitatis proles. Non meſſis naturæ dono conceſſa, ſed flos Deo ſatore ortus. Paries namque principium principii expers; infantem, temporibus ſuperiorem, ſæculis anteriorem, Virginis prolem; ſempiternum, ubera ſugentem; matre ſeniorem, lactaneum; omnia alentem, humana indutum forma; [f] Dei ſplendorem, pauperem viſum; Regem, nullum qui ſuccedat, habentem. *Ave* itaque virgo *gratia plena*; inter virgines mater, interque matres virgo; harum, illarumque figura, atque utraſque re ipſa ſupergreſſa.

XIII. Ubi ergo conceptionis ratione omni ſuperioris tempus conſummatum eſt, Rexque gloriæ carne natus eſt, cæleſtium terreſtriumque par concurſus exſiſtit. Angeli namque e ſublimi oculos demittentes, [g] ſtellam vident ex Jacob; [h] Magi vero ſublatis in altum vultibus, ſtellam quæ in Bethlehem eſt conſpicantur, ſimulque in ſpelunca collecti, pari cum tribus ſpiritalibus ſenſilibuſque donis numero, adorandæ unum Trinitatis munerantur: quibuſcum nos quoque opportune laudemus: [i] *Gloria in altiſſimis Deo*, *&* *in terra pax*; *in hominibus bona voluntas*. [k] *Confiteantur Domino miſericordiæ ejus*, *&* *mirabilia ejus filiis hominum*; quia *miſit Verbum ſuum* & Filium, *&* *eripuit nos de interitionibus noſtris*. [l] *Qui timetis Dominum*, *laudate eum*; quia nihil recedens a Patre [m] *inclinavit cælos*, *&* *deſcendit*; placuitque, ut in Virginis utero, quæ non poteſt capi deitatis plenitudo, caperetur. [n] *Cantate Domino canticum novum*, *quia mirabilia fecit*. [o] *Splendor* enim *gloriæ* *&* *figura* occultioris Paternæ *ſubſtantiæ* ex intemerata Virgine carnem voluit aſſumere. [p] *Jubilate Deo omnis terra*: *dicite Deo*, *quam terribilia ſunt opera tua*! qui enim eſt in forma Patris, nobis in noſtra paupertate conformis indiviſe fieri voluit; quippe [q] *ante luciferum genitus eſt*, noviſſimis temporibus ſibi matrem adſcivit; atque ſubſiſtens Patris Sapientia, templum ſibi in venerabilis Virginis utero non manufactum ædificavit, & [r] *habitavit in nobis*, eo quod *non habitet Altiſſimus*, ſicut ſcriptum eſt [ſ], *in manufactis*; venitque ut eſſet nobiſcum, qui a paterno ſinu non disjungitur; qui [t] ſuper Cherubicum thronum ſedet, atque a cæleſtibus ordinibus laudatur; Princeps ille principum, *Dominus dominantium*, potentium poteſtas, libera facultas mero jure utentium, univerſorum vita, qui ſolus cum Spiritu ſancto Patrem cognoſcit [u], atque a ſolo Patre ac Spiritu cognoſcitur: qui pari ſedet regni ſolio, æqua pollet poteſtate, eadem honoris claritate gaudet, indiviſus natura, [x] qui in omnibus, ac ſuper omnia eſt, [y] *Rex regum*, *Dominus dominantium*, [z] *ſolus* cum genitore *habens immortalitatem*, *ac lucem habitans inacceſſibilem*; quem [aa] nemo nuda deitate vidit neque videre poteſt, cum ſervis ſuis venit: [bb] *non ſicut delictum*, *ita* *&* *donum* rependens, ſed gratiam longe malis uberiorem inducens; atque infauſtis longe fauſtiſſima largiens, ſceleſtis ſanctiſſima magnifice tribuens. Noſtram enim infirmitatem ſibi uniens qui potens eſt, morte validiorem effecit; ac naturam quæ corruptioni victa ceſſerat, in ſe aſſumens, adverſus corruptionem viribus auxit; atque ream Adæ imaginem geſtans, peccati victricem reddidit: utque verbo dicam, criminibus omnibus obnoxios adoranda illa ſua inclinatione liberavit: [cc] *Ut ſicut regnavit peccatum in morte*, *ſic* *&* *gratia ejus regnet in nobis in vitam æternam*.

XIII. Sin autem aliquis contentioni ſtudentium, ac dura cervice Judæorum, ſermonem ſe confutaturum exiſtimet, tamquam non verum, habetque aures audiendi, audiat recentiorem ſuum interpretem Aquilam, ſic fere Jeremiam Chriſtianis patronum inducentem, cum ait: [dd] *Creavit Dominus novum in femina*; *hæc autem creata eſt in plantationem ſalutis novæ*, *&* *non veteris*. Atque hæc quidem Aquila. Septuaginta autem expoſitio ſic rem declaravit. *Creavit Dominus plantationem in ſalutem novam*, *in qua ſalute circuibunt homines*. Vere [ee] *magnum* omnemque magnificentiam ſuperans *veritatis myſterium*, *quod manifeſtatum eſt in carne*, novamque ſalutem operatum eſt in medio terræ; in qua circuierunt homines [ff] relicta converſatione in paterno errore, atque ad Deum vivum converſi! O res admirandas! O quanta Chriſtianæ pietatis vis, ut & valde contentioni ſtudentes ad ſe poſſit transferre! Hoc ſane, hoc veteri illi Balaam legitur accidiſſe: qui ex profano vate in propheticum oraculum transmutatus eſt, ſic ejus Deo immutante linguam, ut gentilibus vera prænuntiaret. [gg] *Orietur* enim, inquit, *ſtella ex Jacob*, *&* *conſurget vir de Iſraël*, *&* *percutiet duces Moab*,

a Luc. I. 28. *b* Pſalm. L. 7. *c* Ibid. *d* Luc. I. 35. *e* Ibid. ỽ. 32. *f* Heb. I. 3. *g* Num. XXIV. 17. *h* Matth. II. *i* Luc. II. 14. *k* Pſalm. CVI. 8. 20. *l* Pſalm. XXI. 24. *m* Pſalm. XVII. 10. *n* Pſalm. CXVII. 1. *o* Hebr. I. 3. *p* Pſalm. LXV. 1. 3. *q* Pſalm. CIX. 3. *r* Joan. I. 14. *ſ* Act. XVII. 24. *t* Pſalm. LXXIX. 2. *u* Matth. XI. 27. *x* Rom. IX. 5. Epheſ. IV. 6. *y* Apoc. XIX. 16. *z* I. Tim. VI. 16. *aa* I. Joan. IV. 12. *bb* Rom. V. 15. *cc* Ibid. ỽ. 21. *dd* Jer. XXXI. 22. *ee* I. Tim. III. 16. *ff* I. Pet. I. 18. *gg* Num. XXIV. 17.

SÆCUL. V. CIRCA ANN CHR. 429.



vastabitque filios Ammon. Et quid dico Balaam? Considera quæso, dilecte, etiam in Græcia & apud barbaros prænuntiatam Christianæ fidei veritatem, ad eorum qui illam spernunt condemnationem. Ajunt enim cum pestis gravissima Græciæ incumberet universamque regionem consumeret, ac cives supplicationibus atque hostiis uberiores instarent, quibus falsa sua numina placanda existimarent: cum itaque non esset vox, aut ulla auditio, ut loquitur scriptura [a], consilium aliud ineunt haud sane absonum minusve prudens; ut nimirum pacis fœdera in Ignotum Deum transferrent; ut qui esset quidem, sed quem indigni non nossent. Ubi autem quod consultum erat effectum est, sequuta est & propitiatio, exterminatorem vivosque inter viam discernens. Quidnam vero tum fecisse ajunt? Nempe obsecratos eum quem frustra prius hostiis honorassent, responsum daret, quo aram Ignoto Deo erectam ceu titulo exornarent. Hi porro Athenienses erant, viri in hoc toti hiantes, ut novi quidpiam aut dicerent, aut audirent. Hujus autem aræ mentio est in Actorum libro [b]. Interrogatio vero ita habet:

Propheta nobis, propheta, Titan Phœbe Apollo,
Cujusnam domus ista erit?

Non sinente autem silere, quæ utrosque in hoc impellebat, divina virtute; illa sincere oraculo edit, quæ veritatis prophetis prædicata audisset, ita ajens:

Quæcumque veritati ac honestati congruunt, hæc agite:
Ego enim Deum supremum Regem trine unum edico;
Cujus Verbum incorruptum placidæ puellæ conceptum utero,
Igniti teli instar medium transcurrens
Universum Patri capiens dono offeret mundum.
Isthæc domus erit: Maria autem ei nomen exsistit.

Hæc plane, hæc Athenis lapideis tabulis ad sempiternam pro foribus insculpta memoriam. Sed & aliud his quæ dicta sunt, adjungemus, Virgilii apud Romanos poetæ eruditi, viri haud obscuri, autve sapientiæ laude exsortis. Nam & iste in libro quam Idylæum scribit, ubi Sibyllæ meminit, hæc addit:

* *Jam nova progenies cælo demittitur alto.*

Hem miraculum! [c] *Quis loquetur potentias Domini; auditas faciet omnes laudes ejus?* Nobis enim adversarios, in nostra coegit castra; ac veritatem ex ejus inimicis, armis instrui placuit. Confundatur Nestorius, qui virgineum partum abolevit. Pudeat Arium, qui trinam unitatem divisit. Gratias autem Deo pro inenarrabili ejus dono, [d] *qui de potestate tenebrarum nos transtulit in regnum Filii dilectionis suæ*. [e] *Gratias Deo pro inenarrabili ejus dono*, [f] *qui vocavit nos vocatione sancta in acquisitionem gloriæ*, vitamque. Gratias Deo pro inenarrabili ejus dono, [g] *qui benedixit nos in laudem gloriæ gratiæ suæ, qua gratificavit nos in dilecto Filio suo*. Gratias Deo pro inenarrabili ejus dono, [h] qui propter magnam dilectionem qua dilexit nos, Filium suum unigenitum miserit in mundum. Gratias Deo pro inenarrabili ejus dono, [i] *qui eum qui non noverat peccatum, pro nobis peccatum fecerit, ut nos efficeremur justitia Dei in ipso*. Accedamus, dilectissimi, ad amorem ejus qui dilexit nos. Cum tanta suscipiamus fide, quanta ille nobis illuxit humanitate. Spiritali gaudio ac ratione festum agamus diem. Multa ad pietatem libertate utamur. Lubentissimi gloriemur in fidei confessione. De Christiana nos veritate jactemus. Spiritalem gloriationem celebremus. Choros qui sanctos deceant, constituamus. Clamemus prophetæ voce: [k] *Cognoscite gentes, & vincimini; exaudite usque ad extremum terræ. Qui prævaluistis, vincimini; nec verbum quodcumque locuti fueritis maneat in vobis, quia Nobiscum Deus*. Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

a III. Reg. XVIII. 26. *b* Act. XVII. 23. *c* Psalm. CV. 2. *d* Coloss. I. 13. *e* II. Cor. IX. 15. *f* II. Tim. I. 9. II. Thess. II. 13. *g* Ephes. I. 6. *h* Joan. III. 16. *i* II. Cor. V. 21. *k* Isa. VIII. 9. 10. sec. LXX.

* VIRG. Eclog. IV. ℣. 7.

INDEX OPUSCULORUM THEODOTI EPISCOPI ANCYRÆ.

FASTIDII

BRITANNORUM EPISCOPI

LIBER

DE VITA CHRISTIANA.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
430.



FASTIDII
BRITANNORUM EPISCOPI
LIBER
DE VITA CHRISTIANA.

PRÆFATIO.

UT ego peccator [1] & ultimus, insipientior ceteris **A** & imperitior universis, te ut sanctitatis & justitiæ viam pergas, crebrioribus audeam litteris admonere, non me propriæ justitiæ fiducia, non sapientiæ peritia, non scientiæ gloria, sed sola quam secundum Deum animo ac mente concepi, caritatis tuæ caussa compellit: quæ me peccatorem & ignarum ad dicendum ita hortatur & provocat, ut cum loqui nesciam, tacere non possim. Vellem itaque & libenter optarem, te eorum habere notitiam, quorum & sapientia affluentior est, & facundia major, & scientia uberior, & conscientia ab omni peccatorum contagione liberior, qui te verbis juste instruerent & exemplis. Nos enim præter quam quod mentem nostram ita insipientiæ **B** & ignorantiæ caligo cæcavit, ut divinum aliquid nequeat sentire vel dicere; adhuc insuper & omnium redarguit conscientia peccatorum, ut etiam si quid luminis possit habere, abscondat: & ita fit ut præter quam quod dicere non habemus, hoc etiam quod habemus, non fiducialiter proferre conscientia prohibente possimus. Tu tamen dum peritior tibi apparere possit & melior, rudibus admonitionibus nostris interim esto contenta, & caritati da veniam; cujus est non considerare quid offerat, nec quod non habet, quærit; sed totum quod habet, libenter impertit: ad cujus non tam muneris speciem, quam animi respice voluntatem, & diligenter adverte quid tibi illa negare poterit, quæ totum **C** dare [2] potuit quod habebat. Obtulisset etiam quod non habebat si posset, quæ totum [3] potuit quod habebat offerre. Sitit itaque ille, sed parum, qui decurrentis interim rivi aqua non potest esse contentus, donec ad fontem uberiorem purioremque perveniat. Nec illum satis esurire credo, qui cum panes cibarios habeat, nitidos exspectat & candidos. Ita & tu dilectissima soror, quam ego certus sum esurire nimium & sitire cælestia, cibarios interim mande panes, donec siligine candentes invenias; exigui & turbulenti rivuli aquam pota, usque quo affluentioris haurias puriorem. Nec tibi interim panis noster, quamvis rusticus videatur esse, displiceat. Rusticus enim panis incultior videtur **D** esse, sed fortior & celerius esurientem stomachum satiat, fessumque corroborat, quam qui siligineus videtur & nitidus. Nunc ergo dicam sermonem prout valeo, & quid Christianum agere conveniat, ut potero, explicabo. Cujus rei, & unde prius exordium sumam, justius non invenio, quam ut primum de Christiano ipso vocabulo disputem, & cur quis Christianus nuncupetur exponam.

CAPUT I.

Christiani nomenclatura & dignitas.

CHristum unctum interpretari, sapientium & fidelium nullus ignorat. Unctos vero non nisi sanctos viros & satis Deo dignos semper fuisse manifestum est, nec alios quam prophetas aut sacerdotes aut reges. Et tam magnum fuit ipsius unctionis mysterium, ut in Judaico populo non omnes illud, sed satis pauci de plurimis mererentur accipere: & hoc usque ad adventum Domini nostri Jesu Christi, quem Deus oleo lætitiæ, id est, Spiritu sancto, [a] præ ceteris consortibus suis unxit. Ex quo tempore credentes illi & baptismatis illius sanctificatione purgati, non aliquanti, sicut sub lege prius fuerat, sed omnes in prophetis & sacerdotibus unguuntur & regibus. Cujus unctionis quales esse debeamus admonemur exemplo; ut in quibus tam sancta est unctio, sit non minus sancta conversatio. Ex sacramento enim unctionis hujus, & Christi & Christianorum omnium, id est, in Christo credentium, vocabulum descendit & nomen: quod nomen ille frustra sortitur, qui Christum minime imitatur. Quid enim tibi prodest vocari quod non es, & nomen tibi usurpare alienum? Sed si Christianum te esse delectat, quæ Christi sunt gere, & merito tibi Christiani nomen assume. Aut forsitan non esse, sed vocari desideras? Hoc satis fœdum & miserum est, te velle vocari quod non sis. Nemo enim ita transit ad Christum, ut Christianus appelletur, & non sit. Qui Christianus dicitur, Christum se habere Dominum profitetur. Et vere habet, si ei in omnibus obsequatur & serviat. Si quo minus, Christi ille non famulus, sed subsannator est & derisor, qui ejus se servum dicit, cui servire dissimulat. Hinc ergo judicium geminum servatur; & pro Dei subsannatione, quem sine caussa Dominum appellavit, & pro qualitate peccati.

CAPUT II.

Peccatores Deus ilico duplici ex caussa non punit.

SED plerosque incredulos & impudentes & perfidos misericordis Dei longa patientia peccare [4] facit intrepidos; ut ex hoc peccatorum suorum Deum non arbitrentur ultorem, quod non statim velit punire peccantes. Miseri & ingrati, suæ salutis improvidi, [5] quia hoc etiam Deo imputant, quod eorum differatur interitus: ignorantes Dei

[a] Psalm. XLIV. 8.

1. Editi heic add. *primus*, quod abest a mss. & Holstenii editione. 2. Editi, *voluit*.

3. Ita mss. At Holsten. *totum dedit quod potuit offerre*. Editi alii, *totum quod potuit offerebat*.
4. Editi, *finit*. 5. Holsten. *qui*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 430.

providentia duplici ratione ſervari, ut & humano A generi longa ejus patientia conſulatur: & ne ille judicetur impatiens, ſi ilico voluerit [1] damnare peccantes. Nam ſi tam patiens non eſſet, jam diu humani generis origo defiiſſet: nec juſtos de peccatoribus haberemus, ſi confeſtim Deus vellet punire qui peccant. Nonnullos enim ſcimus & legimus, qui antea aut ignorantiæ cæcitate, aut cauſſa perfidiæ, aut adoleſcentiæ vanitate decepti, multiplici & vario peccatorum genere tenebantur obnoxii, & per ſuſtentantis Dei clementiſſimam patientiam poſtmodum ab errore ſunt converſi, majores adhuc [2] operas feciſſe juſtitiæ, quam ante peccata commiſerant. Deus enim non donat peccata, ſed differt; nec perſeverantem peccatorem a mor- B te liberat, ſed ut vel ſero convertatur & vivat, patienter exſpectat: ſicut beatus Petrus apoſtolus ait: [a] *Non tardat Dominus* [3] *promiſſis; ſed patienter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed omnes ad pœnitentiam converti*. Ille enim te quaſi pius, benignus & clemens, ilico idcirco non percutit, ut tu quanta illius erga te ſit pietas, quanta clementia ſit recognoſcas, qui te peccatorem & impium exſpectare mavult, & ſervare converſum, quam punire peccantem: ſicut per Prophetam ipſe Dominus loquitur, & quantum velit homini miſericordiæ pietatiſque largiri, propriæ vocis benignitate depromit, dicens: [b] *Et iniquus ſi convertat ſe ab omnibus iniquitatibus ſuis quas fecit, & cuſto-* C *diat mandata mea, & faciat judicium & juſtitiam & miſericordiam; vita vivet, & non morietur: omnia delicta ejus quæcumque fecit, non erunt in memoria: in juſtitia ſua quam fecit, vivet*. Et: [c] *Numquid voluntate volo mortem injuſti, dicit Adonai Dominus, quam ut avertat ſe a via ſua mala, & vivere eum faciam?* Et alibi: [d] *Iniquitas iniqui non nocebit eum, in quacumque die averterit ſe a ſua iniquitate*. Et iterum: [e] *Convertimini filii convertentes, & ego ſanabo contritionem veſtram*. Ecce quomodo te Deus, ut a peccatis tuis vel ſero convertaris & ſalvus eſſe poſſis, monet & provocat. Ecce qualiter jam morti obnoxium ut vivat hortatur, quam leniter, quam clementer invitat, ut D etiam peccatoribus patris non neget pietatem: & adhuc filios appellat, qui patrem Deum peccando perdiderunt: ſicut & ipſe ſe perdidiſſe peccatores alio in loco cum voce flebili & miſerabili quadam lamentatione teſtatur, dicens: [f] *Sine filiis factus ſum, perdidi populum meum propter peccata eorum*. Ex hoc ergo cognoſce, qualiter te Deus diligat, quem mavult vivere, quam perire. Et tu eum contemnis & deſpicis, qui amplius quam tu ipſe te diligit, qui te mori cupientem vult vivere? [g] *Nolo*, inquit Dominus, *mortem* [4] *peccatorum, ſed ut convertantur & vivant*. Tu ergo mori voluiſti peccando: ille te [5] vivere vult convertendo. O ſtulte, o irreverens & ingrate, qui nec in hoc Deo E qui tibi vult miſereri, conſentis; qui te mavult ſua pietate ſalvare, quam tuo perire peccato!

CAPUT III.


Pietate Dei abutentes, etiam heic puniri.

NEmo ergo ſibi ideo blandiatur, nemo ſe ſtulta & vana ſuſpicione decipiat, nemo idcirco ſecurus delinquat & liber, quod ſuper peccatores confeſtim Dei ira judiciumque non veniat; ut ex hoc opinetur ſe impune peccaſſe, quod non ilico perimatur: ſed hoc magis differre Deum, quam diſſimulare cognoſcat; & iram ejus peccatoribus, [6] quam veniam, ſubito & repente venturam, ſicut ſcriptum eſt: [h] *Ne dixeris, Peccavi, & quid accidit mihi triſte? eſt enim Altiſſimus redditor patiens*. Et alibi: [i] *Ne tardes converti ad Dominum, neque differas de die in diem; ſubito enim veniet ira ejus*. Quod in pleriſque impletur, quibus ob nimia peccata, & in præſenti Dei ira ſupervenit, & in futuro ſervatur. Sed hoc nemo intelligit, nemo cognoſcit: nec quiſque adverſa ſuſtinens malis ſuis æſtimat irrogari; ſed quod pertulerit, conſuetudinis potius putat eſſe, quam criminis. Et idcirco Deus in præſenti non videtur punire peccantes; quia cum punit, non cognoſcitur. Multi ſunt enim, quos nemo intelligit, qui ob multitudinem peccatorum jam ante judicii diem in præſenti etiam judicantur. Aut dicat quis, ſi quem ſacrilegum, ſanguinarium, rapacem, falſarium, homicidam, furem, fraudulentum, adulterum, ceterorumque criminum reum, vel in præſenti tempore potuerit videre longævum? Nos enim plurimorum exempla videmus, per quæ probare ſufficimus, ſceleratos & impios, peccatorum ſuorum fine completo, & hoc etiam tempore judicari, & præſentem eis vitam negari non minus quam futuram.

Sed hoc ille facilius intelligere poteſt, qui per diverſa tempora diverſorum judicum impie ſcelerateque converſantium [7] exſpectavit interitum. Quorum quo poteſtas ſublimior eſt, eo ad peccandum major audacia, quæ totum ſibi licere credit quod poteſt: & dum alterius judicium non timent qui alios judicant, ad peccandum præcipites ſunt. Ita fit, ut qui hominis non timent in delinquendo judicium, Deum judicem ſentiant & ultorem. Ex quibus alii qui inſontium animarum ſanguinem frequenter effuderant, ita iram Dei judiciumque ſenſere, ut ipſi poſtmodum ſanguinem fundere cogerentur ſuum, qui libenter fundebant alienum. Alii vero qui ſimilia commiſerant, ſic Dei indignatione proſtrati ſunt, ut inſepulti jacerent, & eſca feris & cæli volucribus fierent. Alii autem qui innumerabilem hominum multitudinem injuſte peremerant, membratim particulatimve conciſi, ut non minor fuerit conciſura membrorum quam quos interimi fecerant, numerus punitorum. Et quorum judicio maritis injuſte peremtis multæ effectæ viduæ, multi orphani patribus occiſis derelicti, quibus præter orbitatem mendicitas inferebatur & nuditas: [nam addebant impietati & crudelitati quod deerat, ut eorum quos feciſſent occidi, ſpoliarent & liberos:] nunc vero ipſorum conjuges viduæ & filii orphani alienis quotidie egent panibus. Nonne videtur tibi iſtud teſtimonium in ipſis eſſe completum comminantis Dei & dicentis, [k] *Viduam &*

a II. Pet. III. 9. *b* Ezech. XVIII. 21. 22. *c* Ibid. ℣. 23. *d* Ezech. XXXIII. 12. *e* Jerem. III. 22. *f* Jerem. XV. 7. *g* Ezech. XVIII. 32. *h* Eccli. V. 4. *i* Ibid. ℣℣. 8. 9. *k* Exod. XXII. 22-24.

1. Plerique mss. *punire*.
2. Editi, *opera*, renuentibus mss.
3. Ms. Corb. *promiſſa reddere*.
4. Holſten. *morientium*, mss. Sorbon. & Remig. *morientibus*. Michael. *peccantium*. Corb. *peccatoribus morientibus*.
5. Mss. *vivificare*.
6. Editi, *quamvis ſeram, ſubito*.
7. Pro, *ſpectavit*.



orphanos non vexabitis. Quod si vexaveritis eos, & vociferantes clamaverint ad me: exaudiam vociferationem eorum, & irascar animo, & perimam vos gladio, & erunt conjuges vestræ viduæ, & filii vestri orphani? O indignum nefas! o scelestum facinus! o nimia & non ferenda crudelitas! Duo sævissima & atrocissima uno perpetrantur in tempore, homicidium fit, ut rapina succedat: occiduntur mariti, occiduntur & patres, quo facilius viduæ spolientur & orphani: & ita quisque in alterius morte congaudet, quasi non sit ipse quandoque moriturus. Merito ergo Deus hujusmodi crudelitatibus & impietatibus commovetur. Merito judicium suum in quibusdam etiam ante tempus ostendit. Merito vita talibus nec præsens nec futura conceditur. Quorum nos, ne sceleratos & impios in præsenti etiam Dei judicium evadere posse existimemus, admonemur exemplo.

Sed hoc magis sentire nos convenit, tam diu unumquemque Dei patientia sustentari, quam diu nondum peccatorum suorum terminum finemque replevit: quo consummato eum ilico percuti, nec illi jam veniam ullam reservari.

CAPUT IV.

Certo peccatorum numero completo Deum punire peccatorem.

ESse autem certum peccatorum modum atque mensuram, Dei ipsius testimonio declaratur. Et quod unusquisque vel celerius vel tardius, prout peccatorum suorum modum expleverit, judicetur, evidentissime demonstratur, quando de Sodomorum & Gomorrhæorum interitu atque incendio, qui sua jam peccata repleverant, ad Abraham Deus loquitur, dicens: [a] *Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum repletus est, & peccata eorum magna vehementer repleta sunt.* De Amorrhæis vero quid dicit, qui sua nondum peccata finierant, quos post multos annos quam supra dictæ civitates crematæ sunt, constat esse deletos? [b] *Nondum repleta sunt peccata Amorrhæorum usque adhuc.* Quo exemplo manifestissime instruimur & docemur, singulos secundum peccatorum suorum plenitudinem consummari, & tam diu ut convertantur sustineri, quam diu cumulum suorum non habuerint delictorum. Nemo se, inquam, fallat, nemo se decipiat: malos non amat Deus, peccatores non amat, injustos non amat, rapaces, crudeles, impios: sed amat bonos, justos, pios, humiles, innocentes, mites, sicut scriptum est: [c] *Quoniam non Deus volens iniquitatem tu es. Non habitabit juxta te malignus, neque permanebunt injusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem, perdes omnes qui loquuntur mendacium.*

CAPUT V.

Mors propera malis ad pœnam, bonis ad securitatem.

SED dicit aliquis, Quid est quod videmus bonos etiam perire cum malis? Illi non pereunt, sed evadunt, qui de malorum consortio & persecutionibus liberantur, & ad requiem transferuntur. Illi plane moriuntur & pereunt, quos de hoc mundo recedentes, majoris adhuc judicii supplicium exspectat & pœna. Vocantur enim ante tempus boni, ne diutius vexentur a noxiis: mali vero & impii tolluntur, ne bonos diutius persequantur. Justi de pressuris, tribulationibus & angustiis vocantur ad requiem: impii vero de luxuriis & opibus & deliciis rapiuntur ad pœnam. Illi enim vadunt ut judicent, isti ut judicentur: illi ut vindicentur, isti ut in eos vindicta celebretur, sicut scriptum est: [d] *Justus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit.* Et iterum: [e] *Vivens inter peccatores translatus est.* Et iterum: [f] *Placita enim erat Deo anima ejus, & ideo properavit de medio iniquitatis eripere eum.* Et iterum: [g] *Cum impiis iter ad mortem: illi autem sunt in pace.* Vides ergo hanc solutionem corporis justis & Dei cultoribus requiem esse, non pœnam: & cum dissolvuntur, liberari eos potius, quam perire. Et idcirco ipsam solutionem qui fideles sunt nec timent nec verentur, sed venire magis desiderant & [1] exoptant: per quam sibi requiem intelligunt exhiberi, non pœnam. Iniqui vero & impii & suorum scelerum conscii eam merito naturali providentia pertimescunt, per quam se non nesciunt judicari. Quapropter hac ratione reddita & accepta, non oportet nos omnino peccare: præsertim cum non ignoremus peccatoribus judicium & in præsenti esse, & in futuro servari.

CAPUT VI.


Indecorum est Christiani nomen sibi arrogare sine re.

NEC in hoc nobis nomine tantum, quod Christiani dicimur, blandiamur: sed propter hoc etiam nos judicandos credamus, si nomen nobis frustra vindicemus alienum. Aut si aliquis tam incredulus est, tam infidelis, tam pertinax, tam obstinatus, tam audax, ut quæ quandoque ventura est, [2] Dei judicis iram indignationemque non metuat, vel humanam consuetudinem erubescat; & videat quam brutus, quam insipiens ille, quam stultus ab ipsis etiam gentibus judicetur, cujus tanta est vanitas tantaque dementia, ut sibi nomen adipiscatur alienum. Quis enim tam vanus & miser est, qui advocatum, cum litteras nescit, audeat profiteri? Quis tam insanus & excors, ut profiteatur militem, qui nesciat arma gestare? Nemo enim quodcumque nomen sine caussa sortitur. Sutor ut dicatur, necesse est ut calceamenta conficiat: ut vocetur quis faber aut artifex, artis peritia facit: ut negotians nuncupetur quis, carius quod vilius emerat distrahit. Hujusmodi enim exemplis agnoscimus nullum sine actu nomen, sed omne ex actu nomen. Tu ergo quomodo Christianus diceris, in quo nullus Christiani actus? Christianus justitiæ, bonitatis, integritatis, patientiæ, castitatis, prudentiæ, [3] humilitatis, humanitatis, innocentiæ, pietatis est nomen: & tu illud tibi quomodo defendis & vindicas, cui de tam plurimis rebus nec pauca subsistunt? Christianus ille est, qui non nomine tantum, sed opere est: ille qui Christum in omnibus imitatur & sequitur, qui sanctus, innocens, incontaminatus, intactus est: cujus in pectore malitia non habet locum, cujus in pectore sola

a Gen. XVIII. 20. *b* Gen. XV. 16. *c* Psalm. V. 5-7. *d* Sap. IV. 7. *e* Ibid. ℣. 10. *f* Ibid. ℣. 14. *g* Sap. III. 3.

1. Mss. tres, *exspectans*. 2. Abest vox, *Dei*, a mss. 3. Deest in mss. vox, *humilitatis*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 430.



pietas consistit & bonitas: qui neminem novit nocere vel lædere, sed omnibus opem ferre. Christianus ille est, qui exemplo Christi nec inimicos novit odire, sed magis adversantibus sibi benefacere, & pro persecutoribus suis & hostibus exorare: nam & quisquis aliquem lædere aut nocere paratus est, ille mentitur se esse Christianum. Christianus est, qui potest justa voce dicere, Neminem nocui hominum; juste vixi cum omnibus.

CAPUT VII.

Deus semper justitia placatus fuit, & injustitia offensus.

SED ne me ex sensu proprio loqui quis arbitretur aut credat; aut eum putet se facile posse contemnere, quod sua potius voluntate quam legis auctoritate loquatur; jam nunc ipsius legis cujus præceptis nobis vitæ aditus aperitur, tam veteris quam novæ incipiam exempla proferre, & ostendere quid Deus ab initio [1] status mundi humano generi observare præceperit, in quo semper placatus fuerit vel offensus. Lego enim post Adam, qui a Deo primus formatus est [a], de cujus caussa nunc dicendum non est, in exordio mundi Cain & Abel fratres fuisse germanos [b]: e quibus unus Deo placuit, eo quod innocens esset & justus: alter vero, quia injustus & nocens, Deo placere non potuit. Deinde interveniente tempore, Enoch satis justum fuisse scriptura designat [c]; cui tantum justitia contulit, ut nec præsentem mortem sciret, sed & ad immortalitatem de medio omnium mortalium singulariter raperetur. Cujus monstratur exemplo, unum Deo justum plurimis peccatoribus cariorem. Noe quoque & ille justus [d], cui justitiæ meritum quid præstiterit, novimus; ut ipsi cum suis tantum vita daretur, per diluvium toto mundo damnato. Abraham quid per fidei & justitiæ meritum consecutus sit, scriptura testatur [e]; ut illo in tempore solus amicus Dei esset in terris, qui solus fuerat justus inventus. Loth vero [f] ut pereuntibus cunctis de Sodomitarum liberaretur incendio, quid aliud quam justitiæ meritum fuit? Longum est nos ire per singulos, & omnium merita recensere.

CAPUT VIII.

Israelitas ideo multis miseriis afflixit Deus, ut ad opera pietatis instrueret.

POpulum Judaicum, quem ad se Deus primum ex semine Abraham præ ceteris gentibus pertinere optavit, quomodo erudierit, quid eum, ut sibi placeret, facere, quid observare præceperit, scire nos convenit. Primo in loco, quod derelicta regione in qua habitare semper optaverat, patriaque deserta, in alienam provinciam, hoc est, in Ægyptum [2] migrare fecit, non sine caussa, nec sine Dei providentia factum esse reor. Sed hanc fuisse puto rationem: quia Deus populum suum * quem elegerat, misericordiæ, pietatis, justitiæ, ceterisque bonis operibus cupiens erudire, voluit eum in extera patria pro tempore esse peregrinum & captivum, ut captivitatis & peregrinationis miseriam disceret & laboris: quo facilius postmodum misere-

A ri peregrinantibus & laborantibus nosset, si ipse ante peregrinationis miserias didicisset. Nemo enim peregrino tam libenter miseretur & advenæ, nisi qui peregrinationis exitus novit. Nemo sic hospitem & sine tecto, suo introducit hospitio, nisi ut qui ante indiguit alieno. Nemo ita esurientem cibat, nemo sic sitientem potat, nisi ut qui sitim esuriemque perpessus est. Nemo tam facile nudum suis operit vestimentis, quam qui nuditatis & frigoris novit injuriam. Nemo sic tribulanti & misero & laboranti succurrit, nisi ut qui tribulationum & miseriarum casus expertus est & laborum. Merito ergo Deus misericordiæ & pietatis magister, qui legem postmodum erat editurus, per quam po-

B pulo suo misericordiæ & pietatis omniumque bonorum operum præcepta traditurus, voluit eum prius omnes pressuras & tribulationes & angustias in terra perpeti aliena, quo facilius postea posset talia patientium misereri, & suis obtemperare mandatis. Ut putes eum bonum fuisse agricolam, qui prius quam semen mittat, diu terram aratris & rastris domat, ne quod illi crediturus est semen pereat: ita & Deus populum suum diu ante macerat & domat, quam ei salutarium mandatorum semen impertiat. Denique ut ob hanc caussam hæc eum pertulisse evidentius clareat, ipsius Domini intueamur mandata, dicentis: [g] *Advenam non vexabitis, nec tribulabitis eum: fuistis etenim & vos advenæ*

C *in terra Ægypti.* Et iterum legimus: [h] *Deus magnus, qui non accipit personam, sed nec accipit munera, faciens judicium proselyto orphano & viduæ. Dare panem & vestimentum dilige; quia & ipse fuisti in terra Ægypti.* Et alibi dicit: [i] *Si autem messus fueris messem in agro tuo, & oblivisceris* [3] *manuam, non reverteris accipere illam: proselyto & orphano & viduæ erit, ut benedicat te Deus in operibus manuum tuarum: & memor eris quia famulus eras in terra Ægypti: ego ideo præcipio tibi verbum hoc.* Unde facile pervidetur atque dignoscitur, eum populum ob hanc caussam cunctis afflictum fuisse miseriis, ut misereri alteri suo doceretur exemplo, sicut scriptum est: [k] *Docuisti enim*

D *populum tuum per talia opera, quoniam oportet justos esse & humanos.* Qualem populum suum esse velit, late, ut arbitror, patet: & quibus possit operibus promereri, plurimis probatur exemplis.

Sed ne ad manifestandam ejus voluntatem parum videatur esse quod diximus, legis etiam & prophetarum præcepta jungamus: & quid Deo placeat semperque placuerit, & quid crebrius fieri & observari præceperit, tam veteris quam [4] novæ legis testimoniis comprobemus. [l] *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex totis viribus tuis:* [m] *& diliges proximum tuum sicut te ipsum:* legis & prophetarum præcipuum

E esse mandatum, Domini & Salvatoris nostri testimonio comprobatur, dicentis: [n] *In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ.* Quod rescindi non potest, nec mutari, in duobus istis mandatis omne tam legis quam prophetarum constare præceptum, & illum legem implesse qui hæc potuerit implere: nihil enim aliud in lege veteri quæri, quam ut Deum & proximum diligas. Et vere ille legis consummator & factor est, qui nec in Deum, nec in proximum peccat.

a Gen. I. 27. *b* Gen. IV. 1. seq. *c* Gen. V. 22. seq. *d* Gen. VI. 8. *e* Gen. XV. 5. 6. *f* Gen. XIX. 12. *g* Exod. XXII. 21. *h* Deut. X. 17-19. *i* Deut. XXIV. 19. 22. *k* Sap. XII. 19. *l* Deut. VI. 5. *m* Lev. XIX. 18. *n* Matth. XXII. 40.

1. Sic potiores mss. At editi, *statim*.
2. Abest a potioribus mss. *migrare*, pro quo in Sorbon. *ire*, apud Holsten. *iter*.
3. Alias, *manipulum*, renuentibus mss.
4. Mss. plerique, *quam novæ incipiam exempla proferre. Diliges*.

* QUEM *eleg.*] Sic Holsten. recte. Abest vox *quem* in edit. BB.

CAPUT IX.

Deum quis diligat.

SED quid Deum, quid proximum sit diligere, praeterire minime ac dissimulare debeo. Deum diligit, qui suis in omnibus mandatis obtemperat. Deum diligit, qui leges ejus & praecepta custodit. Deum diligit, qui ut ille sanctus est, & ipse se sanctificat, sicut scriptum est: [a] *Sancti estote, quoniam & ego sanctus sum Dominus Deus vester.* Deum diligit, qui & illud prophetae dicentis implet eloquium: [b] *Qui diligitis Dominum, odite malum.* Deum diligit, qui non alia quam caelestia cogitat & divina. Deus enim non nisi sanctitatis & B justitiae & pietatis amator est: & ille Deum diligit, qui non aliud quam quod Deus amare videtur, operatur. Quid sit enim Deum diligere, Domini & Salvatoris doctrina declarat, dicentis: [c] *Qui audit verba mea, & facit ea, ille est qui diligit me.* Si igitur ille Deum diligit, qui quod Deus praecipit, facit; qui non facit, iste non diligit. Omnis vero qui non diligit, odit. Unde clarum atque manifestum est, ab eis Deum odiri, qui sua mandata non servant: de quibus * prophetam dixisse puto: [d] *Nonne qui oderunt te, Domine, oderam, & super inimicos tuos tabescebam? Perfecto odio oderam illos, & inimici facti sunt mihi.* Odit propheta justus peccatores, adulteros & in- C justos, & Dei mandata spernentes; sicut alio in loco dicit: [e] *Vidi praevaricantes pactum, & tabescebam.* Et iterum; [f] *Iniquos odio habui, & legem tuam dilexi.* Vide ergo quam justi, quam integri esse debeamus & sancti: quibus praeter quam male conversari non licet, sed nec male conversantes agnoscere. Hoc & beatus Apostolus evidenter ostendit, qui nec panes cum peccatoribus frangi praecepit, dicens: [g] *Si quis frater cognominatur inter vos fornicator, aut avarus, aut idolis serviens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax; cum ejusmodi nec cibum sumere.*

Sanctum esse populum suum Deus voluit, & ab omni contagione injustitiae & iniquitatis alienum. D Talem eum esse voluit, tam justum, tam pium, tam purum, tam immaculatum, tam simplicem, ut nihil quod in eo gentes redarguerent invenirent, sed quod admirarentur, & dicerent: [h] *Beata gens cujus est Dominus Deus ejus, & populus quem elegit in hereditatem sibi.* Tales convenit esse Dei cultores & servos, mansuetos, graves, prudentes, pios, irreprehensibiles, intactos, immaculatos; ut quisquis eos viderit, stupeat & admiretur, & dicat, Vere hi homines Dei sunt, quorum talis est conversatio. Ita se homo Dei exhibere debet & agere, ut nemo sit qui eum non velit videre, qui non audire desideret; nemo non, cum viderit, Dei esse filium credat: ut vere in eo propheticum il- E lud impleatur: [i] *Fauces ejus dulcedinis, & totus desiderium.* Nam si se talem exhibeat Christianus, si se talem exhibeat Dei servus, ut his qui daemoniis idolisque deserviunt, conversando efficiatur aequalis: incipiet per eum Deus blasphemari, & dici, O Christianum Dei servum, cujus tam mali actus, tam turpis opera, tam nequam est conversatio; cujus vita tam impia, tam scelesta, tam lu- A xuriosa, tam sordida. Et erit illius prophetiae reus, [k] *Nomen enim Dei per vos blasphematur inter gentes.* Sed vae illis per quos nomen Domini fuerit blasphematum. Deus enim a nobis nihil magis desiderat & requirit, quam ut per actus nostros nomen suum magnificetur ab omnibus: sicut scriptum est [1]: [l] *Sacrifica sacrificium laudis.* Hoc est enim sacrificium quod Deus super omnes hostias quaerit & diligit, ut per justitiae nostrae opera nomen suum ubique laudetur, & Deus verus esse servorum suorum actu & opere comprobetur. Illi vero Deum diligunt, qui non aliud quam unde nomen ejus glorificetur, exercent.

CAPUT X.

Proximi dilectio.

QUomodo Deus diligi debeat, ut potuimus diximus: nunc vero quid sit proximum tamquam se ipsum diligere, ut possumus explicemus: quamquam ipsius caussae expositio alio in loco breviter differatur, cum dicitur: [m] *Quod tibi non vis fieri, alteri ne feceris.* Dominus quoque & Salvator noster dicit: [n] *Omnia quaecumque vultis ut faciant vobis homines, ita & vos facite illis similiter.* Nemo est enim qui sibi malum optet ab aliquo fieri. Ille ergo proximum suum tamquam se ipsum diligit, qui ei non mali aliquid, quia nec sibi, vult fieri; sed si quid boni, prout ipse ab omnibus percipere optat & consequi, libenter impertit; quia non hoc solum a Christiano quaeritur, ut malo careat, sed ut exerceat bonum: qui etiamsi nihil mali fecerit nec boni, tamen ad aeternae vitae praemium non admittitur, sed gehennae ignibus mancipatur: sicut in evangelio Dominum dixisse legimus de iis qui nihil mali faciunt, nec boni tamen aliquid operantur: [o] *Discedite a me maledicti in ignem aeternum,* [2] *quem praeparavit Pater meus diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare; sitivi, & non dedistis mihi bibere; hospes fui, & non suscepistis me; nudus, & non vestistis me; infirmus, & non visitastis me; in carcere, & non venistis ad me.* Non quia malum gesserunt, sed quia bonum non fecerunt, condemnantur. Ex hoc enim quisque prudens & sapiens recognoscat, quam spem illi habere possint qui versantur in malis; quando etiam illis vita negatur qui mali nihil fecerunt, nisi etiam aliquid gesserint boni. Neque enim Deus hoc tantum quaerit a nobis, ut mali non simus, sed ut efficiamur boni. Ex malis enim operibus vocantur mali: ita e contrario ex bonis appellantur boni. Et duo sunt quibus boni [3] servire videntur & mali: bonus Deus, cui omnes bene conversantes deserviunt: diabolus autem malus, cujus quisquis qui male operatur, est famulus. Non enim a nobis hoc solum poscitur, ut non vivendo male servi esse diaboli desinamus, sed vivendo bene Deo servire videamur. Nam ** quisquis nec malum videtur operari nec bonum, cujus servus videatur esse ignoro: vel quomodo vitam a Deo poterit sperare perpetuam, quam bene faciendo non meruit. Nemo, [4] inquam, sensu proprio se decipiat & illudat, nemo se vana existimatione seducat. Quisquis bonus non fuerit, vitam non habet. Quisquis ju-


a Levit. XIX. 2. b Psalm. XCVI. 10. c Joan. XIV. 21. d Psalm. CXXXVIII. 21. 22. e Psalm. CXVIII. 158. f Ibid. ℣. 113. g I. Cor. V. 11. h Psalm. XXXII. 12. i Cant. V. 16. k Isa. LII. 5. Rom. II. 24. l Psalm. XLIX. 14. m Tob. IV. 16. n Matth. VII. 12. o Matth. XXV. 41-43.

1. Sic mss. Alias, *Sacrificium laudis honorificavit me.*
2. Holsten. heic & infra cap. XIII. *quem paravit pater vester diabolus & angeli.*
3. Holsten. & mss. *erudiri.*
4. In iisdem, *inquit.*

* *De quibus proph.*] Ita rescripsimus cum Holst. & ex contextu. At edit. BB. *de quibus* PER *proph.*

** *Quisquis nec*] Sic legimus cum Holsten. Sed edit. BB. *quisquis* QUI *nec.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 430.



ſtitiæ & miſericordiæ opera non fecerit, non poteſt regnare cum Chriſto. Quiſquis non fuerit humanus, pius, hoſpitalis, benignus, clemens, gehennæ non evadet incendium. Deus malos non amat, non diligit peccatores. Quiſquis malum fecerit, inimicus eſt Dei. Quiſquis ſine dolo non fuerit, partem non poteſt habere cum Chriſto. Nihil enim amplius eſt Chriſtiano quærendum, nihil deſiderandum magis, nihilque plus totis viribus enitendum, quam ut malitiam ſuo excludat ex corde, quam ut nequitiam intra pectoris ſui conſcientiam non admittat, quam ut bonitatem teneat, juſtitiam ſervet, puritatem mentis cuſtodiat. Eſto innocens, ſi vis cum Deo vivere. Eſto ſimplex, ſi vis regnare cum Chriſto. Quid tibi prodeſt malitia, quæ in mortem trahit? quid nequitia, quæ prohibet regnare cum Chriſto, quæ ſe habentem exterminat? ſicut ſcriptum eſt: [a] *Anima enim nequam diſperdet qui ſe habet*. Si vis vivere, audi prophetam quid loquitur: ſi regnum Chriſti diligis, audi quomodo illud merearis adipiſci. [b] *Quis eſt*, inquit, *homo qui vult vitam, & cupit videre dies bonos? Cohibe linguam tuam a malo, & labia tua ne loquantur dolum. Diverte a malo, & fac bonum: inquire pacem, & ſequere eam*. Hujuſmodi enim homines Deus honorat & diligit, qui malum neſciunt, qui mentiri non norunt, quorum dolum labia non loquuntur, in quibus non niſi bonitas videtur & puritas.

Innocentia eſt quæ nos commendat Deo: ſimplicitas eſt quæ facit regnare cum Chriſto. Quomodo Deus non niſi innocentes diligat, & ſibi velit eſſe conjunctos, teſtimoniis plurimis declaratur, ſicut in Pſalmis ſcriptum eſt: [c] *Innocentes & recti adhæſerunt mihi*. Et alibi mandatur & dicitur: [d] *Cuſtodi innocentiam, & vide æquitatem, quoniam ſunt reliquiæ homini pacifico*. Quantum innocentia homini præſtet & conferat, etiamſi ſero ſervetur, prophetæ David teſtimonio comprobatur; qui cum graviter ante peccaſſet, poſtea judicari ſe non timet, ex quo innocentiam noſſe cœpit, ſicut ipſe dicit: [e] *Judica me Deus, quoniam ego in innocentia mea ingreſſus ſum*. Sciebat igitur ſibi jam non metuendum eſſe judicium, quia innocentiam vel ſero cognoverat. Et alio in loco dicit: [f] *Me autem propter innocentiam ſuſcepiſti*. Suſcepit poſtmodum propter innocentiam Deus, quem propter malitiam ante repulerat. Innocentes vero nec confundi coram Deo poſſe, manifeſtum eſt, cum dicitur: [g] *Quanto tempore innocentes cuſtodierint juſtitiam, non confundentur*. Nihil enim Deo dignius, nihil carius eſſe poteſt, quam ut innocentia tota obſervatione teneatur. Licet quis in aliis operibus devotus appareat, ſi illam non habuerit, ſibi fruſtra blanditur de ſua devotione. Si illam Judæis etiam ſub veteri lege degentibus, quando adhuc illis inimicum licebat odiſſe, obſervare præceptum eſt; quid te nunc agere convenit Chriſtianum, qui inimicum tuum juberis amare [h]? Quando enim innocens non eris? vel cui eſſe poteris malus, qui inimicis præciperis eſſe bonus? Sed tu forſitan & proximum odis, cui nec externum odiſſe conceditur: & fratrem perſequeris, qui amare præciperis inimicum: & Chriſtianum te eſſe credis, qui nec novi nec veteris teſtamenti præcepta cuſtodis? Sed ne ſine cauſſa te Chriſtianum æſtimes, & de ſolo tibi nomine blandiaris; qualem te eſſe oporteat, Apoſtolum audi dicentem: [i] *Qui furabatur, jam non furetur: magis autem laboret operando manibus ſuis quod bonum eſt, ut habeat unde tribuat neceſſitatem patienti. Omnis ſermo malus de ore veſtro non procedat: ſed ſi quis bonus ad ædificationem fidei, ut det gratiam audientibus. Et nolite contriſtare Spiritum ſanctum Dei, in quo ſignati eſtis in die redemtionis. Omnis amaritudo & ira & indignatio & clamor & blaſphemia auferatur a vobis cum omni malitia. Eſtote autem invicem benigni & miſericordes: donantes invicem, ſicut & Deus in Chriſto donavit vobis.* [k] *Eſtote autem imitatores* [1] *Dei, ſicut filii cariſſimi; & ambulate in dilectione, ſicut & Chriſtus dilexit nos, & tradidit ſemet ipſum pro nobis oblationem & hoſtiam Deo in odorem ſuavitatis. Impudicitia autem & omnis immunditia & avaritia nec nominetur inter vos, ſicut decet ſanctos, aut turpitudo, aut ſtultiloquium, aut ſcurrilitas quæ ad rem non pertinet, ſed magis gratiarum actio. Hoc enim ſcitote, quod omnis impudicus, aut immundus, aut avarus, quod eſt idolorum ſervitus, non erit heres in regno Chriſti & Dei.* Ille ſe merito Chriſtianum judicet, qui hæc præcepta cuſtodit, qui ſanctus, humilis & pudicus & juſtus eſt, qui in miſericordiæ & juſtitiæ operibus converſatur.

CAPUT XI.

Quorum preces Deus non exaudiat.

NAM * tu illum Chriſtianum putas, in quo nullus Chriſtianitatis eſt actus, in quo converſatio nulla juſtitiæ eſt, ſed nequitia, impietas & ſcelus? Illum Chriſtianum putas, qui opprimit miſerum, qui pauperem gravat, qui res concupiſcit alienas, qui ut ſe divitem faciat, plures efficit indigentes, qui lucris gaudet injuſtis, qui de alienis lacrymis cibum capit, qui miſerorum ditatur interitu, cujus os aſſidue mendacio violatur, cujus labia non niſi indigna & obſcena & ſceleſta loquuntur & turpia, cui cum jubeatur diſtribuere ſua, invadit aliena? Et ad eccleſiam talis audenter accedit, & temere & importune expandit impias manus, illicito raptu & inſontium cruore violatas: & ore illo polluto atque ſacrilego, quo fuerat paullo ante aut falſa locutus aut turpia, preces ad Dominum, quaſi nihil ſibi mali conſcius fundit. Quid agis impudens & miſer? Quid te majorum peccatorum onere gravas? Quid Deo præter contemtum injuriam irrogas? Quid ad provocandam celerius ejus iram, in teſtimonium pœnæ tuæ ſceleratas ad Deum porrigis manus, ad quas ille non reſpicit, qui non niſi ſanctas & immaculatas ſibi juſſit offerri? Quid ore illo Deum rogas, quo paullo ante locutus es male: cujus quamvis multiplicentur, abominatur preces, ſicut ſcriptum eſt: [l] *Cum extenderitis manus veſtras, avertam faciem meam a vobis; & ſi multiplicaveritis preces, non exaudiam: manus enim veſtræ ſanguine plenæ ſunt. Lavamini, mundi eſtote, auferte nequitias ab animis veſtris*. Bene ſibi ille conſcius eſſe debet & certus, & ſuæ innocentiæ fidus, qui ad Deum manus extendit & porrigit, cum Apoſtolus dicat, [m] *Volo autem viros orare in omni loco, levantes puras manus*. [2] Ille autem ad Deum merito extollit manus, ille preces bona conſcientia fundit, qui poteſt dicere, Tu noſti Domine, quam ſanctæ,


a Eccli. VI. 4. *b* Pſal. XXXIII. 13-15. *c* Pſal. XXIV. 21. *d* Pſal. XXXVI. 37. *e* Pſal. XXV. 1. *f* Pſal. XL. 13. *g* Prov. XIII. 6. *h* Matth. V. 44. *i* Epheſ. IV. 28-32. *k* Epheſ. V. 1-5. *l* Iſa. I. 15. 16. *m* I. Tim. II. 8.

1. Mss. excepto Michael. *mei*.

2. Ipſa Pelagii verba apud Hieron. ſub finem Dial. III.

* *Nam*] Sic Holſt. & BB. Forte, *Num*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 430.



quam innocentes, quam puræ ſint ab omni fraude & injuria & rapina, quas ad te expando, manus; quam juſta, quam immaculata labia & ab omni mendacio libera, quibus tibi, ut mihi miserearis, preces fundo. [[1] Talis enim cito meretur audiri, & ante quam penitus preces fundat,] poteſt impetrare quod poſtulat.

Scio enim eſſe quos ita nequitiæ & avaritiæ profunda caligo cæcavit, ut cum illis proſpere ceſſerit quod aut pauperem per potentiam vinxerint, aut innocentem teſtimoniis falſis obruerint, aut infirmum virtute ſuperaverint, aut furtum fecerint aut rapinam; Deo gratias agant, quo opitulante talia perpetraſſe ſe credunt, & tam iniquum Deum judicent, ut putent eum ſcelerum ſuorum fuiſſe participem.

CAPUT XII.

Eleemoſynæ de lucris injuſtis.

STulti & miſeri uſque adeo ſuis iniquitatibus excæcati, ut non intelligant Deo non poſſe placere quod prohibet: & quaſi unum crimen ſatis non ſit, niſi adhuc male ſentiendo de Deo adjiciatur & aliud. Alii vero hoc ſe juſtificari exiſtimant, quod de ſubſtantia pauperum exiguam eleemoſynam faciant; & de eo quod plurimis abſtulerunt, uni quiddam minimum largiuntur. Cibatur unus unde plures eſuriunt, & de multorum ſpoliis vix pauci teguntur. Non talem eleemoſynam Deus quærit, nec vult pietatem uni de alterius crudelitate præſtari. Melius eſt enim te non facere eleemoſynam, quam unde paucos tegis, inde plurimos facias denudare: & ut unum veſtias, plures ſpoliare veſtitos. Illam eleemoſynam Deus comprobat, quæ de juſtis laboribus miniſtratur, ſicut ſcriptum eſt: [a] *Honora Deum de tuis juſtis laboribus, & deliba ei de tuæ juſtitiæ fructibus.* Nam illam abominatur & reprobat, quæ de lacrymis præſtatur alienis. Quid enim prodeſt, ſi te benedicat unus, unde plurimi maledicunt? Vel quid confert tibi illa eleemoſyna, quæ de ſubſtantia præſtatur alterius? Re vera timendum eſt, quod Deus non habeat unde pauperes ſuos paſcat, niſi tu aliena diripias.

CAPUT XIII.

Fidem ſine operibus non prodeſſe.

ALios autem novi, quos ita inſipientiæ & imprudentiæ tenebroſa ignorantia fallit ac decipit, ut fidem quam habere ſe ſimulant, ſine juſtitiæ operibus apud Deum ſibi cenſeant profuturam: & hoc erroris genere ſine metu crimina nefanda committunt, dum credunt Deum non criminum, ſed perfidiæ tantum ultorem. Et ejuſmodi non ſolum ſe ipſos periſſe contenti ſunt, ſed & alios in quibus nullum divinæ ſcientiæ lumen eſt, ſuis nituntur laqueis implicare. Et impletur in illis Salvatoris noſtri ſententia dicentis: [b] *Cæcus ſi cæco ducatum præſtet, ambo in foveam cadunt.* Nam ſi nullum crimen, ſed ſola perfidia condemnatur: ergo ſecuri peccamus & liberi. Et ſine cauſſa dedit Deus mandata juſtitiæ, ſi ſola ſine juſtitiæ opera A fides prodeſt. Unde hic tam impius, tam ſceleſtus, tam perfidus ignorantiæ error obrepſerit, ſcire non poſſumus: niſi forte ex illis qui hoc exemplo in lege veteri populum ſeducebant, & ſecum æternæ morti & perpetuo tradebant interitui, de quibus ſcriptum eſt: [c] *Nolite audire ſermones prophetarum qui prophetant vobis, quoniam vani ſunt ipſi, & viſiones a corde ſuo loquuntur, & non ab ore Domini. Dicunt enim his qui repellunt verba Domini, Pax erit vobis: & omnibus qui vadunt in voluntatibus ſuis, omni qui vadit in errore cordis ſui dicunt, Non venient ſuper te mala.* Multa quidem nobis, immo totius legis teſtimonia aderant, quibus tam pernicioſum errorem deſtruere ac ſepe- B lire poteramus: ſed ne legentem diutius fatigemus, ſufficiant pauca de plurimis. Reſpondeat mihi ille cujus talis eſt ſenſus: Adam a Deo factus eſt homo primus [2] in primo ſtatu mundi, perfidiæ an peccati cauſſa damnatus eſt [d]? In quo nihil fuiſſe incredulitatis invenio præter ſolam inobedientiam, cujus cauſſa ille damnatus eſt, & omnes ſuo damnantur exemplo. Cain quoque non perfidiæ cauſſa, ſed quia fratrem interemerat, condemnatus eſt [e]. Quid plura? Univerſus hic mundus ut diluvio interiret, non perfidiæ cauſſam, ſed criminum lego fuiſſe [f]. Sodoma & Gomorrha ut repentino cremarentur incendio, nullam cauſſam incredulitatis invenio, niſi peccatorum & ſcelerum [g]: quod C ſcriptura evidentiſſime demonſtrat, & dicit: [h] *Homines Sodomitæ mali & peccatores erant in conſpectu Dei valde.* Populus ille Judaicus ut [3] tam frequenter interire videretur & corripi, nonne peccatorum cauſſa præſtabat [i]?

Sed dicit aliquis, Veteris legis teſtimonia tantum non accipio, niſi mihi & novi Teſtamenti exempla protuleris. Accipe Ananiam & Sapphiram, quos apoſtolica ſententia non perfidiæ crimine, ſed furti & mendacii cauſſa damnavit. Forſitan dicturus es mihi, Quid ergo Apoſtolus dicit: [k] *Arbitramur enim juſtificari hominem per fidem ſine operibus legis?* Ipſum qui hoc dicit, lego [l] hominem abſentem etiam condemnaſſe, quia uxorem patris D acceperit. Intelligenda ſcriptura, quæ ſcientibus convenire videtur in omnibus, & non niſi ſolis a quibus minime intelligitur, diſcrepare. [m] *Juſtificari hominem* Apoſtolus *per fidem ſine operibus legis* dicit: ſed non ſine illis operibus, de quibus alterum Apoſtolum audio dicentem: [n] *Fides ſine operibus mortua eſt.* Paullus enim apoſtolus de operibus legis locutus eſt, hoc eſt, de circumciſione carnali, & neomenia, & ſabbato, & hujuſmodi ceteris, quæ lex fieri ante præceperat, & jam Chriſti tempore non erant neceſſaria: iſte vero de operibus juſtitiæ loquitur, quæ qui non fecerit mortuus eſt, quamvis ſe ſimulet eſſe fidelem.

Sed dicit quis illud Apoſtoli dicentis: [o] *Corde* E *enim creditur ad juſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem.* Stulte, hoc baptiſmi impletur in tempore: quo ut baptizetur quis, ſola confeſſio deſideratur & fides. Nam quid tibi ipſius baptiſmi lavacrum prodeſt, ſi ſola ſine juſtitia fides quæritur? Baptiſmo enim peccata ablui fides omnium tenet. Si deinceps peccandum eſt, abluiſſe quid prodeſt? Audi quid dicat Dominus homini ſemel ſanato: [p] *Ecce ſanus factus es, [4] jam noli peccare, ne quid*

a Prov. III. 9. *b* Matth. XV. 14. *c* Jer. XXIII. 16. 17. *d* Gen. III. 17. *e* Gen. IV. 11. *f* Gen. VI. 13.
g Gen. XVIII. 20. *h* Gen. XIII. 13. *i* Act. V. 4-9. *k* Rom. III. 28. *l* I. Cor. V. 1. *m* Rom. III. 28.
n Jac. II. 20. *o* Rom. X. 10. *p* Joan. V. 14.

1. Pro his verbis unica in mss. vox eſt, *iſte*, & apud Holſten. *is*.
2. Sic mss. at editi, *ſtatim in principio mundi*.
3. Mss. plerique, *tam crebro interiret, nonne*.
4. Mss. nonnulli, *ulterius noli*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 430.



tibi deterius eveniat. Hoc & beatus Petrus apostolus manifestissime docet, ei deterius aliquid, qui post agnitam justitiæ viam peccaverit, evenire, cum dicit: [a] *Si enim refugientes coinquinationes mundi, in cognitione Domini nostri & Salvatoris Jesu Christi, his rursum implicati superantur, facta sunt eis posteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis, non cognoscere viam justitiæ, quam post agnitionem retrorsum converti ab eo quod illis traditum est, sancto mandato. Contingit enim eis illud veri proverbii, Canis reversus ad suum vomitum, &, Sus lota in volutabro luti.* Hoc & beatus apostolus Paullus testatur & loquitur, hominem post baptismi sanctificationem pristino errore peccantem non sine ingenti pœnitentia conservari, dicens: [b] *Impossibile est enim, eos qui postquam semel illuminati sunt, gustaverunt etiam donum cæleste, & participes sunt facti Spiritus sancti, gustaverunt nihilo minus bonum Dei verbum virtutesque sæculi venturi, & prolapsi sunt: renovari rursus ad pœnitentiam, rursus crucifigentes sibimet ipsis Filium Dei, & ostentui habentes.*

Quemdam ad Salvatorem accessisse, & quid faciendo vitam æternam perciperet interrogasse, Evangelista testatur, cui ita a Domino responsum est: [c] *Si vis vitam habere, serva mandata.* Non dixit, serva tantum fidem. Nam si sola fides quæritur, superflue jubentur mandata servari. Sed absit ut ego Dominum meum aliquid dicam præcepisse superfluum. Sed dicunt hoc illi, qui peccando jam filii perditionis effecti sunt: & hoc tantum solatium se habere credunt, si alios secum potuerint morti perpetuæ mancipare. Nam si Deus peccatorem non punit; ubi est illud propheticum: [d] *Si justus vix salvus erit, peccator & impius ubi parebunt?* Et alibi: [e] *Quia peccatores peribunt.* Et iterum: [f] *Deficiant peccatores a terra & iniqui, ita ut non sint.* Et iterum: [g] *Sicut deficit fumus, deficiant: sicut fluit cera a facie ignis, sic pereant peccatores a facie Dei.* Nullum heic tantum incredulum & infidelem, sed peccatores audio condemnari. Et Salvatorem nostrum quodam loco dixisse lego: [h] *Non omnes qui dicunt mihi, Domine, Domine, intrabunt in regnum cælorum; sed qui faciunt voluntatem Patris mei qui in cælis est.* Utique in Christum credebant, qui eum etiam Dominum nuncupabant: nec idcirco illis cælestis regni janua panditur, quia illum ore, quem factis abnuunt, confitentur. Negari autem Deum factis non minus quam verbis, Apostolus dixit: [i] *Deum confitentur se nosse, factis autem negant.* Et Dominus in evangelio: [k] *Multi mihi dicent in illa die, Domine, Domine, nonne in nomine tuo ejecimus dæmonia, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et dicam illis, Numquam vos cognovi. Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Usque adeo isti credidisse dicuntur, ut in nomine Domini virtutes etiam operarentur: nec tamen eis proderit fides, quia justitiæ opera non fecerunt. Itaque si sola fides prodest; cur illi cum angelis satanæ in perpetuum gehennæ ignibus mancipantur, qui non perfidiæ caussa, sed quia boni nihil fecerant, judicantur: sicut scriptum est: [l] *Et dicet eis Rex qui a sinistris sunt, Discedite a me maledicti in gehennam æternam, quam paravit Pater meus diabolo & angelis ejus. Esurivi enim, & non dedistis mihi manducare,* &c. Non dixit utique, quia non credidistis mihi: unde intelligi datur, eos non incredulitatis caussa, sed propter bonorum operum sterilitatem esse damnandos.

CAPUT XIV.

Quis sit vere Christianus.

NEmo igitur alterum decipiat, nemo seducat. Nisi qui justus fuerit, vitam non habet: nisi quis in omnibus Christi mandata servaverit, partem non potest habere cum illo: nisi quis terrena despexerit, divina non capiet: nisi humana contemserit, non potest possidere cælestia. Nec quisquam se Christianum judicet, nisi qui Christi & doctrinam sequitur & imitatur exemplum. Sed tu illum Christianum putas, cujus numquam pane ullus saturatur esuriens, cujus potu nullus reficitur sitiens, cujus mensam nemo cognoscit, sub cujus tecto nec advena nec peregrinus aliquando succedit, cujus nemo nudus tegitur vestimentis, cujus pauper nullus fovetur auxilio, cujus bonum nemo sentit, cujus misericordiam nemo cognoscit; qui in nullo imitatur bonos, sed irridet potius & subsannat, & pauperes persequi non cessat? Absit hoc a mentibus Christianorum omnium, absit ut hujusmodi Christianus dicatur, absit ut Dei filius possit appellari qui talis est. Christianus ille est, qui Christi viam sequitur, qui Christum in omnibus imitatur, sicut scriptum est: [m] *Qui dicit se in Christo manere, debet sicut ille ambulavit, & ipse ambulare.* Christianus est, qui omnibus misericordiam facit, qui omnino non movetur injuria, qui opprimi pauperem se præsente non patitur, qui miseris subvenit, qui indigentibus succurrit, qui cum mærentibus mæret, qui dolorem alterius quasi proprium sentit, qui ad fletum fletibus provocatur alienis, cujus omnium communis est domus, cujus janua nemini clauditur, cujus mensam pauper nullus ignorat, cujus cibus cunctis offertur, cujus bonum omnes norunt, & nemo sentit injuriam; qui Deo die noctuque deservit, qui ejus præcepta indesinenter meditatur & cogitat; qui pauper mundo efficitur, ut Deo locuples fiat; qui inter homines habetur inglorius, ut coram Deo & Angelis gloriosus appareat; qui in corde suo nihil videtur habere simulatum vel fictum; cujus simplex & immaculata est anima, cujus conscientia fidelis & pura est, cujus tota in Deo mens, cujus omnis spes in Christo est; qui cælestia potius quam terrena desiderat, qui humana spernit, ut possit habere divina. Nam his qui hoc sæculum diligunt, & qui in præsenti tempore gloriantur & complacent, audi quid dicitur: [n] *Nescitis quia amicitia hujus mundi inimica est Deo? Et quicumque voluerit esse amicus hujus sæculi, inimicus Dei constituitur.*

CAPUT XV.

Viduarum triplex genus.

HÆC tibi, soror dilectissima, quid Christianum agere conveniat, prout potui, explicavi. Si ergo omnes generaliter qui Christiani nuncupantur, esse tales oportet; nunc tuæ prudentiæ est æstimare, qualem tu te viduam debeas exhibere, quam cunctis bene conversantibus esse oportet exemplum. Tria autem esse viduarum genera non ignorare te credo. Unum quod perfectissimum est,

a II. Pet. II. 20-22. b Hebr. VI. 4-6. c Matth. XIX. 17. d Prov. XI. 31. I. Pet. IV. 18. e Psalm. XXXVI. 20. f Psalm. CIII. 35. g Psalm. LXVII. 3. h Matth. VII. 21. i Tit. I. 16. k Matth. VII. 22. l Matth. XXV. 41. 42. m I. Joan. II. 16. n Jac. IV. 4.

cælesti præmio destinatum: quod, ritu illius de A evangelio viduæ [a], Deo orationibus & jejuniis die noctuque deservit. Aliud vero, quod filiorum curam habere dicitur & domus, non tanto dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus est in epulis & deliciis, quod æternæ morti servatur & pœnæ; sicut scriptum est: [b] *Viduas honora, quæ veræ viduæ sunt.* Istæ sunt primæ, quæ dicuntur & veræ, & quæ jubentur a tanto sacerdote, hoc est, a Timotheo honorari. Secundæ sunt, quibus jam haberi non jubetur honor, nec tamen vita negatur; de quibus dicitur: [c] *Quæ autem filios habent aut nepotes, discant primum domum suam pie* [1] *tractare, & parem gratiam reddere parentibus.* Illæ vero tertiæ sunt, de quibus scri- B ptum est: [d] *Vidua autem quæ in deliciis est, vivens mortua est.* Unde intelligi datur, non omnes viduas esse æquales; nec eas Deo placere, quæ corpore tantum viduæ videntur esse, non opere.

Qualis autem Christi vidua debeat esse, Apostolus dicit: [e] *Quæ autem vere vidua est, speret in Domino, & instat orationibus die ac nocte.* Nec illud præterire te volo, quod quando veras viduas Apostolus nominat, esse demonstrat & falsas, hoc est, actu, mente, conversatione, non corpore. Et alibi viduæ veræ & electæ actum conversationemque describit idem Apostolus dicens: [f] *Vidua eligatur quæ fuerit in operibus bonis testimonium habens: Si filios educavit*, quod subintelligitur, Deo: C *si hospitio recepit, si sanctorum pedes lavit, si tribulationem patientibus subministravit, si omne opus bonum subsecuta est.* Hanc esse veram viduam judicavit, cujus talia sunt opera. Illa vero quomodo se Christi viduam dicit, quæ nihil tale aliquando operata est? Sed sunt aliquæ divites, nobiles & potentes, quibus forsitan videtur indignum, ut aut filios Deo, & non sæculo educent, aut hospitio recipiant advenam, aut sanctorum pedes laboriosos, lutulentos & horridos lavent, & delicatis & nitidis manibus tangant. Sed nec dignæ erunt tales in futuro tempore sanctorum esse consortes, quos ita in præsenti spreverunt; nec partem habere poterunt cum Christo, quem suscipere noluerunt, & cujus plantas suis contrectare manibus horruerunt: quia Christum spernit, quicumque ejus famulos spernit, sicut ipse dicit: [g] *Qui vos spernit, me spernit.* Mariæ, unde Christi pedes lavaret, lacrymæ abundarunt: [2] nostri autem temporis feminis unde peregrinorum pedes lavent, ipsa deficit aqua. Tu ergo sanctissima & prudentissima femina, ne velis imitari hujusmodi, quæ cum audenter malefecerint, benefacere erubescunt; & confunduntur juste vivere, quæ non sunt peccare confusæ; & quæ se morti ultro obtulerunt, nec invitatæ revertuntur ad vitam: quæ hominum magis risus, subsannationes & fabulas, quam Dei judicium pertimescunt; & quibus carius est miseris hominibus placere quam Christo. Sed esto talis, qualem te Dominus esse præcepit, qualem Apostolus jubet * exhiberi Christo. Vidua esto sancta, humilis & quieta: misericordiæ & justitiæ opera indesinenter exerce. Et quisque te in opprobrium habeat, quisque subsannet & irrideat: tu tantum Deo placeas, & quæ Christi sunt geras. Ante omnia incessabiliter Domini tui meditare mandata, orationibus & Psalmis instanter incumbe: ut si possibile est, nemo te aliquando nisi aut legentem inveniat aut orantem. Et cum fueris talis, nostri memento: qui te tantum diligimus, ut quod præsentes præstare non possumus, conferamus absentes.

a Luc. II. 37. b I. Tim. V. 3. c Ibid. ✠. 4. d Ibid. ✠. 6. e Ibid. ✠. 5. f Ibid. ✠. 10. g Luc. X. 16.

1. In plerisque mss. *bene*.

2. Vid. S. Aug. Serm. CXLV. n. 1. in Append. tom. V.

* *Jubet exhiberi Christo. Vidua esto*] Ita legimus cum Holstenio. Neque enim placet hujusmodi edit. BB. lectio: *Jubet exhiberi & Christi vidua, esto* cet.



C A P R E O L I
EPISCOPI CARTHAGINIENSIS
EPISTOLÆ II.
QUARUM ALTERA AD CONCILIUM EPHESINUM:
ALTERA AD VITALEM ET TONANTIUM HISPANOS,
De una Christi Dei & hominis persona adversus Nestorium.

* E P I S T O L A I.

Ηὐχόμην, εὐλαβέστατοι ἀδελφοί, ἐν τοιαύτῃ καταστάσει τὴν προσκυνητὴν ὑμῶν σύνοδον συγκροτηθῆναι, ἵνα καὶ ἡμεῖς ἐπιλεχθέντων κοινῇ κρίσει ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμετέρων, οὐ παραίτησιν θρήνου ἀξίαν, ἀλλὰ παρεσκευασμένην μᾶλλον πρεσβείαν πέμψωμεν· εἰ μὴ τὴν ἡμετέραν σύστασιν αἰτίαι διάφοροι ἐνεπόδιζον. καὶ γὰρ πρῶτον τοῦ δεσπότου καὶ υἱοῦ ἡμετέρου τοῦ εὐσεβεστάτου βασιλέως Θεοδοσίου τοιαῦτα εἰς τὰς ἡμετέρας χεῖρας γράμματα ἐληλύθεν, ἅ τινα τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης ἀδελφοῦ ἡμετέρου καὶ συνεπισκόπου Αὐγουστίνου τὴν παρουσίαν ἰδικῶς αἰτήτει· ἅ τινα προειρημένα γράμματα εἰς ταύτην τὴν ζωὴν εὑρεῖν αὐτὸν οὐδαμῶς δεδύνηνται. ὅθεν ἐγὼ, ὅς τις τὴν αὐτὴν βασιλικὴν σημείωσιν, εἰ καὶ τὰ μάλιστα τῷ προειρημένῳ πεπέμφθαι ἐδόκει, ἐδεξάμην καταπεμφθεῖσαν, κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας τῆς Αφρικῆς τοῖς ἁρμοδίοις γράμμασι, καὶ ταῖς ἐθίμοις διαλέξεσι συνάδουσαν σύνοδον ἠβουλήθην συναγαγεῖν, ἵνα ἐπιλεχθέντες ἀπὸ τοῦ ἀριθμοῦ τῶν ἀδελφῶν καὶ ἐπισκόπων τῶν ἡμετέρων εἰς τὴν προσκυνητὴν σύνοδον τῆς ὑμετέρας μακαριότητος καταπεμφθῶσιν. ἀλλ' ἐπειδὴ οὐκ ἀνέῳκται ἡ εἴσοδος τῆς παροδίας· καὶ γὰρ ἡ ἐπιχυθεῖσα [3] πολεμία πληθὺς, καὶ ἡ πόρθησις ἡ πλατεῖα τῶν ἐπαρχιῶν, ἥ τις ἢ ἀποσβεσθέντων τῶν οἰκητόρων, ἢ φυγόντων, [5] ἀθλίαν ἐρημώσεως ὄψιν εἰς μῆκος καὶ πλάτος ἐκτείνουσα, τὴν εὐχέρειαν συστέλλει τοῦ ἐλθεῖν. τούτοις τοιγαροῦν τοῖς κωλύμασι συνελθεῖν εἰς ἓν τοῦ κύκλου τῆς Αφρικῆς οἱ ἐπίσκοποι οὐδαμῶς ἠδυνήθησαν, οἷς προετέθη. ἐπειδὴ τὰ βασιλικὰ γράμματα ἐν ἡμέραις τοῦ πάσχα εἰς ἡμᾶς ἦλθε, [7] ὅτε μόλις μέχρι τῆς προσκυνητῆς πάσης συνόδου δύο μηνῶν διάστημα περιελιμπάνετο, οἵ τινες μόλις ἤρκουν, κἂν αὐτῇ τῇ κατὰ Αφρικὴν συνόδῳ εἰς τὸ συνελθεῖν, καὶ εἰ μηδεμία δυσχέρεια ἀπὸ τῶν πολεμίων ἢ παροῦσα συμβεβήκει ἐντεῦθεν γεγενῆσθαι· ἵνα, εἰ καὶ τὰ μάλιστα πρέσβεις οὐδαμῶς ἐκπέμψαι δεδυνήμεθα, διὰ τὴν εὐλάβειαν ὅμως τὴν χρεωστουμένην τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἐπιστήμῃ, τὸν υἱὸν τὸν ἐμὸν Βεσοῦλαν τὸν διάκονον μετὰ τούτων τῶν τῆς παραιτήσεως γραμμάτων ἐπέμψαμεν, προσκυνητοὶ ἀδελφοί.

Ὅθεν αἰτῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιότητα· εἰ καὶ τὰ μάλιστα πιστεύω τῇ βοηθείᾳ τοῦ ἡμετέρου Θεοῦ, [8] τοσαύτην σύνοδον [9] προσκυνητῶν ἱερέων βεβαίαν διὰ πάντων τὴν πίστιν τὴν καθολικὴν ἐσομένην· ἵνα ἐνερ-

A I. [1] Optabam, piissimi fratres, venerandam vestram synodum in tali rerum statu congregatam fuisse, quo nobis quoque, delectis communi sententia aliquot ex fratribus & coepiscopis nostris, instructam potius legationem mittere licuisset, quam excusationem lamentatione dignam; nisi hanc animi nostri affectionem diversæ caussæ impedivissent. Primum enim domini & filii nostri religiosissimi Theodosii imperatoris litteræ ad manus nostras perlatæ, ejusmodi erant, quæ beatæ memoriæ fratris & coepiscopi nostri [2] Augustini præsentiam peculiari ratione efflagitabant. Verum cum eæ litteræ illum jam tum e vivis excessisse comperissent, ego regiam illam significationem, licet ad B prædictum Augustinum præcipue destinata videretur, excipiens, missis ad universas Africæ provincias congruis litteris, consuetisque sermonibus, synodum cogere volui convenientem; quo nimirum ex fratrum & episcoporum nostrorum numero seligerentur nonnulli, qui ad venerabilem beatitudinis vestræ synodum destinarentur. At omnis hac tempestate viæ aditus præclusus est. Etenim effusa hostium multitudo, & ingens ubique provinciarum vastatio, quæ incolis partim exstinctis, partim in fugam actis, [4] miseram desolationis speciem, quoquoversum longe lateque porrigitur, oculis offert, promtam illam veniendi facultatem reprimit. His itaque impedimentis episcopi quibus C propositum id erat, prohibiti, ex Africæ ambitu simul convenire nequiverunt. Hisce incommodis accedebat, litteras imperatoris [6] in diebus paschæ ad nos perlatas esse, quando jam inde usque ad universalem venerandum synodum vix duorum mensium spatium supererat. Quod sane temporis intervallum, etsi nulla impræsentiarum ab hostibus difficultas fuisset objecta, vel ad Africanam synodum cogendam vix satis erat. Hinc factum est, ut licet solemnem aliquam legationem mittere nequaquam voluerimus, attamen propter reverentiam & observantiam quæ ecclesiasticæ disciplinæ debetur, filium meum Besulam diaconum una cum his excusationis litteris ad vos, venerabiles fratres, D destinaverimus.

II. Quamobrem vestram sanctitatem iterum atque iterum rogatam cupio (etiamsi fidem catholicam per tantam venerandorum sacerdotum synodum, Dei nostri auxilio in omnibus stabilem ac firmam fu-

1. Fragmentum ex hac epistola recitat Ferrandus in epist. ad Pelagium & Anatolium S. R. E. diaconos §. VI. sed ex alia latinitate.
2. Vide Liberatum cap. V.
3. Τῶν πολέμων.
4. Vet. V. miserandam exterminationis speciem.
5. Εἰς τελείαν.
6. Anno 431. Augustini vero obitus ponitur octavo fere ante mense.
7. Ὅτι.
8. Ἴσως, διὰ τοσαύτην.
9. Προσκυνητήν.

* Exstat in Actis concilii Ephes. Act. I. pag. 1073. edit. Ven. — Labb.

γοῦντος τοῦ ἁγίου πνεύματος, ὅπερ ταῖς ὑμετέραις καρδίαις ἐν πᾶσι τοῖς πρακτέοις πιστεύομεν παρεσόμενον, τὰς καινὰς διδασκαλίας, καὶ πρὸ τούτου ταῖς ἐκκλησιαστικαῖς ἀκοαῖς ἀπείρους, τῆς ἀρχαίας αὐθεντίας τῇ δυνάμει ἀπώσησθε, καὶ οὕτω ταῖς καιναῖς οἱαισδήποτε πλάναις ἀντιστῆτε· ἵνα μὴ τούτους, οὓς πάλαι ἐπολέμησεν ἡ ἐκκλησία, καὶ τούτοις τοῖς καιροῖς ἐν οἷς ἀνεφύησαν, καὶ τῆς ἀποστολικῆς καθέδρας ἡ αὐθεντία, καὶ εἰς ἓν συμφωνοῦσα ἡ ψῆφος ἡ ἱερατικὴ συνέχωσεν, ἐν προσχήματι δευτέρας διαλέξεως ἡ φωνὴ δόξῃ, ἡ πάλαι [1] ἀναιρεθεῖσα, ἀνανεοῦσθαι. ἔχει γάρ, εἴ τι τυχὸν νεωστὶ ἀναφυῇ, ζητήσεως ἀνάγκην, ἵνα ἢ [3] λεχθὲν δοκιμασθῇ, ἢ καταδικασθὲν δυνηθῇ ἀποκρουσθῆναι. ταῦτα δὲ περὶ ὧν ἤδη πάλαι ἐκρίθη, ἐάν τις ἐπαφῇ εἰς δευτέραν διάλεξιν κληθῆναι, οὐδὲν ἕτερον δόξει, ἢ περὶ τῆς πίστεως, ἥ τις μέχρι δεῦρο κατέσχεν, αὐτὸς ἀμφιβάλλειν. ἔπειτα διὰ τὸ τῶν μεταγενεστέρων ὑπόδειγμα· ἵνα ταῦτα ἅπερ νῦν ὑπὲρ τῆς καθολικῆς πίστεως ὥρισται, ἔχειν δυνηθῇ διηνεκῆ βεβαίωσιν, ταῦτα ἅπερ ἤδη ἐστὶ παρὰ τῶν πατέρων ὁρισθέντα, φυλακτέα ἐστίν. ἐπειδὴ ὅστις βούλεται, ἅπερ ὑπὲρ τῆς καθολικῆς καταστάσεως ἐθέσπισεν, εἰς τὸ διηνεκὲς μένειν, οὐ τῇ ἰδίᾳ αὐθεντίᾳ, ἀλλὰ καὶ τῇ τῶν ἀρχαιοτέρων ψήφῳ ὀφείλει βεβαιωθῆναι, ὅπερ ἐφρόνησεν· ὥστε οὕτως τοῦτο μὲν ἀπὸ τῶν ἀρχαιοτέρων, τοῦτο δὲ καὶ ἀπὸ νεωτέρων ὅρων, ὅπερ διαβεβαιοῦται, δοκιμάζων, μονογενῆ τῆς καθολικῆς ἐκκλησίας τὴν ἀλήθειαν, ἀπὸ τῶν παρῳχημένων καιρῶν μέχρι τῶν παρόντων ἤτοι τῶν ἡμετέρων, ἁπλῇ καθαρότητι, καὶ ἀηττήτῳ αὐθεντίᾳ τρέχουσαν, ἑαυτὸν καὶ λέγειν, καὶ διδάξειν, καὶ κατέχειν. ταῦτα τέως ὑπὲρ τῆς παρούσης πρεσβείας τῆς Αφρικῆς, ἥν τινα καταπέμψαι ἡ ἀνάγκη ἡ προῤῥηθεῖσα οὐ συνεχώρησε, ταῖς προσκυνηταῖς ὑμῶν ἀκοαῖς ὑπέβαλον, πλεῖστα παρακαλῶν, ἵνα θεωρηθεισῶν τῶν ἐν τοῖς πράγμασι καὶ τοῖς καιροῖς συμφορῶν, τὴν ἡμετέραν ἀπουσίαν μηδεμιᾷ ὑπερηφανίᾳ ἢ ἀμελείᾳ, ἀλλὰ ταύτῃ τῇ προδήλῳ ἀνάγκῃ μᾶλλον λογίσασθαι καταξιώσητε.

Κύριλλος ἐπίσκοπος Αλεξανδρείας εἶπε· καὶ ἡ ἀναγνωσθεῖσα ἐπιστολὴ τοῦ εὐλαβεστάτου καὶ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου τῆς Καρθαγένης Καπραιόλου ἐμφερέσθω τῇ πίστει τῶν ὑπομνημάτων, φανερὰν ἔχουσα διάνοιαν. βούλεται γάρ, τὰ μὲν ἀρχαῖα κρατύνεσθαι τῆς πίστεως δόγματα, τὰ δὲ νεαρὰ, καὶ ἀτόπως ἐξευρημένα, καὶ ἀσεβῶς εἰρημένα, ἀποδοκιμάζεσθαι καὶ ἐκβάλλεσθαι.

Πάντες οἱ ἐπίσκοποι ἀνεφώνησαν· αὗται πάντων αἱ φωναί· ταῦτα πάντες λέγομεν· αὕτη πάντων ἡ εὐχή.

1. Αφαιρεθεῖσα.
2. Ferrandus loco citato.
3. Ισως, δειχθέν.


A ruram certo confidam) ut Spiritu ſancto cooperante, quem cordibus veſtris in omnibus quæ acturi eſtis, præſto futurum non dubito, novas doctrinas, & antehac eccleſiaſticis auribus inuſitatas, priſcæ auctoritatis robore inſtructi e medio profligetis, atque ita quibuſcumque novis erroribus reſiſtatis; ne hos quos pridem impugnavit eccleſia, hiſque temporibus repullulantes, apoſtolicæ ſedis auctoritas, ſacerdotumque in unum conſonans ſententia oppreſſit, ſecundæ diſputationis prætextu vox jam dudum ablata renovare videatur. [2] Nam ſi quid forte novarum controverſiarum inciderit, id diſcuſſioni ſubjiciatur oportet: ut vel recte dictum comprobetur, vel condemnatione dignum explodatur.
B At vero ſi quis ea quæ jam olim dijudicata ſunt, denuo in diſputationem vocari ſinat; is ſane aliud nihil facere cenſebitur, quam de fide quæ hactenus valuit, ipſemet dubitare. Deinde ad poſteritatis exemplum, ut ea quæ nunc pro catholica fide definita ſunt, perpetuam firmitatem obtinere valeant; oportet ea omnia inconcuſſa immotaque conſervare, quæ ſuperioribus temporibus a ſanctis patribus conſtituta ſunt. Nam qui illam perpetuam ſtabilitatem retinere voluerit quæ de catholicæ fidei ratione ſtatuerit, is non propria auctoritate, ſed antiquorum patrum judicio ſententiam ſuam corroborare debet: ita ut ea ratione partim veterum, partim recentiorum decretis & ſententiis placita
C ſua comprobans, unicam eccleſiæ veritatem jam inde ab initio ad præſens uſque tempus ſimplici puritate invictaque conſtantia & auctoritate decurrentem, ſe aſſerere, docere & tenere oſtendat. Hæc pro præſenti Africanorum [4] legatione, quam neceſſitas ſuperius memorata impedivit, venerabilibus veſtris auribus ſuggerere volui; obnixe interim rogans, ut calamitatibus rerum præſentiumque temporum ſpectatis, noſtram abſentiam non ſuperbiæ aut negligentiæ, ſed manifeſtæ huic neceſſitati adſcribere velitis.

Cyrillus eccleſiæ Alexandrinæ epiſcopus dixit: Et hæc reverendiſſimi piiſſimique Carthaginis epiſcopi Capreoli quæ lecta eſt epiſtola, cum dilucidam
D ſententiam in ſe contineat, fidei geſtorum inferatur. Vult enim antiqua fidei dogmata confirmari, nova vero & abſurde excogitata & impie divulgata, reprobari ac proſcribi.

Omnes epiſcopi ſimul exclamaverunt: Hæ omnium voces: hæc omnes aſſerimus: hoc omnium eſt votum.

4. Meminit hujus legationis idem Capreolus in epiſt. ad Vitalem & Tonantium, quam Jacobus Sirmondus edidit ex ms. codice, qui nunc eſt in bibliotheca eccleſiæ Pariſienſis.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 431.



Sæcul. V. circa Ann. Chr. 431.

C A P R E O L I

EPISCOPI CARTHAGINIENSIS

E P I S T O L A I I.

DE UNA CHRISTI VERI DEI ET HOMINIS PERSONA,

contra recens damnatam hæresim Nestorii.

E P I S T O L A

SERVORUM DEI VITALIS ET CONSTANTII SPANORUM

ad S. Capreolum episcopum ecclesiæ catholicæ Carthaginis.

Domino & venerabili, & beatissimo in Christo famulo Dei,

DOMINO NOSTRO CAPREOLO,

VITALIS ET CONSTANTIUS PECCATORES.


QUæ prima vota sunt humilitatis nostræ, plurimum salutamus sanctam perfectamque & venerabilem beatitudinem tuam, & sanum atque incolumem semper Deo propitio audire desideramus: quia etsi in longinquo positi sumus a sancto apostolatu vestro, mari terminante, sed in præsentia vestri sumus semper in orationibus sanctitatis vestræ, domine pater. Illud sane multum desiderii nostri fuit, scribere sanctæ honorificentiæ tuæ per dulcissimum fratrem nostrum Numinianum. Reperit enim parvitas nostra præcellentem famam & doctrinam tuæ sanctitatis: per quam & scribimus beatitudini tuæ, ut ait Psalmographus: [a] *In omnem terram exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ verba eorum*. Illud etiam consulimus honorificentiam tuam, ut de bono thesauro cordis tui nostris visceribus inrigari jubeas, quæ fides catholica recta teneat. Quia sunt heic quidam, qui dicunt non debere dici Deum natum. Nam & hæc est fides eorum, hominem purum natum fuisse de Maria virgine, & post hæc Deum habitasse in eo. Quorum nos humiles pueri tui resistimus affirmationi, non ita debere dici: sed confitemur, ut ait Evangelista, adnuntiante Angelo Gabriele Mariæ dicente: [b] *Spiritus sanctus veniet in te, & virtus altissimi obumbrabit tibi: ideoque quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei*.

II. Confitemur itaque Deum fuisse in utero Mariæ virginis, adsumsisse aliquam partem, fabricasse Deum sibi hominem, natum fuisse Deum verum & hominem verum quem adsumsit pro salute generis humani, ut ait Apostolus: [c] *Cum venit plenitudo temporis, misit Deus filium suum factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret*. Et iterum: [d] *Hoc autem sentite in vobis, quod & in Christo Jesu: qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitratus est esse æqualis Deo:* A *sed semet ipsum exinanivit formam servi accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inventus ut homo. Humiliavit semet ipsum factus obediens usque ad mortem, mortem autem crucis*. Et iterum: [e] *Mediator Dei & hominum, homo Christus Jesus*. Quia mediator nec jam Deus tantum pure sine homine quem adsumsit dici potest, nec homo sine Deo: quia duplex in una persona mediatoris significatio, Deus & homo: dum Deus de Deo Deus, & secundum carnem idem ipse filius hominis. Ideo verus Deus & homo verus est hic mediator, sicut de forma Dei & forma hominis. Nam & in principio inchoationis ad Romanos sic dicit sanctus Apostolus: [f] *Quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine David secundum carnem: qui prædestinatus est filius Dei in virtute secundum spiritum* B *sanctificationis, ex resurrectione mortuorum, Jesu Christi Domini nostri*. Verum etiam & Isaias auctor prophetarum sic dicit: [g] *Ecce virgo in utero concipiet, & pariet filium. & vocabitis nomen ejus Emmanuel, quod est interpretatum, Nobiscum Deus*. Sed & hominem purum dicunt pependisse in cruce comprehensum: ajunt, recessit Deus ab eo. Quibus parvitas nostra sic dicit, Numquam Deus recessit ab homine adsumto, nisi quando dixit de cruce: [h] *Heli Heli Lammasabactani. Deus Deus meus, quare me dereliquisti?* Ideoque provoluti genibus exoramus humiles servi tui sanctum apostolatum vestrum, ut informetis parvitatem nostram in his quod rectum habet fides ca- C tholica: & detis veniam insipientiæ vel imperitiæ nostræ, si quid per ignorantiam incedimus. Potens est Dominus Christus sanctis orationibus vestris nobis veniam dare, ne deveniamus in profundum malorum. Ora pro nobis, domine sancte, venerabilis & beatissime papa.

S U B S C R I P T I O.

Incolumem venerabilitatem tuam nobis Dominus noster Jesus longiorem conservet, domine sancte ac venerabilis papa.

a Psalm. XVIII. 5. b Luc. I. 35. c Gal. IV. 4. d Philipp. II. 5-8. e I. Tim. II. 5. f Rom. I. 2-4. g Isa. VII. 14. Matth. I. 23. h Matth. XXVII. 46.



C A P R E O L I
EPISCOPI CARTHAGINIENSIS
R E S C R I P T U M.

Dilectissimis & religiosissimis filiis,

VITALI ET [1]CONSTANTIO

CAPREOLUS EPISCOPUS.

I. SUmtis atque perlectis litteris vestris, quas per Numinianum religiosum virum, filii dilectissimi, transmisistis, saluti & studio vestro quo fundatæ ac vetustæ catholicæ fidei regulam inviolabili pietate tenetis ac defenditis, plurimum gratulatus, adverti Nestorianam hæresim, novam infandamque perniciem, sicut quibusdam locis jam cœperat pullulare, apud vos quoque velle zizaniæ suæ semina in [2] peritorum corda jacere. Verum credo atque confido, perfectum agricolam Dominum nostrum, omnium creatorem, in omni loco dominationis suæ habere ac semper habuisse dignos evangelicæ frugis operarios; qui, licet ante tempus demessionis immunda semina exstirpari non debeant, continuis tamen orationibus ac prædicationibus semper invigilent: ita ut & illa, si fieri dum tempus est potuerit, convertantur & commutentur in triticum: aut certe non usquequaque inimicus humani generis tenera frumentorum genera nascentia per adulterinam intermixtionem valeat suffocare. Jam enim, quod etiam ad vestram notitiam pervenisse non dubito, intra orientis partes, ubi primum pestis ista surrexit, congregata gloriosa synodo sacerdotum, cui etiam legatio nostra non defuit [3], in vestibulo cum suo auctore atque adsertore compressa & radio apostolicæ lucis exstincta est. Nec mirari debet caritas vestra, si etiam post damnationem suam intermorientes spiritus fœtidus adhuc flatus adspiret. Est enim semper pertinax hæreticorum audacia, & in sua male pernicie urgente peccatorum pondere perseverat. Quod si nondum forsitan cognovistis, facili lectione poteritis agnoscere.

II. Quamvis igitur Christianis & devotis mentibus ipsa universalis ecclesiæ auctoritas plene sufficiat, nec vestra, quantum missus a vobis sermo perdocuit, in hac caussa minor videatur adsertio: ne tamen ego quoque petitioni atque interrogationi sanctæ necessarium videar negare responsum, unam veramque doctrinam hanc esse confitemur, quam evangelica tenet ac tradit antiquitas. Id est: Dei filium, Deum verum, & hominem verum, unius prorsus atque inseparabilis esse personæ: nec sicut in aliis patriarchis, prophetis, Apostolis, ceterisque sanctis & præclarissimis viris habitavit aut habitat Deus, ita in Christum Jesum divinam illam plenitudinem velut extrinsecus credimus advenisse; sed proprio quodam atque ineffabili modo, filium Dei etiam filium hominis factum: ut qui ingenita patris substantia unigenitus permanebat ac permanet, mirabiliter suscepto homine, fieret [a] *primogenitus in multis fratribus*: & qui [b] *erat in principio Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum, Verbum caro fieret & habitaret in nobis*. Ex quo igitur [c] *mysterium quod absconditum fuit a sæculis* in Deo, cœpit per Angelum in utero virginis operari, atque [d] in ea sanctus Spiritus supervenit, & illi virtus altissimi obumbravit; Deus in homine nasci dignatus est, qui semper erat, ut homo nasceretur, qualis ante non fuerat. Qui enim sine matre in cælis æterne genitus, ipse in terris sine patre in utero virginis homo de Spiritu sancto creatus est. Et ideo in Christo Jesu separari vel subdividi Dei hominisque nullo modo credimus posse personam: ne non jam in divinitate Trinitas, sed quaternitas numeretur.

III. Beatus Apostolus Paullus dum ad exuendum veterem hominem & induendum novum, fideles exhortaretur: [e] *Primus*, inquit, *homo de terra terrenus, secundus homo de cælo cælestis: qualis terrenus, tales & terreni; & qualis cælestis, tales & cælestes: quomodo portavimus imaginem terreni, portemus & imaginem ejus qui de cælo est*. Rogo dicant, quomodo est homo iste de cælo, si non est Deus conceptus in utero? aut quæ discretio est carnis & sanguinis in homine Adam, & in homine Christo, si non homo iste plenus est Deo? Quid enim sibi vult secundus homo de cælo? Numquid caro transmissa descendit, ac non, sicut scriptum est, Spiritus sanctus in virginem supervenit? Sed quia [f] *Verbum caro factum est*, ideo cælestis homo appellatus est. Nec propterea carnem veram non habuit, quia de cælo descendit; quia carnem Deus accepit. Merito de se ipso idem Dominus dixit: [g] *Nemo ascendit in cælum, nisi qui de cælo descendit, filius hominis qui est in cælo*. Certe adhuc loquebatur in terra, nec ad patrem post victoriam passionis & gloriam resurrectionis ascenderat: & tamen filium hominis jam in cælo esse dicebat. Hoc utique omni veritate testificans, quia & propter hominem Deus conversabatur in terra, & propter Deum homo habitabat in cælo. Unde etiam Apostolus: [h] *Qui descendit*, inquit, *ipse est & qui ascendit super omnes cælos, ut adimpleret omnia*. Item alibi, cum de carnis suæ cibo & potu sanguinis Salvator ipse mystice loqueretur, sciens quod offensi ex hoc ejus discipuli murmurarent dicentes: [i] *Durus est hic sermo, quis potest eum audire?* sic ait: [k] *Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem ubi erat prius?* Ecce & heic advertitis quemadmodum propter unitatem Dei hominisque personæ, filium hominis ubi


a Rom. VIII. 29. *b* Joan. I. 1. 14. *c* Coloss. I. 26. *d* Luc. I. 35. *e* I. Cor. XV. 47-49. *f* Joan. I. 14.
g Joan. III. 13. *h* Ephes. IV. 10. *i* Joan. VI. 61. *k* Ibid. v. 63.

1. Baronius ad ann. 431. §. XXVIII. seqq. integram pæne hanc epistolam recitat: atque heic legit *Tonantio*: quæ quidem lectio magis placet vel ipsi Sirmondo: ut propterea eadem lectio in epistola superiore ad Capreolum missa, restituenda videtur.

2. Legendum videtur, *imperitorum*.

3. Capreolus digitum intendit ad epistolam concilio Ephesino inscriptam, superius primo loco relatam.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 431.



erat prius perhibet ascensurum, quem in utero virginis constat esse formatum, ut ex eo humanæ nativitatis sumsisset principium.

IV. Nemo itaque sacrilego spiritu audeat separare, quod videt in cælo & in terra unitate inseparabili permanere. Sicut enim ab omnipotentia deitatis homo Christus Jesus esse non potest alienus; ita & ab his quæ in hominem vel circa hominem gesta sunt, separari non potest Deus. Natus ergo est homo qui nondum fuerat, quia [a] *Verbum caro factum est, & inhabitavit in nobis*. Simili modo passus est impassibilis per passibilem quem suscepit, & immortalis mortuus est, & qui numquam moritur resurrexit. Neque enim vel in passione defuit illi homini Deus: alioquin non est [b] Dominus gloriæ crucifixus. An dicimus Deum in suscepto homine etiam apud inferos non fuisse? aut vero metuendum est, ne divinitas ibi quasi pœnaliter fuerit, quam nulla qualitas adficit, nulla demensio circumscribit? cujus magnitudinem nemo capit, præsentiam nemo fugit, secretum nemo invenit, splendorem nullus attingit? Times includi immensum? teneri omnipotentem? abscondi ubicumque diffusum? Resolvere, sicut scriptum est [c], inferorum parturitiones, in quibus voluit & qualiter voluit rerum Dominus, subjici hujusmodi conditioni non potuit. Audi eum ante tot annorum milia, dum beato Job mirabilium suorum opera per nubem velut improperanti similis prædicaret, hoc quoque inter innumeras sui potentias cumulantem: [d] *Numquid tu abstulisti impiis lucem, aut brachium superborum comminuisti? aut venisti ad fines maris? aut in vestigiis abyssi ambulasti? aut tibi*, inquit, *aperientur metu portæ mortis, aut janitores inferni videntes te timuerunt? aut cognovisti latitudinem sub cælo?* Si Patris hæc vox est, nihil ergo est omnipotenti difficile, quoniam ubique est, nusquam non est. Quando ei etiam propheta ex persona cujusdam dicit: [e] *Quo ibo a spiritu tuo, & a facie tua quo fugiam? si ascendero in cælum tu ibi es; si descendero in infernum, ades*: Hoc omnino testificans ac demonstrans, Deum cujus majestate plena sunt omnia, quodam incomprehensibili utique & inexplicabili modo etiam inferis interesse. Si autem, quod magis probabile est, in his quæ de eo tanto ante in prophetia prædicta sunt, & impleta filii Dei vox est, quoniam [f] *per ipsum facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil*: ipse in homine est visitare inferorum dignatus obstrusa, & præpositos mortis præsentia invictæ majestatis exterruit, & propter liberandos quos voluit, inferorum portas referari præcepit.

V. De ipso siquidem Joannes Apostolus in Apocalypsi sic loquitur: [g] *Posuit manum dexteram super me dicens: Noli timere: Ego sum primus & novissimus; & vivens, qui fueram mortuus; & ecce sum vivens in sæcula sæculorum: & habeo clavem mortis & inferorum*. Propter deitatem quippe primus, quoniam [h] *principium* est *quod & loquitur nobis*: propter humanitatem vero novissimus, quia suscipere crucem non dedignatus est & mortem pro nobis. Et ideo cui in divinitate nuda sunt omnia creaturarum, etiam in homine suscepto habet claves mortis & inferorum. Tantum igitur abest, Deum Dei filium, incommutabilem atque incomprehensibilem, ab inferis potuisse concludi; ut nec ipsam adsumtionis animam credamus, aut exitiabiliter susceptam, aut tenaciter derelictam. Sed nec carnem ejus credimus contagione alicujus corruptionis infectam. Ipsius namque vox est in Psalmo, sicut Petrus interpretatur Apostolus: [i] *Non derelinques animam meam apud inferos, neque sanctum tuum videre corruptionem*. Ipse propter culpam nostram [k] *factus est velut homo sine adjutorio*: propter innocentiam vero ac potentiam suam, inventus est *inter mortuos liber*. Tunc enim vere quæ non rapuerat, sicut scriptum est [l], exsolvebat. Non itaque mirum, si Deum locus aliquis recipit, nec tamen capit: præsentiam sentit, majestatem non impedit: expavescit omnipotentiam, substantiam non includit. Siquidem illa summa & perfecta beatitudo & inexstinguibilis [1] lucis, nec obscurari tenebris, nec variari locis, nec passionibus affici, nec conditionibus minui, nec temporibus valeat commutari. Deus ergo filium proprium hominem, nec in inferis deseruit, nec apud inferos dereliquit. Cujus autem virtute ac majestate antiqua sanctorum corpora visa sunt resurrexisse [m], si Deus inferos minime visitavit? Quis ille est, qui petras scindi, terram commoveri, solem obscurari, diem fugere, velum templi in duas dividi partes effecit? Numquid homo tantum? nonne etiam Deus? Ergo ei nec in cruce, nec in morte, nec in sepulcro, nec in inferis defuit. Nec aliter, aut de alio solet intelligi quod in Psalmo dictum est: [n] *Auferte portas principes vestras, & elevamini portæ æternales, & introibit rex gloriæ*. Unde expavescentibus atque interrogantibus, [o] *Quis est iste rex gloriæ*? respondetur, *Dominus fortis & potens, Dominus potens in prœlio*. Quo [2] prœlio? nisi in quo mortem morte calcavit, peccatum innocens occisus exstinxit, & tropæum victoriæ de diabolo & angelis ejus reportavit?

VI. At enim ipse in cruce dixit: [p] *Deus, Deus meus, quare me dereliquisti*? Sed ista suscepti hominis vox est. Adtende unde adsumta est, & illic vide quid sequitur: [q] *Longe*, inquit, *a salute mea verba delictorum*. Similis est hæc vox etiam illi, qua dicitur: [r] *Tristis est anima mea usque ad mortem*. Nonne paullo ante ipse discipulis dixerat: [s] *In hoc contristati estis, quoniam dixi, Eo ad patrem meum, & jam non videbitis me*: &, [t] *Si diligeretis me, gauderetis; quia eo ad patrem, quia pater major me est*. In quo ergo jubet gaudere discipulos suos? Qualiter creditur contristari magister, nisi ut in homine veri hominis passiones & fluctuationes ostenderet? Qui enim propter nos redimendos, instituendos, confirmandosque venerat, omnia in se infirmitatis nostræ genera sustinebat. [u] *Non enim habemus sacerdotem, qui non possit compati infirmitatibus nostris*: etenim, sicut Apostolus ait, *expertus est omnia secundum similitudinem sine peccato*. Similis huic est etiam illa vox: [x] *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste: verum non quod ego volo, sed quod tu vis*. Nonne in hoc venerat, ut pro nobis hunc calicem biberet, & venenum a serpente propinatum tali antidoto salutis expelleret? Nonne [y] potestatem habebat ponendi animam suam, & potestatem habebat iterum sumendi eam? Nonne ipse dixerat, [z] *Nemo tollit eam a me; sed ego a me ipso pono eam*? Et tamen nunc velut dubitans loquitur & recusans: ut & illic divina potestas appareat, & heic se

a Joan. I. 14. *b* I. Cor. II. 8. *c* Act. II. 24. *d* Job XXXVIII. 15-18. sec. LXX. *e* Psal. CXXXVIII. 7. 8. *f* Joan. I. 3. *g* Apoc. I. 17. 18. *h* Joan. VIII. 25. *i* Psalm. XV. 10. Act. II. 28. *k* Psalm. LXXXVII. 6. *l* Psalm. LXVIII. 5. *m* Matth. XXVII. 52. 51. *n* Psalm. XXIII. 7. *o* Ibid. ℣. 8. *p* Psalm. XXI. 1. *q* Ibid. *r* Matth. XXVI. 38. *s* Joan. XVI. 6. *t* Joan. XIV. 28. *u* Heb. IV. 15. *x* Matth. XXVI. 39. *y* Joan. X. 18. *z* Ibid.

1. *Lucis*] Forte, *lux*. 2. *Quo prœlio*] Forte interserenda ex contextu præpositio *in*.

conditio humana cognoscat. Nonne hoc mysterium A ante tempora æterna in Deo fuisse absconditum clamat Apostolus [a]? Num vero velut repentinum aliquid Christus expavit, quod certo tempore faciendum in æternitate cum patre disposuit? Hæc ergo & talia cum dicuntur aut fiunt, sicut sæpe dictum est, veram hominis infirmitatem fragilitatemque demonstrant, nec ideo præsentiam divinæ majestatis evacuant.

VII. Heic homo quisquis es, qui putas Deum Christum ab homine Christo passionis tempore separatum, non recordaris eum passuris discipulis suam præsentiam fideliter pollicentem, qui dicit: [b] *Cum vos tradiderint, nolite cogitare quomodo aut quid loquamini; dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini. Non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri qui loquitur in vobis.* Ita ne ille qui servis facientibus Domini voluntatem suam divinam præsentiam promisit, donavit, exhibuit; in quo nullo exsistente peccato, pro nostra salute mortem subjit innoxiam, ut patris faceret voluntatem, divinum auxilium sibi carnis tempore denegavit? Et Deus hominem quem ob hæc sustinenda nulla compulsus necessitate suscepit, in hac perfunctione destituit? Loquitur inter tormenta martyrum præsens, nec eos aliquid meditari permittit, & se ipsum in crucis patibulo dereliquit? Ipse est enim, quod sæpe ac semper est re- C petendum: nec distingui potest Dei hominisque persona, quamvis sit in eo diversa substantia. Absit aliud credere, absit aliter de omnipotente sentire. Nec nasci æternus, nec crescere perfectus, nec impassibilis pati, nec immortalis mori, sine ulla sui mutatione vel corruptione, sicut jam dictum est, formidavit. Sed quia hæc pati non posset sola divinitas, hominem per quem tanti muneris mysterio perfungeretur, accepit. Nam & in cælum receptus, illuc eum levavit unde numquam ipse discessit. Audiamus Apostolum prædicantem Christum crucifixum, [c] *Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitiam: ipsis vero vocatis Judæis & Græcis, eumdem ipsum Christum Dei virtutem, & Dei* D *sapientiam.* Advertite, filii dilectissimi, & quod jam nostis agnoscite: ipsum Christum, qui propter humilitatem suscepti hominis Judæis dicitur fuisse scandalum, gentibus autem stultitia, ipsum esse Dei virtutem & Dei sapientiam. Numquid vel heic separata aut discreta est ab Apostolo divinitatis humanitatisque persona? aut erubuit eamdem dicere Dei sapientiam, quam factam dixerat gentium stultitiam? aut eumdem adserere Dei virtutem, quem scandalum dixerat Judæorum? Quid ergo nos erubescimus confiteri, Deum propter hominem atque in homine natum & passum; cum non negamus donante Deo factum eumdem ipsum hominem Deum? Quod utique per divinam gratiam, non E per humanam substantiam accepisse cognoscitur.

VIII. Adhuc paullo infra subsequitur: [d] *Ex ipso autem vos estis in Christo Jesu, qui factus est nobis a Deo sapientia & justitia & sanctificatio & redemtio: ut quemadmodum scriptum est: Qui gloriatur, in Domino glorietur.* Certe Christus Jesus hominis tantum nomen est, ait hæreticus. Sed Paullus qui sciebat & dixerat non esse in homine gloriandum, Christum Jesum non tantum hominem, sed Deum quoque cognoverat; quem sapientiam & justitiam & sanctificationem & redemtionem nobis a Deo factum esse credebat; & in eo credentes gloriari docebat: quoniam Christus Jesus & homo & Deus est. Et ad hæc consequenter non elatione verbi aut sapientiæ, mysterium Dei adnuntians addit & dicit: [e] *Nihil me judicavi scire in vobis, nisi Jesum Christum, & hunc crucifixum.* Ac ne Judæorum iniquus populus parvum se adferat admisisse peccatum, si se intelligat nudum tantum hominem persecutum; [f] mysterium in Dei sapientia dicit absconditum, nulli principum hujus sæculi revelatum testificans. *Quod si cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Ecce & heic Christum Jesum quem Dominum gloriæ confitetur, ipsum prædicare non metuit sæculi principibus crucifixum. Omnem hujus lectionis continentiam consideretis exhortor; & videbitis quanto molimine atque conatu, sanctus Apostolus hominum mentes a terrenæ tantum intelligentiæ vilitate ad divina in hoc mysterio & cælestia consideranda sustollat. Breviter enim cuncta transeo, quæ ipsi plenius & latius poteritis advertere. Nam & ad Corinthios secunda quodam loco sic loquitur: [g] *Sive*, inquit, *mente excessimus, Deo; sive temperantes sumus, vobis: caritas enim compellit nos: judicantes hoc, quoniam unus pro omnibus mortuus est.* Et paullo post: [h] *Omnia*, inquit, *ex Deo, qui reconciliavit nos sibi per Christum: & dedit nobis mysterium reconciliationis, quia Deus erat in Christo mundum reconcilians sibi.*

IX. Quæro quemadmodum: non aliter quam nascendo, patiendo, moriendo, resurgendo atque in cælum ascendendo? Quæro etiam, quod sit mysterium reconciliationis nostræ? Num aliud quam sacrificium quod per suum sanguinem summus sacerdos obtulit Christus? Videamus ergo utrumnam solus homo perfecerit: quoniam, sicut illi putant, Deus ab eo in passione discessit. Sed huic opinioni Paullus Apostolus evidentissime contradicit: *Deus*, inquit, *erat in Christo*. Erat in Christo, non discesserat a Christo. *Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi.* Quemadmodum reconcilians? *non reputans illis delicta eorum.* An forte hoc stultis placet, ut per hominem tantum fiat remissio peccatorum? Quod cum etiam Judæi respuerent dicendo: [i] *Blasphemat: quis potest dimittere peccata, nisi solus Deus?* ipse Dominus, Dei hominisque filius, volens manifestare incredulis non esse solum hominem quem videbant, sed Deum etiam in quem credere contemnebant, & potestatem divinam homini quoque propter unitatem personæ ejus ac præsentiæ contributam evidenter ostendere: [k] *Ut sciatis*, ait, *quoniam potestatem habet filius hominis super terram dimittere peccata, tunc dixit paralytico: Surge, tolle lectum tuum, & vade in domum tuam.* Ita Deus & homo, unus & verus animarum corporumque salvator, & exteriorem hominem morbo carnali, & interiorem peccati onere levavit. Deus ergo erat in Christo mundum reconcilians sibi: nusquam & numquam deserens hominem, quem propria dignatione, nulla prorsus necessitate, suscepit.

X. Ad Hebræos quoque idem Apostolus in ipsius epistolæ prima fronte testatur: [l] *Postremo*, inquit, *in his diebus locutus est nobis in filio, quem constituit heredem universorum, per quem fecit & sæcula. Qui cum sit splendor gloriæ, & figura substantiæ ejus, gerens quoque omnia verbo virtutis suæ, purgatione peccatorum a se facta, sedit in dextera majestatis in excelsis.* Ipse ergo filius Dei & filius hominis, unus est atque idem, qui propter æternitatem cum patre fecit sæcula, propter incommu-

a Coloss. I. 26. *b* Matth. X. 19. 20. *c* I. Cor. I. 23. 24. *d* Ibid. ℣℣. 30. 31. *e* I. Cor. II. 2. *f* Ibid. ℣℣. 7. 8. *g* II. Cor. V. 13. 14. *h* Ibid. ℣℣. 18. 19. *i* Marc. II. 7. *k* Matth. IX. 6. *l* Heb. I. 2. 3.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 431.

tabilem lucem splendor est gloriæ, propter æqualitatem figura est substantiæ, propter majestatem gerit omnia verbo virtutis. Ipse etiam propter suscepti hominis passionem, peccatorum nostrorum fecit purgationem; & propter remunerationem, habet in patris dextera sessionem. Quomodo autem purgationem fecit peccatorum, nisi [a] *delens chirographum, quod adversum nos fuerat* diabolo accusante conscriptum? quomodo delevit, nisi *cruci affigens*, & sanguine innocente diluens? Quod ergo [b] *olim Deus locutus est patribus in prophetis, & postremo est testificatus in filio*, hoc credamus, hoc teneamus, hoc omnibus viribus defendamus. Accedit ad caussam, quod tunc [c] *principatus & potestates exspoliavit fiducialiter, triumphans eos in semet ipso*. Quod opus non est omnino solius hominis, sed divinæ in homine majestatis. Neque enim homo fortis & potens, sed [d] *Dominus potens in bello*.

XI. Item illic post multa, quibus Apostolus mysterium novi testamenti a veteris figura discrevit, sic ait: [e] *Refragans legi Moysi, sine miseratione moritur in duobus aut tribus testibus: quanto magis videtur deteriore pœna dignus, qui filium Dei conculcavit, & qui sanguinem novi testamenti immundum æstimavit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ Dei contumeliam fecit? Novimus enim eum qui dixit: Mihi vindictam, ego retribuam, dicit Dominus*. Quæro qualiter possit Deus Dei filius conculcari. Videtis etiam heic quemadmodum nec dubitet, nec metuat, nec erubescat adserere Dei filium conculcatum. Sed quoniam si quis sanguinem in quo sanctificatus est, immundum existimat, utique filium Dei conculcat: ideo non discrevit hominis passionem a Dei majestate, cujus reum vult esse illum, qui pro nihilo existimaverit pro se sanguinem fusum. Non enim filius Dei conculcatur, nisi in eo quod mortis quam in homine sustinuit, beneficium spernitur. Ipse quoque salvator ac Dominus fidem remuneraturus interrogat. Videte quid dixerit: [f] *Quem me*, inquit, *dicunt esse filium hominis?* Atque cum diversas aliorum opiniones illi suggererent: [g] *Vos autem*, inquit, *quem me dicitis esse?* me utique filium hominis. Ad hæc Petrus, ab eodem inspiratus, & in hac confessione ad rectam fidem forma sui universis gentibus profuturus, adverte quanta & quam plena integritate responderit: [h] *Tu es Christus Filius Dei vivi*. Tu tu, o ille, qui te filium hominis dicis, tu es Christus filius Dei vivi. Numquid non etiam heic, sive interrogatione Domini seu in responsione Apostoli, utriusque substantiæ una monstratur ostenditurque persona; dum & ille se hominis filium, quod in aperto videbatur, edicit, & Petrus eum Christum Dei filium, quod in occulto gerebatur, donata sibi confessione monstravit? Unde laudatus a Domino & [i] beatus est dictus; quoniam non ei caro & sanguis revelaverit, sed pater qui in cælis est. Quod ergo credere debeamus, Deus pater per Deum filium revelet, non caro & sanguis insinuet.

XII. Post resurrectionem quoque, cum Dominum Maria minime cognovisset, & ille proprio nomine appellando, viam illi recognitionis aperiret, ac se tangere volentem ne faceret prohiberet; quid ei nuntiandum discipulis delegare dignatus fuerit, audiamus. [k] *Vade*, inquit, *ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & patrem vestrum; ad Deum meum & ad Deum vestrum*. Age nunc, eligat hæreticus utrum putat, & cujus vocem malit hanc esse, ipse discernat: utraque parte acuto spiritali gladio ferietur. *Ascendo*, inquit, *ad patrem meum & ad patrem vestrum; ad Deum meum, & ad Deum vestrum*. Si hominis vox est, ergo filius Dei est homo ille: *ad patrem meum*, dixit, *ascendo*. Si Dei vox est, ergo homo est Deus ille: *ad Deum meum* enim dixit, *ascendo*. Nec enim ait, ascendo ad patrem meum, & Deum hominis mei: aut ascendo ad Deum meum, & ad patrem Dei mei. Qui igitur personam divinitatis humanitatisque discernit, utroque intellectu convincitur. Aut homo dixit, & idem ipse est Dei filius: aut Deus dixit, & idem ipse est etiam homo susceptus. Qui enim dicit, *Ascendo ad patrem meum & ad Deum meum*; repetendo meum & meum, unam probat polliceturque personam, quamvis distinguat utramque substantiam. Quod enim ait, *Ascendo ad patrem meum*, pertinere quidem videtur ad unigenitum filium: quod autem ait, *ad Deum meum*, pertinere videtur ad hominem factum. Sed in Christo Jesu nec homo creatus potest dici, nec unigenitus Deus negari homo poterit natus. Atque ideo nec Dei tantum, nec hominis tantum, vox ista esse convincitur: quam Deus & homo, unus atque unicus ipse filius, ad suos discipulos perferendam inseparabili omnino atque indivisibili mandavit affectu. Denique ut noveritis, & plenius advertatis ita esse quod dicitur, ad dissolvenda omnium hæreticorum machinamenta & universas calumnias refellendas; ubi opus fuit naturam creatoris a creatura discernere, videte qualiter pro nobis pietas divina vigilavit. *Vade*, inquit, *ad fratres meos, & dic eis: Ascendo ad patrem meum & ad patrem vestrum; ad Deum meum & ad Deum vestrum*. Ecce heic evidenter ipsius Domini, id est Dei & hominis, a famulorum suorum persona distinguitur, & a natura vocatio separatur. Quamvis enim id quod mandatur, jam amicis mandetur & fratribus: ostenditur tamen quid Domino debeatur, quid servis ceteris tribuatur. Potuit namque dicere, Ascendo ad patrem nostrum, & ad Deum nostrum; quia multum distat inter dominationem & conditionem, inter generationem & adoptionem, inter substantiam & gratiam. Ideoque heic non permixte nec passim dicitur, Ascendo ad patrem nostrum, & ad Deum nostrum: sed *ad patrem meum & patrem vestrum, ad Deum meum & ad Deum vestrum*. Aliter enim illi Deus pater est, aliter nobis. Illum siquidem natura coæquat, misericordia humiliat: nos vero natura prosternit, misericordia erigit. Hoc enim egit ista divina humanitas, & humana divinitas, tali ac tanto miraculo, ut hujusmodi gratiam indigna mortalium meruisset infirmitas.

XIII. Et quis poterit, vel cui sufficiat paginarum sanctarum omnia uno in tempore documenta congerere, quibus sincera hæc & mera veritas perdocetur? Sed & modus sermonis qui jam dudum excessit, aliquando tenendus est, nec mihi diutius laborandum cum eis, quos instruente Domino eruditos agnovi. Instate itaque, sicut Apostolus præcepit [l], opportune atque importune; & doctrina sana universos errantes arguite, revocate, instruite, roborate: non mea, quæ nulla aut parva sunt, habentes in hac fidei regula documenta; sed scripturarum divinarum, ac magnorum & doctissimorum virorum, qui hæc ante nos & firmissime tenuerunt, & multiplicibus libris eloquentissime docuerunt.

a Coloss. II. 14. *b* Heb. I. 1. 2. *c* Coloss. II. 15. *d* Psalm. xxiii. 6. *e* Heb. X. 28-30. *f* Matth. xvi. 13. *g* Ibid. ℣. 15. *h* Ibid. ℣. 16. *i* Ibid. ℣. 17. *k* Joan. xx. 17. *l* II. Tim. iv. 2.

FIRMI

CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ

EPISCOPI

EPISTOLÆ XLV.

Studio V. C. LUDOVICI ANTONII MURATORII

ANNO MDCCIX. EVULGATÆ.

FIRMI
CÆSAREÆ CAPPADOCIÆ
EPISCOPI
EPISTOLÆ XLV.

Αχιλλεῖ. α΄.

A

ΤΟ ἁπλοῦν τοῦ ἤθους, καὶ ἀκατάσκευον, καὶ ἡρωϊκῇ πρέπον φιλοτιμίᾳ ἰδόντες ἔν σοι πόῤῥωθεν οἱ καλῶς τὰς φύσεις διερευνώμενοι, ἔθεντό σοι τὴν τοῦ ἐκκρίτου τῶν ἡρώων προσηγορίαν, ὡς ἡ πεῖρα τοῖς γενομένοις προσμαρτυρεῖ. τό τε γὰρ ὑπήκοον πρὸς εὐταξίαν ἐῤῥύθμησας, ἀπελήλαται δὲ τῶν ἐσχατιῶν ὁ φόβος. κἂν [1] ὁδὸν τὶς εἴπῃ, κἂν πέτραν ἠλίβατον ἢ ἀπόῤῥωγα, καὶ ταύτην ἐστὶν ὡς εἰρηνευομένην πόλιν παραδραμεῖν· οὕτως ἡμῖν ἐκ τῶν κυμάτων ἐκείνων τῆς πονηρίας τὴν τοῦ Ταύρου πορείαν τραχυνομένην, εὔοδον καὶ λείαν τοῖς παριοῦσι πεποίηκας. καὶ τούτων χάριν τοῖς ἐπὶ τῇ θαυμασιότητί σου ταῦτα πράττειν καταβαλλομένοις τὴν ψῆφον· χρηστοὺς δείκνυς, τοιοῦτος ὤν, οἷς ἤδη συνών. καὶ ἐν τῷδε ἐξητασμένην ἴδομεν γνώμης σεμνότητα· αὔξομέν τε διὰ πάντων τὸ θαῦμα, καὶ τοιούτους διαμένειν εὐχόμεθα, καὶ ἐπὶ τὸ πλεῖον προκόπτειν τοῖς κατορθώμασιν, τῆς ἀγαθῆς ἐρῶντα δόξης, καὶ τὴν τῷ Θεῷ φίλην εἰρήνην τοῖς ὑπηκόοις βραβεύοντα.

Achilli. I.

INgenuitatem & ſimplicitatem morum, animumque heroicæ dignitati convenientem in te longe ante proſpicientes ii, qui recte hominum naturas expenderunt, tibi nomen heroum præclariſſimi impoſuere: quod jam experientia probe factum teſtatur. Eodem enim tempore populum tibi ſubjectum recto ſalubrique ordine compoſuiſti, pulſuſque fuit ab extremis ac remotis finibus terror. Quamvis inviam quis appellet, quamvis inacceſſam abruptamque rupem; hanc tamen prætervehi licet, tamquam quietam, & in pace agentem urbem: ita nobis e fluctibus illis improbitatis Tauri iter aſ-
B perum, prætereuntibus effeciſti planum atque tranquillum. Enimvero harum rerum gratia habenda iis, qui magnificentiæ tuæ tempore ipſarum agendarum ſuffragium tulere; optimos enim, quibuſcum verſaris, quia hujuſmodi es, efficis. In hoc probatam ſpectatamque vidimus ſententiæ gravitatem; admirationemque augemus, & tales manere optamus, teque longius progredi recte factis, bonum nomen amando, pacemque Deo amicam ſubjectis populis comparando ac miniſtrando.

NOTÆ.

Achillem provinciæ moderatorem, ac fortaſſe præfectum prætorio, aut diœceſeos Ponticæ vicarium, Firmus commendat, quod compoſitis publicis rebus, purgatis & reſtitutis montis Tauri itineribus, ſive inde pulſis latronibus aut hoſtibus
C Romani imperii, tot egregiis factis nominis ſui menſuram impleverit, antiquum Achillem re vera imitatus. Tum rogat, ut in tam laudabili vitæ curriculo perſiſtat.

Κυπερίῳ σοφιστῇ. β΄.

Η μὲν Πυθία τῷ Σωφρονίσκου προσέταττε μουσικὴν πονεῖν, καὶ ταύτην ἐργάζεσθαι, ἐπιτείνουσα τὴν περὶ τὸ λέγειν τῷ πρεσβύτῃ σπουδήν. ἐγὼ δὲ τὸν ἐκ παιδὸς τοῦτο μεμελετηκότα, καὶ τέχνην πεποιημένον θέλγειν τὰς ἀκοὰς μᾶλλον ἢ τὰς Σειρῆνας λόγῳ, ἐπειδὴ ἀθρόως εἶδον σιωπήσαντα πρὸς ἐμὲ, ἐκπέπληγμαι τῷ γενομένῳ, μή τι ἄρα ἐμπόδιον πρὸς τὸ γράφειν ἡ ἐμή σοι γέγονεν ἀμουσία. ἀλλὰ παρακαλῶ ὄντα σε καὶ λόγων καὶ πραγμάτων διδάσκαλον, μὴ πρὸς τὴν ἡμετέραν νωθείαν βλέπειν, μηδὲ, εἰ ἥττοσιν ἀντιγράφοις ἀμειβόμεθα, τοῦτο σκοπεῖν· ἀλλ᾽ εἰδότα ὡς ἀρκεῖ γράμμα τῆς σῆς λογιότητος, καὶ λύπην κοιμίσαι, καὶ θεραπεῦσαι ψυχὴν, καὶ ποιῆσαι σώματι τόνον, γράφοντα διπλεῖν, μνήμην καὶ λόγων ἡμῶν ἐκ τῶν ἐπιστολῶν τοῖς τε καθ᾽ ἡμᾶς, καὶ τοῖς ἔπειτα παρεχόμενον.


Cyterio ſophiſtæ. II.

PYthia quidem Sophroniſci filio muſicam ut exceleret in eaque ſe exerceret, imperavit, ſeni hoc pacto ſtudium dicendi atque artem augens. Ego vero, ſtatim ac illum cui ab ineunte ætate iſtud curæ fuit, quique artem ſibi conſtituit dulcius, quam Sirenes, demulcendi ſermone aures, cognovi ſilentio erga me uti: ex iſta re timui, ne cui forte impedimento mea tibi ad ſcribendum fo-
D ret inelegantia. Sed obſecro te verborum præceptorem ac rerum, ne ad noſtram tarditatem reſpicias, neve, ſi deteriori ſtilo reſcribam, id conſideres; verum probe ſciens, ſatis eſſe unam eloquentiæ tuæ epiſtolam ad ſedandum dolorem, animumque curandum & robur corpori faciendum, ſcribas identidem rogo. Sic enim fiet, ut memoriam famamque noſtri, epiſtolis tuis, tum præſentis ævi hominibus, tum poſteris, præbeas atque commendes.

NOTÆ.

Cyterium ſophiſtam diutius quam par eſſet ſilentio indulgentem, neque reſcribentem, dulciter officii ſui monet, atque ad conſuetum epiſtolarum commercium [illegible]. Iis temporibus ſophiſtæ appellabantur, uti dictum in notis ad carm. I. Nazianzeni, eloquentiæ profeſſores; atque inter eos [illegible]

1. Forte, ἄνοδον.



lustre sibi nomen Cyterius compararat. In titulo A scribendum mihi videtur Κυθηρίῳ hoc est *Cytherio*, non autem Κυπρίῳ.

Τῷ Σωφρονίσκε. *Sophronisci filio.*] In MS. legebatur τῷ Σωφρονίσκῳ, h. e. *Sophronisco*. Ita emendandum locum historia monuit; Socrati enim Sophronisci filio (non Sophronisco ipsi) jam senescenti, Apollo auctor fuit, ut musicæ operam daret. Cujus rei testem do Quinctilianum lib. 1. cap. 10. Instit. Orat. ubi musicam ostendens oratoribus non utilem tantum, sed & necessariam, *Quid*, inquit, *de philosophis loquor, quorum fons ipse Socrates jam senex institui lyra non erubescebat?* Idem tradunt Diogenes Laertius in Socratis vita, Valerius Max. lib. 8. Plato in Phedone & in Euthydemo, & Cicero ad Pætum.

Εὐστρατίῳ κόμητι. γ'.

Εἴ τι μικρόψυχον ὑπὸ τῆς ἀῤῥωστίας ἔπαθον, μεμψάμενός σου τὴν σιωπὴν, οὐ πόῤῥω που συγγνώμης τὸ πρᾶγμα· συνασθενεῖν γάρ πως πεφύκασι καὶ οἱ λογισμοὶ τῇ τοῦ σώματος ἕξει. B ἔπαθον δὲ τοῦτο πρὸς τοὺς οἰκείους ἐμοί· τοὺς γὰρ κεχρωσμένῃ φιλίᾳ συζῶντας οὐκ ἂν ἐμεμψάμην ποτὲ, ὡς μηδὲ τὴν ἀρχὴν μοι εἰλικρινοῦς διαθέσεως πεῖραν παρασχομένους. ἀλλὰ τοῦτο μὲν αὐταρκῶς ἔχει, καὶ ἤρκεσεν εἰς θεραπείαν τῶν προλαβόντων. ἐμοὶ δὲ ἡ ἐπιθυμία τῷ τῆς ἀπολείψεως χρόνῳ μᾶλλον ἐγκάθηται, καὶ πρὸς ὑμᾶς ὁρῶν πέπονθα οἷον ἄν τι διψῶν πάθοι αὐχμοῦ τινος τὴν ὄρεξιν ἀναφλέγοντος. παρακαλῶ δὲ, καὶ μέμνησθέ τι γράφειν, ἱκανὴν μοι τῆς ἀπολείψεως παραψυχὴν τῶν ἐπιστολῶν παρεχόμενον.

Eustratio comiti. III.

Si propter valetudinis infirmitatem animum quoque abjeci, de silentio tuo conquerens, non indignam venia rem censeo: quodammodo enim cogitationes infirmari cum corpore ægrotante solent. Contigit autem hoc cogitationibus meis erga domesticos & familiares; quippe non apud illos qui colorata utuntur amicitia, conquererer umquam, quod nullum mihi antea sinceræ affectionis experimentum præbuissent. Sed hoc satis est, satisque fuit ad præcedentia curanda. Mihi vero cupiditas ipso disjunctionis tempore altius insidet, atque ad vos respiciens ita affectus sum, ut sitiens afficeretur, cui æstus quidam cupiditatem accendit. Obsecro autem, & ut memineris aliquid scribere, quod idoneam per epistolas absentiæ consolationem mihi afferat.

N O T Æ.

Quod nullas ad se litteras a longo tempore Eu- C stratius dedisset, conquestus fuerat Firmus. Nunc in corporis ægritudinem qua premebatur, ardorem querimoniarum rejicit: dum enim corpus male se habet, languere animus quoque videtur, ideoque nil mirum, si tunc in officiis delinquimus. Hinc petit, ac sperat veniam. Ut autem rescribat, & diuturnæ absentiæ consolationem scribendo mittat, solicite precatur.

Κόμητι. *Comiti.*] Vocabulum antiquis Græciæ incolis ignotum, sed Firmi tempore in imperatorum aula usurpatum. Erant autem *Comites* viri principes, qui Augustos comitabantur. Eorum diversa munera, variasque appellationes non in civilibus tantum, sed & in militaribus negotiis, ab utroque DuFresnii glossario, a Pancirolo in Notit. utriusque imperii, atque ab aliis discas.

Εἰς θεραπείαν τῶν προλαβόντων. *Ad præcedentia curanda.*] In MS. sequebatur τὰ πράγματα. Quod, quum glossema videretur, e textu sustuli.

Κυνηγίῳ κόμητι. δ'.

Τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν παλαιὸς κατέχει λόγος. ἐμοὶ δὲ ἐδιπλασίασεν τὸ γῆ- D ρας τῷ μήκει τοῦ χρόνου συνεπιλαβομένης ἐλπίδος τῆς ὑμετέρας πρὸς ἡμᾶς ἀφίξεως τὰς ἐπαγγελίας τιθεμένῳ· ἥξειν γάρ ποτε προσδοκῶ τὴν μεγαλοπρέπειάν σου, ὡς ἐπὶ μητέρα τὴν ἡμετέραν πόλιν, ἀπαιτοῦσαν δικαίως τῶν τροφείων τὴν ἀμοιβήν. εἰ δὲ καὶ ἡμῶν τις λόγος παρά σοι, μὴ δευτέρους ἀγάγῃς τῶν αὐτόθι φίλων· τῶν γὰρ ἄλλων πάντων πᾶσιν ἡττώμενοι, ἕτοιμοι πρὸς τοὺς ἐθέλοντας περὶ φιλίας διαγωνίζεσθαι, καὶ μάλιστα ὅταν ἆθλον τῆς νίκης ᾖ τὸ τοῖς σοῖς ἐντρυφῆσαι καλοῖς. παρακαλῶ οὖν, τὸν ὄκνον ἀποσεισάμενος ἐπάνελθέ μοι πρὸς τὴν τοῦ σώματος ἀκμὴν, δείξας ἡμῖν σαυτὸν τοιοῦτον, οἷόν σε τηνικαῦτα ἐπὶ τὴν τῶν Φρυγῶν στελλόμενον παρεπέμπομεν. εἰ δὲ καὶ ἐλάττων ἡ δύνα- E μις ὑπὸ τοῦ χρόνου γεγένηται, ἄκουσον τῆς μητέρος σου τῆς ἐκκλησίας ἐγγυωμένης, αὖθίς σε τοιοῦτον καταστήσειν, εἰ πρὸς αὐτὴν ἐπανέλθοις καλούμενος. δώσεις δὲ ὁλοτελῆ τὴν χάριν, εἰ καὶ τὴν κοσμιωτάτην θυγατέρα ἡμῶν, καὶ τὰ γλυκύτατα παιδία μετὰ σαυτοῦ ἄγων ἀφίκοιο, πλείονι χειρὶ τὴν ἔκτισιν τῶν ὀφλημάτων ποιούμενος.

Cynegio comiti. IV.

Illos qui desiderant, una die senescere, antiquum habet adagium. Mihi vero duplicatum est senium, quod post pollicitationes longissimum statueris tempus conceptæ de tuo ad nos reditu spei: venturam enim aliquando magnificentiam tuam spero ad urbem nostram, quasi ad matrem, jure nutritia exigentem. Sin & nostri aliqua tibi est ratio, ne secundos nos arbitrere inter eos qui tibi heic sunt amici: quum enim in reliquis rebus ab omnibus vincamur, parati tamen sumus cum quibuslibet de amicitia certare, & potissimum quando victoriæ præmium sit tuis affatim frui bonis. Obsecro igitur, ut missa negligentia ad me redeas, dum adhuc inest corpori vigor, te ipsum talem ostendens nobis, qualem te olim in Phrygiam expeditionem missum deduximus. Quod si ex ætate viribus fractus ac debilitatus es, audi matrem tuam ecclesiam spondentem, pristinæ valetudini iterum te restituendum, si ad ipsam accitus remigres. Perfectam autem gratiam inibis, si & ornatissimam filiam nostram dulcissimosque liberos tecum ducens advenias, pleniori manu hoc pacto debita solvens.

Ἀλυπίῳ χωρεπισκόπῳ. ε'.

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν (τὸ λεγόμενον) χωροῦσι πηγαὶ, ὅτε καὶ ἡ εὐλάβειά σου ἀφ' ἡμῶν δέεται προστασίας, ἑτέροις τοῦτο νέμειν ἐκ τῆς

Alypio chorepiscopo. V.

Sursum versus sacrorum fluminum (ut fert adagium) feruntur fontes, quando pietas tua a nobis præsidium postulat; quum aliis hoc præstare

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

παλαιᾶς συνηθείας ἄδειαν ἔχουσα. ἐπεὶ δὲ ὅλως A διεπρεσβεύσω πρὸς τὸν θεοσεβῆ ἐπίσκοπον Ἱμέριον, τὰς πρὸς ἡμᾶς δι᾽ αὐτοῦ σπουδάζων καταλλαγὰς, γίνωσκε νῦν ἔξων παρ᾽ ἡμῖν πλεῖον ἢ πρότερον, ὥστε σοι ἄδειαν εἶναι περὶ ὧν ἂν ἐθέλοις διδάσκειν, καὶ τυγχάνειν τῆς παρ᾽ ἡμῶν ἀμεμφοῦς ἀποκρίσεως, εἰ τὸ ὑπήκοον πρὸς εὐταξίαν ὁρμίσειας. οὐδὲ γὰρ πρότερον αὐτῷ σοι [1] ἴδια ἐγκαλεῖν εἴχομεν· ἀλλ᾽ ὅτι τοιαύτης τυχὼν ἀσκήσεως, καὶ τοῖς τοιούτοις διδασκάλοις γραφεὶς παρὰ τὴν σαυτοῦ ὑπόληψιν ἥττων ἐδείκνυσο, ταῖς τῶν ὑποχειρίων ὁρμαῖς σαυτὸν ἐνδιδούς. ἴσθι οὖν τοιούτων ἡμῶν εἰς φιλίαν ἐπιτευξόμενος, οἵους ἠπίστασο πρότερον. σεαυτὸν δὲ δεῖξαι σπούδασον ἄρχεσθαί τε εἰδότα, καὶ ἄρχειν B οὐκ ἀνεπιστάμενον.

abunde valeas ex antiqua consuetudine. Quoniam vero religiosissimum episcopum Himerium adiisti, atque enixe rogasti, ut se reconciliandis nobis interponeret; scito, te jam plura a nobis, quam ante, impetraturum: ita ut tibi in posterum liceat de iis quæ velis, docere, & amicam a nobis responsionem obtinere, si eos qui subsunt, ad modestiam revocaveris. Neque enim antea peculiare quid tibi vitio vertere potuimus; sed quod tali disciplina vir, & hujusmodi doctoribus adscriptus, opinioni de te conceptæ satis minime fecisti, quippe qui plus æquo morem gessisti subditorum appetitionibus. Scias igitur, tales nos te in usu amicitiæ habiturum, quales primum cognoscebas. Te ipsum vero cura ut ostendas & parendi doctum, & imperandi non ignarum.

NOTÆ.

Hujus epistolæ mens hujusmodi esse mihi videtur. A Firmi gratia Alypius chorepiscopus exciderat, quod ab ecclesiastica disciplina deviasset, nimiumque indulsisset votis sibi commissi gregis. Ut episcopum iratum deliniret, atque animarum præfecturam quam antea exercebat, recuperaret, Himerii episcopi patrocinium imploravit. Hoc adminiculo fretus, ad Firmum litteras dedit. Rescribit hic, se tanti facere Himerium, ut Alypio cum præ- C fecturam, tum pristinam gratiæ mensuram, immo & in posterum majora sit collaturus, modo is in recta disciplina persistat. *Chorepiscopi* olim dicebantur episcoporum Vicarii per parœcias distributi. De iis plures plura.

Ἄνω ποταμῶν &c. *Sursum versus* &c.] Ex Euripidis Medea petitum adagium.

Ἄνω ποταμῶν ἱερῶν χωροῦσι παγαί.

Sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes. Quibus verbis, ut auctor est in Adagiis Erasmus, quippiam præpostere atque inverso ordine fieri significamus. A Luciano in *Terpsione*, & in *libelli Apologia* parœmia hæc usurpatur; eaque etiam usus est Diogenes Cynicus, ut in ejus vita Laertius D testatur. Fortasse Firmus ironice loquebatur.

Ἱμέριον. *Himerium*.] Episcopus Nicomediæ in Bithynia Himerius fuit. Inter Nestorii fautores numerabatur, & *Contestationi* pro eodem hæretico ad sanctum Cyrillum synodumque Ephesinam a Joanne Antiocheno ejusque asseclis missæ subscripsit, uti videre est in Synodico edito per Christianum Lupum, & Baluzium cap. VII. Conciliabulo itidem Ephesino interfuit A. C. 431. atque in damnationem Cyrilli Alexandrini consensit. Quare ab Ephesina synodo œcumenica depositus, & ecclesiastica communione privatus fuit. Illum resipuisse, pie credere, quam contra opinari malim. In Synodico tamen supra laudato epistola Theodoreti ad eumdem Himerium cap. LXXI. refertur, nec non & aliæ duæ Teodoreti ejusdem epistolæ, altera ad Helladium episcopum, altera ad Joannem Antiochenum, queis in hæresi pertinacem adhuc perstitisse Himerium, ostendi posse videtur. Utcumque se res habeat, hanc epistolam ante synodi Ephesinæ tempora scriptam arbitramur, quum nempe inter Firmum nostrum ac Himerium litterarum commercium sanctissime exerceri poterat.

Γεσσίῳ σχολαστικῷ. ϛ΄.

Gessio scholastico. VI.

ΑΔελφὸς ἀνδρὶ παρείη, φησὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὡς τῆς φύσεως συντρόφου, καὶ γνησίας φιλίας παρεχομένης ἀπόλαυσιν. καὶ οὐκ ἀπεικὸς ἡδέως ὦφθαι παρὰ τῆς σῆς λογιότητος τὸν σὸν ἀδελφὸν χρόνῳ πρὸς ὑμᾶς ἀφικόμενον. εἰ δὲ στρατείαν ἐπαγγέλλοντι, καὶ ταύτῃ πρὸς τὸν βίον τῇ τέχνῃ χρωμένῳ ἐξελάσαι πάλιν ἐδέησεν, οὐδὲν παρῄρηται τῆς ἐλπίδος· ἥξει γὰρ πάλιν ποθοῦσιν, εἰ γένοιτό τι κατὰ γνώμην αὐτῷ.

FRater homini adsit, ait vetus verbum, tamquam simul educata natura, sincera quoque frui amicitia largiatur. Et sane æquum fuit, fratrem tuum a prudentia tua longo post tempore ad vos reversum libenti animo exceptum esse. Quod si militiam professo, atque arte hac ad vivendum utenti, rursus expeditionem sequi opus fuit, nihil de spe detractum est. Veniet enim rursus desiderantibus, si quid e sententia gesserit.


NOTÆ.

Σχολαστικῷ. *Scholastico*.] Firmi ævo qui apud E Latinos caussarum patroni & advocati erant, a Græcis *Scholastici* appellabantur. Complures S. Nili epistolæ exstant ad hujusmodi *Scholasticos* scriptæ, uti & Synesii, qui scriptores eodem quo Firmus, sæculo floruere. Hoc sensu a S. Augustino cap. VII. in Joann. vox illa accipitur. *Qui habent*, inquit, *caussam aut velint supplicare, quærunt aliquem Scholasticum, a quo sibi preces componantur*. Præterea *Scholasticus* dicebatur quivis eloquentiæ & oratoriæ facultatis aut politioris litteraturæ studiis eruditus. Vide DuFresnium ad hanc vocem in utroque glossario. *Scholasticorum* cognomentum ad Agnelli scriptoris Ravennatis tempora, hoc est ad decimum usque a Christo nato sæculum durasse, ejus monimenta fidem faciunt, quæ cum selectissimis notis prelo propediem spondet Cl. V. Benedictus Bacchinius.

Ἀδελφὸς &c. *Frater homini adsit*.] Adagium e Platonis lib. II. de Republica petitum. Significat autem, Erasmo teste, fidum auxilium homini præstitum: quippe in arduis rebus atque in periculis vix umquam frater deesse solet.

1. Ἴδια] Ita ms. Forte, ἰδίᾳ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.



A

Διδνίῳ. ζ'.

ΤΑς τῶν φαρμάκων χρήσεις οὐκ ἀεὶ νομίζω ταυτὸν δύνασθαι, οὐδὲ ὁμοίως ἰᾶσθαι τὰ χρονιώτερα τῶν παθῶν. ὅθεν καὶ ἐμοὶ τὸ τῶν ἐπιστολῶν φάρμακον ἕωλον ἤδη πέφηνεν εἰς παράκλησιν μακρῷ χρόνῳ τῆς ἀπολείψεως κάμνοντι. ἀλλ᾽ ἔργον ὑμῖν γενέσθω ἐξαιτήσασθαί με τῶν δυσχερῶν. εἰ γὰρ τῶν ἐντεῦθεν ἀφεθείην δεσμῶν, πάντα μοι καλῶς ἕξειν καὶ κατὰ γνώμην πεπίστευκα.

Didnio. VII.

MEdicinarum usum idem semper posse non arbitror, neque ratione simili sanari per illas morbos inveteratos. Quare epistolarum quoque medicina mihi obsoleta jam & vana facta est ad solatium, diuturni temporis sejunctione laboranti. Tuum igitur opus erit, me a rerum difficultatibus liberare: si enim e vinculis quæ me heic detinent, solutus ero, omnia mihi feliciter & ad votum successura spero.

N O T Æ.

B

Aberat ab urbe sua Firmus, nescio quibus negotiis implicitus. Diutius, quam ille jam tædio defatigatus sustinere posset, res protrahebatur. Neque vero e litteris Didnii, ut antea, solamen ullum capiebat. Quamobrem ejus epistolas obsoletam appellat medicinam: deinde eum rogat, ut solicite reditum libertatemque amico absenti procuret, ac impetret. Pro Διδνίῳ, sive *Didnio*, scribendum fortasse Διονίῳ, vel potius Διανίῳ; non enim Græcum nomen *Didnius* videtur. Ad *Dianium* epistolam quamdam ineditam scribit Libanius.

Αρμενίῳ ἀρχιατρῷ. η'.

ΟΜήρῳ μὲν δοκεῖ τῷ σοφῷ πολλῶν ἀνταξίους εἶναι τοὺς ἰατρούς. ἐμοὶ δὲ τὴν αἰτίαν σκοποῦντι, δυοῖν ἕνεκα τοῦτο εἰρῆσθαι φαίνεται· τὸ μὲν κατὰ τὴν ἐπιστήμην, ὅτι θεραπευταὶ σωμάτων ἐστέ· τὸ δὲ κατὰ τὴν φιλίαν, ὅτι καὶ ψυχῶν πολλάκις τὰ δέοντα συμβουλεύοντες τὰς λύπας παύετε παραινέσεσιν. ὧν ἑκατέρων ἴσθι χρήζοντά με τὰ νῦν σπεύδειν πρὸς τὴν ἐπάνοδον. εἴθε θᾶττον ἀπαλλαγείημεν, τοῦ σωτῆρος Θεοῦ τὴν ἐνταῦθα ἡμῖν οἰκονομήσαντος ἀναχώρησιν.

Armenio archiatro. VIII.

C

HOmero quidem viro sapienti medici pro multis esse videntur. Mihi vero caussam consideranti his duabus rationibus hoc pronuntiatum videtur. Altera est propter scientiam, quia corporum curatores estis; altera propter amicitiam, quia sæpe opportuna consilia afferentes, animorum ægritudines admonitionibus vestris sedatis. Quibus utrisque scito me nunc indigentem, reditum in patriam maturare. Utinam quam primum liberemur, Deo Servatore huc nobis reditum ac secessum procurante.

N O T Æ.

Ομήρῳ. *Homero* &c.] Respicit ad Homericum illum versum in Iliade. (lib. XI. ℣. 514.)

Ιητρὸς γὰρ ἀνὴρ πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων.

Vir medicus multis aliis præstat.

Scilicet, ut Firmus explicat, pro multis aliis valet medicus, quum vel pharmacis vel prudentibus consiliis tollere corporis animique perturbationes possit. Plinius in epist. *Unus mihi es pro centum millibus*. Medici autem dignitate ac pretio multos æquare videntur.

D

Λαύσῳ. θ'.

ΠΟλλὰ τῆς μεγάλης πόλεως ὑμῶν ἀπολαύσας τοῦτο πλεῖον τῶν ἄλλων ἀπώναμαι, ὅτι σοι εἰς πλείονα λόγων συνήθειαν ἐλθὼν, εἶδον ἄνδρα ἀτεχνῶς τοῦ χρυσοῦ γένους φιλεῖν τε εἰδότα; καὶ τοῦ φιλεῖσθαι ἄξιον, ἢ μόνον, ἢ πρὸ τῶν ἄλλων κατὰ τὴν Ορφέως λύραν ἄγειν ἐπιστάμενον πρὸς ἑαυτὸν ἤθει καὶ λόγῳ τοὺς ἐντυγχάνοντας. πλὴν ὅτι ἐκείνῳ μὲν ἄχρι τοῦ μέλους τὰ τῆς φιλοτιμίας ἦν, καὶ τούτῳ θέλγων κατεῖχε τοὺς πλησιάζοντας· ὑμῖν δὲ καὶ οἶκος περιφανὴς, καὶ δαπάνης πλῆθος χορηγούμενον τοῖς δεομένοις, καὶ πάντα πλείονα, ἢ ὅσα ἂν εἰπεῖν εἰς φιλοτιμίαν λόγος ἀρκέσειε. ταύτην δὴ τὴν σχέσιν καὶ πρὸς ἀπόντας ἔχειν παρακαλῶ, καὶ διὰ μνήμης ἔχειν ἡμᾶς, καὶ δεξιοῦσθαι γράμμασιν, ὡς ἂν ἔχοιμεν ἀδόλου φιλίας ἐνέχυρα τὰς ἐπιστολάς.

Lauso. IX.

QUum sæpe a tua magna urbe fructus ingentes ceperim, hoc tamen, plus quam ceteri, sum consequutus, quod majorem tecum miscendorum colloquiorum consuetudinem iniens, virum cognoverim vere aurei generis, & amandi doctum, & qui ametur dignum; virum, inquam, aut unicum aut præ aliis, non aliter quam Orpheus lyra, trahendi peritum ad se moribus & sermone, illos qui ejus consuetudine delectantur. Nisi quod Orpheo usque ad canendi artificium honor & gloria stetit, eoque pacto ad se accedentes mulcendo, sibi devinxit: tibi vero est

E

& splendida domus, & impendiorum magnitudo erogata in pauperes, & alia plura sane quam ut ea in honorem tuum complecti dicendo possimus. Hunc autem habitum affectumque erga absentes quoque ut serves rogo, & ut memoriam nostri foveas, dulciterque per litteras nos salutes, ita ut sinceræ amicitiæ nostræ pignora litteras habeamus.

N O T Æ.

Brevem panegyrim Lausi illustris piique viri in hac epistola habes. Cum illo arctum amicitiæ fœdus inierat Firmus, olim Constantinopoli agens; nam sub nomine *magnæ urbis* designari Constantinopolim reor, ni Antiochiam forte velis. Hunc ergo rogat, ut commercium epistolarum vicissim exerceat. Male autem me non opinaturum censeo, si Lausum hunc arbitrer eumdem esse cum illo, ad quem Palladius Helenopolitanus anno Ch. 421. librum de sanctorum ejus temporis monachorum

vita ac geſtis perſcripſit; unde & *Hiſtoriæ Lauſiacæ* nomen libro illi impoſitum. Certe iiſdem temporibus florebat Firmus noſter. Lauſus vero ad quem Palladius ſcribit, Vir illuſtris & ſacro cubiculo præfectus erat; quæ Lauſo heic memorato convenire videas. Infra ad eumdem conſcriptam reperies epiſtolam XX.

Γεροντίῳ πρεσβυτέρῳ. ι.

ΣΥχνὸν ἤδη χρόνον ἀπολειφθεῖσαν τῆς πόλεως τὴν σὴν θεοσέβειαν ἔδει παρεῖναι τῇ πρώτῃ καὶ μυστικωτάτῃ τῶν ἑορτῶν. ἐπεὶ δὲ ἀῤῥωστίας ἄρτι παυσαμένης ὑπολέλειπταί τις ἐνοχλοῦσα λεπτότης, ὡς ἔμαθον, ἀναλαβὼν σαυτὸν ἀφικέσθαι πρὸς ἡμᾶς σπούδασον, πληρῶν τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ ὄφλημα, ἵνα μὴ δεηθῇς καὶ δευτέρας φιλοτιμίας εἰς θεραπείαν τῆς ἀπολείψεως. τὰ δὲ ἀποσταλέντα ἐδεξάμεθα, καὶ τοῦ πλήθους, καὶ τοῦ μεγέθους θαυμάζοντες, πέρδικας τέτταρας, ὅλην ξυνωρίδα πώλων, καὶ συὸς τῶν κατοικιδίων ἡμιτόμιον, ἱκανὸν καὶ ἀγελαίων νικῆσαι μέγεθος, ὅσα χρὴ τῷ πράγματι πείθεσθαι, καὶ στάμνον οἴνου πολιοῦ. ἀλλὰ πόσα ταῦτα πρὸς ἀναγκαίαν φίλου συντυχίαν μετρούμενα;

Gerontio presbytero. X.

QUum multo jam tempore pietas tua ab urbe abfuerit, par erat ut ad feſtum diem adveniret, qui primus eſt omnium & ſupra omnes myſteriis abundat. Sed poſtquam, infirmitate nunc ſolum ceſſante, moleſta quædam, ut accepi, relicta tibi eſt macies; ſimul ac te ipſum refeceris, cura ut ad nos revertaris, quod eccleſiæ debes implens, ne altero careas honore, atque ut diuturnam repares abſentiam. Ea vero quæ ad nos miſiſti, accepimus non ſine copiæ & magnitudinis admiratione, nempe quatuor perdices, pullorum equinorum par integrum, & ſuis e domeſticorum grege dimidium, quod & agreſtium vinceret magnitudinem, quantum re ipſa videre eſt, & veteris vini amphoram. Sed quanta hæc ſunt, ſi ad amici neceſſitudinem convictumque metiamur?

NOTÆ.

Abſentem Gerontium, presbyterum ſibi ſubjectum, poſtquam ad feſtum diem, omnium ſanctiſſimum, accedere ægritudinis cauſſa nequiverat, novis litteris ſui officii commonefacit Firmus, dulciterque ad reditum invitat. Hinc dona ab illo ad ſe tranſmiſſa ſingulatim recenſet ac laudat. Per diem ſacris myſteriis ſupra omnes plenum ſignificari puto ſacrum paſchatis diem.

Αὐσονίῳ πρεσβυτέρῳ. ια.

ΕΝ τοῖς ἄλλοις τὸ μέτρον ἄριστον, ἐν δὲ τῇ ἀγάπῃ ὁ τὸ πλεῖον ἔχων θεοφιλέστερος. δεῖξον οὖν οὕτω διακείμενος περὶ ἡμᾶς, καὶ ὑπερευχόμενος ἀεὶ, καὶ γράφων πολλάκις, ἵνα τῆς ἀπολείψεως ᾖ παρ᾽ ἡμῖν εἰς παραμυθίαν τὰ γράμματα.

Auſonio presbytero. XI.

IN reliquis rebus menſura optima; at in amore qui plus habet, Deo gratior eſt. Te igitur oſtende ita erga nos affectum eſſe, & fauſta ſemper nobis precando, & ſæpe ſcribendo, ut disjunctionis ſolamen nobis epiſtolæ præbeant.

Ἑλλαδίῳ. ιβ΄.

ΕΚ χειμῶνος, καὶ τρικυμίας γαλήνην εἶδον, καὶ ἡμέραν (τὸ τοῦ λόγου) λευκὴν, ἀνασεσῶσθαι ἐκ τῆς κατὰ τὸν πλοῦν πλάνης τὴν μεγαλοπρέπειάν σου μεμαθηκώς. ὅθεν ἐπήρθημεν ἐπὶ τὴν οἰκείαν ἡμῖν καταφεύγοντες προστασίαν, καὶ τῶν λυπούντων ἐλπίσαι παραψυχὴν, εἴτε τινὰ λόγον σχεῖν ἡμῶν τε, καὶ πατρίδος λιμῷ καμνούσης καταξιώσειας, ὥστε ἐπικουφίσαι τὰ νῦν ἐνοχλοῦντα τῶν στρατιωτῶν ἀναλώματα, καὶ διοικήσασθαι μηδεμίαν στρατεύματος δι᾽ ἡμῶν γενέσθαι πάροδον. μόλις γὰρ, εἰ τούτων ἐπιτύχοιμεν, ἀπὸ πολλῶν ὀλίγοι τὴν τοῦ λιμοῦ πανωλεθρίαν ἀποφυγόντες περιεσώμεθα.

Helladio. XII.

POſt ſævam procellam fluctumque decumanum, tranquillitatem diemque (ut eſt in adagio) album aſpexi, ubi intellexi, magnificentiam tuam e navigationis erroribus reſtitutam. Quare animis erecti ſumus, ad proprium nobis ac familiare patrocinium confugientes, & ad ſperandum impulſi ſumus triſtibus rebus ſolatium; ſi quam interim & noſtri, & patriæ fame laborantis rationem habere dignatus fueris, ut eas quæ nos nunc turbant, militum impenſas alleves, cureſque nullum exercitus per nos fieri tranſitum. Vix enim, quando hæc nobis eveniant, ex multis pauci, famis internecione declinata, erimus ſuperſtites.

NOTÆ.

Helladio illuſtri viro, quod navigationem difficillimam abſolverit, Firmus gratulatur, & Cæſarienſium publicam rem commendat. Rogat autem, ut provinciæ jam dira fame laborantis miſereatur, minuatque militum impenſas, neque ſinat exercitum illac tranſire.

Ἡμέραν λευκήν. *Diem album.*] Uti Eraſmus in Adagiis monebat, *albus dies* pro felici, læto fauſtoque apud veteres accipiebatur. Plutarchus in Pericle: τοὺς ἐν εὐπαθείαις τισὶ γενομένους, λευκὴν ἡμέραν ἐκείνην ἀπὸ τοῦ λευκοῦ κυάμου προσαγορεύειν. *Eos qui in deliciis jucunde vivunt, album eum diem nominare a faba alba.* Adagii origo eſt a Pericle, qui Athenienſibus ſuis, dum Samios arctiſſime obſiderent, in octo turmas diſpertitis præſcripſit, ut cui, ſortibus ductis, candida faba contingeret, liceret eo die otio & conviviis operam dare, ceteris pugnantibus. Silius quoque Italicus uſurpavit in eo verſu:

Si current albique dies, horæque ſerenæ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

A

Ἀττικῷ ἐπισκόπῳ. ιγ'.

ΑΡιστείδην οἶσθα τὸν παλαιὸν, ὁσιώτατε· πῶς δὲ οὐκ οἶσθα, φιλαθηναῖος ὤν, καὶ τιμῶν δικαιότητα; οὗτος καθ' ἡμᾶς ἐκεῖνος ὁ λογιώτατος Ὀλύμπιος, φρονήσει μὲν Θεμιστοκλέα παραδραμὼν, ῥητορικῇ δὲ τὸν Περικλέα, καὶ εἴ τις εἴη τοὺς πώποτε γεγονότας νενικηκὼς, εἰς ὃ ἕκαστος κατὰ τῶν ἄλλων τῶν πρωτείων ἐπέτυχεν, ζῆλον δὲ τὸν αὐτὸν ἐκείνοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐπιδεικνύμενος. ὃν προσδέξασθαι τῆς ἐκκλησίας παρακαλούσης ἐπίνευσον, καὶ τούτῳ τὸ μέρος δι' ἡμᾶς μεταδοὺς τῆς εἰς πάντας τοὺς δεομένους μεριζομένης φιλανθρωπίας.

Attico episcopo. XIII.

ARistidem antiquum nosti, vir sanctissime; quomodo enim non nosti, quum sis Atheniensium studiosus justitiæque cultor? Talis judicio nostro ille est eloquentissimus Olympius, qui prudentia quidem Themistoclem superat, rhetorica vero Periclem, & si quis alius fuit, qui veteres superaret in eo, in quo eorum quilibet primas supra alios tulit; quique non minorem, quam illi, zelum pro patria ostendit. Ut hic admittatur, ecclesia nostra hortante, annue, eique partem humanitatis illius quam in omnes indigentes partiris, B nostra caussa tribue.

N O T Æ.

Aristidi, viro apud Athenienses cum eloquentiæ, tum justitiæ laude olim celeberrimo, Olympium comparat; immo ab isto Themistoclem prudentia, Periclem vero eloquentia superari affirmat. Hunc igitur Attico episcopo commendat. Quis fuerit hic Atticus, definire non ausim. Atticum qui post Chrysostomum Constantinopolitanam sedem implevit, virum sanctissimum, minime audeo dicere heic designatum, quippe fortasse vivere desierat, antequam Firmus episcopalem cathedram conscenderet. Alter Atticus, Nicopolitanus in veteri Epiro metropolita synodo Chalcedonensi interfuit, cui etiam subscripsit Atticus Zelorum episcopus. Quum vero hi Attici & auctoris nostri æquales, & episcopi fuerint; certo constare nequit, ad quemnam eorum hanc epistolam Firmus dederit. Et fortasse ad Atticum aliùm quempiam Firmus hæc scripsit.

C

Ἀνθίμῳ ἐπισκόπῳ. ιδ'.

ΕΠὶ τὴν σαυτοῦ μητέρα τὸν σὸν ἀπέστειλας παῖδα, καὶ πρὸς ἡμᾶς τοὺς πάσῃ συνημμένους γνησιότητι, καὶ κατ' οἰκείωσιν τῇ θεοσεβείᾳ τῇ σῇ. καὶ τῶν σῶν γενέσθω προσευχῶν ἔργον, ὁμοῦ τῇ ἡλικίᾳ τῷ παιδὶ συναύξεσθαι καὶ τὴν παίδευσιν. κέρδος γὰρ ἡμέτερον τιθέμεθα τὰς τῶν νέων ἐπιτυχίας, ὅταν ᾖ παρ' αὐτοῖς καὶ δόξης καὶ φιλίας ἀπόνασθαι. τοῦτο δὲ ἐκ τῆς σῆς θεοσεβείας τεκμαιρόμενος λέγω οὐκ ἀπεικότως, τοὺς ἴσους κληρονόμους κληρονομήσειν προσδοκῶν, καὶ τῶν τῆς δόξης καλῶν.

Anthimo episcopo. XIV.

AD tuam ipsius matrem, & ad nos omni sinceritate atque necessitudine cum pietate & religione tua conjunctos, tuum misisti filium. Nunc tuarum apud Deum precum opus sit poscere, ut filio una cum ætate disciplina quoque augeatur. Nos enim in nostro lucro successus juvenum ponimus, quum in ipsis constet & gloriæ & amicitiæ fructus. Ex tua vero pietate conjecturam faciens, non temere sperare me dico, fore ut ii qui bonorum tuorum futuri sunt heredes, gloriæ quoque hereditatem obtineant.

N O T Æ.

Filium quemdam suum, hoc est, ut puto, clericum, Anthimus episcopus Cæsaream miserat, ut a Firmo nostro litteris & moribus institueretur. Scribit hic, Deum esse rogandum, ut operæ in illius adolescentis cura collocandæ successus respon- D deat. Se vero felicia quæque de illo sperare addit, ducto a mittentis pietate argumento. Quum ait *ad matrem tuam*, Cæsaream accipiendam esse reor quæ Anthimi patria fuerit, aut ipsam Cæsariensem ecclesiam cui fortasse olim Anthimus dederat nomen.

Εὐανδρίῳ ἐπισκόπῳ. ιέ.

ΑΝάθημα μέν τις προσφέρων Θεῷ τῶν δοκούντων πρὸς εὐσέβειαν βλέπειν, ἐπίγραμμα προσέθηκεν τῷ ἀνατεθέντι εἰπών· σοὶ προσφέρω τὰ σά. ἐγὼ δὲ ἐπιγράμματος οὐδὲν δέομαι· καλῶν δὲ ἐπὶ τὴν σὴν ἑστίαν τὴν θεοσέβειάν σου, ἵνα μὴ γελοῖον πάθω, τὴν ἐμαυτοῦ ἐπιθυμίαν προστίθημι, ὡς μὴ πρόφασιν τῇ θεοσεβείᾳ σου τῆς ἀπολείψεως τὴν ἡμετέραν ῥᾳθυμίαν γενέσθαι. καὶ παρακληθεὶς ὑπάκουσον παρεῖναι τῇ ἐν Ἀργοκνοῖς τῶν ἁγίων μνήμῃ, ἣν αὐτὸς καὶ παρακαλούμενος πλέσεις, καὶ ἀπαράκλητος.

Evandrio episcopo. XV.

DOnum Deo offerens nescio quis ex iis qui ad pietatem propensi sunt, epigramma oblato muneri inscripsit, dicens: *Tua tibi offero*. Ego vero epigrammate nullo apud te uti deberem; attamen invitans ad tuam domum pietatem tuam, ne me ridendum præbeam, unum tibi offero desiderium E meum, ut ne pietati tuæ silentium nostrum non accedendi sit caussa. Invitatus igitur nobis morem gere, ut in Argocnis sanctorum commemorationi intersis, quam & invitatus conficies, atque etiam non invitatus.

N O T Æ.

Quum celebrandus foret festus quidam sanctorum dies in Argocnis, ad eadem solemnia Evandrium episcopum invitat, epistolam ab eleganti eruditione exorsus. In concilio Chalcedonensi memoratur Evander Dicliæ in Phrygia magna episcopus. Sed ille nimium Cæsarea aberat, ut ad festum invitatus a Firmo sit credendus. Quum ait ἐπὶ τὴν σὴν ἑστίαν, *ad tuam domum*, ecclesiam puto heic intelligi, potius quam domum Firmi.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

A

Θαλασσίῳ. ιϛ'.

ΗΓειρας τὴν σαυτοῦ πόλιν ἤδη πρὸς γόνυ καμφθεῖσαν, ἀποδοὺς αὐτῇ τῶν τροφείων τὰς ἀμοιβάς. καὶ χαίρει τοῖς οἰκείοις κοσμουμένη καλοῖς, ὅτι σε τοιοῦτον καλὸν ἀνεθρέψατο. λοιπὸν δὲ ἐπιφανεστέραν αὐτὴν τοῖς ἀξιώμασι γενομένην, καὶ τῇ δυνάμει δὸς διὰ τῆς σῆς αὐξηθῆναι χειρὸς, καὶ πληρῶν τὸν αὐτοῦ σκοπὸν, καὶ ἡμῖν χαριζόμενος παρακαλοῦσι, καὶ δεομένῃ τῇ πόλει καὶ τὸν ἄρχοντα, ὃν ἐπιφανέστερον ἡμῖν πεποίηκας τῇ σπουδῇ χάρισαι τοῖς πράγμασιν, ὡς προσήκοντά σοι γνωρίζεσθαι. εἰ γὰρ τοῦτο προσθείης τοῖς προλαβοῦσιν, ἅπαντα ἡμῖν κατὰ γνώ- B μην ἐκβήσεται. δὸς δὲ καὶ πόλεων προσθήκῃ τὴν ἀρχὴν αὐξηθῆναι, ἵνα σοι περίβλεπτος διὰ πάντων ἡ πατρὶς γένηται. ἡμῶν δὲ μέμνησο, φιλοῦντας φιλῶν· τοῦτο γάρ ἐστιν ἀντίδοσις ἀγαθῶν.

Thalassio. XVI.

ERexisti tuam ipsius urbem jam inclinatam atque jacentem, quum illi educationis gratiam retribueris. Et sane ipsa domesticis exornata bonis, lætatur, quod te, tantum nempe bonum, educaverit. Quod restat, quum ipsam honoribus illustriorem effeceris, fac etiam ut illius potentia per manum tuam augeatur, & propositum tuum non solum implens, sed nobis etiam hortantibus urbique roganti gratificans, præsidem quem clariorem nobis illustrioremque studio tuo reddidisti, concede rebus, ut & ad te eædem pertinere videantur. Si enim hæc præcedentibus addas, omnia nobis ad votum cedent. Fac autem, ut post civitatum additamentum, imperium quoque felicius administretur, quo tibi per omnia spectabilis patria fiat. Nostri vero memento, amantes amans: hoc enim est bonorum remuneratio.

N O T Æ.

Thalassio, potenti in aula Constantinopolitana viro, plurimas agit gratias, quod Cæsariensis urbis honores amplificaverit ac ornamenta auxerit. Rogat insuper, ut ad feliciorem ejus urbis administrationem studium omne conferat. Thalassium autem istum eumdem esse opinor cum illo, quem in Cæ- C sariensi episcopatu successorem Firmus habuit, uti in prolegomenis animadverti. Quum vivendi finem scriptor noster fecit, præfectus prætorio Illyrici Thalassius ille erat, hoc est amplissimo imperii munere fruebatur. Iste ita imperatori acceptus ac in ejus aula potens dicitur, ut ei uni accepta Firmus referat, quæcumque urbi Cæsariensi princeps fuerat elargitus. Ad hæc Thalassius iste, Cæsariensis civis patriæque suæ amantissimus, in hac epistolâ proditur. Veri igitur simile est, Thalassium a Socrate memoratum eumdem cum isto fuisse. Nimirum Proclus Constantinopolitanus episcopus, Cæsariensibus præsulem sibi, mortuo jam Firmo, deposcentibus, Thalassium, civem Cæsariensem & ipsum, protinus obtulerit, eumque sacrarit.

Διαθήκη πόλεων. *Post civitatum additamentum.*] Urbes aliquot ab alterius regimine scissas & Cappadociæ additas, innuere hujusmodi verba videntur; ideoque Cæsariensis urbis splendorem adauctum jure Firmus ait. Quod si pro πόλεων legas πόλεως, urbis unius, nempe Cæsareæ, *incrementum* aut *amplificationem* intelligas.

Σωτηρίχῳ. ιζ'.

ΠΕρίβλεπτον ἡμῖν ἤδη τὴν πατρίδα πεποιήκατε ἐν προοιμίοις τῆς προστασίας, πολλοῖς ποσὶ παρασχόμενοι τὰς γειτνιώσας παραδραμεῖν. αἱ D γὰρ πρότερον περὶ ὁμοτιμίας ἐρίζουσαι, νῦν οὐδὲ πολλοστοῦ μέρους τῆς ἀξίας δι' ὑμᾶς ἐφικνοῦνται· οὕτως ἐν προοιμίοις φαιδροτέραν ἡμῖν, καὶ μεγάλην τὴν πόλιν ἐδείξατε. εἰ δὲ καὶ τὰ λείποντα προσθείητε ἢ πόλεων ἀριθμὸν, ἢ ἀνανέωσιν οἰκοδομημάτων (πάντα γὰρ ὑμῖν δυνατὰ βουλομένοις) ταινίαις ὑμᾶς ἀναδοῦμεν, ὡς εὐεργέτας, δευτέρους οἰκιστὰς ὀνομάζοντες, μᾶλλον δὲ καὶ πλέον ἐπᾴδοντες. ὅσον ἐκεῖνοι μὲν τὸ εἶναι τὴν πόλιν, ὑμεῖς δὲ τὸ ἐπιφανεστέραν γενέσθαι παρεσκευάσατε. ποιήσατε δὲ ἡμῖν καὶ τὸν ἄρχοντα μείζονα μὴ τῷ ὀνόματι μόνον, ἀλλὰ καὶ τῇ δυνάμει.

Soterícho. XVII.

ILlustrem nobis jam patriam reddidistis in exordio præfecturæ, quum illa vicinis civitatibus multis pedibus anteire feceritis. Quæ enim antea de præstantia nobiscum certabant, nunc opera vestra ne millesimam quidem partem dignitatis nostræ attingunt: sic a principio splendidiorem, quam antea fuit, atque ampliorem nobis hanc urbem exhibuistis. Quod si quæ desunt, sive urbium numerum, sive ædificiorum instaurationem spectent, addideritis (volentibus enim vobis, arduum nihil) tæniis vos vinciemus, tamquam benemeritos; vosque alteros fundatores appellando, magis decantabimus ac celebrabimus. Enimvero illi, ut esset; vos, ut illustrior fieret, operam dedistis. Create autem nobis præsidem majorem, non nomine tantum, verum E etiam re atque virtute.

N O T Æ.

Simili in argumento, ac superior, versatur hæc epistola. Urbem Cæsaream Soterichus in exordio præfecturæ suæ multis additis ornamentis illustriorem effecerat. Hinc illi plurimas Firmus agit gratias. Soterichum autem istum præfectum prætorio orientis fuisse opinor aut saltem ejusdem præfecti in Pontica diœcesi vicarium, quippe eo usque potestas illius procedebat, ut ab una provincia urbes distrahere alterique conjungere posset. Cæsarea vero provinciæ Cappadociæ caput fuit.

Κολοσιανῷ. ιη'.

ΕΝὶ συνθήματι ἀλλήλοις ἐπετάξατε, τὴν πρὸς ἡμᾶς σιωπὴν, οὐκ εἰδότες, ὅτι τοῖς οὕτω διακειμένοις, καὶ τῆς πατρίδος ἐφεστηκόσιν ἱκανὴ παραμυθία τὰ τῶν οἰκείων γίνεται γράμματα. τα-

Colosiano. XVIII.

INter vos unanimi consensu constituistis, nullas ad nos litteras dare; non animadvertentes, quam ingenti solatio tanta familiaritate conjunctis patriæque præpositis, sint familiarium ac necessariorum

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

ρακαλῶ οὖν μεταβαλλόμενοι ταύτης τῆς κρίσεως μεμνῆσθαι, καὶ γράφειν καταξιοῦτε, πολλὴν ἡμῖν παρεξόμενοι ἐκ τῶν γραμμάτων παραψυχήν· ὡς δ᾽ ἂν μὴ ἀγνοεῖτε τὰ καθ᾽ ἡμᾶς, γνωρίζομεν ὅτι τῆς ἀῤῥωστίας ἐνδούσης ἐχόμεθα τῆς ὁδοῦ.

epiſtolæ. Obſecro igitur, ut mutata ſententia non tantum noſtri recordari, ſed etiam ad nos ſcribere non dedignemini, nobis maximum litteris veſtris allaturi levamen. Ne vero quæ agamus, ignoretis, certiores facimus, nos remittente morbo cœptum iter peragere.

Ἀκακίῳ ἐπισκόπῳ. ιθ'.

Αὐτῇ τῇ θεοσεβείᾳ σου προσδοκήσας ἐντεύξασθαι, ἐπειδὴ πρόδρομον ἔλαβον τῆς ἀφίξεως τὴν ἐπιστολὴν, ἐζήτουν τὴν αἰτίαν γνῶναι τί τοῦτο γενέσθαι [1] παρεσκεύασεν. τῆς δὲ ἐπιστολῆς εἰπούσης, κατενεχθέντος τοῦ ὑποζυγίου, πεπονηκέναι σε, ἐθαύμασα, ὅτι ἢ μὴ ἐπὶ λευκοῦ ζεύγους ὀχῇ, ἢ ἐπὶ ἁρμάτων χαλκοκολλήτων, ἵνα μετρίως εἴπω. ἀλλὰ προσπάσχεις τοῖς σοῖς πηγάσοις, οὐ πτεροφόρους ἔχων, ἀλλὰ δεομένους κέντρων εἰς τὴν μετάβασιν. εἰ σοι οὖν ἱππεύεσθαί σοι σκοπὸς, καὶ συμβουλεύοντι πείθοιο, ἄλλον ἀλλαχόθεν σαυτῷ κτησάμενος ἵππον ἀσφαλῶς, καὶ θᾶττον φέροντα ἀφικέσθαι πρὸς ἡμᾶς κατάδεξαι, μὴ ἐνδοὺς τῷ μακρῷ τῆς ἀπολείψεως χρόνῳ τὴν μνήμην καταμαραίνεσθαι. ὁ δὲ σιωπηθεὶς ἰχθὺς, ἥκων δὲ ἀνεπάγγελτος, τοσοῦτος ἦν, ὡς μεγέθει τοὺς θαλαττίους παραδραμεῖν, καὶ πᾶσι τοῖς ἐν τῇ πόλει γενέσθαι περίβλεπτος, δῶρον τῆς σῆς εἰς ἡμᾶς φιλοτιμίας ἄξιον.

Acacio episcopo. XIX.

Cum ipſa pietate tua me colloquuturum ſperabam, prænuntiam quippe adventus tui epiſtolam acceperam: mecum igitur cauſſam quærebam, cur hoc præſtare non potueris. Epiſtola vero tua ſignificante, quemadmodum in terram delapſo jumento male te habueris, obſtupui, quod aut non in alba biga veharis, aut in ære compactis curribus, ut modeſte loquar. Sed nimis pegaſos tuos amas, quum tamen eos non aligeros habeas, ſed ſtimulis ad curſum egentes. Quod ſi tibi propoſitum eſt in equo vehi, alium tibi aliunde equum parans, qui tuto celeriuſque te ferre poſſit, ad nos quamprimum venire conſtitue, non ſinens, ut longo ſejunctionis intervallo memoria noſtri oblitteretur. Piſcis vero de quo hactenus ſilui, quique non acceſſitus ad nos venit, tantus erat, ut magnitudine piſces maritimos ſuperaret, & a civibus omnibus ſuſpiceretur; munus tuo in nos ſtudio & benevolentia dignum.

NOTÆ.

Quum Acacium epiſcopum præſtolaretur Firmus, reſcripſit ille, ſe e lapſu jumenti in quo vehebatur, læſum, ideoque interruptum iter. Moræ hujuſmodi cauſſam lepide Firmus ridet, ſolicitatque amicum, ut ſe rurſus itineri committat. Tum pro piſce fluviatili quem dono ad ſe miſerat, gratias agit.

Facile vero non eſt divinare, qui Acacius iſte fuerit, Firmi amicus & epiſcopali munere conſpicuus, ad quem etiam data eſt epiſtola XXXV. Iis enim temporibus multos nominis ejuſdem epiſcopos floruiſſe comperio, videlicet *epiſcopum Beroeæ*, *epiſcopum Cotenorum*, *epiſcopum Helladæ*, *epiſcopum Scopenorum* (ſi quidem depravatum non ſit hoc nomen) & *epiſcopum Melitenenſem*, qui concilii Epheſini temporibus floruere. Referri etiam poſſunt & alii nonnulli, videlicet *epiſcopus Antiochiæ minoris*, *epiſcopus Ariarathiæ*, *epiſcopus Cynnenſis*, *epiſcopus Proconiſſi*, qui circiter annum Chriſti CCCCL. in vivis erant. Ad unum tamen Acacium Melitenenſem epiſtolam hanc ſcriptam fuiſſe, opinari poſſumus, ea conjectura ducti, quod *Melitene*, ſeu *Melitine* Cappadociæ vicina foret; ideoque epiſcopus ille Firmo, ut Ponticæ ditionis primati, ſubjectus; ut locorum vicinitate pæne conjuncto, familiaris eſſe potuerit. Illuſtribus porro viris accenſendus iſte Acacius: nam inter primos, & nemine interpoſito, poſt Firmum noſtrum ſynodo Epheſinæ A.C.431. ſubſcripſit, ibique dicitur Ἀκάκιος Μελιτηνῆς Ἀρμενίας, *Acacius Melitenæ in Armenia epiſcopus*. Neſtorium ipſe, ut in Actis habetur, antea in eadem Epheſina civitate veritatis commonuerat, atque in tramitem rectum perducere, quamquam irrito labore, contenderat. Deinde vero una cum Firmo aliiſque epiſcopis, uti in prolegomenis diximus, a laudata ſynodo Epheſina Conſtantinopolim ad imperatorem miſſus fuit, & ab hæreticis idcirco damnatus ſubinde atque depoſitus. Exſtant adhuc S. Cyrilli Alexandrini epiſcopi ad eumdem Acacium litteræ, in quibus de concordia inter catholicos & Joannem Antiochenum ineunda agitur. Itemque aliæ Acacii ad S. Cyrillum antea ſcriptæ, una cum alia Maximi diaconi ad eumdem Acacium epiſtola. Acacius autem noſter in *Armenia ſecunda* metropolitanus erat, quippe urbs Melitene caput provinciæ, *Melitenenſis* idcirco appellatæ, fuit; atque olim Cæſarienſi primati ſuberat, quum in Pontica diœceſi computaretur. Certe in cunctis Græcorum epiſcopatuum catalogis a Jacobo Goar ad calcem Georgii Codini editis, *Melitene* ad *Armeniam ſecundam* refertur, ſi ex hiſce catalogis unum excipias, in quo *Armeniæ primæ* attributa legitur. Quid eſt igitur, quod Stephanus in lib. de Urbib. hanc civitatem Cappadociæ conjungit? Μελιτηνή, inquit is, πόλις Καππαδοκίας. οἱ πολῖται Μελιτηνοί. *Melitene urbs Cappadociæ. Cives Meliteni appellantur*. Ut autem ſententiam ſuam Stephanus firmet, Strabonis loco utitur, quem tamen, ſi Salmaſio in Plinian. Exercit. credimus, minime intellexit. Utcumque erraverit in Strabonis interpretatione Stephanus, certum eſt, erudite Melitenem civitatem in Cappadocia ab eodem fuiſſe deſcriptam. Antiquitus enim provincia Melitene cujus caput ejuſdem nominis urbs erat, una ex decem provinciis ſive præfecturis fuit, in quas Cappadocia magna dividebatur. Plinius lib. V. Nat. Hiſt. cap. XXIV. *Daſcuſa*, inquit, *abeſt a Zimara LXXV. M. paſſuum. Inde navigatur Paſtonam L. M. paſſuum. Melitenem Cappadociæ, XXIV. mill. paſſuum*. Libro vero VI. cap. III. provinciam his deſcribit: *Cappadociæ pars prætenta Armeniæ majori, Melitene vocatur*. Quibus e verbis intelligas, arctam e locorum vicinitate amicitiam iniri potuiſſe inter Acacium Melitenenſem ac Firmum noſtrum.

1. Forte addend. μή.

Λαύσῳ. κ'.

ΤΟῖς συντυχίας ἐρῶσιν ἱκανὴ, καὶ ἡδεῖα τῶν γραμμάτων γίνεται ὁμιλία, ὅταν πολλῷ τῷ μέσῳ διαστήματι τύχωσι χωριζόμενοι. ὃ δὴ καὶ ἐμοὶ ἐπὶ τῆς ὑμετέρας συμβέβηκε μεγαλοπρεπείας. ἐφιέμενος γὰρ τῆς συνουσίας τῆς ὑμετέρας ἐπέθηκα τὴν ἐπιστολὴν, ἐπινοῶν ἐντεῦθεν ἐμαυτῷ τῆς ἐπιθυμίας παραψυχήν. εἰ οὖν καὶ παρὰ τῇ θαυμασιότητι ὑμῶν τοιοῦτος περὶ ἡμῶν ὁ λόγος, διατελεῖτε, καὶ μεμνημένοι, καὶ γράφοντες· ἐπειδὴ τούτοις αὔξεσθαι φιλία πέφυκεν.

Lauso. XX.

IIs qui conversari coram cupiunt, succurrit, & dulce est per litteras colloqui, quum longo terrarum spatio sunt inter se disjuncti. Idem porro mihi erga magnificentiam vestram accidit. Enimvero colloqui vobiscum desiderans, epistolam ad vos dedi, rationem excogitans qua desiderium hoc meum levarem. Quod si a mirificentia vestra de nobis hujusmodi ratio habetur, idemtidem nostri memores, scribite: his enim amicitia augeri solet.

Πλιήθᾳ. κά.

ΟΤοῖς δανειζομένοις διὰ πενίαν γίνεται τὸ τοῖς πρώτοις ὀφλήμασιν ἐπιτιθέναι καὶ δεύτερα, τοῦτο κἀμοὶ νυνὶ διὰ τὴν ἀῤῥωστίαν συμβέβηκε, καὶ πρότερον τῆς συντυχίας διαμαρτάνοντι, καὶ νῦν οὐ δυνηθέντι τὸν τῆς ὁδοιπορίας ὑποστῆναι κόπον. ἀλλὰ συγγνῶναι ἡ μεγαλοπρέπειά σου καταξιώσασα καὶ μνήμης ἡμᾶς ἀξιούτω, καὶ γράμμασιν ἀμειψάσθω, ἵνα μὴ τὴν φιλίαν τῆς ἀπολείψεως ἀμαυρώσει χρόνος.

Pliethæ. XXI.

QUod fenori accipientibus propter egestatem usuvenire solet, ut nempe debitis prioribus secunda adjiciant; idem nunc mihi propter infirmitatem corporis accidit, ut congressus atque colloquii spe antea frustratus, nunc itineris laborem ferre non possem. Sed mihi veniam dare magnificentia tua dignetur, non memoria tantum sua dignos nos faciens, sed mutuo litterarum officio respondens, ne amicitiam tempus quo absumus, obliteret.

Θεοδότῳ ἐπισκόπῳ. κβ'.

ΚΑὶ τὴν γλῶτταν ἑλληνισμένον, καὶ ἤθους μετριότητι χρώμενον, εὐπατρίδην τε ὄντα, καὶ πολλοῖς τρόποις δεικνῦντα τῆς εὐγενείας τεκμήρια, ἐκ τῆς ἑώας ἥκοντα τόνδε αὐτός τε ὑπεδεξάμην μετὰ μαρτυρίας τῶν ἐκεῖσε ἐπισκόπων, καὶ τῇ ὁσιότητί σου συνίστημι ἐπὶ τὴν μεγάλην σπεύδοντα πόλιν, ἵνα ἰδεῖν αὐτὸν καταξιώσας εὐμενῶς, καὶ ὡς τῇ θεοσεβείᾳ σου συνήθες, εὐπετεστέραν αὐτῷ ποιήσῃς τὴν ἐπὶ τοῖς προκειμένοις ὁδόν.

Theodoto episcopo. XXII.

ET lingua Græca probe instructum, & moribus modestissimum ac generosum, multisque modis nobilitatis certa signa ostendentem, ab oriente venientem istum, non solum ipse hospitio excepi, eorum qui illic sunt episcoporum testimonio munitum, verum & sanctitati tuæ commendo festinantem ad magnam urbem, ut & ipsum benigne digneris accipere, atque, uti pietati tuæ consuetum ac familiare est, ipsi ad ea quæ sibi proposuit, faciliorem viam struas.

NOTÆ.

Theodoto episcopo quemdam Firmus commendat ex oriente venientem, ut ei sit præsto, benevolumque se exhibeat, atque ejus negotia in *urbe magna* juvet, hoc est aut *Constantinopoli*, aut *Antiochiæ*. Ab episcopis orientalibus epistolas ad Firmum tulerat ille, nempe *litteras formatas*, per quas clerici in alias diœceses profecturi ab episcopis suis muniebantur; ita ut a reliquis ecclesiis non ad communionem tantum sacrorum admitterentur, sed etiam, ubi necessitas posceret, juvarentur. De harum epistolarum ritu ecclesiasticæ eruditionis cultores plura tradidere. Animadvertas etiam, inter hujus clerici (talem enim eum fuisse arbitror) laudes computari Græcæ linguæ peritiam. Fortasse inde veniebat, ubi Græcum idioma non erat in usu, aut ubi moris non erat recte loqui Græcanicam linguam. At quis ille Theodotus episcopus? Firmo in humanis florente, plures ejusdem nominis episcopi fuere, nimirum *Antiochiæ*, *Ancyræ in Galatia*, *Mysæ* & *Nyssæ* episcopi. Antiochenum tamen heic significari, veri mihi videtur simile, quippe, ut ajebam, sub *magnæ urbis* nomine aut *Constantinopolim*, aut *Antiochiam* Firmus procul dubio intelligit. Postremam urbem Theodotus episcopali virga regebat. In priore vero, quum A. C. 426. concilium a Sisinnio Constantinopolitano episcopo celebraretur, & ipse adfuit, teste Photio cod. LII. & Baluzio in nova Collect. conciliorum.

Εὐθηρίῳ. κγ'.

ΧΡήστης τισὶ τῶν ὑπὸ τὴν θεοσέβειάν σου γέγονεν ὁ δεῖνα, καὶ τούτων τυχὼν ἀγνωμόνων ἀντὶ τῶν χρημάτων δίκας ἔχει καὶ πράγματα. ὧν ἕνεκα πρόσεισιν ἱκετεύων τῶν δικαίων τυχεῖν. τούτους συνελαθῆναι πρὸς εὐγνωμοσύνην κελευσάτω ἡ ὁσιότης σου, ἡμῖν τε χαριζομένη, καὶ τὸν ἐπὶ τῷ δικαίῳ ἀνύουσα δρόμον.

Eutherio. XXIII.

QUorumdam qui pietati tuæ subjecti sunt, creditor quidam est factus, atque hos ingratos sibi offendens, pro nummis lites & molestiam sibi retribui videt. Horum caussa ad vos accedit supplicans, ut jus obtinere possit. Eos igitur compelli ad æquitatem jubeat sanctitas tua, me summopere sibi devinctura & justitiæ cursum expeditura.

Χίλωνι ἐπισκόπῳ. κδ'.

ΑΤεχνῶς ἡμῖν ἔαρ διὰ τῆς ἐπιστολῆς (τὸ τοῦ λόγου) πεποίηκας, ἀνεὶς κρυμοῦ καὶ φρίκης οὐ τὸ σῶμα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν καρδίαν οὔ-

Chiloni episcopo. XXIV.

NObis profecto per epistolam ver (ut est in proverbio) adduxisti, non solum corpus frigore & horrore liberans, sed etiam cor feliciter

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

τῳ πεπιλημένῳ ὑπὸ τῆς τῶν ἀπαγγελθέντων λύπης, ὡς περὶ πάντων ἤδη τῶν ἀγαθῶν κινδυνεύσαν. ἀλλ' ἐπειδὴ ὁ τὴν ἑαυτοῦ φιλανθρωπίαν ταῖς ἑκάστε χρείαις ἐπιμετρῶν ἔδωκεν ἀναστῆλαι τῆς ἀρρωστίας πάλιν, κ' ἐπιθεῖναι γράμματα πρέποντα, ἀγαθῆς ἐλπίδος πεπλήρωμαι, ὡς πάντων μοι καταῤῥεόντων πραγμάτων προκεισομένων, ἐπειδὴ τούτων ἐπέτυχον.

A levans vehementi dolore eorum quæ mihi renuntiata sunt, oppressum, tamquam periculum sibi bonorum omnium impenderet. Verum quando qui benignitatem suam uniuscujusque utilitati accommodat, is mihi præstitit, ut e morbo rursus recrearer, & litteras, ut par erat, darem, in magnam spem adductus sum, fore ut omnia mihi ad votum succedant, postquam hæc sum assequutus.

Οὐολυσιανῷ. κέ.

Τοῖς μὲν πολλοῖς τῶν ἀπειροκάλων ὁ ἐν χρήμασι σπουδάζεται πλοῦτος· ἐμοὶ δὲ ἀντὶ χρημάτων οἱ φίλοι. καὶ οἶδα πλεῖον ὑμῶν ἀπωνάμενος, ἢ οἱ εὐποροῦντες τοῦ πλούτου· τῷ τε γὰρ γλυκυτάτῳ τῷδε τὴν παρὰ τῇ θαυμασιότητί σου δέδωκας καταφυγὴν, καὶ οὐδὲν, ἀποδημοῦντος τοῦ τέκνου πεφρόντικα, τῇ σῇ κοσμιότητι παραθέμενος, καὶ ἀκριβῶς εἰδὼς, ὡς πάντων ἐπιμελήσῃ διὰ χρηστότητα χειραγωγῶν, καὶ τὸ ἦθος ῥυθμίζων, καὶ ἀντὶ πατρίδος τῷ νέῳ γινόμενος. ἐπειδή σοι σκοπὸς οὐ τοὺς οἰκείους μόνον, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὁπωσοῦν εἰς λόγους ἐληλυθότας εὐεργετεῖν.

Volusiano. XXV.

Plurimi quidem inepti eas sibi opes procurant, quæ in pecuniis sitæ sunt: ego vero pro pecuniis amicos. Atque optime intelligo, vos mihi B utiliores esse, quam divitibus pecunias: etenim dulcissimo huic adolescenti apud mirificentiam tuam perfugium præbuisti. Et nulla sane me cura, filio peregre abeunte, solicitum habuit, postquam illum moderationi tuæ commendavi; siquidem aperte novi, quantam omnium curam esses habiturus, consueta humanitate illum manu ducens, & mores castigans, & adolescenti velut altera patria factus: quum hoc tibi propositum sit, non familiares tantum, sed quoscumque alios, qui te conveniunt, beneficiis afficere.

Ἑλλαδίῳ. κϛ΄.

Εἰ πάντων ἦν τοιούτων εἰς φιλίαν ἐπιτυγχάνειν, ῥαδίως ἂν τῷ βίῳ εἰς τὴν προτέραν ἁπλότητα ἐπανῆλθε τὰ πράγματα, χρηστότητος καὶ φιλίας μεσιτευούσης τοῖς πράγμασι. καὶ γὰρ ἐποιήσω ἡμᾶς εἰς παῖδας φίλους, καὶ διατελεῖς μεμνημένος τε, καὶ γράφων περὶ ἡμῶν δεξιὰ, καὶ ποιῶν ὅσα γνησίας φιλίας ἐστὶ γνωρίσματα. τούτων μὲν οὖν αὐτόθεν ἔχεις ἐν τῇ τῶν καλῶν ἀπολαύσει παρὰ τοῦ τὰ καλὰ ἀποδεχομένου Θεοῦ τὴν ἀμοιβὴν, παρὰ δὲ ἡμῶν τὴν ὁμολογίαν τῆς χάριτος, οὐ γὰρ διαλιμπάνομεν εὐχόμενοι τοιαύτην οὖσαν τὴν σὴν μεγαλοπρέπειαν ἐπὶ μείζοσι προκοπαῖς αὔξεσθαι, ἡμῖν τε κ' πατρίδι.

Helladio. XXVI.

C Si omnibus contingeret, talium virorum amicitiam consequi; facile sane ad primævam simplicitatem vitæ negotia redirent, benignitate atque amicitia rebus omnibus interveniente. Et tu quidem nos amicos tamquam in filios adoptasti, & perpetuo nostri recordaris, & de nobis benigne scribis, omniaque facis quæcumque germanæ familiaritatis indicia sunt atque argumenta. Pro his igitur a Deo cui honesta placent, accipis in bonorum fructu remunerationem; a nobis vero gratiarum actionem: non enim vota intermittimus, ut quum hujusmodi sit magnificentia tua, ea majoribus in dies progressibus, in nostrum & in patriæ commodum augeatur.

D

Ὀλυμπίῳ. κζ.

Ἐπιθυμίας ὑπέκκαυμά μοι γέγονεν τὰ τῆς σῆς λογιότητος γράμματα, ἐπίδειξίν τε φιλοτιμίας ἔχοντα, κ' παρεχόμενα τοῖς σοῖς ἐνευφρανθῆναι καλοῖς. καὶ γάρ πως ἐπὶ τοῖς τοιούτοις ἥδομαι τωθαζόμενος, κ' τὴν κωμῳδίαν ἐπαινῶ διὰ τοῦτο. γεύσας δὲ ἡμᾶς Ἀττικοῦ μέλιτος τῆς διὰ τῶν γραμμάτων ὁμιλίας, σκόπει προστιθέναι τοῖς πεπειραμένοις ὧν ἐκ συνηθείας δέδωκας ἀπολαύειν ὡς τό γε στερεῖσθαι τῶν χρηστῶν μετὰ τὴν πεῖραν τοῖς ἀπολιμπανομένοις τούτων, βαρύτερον. εἰ δὲ τρυφῆς δέοιο σεμνῆς ταύτην ταῖς εὐλογίαις ἐπικρυπτόμενος, κ' τῶν πραγμάτων φροντίζων ἔλαττον τῷ ἀγαπητῷ τῷδε τὴν ἐπὶ τοῖς φθάσασι λογισάμενος ῥαθυμίαν, ἀνάμεινον παρ' ἡμῶν τὴν ἐπὶ τοῖς ἐχομένοις διόρθωσιν. πάντως γὰρ οὐκ ἐλαίῳ μόνον, ἀλλὰ κ' μύροις ἀλείφομεν ὡς Ἀττικὴν ὄρνιν, κ' ὁμοφόρων.

Olympio. XXVII.

Quoniam litteræ prudentiæ tuæ honorifica & præclara de me præ se ferrent, factum est, ut desiderium simul & voluptatem mihi pepererint. Etenim nescio quo pacto his dum permulceor, oblector, & licet irrisus, mei comœdiam probo. Verum quum mihi earumdem communicatione Atticum mel gustandum præbueris, vide quæso, ne ab iis quibus ex consuetudine copiam fecisti fruendi optimis rebus, si postquam eas degustare cœperunt, adimantur, earum deinde privatio molestius feratur. Quod si serio jocari in animo sit, & hos E jocos benedictionibus occultas, dilecto isti ob ea quæ præcessere, negligentiam imputans; a nobis deinceps emendationem exspecta: omnino enim non oleo tantum, sed & unguentis, tamquam Atticam avem & contubernalem linemus.

NOTÆ.

Obscura mihi epistola, cui lucem dare una poterat præcedens Olympii, sed a nobis desiderata epistola. Hoc tamen argumentum esse videtur. Quum Olympius multum laudasset per litteras Firmum, rescribit hic, modestius de se ipso sentiens, & tot laudes jocis accensens, jocatur & ipse. Quum ergo ait Firmus κ' τὴν κωμῳδίαν ἐπαινῶ &c. sensum hunc per conjecturam reddidi, quasi dicat: Quamvis tot parum æquis laudibus ac festiva oratione me exagites, quasi comœdiam de me instituens; nihilominus comœdiam hujusmodi mihi placere libenter fateor.

Ἀλείφομεν ὡς Ἀττικὴν ὄρνιν, καὶ ὁμοφόρον.] *Tamquam Atticam avem & contubernalem linemus*. In ms. codice hæc ita leguntur ἀλειψαμένως Ἀττικὴν ὄρμιν &c. Corrupta verba aliquo re-

stituere pacto conatus sum, quamquam quid sibi velit Firmus, non assecutum me esse profitear. Num *Attica apis* heic intelligenda, quæ dicendi forma apud antiquos usurpata est, ut Attica facun-
A dia significaretur? Tum sensus foret: si perges me laudare, ego facundiam tuam uberioribus laudibus aggrediar ac saturabo.

Ηλίωνι. κή.

ΩΣ τοῖς διψῶσιν ἡδὺ γίνεται τὸ ποτὸν, οὕτως τοῖς συντυχίας ἐρῶσι τὸ γράφειν, ὅταν ταύτης κατόπιν ἔρχονται. κἀγὼ τοίνυν ἐπιτείναντός μοι τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ τῆς ἀπολείψεως χρόνου, ἀσμένως ἦλθον ἐπὶ τὰ γράμματα, ὡς δι' αὐτῶν τῇ μεγαλοπρεπείᾳ σου μέλλων ἐντάξασθαι· ἀπαιτῶν τὸ αὐτίκα ἡμᾶς ἀντιγράφοις ἀμείψασθαι· ὃ ποιεῖν συνήθως καταξίου, ὅπως ἔχεις περὶ ἡμᾶς, δηλῶν τοῖς πράγμασιν.

Helioni. XXVIII.

UT sitientibus dulcis est potus, ita iis qui congressum amicorum expetunt, scribere, quando ab iis abesse coguntur. Igitur & ego, intendente mihi absentiæ tempore cupiditatem, libentissime ad scribendum me contuli, quasi per litteras cum magnificentia tua colloquuturus. Exigo autem, ut confestim nobis rescribendo mutuum
B rependas: quod facere pro more tuo ne dedignere, ut re ipsa palam facias, quomodo erga nos affectus sis.

Φλωρεντίῳ. κθ'.

ΤΗν πρὸς ἀξίαν τῆς σῆς μεγαλοπρεπείας τιμὴν ὑπὲρ τὴν ἐμαυτοῦ λογισάμενος δύναμιν, ἐπὶ τὴν σοὶ φίλην τοῦ πάσχα κατέφυγον ἑορτὴν, τὰ ἐπὶ ταύτης σύμβολα δεχθῆναι παρ' ἡμῶν εἰς τιμὴν τοῦ θείου παρακαλῶν. ἃ προσδέξασθαι αἰδοῖ τῆς ὑπὲρ ἡμῶν πρεσβευούσης. καταδεξάμενος δὲ ἀντιδὸς ἡμῖν τὸ διηνεκῶς ἔχειν ἐπὶ μνήμην, ἡμᾶς φιλοῦντας φιλεῖν καταξιῶν.

Florentio. XXIX.

Tibi dignum magnificentia tua honorem a me tribui non posse reputans, ad carissimum tibi festum Paschatis diem perfugium habui, obsecrans, ut symbola quæ in illo fiunt ad honorem Numinis, a nobis suscipias. Hæc igitur reverenter accipe, die hoc festo pro nobis apud te legationem obeunte. Ubi vero acceperis, id nobis repende, ut perpetuo nostri sis memor, nos-
C que tui amantes amare digneris.

NOTÆ.

Ad Florentium illustrem virum nonnulla mittit munera, nempe *symbola*, quæ solemni sancti paschatis die peragi solebant. *Symbolorum* autem nomine Græci patres tum sacramenta, tum ipsam præcipue altaris incruentam Hostiam olim designavere. Heic tamen *Eulogias* Græcorum more significari, certum arbitror, videlicet aut edulia quædam, aut alia hujusmodi a sacerdote paschali die benedicta; cujus rei vestigia nostris in ecclesiis adhuc supersunt. Pro ἃ προσδέξασθαι, fortasse legendum ἃ προσδέξασο.

Ισιδώρῳ. λ'.

ΚΑὶ τίνι ἂν μᾶλλον ἥρμοσεν τὴν περὶ τῆς ἱερᾶς τραπέζης ἀγγελίαν ἡμῖν πρὸ τοῦ σοῦ μεγέθους χαρίσασθαι; τίς δὲ τοσοῦτος, ἢ ἄνδρα σεμνῦναι, ἢ ἐπαινέσαι τρόπον, καὶ ἑταῖρον ἡμῖν ποιῆσαι πρὸς τοῦ γνωρίμου τὸν καλόν τε καὶ ἀγαθὸν Κάνδιτον, ἢ ὁ ῥᾳδίως δυνάμενος τοῖς μικροῖς περιτιθέναι μέγεθος; ἐγὼ δὲ ἡσθεὶς τὴν κατὰ τὴν ἱερὰν τράπεζαν ἐπιτυχίαν, οὐδὲ εἰπεῖν ἔχω, ὅσον ἥσθην τῇ ἐπιστολῇ· μύρου τε γὰρ ὄζει παιδεύσεως Αττικῆς, καὶ λειμῶνος μιμεῖται κάλλος ἦρος ὥρᾳ σύμμικτον χάριν ταῖς ὄψεσιν ὑπογράφοντος. ἐπαλήλιπται δὲ αὐτὴ καὶ χρυσοῦ· τὸ γὰρ τῆς λέξεως εὐγενὲς οὕτω μᾶλλον εἰκάζειν ἔχομεν. τοιοῦτον δέ σε ὄντα ὁ ἡμέτερος φυλάττοι σωτὴρ ταῖς ἑαυτοῦ ἐκκλησίαις σύμμαχον ἀγαθὸν καὶ προστάτην ἀκαταγώνιστον.

Isidoro. XXX.


ET quemnam plus decuisset, quam magnitudinem
D tuam, de sacra mensa nuntium mittendo nobis gratificari? Quis præterea talis ac tantus esse potest, vel in homine cohonestando, vel in ipsius moribus commendandis, dum Canditum virum antea ignotum, sed honestum ac probum, amicitia jungis, quam qui nullo negotio potest parvis magnitudinem conciliare? Ego vero, postquam iis quæ ad sacram pertinent mensam, cum delectatione gavisus sum, explicare satis nequeo, quantam voluptatem mihi attulerit epistola tua: illa enim & disciplinæ Atticæ fragrantiam redolet, & prati venustatem imitatur, verna tempestate omnigenam gratiam aspectui subjicientis. Illita autem ipsa & auro fuit; etenim dictionis nobilitatem hac verius imagine exprimere possumus. Te vero, quum hujusmodi sis, incolumem suis ser-
E vet ecclesiis servator noster, commilitonem certe eximium ducemque invictum.

NOTÆ.

Quid sibi velit in hujus epistolæ exordio Firmus, divinare nescio. Fortasse hic sensus est. *Eulogiam* aliquam, id est munus aliquod in sacra mensa benedictum, per Canditum (siquidem hoc viri alicujus est nomen) ad Firmum Isidorus miserat, simulque muneris ac nuntii laudes elegantissime descripserat. Nunc rescribit Firmus, cum eloquentiam, tum comitatem mittentis extollens. Epistolæ tamen textum non carere mendis suspicor. Quod est ad Isidorum, episcopi quidem nomine non donatur; attamen eo munere functus videri possit, tum quod *Eulogias* ad Firmum miserit, tum quod Firmus Deum rogat, ut illum ταῖς ἐκκλησίαις ἑαυτοῦ, *suis ecclesiis* incolumem servet. Immo illum *commilitonem bonum*, & προστάτην ἀκαταγώνιστον appellat, quod etiam interpretari possit *præsidem irreprehensibilem*. Nihilominus quum hæc epistola referri etiam possit ad Isidorum virum clarissimum, qui primo præfectus prætorio, tum consul ordinarius A. C. 436. fuit, ut ex imperatorum sanctione contra Nestorium patet, aut ad alios sæculi principes viros: nil certi hac in re proferre nobis li-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

cet ; & præsertim quum Isidorum istum vocabulo τȣ̃ μεγέθȣς, h. e. *magnitudinis* compellet ; episcopos vero nominare soleat titulo θεοσεβείας, aut ὁσιότητος, scilicet *pietatis* aut *sanctitatis*. Nimirum A vigebat olim, non secus ac hodie, appellationum diversitas, quibus indicabatur diversus hominum gradus ac munus.



Ελευσινίῳ. λα'.

ΣΤρατιώτου τὸ πρόθυμον αὐτοῖς ἔργοις ἀποδειξάμενος Ομηρος ἐποιήσεν τὸν βασιλέα τȣ̀ς παρακλητικȣ̀ς αὐτῷ πρὸς τȣ̀ς ἀγῶνας σπεύδοντι ἐνδιδόναι λόγȣς : ἐμοὶ δὲ πρὸς τὴν τῆς λογιότητός σȣ μέλλησιν ἐγράφησαν αἱ ἐπιστολαὶ, ἐπειδὴ τοὺς ποθοῦντας ἐν ἡμέρᾳ γηράσκειν ὁ παλαιὸς κατέχει λόγος · ἐνταῦθα δὲ οὐχ ἡμέρας μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐνιαυτοὺς ὅλȣς ἀριθμεῖν ἐστι παρατεινομένοις τῇ προσδοκίᾳ. B εἰ οὖν ἐπακολȣθήσει ἐς ὀψὲ γȣ̃ν ποτε τὸ ἔργον, ἀρκέσει εἰς θεραπείαν τῆς προλαβȣ́σης παρατάσεως. εἰ δὲ ἐπιμένοις, μὴ τὰ τῆς παροιμίας πάθοιμεν · ἐπαγγελίαις τρεφόμενοι, καὶ συντριβόμενοι τῷ λιμῷ.

Eleusinio. XXXI.

MIlitis alacritatem quæ in ipso officio præstatur, commendaturus Homerus, regem induxit, qui ad ipsum militem jam in pugnam properantem exhortationem adhiberet. Ego vero sapientiæ tuæ cunctationem per epistolas excitare decrevi : etenim amantes ac desiderantes, uno die senescere, vetus ait verbum ; nunc autem non dies tantum, sed & annos integros numerare possumus jam exspectatione distenti. Quod si aliquando, licet sero, effectus consequatur; id satis erit ad curam præteritæ distentionis. Sin autem in mora perseveraveris, vide ne iis malis afficiamur, quæ sunt in adagio : promissis enutriti & fame enecti.

N O T Æ.

In epistolæ exordio ad Iliados lib. IV. (℣. 231.) respicit Firmus, ubi Agamemnon

> Οὓς μὲν σπεύδοντας ἴδοι Δαναῶν ταχυπώλων,
> Τȣ̀ς μάλα θαρσύνεσκε παριστάμενος ἐπέεσσιν.
> *Quos quidem properantes vidisset Danaorum celeres equos habentium,*
> *Hos valde hortabatur assistens verbis.*

Contra vero Eleusinium ad se venire cunctantem, quando aliud non poterat, solicitare per epistolas constituerat Firmus noster, suam eleganti adagio impatientiam excusans, nempe quod *amantes*, sive *desiderantes uno die senescunt*. Hanc parœmiam a Theocrito ille accepit, cujus est versus in Aeta (Idyll. XII. ℣. 2.):

> Οἱ δὲ ποθεῦντες ἐν ἤματι γηράσκουσι.
> *Verum quos amor angit, in una luce senescunt.*

C Proinde conqueritur Firmus, quod non dies tantum, sed totos annos Eleusinium exspectare cogatur ; quamquam præteritam moram se obliturum spondet, dum aliquando veniat. Quod si adhuc adventum distulerit Eleusinius, se promissis adhuc nutritum, fame tamdem esse enecandum ait, quibus verbis ad alterum alludit adagium.

Εκδικίῳ. λβ'.

ΕΡωτήσαντός τινος τὸν Αλέξανδρον, ὅπου αὐτῷ εἴη τὰ χρήματα, ὅδε τοὺς φίλους αὐτῷ ὑπέδειξεν, ἐν τούτοις εἶναι μηνύων τοὺς θησαυρούς. κἀκείνῳ μὲν γὰρ πλουτοῦντι, οἷα δεῖ βασιλεῖ, κατ' εἰρωνείαν ἐδόκει ἡ ἀπόκρισις γεγενῆσθαι · ἐμοὶ δὲ τοῦτο μόνον ἔχοντι χρῆμα, καὶ ἐπὶ τοῖς φίλοις φρονοῦντι, καὶ τὴν ἀπ' αὐτῶν χρείαν εἰδέναι ἐπιμελὲς, καὶ ὅσον πλεῖον εἰς χρημάτων περιουσίαν · μόνον γὰρ κτῆμα ἄσυλον, μή τε χρόνῳ μαραινόμενον, καὶ ἐν ταῖς ἀπολείψεσι τοῖς σπουδαίοις διὰ τῶν γραμμάτων αὐξόμενον.

Ecdicio. XXXII.

INterroganti cuidam Alexandrum, ubinam ejus divitiæ forent, amicos ei rex ostendit, suos in his thesauros esse significans. Ille quidem dives, ut par est esse regem, videbatur adhibuisse in responsione D dissimulationem : mihi vero has tantum possidenti divitias, & unice in amicis glorianti, una est cura cognoscere, quanta ab ipsis utilitas proveniat, & quantum hæ reliquis divitiæ præstent. Hæc enim sola possessio est, quæ nec vi diripi, nec tempore absumi potest, quæque inter probos viros, quamvis locorum intervallo disjunctos, per litteras augetur.

Δομετιανῷ. λγ'.

ΚΑί τοι τοσȣ̃τον προσεμαρτύρει τῇ λογιότητί σȣ τὰ ἡμέτερα γράμματα, ὅσον ἡ τȣ̃ πράγματος ἔδειξεν ἔκβασις. ὁμοῦ τε γὰρ ἐφάνης, καὶ τροπωσάμενος τȣ̀ς ἐναντίȣς ὑπέστρεψας, ἐπιφανέστερον νικήσας, ἢ ὁ τοῦ Πηλέως παρ' Ομήρῳ τοὺς Τρῶας. εἰ δὲ ἥττων τῆς ἀξίας ὁ παρ' ἡμῶν ἔπαινος, τῇ τῆς ἐπιστολῆς λόγισαι συμμετρίᾳ. τίς γὰρ ἂν τὸ κατὰ τέχνην ἐγκώμιον ἐν ἐπιστολῆς μέτρῳ δηλώσειεν ; ἐγὼ δὲ τὸ λοιπὸν ἥξω δι' ἐμαυτȣ̃ θεραπεύσων, συμμάχȣς λαβὼν τῆς τε περὶ πάντας σπȣδῆς, καὶ τῆς φιλοτιμίας τȣ̀ς παρὰ τῇ λογιότητί σȣ τιμωμένȣς τῇ μνήμῃ μάρτυρας.

Dometiano. XXXIII.

TAntum quidem litteræ nostræ testabantur prudentiæ tuæ, quantum rei exitus comprobavit. Simul ac enim te ostendisti, illico adversariis debellatis, regressus es, illustrius eos vincens, E quam Pelides apud Homerum Trojanos. Sin autem tuis meritis minor nostra laudatio, hoc epistolarum modulo adscribe : quis enim encomium ex arte factum epistolæ mensura comprehendat ? Ego vero, quod reliquum est, veniam ipsemet, curaturus, & studii erga omnes, atque benevolentiæ socios accipiam, eos qui a prudentia tua memoria honestantur, martyres.

N O T Æ.

In ms. codice titulus minime integer præponitur, quum illic tantum scriptum sit Δομετ. Mihi Δομετιανῷ perspicue legi posse visum est, quippe inter sancti Nili epistolas una est ad *Dometianum* perscripta, qui nescio an cum nostro quidquam commune præter nomen habeat. Huic autem illustri viro Firmus gratulatur, quod exitu felicissimo suos profligarit adversarios. Se quoque profecturum esse ad illum pollicetur, nescio quid de martyribus addens.

A

Εὐανδρίῳ ἐπισκόπῳ. λδ'.

Ἐδιπλασίασας ἡμῖν τὸν τῆς ἑορτῆς χρόνον, ἀνανεωσάμενος αὐτὴν τοῖς τῆς φιλίας συμβόλοις. καὶ λευκὴν ἀτεχνῶς ἠγάγομεν ἡμέραν τῶν τῆς θεοσεβείας σου γραμμάτων ἐπιτυχόντες. γράφε τοίνυν, καὶ μέμνησο παρακαλῶ, ἵνα μὴ λήθης ἡμῖν ὁ τῆς σιωπῆς χρόνος γένηται πρόφασις· τῆς δὲ σῆς φίλης εἰρήνης ἔχειν ἡμῖν δίδου συνθήματα τὰς ἐπιστολάς.

Evandrio episcopo. XXXIV.

Bis festi diei tempore frui nobis visi sumus, postquam ipsum amicitiæ tuæ symbolis renovasti. Et certe pietatis tuæ litteræ effecerunt, ut albus dies nobis duceretur. Scribe igitur, & recordare quæso, ne tempus quo silebimus, utriusque nostrum obliviscendi sit caussa: nobis autem da interim epistolas tuæ dilectæ pacis tesseras.

Ακακίῳ ἐπισκόπῳ. λέ.

Ἱκανὸν ἥδυσμα γράμμασιν μετ' εὐλογίας ἰχθὺς, θᾶττον ἢ λόγος παρ' ἡμᾶς ἀφικόμενος, καὶ τὴν τῆς θεοσεβείας σου περὶ ἡμᾶς τῷ τάχει τῆς ἀφίξεως μηνύσας σχέσιν. καὶ γὰρ καὶ τὴν τοῦ ἀέρος διέφυγε βλάβην, καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐκ τοῦ γείτονος ἀνανηξάμενος ποταμοῦ ἐπιτήδειον ὄψον πρὸς πανδαισίαν γεγένηται. καὶ πλήρης ἡ τράπεζα τοῦ δεξιοῦ θύματος πρὸς πολλὰ ταῖς καρυκείαις ἁρμόσασα, ὡς μικρὰν εἶναι τὴν Αλκινόου τρυφὴν, πρὸς τὴν σὴν ἐξεταζομένην φιλοτιμίαν, τῶν ἡμετέρων περιττευμάτων διαδοθέντων τοῖς δεομένοις.

B

Acacio episcopo. XXXV.

Accommodatum condimentum litteris fuit piscis ille, qui dicto citius ad nos pervenit, pietatis tuæ erga nos affectum sui adventus celeritate significans. Etenim & aeris inclementiam vitavit, & veluti heic e proximo emersus fluvio commodissimum ad lautissimam cœnam edulium est factus. Et sane præstanti victima hac instructa mensa ita condimentis suis ad usus plures inserviit, ut si cum tua magnificentia conferrentur, inferiores esse viderentur Alcinoi deliciæ, vel nostræ cœnæ reliquiis in pauperes distributis.

NOTÆ.

C

Et epistola XIX. ad eumdem Acacium scripta est, quem episcopum fuisse Melitenensem, verisimile duxi. Ad Firmum ille *Eulogiam*, hoc est, piscem benedictum in mutui amoris symbolum miserat, eorum temporum sequutus morem, quibus per hujusmodi quoque munera Christianam caritatem atque communionem episcopi fovere solebant. Quare gratias illi Firmus agit, multisque laudibus donum prosequitur.

Αλκινόου. *Alcinoi*.] In ms. codice legebatur Αλκίνου. Librarii errorem emendavi. Celebres fecit hortos ac delicias Alcinoi Homerus Odyss. lib. VII. (ỷ. 85. seqq.) ita ut in adagium transierint apud Poetas aliosque scriptores. Quamobrem Plinius merito hæc scripsit lib. XIX. cap. IV. *Antiquitas nihil prius mirata est, quam Hesperidum hortos, ac regum Adonidis & Alcinoi*. Virgilius, Propertius, Ovidius, Statius & alii Latinorum de iis mentionem facere. Fecit & Nazianzenus in Carm. ad Vitalianum.

Λεοντίῳ ἐπισκόπῳ. λς'.

Ἀκατάλλακτον μῖσος τοῖς οἰκέταις πρὸς τοὺς δεσπότας ἐστὶν, οἳ τοὺς κεκτημένους ἀποδιδράσκοντες ἑτέροις δουλεύειν μᾶλλον ἢ τοῖς οἰκείοις δεσπόταις ἀνέχονται. τοῦτο δὲ καὶ τῷδε οἰκέται πεποιήκασιν· ἀποδράντες γὰρ αὐτὸν τοῖς αὐτόθι ἐμφωλεύειν λέγονται τόποις. τούτους κέλευσον ἀνερευνηθέντας, καὶ ἁλόντας μετὰ ἀσφαλεστάτης φρουρᾶς ἐπὶ τὰ τῇδε παραπεμφθῆναι, δικαίαν καὶ ὀφειλομένην τῷ βίῳ σου, ἡμῖν τε καὶ τοῖς δι' ἡμῶν αἰτήσασι παρεχόμενος τὴν χάριν.

D

Leontio episcopo. XXXVI.

Inexorabile odium in dominos famulis est, qui a possessoribus suis se fuga subducentes, aliis inservire, quam domesticis propriisque dominis malunt. Idem autem contra hunc etiam præstitere servi: siquidem postquam ab ipso fuga se se subtraxere, in istis latitare dicuntur locis. Hos igitur jube conquisitos & captos, sub tutissima custodia ad regiones nostras remitti, justam utilemque vitæ tuæ nobisque, & iis qui per nos opem tuam implorant, gratiam rependens.

NOTÆ.

Improbi quidam servi legitimo se se subduxerant domino, & in Leontii episcopi diœcesi latitare dicebantur. Eorum itaque dominum Firmus Leontio commendat, ut hujus ope servos recuperare possit. Concilio Chalcedonensi anno 451. interfuere tres minimum Leontii episcopi, nempe *episcopus Araxi Lyciæ*, *episcopus Ascalonæ Palæstinæ*, *episcopus Magnesiæ Mæandri*. Ad unum ex his fortasse data fuit hæc epistola. Isidorus quoque Pelusiota epistolam II. lib. V. ad Leontium quemdam episcopum scripsit.

E

Κυρίλλῳ ἐπισκόπῳ. λζ.

Τὰ μὲν ὅσα περὶ τῆς τῶν γραμμάτων ἐστὶ διηγήσεως οἶδα κοινοῖς τε γράμμασι καὶ τῶν παρ' ἑκάστου τὴν ἁγιότητά σου δεδιδαγμένην. ἐγὼ δὲ γράψαι ἐπείχθην ἃ πέπονθα· ἔοικα γὰρ τὴν Στησιχόρου παλινῳδίαν ᾄδειν, ἐκεῖνα ποθῶν, ὧν πρότερον μακρὰν [1] ἐποιοῦμεν κατηγορίαν. τὴν γὰρ ἐν Ἐφέσῳ διαγωγὴν δυσχεραίνων, καὶ ἀσμένως ταύτης ἀπαλλαγεὶς, νῦν ἐρᾷν αὐτῆς πόθῳ τῆς σῆς ὁσιότητος ἠνάγκασμαι. οὕτω πρὸς τὴν ἐπιθυμίαν [2] ἐκ-


Cyrillo episcopo. XXXVII.

Omnia quidem quæ de litterarum narratione feruntur, tum e publicis tum e privatis epistolis sanctitatem tuam didicisse cognovi. Ego vero scribere properavi, quæ sum passus: visus enim sum Stesichori palinodiam canere, quum ea nunc amem, quæ antea graviter ac prolixe accusabamus. Ephesi enim moram moleste ferens, & ab ipsa liberari cupiens, nunc illam amare desiderio tuæ sanctitatis sum coactus: adeo ad id quod tu desideras, in-

1. Forte, ἐποιούμην.

2. Forte addend. σοῦ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.



καίομαι. ἀλλ' εἴ τις καί σοι λόγος ἡμῶν, θεοφιλέστατε, γράφε, καὶ μέμνησο ἃ τοῖς φίλοις ἐπινενόηται, τὰ δὲ πράγματα συντόμως εἰπεῖν, πρὸς οὐδὲν τῆς ἐλπίδος ἐφ' ἑκάτερα στρεφομένης.

A

cendor. At si tibi quoque, o Deo carissime, nostri est aliqua ratio, ad me scribe, eaque quæ ab amicis excogitata sunt, resque ipsas, breviter referre memento, spe temere utrimque fluctuante.

N O T Æ.

Ad Cyrillum sanctissimum Alexandriæ episcopum scribit Firmus, significatque, sibi moram Ephesi, antea ingratam, nunc placere illius caussa & amore. Nemo est, qui Cyrilli potissimum opera Ephesinam synodum coactam fuisse non sciat: quare cur ad illum Firmus hæc scribat, facile intelligas. Sed quando scripta fuerit hæc epistola, & quid ille significet, quum memorat τὴν τῶν γραμμάτων διήγησιν, *litterarum narrationem*, uti & alia quæ heic obscure innuuntur, difficile assequare. Illud certum, nempe inter ferventiores episcopos, qui eidem universali concilio interfuere impiumque Nestorium damnavere, scriptorem nostrum excelluisse, & sancto Cyrillo semper in sententia ferenda fuisse concordem, sicuti ejus concilii Acta perspicue testantur.

B

Οὐαλερίῳ ἐπισκόπῳ· λή.

ΗΡετό τις τὸν Ἀλέξανδρον, ὅπου αὐτῷ οἱ θησαυροὶ εἶεν. ὁ δὲ τοὺς φίλους ἔδειξεν, ηὐπόρει γὰρ οἶμαι, τοιούτων, οἵους εὗρον κἀγὼ νῦν εἰς γνῶσιν τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἐλθών. καὶ ἔχομαι τοῦ θησαυροῦ, καὶ φυλάττω τοῦτον, χρυσῇ [1] στήλῃ τῇ καρδίᾳ τῆς ὑμετέρας ὁσιότητος ἐγχαράξας τὴν μνήμην. καὶ φυλάττετέ μοι ταύτην εἰς ἀεὶ, καὶ μνήμης ἀξιοῦντες, καὶ γράμμασι δεξιούμενοι, τὰ δὲ τὸ πράγματος ὅπως ἔχοι, τί δεῖ λέγειν, Σισύφιον πέτρον κυλιόντων ἡμῶν; καὶ ὅταν πρὸς τῷ τέλει γενώμεθα, πρὶν ἢ ὑπερβάλλεσθαι τὸν λόφον ἐπὶ τὰ αὐτὰ φερομένου τοῦ λίθου, ὡς μηδὲν εἶναι τῶν προλαβόντων ὄφελος πόνων. ἀλλὰ τῶν ὑμετέρων εὐχῶν ἔργον γενήσεται, καὶ τοῦτον ὑπερτεθῆναί ποτε, καὶ ὑμᾶς ἀφεθῆναι τῶν δυσχερῶν, καὶ εἰς ταυτὸν ἀλλήλοις ἐλθεῖν· τοῦτο γὰρ οἶμαι τῶν μακρῶν πόνων γενήσεσθαι πέρας.

C

Valerio episcopo. XXXVIII.

INterrogavit Alexandrum quidam, ubinam ipsius thesauri forent: & ille amicos ostendit; abundabat enim, ut puto, hujusmodi viris, quales ego quoque inveni, tuæ sanctitatis notitiam adeptus. Et certe thesaurum hunc arcte complector & servo, quum in aurea columna, hoc est in corde sanctitatis tuæ memoria mei insculpta fuerit. Hanc ergo mihi æternum servate, tum me dignando memoria vestra, tum per litteras complectendo. Quæ vero ad negotium spectant, quomodo se habeant, quid attinet dicere? Sisyphi saxum adhuc volvimus; & si interdum ad finem accedimus, saxum in eumdem ante recidit locum, quam fastigium superetur, ita ut nullus nobis sit ante susceptorum laborum fructus. Vestræ tamen preces efficient, ut hoc tandem superimponatur, & nos incommodis liberemur, & in idem invicem conveniamus: hoc enim puto diuturnis laboribus finem esse impositurum.

N O T Æ.

In subscriptionibus Chalcedonensis concilii œcumenici memoratur *Valerius Laodiceæ Phœniciæ episcopus*. An idem cum isto fuerit, ad quem scribit Firmus, incertum. Nestorii caussa fuisse videtur, quam scriptor noster amice componi posse haudquaquam censet. Hinc more Sisyphi saxum frustra versari ait. Quæ si vera sunt, ad Ephesini concilii tempora intelligimus referendam esse epistolam istam.

D

Εὐστρατίῳ. λθ'.

ΕΙ ἀγνῶτα τῇ θαυμασιότητί σου συνιστάναι ἔμελλον, ἔδει μοι προοιμίων, καὶ τῆς περὶ αὐτοῦ διηγήσεως, τίς, καὶ πόθεν, καὶ ποδαπὸς, καὶ ὅσον τῷ ψάλλειν τῶν τε νῦν καὶ προτέρων κεκράτηκεν. ἡσθέντα δέ σε πολλάκις δι' αὐτοῦ τοῖς θείοις ᾄσμασι μετὰ σώφρονος ἡδονῆς, ἐξαμαρεῖσαι αὐτῷ παρακαλῶ τὰ προκείμενα· καὶ δι' ἑαυτοῦ, καὶ διὰ τοῦ μεγαλοπρεπεστάτου κόμητος ἀφεθῆναι αὐτὸν τῆς ἐκ διαβολῆς παρά τινων γενομένης συκοφαντίας. παρασκεύασαι, καὶ δὸς τὴν χάριν, δι' ἡμᾶς ἀπωσάμενος τὸ φιλόνεικον, ἵνα μὴ ἔλεγχος ἡμῖν τὸ πρᾶγμα πεπλασμένης φιλίας γένηται· λυπήσεις γὰρ οὐκ ἐμὲ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν μητέρα σου τὴν ἐκκλησίαν ἐν παρέργῳ δεξάμενος τὴν παράκλησιν.

Eustratio. XXXIX.

SI ignotum virum magnificentiæ tuæ commendaturus essem, oporteret me proœmiis & narratione uti, referendo quis esset, & unde, & cujus & quantum in psallendo non viventes tantum, sed & majores nostros superarit. Verum te, quem sæpe honesta voluptate ac delectatione in divinis canticis ipse implevit, brevibus obsecro, ut quæ instituit, facilia illi reddas, atque ut per se ipsum & magnificentissimi comitis ope, calumniam sibi per aliquot obtrectatores instructam effugiat. Nostra itaque caussa da operam, & hoc illi præsta, ut omnis contentio ac pertinacia repellatur, ne fictæ amicitiæ notam nobis hoc negotium inurat: dolore enim non me dumtaxat, sed ecclesiam quoque matrem tuam afficies, si obiter ac perfunctorie commendationem istam accipies.

E

Εὐπνίῳ. μ'.

ΕΙς καιρὸν ἔοικεν ἡ δίκη ταμιεύεσθαι τῷδε εἰς ἄμυναν ὧν ἠδίκηται ὑπό σοι κριτῇ τῆς δίκης βραβευομένης. καὶ καταξίωσον παρακαλῶ μαθὼν, ὅσα τετόλμηται αὐτῷ κατὰ τοῦδε, καὶ ἐπεξελθεῖν ἀνδρικῶς τῇ ὑποθέσει, καὶ βοηθῆσαι τῷ ἠδικημένῳ, καὶ δίκας εἰσπράξασθαι τὸν ἀδικοῦντα, τῆς περὶ τὸ δίκαιον γινομένης σπουδῆς εἰς ἡμετέραν παρρησίας τιμήν.

Eupnio. XL.

VIro huic videtur pœna opportune in futurum dilata ad eorum propulsationem quæ patrata sunt, caussa sub te judice constituta. Proinde dignare quæso discere, quæcumque contra hunc molitus est adversarius, & caussam viriliter peragere, & opem injuste oppresso afferre, & ab injuste opprimente pœnas exigere, sedulamque in implenda justitia operam adhibere, ut officium hoc meum æstimasse videaris.

1. Forte aliquid addend.

A

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 432.

Ελλαδίῳ ἐπισκόπῳ. μα΄.

ΓΥναιον μοχθηρὸν ἀποταξάμενον πρότερον τῷ βίῳ, εἶτα δι' ἀσωτείαν εἰς πᾶν ἀσεβείας ἐληλακὸς, μικρὸν ἡγησάμενον ψεύσασθαι τὴν προτέραν ὁμολογίαν, συνέργῳ τῷ κεκοινωνηκότι τῆς ἁμαρτίας χρώμενον, ἐφόδους ἐτόλμησεν κατὰ τῆσδε, καὶ τῶν ὄντων αὐτῇ ἁρπαγὰς, καὶ ἀνδραπόδων ἀφαιρέσεις, οὐδεμίαν ἐλλεῖπον μοχθηρίας ὑπερβολὴν εἰς τὸ προσθεῖναι ἁμαρτίας ἐφ' ἁμαρτίαις. τοῦτο ὑπὸ τὴν σὴν θεοσέβειαν μετοικῆσαν, καὶ τῆς εἰς τὸν Χριστὸν ἀρνήσεως, καὶ τῶν μετὰ ταῦτα τολμωμένων εἰσπραχθῆναι δίκας κελευσάτω ἡ ὁσιότης σου, καὶ ἀποκηρυχθῆναι αὐτὸ πάσης ἐκκλησιαστικῆς κοινωνίας, εἰ μὲν δοκιμάσειας, καὶ ἀεί· εἰ δὲ μὴ τοῦτο, ἄχρι γοῦν τῆς τοῦ πράγματος διορθώσεως.

Helladio episcopo. XLI.

SCelesta muliercula quæ primo renuntiaverat sæculo, deinde luxuriæ caussa in omnem impietatem effusa est, quæque parum ducit id quod prius professa fuerat, operibus nunc improbare, quæque adjutore participe peccati utitur, incursiones facere ausa est adversus istam, bona ejus diripere, mancipia tollere, nullum relinquens sceleris genus intactum atque inausum, ut prioribus flagitiis nova adderet. Ab hac igitur femina quæ ad pietatem tuam demigravit, quod Christum negaverit, quod posthæc alia tentaverit, pœnas exigi jubeat sanctitas tua, eique B omni ecclesiastica communione interdicat in perpetuum, si tibi placuerit; sin minus, donec se ad bonam frugem receperit & rem emendaverit.

N O T Æ.

Helladios tres episcopos Firmi & Ephesinæ synodi temporibus floruisse comperio, nempe *Adramytti*, *Ptolemaidis* ac *Tarsi*. Eorum primus in catholicorum castris contra Nestorium militavit. Reliqui duo pro infelici hæretico steterunt, & conciliabulo Ephesino interfuere. Ad Helladium tamen Tarsensem, ante quam Nestorii erroribus implicaretur, hanc epistolam a Firmo scriptam fuisse, verisimile videri potest: etenim a Cæsariensi non longe dissita erat Tarsensis metropolis.

Δανιὴλ ἐπισκόπῳ. μβ΄.

C ΕΙ ἦν σύμβολα τῆς προαιρέσεως ἐπὶ τοῦ προσώπου φέρειν τοὺς πονηροὺς, ἤρκει ὁ δεῖνα, καὶ μηδενὸς ἐπισταντος τῇ κατηγορίᾳ, ὀφθεὶς τῇ θεοσεβείᾳ σου, ὑπόδικος γενέσθαι τοῖς τολμηθεῖσιν ἐγκλήμασιν· ἐπειδὴ λωποδυτήσας ἀνθρώπους ἁπλοῦς, καὶ σεμνὸν ᾑρημένους βίον, καὶ περιελὼν αὐτῶν τὰς πρὸς τὸ ζῆν ἀφορμὰς, ἐντεῦθεν ἀποδρὰς πρὸς τὴν ὑπὸ τὴν θεοσέβειάν σου τεταγμένην μετέστη. τοῦτον ὑποδεικνύμενον κέλευσον καὶ τὰ πράγματα ἃ ὑπεξέθετο, ἀποκαταστῆσαι, καὶ παραδοθῆναι τοῖς ἀφικομένοις, ἐνταῦθα μετὰ τοὺς ἐλέγχους εἰς σωφρονισμὸν τῶν οὕτω προῃρημένων δίκας ὑφέξοντα. ἱκανὸν δὲ εἰς ἀναίρεσιν ἀδικήματος τὸ μὴ οἴεσθαί τινας ἐν ἀλλαγῇ τῶν τόπων διαφεύγειν τὴν τιμωρίαν, καὶ αὐτόθι, καὶ παρ' ἡμῖν ἐπιμελῶς τῆς τοῦ δικαίου D φυλακῆς τιμωμένης.

Danieli episcopo. XLII.

SI propositi sui signa in vultu improbi circumferrent, satis quidam, vel nemine accusationem intendente, a pietate tua conspectus, patratorum facinorum reus appareret: postquam enim pios viros & piæ vitæ cultores expilavit, & quæ ad vivendum necessaria sunt, ab eis abstulit; hinc fugam arripiens in regionem pietati tuæ subjectam demigravit. Istum igitur indicare jube res subtractas distractasque, easque restituere & advenientibus tradere, heic, postquam de omnibus convictus fuerit, ad coercendos eos qui idem vitæ propositum tenuere, pœnas subiturum. Illud vero ad tollendas in posterum injurias aptissimum erit, si non credatur, quosdam locorum mutatione ultionem atque castigationem vitare posse, pateatque, tum istic, tum apud nos, jus integrum diligenter servari.

N O T Æ.

Duo Danieles Ephesino concilio interfuere, quorum unus *Coloniæ*, alter *Dardaneorum* seu *Dardaniæ Lybiæ*, episcopi fuere. Vixit iisdem quoque temporibus Daniel episcopus *Faustinopolitanus*, erroribus Nestorii addictus. In Actis etiam laudatæ synodi Ephesinæ Daniel *Darensis*, aut *Darnei* episcopus numeratur. Verum *Dardaniensis* ibidem legendum reor, & librariorum dumtaxat errore factum, ut hic tamquam alius a supra memorato recenseatur. Credibile est, ad Danielem *Coloniensem* episcopum referendam hanc epistolam esse: *Colonia* quippe civitas in provincia Cappadociæ secundæ fuit, atque adeo non dissita a Cæsarea.

Ιναχίῳ. μγ΄.

E ΗΝεγκε καὶ καθ' ἡμᾶς χρόνος Ἑλένην Λάκαιναν πολέμων ὑπόθεσιν, ἧς τοῦ κάλλους ἐν ἀπολαύσει γεγονὼς βραχείᾳ εἰς τὰς σὰς πολλάκις ἀναπέμπειν ὥρμησα χεῖρας, οἷα δὴ Τρῶες ἐβουλεύσαντο περὶ τῆς ὁμωνύμου. ἐγὼ μὲν μακρότερον πόλεμον ἢ κατ' αὐτοὺς πολεμούμενος μέχρι νῦν διετέλεσα. τὶς γὰρ ἐν ἐφέσει τῆς ταύτης ὡραιότητος γεγονὼς ὅς κόπους ἐμοὶ παρέσχε καὶ πράγματα, οὐδεμίαν ἐκεχειρίαν ἀσπαζόμενος, οὐδὲ βραχεῖαν ἀνακωχὴν διδοὺς τῷ πολέμῳ· τοσοῦτος ἦν ὁ πάντας ἐπ' αὐτὴν κινῶν θερμὸς ἔρως. εἰκότως. τί δὲ οὐκ ἔμελλον τῶν ταύτης ἡττᾶσθαι καλῶν, ὥρᾳ σώματος διεχούσης, σχέσει, καὶ ποδωκείᾳ δὲ μάλα κοσμουμένης, ὡς μιᾷ πτώσει κατέχεσθαι πάντας τοὺς πανταχοῦ πτω-

Inachio. XLIII.

HAbuere nostra etiam tempora Helenam Lacænam, bellorum materiem, cujus pulcritudine non diu me oblectans, sæpe eam ad te remittere constitui, eadem utens deliberatione, quam Trojani de ejusdem nominis femina habuere. Equidem in pugna diuturniore, quam quæ ab ipsis gesta est, huc usque perseveravi: quidam enim, quum hanc pulcritudinem expeteret, molestiam mihi & negotium exhibuit, nullas in petendo ferens inducias, neque brevem intermissionem dans pugnæ: tanto erga illam quisque incendebatur amore. Nec immerito: quei enim non capti fuissent ab hujus pulcritudine, quæ forma adeo præstat, habituque corporis & pedum pernicitate ornatur, ut una ruina omnes

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 432.

κας δεδοικότας, καὶ τρέμοντας, ὁσάκις ἂν Ελένης τὴν κατ' αὐτῶν στρατείαν πύθωνται; τούτου δὲ τοῦ δέους ἀπήλλαξα τοὺς παρ' ἡμῖν ἐν τοῖς ὄρεσι διάγοντας, εἴ τις ἄρα που καὶ περιλέλειπται τῷ λαθεῖν ἰσχύσας διαδρᾶναι τὴν ταύτης ταχύτητα. σὺ δὲ, τοῖς πᾶσιν ὁσιώτατε, θαύμαζε μὲν ταύτην ὅσον ἔχεις δυνάμεως· μικρὸς γὰρ, οἶμαι, καὶ ὁ παντὶ σθένει γινόμενος ἔπαινος, εἴ γε τοῖς ταύτης ἀντεξετάζοιτο καλοῖς. ἐπαίνει δὲ γλώττῃ τὸν πέμψαντα καὶ τῇ προσφιλεῖ, τῇ ἀπερίττῳ, τῇ λακωνικῇ, τῇ συντόμῳ καὶ σαφεῖ, ὃ μάλιστα λόγων κάλλος δημιουργεῖν πέφυκεν. ἀλλὰ δέδοικα μή πως αἴσθησις ἤδη τῆς ταύτης παρουσίας τοῖς παρ' ὑμῖν λαγωοῖς ἐγγινομένη τρέψῃ τούτους πρὸς φυγήν· κακουργεῖν γὰρ ὄντες σοφοὶ, εἰώθασί πως καὶ ταῖς ἐξ ἀνέμων αὔραις διὰ τῶν οἰκείων αἰσθήσεων τὰς παρά τινων αὐτοῖς μελετωμένας γινώσκειν ἐπιβουλάς. ἵν' οὖν μὴ τοῦτο γένηται, μὴ δὲ τούτοις ἐκβῇ κατὰ σκοπὸν τὸ ἐγχείρημα, ὥρα ταχυτέραν τῆς αὐτῶν προσδοκίας τὴν κατ' αὐτῶν ἔξοδον γενέσθαι· οὕτω γὰρ ἐμὲ μὲν λοιδορήσονται τὸν ὡς τοσαύτης αὐτοῖς λύμης αἴτιον γινόμενον, σὲ δὲ θαυμάσονται οἷα δὴ τοιούτου κτήματος κύριον.

ubique lepores conciderent, timentes ac trementes, quoties Helenæ adversus ipsos expeditionem audiissent? Hoc autem metu illos qui apud nos in montibus degunt, liberavi, si quis fortasse superest qui latendo hujus celeritatem effugere potuerit. Tu igitur, omni ex parte vir integerrime, totis viribus hanc demirare: exigua enim, ut arbitror, laus omnis erit, quamquam in eam totum intendas animum, si quidem cum ejus comparetur dotibus. Lauda autem eloquio eum qui misit, blando, simplici, Laconico, conciso & claro: quæ res maxime orationum pulcritudinem efficere solent. Verum timeo, ne lepores hanc adesse jam sentientes, fugam capessant: sagaces enim quum sint, malitia quodammodo uti consuescunt, & ex ventorum auris per suos sensus præcognoscere structas sibi ab aliquibus insidias. Ne hoc igitur eveniat, neve illis ex sententia succedat conatus, tempus est, ut celerior eorum exspectatione in illos eruptio fiat: sic enim mihi tamquam tanti exitii auctori convicium facient; te vero, quippe qui rem adeo eximiam possideas, mirabuntur.

N O T Æ.

Mihi quid nova hæc Helena foret, nondum percipienti diu crucem hæc epistola fixit. Tandem Firmum de cane venatoria cui nomen Helena, sermonem habere intellexi. Hanc ab aliis expetitam ille potius ad Inachium mittere constituit. Elegans plane ac lepida epistola, quæque ad bellum Trojanum, Helenamque Lacænam & Homerum alludit.

Επαίνει δὲ &c. *Lauda autem* &c.] Hoc vult dicere: Helena minime pro meritis laudari potest, namque ejus dotibus vix par invenitur oratio. Lauda igitur eum qui misit &c. Pro διακωνικῇ, quod erat in ms. mihi legendum videbatur λακωνικῇ.

Τῷ αὐτῷ. μδ'.

ΕΠαφρόδιτος ἀληθῶς ἡ ἐπιστολὴ, καὶ χαρίτων μεστὴ, αὐτῆς τάχα τῆς τῶν ἐρώτων μητρὸς ἐργασαμένης αὐτὴν ποικίλην τῇ τῶν ὀνομάτων συνθήκῃ, καὶ τοῖς νοήμασι. τὸ γὰρ ἀπὸ ὁμωνυμίας, καὶ πατρίδος, καὶ περιμαχήτου γυναικὸς εἰς ὥραν, καὶ κάλλος βεβοημένης, συνθεῖναι ἔπαινον τῇ κονίποδι, τίς οὐκ ἂν ἀγασθείη τὸν τεχνησάμενον; ἀλλ' ὅτι καὶ σαυτὸν ἡμῖν δέδωκας ἐν τοῖς ἥρωσιν ἀριθμεῖν, τοσοῦτον ἐκείνων ῥώμῃ κρατήσας, ὅσον μὲν αὐτοῖς περιὼν ἀριστέων πλῆθος, καὶ στρατὸν ὅλον πρὸς τὴν μάχην ἐγεῖραι. αὐτὸς δὲ ἤρκησας τὴν σαυτοῦ ῥώμην ἀντιστήσας πολλοῖς, καὶ ἆθλον τῆς νίκης τὴν Ελένην λαβὼν ἀργυρόπεζάν τινα, καὶ ὡς οὕτως εἰπεῖν ἐναλίου γέροντος θυγατέρα. ἡ δὲ οἷα τε θεῖν ἐπ' ἄκρων ἀνθερίκων, ὡς μὴ πτῶκας αἱρεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν ἀνέμων μιμεῖσθαι πνοάς. [1] λεγόντων οἱ πεπειραμένοι· τοῖς γὰρ ἐνταῦθα λαγωοῖς τοσοῦτον ἡμῶν κατεξανίστασθαι ὁ σὸς ἱέραξ δέδωκεν, ὡς μηδὲ πτῶκας εἶναι νομίζεσθαι ὑπὸ τοῦ θαρρεῖν ἀμέτρως ἐπιλανθανομένους τῆς φύσεως. ἀλλ' οὗτος μὲν ἥξει παρά σε· τὴν δέ γε Ελένην ἐπὶ κυνηγέσιον ἕξομεν, καὶ ἁλοῦσιν ἐπιτωθάζοντες ἀναγνωσόμεθα τὴν ἐπιστολήν. εἰ δὲ διασωθεῖεν φυγόντες, ὅρα ὅπως ἀγωνιούμεθα πρὸς αὐτοὺς ψευδομαρτυριῶν ἁλισκόμενοι. καὶ ταῦτα μὲν ταῦτα. τῶν δὲ οἴνων ἑκάτερος τῶν Διὸς κήπων ἀποῤῥώξ ἐστι τίς νέκταρος, Ομήρου δεόμενος ἐπαινέτου, ἡδὺν λέγοντος, καὶ ἀκηράσιον, καὶ θεῖον ποτὸν, καὶ οἷον ἐκεῖνος ἐποίησεν παρὰ πλεῖον ἐν Οδυσσείᾳ αὐτὸν Μάρωνος.

Eidem. XLIV.

VEnusta sane, elegans, charitumque plena epistola. Illam forsitan ipsa amorum mater variam nominum compositione ac sensibus ornatam elaboravit. Etenim quum a nominum similitudine a patria, atque a femina quæ bellum concitavit, quæque propter formam ac venustatem celebrata est, ductum sit encomium cineripedi: quis ejus auctorem non admiretur? Verum inter heroes te ipsum etiam numerandum nobis exhibuisti, tanto illis robore præstans, quanto magis eisdem fortium virorum suppetebat copia, quum ad pugnam acies integras excitabant. Tu vero solus satis fuisti, robur tuum multis opponens, præmiumque victoriæ Helenam accipiens quamdam, candidos pedes habentem, & marini, ut ita dicam, senis filiam. Hæc autem cursu potens est spicarum summa volatu perstringere, ut non lepores tantum vincat, sed ventorum etiam flatus æmuletur. Qui experti sunt, dicant: iis enim leporibus, qui heic sunt, adeo nobis insultare dedit accipiter tuus, ut non amplius lepores esse videantur, præ nimia quippe confidentia obliti naturæ suæ. Sed hic quidem ad te revertetur; Helenam vero ad venationis tempus servabimus, & captis abblandientes legemus epistolam. Quod si fugiendo invenerint salutem, vide quomodo contra illos dimicemus, falsi testimonii convicti. Et de his quidem satis. Quod enim est ad vina, utrumque dimanans ab Jovis hortis nectar ædepol sapit, atque Homero laudatore dignum est, qui dulcem, purum, immortalem divinumque potum appellet, qualem nempe ille cecinit, Maronis vinum in Odyssea tamquam reliquis præstantius laudans.

1. Forte, λεγέτωσαν.

NOTÆ.

Hujus epistolæ auctorem titulus quidem Firmum facit; sed eam esse Inachio tribuendam, facile cuicumque patebit. Responsio, inquam, est ad præcedentem. Inachius & ipse ad Helenam græcam bellumque Trojanum alludens, canem venatoriam ad se missam, simulque Firmum mittentem laudat. Hinc etiam discere mihi videor, Inachium a Firmo nostro accipitrem antea accepisse, quo se se in avibus capiendis oblectaret. Propterea inquit: Nondum Helena ad me profecta, eam accipiter tuus confidentiam leporibus attulerat, ut tamquam suæ naturæ immemores nobis insultarent.

Κονίποδι. *Ciner ipedi.*] In ms. codice scriptum est κονώπιδι, vitiosum plane verbum. Itaque κονίποδι substituere placuit, qua voce canis *pedes cinericios habens* significatur. Id ex sequentibus quoque verbis colligitur; appellat enim Inachius Helenam ἀργυρόπεζαν, hoc est, *argenteos pedes habentem*.

Μάρωνος. *Maronis.*] Ne heic Virgilium a Græco scriptore significari arbitrere. Hic Maro Evanthei seu Evanthis filius fuit, e cujus vineis exquisitissima prodibant vina. Philostratus in Heroicis de Protesilao scribens (cap. II. §. VIII.), Maronem eumdem his commemorat verbis: Μάρωνα τὸν Εὐάνθους ἀδικοίης ἄν, ἐπιφοιτῶντα τὰς ἐν Ἰσμάρῳ ἀμπέλους, καὶ ἡδυοίνους αὐτὰς ἐργαζόμενον, φυτεύοντά τε καὶ κυκλοῦντα· ὅτε δὲ ὁρᾶται τοῖς γεωργοῖς ὁ Μάρων καλός τε καὶ ἁβρὸς, καὶ ἀναπνέων πότιμόν τι, καὶ οἰνῶδες. Id est: *Maronem Evanthis filium injuria afficies, vineas in Ismaro sitas frequentantem, & ut suavissimum ferant vinum efficientem, plantantemque & perlustrantem: quum interea ab agricolis pulcher ac deliciosus spectatur Maro, potabile quid & vinolentum spirans.* Athenæus vero lib. I. Dipnosoph. Maræotici vini mentionem faciens, illud ita nuncupatum affirmat a Maræa lacu vicino Alexandriæ, & urbe lacui propinqua quondam amplissima, quæ παρείληφε μέν τοι τὴν προσηγορίαν λαβοῦσα ἀπὸ Μάρωνος, ἑνὸς τῶν μετὰ Διονύσου τὰς στρατείας πεποιημένων, &c. *nomen accepit a Marone, uno ex iis qui cum Baccho militarunt*, &c. Cratinus quoque apud Pollucem (lib. VI. cap. III. segm. 26.) vinum Maroneum ita commendat: οὐδὲ Μάρωνα πίομαι. *Neque Maronem*, id est, *Maronis vina bibo*. At audiamus Latinum aliquem scriptorem, Plinium nempe lib. IV. (seu potius lib. XIV.) cap. IV. Hist. nat. ubi de vinearum cultura loquitur. *Vino*, ait, *antiquissima claritas Maroneo, in Thraciæ maritima parte genito, ut auctor est Homerus.* Tum subdit: *Maroneum vicies tanto addito aquæ miscendum Homerus prodidit.* Ab Homero itaque derivata eruditio, quem & Inachius in hac epistola innuit. Sunt autem ejus versus in lib. IX. Odyss. (℣. 196.) ubi ita loquitur Ulysses:

— Ἀτὰρ αἴγεον ἀσκὸν ἔχον μέλανος οἴνοιο
Ἡδέος, ὅν μοι ἔδωκε Μάρων Εὐάνθεος υἱός.
— *Ceterum caprinum utrem habebam nigri vini*
Suavis, quem mihi dedit Maron Evanthei filius.

Infra vero addit (℣. 203.):

Δῶκε δέ μοι κρητῆρα πανάργυρον· αὐτὰρ ἔπειτα
Οἶνον ἐν ἀμφιφορεῦσι δυώδεκα πᾶσιν ἀφύσσας,
Ἡδὺν, ἀκηράσιον, θεῖον ποτόν· &c.
Dedit autem mihi craterem totum argenteum: ceterum postea
Vinum in amphoris duodecim omnibus haustum
Suave, incorruptibile, divinum potum, &c.

Περγαμίῳ χωρεπισκόπῳ. με.


Γέροντα μὲν ἐλαττούμενον συνέσει συγγνώμης ἀξιοῦσθαι πρεπεῖον. προλαβὼν δὲ φιλανθρωπίᾳ, καὶ ἡμᾶς ἐφειλκύσω ποιῆσαί τι περὶ τὸν ἄνθρωπον δεξιόν. καὶ πρόσδεξαι αὐτὸν, τοῦτο παραφυλάξας τὸ μή τε ῥᾳδίως κατηγορεῖν, μή τε ἐξαιτεῖσθαι εὐκόλως.

Pergamio chorepiscopo. XLV.

Senem quidem, mentis jam non integrum, venia dignari egregium est. Proinde, quum tua humanitate præiveris, nobis quoque auctor fuisti, ut benigne cum homine ageremus. Eum ergo excipe, hunc servans morem, ut neque facile accuses, neque facile depreceris.

FINIS EPISTOLARUM FIRMI CÆSARIENSIS.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
433.



SANCTI LUPI

TRECENSIS EPISCOPI

EPISTOLÆ II.

I.

* EPISTOLA [1] SANCTORUM EPISCOPORUM

LUPI TRICASSINI,

ET

EUPHRONII AUGUSTODUNENSIS

AD

Talasium episcopum Andegavensem.

De solemnitatibus, & de bigamis, & iis qui conjugati assumuntur.

Domino sancto, & in Christo cultu atque honore venerando, beatissimo fratri Talasio episcopo, Lupus & Euphronius episcopi pariter positi.

I. COMMONITORIUM quod per subdiaconum Archontium missum fuerat, inspeximus: ad quod sanctitati tuæ, sicut poposcisti, respondere curavimus. Vigilia natalis Domini longe alio more, quam paschæ vigilia, celebranda: quia heic nativitatis lectiones legendæ sunt, illic autem passionis. Epiphaniæ quoque solemnitas habet suum specialem cultum. Quæ vigiliæ vel maxime, aut perpete nocte, aut certe in matutinum vergente, curandæ sunt: paschalis autem vigilia a vespere raro in matutinum usque perducitur. Deinde in vigilia paschæ diversorum librorum lectiones sunt recensendæ, quæ totæ habeant aliquid de præfiguratione aut vaticinio passionis: antedicta autem vigilia, prout visum fuerit, inter psallendum & legendum, sive de prophetis, sive de novo testamento, quod quisque voluerit, non legali, sed voluntaria lectione præsumet.

II. De clericis vero bigamis, usque ad ostiarios ecclesia permittit & patitur; & quam quis sacerdotum regulam pro districtione sua assumserit, jure custodiet. Exorcistas vero aut subdiaconos, a secundis nuptiis penitus excludit. Generationem vero filiorum ab his quos conjugatos assumimus, melius esset, si fieri possit, arceri: quos melius est non assumi, quam de iis postea sub diversa sensuum varietate certari: cum melius sit omnes disceptationum caussas excludi, ut qui non vult in clericatu generari, non constituat in altario conjugatos. Hæc pro consuetudine ecclesiarum nostrarum, quarum una est regula, paginæ hujus sermone texuimus. Si quid vero pro honore Domini potest districtionis accrescere, & si imitari non possumus, pro Domini honore laudabimus. Nam jam ecclesiæ obsequiis aggregatos ad secundas nuptias transire non patimur: quos, postquam assumti fuerint, etiam a primis penitus arcemus; exorcistas dumtaxat, atque subdiaconos. In Augustodunensi autem ecclesia, vel ostiarius in imo officio constitutus, si uxorem aliam acceperit, ab officio penitus abdicatur. Subdiaconos autem ad pacem inter se in sacrario oportet accedere: in altario autem, non nisi dum porrigunt pallas diacono, aut suscipiunt quod refertur; ad pacem autem nequaquam eis permissum est. Si autem illius amentiæ fuerit, vel exorcista, vel subdiaconus, vel etiam, sicut supra memoratum est, ostiarius, ut secundis se nuptiis illigarit, non solum ab officio, sed etiam a communione penitus arcetur.

NOTÆ JACOBI SIRMONDI, S. J.

1. *Epistola.*] Hujus epistolæ tempus incertum est, nisi quod Talasii novi, ut apparet, episcopi admonere nomen videtur, ut non multo post Andegavense concilium in quo episcopus ordinatus est, ad eum missam credamus. Præter varia ejus exemplaria quæ in manus nostras venerunt, animadvertimus ejusdem fieri mentionem in antiqua collectione canonum, quæ est in bibliotheca sancti Germani Parisiensis.

EJUSDEM SIRMONDI NOTÆ POSTUMÆ.

Ex LABBEI *Append.*

Talasii episcopi consultationi de tribus capitulis respondet. Primum de vigiliis natalis Domini, Epiphaniæ & Paschæ, quo ritu celebrandæ sint. Tum de inferioribus clericis quibus uxores ducere licet, utrum secundas nuptias inire possint. Qua in re pati quidem ecclesiam docent, ut ostiarii alias uxores ducant, & bigami fiant: exorcistas vero & subdiaconos a secundis nuptiis penitus excludere. Ceterum in ecclesia Tricassina exorcistas & diaconos, postquam in clerum assumti sunt, etiam a primis nuptiis arceri: in Augustodunensi, ostiarios a secundis. Postremo subdiaconos pacem inter se dare in sacrario debere, non in altario. Exstat hæc epistola in variis codicibus antiquis, citaturque in pervetusta collectione canonum sancti Germani Parisiensis.

LUPI ET EUPHRONII.] Lupi Tricassini episcopi apud omnes clarissima est memoria: Euphronii Augustodunensis ex Sidonio, Gregorio Turonensi, & ex Idacio qui alteram ejus epistolam commemorat in chronico anni CCCCLI. *Diebus*, inquit, *insequentis paschæ visa quædam in cælo, regionibus Galliarum, epistola de his Euphronii Augustodunensis episcopi ad Agrippinum comitem facta evidenter ostendit.* De Talasio Andegavensi dictum ad synodum Andegavensem, in qua ordinatus est.

* *Ex edit. Concil. Veneto-Labb. tom.* V. *pag.* 71.

II.

*EPISTOLA

S. LUPI Trecensis episcopi

AD


S. Sidonium episcopum Arvernensem.

I. GRatias ago Domino Deo nostro Jesu Christo per Spiritum sanctum, qui te, carissime frater, in hac generali titubatione & pressura dilectissimæ sponsæ ecclesiæ suæ, ad ejus sustentationem & consolationem in sacerdotem vocavit, ut sis lucerna in Israel; & sicut ambitiosos honores mundanæ militiæ cum summa laude exsequutus es, ita militiæ cælestis operosa munia & humilia ministeria ipso adjuvante Christo alacriter percurras, nec retro ad aratrum applicata manu, pigritantium agricolarum more oculos convertas. Tu imperatorios apices per gloriosissimas affinitates proxime consequutus es; tu trabeales ornatus splendidasque præfecturas, & quidquid irrequieta desideriorum series sibi beatius in sæculo potest fingere, honorificus & inter streperos plausus exercuisti.

II. Mutatus est ordo, & in domo Domini apicem attigisti, qui non in exuberanti mundani fastus fulgore, sed in maxime infima mentis depressione, & humili resupinati cordis abjectione pertractandus est. Qui olim conabaris natalium decora additis honoribus superare, nec credebas homini sufficere, si ceteris par esset, & pares non transgrederetur; in eum statum devenisti, in quo licet superior nulli te debes superiorem reputare: minimo subditorum tuorum suppositus, eo plus eris honoratior, quo te humilitas Christi accinget; & eorum plantas obsculaberis, supra quorum capita pedes tuos olim collocare dedignabaris. Iste profecto jam tibi labor incumbit, ut sis omnium servus qui videbaris omnium dominus, & aliis incurveris qui ceteros conculcabas; non quia eras superbus, sed quia dignitatum præteritarum majestate, ne dicam vanitate, tantum tibi ceteros antecedendum erat, quantum tibi modo præ ceteris est recedendum.

III. Fac ergo ut nunc ingenium transferas ad divina, qui tantum valuisti ad humana. Colligant plebes tuæ ex ore tuo spinas de capite crucifixi, qui ex verbis tuis colligebant rosas de pompa mundiali; & capiant de eloquio sacerdotis verba disciplinæ cælestis, qui capiebant de eloquio dominantis normam disciplinæ civilis. Ego quidem qui te tantum amavi cum sequebaris ariditatem sæculi, quali mensura putas jam amare sequentem ubertatem cæli? Jam delibor, & instans est resolutio mea; sed non putavero resolvi, qui licet solutus, in te vivam, & te in ecclesia relinquam. Gaudeo exui, postquam ecclesiam induisti, & te induit ecclesia. Macte amicitia vetuste, sed fraternitate recens. Supprimit postremus titulus antiquos: nihil est quod hodie velim de præterita meminisse dilectione, quando moderna dignitatis & firmiorem facit esse caritatem & tenaciorem. O si Deus vellet ut te amplecterer! sed in spiritu perficio quod non possum in corpore; & præsente Christo non amplius reipublicæ præfectum veneror & osculor, sed ecclesiæ, qui mihi filius ætate, dignitate frater, & meritis pater est. Ora pro me, ut in Domino consummatus, opus quod injunxit consummem, & in eo tandem impleam tempora quæ restant, qui tot & tanta (væ mihi!) his quæ non debui, implevi: sed apud Dominum misericordia. Memor esto mei.

* Ex Spicil. Dacherii tom. III. pag. 302. nov. edit.




S. XYSTI III. PAPÆ EPISTOLÆ ET DECRETA.

Quibus nonnulla intexta,

AD EUMDEM SANCTUM PONTIFICEM PERTINENTIA:

Ex editione V. C. Petri Coutantii.



[1] EPISTOLA I.

Ἐπιστολὴ Ξύστου τοῦ μακαριωτάτου πάπα Ῥώμης διαδόχου Κελεστίνου πρὸς Κύριλλον.

Xysti III. beatissimi papæ Romæ, successoris Cælestini, ad Cyrillum.

Episcopis orientis nuntiat unanimi consensu factam esse ordinationem suam; cui & illos in legatis suis interfuisse gratulatur. Cyrilli erga Nestorii sectatores pia petitio laudatur & confirmatur.

A Χάριν ὁμολογοῦντες τῇ περὶ ἡμᾶς τοῦ Θεοῦ ἡμῶν φιλανθρωπίᾳ, ὅτι κατὰ τὸν καιρὸν ἐν ᾧ ἡμᾶς εἰς τὸ ὑπερέχον τῆς ἱερωσύνης ἄκρον καλέσαι κατηξίωσεν, ἐδωρήσατο ἡμῖν κατὰ τὴν ἰδίαν εὐσέβειαν, τὴν παρουσίαν τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου, ἀναγκαίως πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀδελφότητα δι' αὐτῶν ταῦτα τὰ γράμματα μαρτυρούντων ἡμῶν τῇ χειροτονίᾳ δεδώκαμεν. ἐν τούτοις γὰρ πάντας ὑμᾶς, παρ' ὧν ἐκεῖνοι ἀπεστάλεσαν, παραγεγενῆσθαι πεπιστεύκαμεν· ἐπειδὴ οὐδαμῶς διαστήματι χωρίζονται, οὓς συνδεσμεῖ πνευματικὴ χάρις. μεθ' οἵας δὲ πάντων ὁμονοίας, κατὰ οἰκονομίαν θείας προνοίας, αὕτη ἡ ἡμετέρα γεγένηται χειροτονία, μαθοῦσα καὶ ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη ἐκ τῶν ἡμετέρων γραμμάτων, καὶ ἐκ τῆς ἀναφορᾶς τῶν ἀδελφῶν, πάντως τὸ B δῶρον τῷ παρασχόντι κυρίῳ ὑπὲρ ἡμῶν ὁμολογήσει, ἀδελφὸς ἀγαπητότατος· ἵνα τῆς ἰδίας ὢν δωρεᾶς φύλαξ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εἰρήνην τηρῆσαι καταξιώσει. ὁ Θεὸς ἡμῶν, ὁ πάντα εἰς αὐτὸν τὰ ἀνήκοντα οὕτως διοικῶν, ἵνα μηδὲ ἓν λεῖψαι συγχωρήσῃ, εὐεργεσίαν μοι ἐν τῇ ἀφορμῇ τῆς ἀδελφότητος δέδωκε. διὰ γὰρ τῶν ἁγίων συνιερέων ἡμῶν Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου παραγενομένων τῇ ἡμετέρᾳ χειροτονίᾳ, ταῦτα τὰ γράμματα ἔδοξεν ἀποστεῖλαι πρὸς τὴν σὴν εὐσέβειαν, οἷα δὲ πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον ἀπεστείλαμεν, περὶ τῶν ἑπομένων Νεστορίῳ.

Ὁμολογῶ τοίνυν, σφόδρα ἥσθημεν, ὅτι συνέβη ἡμῖν διὰ μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς εὐκαιρίας τά τε περὶ τῆς C πίστεως, καὶ τὰ περὶ ἡμῶν αὐτῶν ἀνακοινώσασθαι. ἅπαντας γὰρ ἔσχε τοὺς ἀδελφοὺς παρόντας ἡ χειροτονία ἡμῶν. τίς γὰρ ἂν ἔδοξε μὴ παραγενέσθαι, ὁπότε ἡ ἀνατολὴ διὰ τῶν ἰδίων [4] πρεσβυτέρων παρε-

I. Gratiam habentes Dei nostri circa nos humanitati, quod eo tempore quo nos ad supremum sacerdotii apicem vocare dignatus est, concessit nobis secundum pietatem suam, præsentiam sanctorum fratrum & coepiscoporum nostrorum Hermogenis & Lampetii, necessario ad vestram fraternitatem per eos has litteras dedimus [2] testes ordinationis nostræ. In his enim omnes vos a quibus illi missi fuerunt, adstitisse credidimus: quandoquidem nullatenus intervallo separantur, quos connectit gratia spiritalis. Quali autem omnium concordia, per divinæ providentiæ dispensationem, hæc nostra facta fuerit ordinatio, ubi sanctitas vestra didicerit tum ex nostris litteris, tum ex relatione fratrum, omnino gratiam præbenti Domino pro nobis habitura est, dilectissime frater, ut proprii doni custos, ecclesiasticam pacem conservare dignetur. Deus noster, qui cuncta quæ ad se pertinent ita dispensat, ut ne unum quidem deficere permittat, beneficium mihi in occasione fraternitatis dedit. Nam per sanctos consacerdotes nostros Hermogenem & Lampetium qui interfuerunt ordinationi nostræ, has litteras mittere visum est ad pietatem tuam, quales utique ad sanctam synodum [3] misimus, de seductoribus Nestorii.

II. Valde igitur, fateor, lætati sumus, quia contigit nobis una eademque opportunitate & quæ ad fidem, & quæ ad nos ipsos pertinent, communicare. Omnes quippe fratres præsentes habuit ordinatio nostra. Quis enim non interesse visus est, quando oriens per suos [5] legatos aderat: qui

1. Scripta circa med. ann. 432.

2. Observat Cotelerius vocabulum *testes* ad litteras, non ad legatos referendum, adeoque græce μαρτυροῦντα loco μαρτυρούντων legendum esse. Quamvis enim ordinationis Xysti testes fuerint legati, si istud tamen enuntiare voluisset interpres græcus, μαρτύρων potius quam μαρτυρούντων verbo usus fuisset. Quæ observatio primis num. 3. verbis firmatur.

3. Si Xystus Cælestini epistolam XXII. heic indicat *ad Ephesinam synodum* inscriptam, in qua de Nestorii sectatoribus agitur, ac circa eos quid sequendum sit decernitur: verbo *misimus* ideo utitur, aut quia censetur in decessore suo successor illius, aut quia litteras illas e sententia concilii in quo ipse Xystus præcipuas agebat partes, Cælestinus miserat. Sed hoc potius significat, tales a se ad Cyrillum litteras mitti, quales seu quarum paria & similia exempla simul mittebat ad ceteros orientis episcopos, quorum nomine Lampetius & Hermogenes Romam venerant.

4. Leg. πρεσβευτῶν.

5. Cotelerius quidem litteram græcam secutus ita convertit, *per presbyteros suos*: sed mendum in græcum tex-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.

γένετο, καὶ ἐθεάσατο μίαν πάντων καρδίαν, καὶ μίαν ἐν πᾶσι ψυχὴν ἔγνωσαν, ὁμόφωνόν τε τοῦ θείου πλήθους φωνήν; οὕτως ἡ κατὰ Ῥώμην ἐκκλησία μίαν ψῆφον ἐφύλαξε τῇ καταστάσει τοῦ τῆς πίστεως κήρυκος, ὥσπερ ἐν αὐτῷ τῷ τῆς πίστεως κηρύγματι μίαν ἀεὶ γνώμην [1] ἐτήρησαν.

A quidem spectarunt unum omnium cor, & unam in cunctis animam agnoverunt, consonamque divinæ multitudinis vocem? Sic Romana ecclesia unum suffragium custodivit in institutione prædicatoris fidei, ut in ipsa fidei prædicatione unam semper sententiam servavit.

Ἐπειδὴ τοίνυν ἀρκεῖ διὰ βραχέων δεδηλῶσθαί μου τὴν χειροτονίαν, λαλητέον λοιπὸν ἡμῖν, περὶ ὧν ὁ ἅγιος ἀδελφὸς Κύριλλος, ἀμνημονῶν τῆς ἰδίας ὕβρεως καὶ τῶν καμάτων, αἰτεῖ. ἀρκεῖ μὲν γὰρ τὰ ἤδη γραφέντα παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης τοῦ ἐμὲ προηγησαμένου περὶ τῆς πίστεως, ὑπὲρ ἧς χαίρομεν θριαμβεύοντες κατὰ βοήθειαν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν, καθ' οὗ ἡ ζήτησις ἐκεκίνητο. ὅμως ἐπειδὴ οὐκ ὀκνητέον ἀναλαμβάνειν πολλάκις τὰ ὑγιῶς ὁρισθέντα, ἀναγκαῖον ἡγησάμην γράφων νῦν πρὸς τὴν σὴν ἀδελφότητα διὰ τῶν ἁγίων ἀδελφῶν καὶ συνεπισκόπων ἡμῶν Ἑρμογένους καὶ Λαμπετίου ταῦτα δηλοῦν διὰ βραχέων, ἅπερ πολλῷ ἤδη τῷ λόγῳ πάλαι ἡ ἀπόφασις τοῦ ἀποστολικοῦ θρόνου ὥρισε· καὶ μὴ ἀποκάμῃ ἀκούων, ἀλλὰ καὶ ἥδιστα ἀκουέτω, ὅτι νενίκηκεν. εἰ γὰρ Νεστόριος ὁ τῶν ἀνοσίων διατριβῶν διδάσκαλος βιβλία ἐκδέδωκε, κηρύττων τὰ καθαιρετέα, πόσῳ μᾶλλον ἡμᾶς δεῖ φαίνεσθαι τῆς πατρικῆς πίστεως φύλακας, πάντῃ ἀναιροῦντας τὰ καθῃρημένα;

III. Quoniam ergo sufficit paucis verbis significasse ordinationem meam, nobis loquendum superest de iis quæ sanctus frater noster Cyrillus, immemor propriæ contumeliæ & laborum, postulat. Etenim sufficiunt quæ jam a beatæ memoriæ decessore meo scripta fuerunt de fide, pro qua gaudemus triumphantes secundum auxilium Christi Dei B nostri, in quem quæstio mota fuerat. Attamen quoniam pigere non debet, sæpe repetere quæ salubriter definita sunt; necessarium duxi, scribens nunc ad fraternitatem tuam per sanctos fratres & coepiscopos nostros Hermogenem & Lampetium, hæc paucis declarare, quæ multo jam sermone olim apostolicæ sedis sententia definivit: & ne fatiscat audiens, sed & libenter audiat, quia vicit. Si enim Nestorius [2] impiarum disputationum magister libros edidit prædicans subvertenda; quanto magis nos oportet apparere paternæ fidei custodes, quæ sunt subversa [3] omnino auferentes?

Ὁ δὲ ἅγιος καὶ συνεπίσκοπος ἡμῶν ἀδελφὸς ὁ προστάτης τῶν Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας, δεικνύων ὅπως καὶ ὅσον [4] φροντίζων τῆς πίστεως, καταφρονῶν τε τῶν ὕβρεων, ἃς ἐνδόξως κατὰ τὸν ἀπόστολον πέπονθε, μᾶλλον διοικηθῆναι τὰς ἐκκλησίας, ἢ ἑαυτὸν ἐκδικηθῆναι ἐπιθυμεῖ. αὐτίκα δὲ τοῖς ἐν ναυαγίῳ καμνοῦσιν αἰτεῖ ἀνοιχθῆναι λιμένα· ἐκείνου μόνου ἀρκούμενος τῷ θανάτῳ, ὃς δοκῶν εἶναι ἐν ἀπαιδευσίᾳ διδάσκαλος, ἐξεδίκει ἑαυτῷ τὰ τοῦ δεσποτικοῦ φόβου πηδάλια· ἀλλ' ἐπιμένειν τῷ θρόνῳ οὐκ ἠδυνήθη, διδάσκειν οὐκ εἰδώς. μόνος οὖν εἴη ναυαγήσας αὐτὸς, ὃν ἐν τοσαύτῃ ὁμίχλῃ τῶν ἰδίων διδαγμάτων μηδὲν ὁρῶντα, τὸ τῆς ἀσεβείας κῦμα προσέρρηξε τῷ σκοπέλῳ τῆς καθαιρέσεως. ἔσχε μὲν οὖν πάντας χειμὼν εἷς· ἀλλὰ βυθισθέντος τοῦ ταῦτα ἐπινοήσαντος, ὑγιασθῆναι βούλεται τοὺς λοιπούς. ἔστι τοίνυν καὶ ἐν ἡμῖν ἡ αὐτὴ ψῆφος. εὐσεβεῖν γὰρ περὶ τούτους βέλτιον, εἰς Θεὸν ἀσεβεῖν παυσαμένους. ὅθεν δεχθῶσιν οἱ βουλόμενοι εἰς τὴν εὐθεῖαν ἐπανελθεῖν. περὶ ὧν πολυλογεῖν οὐ χρὴ, τούτων τῶν ὀλίγων ἀρκούντων. γινωσκέτωσαν γὰρ ἔσεσθαι φροντίδα περὶ τὰς καταληφθείσας παρ' αὐτῶν ἐκκλησίας, εἰ μὴ αὐτοὶ ἑαυτοῖς βοηθήσουσι, τὰ αὐτὰ ἡμῖν φρονεῖν ἐθελήσαντες.

IV. Sanctus autem & coepiscopus noster frater C antistes Alexandrinorum ecclesiæ, ostendens quomodo & quantam fidei curam gerat, contemnensque contumelias quas gloriose secundum Apostolum passus est [a], magis ordinari ecclesias, quam se vindicari desiderat. Confestim autem in naufragio laborantibus petit aperiri portum: ejus unius contentus morte, qui cum in imperitia doctor esse videretur, vindicavit sibi dominici [5] temonis gubernacula: sed permanere in sede non potuit, qui docere nescivit. Solus igitur ille sit naufragus, quem in tanta caligine propriarum doctrinarum nihil cernentem, impietatis fluctus allisit scopulo depositionis. Habuit quidem omnes una tempestas: verum eo qui ista excogitavit submerso, D sanari vult ceteros. Est itaque & in nobis eadem sententia. Præstat enim pie circa illos agere, qui erga Deum impie se gerere cessaverint. Unde recipiantur qui voluerint ad rectam viam reverti, De quibus multa loqui opus non est, cum hæc pauca sufficiant. Sciant enim [6] ecclesiarum ab ipsis occupatarum curam fore, si non ipsi sibi consuluerint, & ea ipsa quæ nos, sentire voluerint.

a II. Cor. XII. 9.

tum irrepsisse, ac πρεσβευτῶν loco πρεσβυτέρων restituendum esse non infitias ierit, qui animadverterit cum supra num. I. tum nunc orientis episcopos Xysti ordinationi non alio nomine præsentes dici, nisi quod ipsorum legati Hermogenes & Lampetius illi interfuissent. Hi autem legati non presbyteri, sed episcopi erant, Lampetius Casii, & Hermogenes Rhinocurorum, ambo in Augustamnica provincia.

1. Leg. ἐτήρησεν.

2. Apud Coteler. & Baluz. *impiæ scholæ magister*. Nestorium nullius scholæ magistrum extitisse legimus, sed ex Antiochena ecclesia in episcopalem regiæ urbis sedem assumtum, statim adversus nativitatem Christi atque genitricis ejus dignitatem impias disputationes excitare ac fovere cœpisse.

3. Baluz. cum Coteler. *subvertenda*, quasi de re nondum acta ageretur. Præferendam quod & littera græca exigit, *subversa*. Nempe quæ Nestorius prædicaverat, primum Cælestini, tum etiam Ephesini concilii auctoritate subversa sunt.

4. Forte, φροντίζει.

5. Græca littera verbis *dominici timoris* aut *terroris* latine convertenda esset. Cotelerius vero utramque vocem ad Xysti scopum minus aptam judicans, *dominicæ religionis* substituit. Sed obscurum non est interpretem græcum vocabulorum affinitate deceptum, in exemplari latino E *timoris* aut *terroris*, loco *temonis*, legisse. Lectioni nostræ cognata hæc est Cælestini in epistola XXIV. ad Maximianum num. I. *Sume gubernacula notæ tibi navis*.

6. Coteler. latine convertit, *circa ecclesias ab iis derelictas*, licet græce legerit at retinuerit καταληφθείσας, non καταλειφθείσας. Nihil autem caussæ videtur, cur recedamus a græco textu. Neque tamen heic sermonem esse puto de iis, *qui*, ut Cælestinus epist. XXII. num. VIII. loquitur, *subripiendum in ecclesiasticis caussis Christianis principibus crediderunt, & alio rursus ordine ecclesias occuparunt*; sed de iis qui licet legitimo ordine ecclesias suas obtinuerint, hoc honore se se indignos per favorem quem hæresi impendebant, subinde præbuerunt. Quibus interminatur Xystus fore, ut nisi resipiscant, ipsorum ecclesiis, meliores subrogando pastores, prospiciatur. Eodem modo Cælestinus epist. XI. ad Cyrillum num. IV. de Nestorio scribit, ut *nisi hoc fecerit* quod præcipiebat, *mox sanctitas tua illi ecclesiæ* (quam occupabat sive obtinebat) *provisura, a nostro eum corpore modis omnibus sciat esse removendum*.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
434.



Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας Ἰωάννου ταῦτα ὁρίζομεν A ὀφείλειν φυλάττεσθαι, ἅπερ ἔγκειται ταῖς προαπεσταλμέναις ἐπιστολαῖς· ἵνα γνῷ ἐσόμενος εἷς τῶν καθολικῶν, εἰ πάντα παρὰ τῆς συνόδου καθαιρεθέντα καθαιρῶν, ἀποδείξειεν ἑαυτὸν καθολικὸν ἱερέα. κάτεχε οὖν ἰσχυρῶς, τάτε συνοδικὰ, καὶ τὰ παρ' ἡμῶν ὡρισμένα, ἀδελφὲ ἀγαπητότατε. ἀφίησι γὰρ ὁ ἀδελφὸς τὰς ὕβρεις, αἵ τινες αὐτῷ χρησιμεύουσιν ἐνώπιον τοῦ κοινοῦ δεσπότου. ἡ γὰρ τοιαύτη ὕβρις νίκη ἐστίν. ὅθεν ἐπιεικῶς ἤνεγκε πάντων τῶν κέντρων τὰς πληγάς· οὐδὲ ἐκεῖνα αὐτὸν ἐλύπησεν, ἐφ' οἷς νῦν ἥδεται, μεμνημένος ὅτι ἠγωνίσατο διὰ στέφανον. οἶδε γὰρ οἷα μένει νικητήρια τοὺς τοιαῦτα νικῶντας. ἀγαλλιάσθω ἐπὶ τῇ κοινωνίᾳ τοῦ τοιούτου θριάμβου πᾶς ὁ παραγενόμενος, τῇ δὲ ψυχῇ συναινέσας. B

V. De Joanne autem Antiochiæ hæc definimus debere servari, quæ in litteris [1] ante missis præscripta sunt, ut noverit futurum se unum catholicorum, si cuncta per synodum [2] eversa subvertens, ostenderit se ipsum catholicum sacerdotem. Retine fortiter igitur, cum quæ a synodo, tum quæ a nobis definita sunt, frater dilectissime. Remittit enim [3] frater contumelias, quæ ei utiles sunt coram communi Domino. Hujusmodi enim contumelia victoria est. Unde æquo animo tulit omnium aculeorum plagas: neque illa eum contristarunt de quibus nunc lætatur, memor quod certaverit propter coronam. Novit enim qualia maneant præmia eos qui talia vicerunt. Exsultet de triumphi hujusmodi societate [4] omnis qui reversus fuerit, & animo in eamdem sententiam conspirarit.

Ταῦτα δὲ εἰς τὴν τῶν γειτνιώντων ἀδελφῶν γνῶσιν βούλομαι πεμφθῆναι διὰ τῆς σῆς εὐλαβείας, ἵνα μαθῶσι περὶ τοῦ τηλικούτου πράγματος· εἰ καὶ πάλαι πληρέστατα πάντα ὡρίσαντο, μὴ ἀργεῖν ὅμως τὸν ἀποστολικὸν θρόνον. οὐ γὰρ ἐπιτρέπει ἡμᾶς ἠρεμεῖν ἀπὸ τῶν τοιούτων φροντίδων ἡ ὑπὲρ πασῶν τῶν ἐκκλησιῶν μέριμνα.

VI. Hæc vero ad vicinorum fratrum notitiam volo mitti per pietatem tuam, ut discant in re tanta etsi olim cuncta plenissime definita fuerint, non cessare aut segnem esse tamen apostolicam sedem, neque enim permittit nos quietos esse ab ejusmodi curis omnium ecclesiarum solicitudo.

[5] E P I S T O L A II.

Ἐπιστολὴ Ξύστου πάπα πρὸς Κύριλλον.

Xysti III. papæ ad Cyrillum.

Litteras ei mittit testes ordinationis suæ, cui ipsum in legatis interfuisse gavisus est. De Joanne Antiocheno ceterisque Nestorii consortibus quid decretum sit, significat.

Ἥσθην ἐπὶ τοῖς δηλωθεῖσί μοι δι' ἐπιστολῆς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος περὶ τῶν ἁγίων καὶ συνεπισκόπων μου, οὓς ὀλίγη χρῆσις καὶ συντυχία οἷοί τε καὶ ὅσοι εἶεν ἀπέδειξε. καὶ τάχα ἧττον ἂν τοῖς περὶ αὐτῶν γράμμασιν ἐπιστεύσαμεν, εἰ μὴ τὴν παρ' αὐτῶν μαρτυρίαν ἐνίκησεν ἑαυτῇ μαρτυροῦσα ἡ τῶν ἀνδρῶν παρουσία. εἴδομεν ἀληθῶς τοῦ κυρίου ἱερέας· εἴδομεν ἄνδρας μεστοὺς χάριτος πνευματικῆς, ἥτις ἐν πρώτοις παρ' αὐτοῦ δίδοται τοῦ Θεοῦ. ἔτι μὴν αὐτοὺς χαριεστέρους ἡμῖν ἡ τοῦ Θεοῦ περὶ ἡμᾶς κρίσις ἀπέδειξεν. ἔσχε γὰρ αὐτοὺς παρόντας ἡ ἡμετέρα χειροτονία. καὶ ἐν πᾶσι τοῖς ἀποτελοῦσιν ἱερέα κεκοσμημένοι, αὐτὴν ἡμῖν παρουσίαν ἐνέδειξαν τῆς σῆς ἁγιότητος, ἣν οὐκ ἄνευ πολλῆς τῆς ἀξίας, ἀδελφικῇ διαθέσει περιπλεκόμεθα. τοσοῦτον γάρ σοι ὀφείλει ἡ κοσμικὴ ἐκκλησία, ὅσον σοι πάντες εἰσὶν ὑποχείριοι, ὅς γε πανταχοῦ πάντας νενίκηκας. C D

I. Lætatus sum in iis quæ per epistolam a sanctitate tua indicata sunt mihi de sanctis & coepiscopis [6] meis, quos brevis usus & congressio quales quantique essent ostendit. Et forsan minus litteris quas de eis scripsisti, credidissemus, nisi earum testimonium vicisset sibi ipsi attestans hominum præsentia. Vidimus vere Domini sacerdotes: vidimus viros plenos gratia spiritali, quæ in primis ab ipso conceditur Deo. Sed & ipsos gratiores nobis Dei circa nos judicium effecit. Illos enim præsentes habuit nostra ordinatio. Et in cunctis quæ sacerdotem perficiunt ornati, ipsam nobis præsentiam exhibuerunt sanctitatis tuæ, quam non sine multo merito, fraterno affectu complectimur. Tantum enim tibi debet orbis ecclesia, quantum tibi omnes sunt obnoxii, qui utique omnes ubique vicisti.

Ἐπιμένοντος τοίνυν καὶ ὑγιῶς πάντα ὑποβάλλοντος τοῦ υἱοῦ ἡμῶν Θεμίσωνος τοῦ ἀρχιδιακόνου, τὰ πρέποντα δεδώκαμεν γράμματα πρὸς τοὺς ἀδελφοὺς καὶ συνεπισκόπους ἡμῶν, πρὸς οὓς ᾔτησαν οἱ προειρημένοι συνιερεῖς ἡμῶν. ἤρκει μὲν γὰρ κἀκεῖνα, ἃ πρὸ τούτου διά τε τῶν τῆς κατὰ Κωνσταντινούπολιν ἐκκλησίας κληρικῶν, καὶ ὕστερον διὰ τῶν διακόνων τῆς σῆς ἁγιότητος ἔμπλεω πάντων ἀναγκαίων [9] ἀπέστειλα· ἑπόμενος δὲ

II. Insistente igitur, & salubriter cuncta suggerente filio nostro Themisone archidiacono, congruas dedimus litteras [7] ad fratres & coepiscopos nostros, ad quos petierant prædicti consacerdotes nostri. Sufficiebant quidem illæ, quas & antea per ecclesiæ Constantinopolitanæ [8] clericos, & postea per diaconos tuæ sanctitatis plenas omnibus necessariis misi: at nunc [10] obsequens tum exspectationi san-

1. Cælestini videlicet epist. XXII.
2. Sive, ut loquitur Cælestinus in modo laudata epistola XXII. n. VIII. *damnata cum auctoribus sociisque damnans, se profiteatur catholicum sacerdotem*.
3. Cyrillus.
4. Coteler. *omnis assistens & animo consentiens*.
5. Simul cum superiore, quæ episcopis orientis communis erat, hæc privata & peculiaris Cyrillo missa fuit.
6. Hermogene & Lampetio legatis.
7. Hoc est, paria dedimus epistolæ exempla ad eos orientis episcopos, ad quos Lampetius & Hermogenes ea mitti petierant.
8. Per ecclesiæ Constantinopolitanæ clericos, Joannem scilicet presbyterum & Epictetum diaconum, missæ sunt quatuor posteriores Cælestini epistolæ. Nec alias heic intelligere licet, siquidem Xystus hanc statim ab ordinatione sua, antequam ullas mittere potuisset, scripsit. Has E igitur misisse se dicit, quia jubente Cælestino primum illas per ecclesiæ CP. clericos miserit, ac postea Cyrilli diaconis intervenientibus earum exempla eisdem tradiderit. Magis placeret *misimus*, scilicet ex synodo Romana cui Xystus interfuerat.
9. Forte, ἀπεστάλκαμεν.
10. Græcum Cotelerius ita reddidit, *Sequens vero nunc tum patientiam sanctitatis tuæ, tum consuetudinem nostram, non dereliqui*, &c. haud satis ad mentem Xysti, docentis eum esse Romanorum morem, ut propriis litteris eos a quibus fuerint salutati, resalutent, neque dubitare se quin, si huic officio deesset, Cyrilli exspectationem deciperet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.

τὸ νῦν τῇ τε ὑπομονῇ τῆς σῆς ἀδελφότητος καὶ τῷ A ἡμετέρῳ ἔθει, οὐ παρέλειψα τὰ ὑγιῶς μοι ὑποβληθέντα· χάριν ὁμολογῶν, καὶ ἐν εὐεργεσίαις τιθέμενος τοῦτο, ὃ πέπεισμαί μοι οὐρανόθεν δεδωρῆσθαι, ἵνα περί τε τῆς ἐμῆς χειροτονίας καὶ τῆς πίστεως, τὰ αὐτὰ πρὸς τὴν σὴν ὁμόνοιαν μίξωμεν ῥήματα.

A ctitatis tuæ, tum nostræ consuetudini, quæ mihi salubriter suggesta sunt, agere non omisi: gratiam habens, & in beneficiis ducens hoc, quod persuasum habeo mihi cælitus donatum fuisse, ut de mea ordinatione ac fide, eadem ad unanimitatem tuam conferamus verba.

Περὶ δὲ τοῦ Ἀντιοχείας καὶ τῶν λοιπῶν, οἵτινες μετ' αὐτοῦ ἀκόλουθοι γενέσθαι Νεστορίου ἠθέλησαν, καὶ περὶ πάντων δὲ τῶν παρὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἐπιστήμην ἐκκλησίας διοικούντων, κατειληφότες, τοῦτο ὡρίσαμεν φυλακτέον, ἵνα εἰ ἀνανήψειαν, καὶ μετὰ τοῦ ἰδίου ἡγεμόνος ἀθετήσειαν ἅπαντα ἅπερ ἡ ἁγία σύνοδος ἡμῶν ἐπιβεβαιούντων ἠθέτησεν, ἐπανέλθοιεν εἰς τὸ τῶν ἱερέων συνέδριον. B ὥσπερ γὰρ ἐπιμένοντες τοῖς προτέροις οὐκ ἠδυνήθησαν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ εἶναι κοινωνίᾳ, οὕτως βουλόμεθα αὐτοὺς διὰ τὴν ἑνότητα καὶ εἰρήνην τῶν ἐκκλησιῶν, ἀπολογουμένους ὡς εἰρήκαμεν, ὑποδέχεσθαι. αὐτοὶ δὲ καθ' ἑαυτῶν εὑρεθήσονται τὴν ἴσην ἀπόφασιν ἐξενεγκάμενοι, εἰ ἔξω μένοντες δείξειαν ἑαυτοὺς πρὸς τὸν καταβληθέντα καὶ ἐξωθησθέντα τοσαύτης ἀσεβείας κοινωνοὺς καὶ μετόχους.

III. De Antiocheno autem & reliquis qui cum eo sectatores Nestorii fieri voluerunt, & de cunctis qui præter ecclesiasticam disciplinam ecclesias instituunt, [1] jam antea hoc definivimus custodiendum: ut si resipuerint, & cum suo duce rejecerint omnia quæcumque sancta synodus nobis confirmantibus rejecit, redeant in sacerdotum consessum. B Sicut enim persistentes prioribus non potuerunt in nostra esse communione, sic volumus eos propter unitatem ac pacem ecclesiarum, satisfacientes ut diximus, suscipi. Ipsi vero in se ipsos invenientur æquam sententiam protulisse, si extra manentes, cum eo [2] qui dejectus & expulsus est, tantæ impietatis se se ostenderint socios atque participes.

[3] EPISTOLA III.

Ἐπιστολὴ Ἰωάννου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας καὶ τῶν λοιπῶν σὺν αὐτῷ πρὸς Ξύστον ἐπίσκοπον Ῥώμης, καὶ πρὸς Κύριλλον ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας, καὶ Μαξιμιανὸν ἐπίσκοπον Κωνσταντινουπόλεως.

C Joannis Antiocheni episcopi ceterorumque qui cum illo erant, ad Xystum episcopum Romanum, Cyrillum Alexandrinum & Maximianum Constantinopolitanum.

Probare se declarant depositionis sententiam a sancta synodo adversus Nestorium prolatam, nec non blasphemas ejus doctrinas anathematizare, & assentiri Maximiani ordinationi.

Τοῖς ὁσιωτάτοις καὶ θεοφιλεστάτοις ἀδελφοῖς καὶ συλλειτουργοῖς Ξύστῳ, Κυρίλλῳ καὶ Μαξιμιανῷ Ἰωάννης καὶ οἱ λοιποὶ πάντες οἱ σὺν ἐμοὶ ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Sanctissimis Deoque dilectissimis fratribus & consacerdotibus XYSTO, CYRILLO & MAXIMIANO, JOANNES & reliqui omnes qui mecum sunt, in Domino salutem.

ΚΑὶ σπουδὴ καὶ σκοπὸς πᾶσι τοῖς ἱερᾶσθαι λαχοῦσι, καὶ τὴν θείαν τῆς ἐπισκοπῆς λειτουργίαν πεπιστευμένοις παρὰ τοῦ πάντων ἡμῶν σωτῆρος Χριστοῦ τὸ ἐν ὀρθῇ πίστει διαπρέπειν, οὕτω τε διδάσκειν τοὺς ὑπὸ χεῖρα λαούς. D οὕτω τοίνυν ἔχοντος τοῦ πράγματος κατὰ τὸ παρῳχηκὸς ἔτος ἐκ θεσπίσματος τῶν εὐσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων, ἁγία σύνοδος θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων συνήχθη κατὰ τὴν Ἐφεσίων μητρόπολιν, τῆς κατὰ Νεστόριον ὑποθέσεως χάριν· οἳ καὶ συνεδριάσαντες ἅμα τοῖς ἀποσταλεῖσιν ἐκδίκοις παρὰ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Κελεστίνου, τοῦ γενομένου ἐπισκόπου τῆς ἁγίας Ῥωμαίων ἐκκλησίας, ψήφῳ καθαιρέσεως ὑποβεβλήκασι τὸν μνημονευθέντα Νεστόριον, ὡς βεβήλῳ διδασκαλίᾳ χρώμενον, καὶ σκανδαλίσαντα πολλούς, καὶ οὐκ ὀρθοποδήσαντα περὶ τὴν πίστιν. συνδεδραμηκότες δὲ καὶ ἡμεῖς, εἶτα τοῦτο γεγονὸς εὑρόντες, λελυπήμεθα. E ταύτης ἕνεκα τῆς αἰτίας, διαφορᾶς μεταξὺ γενομένης ἡμῶν τε καὶ τῆς ἁγίας συνόδου, καὶ πολλῶν μεταξὺ πεπραγμένων τε καὶ εἰρημένων, εἰς τὰς ἑαυτῶν ἐκκλησίας τε καὶ πόλεις ὑπεστρέψαμεν, οὐ συνενεχθέντες

I. Omnibus qui sacerdotium sortiti sunt, & quibus divinum episcopatus ministerium a Salvatore omnium nostrum Christo creditum est, D studium & scopus is esse debet, ut in recta fide excellant, eamque populos sibi subditos doceant. Cum itaque res ita habeat, anno [4] elapso, ex religiosissimorum Christique amantium imperatorum decreto, doctrinæ Nestorii gratia, in Ephesiorum metropoli convenit sancta synodus Deo dilectissimorum episcoporum: qui cum [5] legatis a beatæ memoriæ Cælestino Romanæ urbis quondam episcopo missis facto consessu, dicta depositionis sententia, ejecerunt memoratum Nestorium, ut qui profana uteretur doctrina, & multis scandalo esset, ac non recte circa fidem ambularet. Cum vero & nos eo properassemus, rem invenientes confectam, ægre tulimus. Hac de caussa cum in- E ter nos & sanctam synodum controversia intercessisset, ac multa ultro citroque dicta & facta essent, ad nostras ecclesias ac civitates reversi sumus: neque per id tempus eatenus consensimus

1. Seu ad litteram, *occupavimus hoc definire custodiendum*. Quippe verbum græcum κατειληφότες non heic, ut Cotelerius latine convertit, *accipientes* sed *occupantes & anteveniente*s sonat. Hoc autem occupatum est a Cælestino & synodo ipsius in epistola XXII. n. VIII. quam apertius in epistola superiori num. V. Xystus indicat his verbis: *De Joanne autem Antiocheno hoc definivimus debere servari, quæ in litteris ante missis præscripta sunt.* 2. Nestorio.

3. Circa initium anni 433.

4. Anno 431. Junii 22. die primum convenit Ephesina synodus. Ex quo sequitur, ut si elapsus annus heic memoratus intelligendus sit proximus, hæc epistola ad annum 432. pertineat.

5. Seu ad litteram græcam, *defensoribus*. Qui a Cælestino ad Ephesinam synodum missi sunt, in græcis ipsius concilii actis nusquam ἔκδικοι, sed voce latina Græcis accommodata λέγατοι appellantur. Quamquam cum missi sint ut sententiam a Cælestino adversus Nestorium prolatam defenderent ac vindicarent, ἔκδικοι non male vocantur.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
434.

τὸ τἰωικαῦτα τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ δι᾽ ὑπογραφῆς εἰς τἰωὶ ἐξενεχθεῖσαν κατὰ Νεϛορίȣ καθαιρέσεως ψῆφον.

Διῃρημένων πρὸς διχόνοιαν τῶν ἐκκλησιῶν, ἐπειδὴ τούτȣ μάλιστα πάντας φροντίσαι ἐχρῆν, ὅπως συναφθεῖεν, ἐκ μέσου γενομένης διχονοίας ἁπάσης, καὶ τῶν θεοσεβεστάτων καὶ φιλοχρίστων βασιλέων αὐτὸ δὴ τοῦτο γενέσθαι θεσπισάντων, καὶ εἰς τοῦτο πεπομφότων τὸν θαυμάσιον τριβȣ̃νον καὶ νοτάριον Ἀριστόλαον, συνήρεσεν εἰς ἀναίρεσιν πάσης φιλονεικίας, καὶ ὑπὲρ τȣ̃ τὴν εἰρήνην βραβευθῆναι ταῖς ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡμᾶς αὐτοὺς συνθέσθαι τῇδε ψήφῳ τῆς ἁγίας συνόδου, τῇ ἐξενεχθείσῃ κατὰ Νεστορίου, ἔχειν τε αὐτὸν καθῃρημένον, καὶ ἀναθεματίσαι τὰς δυσφήμους αὐτοῦ διδασκαλίας, B διὰ τὸ τὰς παρ᾽ ἡμῖν ἐκκλησίας τὴν ὀρθὴν ἀεὶ καὶ ἀβέβηλον ἐσχηκέναι πίστιν, καθὰ καὶ ἡ ὑμετέρα ὁσιότης, καὶ ταύτην ἀεὶ φυλάττειν καὶ παραδιδόναι τοῖς λαοῖς. συναινοῦμεν δὲ καὶ τῇ χειροτονίᾳ τοῦ ὁσιωτάτου καὶ θεοσεβεστάτȣ τῆς Κωνσταντινȣπολιτῶν ἁγίας ἐκκλησίας ἐπισκόπου Μαξιμιανοῦ, καὶ κοινωνικοὶ πᾶσίν ἐσμεν τοῖς κατὰ τὴν οἰκȣμένην θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις, ὅσοι τὴν ὀρθόδοξον καὶ ἀμώμητον ἔχȣσί τε καὶ τηρȣ̃σι πίστιν.

A sanctæ synodo, ut prolatæ adversus Nestorium depositionis sententiæ subscriberemus.

II. Cum ecclesiæ in graves discordias incidissent, quando omnes id maxime curare oportebat, quomodo, omni animorum dissensione sublata, ad concordiam adducerentur, atque ut hoc fieret, religiosissimi ac Deo amantissimi reges [1] præcepissent, ejusque rei gratia spectabilem tribunum & notarium Aristolaum misissent; nos ipsi quoque, ut omnis e medio tolleretur contentio, atque ecclesiis Dei pax redderetur, decrevimus sanctæ synodi sententiæ adversus Nestorium prolatæ assentire, ipsumque habere pro deposito, & B blasphemas ejus doctrinas anathematizare: eo quod nostræ ecclesiæ, perinde ac vestra sanctitas, rectam semper & sinceram [2] habuerint fidem, eamque semper servaverint ac populis tradiderint. Assentimur etiam ordinationi Maximiani sanctissimi & religiosissimi sanctæ ecclesiæ Constantinopolitanæ episcopi, & cum omnibus totius orbis religiosissimis episcopis, quicumque fidem orthodoxam & immaculatam habent ac servant, communicamus.

[3] EPISTOLA IV.

Deo amicissimi [4] Eutherii Tyanensis episcopi & Helladii Tarsensis, scripta ad magni nominis Romæ episcopum [5] Xystum.

De Joannis Antiocheni mutatione attoniti, plurium provinciarum nomine Xystum rogant, ut orbi succurrere non differat, cum in ea parte quæ errat, tum in ea quæ tyrannidem sustinet.

I. MUltam providentiam humani generis per singula tempora faciens Dominus Christus, alio tempore alia luminaria præparavit ad eorum C ducatum qui bonæ sint voluntatis, [6] convictionemque contrariorum, & mendacii quidem destructionem, veritatis autem confirmationem. Sicut

1. Ea scilicet Sacra, quæ III. part. concil. Ephes. cap. XXIV. habetur, quamque excipiunt aliæ duæ, (una nimirum ad Simeonem, & ad Acacium Berœensem altera,) quibus Theodosius eorum preces & operam rogat, ut Joannes ac socii ad concordiam revocentur.

2. Quam vere hoc afferat Joannes, dubitare nos non sinunt ipsius ad Nestorium litteræ ante concilium Ephesinum scriptæ, quibus eum vehementer cohortatur, ut emendare non pudeat quod inconsulto protulisset, nec sacram virginem appellare detrectet *Deiparam*, *cum hoc nomen nullus umquam ecclesiasticorum doctorum repudiarit*. Exstant hæ litteræ I. part. concil. Ephes. cap. XXV.

3. Ex iis est epistolis, quas e Casinensi codice eruit Christianus Lupus, ac subinde Stephanus Baluzius nov. coll. sub *Synodici* titulo cap. CXVII. edidit. Nomine plurimorum episcoporum *ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia & Thracia*, uti num. 12. declaratur, per clericos & monachos missa est. Prius autem, quam ad Xystum perferretur, illam Helladius & Eutherius, ut altera Eutherii epistola in eodem Synodico cap. CXVI. relata nos docet, Alexandro Hierapoleos & Theodoreto Cyri episcopis, quo ab eis probaretur, mitti curaverunt, simul rogantes ut & suas ei litteras adjungerent. Festinandum vero putabant, ne Romanus antistes Joannis litteris anteoccuparetur. Huic igitur epistolæ occasionem præbuit Joannis mutatio, de qua prospiciebant fore, ut ipse Joannes Xystum quam primum certiorem faceret, quod re ipsa superioribus litteris præstitit. Quocirca his Joannis litteris istam Eutherii & Helladii epistolam haud multo posteriorem esse manifestum est. Heic notatu digna videtur ea in tota Nestorii caussa partium festinatio, qua Nestorius ipse, Cyrillus, Joannes ac socii, Eutherius ac reliqui episcopi cum iis consentientes, hoc est, hæretici, catholici, schismatici seu a schismate discedentes, seu in eodem pertinaces, apostolicæ sedis præsulem antevenire ac sibi conciliare contenderunt. Simile quidpiam in Joannis Chrysostomi caussa contigisse ex iis quæ in Notitia epistolarum non exstantium Innocentii collegimus, probatur.

4. Apud Cyrillum, ut ipse in epistola ad Donatum scribit, Paullus Emisenus pacis sequester in gratiam Eutherii, Helladii, Himerii & Dorothei vehementer institerat, ut ea quæ contra ipsos decreta erant, abrogarentur; contendens pacem ecclesiarum perfici aliter non posse: sed cum respondisset Cyrillus, rem eum conari quæ fieri non posset, proposito destitit, nec in pactis pacis conditionibus ulla eorum facta est mentio. Hos metropolitanos, uti jam observavimus, a synodo quæ Maximianum episcopum Constantinopolitanum ordinavit, depositos fuisse Garnerius notis in Mar. Mercatorem pag. 357. asserit, immo & probabile putat alios eorum loco fuisse suffectos. In Synodico tamen apud Christianum Lupum & apud D Baluzium cap. XLVIII. legitur *epistola Joannis Antiocheni episcopi ad Helladium Tarsi episcopum, quando* (idem Helladius) *allata sibi* MAXIMIANI SYNODICA (de ordinatione ipsius,) *noluit ejus nomen in diptycha recipere*. Tum cap. XLIX. sequitur altera ejusdem Joannis epistola *ad clerum & populum Tarsensis ecclesiæ, quando personuerat quod imperator jussisset ut inde pelleretur Helladius, eo quod minime suscepisset* MAXIMIANI *episcopi* (Constantinop.) SYNODICAM. Quod argumento est, saltem Helladium nequaquam a synodo quæ Maximianum ordinavit, sed aliquanto postea, cum hujus præsulis ordinationem suscipere noluisset, fuisse depositum; aut certe hanc ob caussam sententiæ ab Ephesina synodo adversus hæreticos latæ obnoxium fuisse judicatum, adeoque dignum qui a sede sua imperatoris jussu pelleretur. Heic obiter notandus ecclesiæ mos antiquus, quo recens instituti episcopi nomen, Synodicis ejus susceptis, in communionis indicium diptychis inscribi solebat. E Hoc pacto Bassianus Ephesi episcopus in Calchedonensi concilio act. XI. pag. 693. cum Proclo communicasse se approbavit, testantibus ecclesiæ CP. clericis, quod *re vera suscepit eum, & communicavit ei beatæ memoriæ Proclus, & fecit Synodicas litteras, & in diptychis eum posuit*.

5. In Synodico *Systum*.

6. Hoc est, ad eos revincendos qui hominibus bonæ voluntatis adversantur.

etiam sub illo [1] amaro Pharaone beatum Moysen [a] A contra Jamnes & Mambre, & sicut per Simonem magum Petrum bene vincentem; sic & contra eos qui nunc insurrexerunt, inimicos tuam protulit sanctitatem, per quam bonæ spei sumus & nos, quod orbis terrarum ab Ægyptio [2] liberetur errore; qui Moyses novus exsistens, omnem quidem Ægyptium hæreticum percuties, salvabis vero omnem Israelitam orthodoxum. Igitur contra veritatem multis millibus gestis & mundissima orthodoxiæ [3] margarita multas excipiente inimicitias, & quantas nulla umquam tradit historia, ab his qui harum vocum novitatem contra paternam fidem apostolicam [4] repererunt; nostrum quidem est, qui triplices multiplicesque patimur tempestates, & pæne in B pyratas incidimus, ad eum clamare qui a Deo productus est gubernator, eumque pro amore veritatis quanta possibile est edocere: tuæ autem gratiæ sapientiæque est non despicere neque otiose transcurrere hujusmodi quæstionem tantamque caussam, sed & perscrutari cum dilectione boni laboris, & imponere emendationem cum tota constantia & Deo dilecta fiducia.

II. Et olim siquidem sæpius jam, ex Alexandria hujusmodi hæreticis zizaniis insurgentibus suffecit vestra apostolica sedes per universum tempus illud ad mendacium convincendum, impietatemque reprimendam, & corrigenda quæ necessarium fuit, C muniendumque orbem terrarum ad gloriam Christi, tam sub illo ter beato & inter sanctos habendo episcopo [5] Damaso, quam sub pluribus aliis gloriosis atque admirabilibus. Cujus rei gratia & nos præsumimus has supplicationes offerre: ut adjuvetis orbem terrarum, & in illa parte quæ errat, & in illa quæ tyrannidem sustinet, quæque ad hoc impugnatur, ut iis quæ non conveniunt assensum præbeat, eo quod nec velit nec expedire judicet, ut Ægyptiorum capitulorum varias vocum novitates excipiat.

III. Scribens enim Cyrillus Alexandrinus blasphemam vocum novitatem per bis sena capitula uni- D versæ divinitus inspiratæ scripturæ contrariam, & anathematizantem legitimas & antiquas sanctorum patrum traditiones, & maxime illorum qui excelsa quidem Christi divinitati adscribunt, humilia vero humanitati ejusdem, nusquam unitione ejus intercidenda; proposuit ei qui tunc sanctam sedem regebat magni nominis urbis [6], qui fuit a principio probatus & notus circa fidem, circa vitam, circa doctrinam Verbi & circa universa, Nestorio, ut aut consentiret capitulis ejus, atque subscriberet ea, & permaneret episcopus, aut certe periclitaretur in gradu, & a sancta ecclesia pelleretur. Ille autem, propositioni nequam Dei timore prælato, eligit potius multis millibus periculis sibi injuste inferendis tradere semet ipsum, quam dolis hæreticis præbere consensum, & confirmare totius orbis errorem.

IV. Ad hæc synodus convenit in Epheso, & in nullo correptus, neque rationem reddere expetitus, antequam convenirent qui [7] sustinebantur universi, exactus est ultionem, dum illorum capitulorum blasphemiæ obviaverit, & omni credulitate ei quæ dicitur damnationi & aliis aliquibus subjectus est; dum certe Cyrillus auctoritatem judicis non haberet, sed ejus qui judicandus est ordinem, eo quod contra invicem moverint quæstiones. Et erat præsidens reus, & * sententiat princeps, qui [8] sustinebatur multis sententiis supponendus.

V. His gestis, aliis quidem cuncta quæ acta sunt, lacrymis digna, aliis vero ridicula videbantur; ita ut & ille qui Antiochenam tenebat ecclesiam Dei, post hæc veniens, Cyrillum quidem & Memnonem damnationi subjiceret communi [9] decreto Deo amicissimorum sanctissimorumque episcoporum usque ad viginti duorum metropolitanorum, ceterorumque qui pariter aderant, qui illos hæreseos ac seditionis principes judicarunt & ecclesiasticarum [10] æmulos sanctionum: ceteros vero qui eis ad omnia incongrua complices exstiterant, alienos a communione fecerunt. Sed illi egregii contra veritatem simul & regulas sibimet ipsis indulgentiam relaxantes, terribilium mysteriorum communionem irreverenter sibi continuo præsumserunt; alios vero communicare sibi periculose fecerunt: ita ut omnes divinæ regulæ [11] decreto sub-

a II. Tim. III. 8.

1. Lupus *amore* in archetypo offendisse se præmonens, in textu *majore* exhibet, quasi heic Pharaoni comparatus Cyrillus *Pharao minor* dicendus innuatur. Sed neque in hac conjectura stans, forte *Achori*, quo nomine Pharaonem Hebræorum persecutorem secundum quosdam appellatum ait, pro *amore* substituendum opinatur. Ipsam archetypi lectionem Baluzius, etiamsi omni sensu destitutam fateatur, revocavit. Simplicior ac nulli errori obnoxia est nostra.

2. Scil. *Cyrillo*. 3. Id est, *Nestorio*.

4. Apud Lupum, *pepererunt*. Cyrilli XII. anathematismi heic taxantur.

5. Cum nuncupare Julium potuissent, qui Athanasii ad se confugientis caussam, donec sedi suæ restitueretur, propugnare non destitit; Damasum in medium proferre maluerunt, ut qui Apolinarii damnarit hæresim, quam a Cyrillo instauratam volebant. Quocirca Theodoretus V. lib. Hist. cap. III. Meletium Apolinario qui cum Damaso communicare se jactitabat, dixisse testatur: *Miror te, o amice, tam impudenter repugnare veritati, idque cum probe scias Damasum asserere perfectum hominem a Deo assumtum, te contrarium affirmare non cessare .... Quod si falsa sunt quæ dicimus, nunc saltem renuntia novitati, & Damasi doctrinam amplectere*. Tum his addit Theodoretus, *Ex hac* (Apolinarii) *radice pullulavit in ecclesiis opinio illa, unam esse naturam carnis & deitatis, & illa quæ unigeniti divinitati passionem attribuit*. Quibus verbis notare forte voluit Cyrillum, cui quia epist. I. ad Successum id excidit, ut *unam Dei Verbi naturam incarnatam* diceret, hujusmodi opinionem Theodoretus ac socii falso affingebant. Unde Damasum non modo, ut Lupus interpretatur, propter Lucium Arianum episcopum, aut Maximum Cynicum ab eo damnatos, sed etiam maxime propter Apolinarii errores ab eodem epist. V. ad Paullinum proscriptos, heic commemoratum intelligere est.

6. Constantinopolitanæ.

7. Græcum verbum latino *exspectabantur*, aptius redditum esset. De Joanne Antiocheno & aliis qui cum eo erant, hoc dictum esse facile quisque videt. Sed antea E Nestorius falso negatur *rationem reddere expetitus*.

8. Rursum heic præferendum fuisset *exspectabatur*, hoc est, de quo exspectabamus fore ut multiplici sententiæ subjiciendus esset ut reus, is ipse sententiam dicit ut judex.

9. Decretum hoc cum XLIII. episcoporum subscriptionibus exstat in Ephesino conciliabulo. Lab. tom. III. pag. 598. Mox forte legendum, *atque viginti duorum*.

10. Hoc est *adversarios*. Eosdem in decreto modo citato sic compellant: *Tu Cyrille Alexandrine, & tu Memnon hujus civitatis episcope, scitote vos depositos .... ut qui in caussa fuistis, ut patrum canones conculcarentur, & imperatorum decreta contemnerentur*. Ubi observare est, id quod illic *patrum canones*, heic *ecclesiasticas constitutiones* vocari. Ipse etiam Joannes in procemio sententiæ adversus Cyrillum & Memnonem prolatæ locutionibus iisdem promiscue utitur.

11. Antiocheni videlicet concilii, cujus canone IV. constituitur: *Si quis episcopus a synodo fuerit depositus .... &*

* *Sententiat*] Forte, *sententiabat*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.



jaceant, quæ eos qui ita regunt omnino perdamnat.

VI. Hæc addiſcens Deo amiciſſimus & bonus victor princeps, continuo definivit [1] vacare quæ ſic inordinate inconſequenterque ſunt geſta contra eum, qui in nullo convictus eſt, abrupte vero & furioſe addictus: denuo autem de dogmate cum veritatis amore fieri quæſtionem per interrogationem & reſponſionem & demonſtrationem, quæ omnibus ſuaderet, non quæ auctoritate tyrannica imperaret.

VII. Illi vero ad ſolutionem canonum id quoque adjecerunt, ut nec his piis litteris obedirent. Et nihil de fide dicere vel audire acquieſcentes ulterius, ad ſolam ſe univerſi pertinaciam contulerunt. Ad conſenſum cœperunt habere iniqui judicii, alios quidem fraude, alios violentia, alios præmiis.

VIII. Conſtupentes ſuper his nos, per multum tempus rogabamus, obteſtabamur, cum omni fiducia provocabamus, ut nihil irrationabiliter fieret aut teneretur; ſed de quæſtione quidem dogmatum & de Cyrilli capitulis communis proponeretur tractatus atque concilium; & quod omnibus placuiſſet, una ſententia firmaretur: de eo [2] vero qui tyrannidem ſic aperte pertulerat, judicium verax fieret atque legitimum; ut convictus quidem de corruptione veritatis, adjudicationem conſone ſuſtineret ab omnibus; ſi vero ex toto innoxius probaretur, in ſcripto abdicaret illa nobiſcum quæcumque incongrua [3] quidam vel ejus perſonæ vel ex aliorum nomine ex ſuſpicione aut accuſatione jactaverant.

IX. Sed iſta quidem diſplicebant iis qui ex ſo- A la auctoritate devincere, non autem vel ſuadere vel ſuaderi volebant. Præcipiebant vero univerſis, ut abrupte anathematizarent & damnationi ſubſcriberent. Quicumque autem ſe integriori deliberationi ſervaſſet, damnabatur, [4] ordinabatur ab eis, ſubjiciebatur calumniis, malæ doctrinæ vocabatur. Ordinabantur pro talibus alteri: quia conſentire nolebant [5] laudare quidem damnatione digna capitula, damnare vero eum, qui quantum nos conſcii ſumus, nihil aliud dixit, niſi ea quæ a ſanctis prophetis & evangeliſtis & apoſtolis per Spiritum ſanctum manifeſte ſunt tradita.

X. Volebant enim & Apoſtolos criminari, dum B ſupervacue adjudicant illum, qui ea quæ ipſorum ſunt prædicabat. Talem namque & eorum quæ dicuntur geſtorum fecerunt actionem, ut inconſona & incerta adverſus illum virum proferrent, & plerumque irreprehenſibilia reprehenderent: *Cur*, inquiunt, *Neſtorius dixit, quod paſſio non deitatem, ſed humanitatem Chriſti* [6] *attigerit*? interdum vero falſa ſcriberent, ponendo quod ab ipſo dicta fuiſſent verba, quæ nec quicumque infidelium, immo nec agreſtium dæmonum, dicere præſumſiſſet, id eſt *quod Chriſtus eſſet* [7] *Chriſtus Domini, ſicut Saul, ſicut David, ſicut infidelis Cyrus*. In quibus facile eſt convincere volenti calumniam.

C XI. Ea vero quæ de Antiocheno Joanne ſunt geſta, ſi eſſet poſſibile, tacere velimus. Sic irrationabilis apud nos ejus mutabilitas facta eſt & manifeſta tranſgreſſio, & proditio veritatis, quæ ex improviſo completa eſt ſive peracta. Ille enim, quia antequam veniremus ad Epheſum, hæreticam reperit capitulorum fraudem, plurimis per litteras [8] indicavit: per primam Cappadociam ſecundamque, & per diverſos locos, ut ab eis ſe obſerva-

præſumſerit ſacerdotii ſeu ſacri miniſterii aliquam actionem, non ei amplius liceat neque in alia ſynodo ſpem reſtitutionis habere . . . ſed & communicantes ei abj.ci ab eccleſia. Quapropter infra reſtituimus *perdamnat*, ubi obtinebat *perdamnant*. Clarius legeretur, *ut omnes ſubjaceant decreto divinæ regulæ, quæ*. Sed hunc canonem in ipſos, qui illum objiciunt, facile retorquere licet; ſiquidem communione Neſtorii non abſiſtebant, quem Cæleſtini ejuſque concilii ſententia, a tot Epheſinæ ſynodi patribus confirmata, depoſitum noverant. Eodem decreto Joannis Chryſoſtomi adverſarios abuſos eſſe, obſervavimus.

1. Inter acta Epheſini conciliabuli pag. 703. hæc Theodoſii ſanctio habetur.

2. Neſtorio.

3. Negare non audent, *incongrua & ſcripto abdicanda* eſſe ea, quorum cauſſa Neſtorius damnatus eſt.

4. Orationis ſeries poſtulat *abdicabatur* ſeu *deponebatur ab eis*, aut quid ſimile.

5. Clarius hoc ita efferretur, *quia cum illis in eo conſentire nolebant, ut laudarent quidem damnatione digna capitula, damnarent vero*. Quod autem proxime legimus, *Ordinabantur pro talibus alteri*, maxime dictum eſt propter Neſtorium, cujus loco ordinatus eſt Maximianus. An ſimiliter alii aliorum locis ſuffecti ſint, ignoramus. Tantum plures e ſedibus ſuis pulſos eſſe num. 11. & 12. perſpicue docemur.

6. In eo non erat reprehenſione dignus, quod duas Chriſti naturas diſtinguens, paſſionem humanitati, non deitati, attribuebat; ſed quod perſonæ unitatem non admittens, Deum paſſum negabat, uti negabat natum. Quapropter & *Deiparæ* nomen Mariæ nolebat adſcribi: hoc tantum exigebatur ab eo, ut propter unitas in una Verbi perſona naturas Deum paſſum eſſe fateretur.

7. Lupus, qui legit *Chriſti Dominus*, recte a Baluzio emendatus eſt; nuſquam enim vel Saul, vel David, vel Cyrus, aut quivis alius *Chriſti Dominus* dictus eſt aut dici queat. Quod autem Helladius & Eutherius a Neſtorio dictum negant, hoc ab illo dictum eſſe in concilio Epheſino act. I. pag. 524. ex ejuſdem quaternione XXVII. probatum eſt. Ipſe quoque Neſtorius apud Baluzium Synodici cap. VI. pag. 693. iſtud dixiſſe ſe fatetur, *Sicut dicitur Chriſtus Saul & Chriſtus David, & rurſus Chriſtus Cyrus, & deinde Babylonius, dum certe David circa pietatem non fuerint ſimiles; ſic vocamus quidem Chriſtum vel filium etiam Dominatorem: verumtamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis*. De hoc uno cum iis qui hæc verba ſua proferebant, expoſtulat, quod exceptionem iſtam, D *verumtamen communio nominum æqualitatem non facit dignitatis*, ſuppreſſiſſent. Sed & in hoc adjuncto fraus merito metuenda erat, recordantibus olim Valentem & Urſacium in Ariminenſi concilio conclamaſſe, *Si quis dixerit Filium Dei creaturam eſſe, ſicut ſunt cetera creatura, anathema ſit*; & cum his verbis Filium creaturam ſincere negaſſe exiſtimarentur, poſtea palam, teſte Hieronymo Dial. contra Lucifer. jactitare cœpiſſe, *ſe Filium non creaturam negaſſe, ſed ſimilem ceteris creaturis*. Quippe fraudi longe magis patebat Neſtorii exceptio, quam prædicta verba Urſacii & Valentis.

8. Capitula illa, ante quam Cyrillus eorum interpretationem ediḍiſſet, Joannes vehementer improbabat: & in epiſtola quidem ad Firmum Cæſareæ epiſcopum apud Baluzium Synod. cap. IV. pag. 691. nec Cyrilli ea credere ſe ſcribit: *Conſonant enim*, inquit, *magis vero ſunt eadem his propter quæ Apolinarius a Chriſti eſt diſruptus eccleſia*. In Epheſino autem conciliabulo pag. 595. & alibi ea E conceptis verbis *hæretica* appellat. Unde Synodici cap. XXXII. pag. 731. imperatorem per tremendum Dei judicium conteſtatur, jubeat ut *hæretica illa capitula quæ ſuperintroducta ſunt fidei, expellantur, quia ſunt omnimode a rectis dogmatibus aliena & hæreticis veſaniis conſona*. Sibi enim perſuaſerat, ut in laudata ad Firmum epiſtola loquitur, capitulis illis id intendi, ut *corpus quod Deus Verbum de ſancta virgine aſſumſit, ejuſdem cujus divinitas, eſſe naturæ* credatur. At eorum explicationem a Cyrillo ſubinde vulgatam ne Theodoretus quidem, etiam ante quam a ſchiſmaticorum ſocietate diſcederet, rectæ fidei conſentaneam negavit. Ita multæ ſopiri poſſent diſputationes, ſi recta ſentiens, ſed perverſe intellectus, apertiorem verborum ſuorum explicationem edere non dedignaretur; & qui eum antea prave ſentire ſuſpicati erant, ubi tandem catholicam ſubjecit verborum ſuorum eaplicationem, hanc laudare & ſuſcipere non renuerent ut orthodoxam. Hoc agendi modo Cyrillus ac Joannes primum, ac paullo ſerius Theodoretus & alii ad pacem & unitatem adducti



rent, admonuit, quasi Eunomio & Ario & Apolinario consonarent; [1] & qui acute ac fervide in Cyrilli damnationem prosilivit, & ad hoc omnes hortatus est. Quippe adiit & ipsam regiam civitatem, ut huic impietati resisteret: & idem nobis scripsit [2] adhuc Ephesi constitutis, prius quidem dicens, *Quia illum*, id est Nestorium, *dimissum cognoscentes ab Epheso, valde doluerunt animæ nostræ; eo quod illa quæ sine judicio & inique sunt gesta, videantur interim roborari*: deinde, *Quia etsi illa blasphema capitula Cyrillus abjecerit, eum ne tunc quidem suscipere per sacramenta promisimus; eo quod princeps ipse sit factus iniquæ hæresis*. Unde [3] alterum cor accipiens ignoramus, omnibus motibus suis est adversatus, & Cyrilli communicator effectus non repellentis quæ male conscripserat, qui eum numquam suscepturum se, vel si ea refutasset in scripto, juraverat: & solus vinculum solvit, quod cum [4] tantis Cyrillo & Memnoni noxiis consequenter intulerat. Et nullam securitatem his qui pro pietate fuerant offensi [5] procurans, ipse quidem reconciliatus est ei quem pridem sic amare notaverat; permisit vero ecclesias perturbari, & præsules quosdam quidem manere depulsos, alios autem adhuc multipliciter exturbari. Sed etiam litteras mirabiles fecit, in quibus ait damnatum se habere Nestorium, & anathematizare quidquid impie dixit aut sapuit. Sic & accusatione & demonstratione defecit, ut nec diceret, Illam vel illam sive illam anathematizo sententiam; sed ait [6], *Quidquid ab eo impie dictum est*: dum certe aperte dicere debuisset, ut ab eo sensu quisque cautior redderetur: sicut clare abominamur nos Cyrilli capitula, & quæsumus universos ut se ab insita illius malignitate custodiant, præconvincentes eas quæ in ipsis sunt blasphemias, & eas clare omnibus publicantes.

XII. Hæc pauca de plurimis cum multa abbreviatione conscripsimus, scientes quod horum malorum nimietas non solum Jeremiæ lamentationibus digna sit, sed & universam tragœdiam superaverit. Rogamus vero, & sanctis tuæ religiositatis provolvimur pedibus, ut manum porrigas salutarem, & auferas mundi naufragium, omniumque horum inquisitionem jubeas fieri, & his illicitis cælestem superduci correctionem; ut revocentur quidem sancti pastores qui injuste sunt a suis ovibus effugati, & reddatur gregibus ordo & antiqua concordia, & ut non ultra lamentatus & mugitus pro votis offerantur ac psalmis, dum multi dispersi sunt; & ne quiquam periclitentur circa ea quæ præcipua sunt, dum vitant ab hæreticis vel lavacrum regenerationis vel mysticam communionem accipere, quæ ab orthodoxis sumere ad salutem minime permittuntur.

XIII. Quæ ex parte quidem videntes, ex parte vero audientes, olim concurrissemus ad sanctitatem tuam nos qui e diversis regionibus sumus, id est ex Euphratesia, ex utraque Cilicia, secunda Cappadocia, Bithynia, Thessalia & Mœsia: ut & fontes effunderemus lacrymarum, & publice defleremus peregrina & insueta hujus vitæ mala, nisi detineret nos luporum terror insidiantium gregibus ad rapinam & ad errorem omnemque adversitatem. Unde coacti sumus nostra vice dirigere religiosissimos clericos & monachos, qui impleant locum nostrum.

XIV. Quæsumus igitur, ut absque dilatione exsurgatis, & fervido zelo magnum victoriæ tropæum contra æmulorum cuneos erigatis, ante oculos habentes [a] boni pastoris diligentiam simul & studium circa ovem quæ erraverat. Et non absque periculo deputetis, si quid fastidiose circa tot pastores & oves agatur; dum illæ quidem errent, illi vero tyrannicam sustineant violentiam. Imitamini potius & magnum pietatis præconem Paullum, oculum mundi, quem nos ut pignus habere familiaritatis nostræ erga vestram credimus sanctitatem. Civis enim noster [7] exsistens, errore totius orbis exstincto, illius apostolicæ sedis factus est ornamentum, & a beato Petro [b] dexteram societatis accepit, ut appareret ab utrisque æquam subtilitatem dogmatum custodiri.

XV. Etiam quæsumus, ne despiciamur a vobis nos, quos tot mala circumdant. Non enim de pecuniis vel gloria aut quolibet alio temporalium decertamus; sed pro pietatis possessione communi, pro paterno fidei thesauro, pro spe communi fidelium, pro bona confessione apostolorum, pro immortali certamine martyrum, & maxime pro ad-

a Luc. XV. 4. *b* Gal. II. 9.

sunt. Notanda est ea de re in capite XVII. Synodici inscriptio seu summa epistolæ Joannis ad Theodosium imp. *in qua*, ut ibi legitur, *etiam catholicæ fidei illa confessio continetur, quam postea Cyrillus per pacificam laudavit epistolam*; licet ad ejusdem epistolæ calcem Joannes scribat, ab omnibus episcopis damnanda esse *ea quæ ad inficiendas ecclesias introducta sunt contra orthodoxam fidem a præfato Cyrillo capitula*. His nimirum conviciis nequaquam deterritus est Cyrillus, quo minus Joannis fidem quam rectam & integram probabat, palam laudaret, eaque agendi ratione Joannem, ut æquiora de ipso sentiret, facilius adduxit.

1. Forte, *atque acute*.

2. Eo, ut conjectura est, ipso tempore quo idem Joannes ac socii legati Constantinopoli ad orientales, qui Ephesi remanserant, scripserunt, ut apud Baluzium Synod. cap. XXVI. legimus: *Ex opinione cognovimus, quia ante octo dies adventus nostri piissimo imperatori placuerit dominum Nestorium ab Epheso dimitti quocumque ire voluerit: & omnino doluit anima nostra*. Hanc autem epistolam *Gorpiæi mensis undecimo*, hoc est, ut interpretatur Baronius, Septembris undecimo, vel ut censet Lupus, ejusdem mensis 4. die, scripsisse se indicant. Epistolam vero præfectorum qua Nestorius ab Epheso dimissus est, Synodicon sæpe memoratum cap. XXIV. exhibet.

3. Clarius hoc ita enuntiaretur: *At ignoramus unde, (seu qua de caussa) alterum cor accipiens*.

4. Hoc est, cum tot ac tantis, scilicet XLII. episcopis, qui Cyrillo & Memnoni adversabantur, eorumque damnationi subscripserant.

5. Tacite se se neglectos, nec ut in sedes suas restituerentur, Joannem curasse arguunt. Huic tamen officio eum non defuisse testis est, uti jam exposuimus, Cyrilli ad Donatum epistola. Præterea idem Joannes Synod. cap. XCI. pag. 798. ita in eorum gratiam ad imperatorem scribit: *Supplicamus autem pietati vestræ, ut perfectam festivitatem præsteris mundo, quatenus nulla civitas ab hac celebritate communis festivitatis extorris sit, & jubeatis Deo amicissimis episcopis qui inter præcedentes turbas expelli ecclesiis visi sunt, ad priorem habitum reducantur*.

6. Joannes in superiori epistola ad Xystum n. 2. profitetur *se blasphemas ejus doctrinas anathematizare*. Eadem verba & in epistola ad Cyrillum Ephes. concil. part. III. cap. XXX. repetit. Quibus concinit illud libelli, quem Paullus Emisenus Joannis nomine Cyrillo tradidit: *ἀναθεματίζομεν τὰ ἐν διδασκαλίας μέρει ἀσεβῶς αὐτῷ εἰρημένα*. Sed a verbis modo objectis propius abest, quod Joannes in epistola ad Theodosium Synod. cap. XCI. pag. 798. ait: *Depositum sive damnatum habemus Nestorium ...., anathematismo subjicientes quæcumque ab eo aliene ac peregrine dicta sunt contra apostolicam doctrinam*.

7. Utpote natus Tarsi, cujus Helladius id scribens episcopus erat.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.

ventu clementiaque dominica: cujus virtutem invincibilem invocantes sine cessatione clamamus: [a] *Parce Domino populo tuo, & ne dederis hereditatem tuam in opprobrium.*

Eutherius episcopus metropolis Tyanensium sub- A scripsi: & quæso ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

Helladius episcopus metropolis Tarsi subscripsi: & rogo ut me ores incolumem, Deo amicissime & sanctissime pater.

[1] EPISTOLA V.

S. Xysti papæ ad Cyrillum Alexandrinum. Post pacem factam inter ipsum Cyrillum & Joannem.

Rei hujus relationem in conventu episcoporum se notam fecisse. Quanta hinc ecclesiæ lætitia. Felicem fuisse laborum Cyrilli exitum, eosque sibi & concilio suo in omnibus probatos esse.

XYSTUS episcopus CYRILLO episcopo Alexandrino.

I. MAgna sumus lætitia alacritatis impleti, postquam, sicut legimus [b], ex alto nos oriens [2] visitavit. Ecce enim solicitis nobis, quia neminem perire volumus, sanctitas tua redintegratum corpus ecclesiæ suis epistolis indicavit. Redeuntibus ejus in sua membra compagibus, neminem foris jam videmus errare; quia intus omnes positos fides una testatur. Lætamur e medio nostrum, qui hoc opus fecit, ablatum [3]: soli sibi nunc non credenti quod sensit intelligit obfuisse, qui contra hunc [4] nixus est, quem profitemur omnibus profuisse.

II. Sed convenit a tristibus nos ad læta transire: quia ipse cui quæstio mota fuerat, de ecclesia universali mærore sublato, tempus nobis præstitit gaudiorum. Christus denique Deus noster, quam [5] vere sit sua caussa, monstravit, quando ita res dignatus est gubernare, ut tantæ rei & talis [6] indicium servaret suorum conventui sacerdotum. In unum congregati Apostoli de fide sæpe tractarunt; in unum nunc convenientes apostolici B de ejus victoria gratulantur. O relatio digna mittente, digna conventu! Gaudii cælestis indicium tales habere debuit cognitores. Et quia res & caussa deposcit, locum quoque convenit [7] non taceri.

III. Ad beatum apostolum Petrum fraternitas universa convenit: ecce auditorium congruens auditoribus, conveniens audiendis. Habuerunt coepiscopi nostri illum congratulationis testem, quem [8] habemus honoris exordium: sanctæ namque & venerabili synodo, quam natalis [9] mihi dies favente Domino congregarat, quia sic credendum est, ipse præsedit; quandoquidem probatur nec spiritu nec corpore defuisse. Adfuit palmæ, qui contentioni non defuit; C juvit animorum vota nostrorum, qui [10] videt symbolo primum inter Apostolos tradito derogari: non passus est [11] nefandum caput gaudere solatiis, nec turbari diu sivit lutulento gurgite fontis illius perspicui puritatem. Ad nos reversi sunt fratres, ad nos, inquam, qui morbum communi studio persequentes, animarum curavimus sanitatem.

IV. Non se exsuli [12] vestro sanctus frater noster Joannes addiderat, non ejus est blasphema prædi-

a Joel. II. 17. *b* Luc. I. 78.

1. Cyrillus, ut Rusticus Vigilii papæ diaconus aliquanto post initium dialogi contra Acephalos observat, *epistolas suas & orientalium de pace transmissas Romanæ ecclesiæ sedi, a sanctissimo Xysto confirmari fategit*. Xystus epistolis illis in synodo sacerdotum, qui ad ordinationis ipsius diem celebrandum convenerant, perlectis, ex eadem synodo, uti infra num. 7. testatur, rescripsit, Cyrilli labores cum a se tum ab omni fraternitate probari in omnibus & confirmari. Hoc rescriptum etiam Rusticus in citato dialogo laudavit, & ex eo non, ut existimavit bibliothecæ Patrum editor, ipsa verba, sed sententias quasdam summatim delibatas excerpsit. Tam pretiosum monimentum, ab Antonio de Aquino e Vaticano codice descriptum Baronius in Annalibus ad ann. 433. cudendum curavit. Illud deinde Labbeus paullo emendatius actis Ephesinæ synodi part. III. cap. XLI. pag. 1173. subjecit.

2. Ad Joannem alludit qui orienti præerat, cujus jam acceperat litteras cum ceteris pacis confectæ gestis quæ Cyrillus miserat.

3. Nestorium videlicet, cujus opera ab ecclesiæ compage multa membra discesserant.

4. Heic Nestorio opponi videtur Cyrillus, qui huic resistens, omnibus profuit; sed *hunc* tamen potius intelligere est Christum, cujus dignitatem Nestorius impugnavit. Totus iste locus apud Baron. valde est depravatus.

5. Ita Baron. At Lab. *quam vera sit*.

6. Et heic *indicium*, & infra, *Gaudii cælestis indicium* præferimus; quamvis utrobique in vulgatis obtineat *judicium*. Quippe de re non agitur judicanda, sed de indicanda & percipienda; quæ cognitores non ad excutiendam caussam, sed ad lætitiam cum eis ex caussa feliciter finita communicandam postulet. In veteribus autem libris *judicium* & *indicium* non aliter pinguntur.

7. Apud Baron. *convenit intueri*.

8. Affinis est hic locus illi Siricii in exordio epist. IV. D *Cum in unum plurimi convenissemus ad sancti apostoli Petri reliquias, per quem & apostolatus & episcopatus in Christo cœpit exordium*.

9. Non is quo in terris ortus, sed quo ecclesiæ Romanæ ordinatus est episcopus. Hunc diem pariter ab Anastasio I. *natalem suum* vocatum esse, ad eumque veluti more jam recepto, multos episcopos invitari consuevisse. Xysti successor Leo plures in eadem celebritate Sermones habuit. Et in primo quidem cap. III. plurimos episcopos ad illam convenire solitos notat his verbis: *Cumque hanc venerabilium consacerdotum splendidissimam frequentiam video, angelicum nobis in tot sanctis sentio interesse conventum*. Exinde celebritatem illam, Xysti instar, ad beati Petri gloriam referens, adjecit: *Nec abest, ut confido, ab hoc cœtu beatissimi apostoli Petri pia dignatio & fida devotio, nec vestram devotionem ille deserit, cujus nos reverentia congregavit*. Quocirca sermonem III. sic claudit: *Illi ergo hunc servitutis nostræ* NATALITIUM DIEM, *illi adscribamus hoc* E *festum, cujus patrocinio sedis ipsius meruimus esse consortes*. Eadem quoque ratione de hoc festo Hilarus papa epist. VIII. loquitur.

10. Apud Baron. *qui videret*. Quæ in epistolam XIII. Nestorii num. 4. de Nicæni symboli depravatione annotata sunt, vide sis.

11. Cum Xystus Nestorium nunc *nefandum caput*, mox *exsulem vestrum*, subinde *inventorem malorum*, postea *desertorem castrorum* vocet, aliaque ratione supra indigitet, nomini illius videtur parcere voluisse, quod ne semel quidem appellat.

12. Rusticus diaconus paullo post initium Dial. contra Aceph. proprio stilo ista sic reddit: *quoniam numquam similia Nestorio sapuit, sed a principio fuerit orthodoxus Joannes sanctissimus frater noster, licet olim sententiam suam suspenderit, ut nobiscum Nestorium minime condemnaret*. Cum orthodoxus ab initio fuerit Joannes, atque egregia epi-

catione deceptus : nam quantum rerum exitus do- A cet, ſuſpendit ſuam ſententiam, non negavit. Nam quid in inventorem malorum poſſet aliud judicare, niſi [1] quod probatur ipſe per ſacerdotes ſuos cujus agebatur cauſſa, ſentire? Statuerat hoc nimirum de noſtrorum deſertore caſtrorum, quod a ducibus fidei [2] ſuaderet perfidia judicari. Numquam ſe a noſtro numero ſeparaſſet, in quem potuit & reverti.

V. Exſulta, frater cariſſime, & ad nos recollectis fratribus victor exſulta. Quærebat eccleſia quos recepit. Nam ſi neminem perire volumus de puſillis, quanto magis gaudendum nobis eſt ſanitate rectorum? Legimus [a] una ovis quantum gaudii re- B portata præſtiterit: & idcirco intelligendum eſt quid laudis habeat tantos revocaſſe paſtores. Greges adſpiciuntur in ſingulis: nec unius heic cauſſa tractatur, quoties agitur de ſanitate [3] multorum. Lætamur [4] heic nihil egiſſe nos præcoquum, quando fructu noſtræ ſententiæ gratulamur. Suſtinuimus fratres, certi eos [b] non ſpinas, ſed uvas eſſe [5] facturos. In evidenti eſt noſtrorum vindemia gaudiorum, quæ ſanctam ſynodum largitate gratulationis implevit. Vineam ſuam cuſtos ille curavit, quem [c] ad cuſtodiendam domum Iſrael nec dormitare nec obdormire David propheta teſtatur. [d] Infecundum illud Chriſto noſtro, nec afferens fructum, ſuſcepit flamma ſarmentum. Sed ut hoc videmus con- C venire damnato, ita de reverſis ad nos fratribus convenit dicere, quia non potuit a diabolo eradicari [e] plantatio quam plantaverat Pater. Illum ergo ſibi ignis æternus, hos poſſeſſoris æterni vinea vindicavit in tantum, ut Antiochenæ eccleſiæ ſacerdotem vocari a ſanctitate tua jam nunc venerabilem virum & [6] domnum gaudeamus. Et merito vocatur domnus, qui communem Dominum recognovit, qui incarnationis ejus myſterium voce catholica nobiſcum confitetur.

VI. Bene nobis breviter tua fraternitas quæ ſunt ſuper eodem negotio geſta narravit: ſed mirati non ſumus, [f] quod a diſſentientibus in te compoſitam legimus [7] dejectionis injuriam. Novimus FREQUENTER PATERE calumniis veritatem, nec tamen umquam poſſe falſitate ſuperari. Votivæ ſunt ſemper moleſtiæ fidem prædicanti. His namque [g] cum beatitudine copioſa merces paratur in cælo, quibus propter juſtitiam maledictiones, perſecutiones & omne malum præcipitur ſuſtinere. Paſſus es falſitatem, ut victricem faceres veritatem: & ideo nunc inſultandum eſt falſitati, quia nullus perire potuit veritati.

VII. Exſpectamus igitur memorati fratris noſtri Joannis clericos, & optamus venire: ſcimus & pro honore & labore tuo dare reſponſum. Non [8] es, ſicuti fratri & coepiſcopo noſtro Maximiano ſæpe jam ſcripſimus, etiam ipſe redeuntibus difficilis aperire januam: ut vere [h] niſi perditionis filius nemo ſit perditus; ſitque ei major cauſſa lugendi, quod meruit ſolus excludi. Hæc ad venerationem tuam fraternitas mecum ſancta ſcribit, probans tuos in omnibus & confirmans labores: qui tamen graves aut amari eſſe non potuerunt, quia huic impenſi ſunt, cujus [i] onus leve & jugum ſuave portamus. [9] Datum xv. Kal. Octobris, Theodoſio XIII. & Maximo conſulibus.

a Luc. xv. 6. *b* Matth. vii. 17. *c* Pſalm. cxx. 4. *d* Joan. xv. 6. *e* Matth. xv. 13. *f* Matth. V. 11. *g* Ibid. ℣. 12. *h* Joan. xvii. 12. *i* Matth. xi. 30.

ſtola Neſtorium, ante quam damnaretur, arguere non dubitaverit; cur poſtmodum ab hoc hæretico condemnando ſe ſuſtinuit? Hoc nimirum in cauſſa fuit, quod Neſtorius accepta ipſius epiſtola reſcripſit, ideo tantum a ſe nomen Deiparæ vitari, ne *inde nos ſequaces hæretici Apolinaris reprehenderent*. Unde & Joannes ad Firmum Synodici cap. iv. de Neſtorio ſcribit: *Quia vero & ante ſapuerit* (de Dei genitrice ſicut nos,) *inde convincitur, quia & cito conſtitit admonentibus nobis, ſicut a propriis ſit, & ipſum nomen accepit, & in duobus ſermonibus ſanam fidei expoſitionem & irreprehenſibilem nobis direxit*. Verum hæreticus ille etiamſi quandoque linguam, numquam tamen animum, virorum prudentum judicio, mutavit.

1. Id eſt, *niſi* id, quod Chriſtus *cujus cauſſa agebatur, probatur per ſacerdotes ſuos* in ſynodo Epheſina congregatos ſentire.

2. Labbeus mallet, *ſua deberet*. Retinendum *ſuaderet* hoc intellectu, Joannem id de Neſtorio ſtatuiſſe, quod perfidia ejus nota ſuaderet de illo a ducibus fidei judicari.

3. Non diſplicet Labbei conjectura, qua *rectorum* forte legendum eſſe admonet. Quamquam cum plebis multitudo cenſeatur in rectoribus, rectoris cujuſque ſanitas, ſanitas eſt multorum.

4. Hanc ſententiam Ruſticus loco citato ſic retinet, ut verba prorſus mutet in hunc modum; *quia bene fecimus, qui nihil contra eum definivimus immaturum: clarent enim noſtrorum vindemiæ gaudiorum*.

5. Apud Baron. *lecturos*. Lab. ad marg. *laturos*: rectius tamen in textu, *facturos*. Alludit quidem Xyſtus ad illud Matth. *Numquid colligunt de ſpinis uvas?* ſed hinc probat ſpinas non eſſe, quia certus erat fore, ut facturi eſſent uvas; cum Chriſtus dicat, *Non poteſt arbor mala fructus bonos facere*. Quo in loco ℣℣. 17. 18. & 19. verbi *facere*, non *ferre*, conſtans uſus eſt.

6. Cyrillus in inſcriptione epiſtolæ, quam Joanni poſt compoſitam pacem miſit, Epheſ. concil. part. III. c. xxxiv. illum appellat *dominum*, ſed non addit *venerabilem virum*. Quapropter epiſtolam a Cyrillo ad ipſum Xyſtum ſcriptam quæ deſideratur, heic indicari exiſtimamus. Si nullum eſt heic in archetypo mendum, fallitur Queſnellus not. 43. in Leonis epiſtolam xxxiv. ubi vocis *domnus* uſum ante Leonis tempora receptum negat. Ipſius opinioni item adverſatur, quod apud Auguſtinum ad calcem ſermonis cxi. nov. edit. legimus: *Quod novit caritas veſtra ſuggerimus: dies anniverſarius ordinationis* DOMNI *ſenis Aurelii craſtinus illuceſcit*. Ad hæc in concilio Calchedonenſi act. x. pag. 657. d. idem uſus firmatur his verbis: DOMNUS *autem Samuel male habebat*. Porro nominum *dominus* & *domnus* diſcrimen & uſum exponit antiquus iſte verſus a Pagio ad ann. 433. num. 4. laudatus: *Cæleſtem dominum, terreſtrem dicite domnum*. Eodem uſu & Græci D cæleſtem Dominum κύριον & terreſtrem κύρον appellant. Quocirca in loco concilii Calchedonenſis proxime laudato, domnus Samuel κύρος, non κύριος vocatur. In hunc autem Xyſti locum Pagius iſtud notat, *Porro depoſiti non amplius vocabantur* DOMNI, *nec ullo honoris titulo exornabantur*. Ac deinde infert: *Xyſtus gaudet Joannem a Cyrillo jam nominari venerabilem domnum; exindeque colligit læſum Joannis honorem plane reſarcitum fuiſſe*. Verum ex verbis Xyſti hoc tantum ſequitur, ut Cyrillus honorificis titulis Joannem exornans, palam eum communionis ejuſdem conſortem agnoſcere ſe teſtatus ſit. At non inde pariter ſequitur, ut Cyrillus antea Joannis honorem læſerit, aut eum ut depoſitione multatum habuerit. Certe auctor ei fuit Cæleſtinus, ut ſumma cum illo prudentia & moderatione ageret.

7. Baron. & Lab. ad marginem, *dictionis*: ſed recte præferunt *dejectionis*. Non enim heic aliqua adverſus Cyril- E lum dictio aut contumelioſus ſermo, ſed ea notatur depoſitionis ſententia, quæ Epheſi adverſus illum ab iis qui Joannem Antiochenum ſequebantur, lata & parietibus affixa fuerat, de qua nimirum ſynodus Epheſina epiſt. xx. ad Cæleſtinum n. 3. conqueritur.

8. In vulgatis, *Non eſt*: quod de Joanne dictum eſſe oporteret; ſed ad illum referri nequit, cum ante initam pacem nihil eſſet, cur de illius ad aperiendam redeuntibus januam facilitate Xyſtus ad Maximianum ſcriberet. Idcirco reſtituendum duximus *Non es*, ut id de Cyrillo ipſo dicatur, cujus pro pace ſtudium Xyſtus ſupra in epiſtola I. quæ & ad Maximianum miſſa eſt, eo commendat, quod *proprias contemnens contumelias, magis eccleſias ordinari, quam ſe vindicari deſiderat: confeſtim autem in naufragio laborantibus petit aperiri portum*, &c.

9. Septemb. d. xv. ann. 433. Chronicam hanc notam Pagius falſi ſuſpectam habet: quia cum e concilio epiſcoporum, quos anniverſarius ordinationis Xyſti dies congregarat, ſcripta ſit hæc epiſtola; cum eo tamen die quo Xyſtum conſecratum eſſe pro certo ponit, nota illa com-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.

[1] E P I S T O L A VI.

S. Xyſti papæ III. ad Joannem Antiochenum.

Eccleſiæ de Joannis reditu lætitia. Æquitas latæ adverſus Neſtorium ſententiæ. Romanæ eccleſiæ in ſervanda fide conſtantia, & in ejuſdem fidei cauſſa imperatorum ſtudium. Quam idoneus ſit Maximianus, qui malis a Neſtorio illatis medeatur.

XYSTUS epiſcopus JOANNI epiſcopo Antiocheno.

I. SI eccleſiaſtici corporis gloriam, ſi ejus integritatem dilectio tua conſiderare dignetur, profecto lætitiæ noſtræ non quæret interpretem. Ipſæ namque res evidentiſſime loquuntur, mærorem noſtrum repentino ſancti fratris Cyrilli ſermone in gaudium eſſe converſum. Tantam hanc ergo ſolicitudinem noſtram nos evaſiſſe delectat, poſtquam reo fidei noſtræ tua fuit [2] ſanitas pœnitudo.

II. Nunc vere [3] ſe exſulem [4], nunc ſe ſentit ejectum. Abundant ei in deſerto ſpinæ [a]: quia deeſt B uva quam colligat. Hos habet fructus, qui erga vineam Domini noſtri noluit exercere culturam. Credo ad dilectionem tuam rerum curſus & ordo A pervenerit, qualiter ei voluimus noſtra admonitione [5] ſuccurrere. Retinuimus in præceps euntem, qui erat blaſphemiarum pondere in profundum mergendus. Si negotii qualitatem juſta lance penſemus, nulli non videbitur Neſtorius ſero damnatus. [6] Hic fuerit debitus ſermo præteritus. Fruamur nunc præſentibus bonis, nec diu hæreamus in triſtibus, quibus Dominus gaudere conceſſit.

III. Audivit univerſa fraternitas, quæ ad natalis mei convenerat diem, qualiter bono humani generis, apoſtolicæ ſedis me præſide [7] .... Excedant licet meritum meum & extra me hæc eſſe cognoſcam, exordium tamen tui ſermonis gratus accipio; quia non eſt tibi controverſia perferenda, qui Chriſtum Dominum noſtrum bono humani generis ita ut natus eſt confiteris. Subſequenter eccleſiæ addis luciferum & ubique lucentem. Sed &

a Matth. VII. 16.

poni non poteſt. Obſervat quoque Tillemontius, Joannis clericos, qui litteras ejus Xyſto reddituri exſpectabantur, nec dum in urbem perveniſſe, cum hæc epiſtola ſcripta eſt; adeoque hujus & ſequentis epiſtolæ, quæ poſt adventum Joannis clericorum data eſt, epocham non unam eſſe debuiſſe. Non infitiatur tamen fieri potuiſſe, ut licet una prius, altera poſterius ſcripta ſit, ambæ tamen ſimul datæ, eodemque die conſignatæ fuerint. Sed hoc poſito, mutandum fuiſſe cenſet eum num. 7. locum, in quo Xyſtus Joannis clericos exſpectare ſe dicit. Verum ex meris hujuſmodi conjecturis certas notas, quas vetus exemplar C alias in iis exhibendis fidele aſſervat, rejicere vel mutare prudentis non eſt. Et ipſe quidem Xyſtus, qui Cyrilli litteras in concilio epiſcoporum ad ordinationis ſuæ diem congregatorum lectas & ab univerſis probatas fuiſſe ſuperius num. 2. docet, eoſdem epiſcopos pariter litterarum Joannis lectionem audiviſſe in epiſtola ſequenti num. 3. indicat. Unde ſequitur, ut Xyſtus epiſcopos qui ad natalis ſui celebritatem convenerant, ad clericorum Joannis adventum detinendos judicarit: quo ii qui Cyrilli de pace orientis litteris recreati jam fuerant, de eadem re auditis Joannis ſcriptis certiores facti, perfecto gaudio cumularentur. Nec ambigendum quin ſimul retenti ſint & qui a Cyrillo venerant, nec niſi cum Joannis clericis fuerint dimiſſi. Tum utriſque eodem die datæ ſunt epiſtolæ: & licet una paullo ante adventum clericorum Joannis ſcripta eos exſpectari indicet, iſtud non debuit mutari, cum ii per quos mittebatur, ad rerum geſtarum ordinem enarrandum idonei eſſent.

1. Una cum ſuperiore ab Antonio de Aquino e codice Vatic. eruta, Baronii ſtudio in lucem prodiit. Laudatur a Vincentio Lirinenſi Commonit. cap. XV. Non ſuperiori Joannis epiſtolæ III. ſed alteri quæ non exſtat, quamque Joannes a Xyſti laudibus exordiebatur, reſpondet.

2. Apud Lab. *fuit ſanctitas plenitudo:* lectio non ſpernenda foret, ſi antea *rebus fidei noſtræ* legi ſubnexa ſinerent. Quare quod Baronius ex Vatic. ms. fide expreſſit, revocamus atque ita intelligimus, ut Neſtorio fidei noſtræ ſubverſæ reo gravis ac moleſta fuerit Joannis ſanitas. Certe de Neſtorio ſermonem Xyſtus proſequitur.

3. Supple, *Neſtorius*.

4. Opera ſcilicet ipſius Joannis, qui ut Evagrius lib. I. cap. VII. tradit, cum cerneret Neſtorium in ſuburbano Antiochiæ degentem, blaſphemia ſua nequaquam deſiſtere, iſtud ad imperatorem referens, effecit ut perpetuo exſilio condemnaretur. Hoc autem perpetui exſilii ejus decretum legere eſt III. part. Epheſ. concil. cap. XIV. & XV. Quo circa cum Neſtorius apud eumdem Evagrium ibid. quadriennio ſe in monaſterio ad quod ab Epheſo dimiſſus fuerat, commoratum eſſe affirmat, aut mentitur, aut quadriennium illud aliter ac verba illius apud Evagrium ſonant, eſt intelligendum. Ut enim in ſuperiorem epiſtolam IV. obſervavimus, Neſtorius anno 431. octo dies ante *Gorpiæi menſis undecimum*, hoc eſt, vel Auguſto menſe exeunte vel ineunte Septembre, ab Epheſo dimiſſus ac relegatus in monaſterium ſuum abiit. Jam vero ex hac epiſtola liquet eum ante menſem Septembrem anni 433. e frequenti urbe in deſertum locum, ubi nullus erat quem pervertere valeret, fuiſſe amandatum. A primo igitur exſilio ad hoc alterum ne biennium quidem totum in monaſterio ſuo exegit.

5. Favere videtur is locus verbis Gennadii lib. de ſcript. eccl. dicentis, Xyſtum *ad ipſum Neſtorium & ad orientis epiſcopos adverſus errorem ejus ſuccidendum ſententias direxiſſe*. Sed jam a prima epiſtola quam Xyſtus iniens epiſcopatum ſcripſit, de Neſtorio ut prorſus deſperato loquitur, probatque Cyrilli ſententiam, qua *ejus unius contentus eſt morte*, ipſeque de hoc hæreſiarcha ſtatim edicit: *Solus igitur ille ſit naufragus, quem in tanta caligine propriarum doctrinarum nihil cernentem impietatis fluctus alliſit ſcopulo depoſitionis*. Recolendum eſt Xyſtum de iis quæ deceſſor illius Cæleſtinus in hac cauſſa geſſit, tamquam de rebus a ſe geſtis loqui ſolere. Cæleſtinus autem Neſtorium datis induciis, ad ſaniorem fidem ſuſcipiendam eſt cohortatus. Ac poſtea conſultus a Cyrillo, an emenſo induciarum tempore, ſententia in illum lata perdurare non deberet, epiſt. D XVI. num. 3. paterne reſpondit: *Studeo pereuntis ſaluti, ſi tamen voluerit ægritudinem confiteri*.

6. Baron. *cui non profuerit*: qua lectione ad marginem rejecta Lab. reſtituit, *hic fuerit*. Deinde pro *debitus* mallemus *deletus*, quaſi diceret Xyſtus: Sermo ille, quo Joannes ac ſocii Neſtorium præcipiti judicio damnatum conquerebantur, oblivione jam deleatur, nec memoretur amplius: hæc triſtia jam prorſus abierint.

7. Heic aliquid deeſſe Labbeus admonet: quod quidem Baronius addito verbo *gratulentur* ſupplere conatus eſt. Tamen ad Xyſti mentem aptius ita reſarciretur: *apoſtolicæ ſedi me præſidere gratuleris*. Apparet quippe Joannem in exordio epiſtolæ ſuæ Xyſtum ita laudaſſe, ut eum bono generis humani apoſtolicæ ſedi præeſſe prædicarit. Quam laudem modeſta quadam induſtria Xyſtus a ſe ad gloriam Chriſti, qui re vera bono humani generis natus eſt, convertit. Subinde, ubi eum Joannes *luciferum & ubique lucentem prædicabat*, eadem ſollertia & hanc laudem cum omnibus fidei ejuſdem conſortibus & prædicatoribus communicat.

nunc vos, immo omnes qui lucis illius signum fronte [1] gestamus, luciferos confitemur. Sint ergo omnes fidem prædicantes Domini sacerdotes luciferi & ubique lucentes.

IV. Sit & Nestorius ille lucifer de quo scriptum est: [a] *Cecidit lucifer, qui mane oriebatur*. Cecidit, sed superbiens cecidit, sed elisus cum adscendere disponit in cælum, & ponere super cæli sidera sedem suam, & promittit Altissimo similem se futurum. Ille ad similitudinem se aptabat Altissimi: iste in suam similitudinem vocabat Altissimum. Hominem namque natum eum tantummodo prædicabat, auferens incarnationis mysterium, & illud evacuans, immo illud impugnans, quo secundum Symbolum & fides & salus nostra subsistit. Non est certandi jam tempus, hoste prostrato: transeundum nobis ab his est quæ bella moverunt: importunum victoriæ tempore adhuc de præliis disputare.

V. Quæ heic evidentior rerum fides, quæ ratio major potest esse, quam palma [2]? Fruamur, auctore Domino, [b] bono atque jucundo, quia in unum fratres rursus cœpimus habitare. Hæc sanctitatem tuam volumus prædicare quæ scribis. Expertus es negotii præsentis eventu, quid sit sentire [3] nobiscum. Beatus Petrus apostolus in successoribus suis, quod accepit, hoc tradidit. Quis ab ejus se velit separare doctrina, quem ipse inter Apostolos primum magister edocuit? Non hunc auditus per alterum, non sermo lectus instruxit: doctus est cum aliis ore Doctoris. Non scripturæ, non scriptorum passus est quæstionem: absolutam & simplicem fidem, & quæ controversiam non haberet, accepit: quam utique meditari semper, & in qua manere debemus; ut sensu puro sequentes Apostolos, inter apostolicos esse mereamur. Non parum nobis oneris, non parum laboris incumbit, ut [c] ecclesiæ Domini macula desit & ruga.

VI. Quam semper super hoc esse soliciti nos debeamus, clementissimorum & christianissimorum regum cura testatur. Adspice frater carissime, cælesti negotio quam se vigilanter impenderint. Cogitationum [4] ferias nesciverunt: nec dignati sunt terrena curare, nisi cælestibus paruissent. Quoties apostolicam sedem, quoties diversos fratres eorum sermo commovit? Impenderunt se ejus negotio, qui se eorum numquam negavit imperio. Sciunt se illi fenerare solicitudinem suam, qui eam cum grandi reddat usura. De qua re nos convenit gloriari, quia cælestem regem videmus fœderatos reges habere terrarum. Intelligunt, sicut ait David [d], & eruditi sunt qui judicant terram, quando, sicut dicit alibi [e], ipsi & omnes populi laudant nomen Domini.

VII. Ergo quia, sicut ait Apostolus [f], fides una est, quæ & [5] vincenter obtinuit, dicenda credamus, & tenenda dicamus. Nihil ultra liceat novitati: quia nihil adjici convenit vetustati. Dilucida & perspicua majorum [6] credulitas nulla cœni permixtione turbetur. Habet probatum nobis virum fratrem & coepiscopum nostrum Maximianum Constantinopolitanæ ecclesiæ sacerdotem, divino illic judicio consecratum, ut ægritudinis morbum quem astutiæ venena [7] solius infuderant, superet simplicitatis dulcedo succedens: qui non illic aliud quam credimus poterit prædicare, nisi quod a decessoribus meis nobiscum positus frequenter audivit. [8] Data xv. Kalendas Octobris, Theodosio XIV. & Maximo consulibus.

[9] EPISTOLA VII.

Xysti III. papæ ad Perigenem Corinthiorum episcopum.

Ut vicarii apostolicæ sedis dignitatem Anastasio Thessalonicensi antistiti a se ex antiquo more concessam revereatur, atque ejus auctoritati se subtrahere ne tentet.

Dilectissimo fratri PERIGENI XYSTUS.

I. Gratulari potius, quam conqueri, deberemus de tuæ fraternitatis actibus, cum tibi apostolicæ sedis auctoritas in ipsis tuæ ordinationis initiis, quod te semper meminisse oportet, [10] adfuerit. Sed ut nostrum est non ista retexere, ita tuæ convenit fidei retinere. Nunc aliqua incitare voluisse cognovimus: sed hæc, cum res per nostrorum præsentiam, quos vice nostra ad eas partes propter has caussas direximus, sopitæ sint, præterimus. Nam & sanctos fratres nostros Martianinum presbyterum [11] idem & diaconum Lollianum egisse credas, quod

a Isa. XIV. 12. *b* Psal. CXXXII. 1. *c* Ephes. V. 27. *d* Psal. II. 10. *e* Psal. CXLVIII. 12. *f* Ephes. IV. 6.

1. Baron. *gestatis*.
2. Subauditur *de fidei adversariis relata*. Xysti argumentum verbis nititur I. *Joan.* V. 4. *Hæc est victoria quæ vincit mundum, fides vestra*: quasi diceret, Si fidei proprium est vincere, quod majus indicium esse possit, penes nos esse veram fidem, quam quod penes nos palma est atque victoria? Quapropter non placet istud Baronii, *quam ut palma fruamur auctore Domino & bono*.
3. Hoc est, cum apostolica sede, cui in primis fidei depositum a Christo in Petro creditum, & a Petro successoribus suis traditum atque transmissum fuit.
4. Eadem loquendi ratione utitur Simplicius papa, qui epistolam XIX. sic orditur: *Cogitationum ferias non habemus: nec enim quiescere nos caussa permittit*.
5. Apud Baron. & Lab. *una est & vincentes obtinuit*. In vulgato Vincentii Lirin. Commonitorio cap. XLIII. ubi hæc sententia refertur, *una est quæ evidenter obtinuit*. Pro *evidenter*, in perantiquo ejusdem Commonitorii exemplari Corb. exstat *vincenter*, quod perinde est atque cum victoriæ palma. Rursum heic ad verba *Joan.* V. 4. Xystus sua exigit.
6. Apud Vincentium Lirin. *fides & credulitas*.
7. Baron. *sopitis*. Vanæ Nestorii eloquentiæ, quæ solo astu fulta hæreseos venenum infundebat, simplicitas opponitur prædicationis Maximiani, qui fidem certam & ab apostolica sede acceptam, non sine ea dulcedine quam veritas parit, tradebat.
8. Septemb. XV. ann. 433.
9. Hæc epistola una cum tribus subsequentibus concilio Romano sub Bonifacio II. quod Lucas Holstenius publici juris fecit, inserta est. Chronica nota quæ huic deest, ex sequenti supplenda est. Obscurum enim non est utramque eadem de caussa eademque occasione conscriptam esse.
10. Cujus rei fidem faciunt Bonifacii I. epistolæ IV. V. & XV.
11. Forte, *item*.

& utilitatibus tuis & sedis apostolicæ auctoritati A congrueret: & idcirco nunc ad fraternitatem tuam nil tale scripsimus, quo tibi tristitiam generemus; quia malumus correctione pacifica id quod tentatum fuerat aboleri.

II. Nunc ergo, frater carissime, admonitus nostris epistolis per fratrem & coepiscopum nostrum Lucam, qui ad vos sola caritatis gratia provocatus advenit, sancto fratri & coepiscopo nostro Anastasio Thessalonicensis urbis antistiti eam servato reverentiam, quam ceteri quoque pontifices per Illyricum constituti erga prædicti dignitatem reservare non abnuunt: cum sciamus nihil novum illi a nobis fuisse concessum; sed id quod ejus decessoribus nostri decessores detulerant, habita consideratione disciplinæ ecclesiasticæ constitutum. Tua enim magis interest, ut huic plurimum deferatur [1] ecclesiæ, quæ tibi tantum honoris contulit, ut pro te contra eos qui tibi tunc æmuli fuerant, repugnaret.

[2] E P I S T O L A VIII.

Xysti III. papæ ad synodum Thessalonicæ congregandam.

Vicarii dignitatem per Illyricum se de more Anastasio Thessalonicensi episcopo tribuisse. Quæ ejus sit potestas, quæ munia. Ut ei Perigenes Corinthiorum episcopus subjiciatur.

Dilectissimis fratribus universis episcopis synodo apud Thessalonicam congregandis XYSTUS.

I. SI quantum inservitur legibus & principum constitutis, quæ sunt temporalia & mutantur & sæpe sæpius abolentur, tantum divinis legibus æternisque mandatis obedientiæ præstaremus; essemus profecto summæ beatitudinis compotes, & mundanæ vexationis molestias vitaremus, illo rectore vel præsule, qui subinde subvenire cupiens quotidianis vocibus clamat: [a] *Convertimini ad me, & convertar ad vos... (Inter cetera & ad locum.)* Nos fratri & coepiscopo nostro Anastasio tantum tribuimus, quantum decessoribus ipsius a nostris de- C cessoribus attributum. Priorum judicium sequimur, hæc constituendo quæ ab his novimus constituta: quia & ipsum hujus probamus meriti, cujus fuerunt illi qui talia meruerunt. Nullus obviet salubribus constitutis: nullus præceptionibus his resultet. Habeant honorem suum metropolitani [3] singularum, salvo hujus privilegio, quem honorare debeant amplius honorati. In provincia sua jus habeant ordinandi: sed hoc inscio vel invito, quem de omni- B bus volumus ordinationibus consuli, nullus audeat ordinare. Ad Thessalonicensem majores caussæ referantur antistitem. Ipsum major cura respectet, eos qui ad episcopatum vocantur, discutiendi solicitius & probandi. Ipse optimos sollertissimosque de vestro numero eligat, quos negotiis secum adsciscat arbitros; aut sine se tribuat, qui in disceptationem missa componat.

II. Noverit Corinthius episcopus sibi licentiam potestatis liberæ minime tribuendam, si huic voluerit ecclesiæ [4] resultare, quam sibi noverit profuisse. Cui necesse est nos quoque, si quid tentare voluerit, obviare; qui præteritorum quæ illi per nos præstita sunt, memores sumus, & illicitis semper usurpationibus obviamus.

III. De ceteris vero, quæcumque illæ sunt, nostris præsentibus volumus finiantur: quoniam [5] tota illorum apud nos fides est, ut quæ illi probaverint, nos credamus judicasse pariter & probasse. [6] Data VIII. Idus Julias, Theodosio XV. & Valentiniano IV. augustis consulibus.

E P I S T O L A IX.

Xysti III. papæ ad Proclum Constantinopolitanum episcopum.

Ut sine Thessalonicensis antistitis formata, ex iis provinciis quæ ad illum pertinent, nullum sacerdotem ad se venientem suscipiat.

Dilectissimo fratri PROCLO XYSTUS.

I. LIcet fraternitatem tuam, disciplinis ecclesiasticis eruditam, ea omnia quæ ad regularum & canonum observantiam pertinent, custodire summa solicitudine noverimus, nec quidquam aut ipsam facere, aut facere alios sacerdotes se [7] con- D nivente permittere, quod vetusta patrum constituta pervertat, documentis evidentibus probaverimus: (id enim optimo convenit & Deo dignissimo sacerdoti, ut & ad se pertinentia qua potest cura custodiat, & alios fratribus suis debita minime inquietare vel temerare ex aliqua parte; MODERATIOREM HONORIFICENTIAM suam majore gloria

a Zach. I. 3.

1. Perigenes multum Romanæ debebat ecclesiæ, utpote cujus præsul Bonifacius eum præfecerat Corinthiis, atque ut hanc sedem invitis æmulis retineret, effecerat. Nonnihil quoque debuit Thessalonicensi, præsertim cum Bonifacius illum Corinthiorum episcopum, nisi Rufi Thessalonicensis antistitis testimonio & opera, institui noluerit. Perigenes tamen, ni nostra nos fallit conjectura, quam ex Leonis epistola XIII. firmare licet, synodis a Thessalonicensi episcopo indictis interesse, aut ei ulla in re subesse detrectabat.

2. Tantum decurtata in actis concilii Romani, quæ Lucas Holstenius in lucem emisit, prolata est. Nec aliud succurrit exemplar, unde resarciatur. Nil certe fuit omissum, quod ad apostolicæ sedis in Illyrici provincias jus stabiliendum conferebat, cum ea tantum de caussa prolata sit.

3. Supple *provinciarum*.

4. Thessalonicensi.

5. Lege, *tanta*. Heic fides commendatur legatorum, quos Xystus ad synodum mittebat.

6. Julii VIII. anni 435.

7. Apud Holsten. *cohibente*. Experti nihil in veteribus libris usitatius offendi, quam ut pro *connivere* & *conniventia* pingatur *conhibere* & *conhibentia*, heic restituere non dubitamus *connivente*.

servaturus, si nihil licere contra morem veterum attentantibus sinat:) nostra tamen adhortatione per gratiam caritatis hoc fraternitati tuæ specialiter debet accedere, ut contra subreptiones aliquorum circumspecta sanctitas tua facultatem non præbeat horum incongruæ voluntati, qui ecclesiis per se scandalum cupiunt & discordiam generare; volentes per ecclesiarum perturbationem crescere, & locum sibi per dispensationem facere sacerdotum.

II. Id ergo, quod nos quoque servamus, fraternitatem tuam, quam scimus hoc suo more [1] facturam, volumus custodire: id est, ut si quis ad fratrem & coepiscopum nostrum Thessalonicensis urbis antistitem harum provinciarum [2], quæ ad eum pertinent, sacerdos adveniat præter ejus conscientiam, si sine ejus epistolis atque formata venire tentaverit, tamquam disciplinæ ecclesiasticæ despector & contemtor canonum, quos nos temerari ex aliqua parte non patimur, habeatur. Reverentiæ vestræ in commune præstatur, si alter alterius honori debita, prævenientes invicem per caritatis gratiam, reservetis: quæ fieri [3] nolumus ut legimus. Discant omnes illius provinciæ sacerdotes tantæ fraternitatem tuam esse censuræ, ut non permittas fieri, quod non licet a sacerdote tentari.

III. Diceremus plura, si non de tuæ fraternitatis mente nossemus majora & ex hac parte sentire, quam nos in nostras epistolas hasce quas ad te dirigimus, possumus sermone conferre. Habes recentissimum nuper habitæ actionis exemplum fratris nostri Idduæ [4], circa quem tuæ fraternitatis decrevimus judicium custodiri: cognitioni tuæ facere nolentes injuriam, cum ejus intentionem justissimam innocentia tuereris. Monendi [5] sunt ignorantes: at scientem atque servantem talia si diutius velis instruere, non tam admonere, quam exprobrare ignorantiam videaris. Sufficiant ergo quæ scripsimus, frater carissime: quoniam ad hæc corrigenda atque servanda animum tuum atque censuram nobiscum sentire confidimus: quoniam unum cor & animum, ut dicit scriptura [a], circa religionis observantiam, canonum custodiam & disciplinam ecclesiasticam retinendam nos habere, ut debemus, [6] & credimus. [7] Data xv. Kalendas Januarias, Aetio iterum & Segisvulto consulibus.

EPISTOLA X.

Xysti papæ III. ad [8] totius Illyrici episcopos.

Vices suas per Illyricum Anastasio de more commisisse se significat. Quæ sit illius potestas. Ut ei reverentiam exhibeant.

Dilectissimis fratribus universis episcopis per Illyricum consistentibus
XYSTUS.

I. DOctor gentium, vas electionis, religionis nostræ firmissimum fundamentum, epistolis omnibus quas ad singularum civitatum scribit ecclesias, de sua in Domino gratulatione testatur, quos legis præceptis parere videat, & in Dei nostri timore versari. Si tanta igitur Apostolo tam docto quam sancto est mentis hilaritas, quod [9] tantos pariter, quod novit & his ad quos scribit & religioni proficere, unis appellet epistolis; quanto nobis gaudio existimatis esse, quoniam in commune sanctitatis vestræ datur nobis appellare concilium, & sermonem nostrum affectionis piæ circa vos testimonia continentem, cum vestra sanctitate conjungere? Ille enim singulas, ut diximus, epistolis suis

a Act. IV. 32.

1. Quo nimirum ea quæ ecclesiasticæ disciplinæ sunt, servare solet. Ut autem nihil a Proclo durum aut ipso indignum exigere se suadeat, & hoc quod rogat, a se erga episcopos Illyrici servari proxime testatur.

2. Holstenius heic aliquid deesse, atque ita supplendum putat: *quæ ad tuam spectaret ecclesiam, sacerdos sine tuo consensu accesserit, vel contra ad tuam sanctitatem istarum provinciarum, quæ ad eum pertinent*, &c. Verum hoc supplemento antistiti Constantinopolitano præter Xysti mentem, dandarum formatarum, adeoque & metropoliticum jus conceditur, quod longe postea Gelasius ei negavit, epist. XXIII. num. 10. scribens CP. civitatem *non solum inter sedes minime numerari, sed nec inter metropolitanorum jura censeri*. Integer erit locus, si ita legatur, *ut si quis a fratre & coepiscopo nostro Thessalonicensis urbis antistite harum provinciarum*, &c. Planior autem sic fieret: *ut si quis harum provinciarum, quæ ad fratrem & coepiscopum nostrum Thessalonicensis urbis antistitem pertinent*, &c. Ambigua certe non est mens Xysti. Vult quippe nulli licere Illyrici episcopo quoquam sine antistitis Thessalonicensis formata proficisci.

3. Restituendum videtur, *volumus ut legimus*, scilicet apud Paullum *Rom.* XII. 10. præcipientem, *Honore invicem prævenientes.*

4. Ephesino in concilio pag. 544. e. depositionis Nestorii sententiæ subscribit *Idduas Smyrnæ episcopus*. Unde Holstenius Proclum in hunc episcopum patriarchico jure egisse, ab ejus judicio Idduam ad apostolicam sedem provocasse, & Xystum Procli sententiam ratam esse jussisse opinatur. Ex quo sequeretur, ut Xystus ejus in Asianam diœcesin patriarchicum jus ratum habuisset; quod ipsius sedi ne Constantinopolitana quidem synodus attribuerat. Hujus quippe synodi canone 2. decernitur, *ut Asianæ diœcesis episcopi quæ sunt in sola Asiana administrent, & Thraciæ episcopi Thraciam tantum regant*. Quamvis autem hoc illi jus primum Calchedonensis concilii canone concessum sit: illud tamen Aetius archidiaconus in eadem synodo act. XV. pag. 796. sic vindicat, quasi jam eidem sedi a CP. synodo attributum fuerit. Immo nisi Constantinopolitanum antistitem, etiam ante Calchedonensem synodum hoc in Asianas provincias jure potitum esse largiamur, a mendacio purgari nequit Philippus presbyter, cum in Calchedonensi concilio act. XV. Leontio episcopo Asianarum provinciarum privilegium vindicanti ac dicenti, *A sancto Timotheo usque nunc* XXVII. *episcopi facti, omnes in Epheso sunt ordinati*, respondit, *Sanctæ memoriæ Joannes* (Chrysost.) *episcopus Constantinopolitanus quindecim episcopos deposuit profectus in Asiam, & alios ordinavit, & Memnon heic ordinatus est*. At quoquo modo Constantinopolitani concilii canones 2. & 3. interpretati sint regiæ urbis præsules, eos a Xysti successoribus, saltem ad Hormisdam usque, nedum ab ipso Xysto, admissos non esse certum est.

5. Non cum proxime dictis de Iddua, cujus exemplum Xystus velut in transcursu attigit, sed cum superioribus hæc connectenda sunt. Xystus nempe, qui non plura dicere se præmiserat, rei hujus rationem reddit: quia nimirum pluribus docendi sunt qui ignorant, non qui, ut Proclus, quid officii sui sit apprime callent.


6. Supple, *ita*.

7. Decemb. XVIII. ann. 437.

8. Quos videlicet ut una in synodo congregatos Xystus in exordio alloquitur. Hujus autem convocandæ synodi quantum e superiore epistola & ex hac ipsa augurari licet, ea caussa fuit, ut Thessalonicensis ecclesiæ jura quæ Proclus usurpare aut imminuere tentabat, integra vindicarentur.

9. Id est, *tam multos pariter*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 434.



visitat ecclesias: nos [1] tot pariter credimus ecclesias nostris appellare nos litteris, quot estis qui ad sanctam synodum convenitis. Illi est sermo cum rudibus atque discipulis: nobis sermo cum collegis & doctis. Et ut a beatissimi Paulli cujus maxime præceptis obedire vos convenit, non recedamus exemplo; non vobis grave sit de his quæ ad nostram notitiam perveniunt, ut servetur disciplina ecclesiastica, commoneri ac si præsentes. Ergo vobiscum quod ad regularum canonumque custodiam proficere novimus, pro solicitudine nostra conferimus, sequestro filio nostro Artemio presbytero, cujus nobis efficacia in agendo pariter & moderatio placuit & amor, ut traditus trames a patribus, firmis vestræ dilectionis vestigiis teneatur, & ea quæ a nobis propter quietem ecclesiarum sunt [2] custodita, serventur.

II. Illyricanæ omnes ecclesiæ, ut a decessoribus nostris accepimus, & nos quoque fecimus, ad curam nunc pertinent Thessalonicensis antistitis; ut sua solicitudine, si quæ inter fratres nascantur, ut assolent, actiones distinguat atque definiat, & ad eum quidquid a singulis sacerdotibus agitur, referatur. Sit concilium quoties caussæ fuerint, quoties ille pro necessitatum emergentium ratione decreverit: ut merito sedes apostolica, relatione ejus instructa, quæ fuerint acta confirmet. Evocatus vestrum venire nemo contemnat; nec congregationi sanctæ ad quam debet festinare, se deneget. Excusatio per contumaciam non requiratur: ut vobis pariter convenientibus possit in commune constitui, quod ecclesiarum servet quietem, & populos teneat ad salutem.

III. Nec his vos, fratres carissimi, constitutis, quæ præter nostra præcepta orientalis synodus decernere voluit, credatis teneri, præter id quidem quod de fide consentientibus judicavit. A canonum præceptis vestrum nemo discedat, nec ab his deviet, quæ juxta regularum ordinem frequens ad vos directa sedis apostolicæ decrevit auctoritas. Si quid forsitan aut inter fratres natum fuerit, aut fratri cuipiam aliqua actio qua pulsetur, illata; aut illic fratre & coepiscopo nostro Anastasio judice eveniens negotium terminetur, qui vices apostolicæ sedis agere, ut beatæ memoriæ Rufus decessor ipsius, ex nostra voluntate cognoscitur: aut ad nos, si illic finiri non potuerit, eodem tamen suis litteris caussam omnem quæ vertitur prosequente, veniat examen.

IV. Nullum corpus est, quod capite non regatur. Estis quidem membra, ut novimus, sancta: sed vestrum caput respicere & honorare vos condecet: quoniam honor capitis ad spem totius proficit sanctitatis: & suum corpus solicitis tuetur oculis, quod sibi aptum & dignis videatur ad unamquamque rem officiis convenire. Sed ut omne corpus capite regitur, ita ipsum caput, nisi suo corpore sustentetur, firmitatem & vigorem suum perdit, & non tenet quam habuerat dignitatem. Estote igitur, ut esse convenit Domini sacerdotes, ecclesiarum præsules, religionis nostræ doctores. Reservate fratri & coepiscopo nostro reverentiam quam debetis, & inter vos pacem & concordiam custodite. Sit in vobis, ut esse credimus, [a] cor unum & anima una. Nec credatis vobis minui, quidquid reverentiæ illius, ad quem & majores nostri & nos Illyricanas ecclesias juxta morem traditum voluimus pertinere, a vestra dilectione & servari volumus & deferri. [3] Data xv. Kal. Januarias, Aetio iterum & Segisvulto consulibus.

a Act. IV. 32.

1. Primum istud *nos* in recto, sequens in quarto casu sumitur.

2. Mallet Holstenius *constituta*. A Xysti tamen scopo alienum non est *custodita*. Nihil enim novi constituit, sed quæ a majoribus sunt constituta custodit.

3. Decemb. XVIII. anni 437.

SEDULII

PRESBYTERI

LIBRI V.

PASCHALE CARMEN

INSCRIPTI:

ET

HYMNI DUO.

Ex editione CHRISTOPHORI CELLARII,

Nunc denuo recensita & cum ms. codice bibliothecæ regiæ Taurinensis collata;

NEC NON

Carmine de Verbi Incarnatione *haud ita pridem evulgato adaucta.*



ACCESSERUNT

LIBRI V.


PASCHALIS OPERIS

Ab eodem Sedulio soluta oratione conscripti;

Ex vetusto codice Petri Pithoei *J. C.*

Studio Francisci Jureti primum editi & notis illustrati:

Nunc vero iterum recogniti & emendati.



SEDULII
CARMEN PASCHALE.

[1] *Domino sancto ac beatissimo patri Macedonio* SEDULIUS *in Christo salutem.*

I. PRius quam me, venerabilis pater, operis nostri [2] decurso volumine censeas, & [3] ritu forsan severitatis objurges; utpote qui, nulla veteris scientiæ prærogativa suffultus, tam immensum PASCHALIS pelagus majestatis, & viris quoque peritissimis formidandum, parva tiro lintre cucurrerim: hujus apud te facti [4] caussas expurgem; ut, quum me non audacem fuisse probaveris, sed devotum, in pectoris tui portum blanda tranquillitate recipias; quem, gubernante Deo, lætaberis nulla pertulisse naufragia. Quum sæcularibus igitur studiis occupatus [5] vim impatientis ingenii quam divinitatis in me providentia generavit, non utilitati animæ, sed inani vitæ dependerem; & [6] litteratoriæ sollertia disciplinæ lusibus infructuosi operis, non auctori, serviret: tandem [a] misericors rerum conditor clementius fabricam sui juris adspexit, & stultos in me mundanæ sapientiæ diutius haberi sensus indoluit, ac fatuum prudentiæ mortalis ingenium cælesti sale condivit. Moxque, ut cordis oculos interior caligo deseruit, per sentes dumosi ruris errantia, in herbam florei cæspitis revolvi vestigia, totoque nisu melioris arbitrii, cultum illustrati pectoris Deo dicavi: non præsumtione virium sarcinam tantæ molis adripiens, sed onus Christi quod leve nimis est, humili pronus devotione complectens; culpa me scilicet arbitratus silentii non carere, si studiosæ mentis officium quod vanitati detulissem, veritati denegarem; quum & divina reverenter adseri, & humana possint honeste tractari.

II. Angebar rursus alia animi procella turbati; & ægros anhelitus illa mihi ratio sæpe commovebat, qua me noveram vel tua, pater beatissime, vel aliorum quos gratia similiter cælestis illustrat, quiddam profecisse doctrina. Quamquam ipsi cuncta monstrantes, aliquem credatis igniculum in me posse lucere: sed torpor cordis obtusi, tamquam silicis per venas, scintillam tenuem vix emittit. Et id ipsum parvi fomitis nutrimentum, quod in me potuit doni cælestis oleo [b] permanare, nefas esse putabam, muti tenacitate silentii cum nullo partiri: ne unius talenti creditam quantitatem dum nitor cautius custodire, culpa defossæ pecuniæ non carerem. Invidiæ siquidem maculam de se se non abluit, qui alteri conferre denegat, quod, quum dederit, non amittet. Inter diversas tamen anxiæ trepidationis ambages, ad jaciendum hujus operis fundamentum [c] ob hoc maxime provocatus accessi: ut alios exhortationibus veritatis ad frugem bonæ messis invitans, si quando infirmitatis humanæ vitiis forsitan lacessitus impugner, verbis propriæ disputationis [7] admonitus me tuear; & qui furta prohibui, fur videri verear; & qui rectæ soliditatis iter ostendi, proclivioris lubrici periculosa sectari, & clypeo dominicæ protectionis armatus, inimicæ jaculationis tela facili repulsione contemnam.

III. Cur autem metrica voluerim hæc ratione componere, breviter expedire non differam. Raro, pater optime, sicut vestra quoque peritia lectionis adsiduitate cognovit, divinæ munera [d] potestatis stilo quisquam hujus modulationis aptavit: & multi sunt, quos studiorum sæcularium disciplina per poeticas magis delicias & carminum voluptates oblectat. Hi quidquid rhetoricæ facundiæ perlegunt, negligentius adsequuntur, quoniam illud haud diligunt: quod autem versuum viderint blandimento mellitum, tanta cordis aviditate suscipiunt, ut in alta memoria sæpius hoc iterando constituant & reponant. Horum itaque mores non repudiandos æstimo, sed pro insita consuetudine vel natura tractandos: ut quisque suo magis ingenio [8] voluntarius adquiratur Deo. Nec differt, qua quis occasione imbuatur ad fidem: dum tamen libertatis viam ingressus, non repetat iniquæ servitutis laqueos quibus antea fuerat irretitus. Hæ sunt, pater egregie, operis nostri caussæ; non supervacuæ, sicut didicisti, sed commodæ: quæ si probabili ratione non displicent, benignitatis tuæ donentur favore; quo paullulum ab scripturis celsioribus vacans, humilioribus te quoque libenter impertias. Non semper aquila super nubes [e] elevata pervolitat, sed etiam remissioribus aliquando pennis descendit ad terram. Sæpe etiam belliger miles armis quibus adsuetus est dimicare, delectatur & ludere.

IV. At forsitan, ut ab hac te molestia perlegendi carminis in occultis abducas, talibus me blandæ orationis vocibus adloqueris. Cur, inquiens, adfabilis amice quem gratia puræ dilectionis amplector, dum me profusius niteris venerari præ ceteris, & fidos propositi sedulitate amicos sectaris, alios

1. *Domino sancto*] Abest a Cl. Almeloveenii codice *sancto*. Additur ibi *Macedonio presbytero*, quem *Abbatem* dicunt alii, quod cum *patris* vocabulo magis congruit.
2. *Decurso volumine*] Perlecto.
3. *Ritu forsan*] Sic mss. Barthii & Almelov. Vulgo *rite*.
4. *Caussas expurgem*] Sensus postulat, *expurgo*: aut *liceat expurgem*.
5. *Vim ingenii, quam*] Sic mss. Lipf. & Alm. Vulgati *quod*, ingenium puta.
6. *Litteratoriæ disciplinæ*] Sic Lipsiensis codex: *litterariæ* Almel. Sed Tertullianus etiam de idololatria cap. x. *necessitatem litteratoriæ eruditionis* dixit.
7. *Admonitus me tuear*] Barthius ita ingenio vel codice confisus emendaverat: bene, ut nobis videtur. Scripti nostri & excusi *metuam*.
8. *Voluntarius*] Abest ab Almel. membranis, & videtur verborum *suo ingenio* interpretamentum esse.

a *Misericors rer.*] Al. edit. *misericors Deus, rer.* Et paullo ante, *deserviret* pro *serviret*.
b *Permanare — putabam*] Sic rectius fortasse al. edit. ubi Cellarius habet *permanere — pensabam*.
c *Ob hoc*] Præpositionem omittunt al. edit.
d *Potestatis*] Al. edit. *pietatis*: quod magis placet. Ibid. paullo ante, *sicut tua*, pro *vestra*.
e *Elevata*] Inter mss. codices Latinos bibliothecæ regiæ Taurinensis part. II. pagg. 244. seqq. exstat codex membranaceus, cum editione hujusmodi operis Sedulii a viris eruditissimis collatus: cujus propterea collationis nonnulla notatu digna heic subjicienda existimamus. Hoc autem loco pro *elevata* præ se fert laudatus codex *elata*. Fortasse rectius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

tamquam neglectos offendis: qui quum sint doctrina non impares, & una mecum soleant religiosæ fidei societate conjungi, me potissimum ac solum eligas vel secernas, cui devotionis tuæ dicta committas? Habes antistitem plenum reverentiæ sacerdotalis Ursinum: qui ab [a] ætatis primævæ tirocinio regis æterni castra non deserens, vixit inter barbaros pius, inter bella pacatus. Accepit testimonium beati jam meriti, [1] & evangelicæ sacramentum doctrinæ. Legimus enim: * *Beati pacifici, quoniam ipsi filii Dei vocabuntur*. Habes Laurentium difficili comparatione presbyterum: qui substantiam sui patrimonii sic [b] erogavit, ut ecclesiis & egenis universa distribuens, tanti census effusione nihil perderet; sapientia pervigil, lenitate placabilis, quo & serpentis astutiam cum lege custodiat, & columbæ simplicis animum non amittat. Habes quoque meum Gallicanum æque presbyterum: non in libris sæcularibus eruditum, sed [2] placida bonitate mitissimum; catholicæ regulam disciplinæ factis potius edocentem, quam sermone monstrantem. Quid Ursini presbyteri quoque dicam annosam patientiam, & in Christi famulatu non deficiendo juvenilem senectam? quidve Felicem referam, vere felicem, hujus sæculi inimicum, cui * *crucifixus est mundus*? Sunt & alii memorabiles viri quam plurimi, quos ad hoc suscipiendum idoneos constat esse officium. Nec Hieronymi, divinæ legis interpretis & cælestis bibliothecæ cultoris, exempla te pudeat imitari: atque ad generosas quoque feminas & præclaræ indolis fama subnixas, in quarum mentibus sacræ [3] lectionis instantia sobrium sapientiæ domicilium collocavit, propriæ disputationis transmittere documenta. Quis non optet [4] & non ambiat eximio [5] Syncletices, sacræ virginis & ministræ Dei, placere judicio: quæ superbi sanguinis nobilitatem sic humilitate provexit ad gloriam, ut in cælestis patriæ senatu fieri mereatur adlecta? Vere dignum, in quo Dominus habitet, templum, jejuniis castigatum, [6] orationibus refectum, puritate mundissimum. Scripturas etiam ecclesiastici dogmatis ita sitiens epotavit, ut, nisi sexus licentia defuisset, posset & docere, quum in membris feminei corporis animus sit virilis. De quotidianæ vero misericordiæ dispensatione reticeo: quam sic exercet, ut sileat; sic largitur, ut lateat. Indicat tamen ejus pauper habitus, ubi census proficiat dives. Et ut magnitudo tantæ prudentiæ, gemina resplendens lampade, plus luceret; habet & germanam nomine meritoque Perpetuam, annis imparem, factis æqualem, ævo teneram, probitate grandævam: quæ dum nominis sui dignitate pascitur, sic vivit, ut nequeat amittere quod vocatur. Illustris maritali potentia, illustrior religione divina, proximam virginitati continet palmam, in conjugii fœdere manens pudica. Cetera, præter conspicuos, utpote nuptæ convenientes ornatus, quæ jam de sorore diximus, in hujus quoque moribus invenimus.

V. Ad hæc ego congrua rursus ita responsione perfungar. Ne, quæso, domine mi pater, quem diligere te profiteris, abjicias: quem fovere adsoles, invidiose deterreas. Nullum siquidem ex his omnibus vito, de nullius meritis aut instructione diffido: sed in te cunctos adspicio. Quosdam collationibus adsiduæ disputationis ad meliora vexisti: quosdam placidæ maturitate doctrinæ, desiderio sanctæ conversationis implesti: quibusdam exemplum factus es ad salutem: alios [7] intra septa gregis tui oves fecisti, alios enutrivisti: * omnia omnibus factus es, ut omnes salvos efficeres. Cesset, obsecro, plurimorum jactura verborum; cessent deinceps longæ excusationis ambages; nec pigeat te post tanti gurgitis emensa discrimina, adhuc fluctuanti paginæ auctoritatis tuæ anchoram commodare. Quatuor ergo MIRABILIUM DIVINORUM libellos, quos ex pluribus pauca complexus usque ad passionem & resurrectionem adscensionemque Domini nostri Jesu Christi, quatuor evangelistarum dicta congregans, ordinavi, contra omnes æmulos tuæ defensioni commendo. Huic autem operi, favente Deo, PASCHALIS CARMINIS nomen imposui, quia * PASCHA *nostrum immolatus est Christus*: cui honor & gloria, [8] cum Patre & Spiritu sancto, per omnia sæcula sæculorum. Amen.

* Matth. V. 9. * Gal. VI. 14. * I. Cor. IX. 12. * I. Cor. V. 7.

1. *Et evangelicæ sacramentum doctrinæ*] Sic codex Almel. & editi. At Lipf. sine copula, ac mutato casu: *meriti evangelicæ sacramento doctrinæ*.
2. *Placida bonitate*] Alm. sic: at Lipf. *plac. benignitate*.
3. *Lectionis instantia*] Perseverantia.
4. *Et non ambiat*] Est Alm. cod. *non*, quod prætermissum in vulgatis.
5. *Syncletices*] Corrupte editi Sindeticis: scripti manu *Sincleticis*: lege *Syncletices*, Συγκλητικῆς, quasi Senatoriæ: ad quam nominis originem post paullo respicitur verbis, *in cælestis patriæ senatu fieri mereatur adlecta*.
6. *Orationibus refectum*] Sic mss. Lipf. & Alm. quod est *confirmatum*. Vulg. *refertum*.
7. *Intra septa gregis tui oves*] Mss. ita: vulgati, *intra septa gregis tui accipiens, oves f.*
8. *Cum Patre & Spiritu sancto*] Absunt hæc a Lipf. codice: qui & postea, *in sæcula*. Alm. autem, ut editum.

a *Ætatis prim.*] Al. *ætatis* SUÆ *prim.*

b *Erogavit*] Ita rescripsimus cum al. edit. At Cellarius, *amavit*: meo judicio, minus recte.

SEDULII
IN CARMEN PASCHALE
PROLOGUS.

PAschales quicumque dapes conviva requiris A
    Dignatus nostris accubitare toris:
Pone supercilium, si te cognoscis amicum;
    Nec quæras opus heic codicis artificis,
Sed modicæ contentus adi solemnia mensæ,
    Plusque libens animo, quam saturare cibo.
At si magnatum caperis dulcedine rerum,
    Divitiasque magis deliciosus amas:
Nobilium nitidis doctorum vescere cœnis,
    Quorum multiplices nec numerantur opes.
Illic invenies quidquid mare nutrit edendum,
    Quidquid terra creat, quidquid ad astra volat:
Cerea gemmatis flavescunt mella canistris,
    Collucentque suis aurea vasa favis.
At nos exiguum de paupere carpsimus horto,
    Rubra [a] quod adpositum testa ministrat, olus.

MIRABILIUM DIVINORUM
SIVE
PASCHALIS CARMINIS
LIBER I.
EXORDIUM.

I.

Gentiles arguit hortaturque converti. B

QUum sua gentiles studeant figmenta poetæ
Grandisonis pompare modis [b], tragicoque boatu,
Ridiculove Geta seu qualibet arte canendi
Sæva nefandarum renovent contagia rerum,
Et scelerum monumenta canant; rituque magistro
Plurima Niliacis tradant mendacia biblis:
Cur ego, Davidicis adsuetus cantibus odas
Chordarum resonare decem sanctoque verenter
Stare [c] choro, & placidis cælestia psallere verbis, C
Clara salutiferi taceam miracula Christi?
Quum possim manifesta loqui, Dominumque tonantem
Sensibus & toto delectet corde fateri:
Qui sensus & corda dedit, cui convenit uni
Facturam servire suam; cui jure perenni
Arcibus ætheriis una est cum Patre potestas,
Par splendor, communis apex, sociale cacumen,
Æquus honor, virtus eadem, sine tempore regnum,
Semper [d] principium, sceptrum juge, gloria consors,
Majestas similis. Hæc est vis namque salutis,
Hæc firmo ad dona gradus paschalia ducit.
Hæc mihi carmen erit: mentes huc vertite cuncti.
Hanc constanter opem læsis adhibete medullis,
Quos letale malum, quos vanis dedita curis
Attica Cecropii cepit doctrina veneni:
Sectantesque magis vitam spirantis odorem
Legis, Athenæi fœtorem linquite pagi.
Quid labyrintheo, Thesidæ, erratis in antro,
Cæcaque Dædalei lustratis limina tecti?
Labruscam placidis quid adhuc præponitis uvis,
Neglectisque rosis saliuncam sumitis agri?

IN PROLOGUM NOTÆ.

Vers. 10. *Nec numerantur*] Nic. Heinsius, inducto *nec*, scribi jussit *adnumerantur*.

V. 11. *Nutrit edendum*] Idem summus vir malebat *mittit* edendum.

IN LIBRUM I.

Vers. 2. *Grandisonis pompare modis*] Non ex infimis sæculis verbum *pompare* est, ut Vossius censuit: sed Tertulliani quoque temporibus usitatum, qui de Spectaculis cap. VII. *Circensium pompatior suggestus* dixit; & de Cult. fem. lib. II. cap. IX. *pompaticas progredi*, Et Trebellius in Zenobia, *nihil pompabilius*. D

V. 3. *Ridiculove Geta*] Jo. Frid. Gronovius restituit Observat. in Eccl. cap. II. p. 29. *Geta* comica persona est, ideoque ridicula.

V. 6. *Niliacis biblis*] Sic mss. Lipf. & Alm. id est papyro, chartis. Lucanus lib. III. vers. 222.

Nondum flumineas Memphis contexere biblos
Noverat.

V. 12. *Delectet corde fateri*] Sic scriptum in membranis pluribus. Fabric. *delecter*.

V. 18. *Sceptrum juge*] Sedulio hoc singulare, quod primam in *jugis* corripuit: ut lib. II. in Dominica oratione, vers. 255.

Hoc jugibus votis. Adde lib. III. vers. 239.
Et quotquot tetigere, jugem sensere salutem.

V. 19. *Majestas similis: hæc*] Licentia cæsuræ.

V. 24. *Quos attica cepit doctrina*] Barthii mss. *cepit*: alii *serpit*, *sepit*.

V. 26. *Athenæi fœtorem pagi*] Athenas ethnicas. *Athenæus*, Atticus: ut Theocritus Idyll. V. vers. 23. Ἀθαναίαν ἱερὰν dixit. Viro ampl. Gisb. Cupero hoc exemplum debemus. Cod. Alm. *pædorem*, ubi *fœtorem* alii.

V. 27. *Thesidæ*] Athenienses, ut Virgil. II. Georg. vers. 383. a Theseo rege.

V. 29. *Placidis uvis*] Mitibus, maturis.

V. 30. *Neglectis rosis saliuncam*] Virgil. Ecl. V. vers. 17. cedit

Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.

a *Rubra* cet.] Isidorus Origin. lib. XX. cap. IV. *Aretina vasa*, inquit, ex *Aretio municipio Italiæ dicuntur ubi fiunt*: *sunt enim rubra*. *De quibus* SEDULIUS:

Rubra quod appositum testa ministrat olus.

Eumdem quoque versum recitat Beda *de arte metrica*; ubi *Quæ sit optima carminis forma*, inquirit: opp. tom. I. pag. 34. edit. Colon. 1688. quam sequimur.

b *Grandisonis pompare modis*] Istud acrostichium in medium profert idem Beda l. c. pag. 35. ubi *de scansionibus*.

c *Stare choro* cet.] Laudat iterum Beda hunc versum l. c. pag. 27. agens *de communibus syllabis*.

d *Semper princ.*] Hic item versus exstat apud Bedam l. c.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
435.



Quid lapides atque æra coli, quid fana, profanis A
Proderit & mutis animas damnare metallis?
Parcite pulverei squalentia jugera campi
Et steriles habitare plagas, ubi gignere fructum
Arida nescit humus; nec de tellure cruenta
Livida mortiferis vellatis toxica succis,
Tartareis damnata cibis: sed amœna virecta
Florentum semper nemorum sedesque beatas
Per latices intrate pios; ubi semina vitæ
Divinis animantur aquis, & fonte superno
Lætificata seges spinis mundatur ademtis,
Ut messis queat esse Dei, mercisque futuræ
Maxima centenum cumulare per horrea fructum.

II. B

Invocatio divini Numinis.

Omnipotens æterne Deus, spes unica mundi,
Qui cæli fabricator ades, qui conditor orbis;
Qui maris undisonas fluctu surgente procellas
Mergere vicinæ prohibes confinia terræ;
Qui solem radiis & lunam cornibus imples,
Inque diem ac noctem lumen metiris utrumque;
Qui stellas numeras, quarum tu nomina solus,
Signa, potestates, cursus, loca, tempora nosti,
Qui [a] diversa novam formasti in corpora terram,
Torpentique solo viventia membra dedisti;
Qui pereuntem hominem vetiti dulcedine pomi C
Instauras meliore cibo, potuque sacrati
Sanguinis infusum depellis ab angue venenum;
Qui genus humanum, præter quos clauserat arca,
Diluvii rapida spumantis mole sepultum,
Una iterum de stirpe creas; ut mystica virtus,
Quod carnis delicta necant, hoc præsule ligno
Monstraret liquidas renovari posse per undas;
Totum namque lavas uno baptismate mundum:
Pande salutarem paucos quæ ducit in urbem
Angusto mihi calle viam, verbique lucernam
Da pedibus lucere meis; ut semita vitæ
Ad caulas me ruris agat, qua servat amœnum
Pastor ovile bonus, qua vellere prævius albo
Virginis agnus ovis grexque omnis candidus D
intrat.
Te duce difficilis non est via: subditur omnis
Imperiis natura tuis, rituque soluto
Transit in adversas jussu dominante figuras.
Si jubeas mediis segetes arere pruinis:
Messorem producet hiems. Si currere mustum
Vernali sub sole velis: florentibus arvis
Sordibus impressas calcabit vinitor uvas,
Cunctaque divinis parebunt tempora dictis.
Indicio est antiqua fides, & cana priorum
Testis origo patrum nullisque abolenda per ævum
Temporibus: constant virtutum signa tuarum,
Ex quibus audaci perstringere pauca relatu
Vix animis committo meis, silvamque patentem
Ingrediens aliquos nitor contingere ramos.
Nam centum licet ora movens vox ferrea clamet,
Centenosque sonos humanum pectus anhelet:
Cuncta quis expediet, quorum nec lucida cæli
Sidera, nec bibulæ numeris æquantur arenæ?

INCIPIT LIBER

VETERIS TESTAMENTI.

III.

Enoch translatus.

Primus ab usque chao, meritis vivacibus Enoch
Multa per innumeros jam sæcula contigit annos,
Natura perdente modum, quem jure creandi
Terra tulit: genitum sed mors miratur ademtum.

IV.

Saræ partus. Isaac mactandus.

Saucia jam vetulæ marcebant viscera Saræ
Grandævo consumta situ, prolemque negabat
Frigidus annoso moriens in corpore sanguis:
Cum, seniore viro, gelidi præcordia ventris
In partum tumuere novum: tremebundaque
mater
Algentes onerata sinus, spem gentis opimæ
Edidit, & serum suspendit ad ubera natum:
Mactandumque Deo pater obtulit: at sacer ipsam
Pro pueri jugulis aries mactatur ad aram.
O justi mens sancta viri! pietate remota,
Plus pietatis habens contemsit vulnera nati,
Amplexus præcepta Dei: typicique cruoris
Auxilio ventura docet, quod sanguine fuso
Humana pro gente pius succumberet Agnus.

V.

Uxor Loti, in salis statuam versa.

Lot [b] Sodomæ fugiente chaos dum respicit
uxor,
In statuam mutata salis stupefacta remansit,
Ad pœnam conversa suam: quia nemo retrorsum,
Noxia contemti vitans discrimina mundi,
Adspiciens salvandus erit; nec debet arator,
Dignum opus exercens, vultum in sua terga
referre.

V. 32. *Animas damnare metallis*] Adluditur ad damnatos in metalla, quibus similes sint idolorum æneorum cultores. E
V. 33. *Parcite steriles habitare plagas*] *Parcite*, nolite, cavete: ut Æneid. III. vers. 42.
Parce pias scelerare manus.
V. 37. *Virecta*] Vireta. Mss. per *ct*, Lips. Cantabr. Heins. Alm. Et Virg. Æn. VI. vers. 638. *amœna virecta* in codd. vetustis. Isidorus XVIII. Orig. c. VI. *Virectum*, *ubi virgulæ novellæ & virentes.*
V. 39. *Per latices pios*] Per baptismum.
V. 56. *Infusum ab angue venenum*] Sic scripti libri; in editis multis *ungue*.
V. 58. *Diluvii rapida mole*] RAPIDA codd. Lips. Alm. & Barth. ut celeritas oppressionis significetur, eo modo quo Æn. II. vers. 305.
— *rapidus montano flumine torrens*
Sternit agros, cetera.
Nec *moles* male de diluvio. Silius III. vers. 46.
— *surgentis mole profundi*
Injectum terris subitum mare.
V. 68. *Virginis agnus ovis*] Gignendi casu *ovis*: id est, Mariæ matris Christi.
V. 70. *Rituque soluto*] Consueta forma mutata: Supra vers. 5. *rituque magistro.*
V. 87. *Ab usque chao*] Sic editi, & Alm. scriptus: at Lips. *ad usque chaos*.
V. 103. *Sanguine fuso*] Mss. *sanguine Christi*, quod glossema videtur.
V. 104. *Pius succumberet*] Lips. cod. ita, & Fabricius: at Alm. *occumberet* cum hiatu, hujus generis poetis non insolito. *Pius* agnus est mitis, placidus.
V. 109. *Adspiciens*] Sic membranæ: vulgati *respiciens*.

a *Qui diver.*] Ms. cod. Taurin. *Qui diversa nova formasti in corpora terra.*

b *Lot Sod.*] Hos sex sequentes versus recitat Beda l. c. *de optima carminis forma*, pag. 33. in quorum primo legit *Sodomis* pro *Sodomæ*.

VI.

Rubus ardens.

Ignibus innocuis flagrans apparuit olim
Non ardens ardere rubus: nec juncta calori
Materies alimenta dabat, nec torrida vivens
Sensit damna frutex; sed amici fomitis æstu
Frondea blanditæ lambebant robora flammæ.

VII.

Virga Mosis.

Mitis in immitem virga est animata draconem
Per flexos sinuata globos; linguisque trisulcis
Squamea colla tumens inimicos ore chelydros
Sorbuit; & proprii redit in virgulta rigoris.

VIII.

Transitus per mare rubrum.

Pervia [a] divisi patuerunt cærula ponti
In geminum revoluta latus, nudataque tellus
Cognatis spoliatur aquis, ac turba pedestris
Intrat in absentis pelagi mare, perque profundum
Sicca peregrinas stupuerunt marmora plantas. C
Mutavit natura viam: mediumque per æquor
Incedens populus rude jam baptisma gerebat,
Cui dux Christus erat: clamat nam lectio: multas
Vox Domini super exstat aquas: vox denique Verbum,
Verbum Christus adest; geminæ qui consona legis
Testamenta regens, veterem patefecit abyssum,
Ut doctrina sequens planis incederet arvis.

IX.

Manna cælitus datum.

Quid referam, innumeras cælesti pane catervas
Angelicos sumsisse cibos, nimbisque superni
D Nectaris aeria populum dulcedine pastum,
In pluviis habuisse dapes, & in imbribus escas?

X.

Aquæ de petra.

Rursus exustis sitiens exercitus arvis,
Qua nimium loca sicca diu, qua terra negatis
A Ægra jacebat aquis; qua spes ablata bibendi
Vivendique fuit, subitas arente metallo
Hausit aquas: sterilique latex de rupe [b] cucurrit,
Et jejuna novum vomuerunt marmora potum.
His igitur jam sacra tribus dans munera rebus:
Christus [c] erat panis, Christus petra, Christus in undis.

XI.

De locutione asellæ Balaam.

Angelicis tremefacta minis adfatur asella
Sessorem per verba suum, linguaque rudenti
B Edidit humanas animal pecuale loquelas.

XII.

De statione solis sub Jesu Nave.

Sol stetit ad Gabaon, mediique cacumine cæli
Fixit anhelantem dilato vespere lucem,
Insolitus frenare diem: nec luna cucurrit,
Ordine pigra suo, donec populantibus armis
Fervidus ingentem gladius consumeret hostem,
Conjurante polo: jam tunc famulata videbant
Sidera venturum præmisso nomine Jesum.

XIII.

De Helia corvis ministrantibus pasto, atque igneo curru in cælum evecto.

Heliam corvi quondam pavere ministri,
Præbentes sine more dapes, alesque rapinis
Deditus atque avido saturans cava guttura rostro,
Tradidit inlæsam jejunis morsibus escam:
Nunc bonus Heliæ, qui perfidus antea Noæ,
Abluit in terris quidquid deliquit in undis.
Plenus at ille Deo postquam miracula terris
Plura dedit, meritisque suis succedere dignum
Heredem propriæ fecit virtutis amicum:
Aurea flammigeris evectus in astra quadrigis,
Qua levis aerios non exprimit orbita sulcos,
Sidereum penetravit iter; curruque corusco
Dexteriora petens spatio majore triumphum
Duxit, & humani metam non contigit ævi.
Quam bene fulminei prælucens semita cæli
Convenit Heliæ, merito qui & nomine fulgens
Hac ope [d] dignus erat: nam si sermonis Achivi
Una per accentum mutetur littera, sol est.

V. 126. *Incedens populus*] Heins. & Alm. codd. ita: vulgati *ingrediens*.
V. 128. *Vox denique Verbum*] Quidam codd. *verbum est*: sed Cantabr. & Alm. sine *est*, ut ἀναδίπλωσις sit, elegans poetarum figura. Nec *est*, & quod sequitur, bene conveniunt.
V. 130. *Regens*] Sic mss. & editi olim: at Fabr. *gerens*.
V. 131. *Doctrina sequens*] Evangelium, novum testamentum.
V. 134. *Aeria dulcedine*] Heins. & Alm. codd. ita: Lips. *ætheria*.
V. 139. *Arente metallo*] Petra: mox, *sterili de rupe*. Silius lib. VIII. vers. 481.

—— *niveis exegit luna metallis*;

id est, marmore lunensi. Statius IV. Silv. IV. 23.

Anne metalli feræ repeti jam mœnia lunæ?

E V. 146. *Animal pecuale*] Etiam Venantius Fortunatus hac παρωνύμῳ forma usus est lib. II. de Martino vers. 146.


Et mihi præda jaces pecuali capta ministro.

V. 155. *Sine more*] Sine exemplo.
V. 158. *Perfidus antea Noæ*] Forte *ante ea*. Mss. tamen *antea*: nec ignota licentia in his nostris.
V. 164. *Aerios*] Sic cod. Alm. Alii *ætherios*.
V. 169. *Merito qui &*] Alm. cod. ita: quod & Nic. Heinsius laudavit; quamquam in ipsius codice, ut in vulgatis libris, *meritoque* legebatur.
V. 171. *Sol est*] Quia ἥλιος, *sol*, & *Heliæ* nomen conveniunt.

a *Pervia div.*] Hunc versum 120. cum sequente 124. legere est apud Bedam l. c. pag. 34.
b *Cucurrit*] Cod. Taurin. *manavit*, repugnante metro.
c *Christus erat* cet.] Exstat apud Bedam l. c. *de scansionibus*, pag. 35. qui & mox sequentem 146. describit pag. 34.
d *Hac ope dign.*] Sic & codex Taurin. At al. edit. *Æthere dign.*

 Yyy 2

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



XIV.

Ætas regis Ezechiæ XV. annis aucta.

Ultima labentis miseratus tempora lucis,
Ter quinos quondam regi Deus addidit annos,
Usus jure suo: patefactaque limina claudens
Mortis, ab occasu vitam convertit in ortum.

XV.

Jonas in ventre ceti.

Jonas puppe cadens, ceto sorbente voratus,
In pelago non sensit aquas, vitale sepulcrum,
Ne moreretur, habens: tutusque in ventre ferino,
Depositum, non præda fuit: vastumque per æquor,
Venit ad ignotas inimico remige terras.

XVI.

De tribus pueris in fornace Babylonica servatis.

Quum, spirante Deo, Babylonia sacra negarent
Tres una cum mente viri, durumque subirent
Exitium sævi Chaldæa lege tyranni,
Cujus [a] Achæmeniam rabies accenderat iram
Plus fornace sua: medios truduntur in ignes,
Nil urente rogo: [b] tantumque ardore calentes
Cordis imagineæ vincunt incendia pœnæ
Igne animi. O quanta est credentum gloria! flammis
Ardentis fidei restincta est flamma camini.

XVII.

Nabuchodonosoris pœna.

Digna sed immitem mox perculit ultio regem:
Nam quod ab humana vecors pietate recessit,
Agrestes pecudum consors fuit ille per herbas.
Aulica depasto mutans convivia fœno,
Pronus ab amne bibit: septenaque tempora lustrans
Omnibus hirsutus silvis & montibus errat.

XVIII.

Daniel in antro leonum.

Nec minus & Darii furuerunt jussa tyranni,
(Ecce etenim sceleri scelus addidit ira furentis)
Hebræumque decus Daniel decernitur insons
Jejunis cibus esse feris: sed bellua justo
Mitis facta viro, sanctos ne læderet artus,
Cœpit amare famem: rabies mollita furorem
Deposuit, sævisque in faucibus ira quievit,
Et didicere truces prædam servare leones.

XIX.

Miraculorum prædictorum recapitulatio.

Dic ubi sunt, natura, tuæ post talia leges?
Quis toties tibi jura tulit? qui tartara jussit
Translatum nescire virum: sterilemque marito
Fecundavit anum: sacram præcepit ad aram
Sponte venire pecus: muliebres transtulit artus
In simulacra salis: ramos incendia passos
Non ardere dedit: virgultum solvit in anguem:
Per pelagus siccavit iter: mirabile nimbis
Manna pluit: saxo latices produxit ab imo:
Quadrupedem fari plano sermone coegit:
Suspensis rapidas elementis distulit horas:
Per volucres hominem pasci dedit, atque coruscis
In cælum transvexit equis: jam morte gravato
Adjecit tria lustra viro: prædonis in ore
Naufragio fundavit opem: flagrante camino
Servavit sub rore pios: per pascua regem
Pavit, ut hirsutam pecudem: rictusque leonum,
Instimulante fame, jussit nescire furorem:
Nempe creatori (cujus, quæcumque videntur,
Seu quæcumque latent, & rerum machina [c] sermo est)
Omne suum famulatur opus: sequiturque jubentis
Imperium, quocumque trahit sententia nutu.

XX.

Deflet idolorum cultores.

Heu miseri, qui vana colunt: qui corde sinistro
Relligiosa sibi sculpunt simulacra, suumque
Factorem fugiunt; & quæ fecere, verentur!
Quis furor est, quæ tanta animos dementia ludit:
Ut volucrem, turpemque bovem, tortumque draconem,
Semihominemque canem supplex homo pronus adoret?
Ast alii solem cæcatis mentibus acti,
Adfirmant rerum esse patrem; quia rite videtur
Clara serenatis infundere lumina terris,
Et totum lustrare polum: quum constet ab istis
Motibus instabilem rapidis discursibus ignem,

V. 178. *Ventre ferino*] Balænæ, ceti. *Fera* terrestris alias: heic de piscibus, ut Manilius lib. V. vers. 189.

Sunt quibus in ponto studium est cepisse ferarum
Diversas facies.

V. 179. *Depositum*] Sic plures; & Alm. etiam: Lips. autem *depositus*.
V. 180. *Inimico remige*] Balæna, ceto.
V. 184. *Achæmeniam iram*] Persicam: ut apud Horat. *Achæmenia nardus*, Epod. XIII. Achæmenes autem Cyri avus, Herodot. VII. cap. XI.
V. 186. *Nil urente*] Sic Lips. & Cantabr. bene: quidam vulgati *audente*.
— *Tantumque*) Et hoc ex Lips. est. Vulgati *tantoque*.
V. 196. *Nec minus & Darii*] Δάρειος Græce, longa media.
— *Furuerunt jussa*] Sic editi & scriptus Lipsiensis: quamquam Diomedes neget præteritum a *furo*. Cantabr. *ferverunt*.
V. 197. *Ecce etenim sceleri*] Hic versus abest a mss. Lips. & Heins. & Cantabr.
V. 213. *Plano sermone*] Codd. Heins. & Lips. *plano*: vulgati *pleno*.
V. 217. *Prædonis in ore Naufragio*] Lips. & Heins. ita: non *navifrago*, ut editi quidam.
V. 223. *Sermo est*] Sic mss. Heins. & Lips. quod & recentiore manu a Cantabr. suprascriptum. Alii, editi maxime, *serva est*.
V. 228. *Verentur*] Venerantur, reverentur.

a *Cujus Ach.*] Placidus Lactantius, Papinii Statii scholiastes, ad *Thebaid.* VIII. 286. hunc versum ita legit:
Cujus Achæmeniam rabiemque accenderat ira
Plus fornace sua.

b *Tantumque*] Hanc lectionem confirmat quoque codex Taurin.
c *Sermo est*] Sic item codex Taurin.



Officium, non esse deum; quique ordine certo A
Nunc oritur, nunc occiduas demissus in oras
Partitur cum nocte vices, nec semper ubique est.
Nec lumen fuit ille manens in origine mundi,
Quum geminum sine sole diem novus orbis haberet.
Sic lunæ quoque vota ferunt, quam crescere cernunt
Ac minui: stellisque litant, quæ luce fugantur.
Hic laticem colit, ille larem: sed jungere sacris
Non audent inimica suis; ne lite propinqua,
Aut rogus exiguas deficcet fortior undas,
Aut validis tenues moriantur fontibus ignes.
Arboreis alius ponit radicibus aras,
Instituitque dapes, & ramos flebilis orat: B
Ut natos caramque domum dilectaque rura
Conjugiique fidem, famulos censumque gubernent.
Lignee, [a] ligna rogas, surdis clamare videris,
A mutis responsa petis: quæ jura domorum
Hac ratione regunt, si cæsa securibus actis
Ardua pendentis sustentant culmina tecti,
Aut subjecta focis dapibus famulantur edendis?
Nonnulli venerantur olus, mollesque per hortos,
Numina sicca rigant, verique hac arte videntur
Transplantatorum cultores esse deorum.
Plura referre pudet, sanctoque in carmine longum
Vel damnare nefas: ne mollia sentibus uram C
Lilia, purpurei neu per violaria campi
Carduus, & spinis surgat paliurus acutis.
Jam satis humanis erroribus addita monstra
Risimus, aut potius tales deflevimus actus.

XXI.

Semet ipsum exhortatur poeta.

Nunc cœptam juvat ire viam, montemque per altum
Nitentes firmare gradus: properemus in urbem
Libertatis ope, radians ubi regia fulvis
Emicat aula tholis, ubi dantur digna petenti, D
Quærenti spes certa manet, claustrisque remotis
Pervia pulsanti referantur limina cordi.
Hic est ille lapis reprobus: quem vertice gestat
Angulus, atque oculis præbet miracula nostris.
Est leve [b] cujus onus, cujus juga ferre suave est.

XXII.

Trinitatem adstruit adversus Arrium & Sabellium.

Per digesta prius veteris miracula legis
Rettulimus, sancti conjuncto Spiritus actu,
Quæ Genitor socia Nati virtute peregit:
Per digesta rudis nec non miracula legis
Dicemus sancti conjuncto Spiritus actu
Quæ Natus socia Patris virtute peregit,
Semper ut una manens deitatis forma perennis
Quod simplex, triplicet: quodque est triplicabile, simplet.
Hæc est vera fides: hanc sprevit habere salutem
Arrius infelix, qui curva per avia rectum
Flectere nisus iter, foveam delapsus in atram
Corruit & tætri mersus petit ima profundi.
Tam vacuus sensu, justæ quam tempore pœnæ,
Visceribus fusis, vacuus quoque ventre remansit:
Demens, perpetui qui non imitanda Parentis
Jura, caducorum gradibus simulavit honorum.
Namque homines inter natum genitore minorem
Lex carnalis habet, quoniam pater ipse parentis
Filius ante fuit: mox & qui filius est nunc,
Adforet esse pater: sic per genus omne nepotum
C It nova progenies, & avi numerantur avorum.
At Dominus, Verbum, virtus, sapientia, Christus,
Et totum commune Patris de lumine lumen,
De solo solus: cui nec minus est Patre quidquam,
Nec quo crescat habet; genitus, non quippe creatus,
Ipse est principium. Nam sicut clarus habetur,
In genitore manens: genitor quoque clarus in ipso
Permanet, & rerum caput est Deus unus ubique.
Non quia qui summus Pater est, & Filius hic est:
Sed quia quod summus Pater est, & Filius hoc est.
Sic ait [c] ipse docens: Ego in Patre & Pater in me est.
Rursus: ego atque Pater unum sumus. Arrius UNUM
Debet scire, SUMUSque Sabellius esse fatendum.
Iste fidem trinam, ast hic non amplectitur unam;
Ambo errore pares, quamquam diversa [d] sequantur;

V. 252. *Clamare videris*] Demonstraris, deprehenderis.

V. 257. *Venerantur olus mollesque per hortos*] Juvenal. sat. xv. vers. 10. de Ægyptiis:

O sanctas gentes, quibus hæc nascuntur in hortis Numina!

Molles autem, sunt culti, delicatuli: ut Phædrus lib. IV. Fab. IV. vers. 26. *delicatos hortulos* dixit. *Cuper.*

V. 263. *Spinis paliurus acutis*] Virgilianus versus ex Ecloga V. ℣. 39. ubi Servius: *Paliurus, herba asperrima & spinosa.*

V. 268. *Libertatis ope*] Cæsura in vetustis libris: vulgatis, *opem.*

V. 274. *Est leve cujus onus*] Transposuimus, quæ in vulgatis & cod. Lips. sunt cum hiatu insolito:

Cujus onus leve est.

V. 275. *Per digesta*] Barthius conjungi vult, *perdigesta* una voce.

V. 276. *Conjuncto Spiritus actu*] Patrius casus correptus contra legem, etiam in Lips. ms. Sic & vers. 279. proxime. Nisi & alibi in metro noster peccet: crediderim scripsisse *Flaminis actus*, cujus glossa in margine fuerit *Spiritus*.

V. 282. *Triplicabile simplet*] Verbum illius ævi, quod Barthius, Cuperus & Car. du Fresne tuentur. Quidam, etiam Lips. codex, *simplex.*

V. 284. *Arrius infelix*] Græcum archihæretici nomen Ἄρειος, *Arius*, cum Romano *Arrius* confundi, diximus in E Orthographia. Adde Prudentii Psychom. vers. 794.

V. 288. *Vacuus ventre*] Socrates lib. I. cap. XXXVIII. & Sozomenus II. cap. XXX.

V. 293. *Est nunc*] Sic ms. Lips.

V. 294. *Adforet*] Barthius ex Gloss. mss. interpretatur *contingeret.*

V. 305. *Ipse docens: Ego in P.*] Sic hunc versum legit etiam Beda de Metris pag. 2374. uti adhuc est in mss. Heins. & Lips. cum hiatu poetico. Quem ut fugiant, quidam & interponunt, *Ego & in Patre.*

V. 306. *Unum - - sumus*] Joannis X. 30. Ἕν ἐσμεν.

a *Lignee*, cet.] Hunc versum & sequentis acrostichium citat Cassiodorius in Exposit. Psalm. CXIII. 11. ubi Sedulium *poetam veritatis* vocat.

b *Est leve cujus onus*] Lectionem vulgatam, *Cujus onus leve est*, haud erat cur immutaret Cellarius. Eam tuetur Beda semel iterumque l. c. sermonem habens *de communibus syllabis & de Diæresi*, pagg. 27. & 36.

c *Sic ait* cet.] Laudans hunc versum Beda l. c. pag. 38. ubi auctoritate sæpe & necessitate metricorum decreta violari docet, nonnulla notat, digna quæ apud ipsum legantur.

d *Sequantur*] Codex Taurin. *sequentes*. Et paullo ante ℣. 306. *Si Arrius unum*. Hunc autem versum citat Cassiodorius in expositione Psalmi LXXXI. in ejusdem videlicet Psalmi conclusione.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.

Qualiter adsueti varias producere sectas
Impugnant sua dicta viri, qui brachia nudis
Ostendunt exserta humeris, nil tradere docti,
Sed tantum certare cati; prudentia quorum
Stulta jacet, quia vana Deo est sapientia mundi
Hic loquitur nimis, ille tacet: hic ambulat, hic stat:
Alter amat fletus, alter crispare cachinnum;
Diversisque modis par est vesania cunctis.

XXIII.

Signo crucis armatus se in albo beati ordinis poscit adscribi.

Interea dum rite viam sermone levamus,
Spesque fidesque meum comitantur in ardua gressum;
Blandius ad summam tandem pervenimus arcem.
En signo sacrata crucis vexilla coruscant!
En regis pia castra micant, tuba clamat herilis;
Militibus sua porta patet; qui militat, intret:
Janua vos æterna vocat; quæ janua, Christus,
Aurea perpetuæ capietis præmia vitæ,
Arma quibus Domini tota virtute geruntur,
Et fixum est in fronte decus. Decus armaque porto:
Militiæque tuæ, bone Rex, pars ultima resto.
Heic propriæ sedis, hujus mihi mœnibus urbis
Exiguam concede domum: tuus incola sanctis
Ut merear habitare locis, alboque beati
Ordinis extremus conscribi in sæcula civis.
Grandia [a] posco quidem, sed tu dare grandia nosti:
Quem magis offendit, quisquis sperando tepescit.

XXIV.

Evangelistarum symbola.

Christe fave votis: qui mundum in morte jacentem
Vivificare volens, quondam terrena petisti
Cælitus, humanam dignatus sumere formam:
Sic aliena gerens, ut nec tua linquere posses.
Hoc Matthæus agens, hominem generaliter implet:
Marcus, ut alta fremit vox per deserta leonis:
Jura sacerdotis Lucas tenet ore juvenci:
More volans aquilæ, verbo petit astra Joannes.
Quatuor hi proceres [b] una te voce canentes,
Tempora ceu totidem latum sparguntur in orbem.
Sic & apostolici semper duodenus honoris
Fulget apex numero, menses imitatus & horas:
Omnibus ut rebus totus tibi militet annus.
Hinc igitur veteris recolens [c] exordia mortis
Ad vitam properabo novam, lacrymasque serendo
Gaudia longa metam: nam qui deflemus in Adam
Semina mittentes; mox exsultabimus omnes,
Portantes nostros, Christo veniente, maniplos.

SEDULII

LIBER II.

SIVE

DE NOVO TESTAMENTO PRIMUS.

I.

Adæ peccato inquinata posteritas. Evæ & Mariæ Θεοτόκου comparatio.

Expulerat primo genitum sævissimus anguis
Florigera de sede virum, blandique saporis
Inlecebris letum misero portabat amarum.
Nec solus meritam præsumtor senserat iram
Mortali sub lege jacens, sed prorsus ab ipso
Humanum simul omne genus. Heu noxia conjux!
Noxia tu conjux magis, an draco perfidus ille?
Perfidus ille draco, sed tu quoque noxia conjux:
Pro dolor! æterni fuerant duo. Crescere postquam
Cœpit origo, perit: cladémque a semine sumsit.
Quid numerosa dies, quid tempore proderat illo
Cernere nongentos ultra feliciter annos;
Progeniemque senum decimam spectare nepotum,
Jamque suum nescire genus: quum victa supremis
Cursibus extremæ sors irreparabilis horæ,
Sera licet, ventura foret, longumque per ævum
Vita brevis nil esse diu cum fine [d] doleret;
Nec reducem spes ferret opem, primique sepulcrum
Terrigenæ cæca sorberet fauce nepotes?
Ni pius ille sator, culpas ignoscere promtus,
Reddere difficilis (sua ne factura periret,
Quæque Deo similis vivens adstabat imago,
Dissimlis de morte foret) veniale misertus


V. 311. *Brachia nudis*] Instar athletarum.
V. 316. *Crispare cachinnum*] Persius sat. III. vers. 87.
- - - *naso crispante cachinnos.*
V. 329. *Hic propriæ sedis*] Sic codd. Lips. & Barth. Necte cum *domum*, quod sequitur.
V. 331. *Ut merear*] Verbum *mereri* notione *adipiscendi*, *consequendi*, de qua Gronov. Observ. eccles. cap. VII. pag. 76.
V. 343. *Una te voce*] Te, Christe.
V. 344. *Tempora ceu totidem*] Quatuor anni tempestates.

In Librum II.

V. 7. *Noxia tu coniux magis, an*] Hic & sequens versus ex imitatione Virgilii eclog. VIII. vers. 49. 50.
Crudelis mater magis, an puer improbus ille?
Improbus ille puer: crudelis tu quoque mater.
V. 17. *Doleret*] Sic mss. Heins. & Lips. at Fabric. *doceret*.
V. 19. *Primique terrigenæ*] Adami.
V. 23. *Veniale misertus Instauraret opus*] Pendet verbum *instauraret* a vers. 20. *Ni pius sator*.

a *Grandia posco* cet.] Hos duos versus descripsit Cassiodorius *de institut. divin. litter.* cap. XXIV. Quin & horum priorem citat in expositione Psalmi XXXVI. quo ejusdem Psalmi conclusionem claudit.
b *Unate voce*] Ita conjunctim heic legendum, ex vetere codice Pithœano demonstrat Juretus infra in notis ad *Paschale opus* Sedulianum lib. I. cap. XXIV. quem adeas velim.
c *Exordia mortis*] Codex Taurin. *exordia mundi*. Fortasse rectius. Sed huic lectioni obstare videtur proxime sequens hemistichium, *Ad* VITAM *properabo* NOVAM: hæc enim magis consona fuerint præcedentibus, VETERIS — MORTIS.
d *Doleret*] Taurin. cod. *doloris*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



Instauraret opus, pomisque vetaret acerbis A
Quæ mandere patres, natorum horrescere dentes;
Donaretque suis semper placatus, ut, unde
Culpa dedit mortem, pietas daret inde salutem:
Et velut e spinis mollis rosa surgit acutis,
Nil, quod lædat, habens, matremque obscurat honore;
Sic, Evæ de stirpe sacra veniente Maria,
Virginis antiquæ facinus nova virgo piaret;
Ut, quoniam natura prior vitiata jacebat
Sub ditione necis, Christo nascente renasci
Posset homo, & veteris maculam deponere carnis.

II.

B

Incarnatio Filii Dei.

Hæc ventura senes postquam cecinere prophetæ,
Angelus intactæ cecinit [a] properata Mariæ:
Et dictum comitata fides, uterumque puellæ
Sidereum mox implet onus, rerumque creator
Nascendi sub lege fuit. Stupet innuba [b] plenos
Virgo sinus, gaudetque suum paritura parentem.

III.

Partus Virginis.

Jamque novem lapsis decimi de lumine mensis C
Fulgebat sacrata dies, quum virgine feta
Promissum complevit opus Verbum caro factum,
In nobis habitare volens: tunc maximus infans
Intemerata sui conservans viscera templi,
Inlæsum vacuavit iter: pro virgine testis
Partus adest clausa ingrediens & clausa relinquens.
Quæ nova lux mundo? quæ toto gratia cælo?
Quis fuit ille nitor, Mariæ quum Christus ab alvo
Processit splendore novo: velut ipse decoro
Sponsus ovans thalamo, forma speciosus amœna
Præ natis hominum, cujus radiante figura
Blandior in labiis diffusa est gratia pulcris?
O facilis pietas! ne nos servile teneret D
Peccato dominante jugum, servilia summus
Membra tulit Dominus, primique ab origine mundi
Omnia qui propriis vestit nascentia donis,
Obsitus exiguis habuit velamina pannis:
Quemque procellosi non mobilis unda profundi,
Terrarum non omne solum, spatiosaque lati
Non capit aula poli; puerili in corpore plenus
Mansit, & angusto Deus in præsepe quievit.
Salve sancta parens [c], enixa puerpera regem,
Qui cælum terramque tenet per sæcula, cujus
Numen & æterno complectens omnia gyro
Imperium sine fine manet: quæ ventre beato
Gaudia matris habens cum virginitatis honore, E
Nec primam similem visa es, nec habere sequentem:
Sola sine exemplo placuisti femina Christo.

IV.

Christi nativitas pastoribus ab Angelo nuntiata.

Tunc prius ignaris pastoribus ille creatus
Emicuit, quia pastor erat: gregibusque refulsit
Agnus, & angelicus cecinit miracula cœtus.

V.

De stella Magos ex oriente ad Christum ducente.

Talia Bethlæis dum signa geruntur in oris:
Eoi [d] venere magi, sævumque tyrannum
Grandia sollicitis perturbant nuntia dictis,
Judaicis nuper populis orientis ab axe
Progenitum fulsisse ducem. Hoc cælitus astra,
Hoc stellam radiare novam. Ferus arbiter aulæ
Æstuat Ebrææ: ratus, hunc succedere posse
Mox sibimet, qui primus erat. Tunc fronte serena
Nubila mentis alens, clam mandat ubique requiri
Sicut adorandum, quem tractat fraude necandum.
Quid furis, Herodes? Christum sermone fateris,
Sed sensu jugulare cupis: legemque legendo
Negligis, & regi regum tua regna minaris.
Ne tamen insano careant tua nomina facto,
Patrandum sub honore crucis (sed crimine gentis)
Herodes alius, quod tu molire, videbit.

VI.

Mystica Magorum munera.

Ergo alacres summo servantes lumina cælo
Fixa Magi, sidusque micans regale secuti,
Optatam tenuere viam, quæ lege futura
Duxit adorantes sacra ad cunabula gentes:
Thesaurisque simul pro relligione solutis,
Ipsæ etiam ut possent species ostendere Christum.
Aurea nascenti fuderunt munera REGI,
Tura dedere DEO, myrrham tribuere SEPULCRO.
Cur tria dona tamen? quoniam spes maxima vitæ est.
Hunc numerum confessa fides, & tempora summus
Cernens cuncta Deus, præsentia, prisca, futura,
Semper adest, semperque fuit, semperque manebit

V. 30. *Maria*] Græco accentu, Μαρία. Corripuit mediam Prudentius Apoth. vers. 643. & Psychom. vers. 88. & ipse Sedulius mox vers. 49. at rursus produxit lib. V. vers. 359.

V. 39. *Plenos sinus*] Heinsianus sic codex: vulgo *tensos*.

V. 58. *Obsitus pannis*] Notum id Terentianum in Eunucho, *pannis annisque obsitus*.

V. 70. *Ille creatus*] Natus homo. Ovidius XIV. Metamorph. vers. 699.

- - - *humili de stirpe creatus*.

V. 71. *Emicuit*] Prudentius Cathem. IX. vers. 27.

Emicat promissus olim.

Quidam, etiam codex Heinsii, *enituit*.

V. 77. *Fulsisse ducem. Hoc*] Hiatus omnibus libris, cessante ecthlipsi.

V. 81. *Nubila mentis alens*] Cantabr. & Fabric. ita. Alii *habens*.


a *Properata*] Ms. codex Taurin. *propheta*. Dubio procul mendose. Beda l. c. *de communibus syllabis* pag. 28. hunc versum recitat, prout in vulgatis codicibus effertur.

b *Plenos*] Immerito rejecit Cellarius vulgatam lectionem *tensos*, quam Sedulius infra in *Paschali opere* lib. II. cap. II. confirmat. Sic enim ibi: *Quæ nullius maculæ nævo fuscata*, TENSO *nutriebatur ventre præcordia*.

c *Enixa puerpera regem*] Hoc telestichium cum sequentibus quinque versibus refert Beda *comment. in Lucæ evang.* cap. XLIX.

d *Eoi ven.*] Idem Beda *de arte metrica* pag. 27. hunc versum laudat.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



In triplici virtute ſui. Tunc cælitus illi A
Per ſomnum moniti, contemnere juſſa tyranni,
Per loca mutati gradientes devia callis
In patriam rediere ſuam. Sic nos quoque ſanctam
Si cupimus patriam tandem contingere, poſtquam
Venimus ad Chriſtum, jam non repetamus iniquum.

VII.

De ſævitia Herodis & nece infantium.

Ergo ubi deluſum ſe comperit: impius iram B
Rex aperit, ſi jure queat rex ille vocari,
Qui pietate caret, propriam qui non regit iram:
Ereptumque gemens facinus ſibi, ceu leo frendens,
Cujus ab ore tener ſubito quum labitur agnus,
In totum movet arma gregem, manditque trahitque
Molle pecus, trepidæque vocant ſua pignora fetæ;
Nec quidquam & vacuas implent balatibus auras:
Haud ſecus Herodes, Chriſto ſtimulatus ademto,
Sternere conliſas parvorum ſtrage catervas
Immerito, non ceſſat atrox. Quo crimine ſimplex
Turba [a] perit? cur qui vix dum potuere creari, C
Jam meruere mori? Furor eſt in rege cruento,
Non ratio: primoſque necans vagitus, & audens
Innumerum patrare nefas, puerilia mactat
Millia, plangoremque dedit tot matribus unum.
Hæc laceros crines nudato vertice rupit,
Illa genas ſecuit, nudum ferit altera pugnis
Pectus, & infelix mater (nec jam modo mater)
Orba ſuper gelidum fruſtra premit ubera natum.
Quis tibi tunc, lanio, cernenti talia ſenſus?
Quoſve dabas fremitus; quum vulnera fervere late
Proſpiceres arce ex ſumma, vaſtumque videres
Miſceri ante oculos tantis plangoribus æquor?
Exſtinctiſque tamen quamvis infantibus abſens, D
Præſens Chriſtus erat: qui ſancta pericula ſemper
Suſcipit, & pœnas alieno in corpore ſentit.

VIII.

Jeſus duodennis in templo.

Aſt ubi biſſenos ætatis contigit annos,
Hoc ſpatium de carne trahens, ævique meatus
Humana pro parte tulit: ſenioribus eſſe
Corde videbatur ſenior, legiſque magiſtros
Inter, ut emeritus reſidebat jure magiſter.
Nec mora (quas etenim volitans per tempora mundus
Novit habere moras?): uſus majore juventa, E

IX.

Chriſti baptiſmus.

Sex quaſi luſtra gerens placidam Jordanis ad undam
Venit, ut acciperet hoc, quod dare venerat ipſe.
Hunc Baptiſta potens ut vidit ab amne Joannes,
Quem, matris dum ventre latet nondumque creatus
Senſerat, obſtruſo jam tunc ſermone prophetes,
Ut muto genitore [b] fluens (cui munera linguæ
Poſt noni taciturna diu ſpiramina menſis
Parto redduntur nato) mox prædicat: Agnus
Ecce Dei, veniens peccatum tollere mundi!
Tollere quum dicit, quod non habet, hoc mihi tollit:
Non mala ut ipſe gerat, ſed ut ipſe nocentia perdat.
Qualiter in medias quum lux præclara tenebras
Funditur, & proprio non obfuſcata ſereno
Decutit expulſas inlæſis vultibus umbras:
Sic delicta fugans Salvator noſtra gerendo
Terſit, & a tactu procul evaneſcere juſſit.
Tunc vada torrentum ſimplex ingreſſus aquarum,
In ſe cuncta lavat noſtræ contagia vitæ:
Ipſe nihil, quod perdat, habens, ſanctoque liquentes
Corpore mundavit latices, lymphaſque beavit
Gurgitis, & propriis ſacravit flumina membris.
Senſerunt elementa Deum: mare fugit, & ipſe
Jordanis refluas curſum convertit in undas:
Namque propheta canens, quidnam eſt, mare, quod fugis? inquit,
Et tu Jordanis retro quid ſubtrahis amnem?
Ergo ubi flumineum, poſt myſtica dona, lavacrum
Egrediens, ſiccas Dominus calcavit arenas;
Confeſtim patuere poli, ſanctuſque columbæ
Spiritus in ſpecie Chriſtum veſtivit honore;
Manſuetumque docet, multumque incedere mitem,
Per volucrem quæ felle caret; Natoque vocato
Voce Patris, triplici Deus ex ratione probatur,
Quod Pater & Natus, quod Spiritus eſt ibi ſanctus:
Quo manet indignus, qui non numeraverit unum.

X.

Chriſti jejunium.

Inde quaterdenis jam noctibus atque diebus,
Jejunum dapibus, ſacro ſpiramine plenum
Inſidiis tentator adit; doctuſque per artem
Fallaces offerre dapes: Si filius, inquit,
Cerneris eſſe Dei, dic, ut lapis iſte repente
In panis vertatur opem: miracula tamquam
Hæc eadem [c] non ſemper agat, qui ſaxea terræ
Viſcera fructiferis animans fecundat ariſtis,
Et panem de caute creat. Hac ergo repulſus

V. 120. *Primoſque necans vagitus & audens*] Sic libri, correpto plurali *vagitus*. Proſa Sedulii, *primis vagitibus inimicus*. Unde putavi aliquando legi poſſe, ſi quis codex conſentiret,

- - - *primiſque hoſtis vagitibus audet.*

Barthius autem cenſebat intruſa eſſe, legitque:

Non ratio, patrare nefas.

Sed libri obſtant: & ſoluta auctoris, quam diximus, oratio.

V. 146. *Muto genitore fluens*] Sic ſcripti libri. FLUENS, id eſt genitus, natus. Fabric. *ſilens*, ex Nebriſſ. conjectura: quod minus convenit.

V. 156. *Et a tactu*] Vet. edit. *attactu*.

V. 181. *Hæc eadem non ſemper agat*] Sic tres ſcripti, Lipſ. Heinſ. & Cantabr. Vulgo omittunt *eadem*, & poſt *agat* addunt *Dominus*.

a *Turba* cet.] Codex Taurin.

Cum ſic turba perit. vix dum potuere creari.

b *Fluens*] Sic & codex Taurin.

c *Hæc eadem* cet.] Lectionem a Cellario ex mſs. reſtitutam confirmat codex Taurin.

Voce prius, hominem non solo vivere pane, A
Sed cuncto sermone Dei; labefactus & amens
Altera vipereis instaurans arma venenis,
Cum Domino montana petit, cunctasque per orbem
Regnorum monstravit opes: hæc omnia, dicens,
Me tribuente feres, si me prostratus adores.
Quantum perversus, tantum perversa locutus:
Scilicet ut fragilis regni adfectaret honores,
Qui populis æterna parat: monstrumque nefandum
Pronus adoraret, cujus super æthera sedes,
Terra pedum locus est; quem nullus cernit, & omnis
Laudat in excelsis submissa voce potestas. B
Christus ad hæc: Tantum Dominum scriptura Deumque
Jussit adorari, & soli famularier uni.
His quoque deficiens congressibus, audet iniquus,
Ter se se attollens, animo perstare superbo,
Terque volutus humo, fragili confidere bello.
Tunc adsumsit eum sanctam sceleratus in urbem,
Et statuens alti supra fastigia templi:
Si natum genitore Deo tete adseris, inquit,
Impiger e summo demissus labere tecto.
Nam scriptura docet: de te mandasse Tonantem,
Angelicis subvectus eas ut tutior ulnis;
Ad lapidem ne forte pedem conlidere possis.
O quam cæca gerit nigro sub pectore corda, C
Mens tenebris obscura suis! Hunc ardua templi
Culmina & erectæ quamvis fastigia pinnæ
Credidit in præceps horrescere: maxima summi
Curavit qui membra poli, cælosque per omnes
Vectus, in extremæ descendit humillima terræ
Inferiora petens, sed non excelsa relinquens.
Dixerat: & validi confossus cuspide verbi,
Quod tentare suum Dominumque Deumque nequiret,
Victoris fugit ora gemens. Tunc, hoste repulso,
Cælicolæ adsistunt proceres, cœtusque micantes,
Angelici Christo famulantur rite ministri.

XI.

D

Electio Apostolorum.

Protinus ergo viros ex piscatoribus aptos
Humanas piscari animas, quæ lubrica mundi
Gaudia sectantes, tamquam vada cærula ponti
Cæcaque præcipites tranant incerta profundi,
Discipulos jubet esse suos: talesque supernæ
Conciliat vitæ, quos non ventosa loquendi
Gloria, nec vana de nobilitate superbus
Sanguis alat; sed fama tacens, humilique refulgens
Mente nitor, cælo faciat de plebe propinquos.
Nam, quæ stulta, potens elegit & infima mundi,
Fortia confringens Deus & sapientia perdens. E

XII.

Oratio dominica, ejusque expositio.

Quin etiam celerem cupiens conferre salutem,
Orandi præcepta dedit; judexque benignus
Indulgenda peti breviter jubet, ut cito præstet,
Sic dicens: Orate patrem, baptismate nostrum;
Jure suum, propriumque homini concessit honorem;
Et, quod solus habet, cunctos permisit habere.
Qui Dominum cæli Patrem memoramus, in ipso
Jam fratres nos esse decet; nec origine carnis
Germanum tractare odium, sed spiritus igne
Flagrantes abolere doli monumenta vetusti:
Atque novum gestare hominem, ne forsan ab alto
Degenerent terrena Deo, cui nos duce Christo
Fecit adoptivos cælestis gratia natos.
Sanctificetur ubi Dominus, qui cuncta creando
Sanctificat: nisi corde pio, nisi pectore casto,
Ut mereamur eum nos sanctificare colendo?
Adnuet ipse prior; sicut benedicier idem
Se jubet a nobis, a quo benedicimur omnes.
Adveniat [a] regnum jam jamque scilicet illud
Morte vacans & fine carens, cui nulla per ævum
Tempora succedent, quia nescit tempus habere
Continuus fine nocte dies: ubi principe Christo,
Nobile perpetua caput amplectente corona,
Victor opima ferens gaudebit præmia miles.
Hoc jugibus votis, hoc nocte dieque precemur,
Illius ut fiat cælo terraque voluntas.
Qui nusquam vult esse nefas, hostemque nocentem
Utque polo, sic pellat humo: ne corpora nostra
Tamquam vile solum sævus sibi vindicet hydros;
Sed qui cuncta fovet plena pietate redundans
Omnipotens, animas pariter conservet & artus;
Altera pars etenim cæli sumus, altera terræ.
Annonam fidei speremus pane diurno:
Ne mens nostra famem doctrinæ sentiat umquam
A Christo jejuna suo, qui corpore & ore
Nos saturat simul ipse, manens Verbumque cibusque.
Dulcia nam Domini nostris in faucibus hætent
Eloquia, exsuperantque favos atque omnia mella.
Debita laxari qui nobis cuncta rogamus,
Nos quoque laxemus: proprii nam cautio verbi
Spondentes manifesta tenet; graviusque soluti
Nectimur, alterius si solvere vincla negemus:
Incipietque pius decies millena talenta
Dimittens dominus, si nos adfligere propter
Denarios centum conservum senserit ullum,
Tradere confestim tortoribus; inque feroci
Carcere constricti non permittemur abire,
Donec cuncta brevem reddamus adusque quadrantem.
Non quia nos Dominus, lucis via, semita pacis,
In laqueos tentantis agat: sed quum mala nostra
Deserit, ire finit. Nam quisquis retia mundi

V. 223. *Cæcaque incerta profundi*] Alterutrum Græco more substantivi nominis naturam fert. Abyssos & voragines notat. *Vada cæca*. Virgilius dicit Æn. I. vers. 136. *Incerta*, fluctuantia. *Incerta maris*, Tacit. III. annal. cap. LIV.

V. 239. *Spiritus igne*] Jam ante notatum, nomina quartæ formæ in contractis casibus non numquam Nostro corripi.

V. 249. *Jam jamque scilicet*] Heins. & Cantab. mss. *que*, porrectum ob duplicem quæ sequitur, consonantem, ut sæpe apud Prudentium: alii *quoque*.

V. 255. *Hoc jugibus votis*] Nostrum *jugis*, adiectivum corripere contra metri legem, supra lib. I. vers. 18. notavimus. Potest transpositione emendari, ut Fabricius mutavit,

Jugibus hoc votis.

V. 259. *Hydros*] Recto casu, sed Græco, ex cod. Heinsiano.

V. 275. *Denarios*] Producta secunda Martiali diversis locis: nec aliis corripuit, sed *κατὰ συναίρεσιν denaris* trisyllabum fecit lib. I. epigr. CXVIII. lib. IX. ep. CI. (al. CIII.)

[a] *Adveniat* cet.] Exstat hic versus apud Bedam l. c. *de commun. syllab.* pag. 27.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

Delicioſa ſequens, luxus & gaudia blandæ A
Perditionis amat: Deus hunc, virtutis amator,
Linquit; & ingreditur, qua ſe tentatio ducit.
Nos [a] hac ergo pedem retro abducamus, & artum
Corde petamus iter: tenuis qua ſemita monſtrat
Ire per anguſtam regna ad cæleſtia portam.
Si cupimus vitare malum, debemus adire
Sectarique bonum: hic quia liberat, ille trucidat;
Hic alit, ille necat. Nam quantum ſidera terris,
Ignis aquis, lumen tenebris, concordia bellis,
Vita ſepulturis: tantum bona longius abſunt
Diſſociata malis. Dextrum, cuicumque neceſſe eſt,
Aut lævum gradiatur iter. Sed dextra bonorum
Semita conſpicuos vocat in ſua gaudia juſtos;
Inque tuos, patriarcha, ſinus: at læva malorum
Exercet pœnas, & ad impia tartara mittet.
Ergo agnis ovibuſque Dei eſt hæc ſola voluntas:
Et bona libertas evadere torva cruenti
Ora lupi, vitaque frui per paſcua Chriſti.

SEDULII

CARMINIS PASCHALIS

LIBER III.

I.

De aqua in vinum converſa.

PRima ſuæ Dominus, thalamis dignatus adeſſe,
Virtutis documenta dedit; convivaque præſens
Paſcere, non paſci veniens, mirabile fuſas
In vinum convertit aquas: amittere gaudent
Pallorem latices: mutavit læta ſaporem
Unda ſuum, largita merum; menſaſque per omnes
Dulcia non nato rubuerunt pocula muſto.
Implevit ſex ergo lacus hoc nectare Chriſtus:
Quippe ferax qui vitis erat, virtute colona C
Omnia fructificans, cujus ſub tegmine blando
Mitis inocciduas enutrit pampinus uvas.

II.

Reguli filius verbo ſanatus.

Regulus hinc nato quidam moriente rogabat
Flebilis & ſupplex Dominum, quo viſeret ægrum
Febre laborantem puerum, trepidamque vetaret
Labi animam de ſede ſua. Tunc larga poteſtas,
Credenti quæ nulla negat, nec dona retardat
Velocem comitata fidem, ſermone ſalutem
Concedens facili, Vivit jam filius, inquit, D
Perge, tuus. Quantum imperii fert juſſio Chriſti!
Non dixit, victurus erit, ſed jam quia vivit:
More Dei, qui cuncta, priuſquam nata, videndo
Præteritum cernit, quidquid vult eſſe futurum.

III.

Sanitas variis languentibus reſtituta.

Inde ſalutiferis incedens greſſibus urbes B
Oppida, rura, caſas, vicos, caſtella peragrans
Omnia, depulſis ſanabat corpora morbis.

IV.

Leproſus mundatus.

Ecce autem mediæ clamans ex agmine turbæ
Leproſus poſcebat opem, varioſque per artus
Plus candore miſer: Si vis, Domine, inquit, ab iſtis
Me maculis purgare, potes: Volo, Chriſtus ut inquit;
Confeſtim redit una cutis, proprioque decore
Læta peregrinam mutarunt membra figuram,
Inque ſuo magis eſt vix agnitus ille colore.

V.

Socrus Petri febriens liberata.

Forte Petri validæ torrebat lampadis æſtu
Febris anhela ſocrum, dubioque in funere pendens
Saucia ſub gelidis ardebat vita periclis:
Immenſuſque calor, frigus letale coquebat.
At poſtquam feſſos Domini manus attigit artus:
Igneus ardor abit, totiſque exſtincta medullis,
Fonte latentis aquæ cecidit violentia flammæ.

VI.

Spiritus immundi e corporibus ejecti.

Quin etiam rabidas nigrorum depulit iras
Spirituum, ne flatus atrox laceraret iniqua
Peſte homines, operiſque Dei vexaret honorem,
Quem norat non eſſe Dei: paſſimque catervas,
Ut prius [b], innumeras pulſo languore ſaluti
Reddidit & varia populos a clade levavit.

V. 285. *Nos hac ergo*] Ex ms. Lipſ. *nos*: alii *Ab hac*, ἀμέτρως.
— *Retro abducamus*] Ex proſa Sedulii repoſui: ut Virgilius lib. V. verſ. 428. *Abduxere retro*. Codices ſcripti, E *retro faciamus*, quod durum.
V. 288. *Vitare malum*] Diabolum: *ſectari bonum*, Deum. Id poſcunt pronomina *hic*, *ille*.
V. 293. *Cuicumque*] Ex codd. Lipſ. & Heinſ. Alii, *quicumque*.

In Librum III.

V. 4. *Amittere*] Ex mss. libris. Vulgo *dimittere*.

V. 8. *Sex lacus*] Lacus vas torcularium, cupa. Cic. in Bruto cap. LXXXIII. *novam iſtam quaſi de muſto ac lacu fervidam orationem*. Et Columella lib. XII. cap. XVIII. *lacus vinarii & torcularii*. Nemeſius eclog. III. verſ. 50. de vindemia:

Pronus at ille lacu bibit.

V. 12. *Regulus hinc*] Fabric. tranſpoſuit quod in mss. ἀμέτρως eſt. *Hinc regulus* eſt.
V. 26. *Mediæ ex agmine turbæ*] Cantabr. eſt: alii *medio*.
V. 28. *Plus candore*] Proſa: *obſceno candore miſerior*.
V. 32. *Magis*] Amplius.

a *Nos hac* cet.] Hunc verſum ita exhibet codex Taurin.

Ab hac ergo pedem retro faciamus, & artum.

b *Ut prius*] Cod. Taurin. *Ut pius*. Quæ quidem lectio confirmari videtur ex lib. III. cap. VI. Paſch. operis, ubi occurrit vox *miſericors*. Sed ἀπέχω.

VII.

Maris procella sedata.

Inde marina petens arentes greffibus algas
Preffit, & exiguæ confcendens robora cymbæ
Æquoreas intravit aquas: Dominumque fequentes
Difcipuli placido librabant carbafa ponto.
Jam procul a terris fuerat ratis, actaque flabris
Sulcabat medium puppis fecura profundum:.
Quum fubito fera furgit hiems, pelagufque procellis
Vertitur, & trepidam quatiunt vada falfa carinam.
Perculerat formido animos, fe feque putabant
Naufraga litoreis jam tendere brachia faxis:
Ipfe autem placidum carpebat pectore fomnum,
Majeftate vigil; quia non dormitat in ævum
Qui regit Ifrael, neque prorfus dormiet umquam.
Ergo ubi pulfa quies, cuncta [a] clamantibus una
Voce fimul, Miferere citus, miferere, perimus,
Auxilio fuccurre pio. Nil vota moratus
Exfurgens Dominus validis mitefcere ventis
Imperat, & dicto citius tumida æquora placat.
Non erat illa feri pugnax audacia ponti,
In Dominum tumidas quæ furgere cogeret undas;
Nec metuenda truces agitabant flamina vires:
Sed lætum exfiliens Chrifto mare compulit imum
Obfequio fervere fretum, rapidoque volatu
Moverunt avidas ventorum gaudia pennas.

VIII.

Legio dæmonum expulfa & in porcos immiffa.

Interea placido tranfvectus marmore puppim
Liquerat, & medios luftrabat paffibus agros:
Quum procul e tumulis gemino ftridore ruentes
Profiluere viri, quos non mala dæmone pauco,
Sed legio vexabat atrox, nexuque cruento
Sæva catenatis geftantes vincla lacertis,
Angebat quoque pœna duplex. Heu dura furoris
Conditio! qui vim patitur, magis ille ligatur.
Tunc Domini præcepta tremens exire jubentis
Spiritus infelix hominem non audet adire:
Effigiem [b] reverens, quam Chriftum cernit habere.
Sed pecus immunda gaudens lue, femper amicum
Sordibus, atque olido confuetum vivere cœno:
Pro meritis petiere fuis, triftefque phalanges
Porcinum tenuere gregem: niger, hifpidus, horrens.
Talem quippe donum dignus fuit hofpes habere.

IX.

Paralyticus protinus fanatus.

Hinc alias Dominus pelagi delatus in oras
Intravit natale folum, quo corpore nafci
Se voluit, patriamque fibi pater ipfe dicavit:
Ecce aderant vivum portantes jamque cadaver
Bis bina cervice viri, lectoque cubantem
Vix hominem: cui vita manens fine corporis ufu
Mortis imago fuit, refolutaque membra jacebant
Officiis deferta fuis, fluxofque per artus
Languida dimiffis pendebant vincula nervis.
Hunc ubi virtutum Dominus confpexit egentem
Robore, peccatis primum mundavit ademtis,
Quæ generant augmenta malis: miferoque jacenti,
Surge, ait, & proprium fcapulis attolle grabatum,
Inque tuam defcende domum. Nil juffa moratus,
Cui fuerat conceffa falus: veftigia linquens
Tandem aliena fuis lætatur vadere plantis,
Vectoremque fuum grata mercede revexit.

X.

Jairi preces pro filia mortua.

Principis interea fynagogæ filia, claufo
Functa die, fuperas moriens amiferat auras.
At genitor, cui finis edax fpem prolis adultæ
Suftulerat, fanctos Domini lacrymanfque gemenfque
Corruit ante pedes, vix verba precantia fari
Singultu quatiente valens: Miferere parentis
Orbati, miferere fenis: modo filia, dicens,
Unica virgineis, nec adhuc matura, fub annis
Occidit, & mifero patris mihi nomen ademit:
Adfer opem, lapfamque animam per membra refunde,
Qui totum præftare potes. Hæc inquit: & auctor
Lucis ad exftinctæ pergebat funera, greffum
Vix populo ftipante movens permixtaque turbis

XI.

Mulier a profluvio curata.

Ibat inundantem mulier perpeffa cruorem;
Quæ magnas tenuarat opes, ut fanior effet,
Exhauftaque domo, nec proficiente medela,
Perdiderat proprium pariter cum fanguine cenfum.
Aft ubi credentis jam fano in pectore cœpit
Dives adeffe fides, mediis immerfa catervis
Nititur averfi vel filum tangere Chrifti.
Pofteriufque latens, fubitam furata falutem,
Extrema de vefte rapit: ficcifque fluentis
Damnavit patulas audax fiducia venas.
Senferat ifta Deus, cujus de fonte cucurrit
Quod virtus fecreta dedit: furtumque fidele
Laudat, & egregiæ tribuit fua vota rapinæ.

V. 68. *Obfequio fervere fretum*] Quidam *fervire*. At claro Heinf. cod. & vet. edit. *fervere* obfequio, id eft, promtiffimum ftudiofiffimumque effe ad obfequendum Chrifto.
V. 69. *Ventorum gaudia*] Venti gaudebundi refugiunt Chrifto imperante.
V. 76. *Pœna duplex*] A furore dæmoniaco, & a duris vinculis. *Dura* autem cod. Heinf. non *dira*.
V. 80. *Effigiem reverens*] Subftitui hoc fine libris, quorum eft *redde[illegible]*, vel *repetens*, vel *recolens*: Fabric. *fugiens*.
V. 102. *Vectoremque fuum*] Suum lectum, grabatum.
V. 123. *Pofteriufque latens*] A tergo latens, ὄπισθεν, Matth. IX. 20.

a *Clamantibus*] Hanc lectionem evangelico textui confonam confirmat contextus operis Pafchalis, hoc ipfo capite VIII. lib. III. Unde non admittenda lectio *lacrymantibus*, quam præ fe fert codex Taurin.
b *Effigiem reverens*] Cod. Taurin. *Effigiem reddit*.

XII.

Puella mortua suscitata.

Ventum erat ad mæsti lugentia culmina tecti,
Deflentemque domum: moriens ubi virgo jacebat
Extremum sortita diem; trepidusque tumultus
Omnia lamentis ululans implebat amaris,
Funereosque modos cantu lacrymante gemebant
Tibicines, plangorque frequens confuderat ædes.
Ponite sollicita conceptos mente dolores:
Hic sopor est, Salvator ait; nec funus adesse
Credite, nec somno positam lugete puellam.
Dixerat: & gelida constrictum morte cadaver B
Spiritus igne fovet, verboque immobile corpus
Suscitat, atque semel genitam bis vivere præstat.
Obstupuere animis, inopinaque vota parentes
Adspiciunt, versisque modis per gaudia plangunt.

XIII.

Cæcis visus restitutus.

Inde pedem referens, geminos videt ecce sequentes
Cæcatos clamare viros: Fili inclite David,
Decute nocturnas exstinctis vultibus umbras,
Et clarum largire diem. Quam credere tutum! C
Quam sanum est cognosse Deum! Jam corde videbant,
Qui lucis sensere viam: tunc cæca precantum
Lumina, diffuso ceu torpens ignis olivo,
Sub Domini micuere manu, tactuque sereno
Instaurata suis radiarunt ora lucernis.

XIV.

Dæmoniacus mutus & surdus curatus.

His ita dimissis, alius producitur æger,
Multiplici languore miser: qui voce relictus,
Auditu vacuus, solo per inania membra D
Dæmone plenus erat. Hunc protinus ordine sacro
Curavit versis Deus in contraria caussis:
Dæmonio vacuans, auditu & voce reformans.

XV.

Missi discipuli cum potestate signorum.

Nec minus interea proprios jubet omnia posse
Discipulos, totisque simul virtutibus implens:
Ite, ait, & tristes morborum excludite pestes;
Sed domus Israel (quia necdum nomine gentes
Auxerat hoc omnes) cælorum dicite regnum,
Dæmoniis auferte locum, depellite lepram; E
Functasque subductæ revocate cadavera vitæ;
A Sumsistis gratis, cunctis impendite gratis.
Ac velut hoc dicens, Ego vobis quippe ministris
Servandos committo greges: ego denique pastor
Sum bonus, & proprios ad victum largior agros:
Nemo meis ovibus, quæ sunt mea, pascua vendat.
Hæc in apostolicas ideo prius edidit aures
Omnipotens, ut ab his jam se se auctore magistris
In reliquum doctrina fluens decurreret ævum:
Quatuor ingentes procedere cursibus amnes,
Ex quibus in totum sparguntur flumina mundum.
Quisquis [a] enim deitatis opus, quod non habet ex se,
Sed Domino tradente gerit, sub nomine puro
Suscipiet: puro dispenset munere, possit
Ut dispensator, non ut mercator haberi;
Davidisque modis vitam cantare futuram:
Intrabo in Domini requiem, quia nescio mercem.

XVI.

Hominis arida manus sanitati restituta.

Exin conspicuam synagogæ ingressus in aulam,
Adspicit invalidum demisso corpore mancum,
Seminecem membris; nec totum vivere, cujus
Aridam torpentem damnarat dextera partem:
Imperioque medens, gelidam recalescere palmam
Præcipit, & reddi divino more saluti;
Sicut semper agit, nil tollit & omnia reddit.

XVII.

Mutus & cæcus sanatus.

En iterum veteres instaurans lubricus artes
Ille chelydrus adest, nigri qui felle veneni
Lividus humano gaudet pinguescere tabo.
Quodque per alternos toties disperserat ægros
Virus, in unius progressus viscera fudit.
Cui vocem lucemque tulit: triplicique furore
Saucia membra tenens, mutum quatiebat & orbum.
Tunc Dominus mundi, Lux nostra & Sermo Parentis,
Sordibus exclusis, oculos atque ora novavit:
Verbaque per Verbum, per Lumen lumina surgunt.

XVIII.

Mulier curvata erigitur.

Venerat & mulier morbo contracta vetusto,
Non senio: tremebunda, gemens, incurva caducis
Vultibus, & solam despectans cernua terram.
Quæ, Domino miserante, juges post octo decemque
Membra levat messes, cælumque & sidera tandem

V. 134. *Tibicines plangorque*] Secunda in *tibicines* male corripitur. Fabr. singulari *tibicen*: sed libri plurativo numero. Et ante *gemebant* mss. Lips. & Heins.

V. 142. *Per gaudia plangunt*] Lacrymas præ gaudiis fundunt. Mss. Lips. Heins. & Barth. *plangunt*: Fabr. *plaudunt*.

V. 145. *Decute*] Membranæ ita plures: non *discute*, ut vulgatum: & mox vers. 149. *diffuso*: quædam autem *defuso*.

V. 161. *Sed domus Israel*] Supra aliquoties dictum, nimia poetam nostrum licentia omnes casus in *us* declinationis quartæ corripere. Fabr. *domui*.

V. 173. *Ingentes*] Ms. Heins. *inrigui*.

V. 180. *Quia nescio mercem*] Qui hæc Sedulianis adsuit, vel *mercedem* voluit dicere, dura contractione: vel *mercem* a *merx*, ad *mercator* vers. 179. referatur.

V. 182. *Demisso corpore*] Lips. & Fabr. ita: Barth. *demisso*.

V. 193. *Tulit*] Abstulit: ut sæpe illa ætate.

V. 201. *Quæ, Domino miserante, juges*] Et Noster *jugis* corripuit lib. I. vers. 18. lib. II. vers. 255. Fabricius,

Quæ, miserante Deo, juges post, o. d.

[a] *Quisquis enim* cet.] Hunc & sequentes quinque versus a nonnullis scriptis codicibus abesse refert Cellarius, additque Barthium eos spurios censuisse. Neque aliter ipsemet existimasse videtur: eos enim uncis inclusos, a reliquis sejunctos exhibet. Illos tamen velut genuinos agnoscit Sedulius ipse in opere Paschali lib. III. cap. xv. ubi hæc habet: *Quisquis itaque deitatis opus exercet, quod non proprium gerit, sed spiritali dignus traditione suscepit*, cet. Quis porro non videat, hæc prosaica maxime gemina esse versibus de quibus agimus?

Cernit, & ardentem solis reminiscitur orbem. A
Totum erecta videns, quia quos malus opprimit hostis,
Ima petunt: quos Christus alit, sine labe resurgunt.

XIX.

Quinque panibus totidem hominum millia saturati.

Quumque dehinc populum, se se in deserta secutum,
(Ut typicus Moses verusque propheta) videret,
Antiquam sentire famem; majoribus actis B
Antiquam monstravit opem. Tunc alite multo
Carnis opima dedit, geminis modo piscibus auxit:
Sufficiens tunc manna pluit, modo panibus amplum
Quinque dedit victum per millia quinque virorum.
Cetera turba latet; numero nec clauditur ullo
Maxima parvorum legio, vel maxima matrum.
Quodque magis stupeas, cophinos ablata replerunt
Fragmina bis senos: populisque vorantibus aucta,
Redditaque a cunctis, non est data copia mensis.

XX.

Christus ambulat super mare. C

Jamque senescentem gelidi sub cærula ponti
Oceano rapiente diem, quum pallor adesset
Noctis & astriferas induceret hesperus umbras:
Discipuli, solo terris residente magistro,
Undosum petiere salum, fluctuque tumente
Torva laborantem jactabant æquora puppim;
Adversus nam flatus erat. Tunc noctis opacæ
Tempore calcatas Dominus superambulat undas,
Et vasti premit arva freti, glaucisque fluentis
Circumfusa sacras lambebant marmora plantas.
Miratur stupefacta cohors, sub calle pedestri
Navigeras patuisse vias: at Petrus amicam D
Doctus habere fidem, Christumque agnoscere semper,
In medias descendit aquas; quem dextra levavit
Labentem Domini, nil tanto in gurgite passum;
Cui portus fuit illa manus, pelagique viator
Libera per vitreos movit vestigia campos.

XXI.

Fimbriæ attactu sanati.

Genesar inde soli, Domino veniente, coloni
Infirmos traxere suos, ut fimbria saltem
Vix attacta Dei, [a] morbis medeatur acerbis: E
Et quotquot tetigere, jugem sensere salutem.
Quam pretiosa fuit, quæ numquam vendita vestis!
Ipsa omnes modici redimebat munere fili.

XXII.

Chananææ filia a dæmone liberata.

Hinc Tyrias partes Sidoniaque arva petentem
Anxia pro natæ vitio (quam spiritus atris
Vexabat stimulis) mulier Chananæa rogabat:
Se canibus confessa parem, qui more sagaci
Semper odoratæ recubant ad limina mensæ,
Adsueti refluas dominorum lambere micas.
Vox humilis, sed celsa fides: quæ, sospite nata,
De cane fecit ovem, gentisque in sentibus ortam
Compulit [b] Ebraici de germine vescier agri.

XXIII.

Complures morbis vexati liberantur.

Alta dehinc subiens montis juga, plebe sequente
Millia cæcorum, claudorum millia passim,
Leprososque simul populos, surdasque catervas,
Invalidasque manus, & quidquid debile vulgi
Venerat, in priscum componit motibus usum,
Et revocata suis attemperat organa nervis.

XXIV.

Quatuor millia septem panibus saturati.

Dumque medens ægrum refovet virtute tumultum:
Tertia lux aderat, sterilique in cæspite nullum
Contigerat plebs tanta cibum; nimiosque labores
Nutribat geminanda fames, si saucia callem
Turba per ingentem dapibus jejuna rediret.
Qua flexus pietate Deus, qui semper egentum
Panis adest, victumque locis sine frugibus infert,
Pisciculis paucis & septem panibus agmen
Pavit enorme virum: præterque infirma secundi
Sexus & ætatis, saturavit quatuor illic
Millia vescentum. Plus ut mireris, & auctas
Disce fuisse dapes: epulas nutrivit edendo
Vulgus, & attritæ creverunt morsibus escæ;
Relliquiasque suas sportarum culmina septem
Expavit fugitiva fames, ubi, fragmine sumto,
Vidit abundantem modico de semine messem.

XXV.

Transfiguratio Christi.

Nec tamen, humano quamvis in corpore, Christum
Matris ab occasu mortalia membra gerentem,

V. 217. *Redditaque*] Ex Heins. cod. Alii *Quæ redit*.
V. 235. *Genesar inde soli*] Sic mss. ut indeclinabile Genesar, quasi patrio casu, appositione cum *soli* jungatur.
V. 238. *Et quotquot tetigere, jugem*] Relege paullo ante ad vers. 102. notata. Fabricius, ut solet, immutavit:
Senserunt jugem, quotquot tetigere, salutem.
V. 244. *More sagaci*] Sic libri, etiam ms. Heins. Fabr. *nare*.
V. 249. *Ebraici de germine agri*] Prior vox ex Lips. codice, ubi Ebrai, Hebrai in editis: *germine* Barth. & Heins. codices, non *gramine*, ut ceteri.
V. 264. *Pavit enorme virum*] Correptum E in *enorme*, ex licentia, qua Prudentius Cathem. VIII. vers. Adonico 64.
Corpus enervans.
V. 265. *Secundi sexus & ætatis*] Obliquus *sexus* pro more Nostri brevis exit. Respice ad vers. 161. notata.
V. 267. *Nutrivit*] auxit, augeri fecit.
V. 273.] *Matris ab occasu*] A mortalitate, mortali natura matris.

a *Morbis medeatur acerbis*] Idem cod. Taurin. *morbis mederetur acervis*, pro *acerbis*. Vide sis infra Juretum ad lib. II. cap. I. operis Pasch.
b *Ebraici de germine* cet.] Ita Cellarius ex Barthii & Heinsii codicibus. Sed non erat cur rejiceret vulgatam lectionem *gramine*, quam in opere quoque Paschali retinuit idem Sedulius lib. III. cap. XXII. ubi legimus, *Hebræi graminis fecit introire per pascua*.

Clam fuit esse Deum : quia non abſconditur umquam A
Urbs in monte ſedens, modio nec ſubditur ardens
Lychnus : anhelantem ſed ſpargens altius ignem
Cunctus lumen agit. Radians nam teſtibus amplo
Diſcipulis fulgore tribus, velut igneus ardor
Solis, in ætheriam verſus ſplendore figuram
Vicerat ore diem, veſtemque tuentibus ipſam
Candida forma nivis Domini de tegmine fulſit.
O meritum ſublime trium : quibus illa videre
Contingit in mundo, quæ non ſunt credita mundo!
Quid quod & Heliam & clarum videre Moyſen,
Ignotos oculis viderunt lumine cordis?
Ut major ſit noſtra fides, hunc eſſe per orbem B
Principium ac finem, hunc alpha viderier, hunc Ω,
Quem medium tales circumfulſere prophetæ,
Alter adhuc vivens, alter ſtans [a] limine mortis:
Sidereoque ſono, MEUS EST HIC FILIUS, ajens
Oſtendit verbo genitum vox patria Chriſtum;

XXVI.

Fugatus dæmon a corpore pueri.

Poſtquam corporeos virtus regreſſa per artus
Texit adoratam carnis velamine formam,
Seque palam Dominus populis dedit: ecce repente C
Vir humilis mæſto dejectus lumina vultu
Procedit, ſupplexque manus & brachia tendit;
Imploratque gemens, Unus mihi filius, inquit,
Eſt, Domine; horrenda lacerat quem ſpiritus ira,
Nec linquit, niſi mergat aquis, aut ignibus atris
Opprimat, atque animam dubia ſub morte fatiget.
Nunc precor, expulſo miſeratus utrumque furore,
Redde mihi vel redde ſibi: ne cæca poteſtas
Expellat trepidam ſubtracto lumine vitam.
Dixerat: & genua amplectens genibuſque volutans D
Hærebat, Dominuſque pio jam pectore votis
Adnuerat. Tunc prædo furens ac noxius hoſtis,
Cui poſſeſſa diu eſt alieni fabrica juris,
Pervaſa migrare domo compulſus, in iram
Tollitur accenſam: correptaque carpere membra
Nititur; & fruſtra, Domino prohibente, laborans,
Fugit in obſcuras, puero vivente, tenebras.

XXVII.

Stater in piſcis ore inventus.

Rex etiam ſolus regum & Dominus dominantum
Non dedignatus, Petro piſcante, tributum
Solvere Cæſareum: medii de gurgite ponti
Hamum ferre jubet, gerulum didrachmatis aurei.
Incola mox pelagi pendentia fila momordit,
Juſſa tributa ferens, graviorque onerante metallo,
Vilis honor piſcis pretio majore pependit.

XXVIII.

Diſcipulorum de primatu diſceptatio. Humilitas inſinuata.

Diſcipuliſque ſuis ſe percontantibus, aula
Cæleſtis regni quis major poſſit haberi:
Ut Deus & doctor mirabilis, Omnibus, inquit,
Celſior eſt humilis; cunctiſque potentior ibit,
Qui cunctis ſubjectus erit, ſe ſeque minorem
Demiſſa cervice feret; velut iſte videtur
Parvulus: & monſtrat puerum conſiſtere parvum.
Scilicet ingenium teneri ſectemur ut ævi,
Non annis, ſed mente, jubet: quia mollior ætas
Nil pompæ mortalis amat, non ambit honorem,
Nec reſupina tumet; ſic puræ ſemita vitæ
Quantum prona ſolo, tantum ſit proxima cælo.
Mens etenim vergens, altum petit altaque vergit:
Inferiorque gradus, quo vult deſcendere, ſurgit.
Ecce humilem Dominus de ſtercore tollit egentem,
Et facit egregios inter reſidere tyrannos:
At contra tumidum pugnaci mente rebellem
Præcipitem cælo ſub tartara juſſit abire.
Parva loquor: ſi facta Dei per ſingula curram,
Et ſpeciale bonum, quum ſit generale, revolvam.

V. 284. *Clarum videre Moyſen*] Heinſii cod. & plures editi, *videre* : Lipſ. *lumine Moſen* : Fabric. *clarum virtute Moyſen*.

V. 287. *Principium & finem, hunc*] Sine eliſione, cum hiatu, quod non inſolens noſtro: neque aliis. Quidam infarciunt *ſimul* inter *hunc* & *alpha*; quod abeſt a Lipſ. & Cantabr.

V. 312. *Dominantum*] Mss. Lipſ. & Heinſii : vulgati *dominorum*.

V. 315. *Didrachmatis aurei*] Ms. Lipſ. *auri*.

V. 324. *Feret*] Ex Lipſienſi eſt : editi *gerit*.

V. 334. *Egregios inter tyrannos*] reges, antiqua notione, ut Æneid. VII. verſ. 266.
- - - - *dextram tetigiſſe tyranni*.

a *Limine mortis*] Cellarius, *lim. vitæ*. Lectionem editorum vulgatam retinemus, quam non ſolum antitheſis Seduliana ſuadet, ſed etiam confirmat ipſemet Sedulius in opere Paſchali lib. III. cap. XXV. ubi ait: *Quid quod & Heliam nihilominus ac Moyſen ..... cognoverunt? .... quorum alter adhuc vivaci ſenio perfruatur, alterius finalem luminis metam nullus humanæ ſortis excedat curſus*. Deſcribit E ſcilicet heic poeta *Eliam in curru igneo per turbinem aſcendentem in cælum*, ut legimus IV. Reg. II. 11. & *Moyſem ſuper montem Nebo mortuum in terra Moab, jubente Domino*, ut prodit liber Deuteronomii XXXIV. 5. Subdit heic Cellarius in nota: *Enoch adhuc vivebat*. Quid vero huc pertinet Enoch?

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



SEDULII
CARMINIS PASCHALIS
LIBER IV.

I. A

Dives ad cælum, ut camelus ad foramen acus. Usus divitiarum.

JAm placidus Jordanis item transgressus arenas,
Judææ sectatus iter, sine nomine mixtum
Vulgus & innumeras relevans a clade catervas,
Suscipit infirmos, & dat discedere sanos.
Nil igitur summo de se sperantibus umquam
Difficile est conferre Deo: cui prona facultas
Ardua planare, & curva in directa referre;
Et quidquid natura negat, se judice præstat.
Namque foramen acus, sicut penetrare camelus
Membrorum præ mole nequit: sic dives, opima B
Fertilitate tumens, tenuem non possit adire
Cælestis regni ducentem ad limina callem;
Ni genitor rerum (qui mundum lege coercet,
Et nulla sub lege manet, cui condere velle est,
Quem frons nulla videt, sed totum conspicit ipse)
Hoc impossibile est homini, dixisset, & alto
Possibile est jus omne Deo, multisque molestum
Divitibus tandem faceret mitescere censum.
Nam proprias bene tractat opes, cæloque recondi
Thesauros vult ille suos: ubi quidquid habetur,
Non mordax ærugo vorat, non tinea sulcat,
Nec male defossum famulatur furibus aurum; C
Jejunis quicumque cibum, sitientibus haustum,
Hospitibus tectum, nudis largitur amictum,
Solatur nexos in carcere, persovet ægros,
Atque aliis largus, sibi tantum constat egenus.
Nec dubie in cælum substantia pervenit illa:
Quæ Christo collata datur sub paupere forma;
Quæ damnis augmenta capit; quæ spargitur, ut sit;
Quæ perit, ut maneat; quæ vitam mortua præstat.

II.

Duo cæci illuminati.

Præterea geminos Dominus considere cæcos,
Dum quoddam transiret iter, comitante caterva,
Conspicit, exstinctæ poscentes munera formæ,
Flebilibusque vagas implentes vocibus auras.
Nec cunctata solens pietas inferre salutem,
Quæ sentit flagrare fidem: mox lumina tangens
Evigilare jubet, quæ somnus presserat ingens;
Atque diu clausas reserans sub fronte fenestras,
Ingrediente die fecit discedere noctem.

III.

Arefacta verbo ficus sterilis.

Hinc repetita sacri gradiens per mœnia templi,
Lumina cæcatis dedit & vestigia claudis.
Talia Davidicam post facta reliquerat urbem:
Bethaniæ vicina petens, eademque reversus
Clarescente die properabat visere tecta.
Ecce autem mediis adstans sublimis in arvis
Frondea ficus erat, cujus in robore nullum
Repperit esuriens, lustrato stipite, pomum,
Arboreisque comis. Jam nunc ex germine vestro
Nullus, ait, fructus reliquum generetur in ævum.
Confestim viduata suis ficulnea succis
Aruit, & siccis permansit mortua ramis.
Omnis enim quicumque Deo nil fertile nutrit,
Ceu sterilis truncus, lignis æquabitur ustis:
At justus palmæ similis florebit amœnæ,
Semper habens frondes; &, tamquam Libana cedrus,
Multiplicandus adest & vertice sidera tangit.

IV.

Muto reddita loquela, dæmone pulso.

Post, oblatus ei virtutem sensit herilem
Insanus sermone carens, quem faucibus atris
Angebat vis clausa mali, vitiumque tacendo
Prodiderat. Sed cuncta solens infirma levare,
Conditor obsessa pepulit de fauce latronem:
Et voci patefecit iter, nexuque soluto
Muta diu tacitas effudit lingua loquelas.

V.

Mulier Christi pedes lacrymis rigat.

Post Dominus Pharisæa petens convivia cœnæ,
Orantis dapibus se se impertivit amici. D
Tunc mulier, quam fama nocens & plurima vitæ
Mordebant delicta suæ, clementia supplex
Corruit amplectens vestigia; quæque profusis
Inrigat incumbens lacrymis, & crine soluto
Nec tergere sacras, nec cessat lambere plantas,
Unguento fragrante fovens: sententia donec
Læta Dei (quem ferre manum non pœnitet umquam,
Si nos pœniteat veterem quæsisse ruinam)
Vade, fides, mulier, tua te salvavit ab omni,
Dixisset, quodcumque mali gessisse videris.
Utere pace mea: magna est medicina fateri,

IN LIBRUM IV.

V. 2. *Sine nomine mixtum*] Ex Lips. & Cantabr. codicibus: alii *mæstum*.

V. 46. *Cujus in robore*] Ob cæsuram *us*, sequatur licet vocalis, attollitur: quod familiare Christianis poetis est. Prudentius Apotheos. vers. 800.
- - - *cujus imitatio in umbra est*.

E Adde Hamartig. vers. 708. Psychom. vers. 712.

V. 48. *Arboreis comis*] Ex Horat. lib. IV. Oda VII.

V. 55. *Libana cedrus*] Montis nomen, *Libanus*, hoc loco adiectivi naturam habet

V. 58. *Faucibus atris*] Sic scripti codices: Fabr. *arctis*.

V. 75. *Quodcumque mali*] Cantabr. & Aim. codd. *mali*, eleganter: vulgatum *malo*: Fabr. *malum*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



Quod nocet abscondi; quoniam sua vulnera A
nutrit,
Qui tegit & plagam trepidat nudare medenti.
En polluta diu, modicum purgata recessit
Per gemitum: propriique lavans in gurgite fletus,
Munda suis lacrymis redit & detersa capillis.

VI.

De dæmonis expulsione Christum confessi.

Jamque Capharnææ synagogam intraverat
urbis
Rite docens populos. Quem quum vidisset iniquus
Humano sub corde latens, clamore protervo B
Spiritus infremuit: Quid nobis & tibi? dicens;
Perdere nos heu, Christe, venis! scio denique
qui sis,
Et sanctum cognosco Dei. Nec plura locutus,
Imperio terrente, tacet: hominemque reliquit
Pulsus, & in vacuas fugiens evanuit auras.

VII.

Dæmon silere jussus.

Sic etiam variis finem languoribus esse
Fecit, & exclusos semper reticere coegit
Dæmonas, ac talem prohibet se pandere testem, C
Olim quippe ferox & nigræ mortis amator,
Ille nocens anguis, dejectus culmine cæli
Cum pompis sociisque suis omnique nefandæ
Agmine militiæ, Christum quem noverat illic,
Conspicit in terris, velamine carnis opertum:
Et gemit, esse homini Dominum virtutis ami-
cum.

VIII.

Mutus & surdus Domini attactu
sanitati restitutus.

Dumque Tyri transgressus iter Sidonia rursus D
Arva legens, placidas Dominus calcaret arenas:
Curavit gemino miserum spiramine clausum,
Qui vocem non ore dabat, non aure trahebat;
Sidereæque manus ruptis penetralibus omnes
Attactu patuere fores, lætusque repente
Audirique loquens, meruitque audire loquentes.

IX.

Cæcus sputo illuminatus. Piscatura dives.

Tu quoque virtutis sensisti munus herilis,
Procumbens oculis: cujus in lumina Christus
Exspuit, & speciem simulatæ mortis ademit. E
Hinc majora docens populos cælestia verum
Se reserat sermone Deum: turbasque frequentes,
Quæ nimis irruerant, cupiens vitare parumper,
Stagna petit; parvaque sedens in Simonis alno,
Litore sistentem firmabat ab æquore plebem.
Et dictis jam finis erat: tunc altius actam
In pelagus jubet ire ratem, vastoque profundo
Retia demitti piscantia, quæ nihil omnem
Claudere per noctem vacuo potuere labore.
Simon paret ovans, & aquosis gentibus instans
Linea claustra jacit, tantumque immanis apertos
Implevit captura sinus, ut præda redundans
Turbaret geminas cumulato pisce carinas:
Nam socia istic puppis erat. Sic maxima sæpe
Gaudia non ferimus, propensaque vota timemus:
Quodque Deo facile est, homines optare nec
audent.

X.

De suscitato unico filio viduæ.

Talibus insignis virtutibus ibat in urbem,
Quæ fit dicta Naim, populo vallatus opimo
Et grege discipulum: miserum tunc comminus
ecce
Conspicit efferri juvenem, gelidumque cadaver,
Pluribus exsequiis & inani funere passum
Triste ministerium; cujus sors invida matrem,
Jam dudum viduam, gemina viduaverat urna.
Nec remorata diu pietas inimica dolori
Auxilium vitale tulit, tactoque feretro,
Surge, ait, o juvenis: parensque in tempore
dicto
Mortuus adsurgit, residensque loquensque revixit,
Atque comes genitricis abit. Nam funere torpens,
Et licet amissæ passus discrimina vitæ,
Non poterat famulus Domino clamante tacere,
Nec vita præsente mori: mox, agmine verso,
Deponens trepidum [a] recidivo tramite luctum,
Candida felicem revocavit turba parentem.

XI.

Maria septem dæmoniis liberata.

Nec tibi parva salus, Domino medicante,
Maria:
Multiplici læsum curavit vulnere sensum:
Quam fera septenis rabies invaserat armis,
Dæmonico cuneata globo; sed squameus anguis,
Imperiosa sacri fugiens miracula Verbi,
Corde tuo depulsus abit; volucresque per auras
In chaos infernæ lapsus penetrale gehennæ,
Septem ingens gyros, septena volumina traxit.

XII.

LXXII. discipuli ad prædicandum missi.

Neve redundantem cumulato germine messem

V. 79. *Modicum per gemitum*] Prosa Sedulii: *parvi gemitus adflictione*.
V. 112. *In Simonis alno*] Ita Lipf. & Alm. Mss. & Fabr. Nec opus ut transponatur, *Simonis in alno*. Nam Græca in ων exeuntia, in obliquis ω partim retinent, ut *Platonis* partim in ο breve mutant, ut *Jasonis*, *Strymonis*.
V. 113. *Firmabat*] Mss. sic & Fabr. id est, confirmabat in fide & agnitione salutari. Pœlm. *formabat*.
V. 123. *Propensa vota timemus*] Mss. Cant. & Alm. & Prosa Sedulii *timemus*: alii *tenemus*.
V. 132. *Inimica dolori*] Ex Cantabr. scite: alii *doloris*.
V. 140. *Recidivo tramite*] Sic Lipf. codex. Quod in pluribus membranis Jo. Frid. Gronovius invenit, & ad Claudiani Idyll. I. vers. 66. notavit. Vulgo *redivivo*.
V. 141. *Revocavit turba*] Idem Gronov. restituit *turba*. Vulgo, in Alm. etiam, *pompa*.
V. 145. *Cuneata globo*] Alm. cod. ita legit & plures editi: Lipf. *connexa*.

a *Recidivo tramite*] Inter *recidivus* & *redivivus*, hoc interest, inquit Charisius lib. I. pag. 76. edit. Putsch. quod *recidiva* dicuntur, quæ post casum; *rediviva*, quæ post interitum resurgunt. Hæc aliaque adnotat eruditus *totius Latinitatis Lexici* auctor, tom. III. pag. 679. Eamdem vocem usurpat Prudentius ψυχομ. ℣. 391. & lib. II. contra Symm. ℣. 821.

Exiguis Dominus sineret languere colonis: A
Discipulos alios, quorum mens conscia recti,
Puraque simplicitas numero meritoque refulgens
Aurea libra fuit, velut agnos præcipit inter
Sanguineos properare lupos; Adsumite, dicens,
Jura potestatis, nullum metuatis ut hostem
Vipereasque minas & scorpion; atque inimica
Omnia virtutis sensu calcate fideli.
Nulla meis famulis feritas adversa nocebit:
Nec tantum hoc gaudete, viri, quod spiritus ater
Subjaceat vobis, quantum quod nomina vestra
Scripsit in æterno cælestis littera libro.
Jus est quippe Dei, vitam præponere factis.
Nam merito cessante bono, miracula nil sunt:
Quæ faciunt plerumque mali, quibus arbiter orbis, B
Nescio vos, dicturus erit; discedite cuncti
Artifices scelerum, rebus qui semper iniquis
Divinum simulastis opus. Sic tempore Mosi
Carminibus quidam vanis Memphitis in oris
Signa dabant non sponte Dei, sed imagine falsa
Visibus humanis magicas tribuere figuras.

XIII.

Hydropicus sanatus.

Post Pharisæorum cujusdam principis intrat
Clarificare domum, non escam sumere tantum, C
Ad quam tunc facili convenerat ille precatu.
Hic homo perspicuo distentus ventre tumebat
Plenus aquis, gravidamque cutem suspenderat alvus,
Inclusam paritura necem. Jam membra fluebant
Accrescente sinu, miserosque infusa per artus
Turgida perflatum macies tenuaverat ægrum.
Inque uteri spatium totus convenerat hydrops.
Non tulit hanc speciem mundi Pater, & sua transit
Sabbata non curans: hominem curare paratus,
Quem voluit magis esse suum: nam sabbata propter
Condita sunt hominem: non est homo sabbata propter. D
Tunc pius humentem, siccata corporis unda,
Jussit abire luem: fluvidus mox viscera morbus
Deserit, & vacuæ resident in pectore fibræ,
Carnalemque lacum pestis lymphata reliquit.

XIV.

Decem leprosi mundati.

Cœperat interea Dominus Galilæa per arva
Transgrediens sancto quoddam pede tangere castrum.
Hunc procul ut videre decem maculosa gerentes
Leprosi portenta viri, quos corpore fœdo E
Discolor obscenis turpabat pœna figuris:
Præceptor, miserere: potes namque omnia, Jesu,
Clamantes dixere simul. Tunc flexa potestas,
Quæ numquam pietate vacat, clementior infit:
Ite, sacerdotum conspectibus ora referte.
Quumque viam peterent, subito mundata vicissim
Mirantur sua membra viri: variumque tuentes
Esse nihil, se se pariter speculantur, & omnes
Explorant proprias alterno lumine formas.
Ex quibus ut grates ageret pro munere tanto,
Vix unus reduci conversus tramite, pronus
Sternitur ad terram, Dominum virtutis adorans:
Atque sacerdoti vero sua protulit ora.
Denique pontificum princeps, summusque sacerdos
Quis, nisi Christus, adest, gemini libaminis auctor
Ordine Melchisedech: cui dantur munera semper,
Quæ sua sunt, segetis fructus & gaudia vitis?

XV.

Bartimæus cæcus illuminatus.
Panes precibus extorti.

Quum residens cæcus Timæi filius illud
Propter iter, Dominum per quod cognoverat ire,
Vociferans crebro lumen clamore petisset,
Nec populo prohibente tacens: accedere jussus
Ad Dominum, palpante manu, visumque recepit
Et nullo ducente redit. Quam fortiter instat
Importuna fides! quidquid res dura negarit,
Sola frequens votis oratio præstat honestis.
Unanimum panem sic ille petebat amicum:
Qui foribus clausis per opaca silentia noctis,
Obnixeque diu confidenterque neganti,
Vocibus adsiduis precibusque extorsit anhelis.

XVI.

Mulier Samaritis ad fontem.

Præteriensque viæ Dominus loca Samaritanæ
Humanam flagrante sitim collegerat æstu:
Fonsque perennis aquæ modicam desiderat undam,
Ut biberet, qua corpus erat. Tunc accola gentis
Stans mulier, parvum puteo quæ traxerat haustum:
Quum dare cunctatur perituræ munera lymphæ,
Agnoscens propriam numeroso conjuge vitam;
Orat inexhausti tribui sibi dona fluenti
Æternam positura sitim, qua nemo carere
Dignus erit, Domini nisi mersus gurgite Christi
Percipiat placidas animæ, non corporis, undas.


XVII.

Mulier adultera.

Dumque sui residens media testudine templi
Ore tonans patrio: directi ad pervia callis
Errantem populum monitis convertit amicis.
Ecce trahebatur, magna stipante caterva, E
Turpis adulterii mulier lapidanda reatu;
Quam Pharisæa manus placido sub judice sistens,
Quum damnare parat, plus liberat. Omnibus illis
Nam simul e turbis proprio sine crimine nullus
Accusator erat, saxum qui missile primus
Sumeret obscenæ feriens contagia mœchæ.

V. 156. *Metuatis*] Mss. ita: quidam editi, *timeatis*.
V. 157. *Et scorpion*] Casus Græcus a recto σκορπίος, *scorpius*: Latinis ut plurimum *scorpion*, *scorpionis*.
V. 176. *Plenus aquis*] Alm. & Tornæs. *aquis*: Lips. & Cant. *aqua*: Fabr. *aquæ*.
V. 186. *Fluvidus morbus*] Expressi quod in Lips. & Alm. & quibusdam vulgatis scriptum exstat, *fluvidus*, pro *fluidus*.
V. 196. *Quæ numquam pietate vacat*] PIETATE, misericordia, clementia. Infra lib. V. vers. 71.
- - - *ne qua pius a pietate vacaret.*
V. 197. *Ora referte*] Rursus inspiciendo præbete.
V. 214. *Palpante manu*] Prosa Seduliana: *ad Christum venire jussus, alterna manu pertexit*.
V. 225. *Qua corpus erat*] Ms. Lips. *qua*: Alm. *quia*. At etiam Prosa. *qua materiem gerebat corporis*.
V. 242. *Feriens contagia mœchæ*] Sic mss. codices. Prosa: *qui feriret impuram*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



Nec poterat quisquam festucam vellere parvam A
Ex oculo alterius, proprio qui lumine grandem
Sciret inesse trabem: profugus sic ille recessit
Impetus; & clemens donat sententia culpam,
Jam non peccandi sub conditione solutam.
Nam vomitum quicumque suum canis ore relambit:
Nec veterem studet hic veniam, nec habere futuram;
Hujus damna tenens, hujus compendia perdens.

XVIII.

Cæcum natum Dominus curat.

Inde means genitum cernit considere cæcum,
Qui male prægnantis delapsus ventre parentis
In lucem sine luce ruit. Tunc sanguinis ille
Conditor humani, mundique orientis origo,
Imperfecta diu proprii non passus haberi
Membra operis, natale lutum per claustra genarum
Inliniens, hominem veteri de semine supplet.
Nec visum tamen ante capit: quam, voce jubentis
Accepta Domini, Siloam venisset ad undam;
Et consanguinei fotus medicamine limi
Pura oculos fovisset aqua. Mox ergo gemellæ
Vultibus effulgent acies, tandemque merentur C
Ignotum spectare diem. Cognoscite cuncti,
Mystica quid doceant animos miracula nostros.
Cæca sumus proles miseræ de fetibus Evæ,
Portantes longo natas errore tenebras:
Sed dignante Deo mortalem sumere formam
Tegminis humani, facta est ex virgine nobis
Terra salutaris; quæ fontibus abluta sacris,
Clara renascentis reserat spiramina lucis.

XIX.

Lazarus resuscitatus.

Bethaniæque solum repetens intrarat, ibique D
Lazarus occidua tumulatus sorte jacebat
Jam quarto sine luce die, claususque sepulcri
Marmore, corruptum tabo exhalabat odorem.
Flebant germanæ, flebat populatio præsens:
Flebat & omnipotens, sed corpore, non deitate;
Exanimesque artus illa pro parte dolebat,
Qua moriturus erat; lacrymisque implevit amicum,
Majestate Deum. Quid credere, Martha, moraris?
Quidve, Maria, gemis? Christum dubitatis, an unum
Possit ab infernis hominem revocare cavernis,
Qui dabit innumeras post funera surgere turbas?
Ergo ubi clamantis Domini sonuit tuba dicens;
Lazare, perge foras: magno concussa pavore
Tartara dissiliunt, Erebi patuere recessus,
Et tremuit letale chaos, mortisque profundæ B
Lex perit, atque anima proprias repetente medullas
Cernitur ante oculos vivens adstare cadaver,
Postque sepulcralem tamquam recreatus honorem,
Ipse sibi moriens & postumus exstat & heres.

XX.

Christus asello vectus.

Utque caduca vagi contemnens culmina sæcli
Monstraret se rite Deum, non curribus altis,
Qui pompæ mortalis honor; rapidisque quadrigis
Pulvereum sulcavit iter; nec terga frementis
Ardua pressit equi, phaleris qui pictus & ostro
Ora cruentatum mandentia concutit aurum:
Sed lento potius gestamine vilis aselli
Rectori suffecit honos, levis ungula cujus,
Ut tanto sessore decus mirabile portans,
Nobilior sub fasce foret; non illius impar,
Qui patulo Christum, licet in præsepe jacentem,
Agnovit tamen esse Deum. Plebs omnis adorans
In solido molles subjecit tramite vestes.
Dicite, gentiles populi, cui gloria regi
Talis in orbe fuit; cui palmis comta, vel umquam
Frondibus arboreis, laudes cælestibus hymnis
Obvia turba dedit Domino nisi cum Patre Christo,
Qui regit ætherium princeps in principe regnum?
(Cui sanctus [a] semper conregnat Spiritus æque.)

V. 250. *Hujus damna tenens, hujus*] Prosa hujus versus ita habet: *Hujus lucra deperdens, quam inaniter adquisivit: illius damna sentiens, ad quam pervenire non meruit.* Pro *tenens* Cantabr. *ferens*: pro *perdens* ms. Barthii *pendens*, cui is adscripsit *optime*: quod secus videtur nobis.

V. 269. *Quæ fontibus abluta sacris*] Sic Lips. & Alm. & alii codices. Quidam editi *oblita*: sed clarius illud. Dura quidem correptio mediæ; nec vero insolita Christianis poetis. Prudentius Jambo passionis sancti Vincentii vers. 362.

Mortis lavacris elutam.

V. 275. *Populatio præsens*] Prosa Sedulii, *turba consistens*: seu *multitudo populi*, ut codicis Cantabr. glossa interpretatur. Fugit hoc exemplum Carolum du Fresne, qui infimæ ætati hanc notionem tribuit. Addit Glossa Cyrilli aliam: *Δυμίδωσις, populacio, publicacio*; ne putes semper vastationem esse.

V. 285. *Tartara dissiliunt*] Sepulcrum, status mortuorum, ut supra lib. I. vers. 205.

V. 296. *Ora mandentia*] Sic Cantabr. & Lips. At Alm. *ore -- mandendo*, quod etiam in editis quibusdam.

V. 303. *In solido*] Cod. Alm. ita, cum glossa, *in duro*. Vulgo *insolito*. Prosa, *mediam per semitam*.

V. 309. *Cui sanctus semper*] Hic versus abest a mss. Lips. & Alm. & Barth. & a prosa ipsius Sedulii.


a *Cui sanctus* cet.] Abest quoque hic versus a codice Taurinensi.

SEDULII

CARMINIS PASCHALIS

LIBER V.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



I. A

Christus cælesti voce clarificatus.

HAs inter virtutis opes jam proxima paschæ
Cœperat esse dies: Domini quum gloria vellet
Ponere mortalem, vivamque resumere carnem,
Non aliam, sed rursus eam, quam munere plenam
Lucis ab infernis relevans ad sidera vexit;
Exclamansque palam, Pater ista memet ab hora
Salvifica; sed in hanc ideo veni tamen horam:
Clarifica [a], dixit, nomen tuum: magnaque cælo
Vox resonans venit per nubila, Clarificavi,
Clarificabo iterum. Quid apertius est Patre teste, B
Cælo adsertore? Ac nec sic agnoscere Christum
Gens voluit Judæa Deum. Pars esse ferebat
Hoc tonitrum: pars angelicam crepuisse loquelam.
O gens cæca oculis, o gens durissima corde!
Num tonitrus potuit Christum seu angelus ullus
Auctorem generasse suum, qui nomine Patris
Audito responsa daret? sed ab ore Tonantis,
Natum agnoscentis, populus quo crederet adstans,
Vox emissa suo respondit consona Verbo.

II.

Dominus discipulorum pedes abluit. C

Annua tunc sacræ celebrans per munera cœnæ
Paschales ex more dapes, humilemque [b] ministrum
Se faciens, & grata suis exempla relinquens,
Adsurgit, famulisque libens famulatur: & omnem
Linteolo accinctus tantum inclinavit honorem,
Discipulis ut sponte lavans vestigia cunctis,
Nec Judam exciperet, quem proditionis iniquæ
Noverat auctorem. Sed nil tibi gloria, sæve
Traditor, illa dabat pedibus consistere mundis:
Qui sensu pollutus eras, velut omne sepulcrum
Exteriora gerens albæ velamina formæ,
Sordibus interius fœdoque cadavere plenum. D

III.

Institutio Eucharistiæ. Proditio Judæ.

Nec Dominum latuere doli: scelerisque futuri
Prodidit auctorem, panem cui tradidit ipse,
Qui panis tradendus erat. Nam corporis atque
Sanguinis ille sui postquam duo munera sanxit;
Atque cibum potumque dedit, quo perpete numquam
Esurient sitientque animæ sine labe fideles:
Protinus in Judam, sedes ubi livor habebat,
Spiritus intravit teterrimus; armaque sumens
In Dominum, servile dedit consurgere bellum.
Pactus grande nefas parva mercede, neque illi
Culpa datur pretio, sed inhærent crimina facto.
Tantumdem sceleris, ter dena nomismata sumens
Argenti, parvo cæcatus munere gessit;
Quantum, cuncta simul terrarum regna marisque
Divitias omnemque vagis cum nubibus æthram
Si caperet, gesturus erat: neque enim bona mundi
Sufficerent magni fuso pro sanguine Christi;
Qui pater est mundi, qui fecerat hunc quoque nasci.
Atque utinam sterili damnatus matre nequisset
Natalem sentire diem, nec luminis hujus
Hausisset placidas flabris vitalibus auras
Æterno torpore latens; miseroque fuisset
Sors melior nescire datam, quam perdere, vitam:
Aut male fusus [c] humo confestim munera lucis
Perderet, ut pulvis; quem ventus projicit ingens
A facie terræ, rapidisque volatibus actus
Spargitur in vacuas nebulis obscurior umbras.
Tu ne cruente, ferox, audax, insane, rebellis,
Perfide, crudelis, fallax, venalis, inique,
Traditor immitis, fere proditor, impie latro,
Prævius horribiles comitaris signifer enses:
Sacrilegamque aciem, gladiis sudibusque minacem,
Quum moveas, ori ora premis, mellique venenum
Inseris, & Dominum blanda sub imagine prodis?
Quid socium simulas, & amica fraude salutas?

In Librum V.

Vers. 5. *Ad sidera vexit*] Codices Almeloveeniani est. Vulgo *duxit*.

V. 6. *Ab hora*] Cantabr. & Lipf. sic: alii *in hora*. Quod sequitur *Salvifica*, Alm. est: *Clarifica* alii.

V. 8. *Clarifica, dixit, nomen tuum magnaque*] Expressi cod. Lipf. & Alm. ut *tuum* contrahatur quasi *tum*. Et Beda de Metris pag. 2375. aliquid contra regulam positum in hoc versu agnoscit, sed pro *tuum* legit *cujus*: cetera, ut edidi.

V. 11. *Agnoscere Christum*] Cantabr. & Lipf. *agnoscere*: Alm. & vulgati *cognoscere*.

V. 15. *Num tonitrus potuit*] Sic scripti Alm. & Barth. Etiam Fabr. Alii *Non*. Est *tonitrus* probum Ovidii auctoritate ac Silii: illius Metam. II. vers. 304. hujus lib. XII. vers. 611. E

V. 32. *Nec Dominum latuere doli*] Æneid. I. vers. 130.
Nec latuere doli fratrem Junonis.

V. 37. *Esurient sitientque*] Ex Alm. membranis. Vulgo *Esuriant sitiantque*.

V. 49. *Hunc quoque nasci*] Prosa, *hunc nefandum*, Judam.

V. 55. *Aut male fusus humo*] Lipf. *homo*: sed plures, etiam Alm. *humo*. FUSUS, natus. HUMO respicit antiquum morem, quo natus infans in humo ponebatur, ut tolleretur a patre. Plinius lib. VII. prooemio: *Hominem* (natura) *nudum & in nuda humo natali die abjicit ad vagitus statim & ploratum.*


V. 64. *Quum moveas*] Cantabr. ms. & Fabr. *Cum moveas*: recte. Prosa etiam, *cum minaciter moveas*. Libri plures, etiam Alm. scriptus, *commoveas*, perperam.

— *Ori ora*] Glossa. Alm. codicis: ORI *tuo*, ORA *Christi* Barth. *ore ora*.

a *Clarifica* cet.] Sic item hunc versum exhibet codex Taurin. Neque aliter Beda *de arte metrica*, tom. I. pag. 38. edit. Colon. Agripp. 1688. ubi docet, *Quod & auctoritas sæpe & necessitas metricorum decreta violet.*

b *Ministrum*] Cod. Taurin. *magistrum*; quæ sane lectio haud recipienda videtur.

c *Humo*] Codex item Taurin. habet *homo*.



Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.

Numquid terribiles aut pax conjurat in enſes, A
Aut truculenta pio lupus oſcula porrigit agno?

IV.

Auris abſciſſa reſtituitur.

Traditus ergo viris operator ſanctus iniquis
Conſuetam non liquit opem, pueroque revulſam
Enſe Petri (ne qua pius a pietate vacaret)
Reddidit auriculam. Nec enim vindicta Tonanti
Conveniens humana fuit, qui millia Patrem
Angelica ſibimet legiones poſcere poſſet:
Plus duodena dari, ſi mallet ſumere pœnas
De meritis, quam ſponte ſuas ignoſcere plagas. B
Tunc parci mucrone jubet: quia venerat ipſe
Ponere pro cunctis animam, non tollere cuiquam.

V.

Abnegatio Petro prædicta. Chriſtus ad Caipham deductus.

Jamque Petro clara jam dudum voce fatenti,
Cum Domino ſe velle mori: Prius aliger, inquit,
Quam gallus cantet, hac me ter nocte negabis;
Non reprobando fidem, ſed prædicendo timorem. C
Continuo ad triſtes Caiphæ deducitur ædes:
Ille ſacerdotum fuerat tunc denique princeps,
Et princeps ſcelerum. Namque hoc reſidente cathedra
Peſtifera falſis agitatum teſtibus ardet
Concilium; jam jamque volans mendacia mille
In Dominum, vanis hominum conflata cavillis;
Et pereunt levitate ſui: velut ignis oberrans
Arentes ſtipulas, vires cui ſumma cremandi
Materies infirma rapit, victoque furore
Labitur invalidæ deformis gloria flammæ.

VI.

Palmis, colaphis & ſputis petitus Salvator.

Poſtquam nulla dolis patuit via, brachia tolli
Armat in inſontem ſævus furor. Heu mihi quantis
Impedior lacrymis rabidum memorare tumultum,
Sacrilegas moviſſe manus, non denique paſſim
Vel colaphis pulſare caput, vel cædere palmis,
Aut ſpuere in faciem plebs exſecranda quievit!
Ille tamen patiens ſubjecto corpore totum
Suſtinuit, noſtræque dedit ſua membra ſaluti.
Namque per hos colaphos caput eſt ſanabile noſtrum: E
Sputa hæc per Dominum noſtram lavere figuram:
His alapis nobis libertas maxima plauſit.

VII.

Petri abnegatio & pœnitentia.

At ſenior, cui cuncta potens prædixerat auctor,
Quæ ventura forent (quoniam tranſire nequivit
Infectum, quod Chriſtus ait) ſe prorſus adeſſe
Ipſius ex ſociis, ſemel ac bis terque negavit;
Et gallus cecinit: completa eſt ſanctio Chriſti,
Et ſenſus rediere Petro: memor ille malorum
Immemoris damnavit opus; gemituque ſequente
Culpa fugit: cedunt lacrymis delicta profuſis;
Et dulcem veniam fletus generaſtis amari.

VIII.

Judæ deſperatio & ſuſpendium.

Jamque dies aderat nocturna mæſtior umbra,
Flagitium viſura novum, tenebriſque remotis
Pandebat populis Judææ crimina gentis.
Mox igitur Dominum Pilati ad mœnia duci,
Nexibus adſtrictum, Judas ut vidit iniquus:
Diriguit, ſceleriſque ſui commercia reddens
Incaſſum, facti pretium, non facta reliquit.
Quidnam etenim prodeſt, illic trepidare timore,
Nullus ubi timor eſt? aut quæ confeſſio tætro
Lucet in inferno: quum jam demerſa ſecuris
Arboris infandæ radicibus, exitialem
Quæ peperit fructum, feralia germina vertit
Funditus, ut dignis pereant mala robora flammis?
Continuoque trucis correptus mente furoris,
Se quoque morte petit: tamquam tunc ſanior eſſet,
Quum ſcelus ulciſci præcurreret: ipſaque diræ
Guttura vocis iter, cuncti quæ vendere mundi
Auſa Redemtorem, nodatis faucibus angens,
Infelicem animam laqueo ſuſpendit ab alto.
Lenior ira quidem tantæ pro crimine culpæ,
Cunctorum cui nulla foret par pœna malorum
Exitus hic mortis: tamen & ſublime cadaver
D Oſtendit populis, quanto de culmine lapſus
Pridem diſcipulus; qui nunc reus, alta relinquens
Sidera, tartareum deſcendit aduſque profundum;
Tunc vir apoſtolicus, nunc vilis apoſtata factus.

IX.

Chriſtus coram Pilato conſiſtens.

At Dominus patiens quum præſidis ante tribunal
Staret, ut ad jugulum ductus mitiſſimus agnus:
Nil inimica cohors inſontis ſanguine dignum
Repperiens, regem quod ſe Rex dixerat eſſe,
Obiicit; & verum mendax pro crimine ducit.
Nec mirum, ſi jura Dei gens perfida vitet
Imperiumque neget, lucos quæ ſemper amavit,
Idola dilexit. Simili nam more furentes
Tunc coluere Baal, nunc elegere Baraban:

V. 71. *Pius a pietate*] Vide lib. IV. verſ. 196.
V. 77. *Parci mucrone*] Æneid. I. verſ. 257. *Parce me[illegible].*
V. 88. *Vanis conflata cavillis*] Sic Nic. Heinſius in Prudentii Laurentium verſ. 318. emendavit, quod in libris eſt *labellis*; aut Lipſ. *favillis*; aut Alm. *fabellis*.
V. 102. *Lavere figuram*] Bene ſic Lipſ. membranæ: editi *lavare*. FIGURAM, maculam, ut lib. IV. verſ. 193.
V. 103. *His alapis nobis libertas*] Alapæ infligebantur iis, qui manu mittebantur: ad quem ritum poeta adluſit, ut optimus Cuperus erudite obſervavit. Cæſaris jocus ambiguus apud Phædrum lib. IV. Fab. VI.

Multo majoris alapæ mecum veneunt.

Adi interpretes, & Sigon. lib. I. de Judiciis cap. XIII.
V. 104. *Senior*] Petrus.
V. 122. *Demerſa ſecuris*] Mss. Lipſ. & Alm. ita; hoc eſt, demiſſa.
V. 124. *Vertit*] Alm. ita: alii *vertat*.
V. 125. *Ut pereant*] Lipſ. ſic: alii *& pereant*.
V. 146. *Idola dilexit*] Εἴδωλα. Corripuerunt Chriſtiani poetæ: etiam Prudentius ſæpe.



Damnatoque pio, conservatoque protervo,
Mutavit per utrumque viam sententia justam.
Auctor [a] lucis erat, jussus qui sumere mortem:
Auctor mortis erat, jussus qui sumere lucem.
Credite jam Christum; pro cunctis credite passum.
Quid dubitatis adhuc? En sectus terga flagellis,
Subditus opprobriis, pœnas amplectitur omnes:
Ne dignus sentire necem vel latro periret.

X.

Lavat manus præses, nec culpam abolet.

Heu falx torva patrum, segetem cæsura nepotum!
Heu facinus, Pilate, tuum! quot gesseris uno
Crimina judicio vigili si mente notares;
Non solas lavisse manus, sed corpore toto
Debueras sacrum veniæ sperare lavacrum.
Corripis insontem, sistis sub præside Regem,
Præponisque humana Deo. Qua morte teneris,
Qui Dominum numerosa cruci per vulnera figis?

XI.

Chlamys coccinea. Spinea corona. Arundo.

Quumque datus sævis ad pœnam sanctus abiret
Militibus: vilem rubri sub tegmine cocci
Vestitur chlamydem: species ut cuncta cruentæ
Mortis imago foret, spinis circumdedit amplum
Nexa corona caput; quoniam spineta benignus
Omnia nostrorum susceperat ille malorum.
Implet arundo manum, sceptrum quod mobile semper,
Invalidum, fragile est, vacuum, leve: moxque alienos
Deponens habitus, proprium suscepit amictum;
Scilicet humanæ positurus tegmina carnis,
Et sumturus item, nil jam ut mutabile ferret
Post mortem, propria cum majestate resurgens,
(Humano [b] ponens mortalem tegmine carnem.)

XII.

Vinum felle mixtum.

Nec sine divino constat moderamine gestum,
Quod vinum cum felle datum, tristemque saporem
Suscipiens tetigit labiis, & ab ore removit;
Quippe necem parvo degustaturus amaram
Tempore, quam reduci contemnere carne pararet.

XIII.

Christus cruci affixus.

Protinus in patuli suspensus culmine ligni
Religione pia mutans discriminis iram,
Pax crucis [c] ipse fuit, violentaque robora membris
Illustrans propriis, pœnam vestivit honore.
Suppliciumque dedit signum magis esse salutis,
Ipsaque sanctificans in se tormenta beavit:
Neve quis ignoret, speciem crucis esse colendam
Quæ Dominum portavit ovans, ratione potenti
Quattuor inde plagas quadrati colligit orbis.
Splendidus auctoris de vertice fulget Eous:
Occiduo sacræ lambuntur sidere plantæ:
Arcton dextra tenet, medium læva erigit axem:
Cunctaque de membris vivit natura creantis,
Et cruce complexum Christus regit undique mundum.

XIV.

De titulo crucis, & sortitione vestis.

Scribitur [d] & titulus: HIC EST REX JUDÆORUM,
Quo nihil a deitate vacet. Nam cælitus actum
Hoc Ebræa refert, hoc Græca, Latinaque lingua:
Hoc docet una fides, unum ter dicere Regem.
Hujus in exuviis sors mittitur, ut sacra vestis
Intemerata manens, a Christo schisma vetaret.

XV.

De duobus latronibus.

Quin etiam insontis latere ex utroque cruentos
Constituere viros: meritum licet omnibus unum
Non faciat, similis quamvis sententia. Namque
Inter carnifices Sancto pendente latrones,
Par est pœna trium: sed dispar caussa duorum.

V. 150. *Auctor lucis erat*] Hunc versum codex Alm. non habet nisi in margine, cum signo quod priori loco ante illum, *Auctor mortis erat*, locari jubet: quæ etiam Barthii sententia erat. In vulgatis autem præcedit, *Auctor mortis erat*, cetera.

V. 153. *En sectus*] Sic mss. Prosa Sedulii, *flagris sulcatus*.

V. 155. *Ne dignus sentire necem vel latro p.*] Cod. Alm. & Prosa *vel latro*. Fabr. & alii vulgati *ceu latro*.

V. 160. *Sperare*] Scripti, Cant. Lips. Alm. *sperare*: editi plures *spectare*.

V. 174. *Nil jam ut*] Abest Lips. UT: habet vero Alm. & vulgati.

V. 176. *Humano ponens*] Hic versus a Cantabr. & Prosa abest. Alm. sic immutatum habet,

Humano patiens mortalem sumere carnem.

Sed praviora hæc, & sine sensu, ut de νοθείᾳ versus non sit dubitandum.

V. 190. *Quattuor inde plagas quadrati*] Pia poetæ de crucis situ meditatio, quam & Cassiodorus in Psalm. xxi. 18. sic exposuit: *Crucis ipsa positio talis est, ut pars ejus superior cælos petat, inferior terras non deserat, fixa [illegible] ima contingat; &, velut quibusdam brachiis extensis, [illegible] ejus totius partes appetat mundi: jacens vero [illegible] cardines orbis designat.*

V. 192. *Sacræ plantæ*] Sic Alm. & editi: quidam *fluxæ*.

V. 196. *Hic est rex Judæorum*] Beda de Metris [illegible] refert, cui concinunt scripti Lips. & Alm. Editorum quidam aliter.

V. 204. *Non faciat, similis quamvis sententia*] Mss. Lips. & Alm. *[illegible]*, quo posito, ad *[illegible]* referatur. Quidam alia incisione *[illegible]*.

a *Auctor lucis* cet.] Non erat, cur hi duo versus inverterentur. Nam in vulgatis codicibus recte præcedit versus 151. *Auctor mortis erat*: & subsequitur versus 150. *Auctor lucis* cet. Idque perspicue docet ipsemet Sedulius in opere Paschali lib. V. cap. IX. sic inquiens: *Dum [illegible] impiusque servatur, [illegible] utroque sententia*: AUCTOR [illegible] *deputatus ut [illegible]*, AUCTOR VITÆ *[illegible]*.

b *Humano* cet.] [illegible] quod hunc versum non agnoscit in opere Paschali Sedulius; quis non videat ipsum superioris versus 175. putidum esse glossema, ex margine in textum [illegible]?

c *Pax crucis* cet.] Hunc versum cum sequentibus usque ad 195. profert Dungalus in *Respons. adversus Claudium Taurinensem*. Adi sis bibliothecam PP. Paris. tom. IV. part. II. pag. 167. a. Eosdem porro versus repetit Jonas Aurelianensis *de cultu Imaginum* lib. II. paullo post initium, biblioth. PP. Paris. tom. IV. part. I. pag. 564.

d *Scribitur* cet.] Beda l. c. pag. 38. hunc versum recitat, prout heic exstat, & Cellarius advertit.



Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.

Hi mundo sunt quippe rei: pro crimine multo A
Huic reus est mundus, salvatus sanguine justo.
Suppliciisque tamen rerum dominator in ipsis
Jura potestatis non perdidit: æquus utrumque
Judex namque tuens hunc eligit, hunc reprobavit,
Amborum merita præcelso examine pensans.
Unus enim, quem vita ferox nec morte reliquit,
In Dominum scelerata movens convicia, dictis
Mordebat propriis & tamquam fœtiger hircus,
Ore venenoso vitem lacerabat amœnam:
Alter, adorato per verba precantia Christo,
Saucia dejectus flectebat lumina; tantum
Lumina: nam geminas arcebant vulnera palmas.
Quem Dominus ceu pastor ovem deserta per arva B
Colligit errantem, secumque adducere gaudet
In campos, paradise, tuos: ubi flore perenni
Gramineus blanditur ager, nemorumque voluptas
Inriguis nutritur aquis, interque benigne
Conspicuos pomis non deficientibus hortos
Ingemit antiquum serpens habitare colonum.
Ambo igitur varium diverso calle latrones
Adgressi facinus, violentum grande patrarunt.
Infernas adit ille fores, adit iste supernas:
Ille profunda sequens penetravit claustra gehennæ,
Abstulit iste suis cælorum regna rapinis.

XVI. C

Sol obscuratus. Terræ motus. Acetum porrectum.

Interea horrendæ subito venere tenebræ,
Et totum tenuere polum, mæstisque nigrantem
Exsequiis texere diem. Sol nube coruscos
Abscondens radios, tætro velatus amictu
Delituit, tristemque infecit luctibus orbem.
Hunc elementa sibi meruerunt cernere vultum
Auxiliis orbata Patris, læta per ortum,
Mæsta per occasum. Nam lux ut tempore fulsit
Nascentis Domini: sic hoc moriente recessit;
Non absens mansura diu, sed mystica signans D
Per spatium secreta suum: quippe ut tribus horis
Cæca tenebrosi latuerunt sidera cæli,
Sic Dominus clausi triduo tulit antra sepulcri.
Nec tellus sine clade fuit: quæ talia cernens
Funditus intremuit, dubioque in fine supremum
Expavit natura modum; ne cogeret omnem
Summus apex inferna petens succumbere molem,
Auctoremque sequens per tartara mundus abiret.
Sed pietas immensa vagas properabat ad umbras
Perdita restituens, non consistentia perdens.
Nulla tamen tanti metuerunt signa pericli,
Qui Dominum fixere cruci: quin insuper haustum
Quum peteret sitiens, unus de plebe nefanda
Peniculo infusum calamo porrexit acetum.
Manzeribus populis in deteriora volutis
Conveniens liquor ille fuit. Nam dulcia vina
Sicut, in horrendum quum convertuntur acetum,
A mensis projecta jacent: ita tempore prisco
Gens accepta Deo, nunc est odiosa propago.

XVII.

Christus exspirat. Velum templi scinditur. Sancti resurgunt.

Ergo ubi cuncta boni completa est passio Christi,
Ipse animam proprio dimisit corpore sanctam,
Ipse iterum sumturus eam: quia mortuus idem,
Idem vivus erat, membris obeuntibus in se,
Non obeunte Deo; cujus virtute retrorsum
Infernæ patuere viæ: ruptæque fatiscunt
Divisa compage petræ: rediviva jacentum
Corpora sanctorum fractis abiere sepulcris,
In cineres animata suos: subitoque fragore
Illud ovans templum majoris culmina templi
Procubuisse videns, ritu plangentis alumni,
Saucia discisso nudavit pectora velo,
Interiora sui populis arcana futuris
Jam referanda docens: quia lex velamine Mosi
Tecta diu, Christo nobis veniente patescit.

XVIII.

In mortem invectio. Christi latus perfossum.

Dic, ubi nunc tristis victoria? dic ubi nunc sit
Mors stimulus horrenda tuus? quæ semper opimis
Instaurata malis, cunctas invadere gentes
Pœnali ditione soles? En, pessima, non tu
Pervenis ad Christum, sed Christus pervenit ad te:
Cui licuit sine morte mori, quippe omnia gignens,
Omnia constituens, te non formavit, ut esses
Semine vipereo: culpa genitrice crearis,
Et venia regnante peris. Jam spiritus artus
Liquerat ad tempus, patulo jam frigida ligno

V. 211. *Tuens*] Intuens, adspiciens: ut illud Maronis Eclog. III. vers. 8.

- - - transversa tuentibus hircis.

V. 219. *Tantum lumina*] Sic Cantabr. & Alm. estque elegans repetitio, nec sine efficacia interpretationis: ideoque præferenda lectioni aliorum, *tantum libera*.

— *Arcebant vulnera palmas*] Alm. ita: vulgo *vincula*. At non adligati funibus erant latrones, sed clavis adfixi, quod ex Salvatoris supplicio liquet.

V. 233. *Nigrantem Exsequiis*] Quia atra omnia in funere. Prosa Seduliana: *funereas dies celebravit exsequias*.

V. 237. *Hunc elementa sibi*] Inter hunc versum & præcedentem, *Delituit*, tres alios, nescio ex quo codice, Fabricius interposuit:

Tota sibi oppositum fratrem quod Delia haberet,
Quum suberat terris, supero ille in culmine cæli,
Impia perpetuam timuerunt sæcula noctem.

Sed absunt a mss. nostris, etiam a pluribus editis: nec ulla eorum vestigia in Prosa apparent.

V. 247. *Supremum Expavit natura modum*] Sic mss. & editi. MODUS, mensura: & MODUS SUPREMUS, mensuræ terminus: heic ultima ruina. Barthius autem malebat *obitum*, quod contra fidem librorum est.

V. 251. *Non consistentia perdens*] Prosa: *Properabat clementer ad tartara, quo perdita restitueret, non instituta deperderet*.

V. 256. *Manzeribus populis*] Hoc in mss. Lips. Cantab. Alm. vocabulum, Hebræum origine, ממזל, quod *spurium* E sonat. Retinuit Vulgatus interpres Deuteron. XXIII. 2. *Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiam Domini*. Unde noster hausit, euphoniæ dans N pro altero M: sicut etiam Venantius Fortunatus lib. V. carm. IV. vers. 75.

Christicolæ ut cernunt tunc agmina Manzara jungi.

V. 272. *Saucia discisso*] Alm. *disciso*: Lips. *discusso*: ex quibus conciliatur editorum *discisso*.

V. 274. *Velamine Mosi*] Patrio casu. Ms. Alm. *Moysi*: ut supra lib. IV. vers. 168.

V. 280. *Pervenis ad Christum*] Et Arator, suppar nostro Christianus poeta, corripuit secundam personam quartæ formæ, præfatione ad Vigilium papam,

Advenis incluso solvere vincla regi,

ut in antiquis ac recentibus libris est: quamvis in ms. cod. Lipsiensi transposita sint, *Incluso adveniens*. Et idem in cap. II. Act. Ap st. extrem.

Nescis amare Deum.

Viſcera pendebant : & adhuc furor arma miniſtrans A
Cuſpide perfoſſum violat latus, eque patenti
Vulnere purpureus cruor & ſimul unda cucurrit.
Hæc ſunt quippe ſacræ pro relligionis honore
Corpus, ſanguis, aqua, tria vitæ munera noſtræ :
Fonte renaſcentes, membris & ſanguine Chriſti
Veſcimur, atque ideo templum deitatis habemur;
Quod ſervare Deus nos adnuat immaculatum,
Et faciat tenues tanto manſore capaces.

XIX.

Chriſti corpus ſepulcro conditum, adhibita cuſtodia militari.

Ergo ubi depoſiti theſaurum corporis amplum
Nobilis accepit Domino locus ille jacente,
Nobilior ſurgente tamen: generatio fallax
Augebat ſub corde nefas, quod nocte ſilenti
Diſcipuli Chriſtum raperent & abiſſe referrent
Ter redeunte die, ſicut prædixerat ipſe.
Quo ſtimulante metu, vigilum munimina poſcunt
Plura dari, ſævaque locum obſidione teneri.
Si nondum poſt vincla crucis, poſt vulnera ferri,
Poſt obitum mortis numeroſa cæde cruentum,
Carnifices, impleſtis opus; nec creditis illum C
Qui toties imis animas produxit ab umbris,
Poſſe ſuam revocare magis: pejoribus aptos
Conſiliis armate dolos, ſignate ſepulcrum,
Ponite cuſtodes, monumento advolvite ſaxum.
Quis poterit ſervare Deum, cui cardine rerum
Cuncta patent? undis habitat, per tartara regnat,
Et cæli de nube tonat. Quid, ſæve tumultus,
Excubiis dependis opus? quid niteris illam
Explorare fidem, cui non vis credulus eſſe?

XX.

Reſurrectio Domini. Angeli tumulo adſtantes. Cuſtodes mendaces. Synagogæ abjectio. D

Cœperat interea poſt triſtia ſabbata felix
Inradiare dies; culmen qui nominis alti
A Domino dominante trahit, primuſque videre
Promeruit naſci mundum atque reſurgere Chriſtum.
Septima nam Geneſis quum dicit ſabbata, claret
Hunc orbis caput eſſe diem, quem gloria regis
Hunc etiam proprii donans fulgore tropæi
Primatum retinere dedit. Hoc luminis ortu
Virgo parens, aliæque ſimul cum munere matres
Meſſis aromaticæ, notum venere gementes
Ad tumulum: vacuumque vident jam corpore factum, E
Sed plenum virtute locum. Nam miſſus ab aſtris
Angelus amoti reſidebat vertice ſaxi,
Flammeus adſpectu, niveo præclarus amictu:
Qui gemina ſpecie terrorem & gaudia portans,
Cunctaque diſpenſans, cuſtodibus igne minaci
Venerat, in forma Chriſtum quærentibus alba.
Illæ igitur Dominum calcata vivere morte
Angelica didicere fide: perterritus autem
Miles in ancipiti retinet diſcrimine vitam,
Deſerta ſtatione fugax, teſtiſque timoris
Vera refert gratis; poſtquam data munera, fallit;
Diſcipulumque globum placidi ſub tempore ſomni
Clam ſibi nocturna Chriſtum abſtraxiſſe rapina,
Compoſitus ſimulator ait. Fare, improbe cuſtos;
Reſponde, ſcelerata cohors: ſi Chriſtus, ut audes B
Dicere, concluſo furtim productus ab antro
Sopitos latuit, cujus jacet intus amictus,
Cujus ad exuvias ſedet angelus; an ne beati
Corporis ablator velocius eſſe putavit
Solvere contectum, quam devectare ligatum,
Cum mora ſit furtis contraria? cautius ergo
Cum Domino potuere magis ſua lintea tolli.
Mentita eſt vox vana ſibi: tamen iſta figuram
Res habet egregiam. Judæis conſtat ademtum,
Quem nos devoto portamus corpore Chriſtum.
Plange ſacerdotes perituros, plange miniſtros,
Et populum, Judæa, tuum pro talibus auſis.
Non tuba, non unctus, non jam tua victima grata eſt.
Quænam bella tibi clanget tuba rege peremto?
Quis tuus unctus erit, quæ verum amiſeris unctum?
Victima quæ dabitur, quum victima paſtor habetur?
Diſcedat ſynagoga ſuo fuſcata colore,
Eccleſiam pulcro Chriſtus ſibi junxit amore.
Hæc eſt conſpicuo radians in honore Mariæ,
Quæ cum clarifico ſemper ſit nomine mater,
Semper virgo manet: hujus ſe viſibus adſtans
Luce palam Dominus prius obtulit; ut bona mater
Grandia divulgans miracula, quæ fuit olim
Advenientis iter, hæc ſit redeuntis & index.

XXI.

Chriſti apparitiones variæ.

Mox aliis conviva potens in fragmine panis
Agnitus enituit: qui verus panis apertis
Semper adeſt oculis, fidei quos gratia claros
Efficit, ut Dominum viventem cernere poſſint.
Sæpe dehinc proprios diverſi temporis horis
Diſcipulos manifeſtus adit, veſcentibus illis.
Extemplo nunc ora ferens, nunc piſcis obuſti
Atque ſavi mandens epulas; quo rite doceret,
Corporeas res eſſe dapes, ſe ſeque videri
In membris, quibus ante fuit. Formidine rurſus
Plebis apoſtaticæ, Dominum quæ cæca negaſſet,

V. 286. *Viſcera*] Proſa : *membra pendebant*.
V. 290. *Corpus, ſanguis, aqua, tria*] Producitur *A* in recto *aqua* propter ſequentis vocis conſonantes, ut ſupra.
V. 294. *Manſore*] Habitatore.
V. 298. *Augebat ſub corde nefas*] Sic Alm. cod. & vet. editiones. Lipſ. *angebat* : Fabricius *audebat*. Sed minus placent poſteriora.
V. 313. *Excubiis dependis opus*] Opus, *operam*, ut Columellæ lib. IV. cap. XXII. *incaſſum dependitur opera*. Dependis ex Alm. & Cantabr. mss. eſt. Vulgo *deperdis* : Lipſ. *diſperdis*.
V. 336. *Poſtquam data*] Mss. tria *poſtquam* : vulgati *ſed poſt*.
V. 346. *Cautius - - magis*] Abundat *magis* : nec vero virtute caret. Sic Philipp. I. 23. πολλῷ μᾶλλον κρεῖσσον. De quo Helleniſmo Scaliger conſulatur ad illud Culicis Virg. verſ. 78.
Qui magis optato queat eſſe beatior ævo?
V. 350. *Devoto portamus corpore*] Lipſ. & Alm. codd. cum pluribus vulgatis *corpore* : Cantabr. & Fabr. *pectore*.
V. 358. *Eccleſiam*] Ἐκκλησίαν. Correpta ſecunda Chriſtianis poetis Aratori, Fortunato, aliis.
V. 369. *Sæpe dehinc proprios*] Hunc inter & antecedentem verſum quidam ex inferioribus verſum 376. *Quum foribus clauſis*, reliqua, retractum inferunt : nos autem ordinem quem in manuſcriptis deprehendimus, & quidam editi etiam ſervarunt, ſecuti ſumus.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



Quum foribus clausis resideret turba fidelis; A
Pace salutatis sese intulit, atque foratas
Expandens palmas, nudat latus. Ast ibi Thomas
Cui Didymus cognomen erat, cum fratribus una
Non fuerat: dubiamque fidem sub corde gerebat;
Donec rursus eo pariter residente veniret,
Qui numquam subtractus erat. Tunc limine clauso,
Constitit in medio: non dedignatus apertum
Discipulo monstrare latus, tactuque probari
Vulneris, & mentem patienter ferre labantis.
Agnitus hinc potius, quod sit dubitantis amicus.
Quisquis enim artifices cæca sub imagine fraudes
Instruit, & vanas cupit exercere figuras: B
Non vult agnosci, non vult sua facta requiri,
Ut lateant sub nube doli: nebulaque recludens
Omnia sollicitos odit simulator amicos.

XXII.

Petro aliisque præsentibus se conspicuum iterum exhibet Dominus.

Gnarus item Dominus, Petro piscante, per æquor
Cum sociis captum esse nihil, dimittere lina
In dextras hortatur aquas: mox gurgite clauso
Pendula fluctivagam traxerunt retia prædam, C
Per typicam noscenda viam. Nam retia dignis
Lucida sunt præcepta Dei: quibus omnis in illa
Dextra parte manens concluditur, ac simul ulnis
Fertur apostolicis Domini ad vestigia Christi.
Nec piscis prunæque vacant, & panis in uno
Discipulis inventa loco. Quisnam ambiget unam
His rebus constare fidem? quippe est aqua piscis,
Christus adest panis, sanctus quoque Spiritus ignis.
Hinc etenim abluimur, hoc pascimur, inde sacramur.
Tunc epulis præceptor eos invitat edendis,
Adloquiis de more piis: mensamque petentes
Unanimes, nota Domini bonitate fruuntur. D
Et Christum sensere suum, modicoque paratu

XXIII.

Oves & agnos Petro alendos Dominus mandat.

Postquam victa fames, & surrexere relictis
Rite toris: an corde Petrus se diligat alto,
Explorat Dominus. Petrus adnuit: ergo nitentes
Pastor amans augere greges, operario in omni
Parte bono commendat oves, commendat & agnos:
Hoc terno sermone monens, ut terna negantis
Culpa recens parili numero purgata maneret.

XXIV.

Præcepta pacis, & prædicandi evangelii.

Inde sequenda docens, Pacem omnes, inquit, habete:
Pacem ferte meam, pacem portate quietam,
Pacem per populos monitis dispergite sanctis,
Et mundum vacuate malis: gentesque vocari
Finibus e cunctis, latus qua tenditur orbis,
Jussis mando meis, omnesque in fonte lavari.

XXV.

Domini adscensio in cælum.

Hæc ubi dicta pio Dominus sermone peregit,
Bethaniæ mox arva petit, coramque beatis
Qui tantum meruere viris spectare triumphum,
Ætherias evectus abit sublimis in auras.
Ad dextram sedet ipse Patris, totumque gubernat
Jure suo, qui cuncta tenens excelsa vel ima,
Tartara post cælum penetrat, post tartara cælum.
Illi autem lætis cernentes vultibus altas
Ire super nubes Dominum, tractusque coruscos
Vestigiis calcare suis, venerantur, adorant:
Sidereasque vias alacri sub corde reportant,
Quas cunctos doceant. Testes nam jure fideles
Divinæ virtutis erant, qui plura videntes,
Innumerabilium scripserunt pauca bonorum.
Nam si cuncta sacris voluissent tradere chartis
Facta Redemtoris: nec totus cingere mundus
Sufficeret densos per tanta volumina libros.

Explicit Carmen Paschale.

V. 377. *Pace salutatis*] Ms. Lips. *salutatis*: & in Alm. fuit quidem vulgaris lectio *salutantis*: sed erasum est *N*, ut apparet, manu non recenti.

V. 385. *Mentem ferre labantis*] Lips. & Alm. *labentis* contra legem prosodiacam: nec vero dubitamus cum Fabricio legendum *labantis* esse.

V. 390. *Nebulaque recludens omnia*] Suspectus locus, nec ex libris neque ex Prosa ei medela. Ex hac vero, quæ *illudens* habet, abscondendi sensus, quam aperiendi, est aptior. Forte *recondens*.

V. 391. *Sollicitos odit amicos*] Sollicitos, fraudem observantes, quos odit, *si*, ut Prosa explicat, *deprehendi cœperit*.

V. 400. *Nec piscis prunæque vacant*] Nec absunt.

V. 411. *Nitentes greges*] Nitent pecudes, quas ubertas pascuorum alit. Plinius lib. II. epist. xvii. sect. III. *Armenta herbis & tepore verno nitescunt*.

V. 426. *Totumque gubernat*] Et Prosa, & Alm. ac Heins. Mss. *totum*, sine addito nomine: id est, *hoc Universum*. Quidam *mundumque gubernat*.

V. 431. *Vestigiis calcare suis*] An *vestigis* contracte legendum, ut metro consulatur? Mss. autem quatuor syllabis, nec Fabricius mutatione maculam absterfit.

— *Venerantur, adorant*] Almel. *veneranter adorant*. At prosa, *venerantur & adorant*. Et ms. Barthii, *venerantur*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



SEDULII
HYMNUS I.
COLLATIO
VETERIS ET NOVI TESTAMENTI
PER SCHEMA ΕΠΑΝΑΛΗΨΕΩΣ
ALTERNIS VERSIBUS REPETITÆ.

Cantemus [a] socii, Domino cantemus honorem: A
Dulcis amor Christi personet ore pio.
Primus ad ima ruit magna de luce superbus:
Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.
Unius ob meritum cuncti periere minores:
Salvantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua janua leto:
Ex qua vita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat, justum qui perculit olim:
Damnator Christi frater iniquus erat.
Transitus ille monet, quid prima amisit origo:
Quid ventura parent, transitus ille monet.
Arca levatur aquis, homines ne perderet æquor:
Ne pereant homines, arca levatur aquis. B
Sume pater populos pro nati vulnere cunctos:
Quum tradis Christum, sume pater populos.
Hostia summa patris, tacitis signata figuris:
Quam referat Christus; hostia summa patris.
Claudicat ecce videns Dominum, dum prævalet, heros:
Aspera gens Christum claudicat ecce videns.
Reppulit ille famem, venitus crimine fratrum:
Venditus est Christus, reppulit ille famem.
Perfide corde peris, dum vastant omnia plagæ:
Dum cessant plagæ, perfide corde peris.
Agnus ab hoste facer revocavit sanguine patres:
Sanguine nosque refert agnus ab hoste facer.
Obruit unda nefas, populo gradiente per æquor: C
Nunc populis mundi obruit unda nefas.
Murmurat impietas, manna veniente refecta:
Panis adest Christus, murmurat impietas.
Plebs sibi dura caput terræ cultoris adoptat:
Abstulit heu Christum plebs sibi dura caput!
Lex dedit indicium veteris de crimine pœnæ:
Quodque salus veniat, lex dedit indicium.
En lapis irriguus! satiare, incredule, fonte,
Qui Christum reprobas: en lapis irriguus!
Carpitur igne sacro munus votumque piorum:
Seditiosa tribus carpitur igne sacro.
Regna beata Patris legis non contigit heres:
Jesus dispensat regna beata Patris.
Destruit arca Dei muros, dum circuit hostem:
Sic hostem mundi destruit arca Dei.
Area vellus habet, madido sed vellere sicca est:
Siccum tota madens area vellus habet.
Vincis honore Dei promisso in munere gentes:
Adfectum natæ vincis amore Dei.
Tu decus omne tuis, qui sternis cæde Goliam:
Qui vincis mundum, tu decus omne tuis.
Maxima dona Dei cuncti cecinere prophetæ:
Implevit Christus maxima dona Dei.
Pondera dura tulit mandatum legis & iram:
Gratia mandati pondera dura tulit.
Virgo Maria nitet nullo temerante pudorem:
Post partum pueri virgo Maria nitet.
Filius hic hominis fit maxima quæstio mundi:
Nobiscum Deus est filius hic hominis.
Gaudia magna Dei mundus percepit & ambit:
Respuit heu mundus gaudia magna Dei!
Signa movent populos, cernunt magnalia cæci:
Nulla tamen duros signa movent populos.
Aspera mors populis ligno deducta cucurrit:
Aufertur ligno aspera mors populis.
Ipse tulit Dominus pro pœnis munera servis:
Pro servis pœnas ipse tulit Dominus.
Vita beata necem miseris avertere venit:
Pertulit a miseris vita beata necem.
Lumen adesse Dei persensit tartarus ingens:
Nec cernunt homines lumen adesse Dei.
Mors fera per hominem miserum sibi subdidit orbem:
Subdita contremuit mors fera per hominem.
Suscitat ecce genus morti pater ille profanus:
Ad vitam Christus suscitat ecce genus.
Hic populus Dominum dura cervice negavit:

In Hymnum I.

ΕΠΑΝΑΛΗΨΕΩΣ] Qua singulis distichis initium prioris versus est finis posterioris.

Vers. 3. *Primus superbus*] Diabolus.

V. 6. *Cuncti unius*] Cum hiatu, sine synalœpha, ut optimi sæpe poetarum.

V. 8. *Ex qua vita redit*] Cod. Alm. *ex qua*. Alii, *&* *qua*.

V. 11. *Transitus ille monet*] Transitus Caini & Abelis in agrum: ex LXX. & Vulgato Gen. IV. 8. *διέλθωμεν εἰς τὸ πεδίον*, *egrediamur foras*.

V. 12. *Transitus ille*] Σωτήριος Christi ad Patrem.

V. 14. *Arca levatur aquis*] Altera arca est ecclesia baptismo salvata. 1. *Pet.* III. 20. 21.

V. 21. *Venitus crimine fratrum*] *Venitus* codd. Cant. & Alm. id est venditus, a *veneo*. Priscianus quidem lib. X. pag. 907. habet *venitum* (ex quo *venum*) a *veneo*, sed correpta *I* littera, ut in supinis ab *eo*, *ito*. Vulgati libri, *distractus*.

V. 28. *Populis mundi obruit*] Cod. Alm. cum hiatu. Vulg. *mundis*. Fabr. *mundi populis*.

D V. 35. *En lapis irriguus! satiare fonte*] SATIARE sive *satiaris*, passive.

V. 51. *Pondera dura tulit*] Prius TULIT est *adtulit*: posterius, *abstulit*. Ita & Alm. cod. suprascriptum est.

V. 55. *Maxima quæstio*] Glossa Alm. *altercatio*: lapis offensionis.

V. 57. *Percepit*] Ex Cantabr. & Alm. codd. Vulgat. *hæc sentit*.

V. 63. *Ipse tulit Dominus*] Glossæ Almel. codicis prius TULIT *retulit*, & prius SERVIS, *martyribus suis*; posterius TULIT, *sustinuit* interpretantur.

V. 69. *Mors fera per hominem*] Sic Alm. & editi. Pro *contremuit*, Alm. *congemuit*.

a *Cantemus* cet.] Hunc & sequentem versum laudat Beda l.c. ubi agit *de metro dactylico*.

Suſcepit primum hic populus Dominum.
Sanguine læta redit fuſo gens impia Chriſti:
Guſtato Chriſti ſanguine læta redit.
Crimina cuncta ſuis terrenus contulit auctor:
Diſſolvit Chriſtus crimina cuncta ſuis.
Libera corda ſibi facinus devinxerat olim:
Nunc reficit Chriſtus libera corda ſibi.
Fortia vincla dedit peccati ſæva poteſtas:
Dulcis amor Chriſti fortia vincla dedit.
Jam ſuper aſtra ſedet: cuncti exſultate fideles:
Perfide, quid ſævis? jam ſuper aſtra ſedet.
Mortuus ille tonat, cælum terramque ſubegit:
Quid facient hoſtes? mortuus ille tonat.
Pellitur umbra die; Chriſto veniente, figura:
Chriſtus adit gentes; pellitur umbra die.
Te properare docent & ſigna & ſæcula prima:
Nos ſacra, quæ gerimus, te properare docent.
Unicus adveniens firmavit vota priorum:
Vota dedit nobis Unicus adveniens.
Paſſio, Chriſte, tui complevit munera legis:
Munera noſtra replet paſſio, Chriſte, tui.
Hic homo qui Deus eſt, ſpes eſt antiqua piorum:
Spes in fine piis, hic homo qui Deus eſt.
Munus erat fidei toto credentibus ævo:
Qui dedit ut credant, munus erat fidei.
Te veniente, Deus, mundanus concidit error:
Occidet hic mundus te veniente, Deus.
Gratia plena Dei eſt, quæ totis gentibus exſtat:
Abſcedant ſectæ; gratia plena Dei eſt.
Sola columba redit, quæ totum circuit orbem:
Diſcedant corvi; ſola columba redit.
Adveniet Dominus dare digna piis, mala pravis:
Credite jam miſeri; adveniet Dominus.
Viſio, Chriſte, tui, tormentum & pœna malorum eſt:
Gloria cuncta bonis viſio, Chriſte, tui.
Gloria [a] magna Patri, ſemper tibi gloria Nate:
Cum ſancto Spiritu, gloria magna Patri.

SEDULII
HYMNUS II.
VITAM CHRISTI CONTINENS.
ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΣ ΤΕΤΡΑΣΤΡΟΦΟΣ.

A ſolis ortus cardine [b]
Ad uſque terræ limitem
Chriſtum canamus principem,
Natum Maria virgine.
Beatus auctor ſæculi
Servile corpus induit:
Ut, carne carnem liberans,
Ne perderet quos condidit.
Clauſæ parentis viſcera
Cæleſtis intrat gratia:
Venter puellæ bajulat
Secreta quæ non noverat.
Domus pudici pectoris
Templum repente fit Dei:
Intacta, neſciens virum,
Verbo concepit filium.
[c] Enixa jam puerpera eſt,
Quem Gabriel prædixerat,
Quem matris alvo geſtiens
Clauſus Joannes ſenſerat.
Fœno jacere pertulit,
Præſepe non abhorruit:
Parvoque lacte paſtus eſt,
Per quem nec ales eſurit.
Gaudet chorus cæleſtium,
Et angeli canunt Deum:
Palamque fit paſtoribus
Paſtor creator omnium.
[d] Herodes, hoſtis impie,
Chriſtum venire quid times?
Non eripit mortalia,
Qui regna dat cæleſtia.
Ibant Magi, qua venerant,
Stellam ſequentes præviam:

V. 74. *Suſcepit primum hic*] Cum hiatu. Et mss. Cant. & Alm. *primum*, puta Dominum: vulgati, *primus*. Judæi autem & Chriſtiani committuntur.

V. 87. *Chriſto veniente figura*] Alm. & Fabr. *Chriſto*: alii *Chriſti*, FIGURA, typi.

V. 89. *Te properare docent*] Adventus Chriſti primus & ſecundus componuntur.

V. 91. *Unicus adveniens - - priorum*] Adveniens ille eſt Chriſtus: *priorum* Cantabr. id eſt patrum V. T. At editi (etiam Alm. ſcriptus) *piorum*.

V. 93. *Paſſio Chriſte tui*] Tui Cant. & Alm. Vulgati *tua*.

V. 95. *Spes eſt antiqua piorum*] Alm. *priorum*. Sed quia *piis* ſequitur, oppoſitio aptior fit inter pios V. & N. Teſtamenti.

V. 97. *Munus erat fidei*] Alm. utroque verſu *erit*. Sed *toto ævo* eſt, tempore V. T.

V. 98. *Qui dedit, ut credant*] *Credant* eſt ſcriptorum manu: vulgo *Credat*.

V. 100. *Occidet hic mundus*] Fabr, ſic. Congruit Alm. *occidit hic*: vulgati reliqui, *Occubuit mundus*.

V. 106. *Miſeri; adveniet*] Sine eliſione, ut ſæpe.

V. 110. *Cum ſancto Spiritu*] Pœlm. *flatu*, quia prima in *Spiritu* longa. At vetus hæc lectio, & Beda de Metris: *Sedulius in clauſula carminis, cujus ſupra memini, - - -*
Cum ſancto Spiritu, gloria magna Patri.
SPIRITUS *enim primam ſyllabam habet longam - - - Sed poeta ut gloriam ſanctæ & individuæ Trinitatis clara voce decantaret, neglexit regulam grammaticæ diſpoſitionis.*

IN HYMNUM II.

V. 2. *Ad uſque*] Sic Alm. & edit. Beda, *Et uſque*.

V. 4. *Maria virgine*] Alm. cod. *Mariæ virginis*.

V. 9. *Clauſæ parentis viſcera*] Alm. *clauſa*: Cantabr. & Fabr. *clauſæ*: vulgares, *caſtæ*.

V. 26. *Canunt Deum*] Cant. *Deum* clare: Alm. *Dnm.* cum ſuperna linea, quod *Dominum* notat, ſed alienum ab hoc metro. *Dm.* ſcriptum fuit, id eſt, *Deum*. Vulgati *Deo*. Sed etiam verſ. 3. cum quarto caſu, *Chriſtum canamus*.

V. 31. *Non eripit*] Sic Cant. & Alm. codices: Fabric. *abripit*: vulgares libri, *arripit*.

V. 33. *Qua venerant*] Alm. ita, quod eſt, qua via ex oriente venerant, eam perſequebantur Hieroſolymis Bethlehemum. Editi, *quam viderant*, ad ſtellam referentes.

a *Gloria magna Patri*] Neque hunc verſum omittit Beda a Cellario citato p. m. 38.

b *A ſolis ortus cardine*] Hic cum duobus ſequentibus verſibus laudatur Bedæ l. c. pag. 40. ubi differit *de metro jambico tetrametro*. Integrum vero hymnum recitat Alcuinus pag. 303. edit. opp. Pariſ. 1617.

c *Enixa* cet.] Alcuinus: *Enixa eſt puerpera*.

d *Herodes* cet.] Alcuin. *Hoſtis, Herodes impie*.

Lumen requirunt [a] lumine,
Deum fatentur munere.
Caterva matrum personat
Conlisa deflens pignora,
Quorum tyrannus millia
Christo sacravit victimam.
Lavacra puri gurgitis
Cælestis Agnus attigit:
Peccata quæ non detulit,
Nos [b] abluendo, sustulit.
Miraculis dedit fidem
Habere se Deum patrem;
Infirma sanans corpora,
Et suscitans cadavera.
Novum genus potentiæ:
Aquæ rubescunt hydriæ,
Vinumque jussa fundere
Mutavit unda originem.
Orat salutem servulo
Flexus genu centurio,
Credentis ardor plurimus
Exstinxit ignes febrium.
Petrus per undas ambulat
Christi levatus dextera:
Natura quam negaverat,
Fides paravit semitam.
Quarto die jam fœtidus
Vitam recepit Lazarus,
Mortisque liber vinculis
A Factus superstes est sibi.
Rivos cruoris torridi
Contacta vestis obstruit,
[c] Fletu rigantis supplicis
Arent fluenta sanguinis.
Solutus omni [d] corpore
Jussus repente surgere:
Suis vicissim gressibus
Æger vehebat lectulum.
Tunc ille Judas carnifex,
Ausus magistrum tradere,
Pacem ferebat osculo,
Quam non habebat pectore.
Verax datur fallacibus,
B Pium flagellat impius,
Crucique fixus innocens
[e] Conjungitur latronibus.
[f] Xeromyrrham post sabbatum
Quædam vehebant corpori:
[g] Quibus definit angelus,
Vivum sepulcro non tegi.
Ymnis, venite, dulcibus
Omnes canamus subditum
Christi triumpho tartarum,
Qui nos redemit venditos.
Zelum draconis invidi
Et os leonis pessimi
Calcavit Unicus Dei,
C [h] Se seque cælis reddidit.

FINIT YMNUS SEDULII VENERABILIS ANTISTITIS.

V. 37. *Personat*] Ejulat, ululat.
V. 48. *Et suscitans*] Et hoc ex Alm. est: alii *resuscitans*.
V. 63. *Mortisque*] Cant. & Alm. mss. *mortisque* vinculis: vulgati, *cunctisque*.
V. 65. *Cruoris torridi*] Uterque scriptus, quos nominavimus, *torridi*. Livio lib. IV. cap. XXX. *torridi fontes* sunt deficientes. In excusis est *horridi*.
V. 69. *Solutus corpore*] Ad vocem *paralyticus* respexit, quæ a λύω, *solvo* est.
V. 81. *Xeromyrrham*] Omnes ita libri, etiam Alm. manu exaratus. Thesauro Latinitatis, inchoato a Basilio Fabro, nescio cujus additione (additum autem fuit ante, quam nos manum ei operi admovimus) traditur, *Christo myrrham* legendum, errore ex compendio scripturæ Xρο, id est, *Christo*, orto. Non placet: nec, si legas Xρι, i. e. *Christi corpori*. Potius summo viro Gisb. Cupero accedimus, qui ad hunc locum ita notaverat: *Non video, cur vox ea* (xeromyrrha) *non admitti possit, quum & Græcis in usu sint* ξηροταριχεῖαι, *&* ξηρὸν *sive* ξηρίον *iisdem sit* medicamentum aridum; *atque ita componatur vox* xerolibya, *& in Glossis* ξηροφθαλμία.
V. 83. *Quibus definit*] Ex Alm. mss. est Vulg. *quas allocutus*.
V. 85. *Ymnis*] Non tantum alphabeti caussa, quod in stropharum capitibus apparet, sublata est adspiratio: sed quia & alibi veteres *ymnus* pro *hymnus* scripserunt, quod & codicis ms. exemplis paullo ante probatum fuit.
V. 88. *Venditos*] Alm. sic: ceteri *venditus*.
V. 90. *Et os leonis*] Repetita vox *draconis* in Alm. codice: ceteri *leonis*, quod cum *ore* magis congruit.
V. 91. *Unicus Dei*] Μονογενής. subauditur *Filius*.


D

a *Lumine*] Alcuin. *munere*. Et mox ℣. 40. *victima*. Utrobique, ut videtur, mendose.
b *Abluendo*] Alcuin. *obluendo*. Apud quem tollendum pingue mendum ℣. 46. ubi legitur *secundum Patrem*, pro SE DEUM *Patrem*.
c *Fletu* cet.] Alcuin. *Fletus rigantis supplicis Clausit fluenta sanguinis*.
d *Corpore*] Alcuin. *languore*, musis invitis.
e *Conjungitur*] Alcuin. *conjunctus est*.
f *Xeromyrrham*] Alcuin. *Xyro mirrham*. Et ℣. seq. *compares* pro *corpori*: quod fortasse melius.
g *Quibus def.*] Alcuin. *Quas adlocutus Angelus: Vivum sepulcrum non tegit*.
h *Se seque*] Alcuin. *se se qui cælo reddidit*. Addit deinde:

Gloria Patri ingenito,
Gloria Unigenito,
Una cum sancto Spiritu
In sempiterna secula.

Hic autem hymnus apud eumdem Alcuinum sic inscribitur: *Hymnus beati episcopi Sedulii, de nativitate, & baptismo, & virtute, & traditione, & passione, resurrectione & ascensione Domini nostri Jesu Christi*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



SEDULII EPIGRAMMA.

Quod ex ſcripto codice Casp. Barthius *lib.* X. Adverſ. *cap.* IX. *protulit.*

Hæc tua perpetuæ quæ ſcripſi dogmata Vitæ,
Corde, rogo facias, Chriſte, manere meo; A
Ut, tibi quæ placeant, te te fautore, requirens,
Gaudia cælorum te duce, Chriſte, metam.

D. LIBERII POETÆ DE SEDULIO [a] ACROSTICHIS,

uti exſtat in bibliotheca Patrum.

S edulius, Domini per culta novalia pergen S,
E n loca [b] conſpexit multo radiantia flor E.
D iſcurrit per prata libens: quo gramine Davi D
V idit divino modulantem carmina cant V.
L audato [c] pſallente viro refluit cytharæ me L.
I lle ubi [d] grandiſono, captus dulcedine plectr I,
V titur, & celeri graditur per lilia paſſ V;
S acratoſque iterum late proſpexit amœno S,
A eterna Chriſti fluvios quos abluit und A:
N ec paſſus torpere diu doctoris acume N
T unc ſua [e] Davidico delectu plectra popoſci T,
I rrita polluti contemſit numina mund I,
S igna crucis fronti ponit; breviterque triumpho S
T angit, Chriſte, tuos, numeroſaque [f] prœlia liba T.
E rgo his dum vario decorat ſua rura color E:
S tabunt hi, [g] gracili ducti teſtudine, verſu S.

BELISARII POETÆ DE SEDULIO ACROSTICHIS ALTERA.

B

S edulius Chriſti miracula verſibus eden S
E micat, invitans parvæ ad ſollemnia menſa E
D ignum convivam: non hunc, qui carperet illu D,
V ix quod nobilium [a] triplici fert aula parat V
L ætum; quod [b] ponet ſub aurea tecta tribuna L,
I n quo gemmiferi totque aurea vaſa caniſtr I
V ivida pro modico portant ſibi [c] prandia vict V:
S ed quod olus vilis producit pauperis hortu S,
A c poſt delicias properant qui ſumere magn A,
N ituntur parvum miſerorum ſpernere germe N;
T antum [d] quod nihil eſt, dum nil cum ventre tumeſci T,
I nſidias membriſque movens animæque luent I.
S i tamen his dapibus veſci [e] dignatur egeni S:
T emnat divitias animus, pauciſque quieſca T;
E xemplo [f] adſumtus Domini, qui millia quinqu E,
S emotis cunctis, modicis [g] ſaturavit ab eſci S.

C

a *Acroſtichis*] Hanc & ſequentem Acroſtichidem uni *Belleſario* ſeu *Belliſario Scholaſtico* tributa, ex vetere ms. codice bibliothecæ Corbejenſis tamquam ineditas, licet jam diu vulgatas, protulit V. C. Mabillonius in Analectis edit. nov. pag. 386.

b *Conſpexit*] Mabill. *proſpexit*: apud quem ℣. 8. *conſpexit*. Et ℣. 3. *quod gramine*.

c *Laudato*] Mabill. *laudabili*. Et mox *reflaunt*.

d *Grandiſono* — *Utitur*] Mabill. *grandiſoni* — *Uritur*. Fortaſſe rectius.

e *Davidico delectu*] Mabill. *Daviticus dilectus*. Et ℣. ſeq. *contemnens* pro *contemſit*: quod magis placet.

f *Prœlia*] Mabill. *præmia*. Et ℣. ſeq. *Ergo dum vario decorat vera colore*.

g *Gracili ductu*] Mabill. *garula dicti*.

a *Triplici fert aula*] Ita ex Almel. codice Cellarius. Neque aliter codex Corb. apud Mabill. Ubi editi perperam, *profert triplici aura*.

b *Ponet*] Ita Mabill. Legendum forte *ponit*. At Cellarius cum editi *ponitque*.

c *Prandia*] Sic reſcripſimus cum Mabillonio. Cellarius, ut in editis, *gaudia*: nullo ſenſu.

d *Tantum*] Mabill. *tutum*.

e *Dignatur*] Ita Mabill. cohæretque cum ſeq. *Temnat*. Cellar. *dignantur*.

f *Adſumtus*] Sic Mabill. Al. *adſumto*.

g *Saturavit*] Hæc eſt lectio Mabilloniana, quam confirmat Cellarius ex codice Almel. Editi *ſatiavit*.

SEDULII PRESBYTERI CARMEN DE VERBI INCARNATIONE.

Ex ms. codice Corbejensi ante annos nongentos exarato.

OMnipotens genitor tandem miseratus ab alto, [1] A
Postquam cuncta dedit cælo constare sereno, [2]
Omnibus in terris divinum aspirat amorem [3]
Semper honore pio nomen natique patrisque [4]
Ornare & canere, paribusque in regna vocari [5]
Auspiciis hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ legibus occupet orbem.
Ne tamen in terris mortalia pectora turbet
Ignotum numen, Deus æthere missus ab alto
Mortalis visus potuit quantusque videri.
Virgo matura fuit jam plenis nubilis annis, [6]
Cui genus a proavis [7] ingens nomenque decusque. B
Intemerata toris talem se læta ferebat, [8]
Casta pudicitiam miro servabat amore. [9]
Huic se forma Dei cælo dimissus ab alto [10]
Spiritus intus alit, casto se corpore miscet. [11]
Ante tamen dubiam dictis solatur amicis: [12]
Alma parens mundi Dominum paritura potentem;
Nam te digna manent generis cunabula [13] sancti,
Vade, ait, o felix nati pietate, quocumque vocaris [14]
Auspiciis manifesta novis: hic vertitur ordo. [15]
Hujus in adventu fides & fama perennis. [16] C
Dixerat: illa pavens oculos suffusa nitentes [17]
Suspirans, imoque trahens a pectore vocem [18]
Virgo refert: Haud equidem tali me dignor honore, [19]
Non opis est nostræ, [20] nec fas nec conjugis umquam
Prætendit ætas, aut hæc in fœdera veni: [21]
Sed post jussa Deum nihil est quod dicta recusem.
Accipio; agnoscoque libens, sequor omina tanta. [22]
Promissisque patri [23] exsequar cælestia dona,
Admiranda Dei tantarum munera laudum.
Panditur interea domus omnipotentis olympi: [24]
Sideream in sedem, terras unde arduus omnes
Aspicit, & natum verbis compellat amicis: [25]
Nate, meæ vires, mea magna potentia solus: [26]
Nate mihi quem nulla dies ab origine rerum
Dissimilem arguerit [27] comitem complector in omnes.
Te sine nihil altum; mens inchoat omnia mecum.
Æterni regis imperiis [28] & quid quid ubique est, [29]
Nulla meis sine te quæritur gloria rebus. [30]
Omnia sub pedibus, qua sol utrumque recurrens
Aspicit oceanum, vertique regique videbunt.

1. Æneid. V. vers. 726.
Imperio jovis huc venio qui classibus ignem
Depulit, & cælo tandem miseratus ab alto est.
2. Æneid. III. vers. 518.
Postquam cuncta videt cælo constare sereno.
3. Æneid. VIII. vers. 373. . .
Incipit, & dictis divinum aspirat amorem.
4. Æneid. VI. vers. 116.
Natique patrisque
Alma precor miserere.
5. Æneid. VII. vers. 256.
Paribusque in regna vocari
Auspiciis hinc progeniem virtute futuram
Egregiam, & totum quæ viribus occupet orbem.
6. Æneid. VII. vers. 53.
Jam matura viro, jam plenis nubilis annis. D
7. Æneid. XII. vers. 225.
Cui genus a proavis ingens clarumque paterno
Nomen erat virtutis.
8. Æneid. I. vers. 507.
Talis erat Dido, talem se læta ferebat.
9. Georg. II. vers. 524.
Casta pudicitiam servat domus.
10. Eclog. IV. vers. 7.
Jam nova progenies cælo dimittitur alto.
11. Æneid. VI. vers. 726.
Spiritus intus alit totamque infusa per artus
Mens agitat molem & magno se corpore miscet.
12. Æneid. V. vers. 770.
Excipit ac fessos dictis solatur amicis.
13. Æneid. III. vers. 105.
. . . . Gentis cunabula nostræ.
14. Eclog. III. vers. 49.
. . . . Veniam quocumque vocaris.
15. Æneid. III. vers. 375.
Auspiciis manifesta fides, sic fata Deum rex
Sortitur volvitque vices, is vertitur ordo.
16. Æneid. IX. vers. 79.
Dicite: prisca fides facto, sed fama perennis.
17. Æneid. I. vers. 232.
. . . . Oculos suffusa nitentes.
18. Ibid. vers. 375.
Suspirans imoque trahens a pectore vocem.
19. Ibid. vers. 339.
Tunc Venus: Haud equidem tali me dignor honore.
20. Ibid. vers. 605.
Non opis est nostræ Dido . . . .
21. Æneid. IV. vers. 339.
. . . . aut hæc in fœdera veni.
22. Æneid. IX. vers. 21.
. . . . sequar omina tanta.
23. Æneid. V. vers. 863.
Promissisque patris Neptuni.
24. Æneid. X. vers. 1. &c.
Panditur interea domus omnipotentis olympi
Conciliumque vocat divum pater atque hominum rex
Sideream in sedem, terras unde arduus omnes Aspicit.
25. Æneid. II. vers. 372.
Inscius atque ultro verbis compellat amicis.
26. Æneid. I. vers. 668.
Nate, meæ vires, mea magna potentia solus.
27. Æneid. IX. vers. 281.
. . . . me nulla dies tam fortibus ausis
Dissimilem arguerit.
28. Æneid. I. vers. 234.
Æterni regis imperiis.
29. Æneid. IX. vers. 278.
Nulla meis sine te quæretur gloria rebus.
30. Æneid. VII. vers. 100. & 101.
Omnia sub pedibus qua sol utrumque recurrens
Aspicit oceanum.

Quæ tibi polliceor, neque est te fallere quidquam, A
Hæc tibi semper erunt vatum prædicta priorum. [1]
Nec mea jam mutata loco sententia sedit. [2]
Nascere præque diem veniens age lucifer almum: [3]
Nascere quo toto surgat gens aurea mundo, [4]
Unde etiam magnus cælorum nascitur ordo; [5]
Nascere ut incipiant magni procedere menses, [6]
Ne maneant (nobis) priscæ vestigia fraudis; [7]
Prospera venturo lætentur ut omnia sæclo. [8]
Adgredere, o magnos, aderit jam tempus, honores: [9]
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis, [10] B
Pacatumque reges patriis virtutibus orbem. [11]
Haud mora: continuo patris præcepta facessit: [12]
Æthere se mittit, [13] figitque in Virgine vultus, [14]
Nec mortale tuens, afflata est numine quando
Jam propiore Dei [15]. Nam tempore eodem
Matri longa decem tulerunt fastidia menses, [16]
Et nova progenies [17] mox clara in luce refulsit: [18]
Mox etiam magni processit numinis astrum: [19]
Stella facem ducens multa cum luce cucurrit. [20]
Ille dies primus leti primusque [21] salutis C
Monstrat iter vobis ad eum quem semper acerbum, [22]
Semper honoratum cuncti celebrate faventes:
Annua vota tamen [23] noctem non amplius unam [24]
Haud segnes vigilate viri, [25] dapibusque futuris [26]
Luce palam cumulate piis altaria donis: [27]
Hac vestris maneant in religione nepotes. [28]
Jamque egomet (venio), sedes arcemque reviso. [29]
Accipite ergo animis atque hæc mea figite dicta: [30]
Ore favete omnes, [31] & huc advertite mentem. [32]
E diverso sedem quotiens venietis [33] in unum,
Undique collecti pacem laudate [34] frequentes.
Cogite concilium, coeant in fœdera dextræ [35]
Qua datur pacis solum inviolabile pignus: [36]
Discite justitiam æterna in pace futuræ
Concordes animæ, si non inrita dicta putatis. [37]
Nulla dies usquam memori vos eximet ævo: [38]
Mortalem eripiam formam [39] & præmia reddam,
Fortunatorum nemorum sedesque beatas. [40]
Non eritis regno indecores, nec vestra feretur
Fama levis [41]: mecum pariter confidite regnis:
Urbem quam statuo, vestra est, [42] intrare licebit.
Nusquam abero, & tutos patrio vos limine sistam: [43]
Iidem venturos tollemus in astra nepotes. [44]
Quæ vero nunc quoque vobis, dum vita manebit,
Præmia digna feram? non vobis numine nostro
Divitis uber agri rerumque opulentia deerit. [45]

1. Æneid. IV. vers. 464.
Multaque præterea vatum prædicta priorum;
2. Æneid. IX. vers. 220.
3. Eclog. VIII. vers. 17.
4. Eclog. IV. vers. 9.
Desinet, ac toto surget gens aurea mundo.
5. Eclog. IV. vers. 5.
Magnus ab integro sæclorum nascitur ordo.
6. Eclog. IV. vers. 12. D
. . . . Incipient magni procedere menses.
7. Ibid. vers. 31.
Pauca tamen suberunt priscæ vestigia fraudis.
8. Ibid. vers. 52.
Aspice venturo lætentur ut omnia sæclo.
9. Eclog. IV. vers. 48.
Aggredere, o magnos, &c.
10. Æneid. I. vers. 295.
Aspera tum positis mitescent sæcula bellis.
11. Eclog. VI. vers. 17.
Pacatumque reget patriis virtutibus orbem.
12. Georg. VI. vers. 548.
Haud mora, continuo matris præcepta facessit.
13. Æneid. IX. vers. 645.
Æthere se mittit.
14. Æneid. XII. vers. 70.
Illum turbat amor, figitque in virgine vultus.
15. Æneid. VI. vers. 50. E
Nec mortale sonans: afflata est numine quando
Jam propiore Dei.
16. Eclog. IV. vers. 61.
17. Ibid. vers. 7.
Jam nova progenies.
18. Æneid. II. vers. 590.
. . . . & pura per noctem in luce refulsit.
19. Eclog. IX. vers. 47.
Ecce Dionæi processit Cæsaris astrum.
20. Æneid. II. vers. 694.
21. Æneid. IV. vers. 196.
Ille dies primus leti primusque malorum.
Monstrat iter vobis, &c.
22. Æneid. V. vers. 49.
Jamque dies ni fallor adest, quem semper acerbum,
Semper honoratum, sic dii voluistis, habebo.
23. Æneid. V. vers. 53.
Annua vota tamen solemnesque ordine pompas.
24. Æneid. I. vers. 87.
Tu faciem illius, noctem non amplius unam
Falle dolo.
25. Æneid. IV. vers. 73.
Præcipites vigilate viri.
26. Æneid. I. vers. 214.
Illi prædæ se accingunt dapibusque futuris.
27. Æneid. XI. vers. 50.
. . . . vota facit, cumulatque altaria donis.
28. Æneid. III. vers. 409.
Hac casti maneant in relligione nepotes.
29. Æneid. II. verso 760.
Procedo ad Priami sedes arcemque reviso.
30. Æneid. III. vers. 250.
31. Æneid. V. vers. 71.
Ore favete omnes . . . .
32. Æneid. VIII. vers. 440.
. . . . & huc advertite mentem.
33. Æneid. XII. vers. 446.
Vidit ab adverso venientes.
34. Æneid. XI. vers. 460.
Cogite concilium, & pacem laudate sedentes.
35. Ibid. vers. 292.
. . . . Coeant in fœdera dextra.
36. Ibid. vers. 363.
Teque simul pacis solum inviolabile pignus.
37. Æneid. XII. vers. 504.
. . . . æterna gentes in pace futura.
Concordes animæ, si non irrita dicta putatis.
38. Æneid. IX. vers. 47.
Nulla dies umquam, &c.
39. Æneid. X. vers. 101.
Mortalem eripiam formam, magnique jubebo
Æquoris esse deas.
40. Æneid. VI. vers. 639.
41. Æneid. VIII.
Non erimus regno indecores, nec vestra feretur
Fama levis.
42. Æneid. I. vers. 576.
Vultis & his mecum pariter considere regnis?
Urbem quam statuo, vestra est.
43. Æneid. II. vers. 620.
44. Æneid. III. vers. 158.
45. Æneid. VII. vers. 261.
. . . . Non vobis rege Latino
Divitis uber agri, Trojæve opulentia deerit.

Fundit humo facilem [1] victum justissima tellus A
Proventuque onerat sulcos, atque horrea vincit. [2]
Floret ager, spumat plenis vindemia labris, [3]
Exuberat fetus ramos frondentis olivæ;
Quotque in flore novo pomis se fertilis arbor
Induerit, totidem autumno matura tenebit. [4]
Non liquidi gregibus fontes, non gramina deerunt;
Et quantum longis carpent armenta diebus,
Exigua tantum gelidus ros nocte reponet. [5]
Hæc sunt quæ nostra deceat vos voce moneri. [6]
Vivite felices, & condita mente tenete. [7]
Hæc ubi dicta dedit, mox se se attollit in auras B
Suspiciens cælum, caput inter nubila condit. [8]
Atque ita discedens terris, animisque suorum
Concretam exemit labem, purumque reliquit
Æthereum sensum, atque aurai simplicis ignem. [9]
Ex illo celebratus honos lætique minores [10]
Servavere diem, atque hæc pia sacra quotannis [11]
Matres atque viri, pueri innuptæque puellæ [12]
Carminibus celebrant, paterisque altaria libant. [13]
Ast ego qui cecini magnum & mirabile numen,
Hæc eadem gentique meæ generique manebunt.

1. Georg. II. vers. 460.
2. Ibid. vers. 518.
   Proventuque oneret sulcos atque horrea vincat.
3. Georg. II. vers. 6.
4. Georg. IV. vers. 142. & 143.
   Quotque in flore novo pomis se fertilis arbor
   Induerat . . . . . . tenebat.
5. Gerg. II. vers. 200.
   Non liquidi . . . . . . desunt.
   Et quantum longis carpent armenta diebus,
   Exigua, tantum gelidus ros nocte reponet.
6. Æneid. III. vers. 461.
   Hæc sunt quæ nostra liceat te voce moneri.
7. Æneid. III. vers. 88.
   . . . . tu condita mente teneto.
   Vivite felices quibus est fortuna peracta.
8. Æneid. IV. vers. 176. & 177.
   . . . . mox se se attollit in auras,
   Ingrediturque solo, & caput inter nubila condit.
9. Æneid. VI. vers. 746. & 747.
10. Æneid. VIII. vers. 268. & 269.
11. Æneid. V. vers. 59.
   Atque hæc mea sacra quotannis.
12. Æneid. VI. vers. 306. & 307.
   Matres atque viri defunctaque corpora vita
   Magnanimum heroum, pueri innuptæque puellæ.
13. Æneid. XII. vers. 174.
   . . . . paterisque altaria libant.



Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



SEDULII
PRESBYTERI
PASCHALIS OPERIS,
LIBRI V.

PRIMUM IN LUCEM EDITI

Ex vetusto codice P. Pithoei J. C.

Cura & studio Francisci Jureti.

Sancto ac beatissimo patri Macedonio presbytero Sedulius in Christo salutem.

PRæcepisti, reverende mi domine, Paschalis carminis textum, quod officio puræ devotionis simpliciter exsecutus vobis obtuli perlegendum, in rhetoricum me potius transferre sermonem. [1] Quod utrum placuerit ideo geminari volueris, an quod offenderit, ut potius arbitror, stilo censueris liberiore describi, sub dubio videor fluctuare judicio. Sanctis tamen jussionibus non resiliens, injunctam suscepi provinciam, & procellosis adhuc imbribus concussæ ratis vela madentia tumentis pelagi rursus fatigationi commisi per emensos cursus revoluti discriminis, & Cycladas ingentes quas præcipitanti formidine celerius ante transieram longa maris circuitione discurrens, ut illos portus & litora quæ dudum prætereundo lustravi, diligentiori opera nunc viserem. [2] Tradita siquidem multa pro metricæ necessitatis angustia priori commentario nequaquam videntur inserta, quæ postmodum linguæ resolutio magis est assecuta. Dederimus hinc obtrectatoribus viam, dicentque nonnulli fidem translationis esse corruptam, quia certa videlicet sunt in oratione, quæ non habentur in carmine. Si qui tamen istud objiciant, faciunt nec intelligendo, ut nihil intelligant. Nam [3] si sæculares litteras assecuti, aut divinis videbuntur libris instructi, debent exempla veterum recensere, ne similia lacerare conentur injuste. Cognoscant Hermogenianum doctissimum Jurislatorem tres editiones sui operis confecisse. Cognoscant peritissimum divinæ legis Origenem tribus nihilominus editionibus prope cuncta quæ disseruit, aptavisse. Nec eorum quispiam mordacis linguæ laceratur injuria; cum potius inde laudis consequatur augmenta, quod proventibus uberioris ingenij diligentiore posteros fide noscendæ veritatis instruxerunt. Aliud est namque mutare composita, & aliud integrare. Nam plena quamvis spatia divinæ legis immensa, quibus dicta semper adjiciuntur & desunt, velut mare fluviorum penitus incrementa non sentiens, nullis terminari sensibus queant, nullis explicari linguis valeant: sic & nostri prorsus a se se libelli non discrepant; sed quæ defuerant primis, addita sunt secundis: nec impares argumento vel ordine, sed stilo videntur & oratione dissimiles. Proferant igitur sua, si carpere nituntur aliena. Promtius est omnibus judicare quam facere, & de castrensi [4] munimine pericula securo vultu conspicere. Credo tamen, pater egregie, nullum fore quamvis impudenter [a] obloquium, si meruero dextrum (tui) pectoris adipisci judicium. Fave primum ut alii faveant, & omnium mentibus sententia se probatæ jugiter auctoritatis infundat. Tu facies ut delectet evasisse discrimina, cum serenior cœperis aperire tranquilla. Navigare rursus in æquore, nunc in portu * jam [5] navigem. Tandem aliquando post undas calcare liceat; [b] non arenas tetigimus montes ex pelago. Tangamus montes ex saxo, & infirmos aquis irruentibus gressus navali positos statione firmemus. Priores igitur libri quia versu digesti sunt, nomen Paschalis carminis acceperunt. Sequentes autem in prosa nulla cursus varietate conversi, Paschalis designantur operis vocabulo nuncupati. Utramque vero materiem vobis orantibus, Domino Jesu Christo qui vota non recusat humilium, [6] & grego supplicanter & offero: cui virtus, honor & gloria cum Patre & Spiritu sancto per omnia sæcula sæculorum, Amen.

1. *Quod utrum placuerit*] Sic v. c. Familiare est huic auctori verum & rotundum ordinem verborum inturbare. Valebat enim magis versu, quam soluta oratione.
2. *Tradita siquidem multa*] Puto jam emendandum: male erat in v. c. *tarditas siquidem*.
3. *Nam si sæculares*] Habebat v. c. *nam sicut*. Sed quo pertineat vox *sicut*, non video: scribo, *nam si*.
4. *De castrensi munimine*] Erat in v. c. *munime*.
5. *In portu jam navigem*] Locum asterisco notavi, quia videtur male habere in v. c.
6. *Et grego supplicanter & offero*] Sic clare v. c. quod forte alicui suspectum videbitur. Sed rectum puto: a *grege* enim auctor deduxit *grego*; quod verbum tamen in usu non est. Ait vero se libros Paschalis carminis, & Paschalis operis *gregare*, id est, conjungere simul, & Christo consecrare.

a *Obloquium*] Forte, *obloquum*.
b *Non arenas tetig.*] Locus & mutilus & mendosus videtur. Sic equidem illum restituerim: *Tandem aliquando post undas calcare liceat* NOS *arenas*, QUI *tetigimus montes ex pelago*.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
435.



INCIPIT PRÆFATIO
SEDULII ANTISTITIS
IN SOLUTAM ORATIONEM PASCHALIS CARMINIS.
AD LECTOREM.

PASCHALIBUS te dapibus conviva quiſquis impertis, accumbere noſtris non dedignatus in toris, erectum ſupercilii depone faſtigium, ſi carus advenis & amicus, nec opus codicis heic requiras artificis; ſed exigua parvæ menſæ ſolemnia lætus accipiens, contentus aſſumens, libentius animo ſaturare quam cibo: aut ſi magna potius ubertate rerum caperis opimarum, divitiaſque præcipuas delicioſus exſpectas, nobilium debes cœnis ſatiari doctorum, quorum multiplices nequeunt referri apparatus. Illic profecto reperies quidquid maris nutrivit unda veſcendum, quidquid terræ fecunditas ſubminiſtrat, quidquid in nubibus pennali corpus libramento ſuſtentat. In ipſis etiam ferculis pretioſa nimis varietate gemmatis flaveſcunt nectareis ſua mella cum ceris, & aureis appoſitus in caniſtris concolor metallo [1] favus alludit. At nos de pauperis horti ſeminibus olus vile decerpſimus, quod in rubra teſtæ paropſide voto magis quam ſplendore cernimus miniſtrare.

CAPUT I.

Gentiles arguit, hortaturque converti.

CUm poetarum ſtudioſa conſuetudo gentilium, fabuloſas carminis nugas nobilium commendet pompa verborum, & ſive clamoribus cothurnatæ tragœdiæ, ſeu ridiculi Getæ comica fœditate, vel quibuslibet metricæ numeris diſciplinæ priſcorum ſcelerata temporum geſta; nonnulla etiam probra narrationis arte compoſita Niliaci papyro gurgitis calamo perarante contradant: cur ego qui decachordo pſalterio inter beati dogmatis choros Davidicæ modulationis cantus exercens ſpiritualia reverenter dicta reſpondeo, mirabiles Chriſti ſalubreſque virtutes preſſa voce reticeam; cum veritatis opus arripere, & fidelis inſtrumenta ſermonis dona debeam cæleſtis gratiæ non tacere? Nulli ſiquidem juſtius humani cordis & ſenſus famulatur officium, quam omnipotenti Domino qui ſenſus inſtituit & corda fundavit, ut devota ſemper creatori materies proprium non relinquat auctorem, cui fabricam ſui juris nec ſubtrahi convenit nec perire. Cui ditione perpetua in æthereis arcibus una eſt cum Patre potentia, par ſplendoris claritas, communis apicis indiviſa ſublimitas, honor æquus, eadem virtus, ſociale faſtigium, regnum temporibus infinitum, jugi ſemper manens æternitate principium, ſceptri ſocietas, conſors gloria, ſimilis & majeſtas. Hæc eſt ad ſalutis domicilium dirigens via: hæc firmis greſſibus ad Paſchalia dona panditur ſemita: heic noſtri ponimus operis fundamenta. Huc igitur ægras cun-
A cti mentes advertite; hanc morbis medicinam letalibus adhibete, quos noxiæ diſputationis vana ſerpit intentio, & Attici dogmatis inſanabilis diſciplina Cecropiæ ſauciat veneno doctrinæ: ut cum vitales auras divinæ legis ſpiramento flagrantes odore gratæ ſuavitatis hauritis, Athenæi pædoris illuviem ſenſu deinceps puriore linquatis. Quid tenebroſis erroribus labyrintheos Theſidæ circuitis anfractus, & involutis exitu pereunte veſtigiis caligantia cæcis ambagibus antra luſtratis? Quid adhuc labruſcam bonæ viti præponitis? Quid nitidis ſaliuncam roſariis antefertis? Quid in lapideis ſimulacris & æreis figuris inani cultu confidere, ac fana profana, venerando metallica, proderit animos
B ſervitute damnare? Parcite quæſo, jam parcite ſqualentibus arenoſi pulveris glebis, & ſterilium nuda perfrui ſiccitate camporum; ubi numquam gravidis arva viſceribus, laborem ſudantis agricolæ fecunda norunt relevare mercede. Nec de cæſpitis cruenti germinibus toxica letalis ſucci nutrimenta vellatis, quæ cibis ſemper amica tartareis vitæ neſciunt famulari, ſed morti. Quin potius jucunda florei germinis prata & amœnos beatæ ſedis acceſſus per liquidos puri fontis latices introite; ubi vitalium ſeminum divinis aquis animata fecunditas nutrit ſegetem, revulſa ſentium aſperitate [2] creſcentem; quæ nimiæ frugis ubertate multiplici, Dei queat eſſe jam meſſis; ac ſpem futuræ mercis aperiens, centenis
C cumulis fructum maximum recondat in horrea.

CAPUT II.

Invocatio divini auxilii.

OMnipotens individui Deus numinis & æterni, qui totum ſacro nutu contines mundum, qui [a] machinam cæli tuorum digitorum operatione firmaſti, & * potentis verbi fabricam condidiſti; qui [b] rapidam fluctuantis pelagi inſaniam limitem terrenæ vicinitatis obruere, terminis prohibes conſtitutis; qui ſolis radiantis aſpectus & cornigeros lunæ vultus diei noctique conterminans, utriuſque
D luminis vices ſacræ moderationis libramento diſpenſas; qui ſtellarum numerum, poteſtates, ſigna, munera, loca, curſus ac tempora ſolus colligis, ſolus agnoſcis; qui rudis terræ membra torpentia per diverſos motus vivis animaſti corporibus; qui hominem fructus arboreos vetita præſumtione mandentem, poſtquam morte condemnas, melioris cibi ſacramento reſuſcitas, & a viperei morſus voluptuoſa fallacia potu ſanguinis immaculati conſervas: qui humani generis nomen præter quos cuſtos arca munierat, repentina ſurgentis diluvii inundatione mer-


a Pſalm. VIII. 4. *b* Job XXXVIII. 11.

1. *Favus alludit*] Sic ex veſtigiis detritæ ſcripturæ veteris exemplaris expreſſi. In Paſchali carmine (præfat. ℣. 14.) Sedulius dixit:
Collucentque ſuis aurea vaſa favis.

* *Potentis verbi fabr.*] Senſus mutilus, niſi præcedentem vocem *operatione* ſubaudias. Malim equidem legere, *potentis verbi* VIRTUTE *fabr.* Videtur enim auctor ad illud *Heb.* I. 3. *portanſque omnia* VERBO VIRTUTIS *ſuæ* reſpicere.

2. *Creſcentem, quæ nimia frugis ubertate multiplici, Dei queat eſſe jam meſſis*] Ita legendus & diſtinguendus videtur hic locus, qui interturbatus erat in v.c. ut ſequitur: *Creſcentemque nimiam frugis ubertatem multiplicis Dei,* cet.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



sum penitus ac sepultum, ex una rursus progenie multiplicare * restitutum, ut mysticæ demonstratione virtutis, quod carnis delicta necaverant, fida ligni protectione vallatum, per unum totius mundi baptisma panderes abluendum. Illam mihi placidus viam, illam supplici nunc demonstra semitam, quæ ad salutaris urbis mœnia paucorum dirigit angusto calle vestigia; Hierusalem scilicet, civitatem dominicam, Christi passione nostrum pascha gestantem; ut per hanc corporalis gratiæ hospitalitatem fulgentem, ad illam spiritalis gloriæ mereamur patriam pervenire: & sit ᵃ *lucerna pedibus meis verbum tuum* Domine, quo recti fulgor itineris ad illa me florei graminis loca perducat, qua nitidum bonus Pastor ovile conservat, qua Virginis ovis agnum nivea claritate purissimum grex omnis sequitur candidatus. Non est via difficilis, si te ducem præbere dignaberis. Omnia tuæ subjacent potestati. Omnis tuis imperiis natura succumbit, & in adversas species ac figuras jussu dominante pertransit. Si velis, glacialibus segetes annuas flavere temporibus, producit falcibus agilem hiems pigra messorem. Si vernalis plagæ temporis, cum prima florum palla tellus adoperta resplendet, gravidis vineam pampinis jubeas parturire musteo vinitori; [1] jam nec repudians viscera felicis uvæ nectarea, temulentæ calcis grata propulsabit injuria. Cunctorumque temporum vices mutatis fructibus non renuent creatori servire. Mirabilium siquidem divinorum cana pandit fides judicium, & antiqua patrum testis origo priscorum. Nec abolenda sæculis ævo senescente transactis immortalia cælestium virtutum signa perdurant. Ex quibus metu trepidantis ingenij pauca saltem audaci relatione perstringere, vix nostris animis & cordi permittimus imbecilli: ut silvam magnæ densitatis ingrediens, aliquos enitar extrema digitorum summitate ramos attingere. Nam etsi humano corpori centum simul ora suppeditent, centenisque linguarum motibus vox ferrea clamare non cesset; quis cuncta valeat expedire? quorum numeris nec astra cæli densissima, nec bibula maris arena conveniat; ex quo in claram rerum faciem confusa materies quæ chaos dicta est, Verbo fabricante surrexit.

CAPUT III.

De translato divinitus, ne moreretur, Enoch.

ENoch Deo gratissimus & dilectus vivacem gloriam consecutus per innumeros annorum cursus humanæ modum naturæ transgrediens, nascendo terræ munus implevit, sed morti miraculum cui subtractus est, concitavit.

CAPUT IV.

De partu Sarræ nonagenariæ sterilis.

MArcebant Sarræ jam senectute membra languentia, & grandævo situ sanguis exstinctus annosi corporis venas desperatæ prolis sterilitate damnaverat; cum senioris viri fecundata connubio, sinum gelidi repente ventris extendit, & tumidis novo partu præcordiis natum sera felicitate progenitum, in spem futuræ gentis & populi ad lactei potus ubera mater tremebunda suspendit: quem genitor munus obtulit Deo, cujus fuerat in desperatione promissio. Stetit puer ad jugulum, & factus est aries in holocaustum. O sancti mens intemerata pontificis! humana respuit, divina prospexit, filio dum vitam denegat, acquisivit. Abraham gladium protulit ut feriret, & Dominus sacrificium sibi mutavit, ut filium non feriret. Grande scilicet gerebatur in hac parte mysterium, ut pro humani generis vita sponte se Christus mitis agnus offerret ad victimam.

CAPUT V.

De uxore Lot in salis statuam versa.

LOt peritura fugiebat ex Sodoma, cujus uxor incautæ præsumtionis audacia, dum respicit quæ evasit, mutata salis remansit in statua, non pro sapientia, sed pro pœna. Nullus enim ad contemta semel mundi discrimina præcipiti rursus cupiditate conversus jucundæ salutis lætitia perfruetur. Nec enim dignus est arator ille ventura fructuum fertilitate gaudere, qui sulcum vomeris recto cursu firmandi retrorsi vultus aversione confundens, præteriti laboris ordinem dissiparit.

CAPUT VI.

De igne non ardentis rubi divinitus ostenso Moysi.

RUbus innocuis quondam ignibus involutus, non ardens videbatur ardere, cujus materies nec incendijs alimenta præstabat, nec circumfusi caloris igne correpta detrimentis exusti roboris subjacebat. Ita divini fomitis temperabatur attactus, ut blandiente ramis æstuantibus flamma, splendor in frondibus cerneretur esse, non pœna.

CAPUT VII.

De virga ejusdem Moysi in draconem versa atque in se reversa.

MItis virgæ natura tractabilis in immitem & intractabilem mutata est draconem, qua vipereos motus tam sinuoso flexu volumina, quam trisulcas vibrando linguas exercens, geminos inimicæ fraudis angues absorbuit, atque propriam virgulti speciem rigida rursus mutatione suscepit.

CAPUT VIII.


De siccatione maris populo Israël.

PEr media marinis fluctibus profunda latentia, revolutis in geminum latus undis & æquorea divinitus ædificatione suspensis, pedestris turba transivit. Stetit undique pontus ut murus, & cognati gurgitis spoliata velamine tellus permansit nuda, donec populus pelago gradiens absente per pelagus, vestigiis hospitam peregrinis aquosæ viam carperet siccitatis. Mutavit natura semitam, jussa paullulum

ᵃ Psalm. CXVIII. 105.

1. *Jam nec repudians*] Male erat in v. c. *nam nec*.

* *Multiplicare restitutum*] Ut sensus constet, legendum videtur *multipl. statuisti*, aut quid simile. Nisi mavis, *multiplicās restitutum*.



relaxare constantiam; & innumera lubrici salis campos multitudo transgressa, rude baptismatis mysterium nesciendo gerebat, quæ per aquarum freta salubria duce Christo transiverat. Ita denique propheta cecinit illa significans: [a] *Vox Domini super aquas multas*. Vocem igitur Verbum dici quis dubitat? Verbum autem Christum esse quis abneget? qui veteris ac novi Testamenti immensam primæ legis abyssum suo patefecit adventu, quatenus recentiore doctrina tamquam remotis undarum molibus intimis ac profundis sequens ætas nil pericli formidans per callem planæ libertatis incederet jam secura.

CAPUT IX.

De manna cælitus eidem plebi dato.

Quid ejusdem plebis catervas innumeras in desertis terrarum spatiis, & totius victus sterilitate damnatis, cibos angelicos panemque cælestis gratiæ referam consecutas? Ubi nectareus æthereæ majestatis nimbus irrorans populo dapes ex pluviis, & copiosas ex imbribus escas effudit.

CAPUT X.

De productione aquæ de petra.

Per squalentia rursus violentis arva fervoribus sitiens æstuabat exercitus, qua familiari semper ardore negatis fontibus jacens terra languebat, qua spem bibendi pariter ac vivendi deficiens aquarum natura subduxerat: cum stupentis saxi visceribus torpor inclusus spumantem subito fluctuanti caute redundavit in laticem, siccæque jejuni marmoris venæ potum cunctis vomuere multiplicem. His tribus ergo rebus jam magna sui nuntians sacramenta mysterij Christus erat in pelago, Christus in pane, Christus in saxo.

CAPUT XI.

De locutione asellæ Balaam.

Asella, vile pecus ac stolidum, angelicæ potestatis visione perterrita, sessorem verbis alloquitur, & rudentis linguæ clamor inconditus humanæ vocis affatibus explicatur.

CAPUT XII.

De statione solis sub Jesu Nave.

Sol in medio cæli cacumine rapidos anhelantis flammæ cursus infrenans, contra Gabaon per insolitas diei moras dilato vespere lucem fixus adstrinxit. Nec luna suis legibus mota pigræ stationis limen excedens ordinem consueti gressus exercuit, donec gladius victoris exercitum hostilem funditus amputaret, cælestis auxilii conjuratione. Virtuti famulantia denique videbant ipsa jam sidera, per similis vocabuli sacramentum, Jesum Dominum nomine præcedente venturum.

CAPUT XIII.

De Helia corvis ministrantibus pasto, atque igneo in curru in cælum evecto.

Heliam præter naturæ dispositum corvi diurnis epulis transegerunt, alesque [1] voracis rostri rapacitati subjectus, qui facilem prædam cavo gutturi subministrat, jejunis morsibus escam deferebat illæsam. Nunc Heliæ bonus ac fidus, qui Noæ quondam malus ac perfidus, in terris abluit culpam in aquarum inundatione contractam. At ille plenus exsistens postquam miracula terris plura monstravit, suaque dignum successione per spiritum velut hereditariam largitatem propriæ virtutis munus transtulit in amicum, flammeis raptus equis & curribus per illos claræ serenitatis excessus, qua levior puri tramitis via nullos in æthereo campo ferventis rotæ sulcos orbita dermergente conservat, dexteriora majoris spatii sic petivit, ut triumphi cælestis axe resplendens, humani limitis metam longa fretus vivacitate contemneret. Quam bene vocabulo pariter, convenienter ac merito Heliæ claritati, vel nomini fulgentis semitæ majestas arrisit! Cui si Græco sermone queat una per accentum littera commutari, sol specialiter exprimi videatur [2].

CAPUT XIV.

De quindecim annis ad vitam regi desperato additis Ezechiæ.

Ezechiæ regi justissimo in extremis vitæ terminis constituto quindecim Dominus sua pietate vel jure annos addidit ad salutem, mortisque claudens patefacta jam limina vitam in occasu languentem ad ortus revocavit originem.

CAPUT XV.

De Jona a ceto vorante servato.

Jonas in marinos fluctus anxiæ puppis trepidatione jactatus, uteroque sorbentis ceti reconditus non sensit aquas in pelago constitutus; vitale scilicet sepulcrum ne moreretur ingressus, tutusque mitissima sub voraci ventre custodia, depositum videbatur esse, non præda, hostilique salubrius protectione servatus venit ad terram vomitu, non carina. Cui facto diversitate contrario [3] nauta feritatem præbuit, fera navigium ministravit.


a Psalm. XXVIII. 3.

1. *Alesque voracis rostri*] In v. c. erat scriptum, *feracis rostri*: sed postea a librario primæ duæ litteræ dictionis, *feracis*, duobus punctis subnotatæ, & desuper apposita syllaba, *vo*; ex quo effeci, *voracis*: quæ lectio huic loco apte convenit.

2. *Hel* Assyriorum lingua solem significat: unde adspiratione adiecta Græce ἥλιος est vocatus. Alii non Assyriorum, sed Phœnicum lingua putant *Hel* solem vocari: unde *Helius* deducatur. — Ex Servio & Gyraldo.

3. *Nauta feritatem præbuit*] Ita emendavi: nec dubium quin vere v. c. habuit corrupte, *nauta veritatem præbuit*: quæ lectio plane absurda est. Error inde natus, quod solemne est veteribus librariis, litteras, *f* & *v*, ob affinitatem confundere invicem. Quod cum multi non animadverterent, mirum est quam fœde in libris impressis peccaverint. Exempla proponam obiter. In panegyrico Maximiano dicto Rhenanus excudit; *Viros attonita veritate trepidantes*: emendandus est, *feritate*. Sic apud Eumenium oratione pro scholis, vulgo *veritate Francorum*, pro, *feritate* legitur. Apud Arnobium lib. VI. ubi de animantibus quæ suis sordibus simulacra deorum conspurcabant: *In quæ*, ait, *obscena facere neque metuunt neque vitant, leges suas sequentia, & instincta feritate naturæ*. Ita corrigo, vulgo passim *veritate*. — Ex tribus locis de restituta lectione *feritate* pro *veritate*, primus occurrit in panegyrico Eumenii *Constantio Chloro*, non *Maximiano*, dicto cap. IX. Secundus

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



CAPUT XVI.

De tribus pueris in camino flamma sæviente non tactis, & persecutore eorum in pecudem verso.

CUm spirante cælitus Deo trium puerorum una cordis intentio Babylonia sacra contemneret penitus ac negaret, durumque mortis exitium tyrannicæ legis attrocitate susciperet, cujus rabies Achemenii furoris igne succensa, torrentem fornacis propriæ superabat ardorem: rogo vincti traduntur in medio, pyra juvenes non audente contingere; qui tantum corde ferventes vicerunt imaginem pœna deferente supplicium. O quanta est credentibus salus, cum gloria flammis fidei plus candente, restincta torpuit vis camini!

CAPUT XVII.

De Nabuchodonosor rege in bovem converso.

AUctor igitur tam nefandi judicii dignum factis supplicium non evasit. Nam qui vecordi raptus insania humanæ pietatis jura despexerat, ferino vixit ritu per silvas: & consortia pecudum sectatus agrestia, aulici deliciosa convivii, pastus fœno, potatus fluvio permutavit; quem sub hujus deformitatis aspectu hirsutum silvis & montibus septem viderunt tempora pervagatum.

CAPUT XVIII.

De Daniele a famelicis leonibus custodito.

NEc minus Darii postmodum regnatoris dum præteritam furor imitatur insaniam, Daniel Hebræorum decus amplissimum cum feris jejunio stimulatis includitur, & simplicis animæ corpus innoxium sævis vorandum morsibus deputatur: bellua tamen facta mitis & placida, ne sanctos artus insano dente laceraret esuriens, cœpit amare jam famem, vultusque terribiles rabies mollita submittens; atque in sævis faucibus ira blandior conquiescens, genuinæ feritatis immemores prædam servare docuit tunc leones.

CAPUT XIX.

Miraculorum recapitulatio prædictorum.

DIc ubi post talia tuæ sunt leges pertinax o natura? Quis toties tibi jura subtraxit? quis translatum nescire virum jussit infernum, sterili matri fecundam præstitit senectutem, ad aram sponte compulit venire pecudem, muliebrem effigiem in salis simulacrum convertit, ramos incendiis æstuantes non ardere monstravit, virgultum solvit in colubrum, per marinos fluctus pedestres patefecit incessus, pluentibus nimbis nectareum manna diffudit, ex arentibus saxi visceribus undas ejecit, ora mutæ quadrupedis humana fari verba permisit; elementa defixis cursibus longa statione suspendit, volucrum ministeriis hominem pavit, & in cælum corusci equitatus axe perduxit, morienti jam regi tria lustra donavit, feri prædonis in utero portum A dedit esse naufrago, rore sidereo puerorum membra proluit in camino, regem vagum dumosa per pascua feris ac pecoribus fecit esse convivam, leones prædæ parcere, & rapinam docuit non amare? Nempe rerum conditori omnium, cujus cuncta seu nota seu latentia Verbi constant machinis fabricata, sui operis subjacent fundamenta; & sequitur jubentis imperium creatura, quocumque nutu naturæ traxerit divinæ sententia.

CAPUT XX.

Deflet elementorum, idolorumque cultores.

B HEu miseri qui vanis cultibus inclinati stultum sinistri cordis officium sculptis a se simulacris impendunt, factoremque proprium relinquentes, suæ manus venerantur effigies! qui furor est, quæ tanta mentis ludit insania, ut turpem volucrem, obsceniffimum bovem, tortum draconem & semihominem canem homo integer membris adoret? Et solem nonnulli nebulosis mentibus obcæcati rerum genitorem illa volut opinione censeri, quia terrarum tractus & spatia claræ serenitatis luce perfundens, cæli plagas ac sidera flammigera lustrare velocitate non cessat; cum ab ipsa potius instabili mobilitate quam rapidis discursibus vagus ignis exercet, officium constet esse, quam Dominum: C quique certo dispensationis ordine custodito, nunc oritur, nunc ad occasum horis vergentibus inclinatus vices cum nocte partitur, nec ubique semper est constitutus: quique nulla nascentis vidit mundi primordia, nisi peracto fine sole die jam gemino, providus eum conditor a tertiæ lucis instituisset radiare principio. Sic etiam lunæ supervacua plerique vota dependunt, quam crescere semper ac minui præfinitis mensium temporibus intuentur. Sic stellis quoque litare non desinunt, quæ depulsæ noctis abscessu matutinæ lucis vultibus effugantur. Hic aquarum cultor est: ille flammarum. Sed species sibi natura contrarias, non audent inimicas efficere, ne propiore discordia aut ignis ardentior latices D debiliores exsiccet, aut impar undis ingentibus rogus subito moriatur exstinctus. Alius arboreis radicibus aras instituens, dapes apponens, ramos ac robora flebiliter orare non cessat, ut natos, domos, rura, conjugium, famulos censumque custodiant. Ligneæ, ligna quid obsecras? surdis operam dependis, exclamans a mutis responsa nihil auditurus exspectas. Quæ domorum constantiam illa tantum ratione sustentant, si securibus amputata, pendentia culmina tecti suffulciant, aut focis adhibita sumendis dapibus famulentur accensa. Nonnulli dementius olerum veneratores exsistunt, & in hortis numina rigantes arentia trasplantatornm se deorum edocent veros esse cultores. Sed plura de talibus jam referre puE det, ne in sanctæ religionis pagina dum numerosos stultitiæ castigamus errores, aut lilia nimio decore mollissima rubus asper exurat, aut per violaria florentis campi purpurea, carduus & spinosis armatus aculeis paliurus exsurgat. Igitur increpando jam satis est, qui humanis erroribus coli monstra derisimus, vel potius tales actus miserando deflevimus.

vero in ejusdem Eumenii oratione *pro restituendis scholis*, cap. XIX. Atque utrobique proba lectio *feritate* retenta in postrema Parisiensi editione. Tertius autem locus in nostro Arnobii edito exstat lib. VI. cap. IX. in fine (tom. IV. pag. 200.) qui quidem, si Juretum audias, adhuc in mendo cubat; sicque se habet: *in quæ obscena dejicere* (non *facere*, quod minus recte) *neque metuunt neque vitant*, — *instincta* VERITATE *naturæ*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

CAPUT XXI.

Exhortatur semet ipsum.

NUnc per incepti juvat ire tramitis institutum, montemque sublimem firmo gradu conscendere, atque ad urbem nostræ libertatis auctorem, totarum virium studio pervenire. Ipsa denique tranquillæ domus est pacis, ipsa tutum salutis habitaculum, ipsa perpetuum libertatis obsequium. Si enim de terrena mortalis habitaculi civitate & a mortali fabricatore fundata, Poeta sæcularium ita cecinit literarum: *

Et quæ tanta fuit Romam tibi caussa vivendi?
Libertas:

quanto magis cælestium in civitate regnorum quam Deus Dominus instituit frabricator, jura perpetuæ libertatis esse credemus; de qua vates ait spiritualium canticorum: [a] *Ædificans Hierusalem Dominus*; & in sequenti nihilominus Psalmo dissimiliter explanavit; [b] *Lauda Hierusalem Dominum, lauda Deum tuum Sion: quoniam confortavit seras portarum tuarum: benedixit filios tuos in te; qui posuit fines tuos pacem*, &c. Audiamus ipsum quoque rerum omnium conditorem in evangeliis suis sacrosancto sermone cujus esse memorarit hanc urbem: [c] *Dico autem vobis non jurare omnino, neque per cælum, quia thronus Dei est; neque per terram, quia scabellum est pedum ejus; neque per Hierosolymam, quia civitas magni regis est.* Tamquam si diceret, mea: qui apertius dissimulavit exprimere, ut humilitate sermonis culmen suæ panderet majestatis. Ita enim cum doceret, admonuit dicens: [d] *Tollite jugum meum super vos, & discite a me, quia mitis sum & humilis corde.* Heic est ubi regia fulvis aula tholis irradiat, ubi [e] petens accipit, quærens invenit, pulsanti mox panditur. Heic ille [f] pretiosus est lapis, qui ab ædificantibus reprobatus, in anguli nitet capite constitutus. Cujus [g] onus nimis leve sentitur, cujus jugum suave plurimum comprobatur.

CAPUT XXII.

Trinitatem adstruit adversus Arrium & Sabellium.

IGitur per digesta quædam veteris testamenti miracula retulimus, quænam Pater Filii consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto. Per digesta similiter quædam novi Testamenti miracula referemus, quænam Filius paterno consortio sanctoque Spiritu secum gesserit constituto: ut deitatis una potentia inseparabili semper virtute conspicua & simplici majestate sit triplex, & triplici majestate sit simplex. Hæc est vera fides & firma credulitas. Hanc salutem infelix Arrius habere contemsit, qui per devios curvi callis anfractus dum rectum nititur iter avertere, tætram delapsus in foveam, caligantis tartari secutus tenebrosa est, tam sensu vacuus & inanis, quam tempore justi supplicii, ventre quoque vacuus fusis visceribus exspiravit. Demens qui paternæ divinitatis jura nullius exemplo similitudinis coæquanda caducis putavit gradibus computari. Inter homines namque carnali lege na-
A scentes filius minor est patre, quoniam pater ipse qui filium nunc præcedit, paullo ante filius fuit; & qui filius esse nunc cernitur, compater fieri posse non habetur ambiguum. Sic per omnem nepotum seriem nova proles excurrit, & avorum atavi senio numerantur ingenti. Dominus qui Verbum, virtus, sapientia & totum commune Patris, est Christus, de lumine lumen exortum, de solo solus est natus; qui nec patre minor in aliquo, nec est quo crescat rebus universis excelsior, quippe qui genitus, non creatus, nomen habet pro summitate principium. Ita enim secundum Joannem [h] Judæis requirentibus se se dixit esse principium. Quid ergo principium est, nisi cacumen excelsum supra
B quod nihil penitus reperitur, semper in patre permanens, qui in ipso semper manet? Pater rerumque omnium caput, unus individuæ majestatis est Deus: non quia filius hic credatur esse qui pater est, sed quia filius hoc credatur esse quod pater est, sicut per evangelicam ipse locutus est doctrinam dicens: [i] *Ego in patre & pater in me.* Deinde consequenter adjecit: [k] *Ego & pater unum sumus.* Arrius, *unum*, dici audiat. Sabellius, *sumus*, dici cognoscat: alter a Trinitate refugiens, alter ab unitate dissentiens: ambo pares errore, licet diversa sentientes. Qualiter gentilium dogmatum suis obviare dictis invicem conantur auctores, qui brachia nudis humeris proferentes exserta, nihil docen-
C do tradere, sed tantum parati sunt longa disputatione certare. Quorum prudentia jacet inculta, quia [l] vana est coram Domino mundanæ sapientiæ fragilis disciplina. Hic plus loquitur, ille plus tacet. Hic ambulando disputat, ille stando pronuntiat. Alius semper illacrymat, alius ridere non cessat. Diversis igitur modis par vesania videtur in cunctis.

CAPUT XXIII.

Signo crucis armatus se in albo beati ordinis poscit adscribi.

D INterea dum viatici laboris sarcinam sermonibus allevamus, spesque simul ac fides in ardua meum comitantur incessum, blandius ad arcis summæ fastigium deposita difficultate pervenimus. Ecce sacræ crucis vexilla jam radiant: ecce magni regis castra piissima coruscum lumen ostendunt, flatuque sidereo tuba dominicæ stationis exclamat: Militibus suæ portæ patet accessus: qui militat, ingrediatur intrepidus. Janua vos æternitatis invitat: quæ [m] janua Christus, scilicet vox paterna. Aurea perennis vitæ remuneratione gaudebitis, quia cælestia Domini viriliter arma tractatis, & in fronte decus affixum, fidelis signi sacramenta monstratis. En ego decus & arma cælestia tua, tuæ militiæ pars minima, bo-
F ne rex, bajulo consecrata. Heic proprias me sedes accipere, ** hujus urbis in mœnibus exigua dignum habitatione concede. Tuus semper incola, tuusque vernaculus parvo sanctæ mansionis in angulo constitutus inter beati ordinis cives albo vitalis paginæ postremus merear municipalis adscribi. Grandia quidem postulo: sed tibi grandia dare suppeditat magnitudo; quem ille magis offendit, qui spem dubiam de tanta pietate conceperit.

a Psalm. CXLVI. 2. b Psalm. CXLVII. 12-14. c Matth. V. 34-36. d Matth. XI. 29. e Matth. VII. 8. f Psalm. CXVII. 22. Matth. XXI. 42. g Matth. XI. 30. h Joan. VIII. 25. i Joan. X. 38. k Ibid. ℣. 30. l I. Cor. I. 20. m Joan. X. 9.

* Virg. Eclog. I. ℣. 27.
** *Hujus urbis* cet.] Sedulius *Carm. pasch.* ℣. 329. —— *Hujus mihi mœnibus urbis Exiguam concede domum.*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.

CAPUT XXIV.

De quatuor Evangelistis; quomodo quatuor animalium figuris ostenduntur.

CHriste annue votis qui morientem mundum vivificare festinans, cælitus petiisti terrena, humanam dignatus sumere effigiem, aliena quidem suscipiens, sed propria non relinquens. Hoc Matthæus adortus in primis hominem generaliter expedivit. Marcus ut leo mirabilis per deserta vociferatus infremuit. Lucas sacerdotali religionis exordio sumsit similitudinem de juvenco, Joannes aquilæ volantis impetu cælum Verbi majestate penetravit. Quatuor isti proceres ac præcones [1] unate voce A cantantes ceu tempora totidem per latissimam totius mundi sparguntur effigiem. Sic apostolici quoque culminis honoris duodenus apex semper refulgens numeris horas imitatur & menses, ut rebus omnibus congregatis annus tibi militet universus. Igitur hinc vetusta memorans, antiquæ mortis exordia, novam properare delector ad vitam, ut qui fletus seminavimus in Adam, lætitiam metamus in Christo, & Davidicam mereamur dicere cantilenam: [a] *Qui seminant in lacrymis, in gaudio metent. Euntes ibant & flebant, mittentes semina sua. Venientes autem venient in exsultatione portantes manipulos suos.*

B *Explicit liber primus cum capitulis veteris Testamenti.*

INCIPIT SEDULII LIBER II. NOVI TESTAMENTI.

CAPUT I.

De expulsione Adam de Paradiso.

EXpulerat serpens ille nequissimus de paradisi sede florigera primogenitum dolosis artibus virum, & illecebris blandi saporis absconditam mortem gustari fecerat, mox amaram. Nec indignationis divinæ sententiam solus præcepti temerator vitæ damno susceperat, sed ab ipso veniens humana progenies longæ mortis fuerat conditioni succumbens. Heu conjux crudelis & noxia! An ille magis draco perfidus homicida? Sed tu conjux quoque crudelis, noxia. Pro dolor! duo tantum fuerant æterni. Postquam crescere cœpit origo, tunc periit, clademque a semine detrimenta suscepit. Quid illa tempestate numerosa dies ac multiplex? quid felicibus vitæ spatiis nongentos proderat annos excedere, D nepotumque decima senescente progenie sui generis externum sanguinem jam videre: cum sors humanæ conditionis extrema irreparabilis horæ supremis cursibus occupata, licet serum, nequaquam tamen declinare interitum: longamque temporum per ætatem vita exsistens brevis, nihil esse diuturnum, quum sine clauderetur, ingemeret: nec huic malo remedium spes ulla promitteret affuturum; sed primi terrigenæ meritum sepulcrale cunctas postremi quoque germinis nationes avida passim fauce sorberet? Nisi pius ille rerum creator & conditor, cui proprium est veniam delictis infundere, quam pœnaliter imminere, fabricam sui operis ab ipso debilem fundamento, firmius per eumdem lapidem rursus dignaretur erigere. E Ne videlicet imago quæ ad similitudinem Dei facta fuerat vivens, dissimilis haberetur ex morte, munusque venialis indulgentiæ largiretur, [2] ac poma quæ patres acerba voraverunt, filiorum obstupuere dentes, arceret, C donaretque mitissimus ac placatus, ut unde mortem peccata contraxerant, inde vitæ pietas enutriret immensa. Et velut rosa suavis atque mollissima de spinoso cæspite nascitur nil læsura matrem, quam gratia jucunditatis obscurat: ita de stirpe nocentis Evæ Maria sacro veniente cum lumine, primæ virginis luem sequens virgo dilueret, ut quæ prior natura vitiis inquinata duræ necis fuerat conditioni subjecta, nascente Christo per hominem, homo quoque posset renasci per Christum, originalis maculæ fœditatem vetustati corporis innovatione positurus.

CAPUT II.

De conceptu beatæ Mariæ a prophetis sæpius prædicto.

HÆc postquam prophetica sæpius vox prædixit, & Gabriel Angelus Mariæ jam præsenti annuntiavit. Mox puellæ credentis in utero fidelis Verbi mansit aspirata conceptio, prolesque siderea nascendi sub lege delituit, quæ cuncta suo nasci nutu concessit. Tumebant virginis sinus, & fecunditatem suorum viscerum corpus mirabatur intactum. Grande mundo spondebat auxilium feminei partus sine viro mysterium; quæ nullius maculæ nævo fuscata tenso nutriebatur ventre præcordia, genitoris genitrix mox futura.

a Psalm. cxxv. ỷ. 6.

1. *Unate voce cantantes*] Sic v. c. quod ideo adnotare placuit, quia cum sit dictio vetus & minus communis, corrupta fuit alio loco ejusdem Sedulii, nimirum lib. I. Paschalis carminis, hoc ipso capite, (ỷ. 343.)

Quatuor hi proceres unate voce canentes.

Sic ibi legendum, iste locus aperte confirmat & vetusti manuscripti codices. At in impressis vulgo vocem diviserunt, & scripserunt *una te voce*.

2. *Poma quæ patres acerba voraverunt*] Erat in v. c. *acerva*: male: error natus ex illa litterarum, *b* & *v*, affinitate, quæ facile degenerat. Scripsi igitur, *acerba*. Sic idem Sedulius lib. II. Paschalis carminis.

- - - *pomisque vetaret acerbis*
Quæ manducare patres, natorum horrescere dentes.

Sumtum istud est ex sacris scripturis, Hieremiæ cap. xxxi. & Ezech. cap. xviii. & repetitur de vino distinct. xxx. ubi legimus, *vuam*, pro quo, *pomum* heic habet Sedulius.

CAPUT III.

De partu beatæ Mariæ virginis.

NOnus interea mensis effluxerat, & decimi lumen immortale radiabat: claruit fetu virgineo spiritalis gratiæ manifesta promissio; & [a] *Verbum caro factum est, & habitavit in nobis*: id est, habitavit in homine, cujus se dignatus est carne vestiri. Infans parvus ac maximus, membris scilicet exiguus, deitate præcelsus, per hospitalis templi sinceram defluens castitatem, non læsit corpus abscedens qui non læserat cum venisset. Vere divinæ generationis est hoc secretum: testis virginis partus ostenditur, qui materni pudoris custos ingressus clausis visceribus & conceptus & creatus est. Quæ novæ lucis illa tunc claritas mundi totius oras implevit? quæ cælo lætitia? quis ille nitor effulsit, cum Christus splendore sidereo [b] *velut sponsus procedens de thalamo suo*, Mariæ processit ex utero? Cujus ita species divina videbatur * præminere, ut Davidicus ipsum Psalmus ita pronuntiet: [c] *Speciosus forma præ filiis hominum diffusa est gratia in labiis tuis*, &c. Bene *præ filiis hominum speciosum* definivit, quia licet humanæ susceperit incarnationis effigiem, filiumque hominis in evangelica prædicatione sæpe dixerit; peccatum nos tamen originale fœdaverat, quod ipse non habuit, qui suæ nos nativitatis puritate mundavit. O pietas clemens & facilis ad salutem! ne nos jugum diuturnæ premeret servitutis pro conditione peccati, Dominus servi membra suscepit. Audiamus vocem Paulli dicentis Apostoli: [d] *Semet ipsum exinanivit, & formam servi suscepit*, &c. quique cuncta vestit ab origine mundi, nascentia pannis involvi sua passus est membra: & cui cælum parvus est limes, terra deficit, maris unda non sufficit; plenus mansit in corpore puerili, modico Deus recubans in præsepi. Salve parens optima tanti regis puerperio consecrata, qui supernis ita jugiter & infimis dominatur, ut ejus imperium, potestas & nomen nec initium noverit habere nec finem: quæ beati ventris honore conspicuo simul & mater esse probaris & virgo: cui nulla penitus æqualis femina reperitur, quæ tuum decus similiter præcesserit, aut ** sequatur: sola placens singulariter Christo, nulli compararis exemplo.

CAPUT IV.

Christi nativitas pastoribus ab Angelo nuntiata.

TUnc angelici facunditate sermonis pastores primi gregem suum nocturnis vigiliis servantes natum Dominum cognoverunt, ut & pastoribus pastor mundi claresceret, & inter greges agnus genitus appareret. Igitur ut evangelicus sermo testatur, ita pronuntians: [e] *Et subito facta est angelorum multitudo militiæ cælestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in altissimis Deo, & in terra pax hominibus bonæ voluntatis*: Ostendit Evangelistæ fidelis assertio de cujus ageretur heic regno, quando cælestis militiæ multitudo Deum laudat in Christo; ut licet humana fuerit pro matris conditione creatio, deitatis tamen una communio patrem cognosci demonstrat in filio. Dicebant ergo: *Gloria in altissimis Deo*. Utique in altissimis gloria Dei per-

A mansit, unde Christus veniens non recessit. *Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis*. Terram credendum est homines nuncupari, de qua sumus Domino fabricante plasmati; qui Adam increpans dixit: [f] *Quia terra es, in terram ibis*. Tunc terra nostra pacem meruit post illud bellum ferale quo cecidit, quando Christus terram nostræ carnis assumsit. Nam si terram in hoc loco campos arbitremur dictos & montes; quam pacem potest habere vel prælia, mutata moles & pigra? In homines ergo specialiter pax illa descendit, quos bonæ voluntatis capaces invenerit; ut ubi studium sinceri propositi rerum scrutator & cordis esse conspexerit, illic domicilium suæ delectetur instruere man-
B sionis. Pax est enim & ratio melioris arbitrii, contra spiritum carnis non favere certamini: sed utrumque manentem concordi jugiter puritate cum spiritus dominatione servare. Nec debemus tantum de carnis imbecillitate diffidere, ut de cælestis videamur auxilio desperare. Omnipotens enim Dominus Jesus Christus, qui [g] *Dei & hominis mediator* approbatur, ut excusationem nobis corporeæ fragilitatis auferat, studium tantum nostræ voluntatis inquirens, perfectionem boni operis suæ majestati servavit. Apostolica namque doctrina sic explicat dicens: [h] *Velle adjacens mihi est, perficere autem bonum non invenio*; quia videlicet nostrum est bonum velle, Dei perficere; qui pacem suam hominibus bo-
C næ voluntatis infundit. Divinus deinde sermo prosequitur dicens:

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

CAPUT V.

De stella Magos ad Christum ducente.


CUm [i] *ergo natus esset Jesus in Bethleem Judæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hierosolymam, dicentes: Ubi est qui natus est rex Judæorum? vidimus enim stellam ejus in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex turbatus est, & omnis Hierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scri-
D bas populi sciscitavit ab eis, ubi Christus nasceretur. At illi dixerunt: In Bethleem Judæ: Sic enim scriptum est per prophetam: Et tu Bethleem terra Judæ nequaquam minima es in principibus Juda: ex te enim exiet dux qui regat populum meum Israel. Tunc Herodes clam vocatis Magis didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis: & mittens illos in Bethleem dixit: Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inveneritis, renuntiate mihi, ut & ego veniens adorem eum*: convenienter scripturarum sanctioni *** concordans. Christi nativitas ab oriente fulgebat, qui implet quod Zachariæ designat oratio: [k] *Visitavit nos Oriens ex alto*. Nam & Davidicus simi-
lia continet Psalmus: [l] *In sole posuit tabernaculum
E suum*, &c. *Sole* vero significat orientem, de qua regione semper oritur dies. Quid igitur Herodes acutius furis? quid dementer insanis? Christum siquidem lingua profiteris, corde persequeris, mentemque tætram & nebulosæ caliginis obscuritate damnatam jucundi vultus serenitate dissimulas. Christum namque mandas inquiri, non adorandum religione quam fingis, sed necandum fraudibus quas moliris. Erras nimis & falleris, illum credens tibi succedere, qui regia primus dominatur in sede; qui nec succedit penitus, nec decedit, sed æternus

[a] Joan. I. 14. [b] Psalm. XVIII. 6. [c] Psalm. XLIV. 3. [d] Philipp. II. 7. [e] Luc. II. 13. 14. [f] Gen. III. 19. [g] I. Tim. II. 5. [h] Rom. VII. 18. [i] Matth. II. 1-8. [k] Luc. I. 78. [l] Psalm. XVIII. 6.

* Al. *præniteré*. ** *Sequatur*] Ita rescripsimus ex Sedulii *Carm. Pasch.* lib. II. v. 68. Al. *signatur*.

*** *Concordans*] Scilicet, *divinus sermo*, de quo in fine capitis præcedentis.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



solium suæ possidet majestatis: legemque legis ac negligis, qui regi regum tua regna minaris. Caret verbis hæc culpa, caret excusatione perfidia: hunc enim conaris exstinguere, quem te promiseras adorare. Minus forte delinqueres, si de Christo nihil quæreres, quatenus homicida tantum velut ignotum hominem persequendo, non etiam sacrilegus esse Deo videris offenso. Nonne legeras eum Davidico cantico sic monentem? [a] *Nolite tangere christos meos, & in prophetis meis nolite malignari*. Cur ergo divinæ præceptioni parere necesse sit, ut neque Christi ejus neque prophetæ maligna quidquam improbitate sustineam? quia videlicet spiritali consecratos unguento nefas grande sit contumeliose tractari. Quale nomen habebit hoc crimen, ut ipsum Dominum Christum a quo Christiani sunt nuncupati, ipsum vero Prophetam a quo verax propheta descendit, tuis ambias dolis interfici? Nonne David mandatis Domini servientem debuisti sectari, qui Saul in speluncam in qua latebat ingressum cum ita cogeretur exstinguere, ita respondit: [b] *Absit a me omnino hoc: mihi non contingat a Domino, si fecero verbum istud domino meo christo Domini mei, ut inferam manum meam in eum, quia christus Domini hic est*. Et ille quidem pepercit inimico se volenti perimere: tu autem insidiaris Domino, qui mundi natus est ad salutem. Qui si nullis, ut immemor, veterum tangebaris exemplis, ob hoc saltem parricidalis conatus debueras arma relinquere, ne sceptri quod gerebas dejiceres potestatem, qui unctus agnosceris, persequens unctionis auctorem. Ne tamen nominis tui cruenta perfidia tanti sceleris a satietate discedat, sub honore crucis æthereo, sed crimine tuæ gentis infero, quod frustra sæviens tu moliris, Herodes alius post videbit.

CAPUT VI.

De adorato a Magis Christo, & mysticis muneribus oblatis.

Evangelicum ergo sequens ait ita capitulum: [c] *Qui cum audissent regem, abierunt. Et ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, usque dum veniens staret supra, ubi erat puer. Videntes autem stellam, gavisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, invenerunt puerum cum Maria matre ejus, & procidentes adoraverunt eum. Et apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, tus & myrrham*. Quid est hoc, ut præcederet eos stella quam viderant, nisi ut ducatum parvi sideris intuentes, materiam pleni luminis invenirent? Adoraverunt autem, quia vere venerant adorare, quod Herodes se mentiendo facturum non meruit obtinere. Nisi enim veris adoratoribus Dominum non conceditur adorare; sicut ipse Dominus noster ad Samaritanam mulierem locutus est dicens: [d] *Vos adoratis quod nescitis: nos adoramus quod scimus, quia salus ex Judæis est. Sed venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum*. Licet ergo dominicæ verba doctrinæ manifesta sint & aperta, quod Dominum nisi veritas non adoret: debemus tamen vim sermonis diligentius perscrutari, qui sit. *Venit hora, & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate*. Arbitror itaque juxta sensum quem meæ Deus parvitati largitur, quod per significationem præsentis temporis quo se palam mundo monstravit, in se patrem dixerit adorari. Sic enim sequentibus patefecit alloquiis dicens: [e] *Judicium omne dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem*. Magnifice vero postquam dixit *in spiritu*, adjecit *& veritate*; quoniam spiritum Dei gerentes veritas sequitur; alienum fallacia comitatur. Declaratur & in hac Magorum persona mysterium. Per illos namque gentiles & advenas ad se Dominus noster Jesus Christus ingressos gratiam futuræ legis ostendit, quod omnibus ad se gentibus venientibus aditum jam pararit. Ita enim & per prophetas suos, & per se ipsum noscitur locutus. Per prophetas quidem licet sæpius ista prædixerit, Davidico tamen testimonio sic explanavit: [f] *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu: ego hodie genui te. Postula a me, & dabo tibi gentes hereditatem tuam*. Hereditatem dixit, qui per novi gratiam testamenti Domino parabantur, adquiri per se ipsum in evangelio, tamquam bonus pastor ita promisit: [g] *Et alias oves habeo, quæ non sunt ex hoc ovili: & illas oportet me adducere, & vocem meam audient; & fiet unum ovile & unus pastor*. Nec devotionem munerum divino caruisse nutu credamus. Nam per illas species merito variæ significationis oblatas Christi potentia patuit declarata. Aurum namque, si diligentius inquiramus, quid pronuntiet adtributum? sine dubio tam præclara materies & opulenta metallici splendoris irradians utpote Regi memoratur illata. Sed in hoc rege duplicem fatemur esse substantiam. Christus enim & specialiter regnat in cælis, & carnaliter natus est rex Judæis. Turis munus, quia religioso libamini illud olim proficiebat, incensum Christo datur, ut Deo. Myrrha vero quæ tumulandis est apta corporibus, humanam morituro per carnem sepulcrali lege. Ipsa quoque trinæ quantitatis oblatio cultum catholici dogmatis pronuntiabat ex numero. Quippe qui, Deus omnipotens, qui præterita conspicit ac futura, semperque manet, mansit jugiter ac manebit, triplicis in una deitate virtutis in eorum temporum cursu rerum omnium posuit fundamentum: quamquam præsentia sub ejus oculis semper universa consistant, qui nec vetustatis senium, nec juventutis suscipit incrementum. Sed quod semper est, idem esse non desinit. Nam potestatis suæ nomen excelsum [1] Moysi solicite perquirenti, ut Israeli populo nuntiaret, de flamma rubi ardentis hoc edidit: [h] *Ego sum qui sum. Et dixit: Sic dices ad filios Israel: Qui est, misit me ad vos*. In evangelio nihilominus ad Judæos Abraham sibimet præponentes antiquitate, sic inquit: [i] *Amen, amen dico vobis, ante quam Abraham fieret, ego sum*. Vide distantiam utriusque substantiæ, Deum discernentem & hominem. *Abraham*, dixit, *ante quam fieret*: de se ipso non dixit, Ego fui, sed *Ego sum*; quoniam divinitatis esse, est non fuisse: quæ via semper æternitate consistens, nec initiis oritur nec terminis explicatur. Tempus enim a Deo est, non Deus a tempore. Lectionis itaque sermo prosequitur: [k] *Et responso accepto in somnis ne redirent ad Herodem, per aliam viam reversi sunt in regionem suam*. Debemus igitur imitari nos etiam Magorum facta fidelia: & sicut illi somno crediderunt; nos evidentissimis aspectibus jam credamus: quatenus qui Christum signo crucis prælucentem repertum meruimus adorare, eidemque de thesauris nostri cordis munera trinæ laudis offerre; jam

a Psalm. CIV. 15. *b* I. Reg. XXIV. 7. *c* Matth. II. 9-11. *d* Joan. IV. 22. 23. *e* Joan. V. 22. 23. *f* Psalm. II. 7. 8. *g* Joan. XVI. 16. *h* Exod. III. 14. *i* Joan. VIII. 58. *k* Matth. II. 12.

1. *Moysi solicite perquirenti*] V. c. *solisite*.

minime revertamur ad hujus mundi principem qui A nos ante seduxerat, deceptorem; sed priorem semitam relinquentes, per illius callis secreta pergamus qui ad cælestem patriam gressus dirigit confitendo. Dehinc super ordinem talia gesta narrantur.

CAPUT VII.

De sævitia Herodis & nece parvulorum.

TUnc [a] *Herodes videns quoniam illusus esset a Magis, iratus est valde: & mittens occidit omnes pueros qui erant in Bethleem & in omnibus finibus ejus, a bimatu & infra, secundum tempus* B *quod exquisierat a Magis*. Igitur a Magis quos crediderat illudendos, illusus, dissimulatos motus ira præcipiti rex impius publicavit: si regem dici conveniat qui nec pietatem tenuit, nec suos regens animos temperavit. Sed leo sævissimus & cruentus, cui si tener quiverit forsan agnus auferri, in totum parvi sanguinis gregem impetus ferinos exercet, pecusque mollissimum mandit, lacerat, decerpit, exstinguit: stantes eminus fetæ miserrime pignora vocantes frustra jam perdita, crebrisque balatibus inanes aures exagitant. Sic Herodes de Christo stimulatus ablato, parvulorum catervas elidere sanguinolenta non destitit tyrannide. Quonam rogo crimine simplex morti turba succumbit? Cur qui vixdum modo sunt geniti, digni sunt jam puniri? C Furor est in cruento rege, non ratio; qui primis vagitibus inimicus, & innumerum patrare nefas aggressus, puerilis millia mactavit ætatis, unoque luctu tot simul genitrices orbavit. Hæc effusam vultibus comam miseranda dilacerans, crinalis damni fœditate nudum verticem sauciabat. Illa madidas lacrymosis imbribus genas unguium protervitate sulcabat. Duris alia pectus sanguinolentum verberibus infelix mater cædebat; nec jam modo mater, super unici gelidum corruens cadaver exstincti abscissas uberum venas, lactis copiam cum cruore fundebat. Nemo calamitatis illius tam varias tamque multiplices potest imagines expedire; ubi diversis generibus lamentorum dolor aderat non diversus. D Quis tibi sensus, quæve fuit mentis intentio, non jam tyranne, sed lanio? quos fremitus eructabas accensus, cum insontium vulnera parvulorum ex arce summa prospiciens vastum pelagus lacrymarum cerneres inundatione collectum? Inter necatos tamen infantes quos occubuisse certum est, non periisse, quamquam Christus abfuerit, absens esse non potuit; qui periculis sanctorum semper insertus, alienis pro se corporibus irrogata pio motu sentit in se supplicia.

CAPUT VIII.

De doctrina ac magisterio Domini duodecimo anno.

CUm jam ætate proficiens annos duos gereret supra decem, cujus numeri de carne traxerat quantitatem, ævum scilicet temporale humana ratione percurrens, senioribus seniorem se se prudentia, magistris magistrum pandebat esse doctrina, ut legis suæ manifestus interpres, quantus esset interior, demonstraret.


CAPUT IX.

De tricennarii baptismo Salvatoris.

NEc post longam temporum moram (quænam potest esse mora temporibus, quæ volucri cursu fugacia nondum veniunt, jam recedunt) ut evangelista significat: [b] *Ipse Jesus erat quasi jam annorum triginta, ut putabatur, filius Joseph*. Præclare nimis utrumque verbum (*quasi*, & *putabatur*) divinitatis servavit. Sicut enim quasi triginta videbatur annorum, cum sit æternus; ita Joseph putabatur cum sit ex virgine procreatus. Tunc Jordanis ad fluenta baptizaturus accessit, expetens quod venerat ut donaret, abluendus qui veniebat abluere. Hunc Joannes Baptista conspiciens quem matris in utero senserat dum lateret, jam Christi conscius affuturi, prophetiæ munus exercens, licet loqui non posset, tamquam muti patris a silentio temporali descendens, proclamare cœpit & dicere: [c] *Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi*. Cum dicit, *tollit*, ostendit, eum non habere qui tollit: quod quidem tulit, non ut ipse gereret, sed ut ipse deperderet. Sicut tenebris nocturnæ cæcitatis ortum radiantis diei subito videmus infundi, nec tamen caliginis tactu quem decutit, splendoris sui gratiam lux amittit: ita Dominus Jesus Christus humani generis delicta suscipiens non tenuit, sed fugavit. Nam ut ignis metalla sordium consummatione clarificat: ita nos ab originali contagio sua bonus opifex flamma mundavit. Tunc immaculatus aquas ingressus in se nostram lavit illuviem, nihil habens proprium quod lavaret. Ipsos denique latices sacri corporis majestate purificans, beavit gurgitis lympham, honorem dominici baptismatis consecutam. Senserunt tremendam deitatis undæ præsentiam. Pontus recessit a litore, fluvius remeavit in fontem. De quibus propheta cantitans hæc designat: [d] *Mare vidit & fugit, Jordanis conversus est retrorsum. Quid est, mare, quod fugisti; & tu Jordanis, quia conversus es retrorsum?* Evangelicæ lectionis ergo textus ita prosequitur: [e] *Baptizatus autem confestim ascendit de aqua; & ecce aperti sunt ei cæli; & vidit spiritum Dei descendentem sicut columbam venientem super se. Et ecce vox de cælis dicens: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Consideremus attentius quantum reveletur & in hoc loco mysterium. Postquam enim Dominus de aqua baptizatus ascendit, mox aperti sunt cæli. Quomodo mox aperti sunt Christo, cui super sidera domus, numquam cælum videatur obclusum? Sed arbitror quantum pietas ejus meis sensibus aspirare dignatur, quod ideo tunc aperti sunt cæli, quando Dominus ascendit ab aqua baptizatus, ut suis misericors doceret exemplis, homini cujus effigiem sumsit, cælorum regna tunc E pandi, cum meruerit spiritualis aquæ consecratione perfundi. Quod autem spiritus Dei super eum in specie columbæ descendit, ostenditur quanta sit ejus bonitas, mansuetudo, simplicitas per volucrem fellis amaritudinem non habentem. Et ne corporaliter visus esse nesciretur Deus, voce patri asseritur dicentis: *Hic est filius meus dilectus, in quo mihi complacui*. Præclarus iste dilectionis affectus plenam catholici dogmatis continet firmitatem, unamque Patris & Filii pronuntiat esse virtutem. Caritas enim quæ in Deo consistit, a similitudinis & æqualitatis spiritu non recedit. Nam qui di-

a Matth. II. 16. *b* Luc. III. 23. *c* Joan. I. 29. *d* Psalm. CXIII. 3. 5. *e* Matth. III. 16. 17.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



xit sui lege mandati: [a] *Diliges proximum tuum tamquam te ipsum*, docuit diligentis & dilecti nullam fieri oportere distantiam. Nam & in sequenti verbo quod addidit, *in quo mihi complacui*, intelligitur potestatem unius deitatis explanasse communem. Plus est enim *complacui* dixisse, quam placui; quia *complacui* convenientiæ verbum est, & geminæ cernit adhærere personæ. Quod ideo vox cælestis expressit, ut & pater in filio, & filius complacuisse videatur in patre. Nam & ipse tam paternæ vocis quam filii baptismatis, vel spiritus advolantis consortio congregato, Trinitas uno fulsit ex Deo, * quo dignus non meretur exsistere, qui numeravit Trinitatem.

CAPUT X.

Christum tentatum a diabolo.

TUnc [b] *ductus est Jesus in desertum a Spiritu, ut tentaretur a diabolo. Et cum jejunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esuriit. Et accedens ad eum tentator dixit ei: Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant.* Igitur tentabatur a diabolo, fidei semper inimico. Nemo enim sibi manifestam rem discutit, nisi qui fallaci plenus ingenio compertæ veritati non credit; sicut ipse diabolus qui postea quam Jesum paterni claritate sermonis, Dei filium esse cognovit, ejusdemque potentiam singularem quadraginta diebus & quadraginta noctibus nihil vescentis expavit. Licet Moyses similiter & Helias totidem dierum sustinuerint noctiumque jejunium. Sed illos alieno fultos auxilio, quamquam suo merito, noverat hæc fecisse: Jesum propria cernebat operari virtute. Spem repente vanissimam stultæ tentationis arripuit, quia Dominus esurivit. Nec audebat aggredi divinitatem, nisi mixtum videret hominem. Mox antiquas molitus insidias ciborum, improbus dolos fallacia suscitavit assueta; demonstransque lapides, suas magis epulas, serpens ait: *Si filius Dei es, dic ut lapides isti panes fiant*: quasi non posset hoc facere, qui tale jugiter opus exercens, de saxeis terræ visceribus producit segetem frugali victu prægnantem, & spicea messium densitate cautis nutrimento crescente panis uberem cibum de lapidum fecunditate largitur. Sed maluit sapientia singularis gloriam mirabilis facti contemnere, ne petitionem tentatoris admitteret. Deus enim credentes suscipit, tentantes excludit. Nam populus Israel ob hoc Deum legitur offendisse quam maxime, quia beneficiorum ejus oblitus tentare ausus est eum, ut cum desperatione peteret epulatum. De quorum Moyses in libris suis incredulitate non tacuit. Et David ita memorans breviter explanavit: [c] *Et tentaverunt Deum in cordibus suis, ut peterent escas animabus suis. Et male locuti sunt de Deo, & dixerunt: Numquid poterit Deus parare mensam in deserto?* cet. Quid enim illi potest esse difficile, qui pro immensa rerum omnium possibilitate vocatur omnipotens? Respondens autem Dominus satanæ sic dixit: [d] *Scriptum est: Non in solo pane vivit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei.* Apta nimis & competens data est inimico responsio. Nam percunctanti si filius Dei esset, velut

A homo respondit, quatenus per eum potius vinceretur quem videbatur aggressus. Quo audito fractus & debilis, arma tamen audaciæ non deponit. [e] *Et duxit illum diabolus, & ostendit ei omnia regna orbis terræ in momento temporis, & ait ei: Tibi dabo potestatem hanc universam & gloriam illorum, quia mihi tradita sunt; & cui volo do illa. Tu ergo si adoraveris coram me, erunt tua omnia.* Quid mirum, si perversa sit locutus miser, qui ne rectas vias incederet, serpentis torti effigiem sumsit? regni fragilis & caduci Christum æstimans cupiditate contingi, qui validum potius & æternum suis venerat collaturus: aut ille divitias sæculares dignaretur adquirere, qui docere venerat ut perirent:
B monstrumque cælo dejectum adoraret, [f] *cui thronus est cælum, terra subpedaneum*, mundus omnis obsequium, quem nullus audet aspicere, & cunctæ submissis vocibus laudant super sidera potestates. At iterum Dominus eum tali responsione confudit dicens: [g] *Scriptum est: Dominum Deum tuum adorabis, & illi soli servies.* Adhuc ex humana cernitur respondere persona: dedignatus scilicet infirmum rebellem virtute majoris potentiæ subjugare. Licet hujus quoque verbi [1] livor ille vipereus congressione dejectus nondum deposuerit temeritatis ingenium, sed trisulca linguarum vibratione confidens contra victricem Trinitatis manum tertio caput erigit sauciatum: [h] *Tunc assumsit eum diabolus in sanctam civitatem,* C *& statuit eum supra pinnaculum templi, & dixit ei: Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim: Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuum.* O quantum cæcitatis atque caliginis nigro semper dominatur in pectore, mensque tenebris propriæ malignitatis obscura nescit indeprehensam custodire fallaciam! Ecce dicens: *Si filius Dei es*, ostendit hoc se nescire. Cum quærit dicens iterum: *Angelis suis mandavit de te*, confitetur hunc esse quem cernit, sed ancipitis usus varietate sermonis simulator ac dissimulator inventus, mendax suis artibus approbatur. Nec solius fallaciæ, sed etiam stultitiæ domus est
D cor malignum. Quid enim poterit ineptius reperiri, quam ut illum crederet, licet alta sublimis templi fastigia & cacumen excelsi pinnaculi saltu formidare præcipiti, qui ut planis videtur in terris, de summa cælorum arce descendit? De quo clamat David, & dicit: [i] *Et descendit & inclinavit cælos*, simul humillima continens, & altissima non relinquens. Igitur deficientis audaciam, sic eloquens perculit vox divina: [k] *Scriptum est: Non tentabis Dominum Deum tuum.* Heic Dominum Deumque se esse jam pandens, tales ultra conatus assumere prohibet tentatorem, suis nos admonens pius doctor exemplis, spiritum vetustæ malignitatis artificem, illic humanis procul dubio subjacere virtuti-
E bus, ubi fuerit Deus simplicitati puri cordis infusus. Ait enim lectionis instructio: [l] *Tunc reliquit eum diabolus: & ecce Angeli accesserunt, & ministrabant ei.* Videtur ut arbitror in hoc diaboli fugientis abscessu, & ministerio consequenter angelico, quamdam paschalis gloriæ declarare præcedentibus signis imaginem. Nam sicut victis tentationibus, depulsoque diabolo præbuerunt Angeli ministerium Salvatori; sic contumeliis Judæorum, &

a Levit. XIX. 18. *b* Matth. IV. 1-3. *c* Psalm. LXXVII. 18. 19. *d* Matth. IV. 4. *e* Luc. IV. 5-7. *f* Isa. LXVI. 1. *g* Luc. IV. 8. *h* Matth. IV. 5. 6. *i* Psalm. XVII. 10. *k* Matth. IV. 7. *l* Ibid. ℣. 11.

1. *Liver ille vipereus*] V. c. *libor ille*. Idem error infra.

* Sedulius *Carm. Pasch.* lib. II. ℣. 174. *Quo manet indignus, qui non numeraverit unum.*

pœnis beatæ crucis passionis contemtis, ipsaque diaboli fraude & morte calcata surrexit ab inferis, evectus est ad astra, & consueto majestatis imperio Christus ab Angelis adoratur in cælo.

CAPUT XI.

De electione piscatorum.

EXinde discipulos ex piscatoribus quosdam sibimet sociavit accitos, humanas deinceps animas piscaturos, quæ lubricam sectantes mundi lætitiam, tamquam natantes vias ponti fluctuantis incertas per voluptuosos lapsus vagis cursibus erraverunt: talesque vitæ [1] conciliavit æternæ, quos nec generosa prosapia ortu terrenæ nobilitatis inflaret, nec nitor eruditæ facundiæ gloria vanæ garrulitatis extolleret, sed quos sanctum vitæ simplicis institutum superba nimis humilitate conspicuos cælo faceret jam vicinos. Namque Deus omnipotens stulta mundi potius elegit & infirma, renuens quæ sapientia videntur & fortia; quia, sicut Paullus Apostolus doctor egregius, [a] *Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus; & imbecille Dei, fortius est hominibus.* Et confestim iterum dixit: [b] *Quæ sunt stulta hujus mundi elegit Deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit Deus, ut confundat fortia: & ignobilia mundi & contemtibilia elegit Deus, & quæ non sunt tamquam non sint, ut ea quæ sunt destrueret.*

CAPUT XII.

Expositio orationis dominicæ.

QUin etiam salutem celebrem misericors cupiens adhibere Salvator, orandi quoque modum precesque constituit. Judex piissimus breviter vult rogari, quo citius annuat supplicanti. Sic orandum ergo docuit patrem, suum scilicet pro natura, nostrum vero pro gratia; honorem proprium largitus hominibus, ut quod solus habet egregium, cunctis largiretur indultum: [c] *Pater noster qui es in cælis*, qui cælorum perpetem regnatorem patris audemus nomine nuncupare, primum debemus advertere non separatim singulis, sed communiter universis donum tanti muneris attributum. Nam [2] quasi semotus a ceteris & secretioribus habitans latenter in locis, Dominum quilibet verbis hujus orationis imploret, non inquiet, Pater meus, sed *Pater noster*, quoniam soli Christo debetur hoc verbum, cujus proprie pater est Deus. Quamquam enim in omnibus evangeliis hoc habeatur adscriptum: in illo tamen evidenter Dominus Jesus capitulo juris sui potentiam singularem docuit a populari permixtione discretam, ubi discipulos confortabat alloquens: [d] *Vado ad patrem meum & patrem vestrum.* Quod ait *meum*, hanc sibi specialem gloriam congrue vindicavit: quod ait *vestrum*, generalem gratiam communiter cunctis esse patefecit. Similitudinem faciamus heic aliquam, ut ex humanis divina capiamus. Ponamus igitur quempiam nobilem virum cui filius unicus, & aliquanti sint famuli. Numquid ob hoc quod paterfamilias appellatur, potest apud eum servorum ac filii par dilectionis esse conditio, cum & ipse filius dominus probetur esse cunctorum? Nos igitur utimur hac oratione, non Christus; quoniam prece hujus supplicationis ipsum quoque deposcimus, qui cum patre unus est Dominus coæternus. Dicentes itaque *Pater noster*, confitemur nos omnes in ipso fratres exsistere. Cujus nominis non debemus affectum mutuæ caritatis expulsione contemnere, nec originalis odii monimenta sectari, quo Cain germani sanguinis fusor parricidalis maculæ factus est inchoator. Sed mansueti spiritus igne ferventes carnalis ponamus nequitiam vetustatis, & novo homine gratulemur induti: ne cum cœperint a cælestibus opera degenerare terrena, tanto patre videamur indigni qui Christo nos duce sacra natos adoptione suscepit.

[e] *Sanctificetur nomen tuum.* Sanctificatio quæ potest æstimari qua Dominus sanctificari valeat, qui cuncta sanctificat, nisi ut cor pium, mite, placidum, castum ad ejus preparemus ingressum, quatenus tali domicilio delectatus sanctificationis suæ in nobis operetur augmentum? quemadmodum ipse Dominus noster Jesus Christus in discipulis suis se clarificatum esse memorabat, qui clara semper divinitatis luce fulgebat. Nam in evangelio secundum Joannem dum pro discipulis supplicat patri, inter diversa quæ prosecutus est verba, sic inquit: [f] *Et clarificatus sum in eis*; scilicet qui claritatem meam in eis inveni. Ubi ergo & sanctificationis suæ signa repererit, sanctificare se ibidem dicit. Pietas enim illa sine modo mitissima sibi conferri pronuntiat, quidquid suis famulis ipsa fructificat. Similis itaque sensus ostenditur, & ut se benedici præcipiat, cum ipse potius universa benedicat. Namque trium puerorum in camino canentium ab omni creatura per ordinem benedicendum Dominum generalis hymnus exclamat.

[g] *Adveniat regnum tuum.* Regnum advenire deposcimus regnatoris qui regnare non desinit, ut fallacem [3] hujus mundi principem pro præsumta puniat tyrannide, solusque qui solus est [h], suum demonstret imperium, nec morte [4] constium [*], nec temporibus consumendum. Nescit etenim tempus lucis illius dies sine nocte continuus, ubi fortissimus miles [5] odorato Christo diversa mundi post pericula prœlio victor exsistens cæsariem beati capitis ornaturam perpete nobilitatus gratulabitur jam corona.

[i] *Fiat voluntas tua, sicut in cælo, & in terra.* Præcedentis & heic continentiæ sensus videtur in-

a I. Cor. I. 25. b Ibid. ꝟꝟ. 27. 28. c Matth. VI. 9. d Joan. XX. 17. e Matth. VI. 9. f Joan. XVII. 10. g Matth. VI. 10. h I. Tim. VI. 15. 16. i Matth. VI. 9.

1. *Talesque vitæ conciliavit æternæ*] Ita repono & corrigo. Corrupte erat in v. c. *conviavit*. Emendationem meam confirmat idem Sedulius, qui lib. II. Paschalis carminis, hoc ipso capite dixit, (ꝟ. 224.)

- - - talesque supernæ
Conciliat vitæ.

2. *Nam quasi semotus a ceteris*] Ita videtur reponendum ex vestigiis litterarum. Habebat enim v. c. *Nam quasuisse semotus.*

3. *Hujus mundi principem*] Erat scriptum in v. c. *hujus pro mundi principem*. Sed vox, *pro*, suo loco non videtur posita. Nescio an auctor scripserit, *hujus mundi proprincipem*.


4. *Nec morte constium.*] Ea est lectio v. c. suspecta. Sed quia illud, *constium*, varias admittit conjecturas: nullam proponam. In emendationibus enim, unam veram esse oportet.

5. *Odorato Christo diversa mundi post pericula prœlio victor exsistens*] Pro, *prœlio*, erat in v. c. *prælia*. Forte etiam pro *odorato*, rectius, *adorato*.

* *Nec morte constium*] Forte, *constrictum*. Sedulius in *Pasch. Carm.* lib. II. ꝟ. 250. ad hunc locum:

Morte vacans sine carens, - - -

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



telligi, quod jugibus dies noctesque precibus debeamus expoſcere, ut illius cælum terramque voluntas adimpleat, qui nuſquam vult eſſe nequitiam: quo dejectum cælo diabolum nec terra patiatur infenſum; ne terrenam corporis noſtri ſubſtantiam, tamquam limo concretam ſævus coluber ut eſcam ſuæ voracitatis invadat, ac peſſimis nos ſuaſionibus involutos ſquamoſis nexibus amplectatur & ambiat, donec letalibus venenis inebrians miſerabilem vitam lambendo conſumat. Ideoque Dominum deprecemur aſſidue, ut animam pariter in nobis tueatur & carnem: altera namque cæli pars ſumus, altera terræ ſemen exſiſtimus.

[a] *Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie*. Panis alimoniam quotidiani petentibus, tripartitus intelligentiæ ſenſus aperitur, quamquam ſcripturas divinas ſic oporteat omnes adverti. Ergo ſecundum litteram ſpecialiter frumentarii germinis panem veſcendi videmur gratia poſtulare: & moraliter ut ſervi dominum deprecamur quo diurnam conſequi mereamur annonam, dum tamen utriuſque rationis formam de ſpiritali noverimus procedere diſciplina. Ob hoc enim epulas victuales quotidie jubemur expoſcere, ne quid in craſtinum reſervantes, dubitare de divina pietate cernamur. [1] Quod tamen ita laborioſum probatur & arduum, ut a paucis viris atque rariſſimis talis queat regula cuſtodiri. Namque Dominus ipſe fidelis in omnibus, qui filios Iſrael productos ex Ægypto per annos in eremi ſterilitate quam plurimos ſabbatico tantum parentes, quotidianis dapibus gubernavit. Hoc & nobis, ſi fides non deficiat, ſe daturum evangelicis ſermonibus compromiſit, alloquens ſuos ita diſcipulos inter alia quæ docebat; [b] *Nolite ergo ſoliciti eſſe in craſtinum, Craſtinus enim dies ſolicitus erit ſibi ipſi*. Si vero plenius ſpiritaliter dicta de quibus loquimur velimus agnoſcere, ſentiemus hunc panem divinum eſſe ſermonem; a cujus ſubſtantiali doctrina ſi vacans animus vel paullulum jejunaverit, magnæ famis penuriam ſuſtinebit. Diſtantia ſiquidem non puſilla inter ſpiritales epulas & corporales exſiſtit. Has enim parcius edere, * illas namque præcipimur recuſare. Heic abſtinentia ſalubris, illic aviditas ſit vitalis. Denique David meditationem dominicæ legis exercenti die ac nocte, [2] beatitudini ſe his verbis prædicat inhærere: [c] *Beatus vir qui non abiit in conſilio impiorum, & in via peccatorum non ſtetit, & in cathedra peſtilentiæ non ſedit: ſed in lege Domini voluntas ejus, & in lege ejus meditabitur die ac nocte*. Hæc meditatio nimirum ſaturat & delectat tamquam mellis craſſa dulcedo, quæ licet alvum cito veſcentis adimpleat, nectarea tamen ſuavitate naturæ numquam probatur horrere. Audiamus heic etiam idem propheta quid dicat; [d] *Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, Domine, ſuper mel & favum ori meo!* Perfecte verba legis diffinivit intelligi, cum faucibus dulcia dicit eſſe, non auribus; hæc ſuper mel & favum, ori non auditui miniſtrari. Nam & ſurdi quibus auditus minime ſuffragatur, præceptis cæleſtibus per oris officium legentes implentur ſimiliter; & Apoſtolus ad Corinthios uſus epiſtola, manifeſtavit ſpiritales epulas eſſe doctrinam dicens: [e] *Et ego, fratres, non potui vobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalibus: quaſi infantibus in Chriſto vobis potum lac dedi, non cibum: nondum enim poteratis*. [3] Quis dubitet ſoluſque ambigat, hæc omnia ſpiritaliter figurari? neque enim fuiſſe illos infantes, aut lactis ab Apoſtolo nutrimenta ſumſiſſe, vel ſtultus aliquis poterit arbitrari. Sed incipientes verba legis haurire, ac paullatim divinis imbui inſtitutis, lactea velut infantes ebibere primordia ſcire convenit; quia ſicut ſalutaris cibus eſt bona doctrina, ſic noxius eſt maligna. Ideo Dominus diſcipulos monebat [f] a fermento Phariſæorum & Sadducæorum ſpiritualiter ſe cavere, ſciens acidi dogmatis virus totius dulcedinis ubertatem parvo tactu corrumpere; quoniam, ſecundum quod ait idem Paullus Apoſtolus, [g] *modicum fermentum totam maſſam corrumpit*: nam & ſi corpus Domini noſtri Jeſu Chriſti magis eſſe credamus hunc panem, ab ſpiritali nihilominus ratione nequaquam noſcitur declinare; maxime quia talis epulatio, vel talis oratio nulli gentilium, nulli Judæorum, niſi ſolis divinitus traditur Chriſtianis.

[h] *Et dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris*. Si diligentius petitionis noſtræ vota metiamur, vel tribuenda nobis indulgentia, vel neganda, propriis dignoſcitur exemplis. Hoc enim ſperare jubemur a Domino [i] quod cernimur dimiſiſſe conſervo: quippe quos paris eadem lex conditionis adſtringit, ut debitores ſicut eſſe nolumus, ita nec habere cupiamus: in aliorum namque perſonis aut abſolvimur aut ligamur. Quod ſi putatur incertum de quibus debitoribus heic agatur, ponenda eſt excuſationis infirmæ materies, & ſeu fortaſſis in culpa, ſive pecunia, vel in quocumque tibi frater reus fuerit, hoc relaxa. Nam & non tam delictorum crebra præſumtio, quam pecuniariæ quantitatis inhoneſta tractatio plurimis oſtendit apud Dominum nexibus involutos. Quiſquis enim prout facultas virium ponderatur, egenti fuerit inhumanus; Deo quæ ſua ſunt infitiatus abjurat, cujus pietas infinita miſerorum ſic tuetur anguſtias, ut quidquid pauperi diſpenſatio benigna largitur, ſibi [4] profeciſſe teſtetur. In votis etiam quæ promittimus divina beneficia conſecuti, debitores exſiſtimus, donec ea fideli mente ſolvamus. Hæc igitur quæ de pecuniariis dicta ſunt debitis, etiam de ceteris peccatorum generibus diverſis quibus æterno judicio tenemur obſtricti, ſentire nos convenit: ſcientes ob hoc ærariam ſimilitudinem flagitiis comparatam, quoniam [k] *radix omnium malorum eſt avaritia*, ſine cujus ſemine vitioſo nulla propemodum ſcelera generantur ** in mundo. Hic homicidium perpetrat ut innocenti quod affectavit, eripiat. Alter præmio ſolicitatus accepto mendacis teſtimonii fit jurator. Nonnullos ad lenocinium adulterini commercii coitus fœdæ redemtionis impellit. Alii furto ſe maculant, alii depoſitum negant. Sunt iſtis & plura ſimilia, quibus amica ſemper fames auri commilitat. Nullum tamen crimen facile admittitur, cui pecuniæ miniſterium minime ſuffragatur. Igitur divinæ pietatis munus adepti, impunitatem cæleſtis indulgentiæ conſecuti, quod accepimus invicem non negemus; ne majoribus abſoluti, cum parva non reſolvimus, maximis iterum vinculis implicemur. Moxque [l] Dominus ille miſericors donator debiti, non exactor, qui talentorum nobis decem millia relaxavit, ſi propter denarios centum ſenſerit nos ſtrangulare conſervum, ſævis tradi tor-

a Luc. XI. 3. *b* Matth. VI. 34. *c* Pſalm. I. 1. 2. *d* Pſalm. CXVIII. 103. *e* I. Cor. III. 1. 2. *f* Matth. XVI. 6. *g* I. Cor. V. 6. *h* Matth. VI. 12. *i* Matth XVIII. 33. *k* I. Tim. VI. 10. *l* Matth. XVIII. 233. ſeqq.

1. *Quod tamen ita laborioſum*] Sic emendo, pro quo v. c. *quod tamen illaborioſum*.
2. *Beatitudini ſe his verbis prædicat inhærere*] Ita ſcribo: male v. c. *beatitudinis his verbis*.
3. *Quis dubitet ſoluſque ambigat*] V. c. *que ſolus*.
4. *Sibi profeciſſe teſtetur*] Erat in v. c. *ſive profeciſſe*.

* *Illas namque*] Legendum videtur, *illas* (ſpiritales epulas) NUMQUAM *p. r.*

** *In mundo*] Sic legimus. Vulgati, *in malo*.

toribus cuncta jubeat exigendo, inque carceralem detrusi custodiam penitus egredi non sinamur, donec luamus universa usque ad modum ultimi quadrantis amissa.

[a] *Et ne nos inducas in tentationem*. Non quod Dominus (qui lucis via, pacis & semita) in laqueos quemquam tentationis inducat; sed abhorrens divinis monitis non parentes, cum eos deserit, introire permittit. Omnes enim qui lubrica sectantes mundi contagia, retibus deliciosis inclusi luxus blandæ perditionis affectant; a Domino qui puræ virtutis amator est derelicti, pergunt ingredi qua se tentatio voluptuosa pertraxerit. Ab hac igitur pedem retro nitamur abducere, [b] semitam potius conterentes angustam, quæ tenui calle multis incognita cælestium regnorum subit arduam latenter ad portam.

[c] *Sed libera nos a malo*. Cum liberari nos a malo deprecamur, bonum esse quem petimus, ut nos liberet, confitemur. Nec immerito sectandus iste qui liberat: ille fugiendus est qui trucidat. In hoc enim per bonos fructus [1] arbor vitæ: in illo per malos [2] radix prævaricationis antiquæ actus. Nam-

A que fructus intelligi evangelica lectio declaravit, ubi Dominus varias diversorum mentes aperiens, ex suis quemque fructibus, id est, ex operibus jussit agnosci dicens; [d] *Ex fructibus eorum cognoscetis eos*. Siquidem quanta distantia cælum separatur a terris, ignis ab aquis, lumen a tenebris, pax a bellis, vita [3] nihilominus a sepulcris: tantum magnæ remotionis abscessu longius bona discernuntur a malis. Duplex etenim semper electio deliberationis nostræ famulatur arbitrio, quo vel dextrum teneamus tramitem, vel sinistrum: non ignari nec dubii dextram semitam esse justorum in Abrahæ patriarchæ sinu lætantium; lævam vero profundis impiorum suppliciis deputatam. Unde nullus [4] ad

B alterum per tam grande chaos & abrupte molis immensum valeat transmeare periculum. Hæc est igitur nobis libertas optabilis, ut oves & agni summi pastoris si fuerimus digni censeri, torvos mereamur lupi morsus evadere, atque suavissima Christi per pascua largiflorentia amœnitate gratissima vitam carpere jam securam.

Explicit lib. II. qui est novi Testamenti.

INCIPIT SEDULII *LIBER III.* PASCHALIS OPERIS.

CAPUT I.

De aqua in vinum conversa.

PRima Dominus nuptiis interesse dignatus virtutis suæ documenta patefecit, ubi conviva præcipuus divinam referans potestatem non pasci visus est, sed pavisse. Defuerant namque vina solemnibus, & inter epularum cumulos ferculis aggregatos, tantum vacuati calices mera siccitate torpebant. Terrenus abscesserat potus, scilicet ut cælestis intraret. Convertit Christus ergo tunc latices in vini speciem transeuntes. Amiserunt aquæ quod natæ sunt, aquis indigentes ad potum; undaque nobilior facta quam genita, colorem mutavit pariter D & nomen. Cunctis denique mustum dulce rubebat in poculis, ac per omnium jucunda mensarum captos suavitate convivas haustus fluminei nectaris ebriabant. Stupebant fontium ministri sex hydrias quas aquis impleverant vino redundante fuscatas, subitaque Christi tota ferviſſe vindemia; quippe qui vitis aderat virtutis colona, nata fructifera sub ætherex frondis umbraculo nutriens racemos spiritalis pampini semper amœnitate victuros.

CAPUT II.

De filio reguli verbo sanato.

DEinde regulus quispiam Domino flebiliter supplicabat, ut ægrum morientis filii relevaret

C incommodum, deque sede corporea anxiantis animam labi prohiberet infirmam. Tunc divinæ potestatis humanitas quæ credenti nil denegat, nec donum dilatione suspendit quod comitatu fidei non recedit, plenam puero sospitatem voce præstitit, sermone concessit. Ita namque respondit: [e] *Vade, filius tuus vivit*. Quam imperiosa Domini potestas est, quamque magnifica! non victurum annuit, sed jam designavit. Hoc enim divinitatis est singulare, ut omne cernat præteritum quidquid decreverat affuturum.

CAPUT III.

De sanitate per multa loca multis restituta.

INde per diversas urbes & compita perque rura & vicos & castra salutiferos gressus accommodans, cuncta depulsis [5] morborum vitiis membra sanabat.

CAPUT IV.

De leproso mundato.

CUm repente de medio stipantis turbæ concilio varia leprosus infelicitate perfusus, & obsceno factus candore miserior, Dominum sic inquiens po-E stulabat: [f] *Domine, si vis, potes me mundare*. Non fuit supplicis isto parva fides in verbo, qui suæ mundationis effectum in divina tantum voluntate

a Matth. VI. 13. *b* Matth. VII. 13. *c* Matth. VI. 13. *d* Matth. VII. 16. *e* Joan. IV. 50. *f* Matth. VIII. 2.

1. *Arbor vitæ*] V. c. *arborem*.
2. *Radix prævaricationis antiquæ actus*] Sic v. c. Vox, *actus*, videri potest suspecta. — Recte, si legas *per malos --- actus*.
3. *Vita nihilominus a sepulcris*] Ita v. c.
4. *Unde nullus adulterum*] Ea est scriptura v. c.
5. *Depulsis morborum vitiis*] Erat in v. c. *mormorum*. Solemne est librariis affinitate litterarum *b* & *m* errare. Confirmat emendationem Sedulius, qui lib. III. *Paschalis carminis*, in hoc ipso capite (v. 25.)

Omnia depulsis sanabat corpora morbis.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



credidit institutum ? Namque ut eum Dominus sacra contigit manu dicens : [a] *Volo. Mundare*; confestim bicolor ægritudo discessit, ponensque maculosæ cutis horrorem peregrina corpus caruit fœditate. Cernebatur a populis repentino [1] mutatus auxilio; sanamque proferens jam figuram, vera magis in specie quoque, minus agnosci visus est in colore.

CAPUT V.

De socru Petri febre liberata.

PEtri socrum violenter affectam correptis igne visceribus, anhela febris urgebat, validique lampas ardoris æstuantibus acriter medullis insederat. Pendebat sors animæ trepidantis ambigua inter funus & vitam, gelidæque mortis adventus nimis coquebatur flamma membrorum. At ubi Dominus ægram periculis involutam tactu salutifero visitavit, letale subito fugit incendium vivaci fonte restinctum; surgensque mulier sospitata, sedulis officiosa servitiis, quæ modo langueret, sui medici fit ministra.

CAPUT VI.

Spiritibus immundis imperat.

QUin etiam diabolicæ severitatis insaniam a membris sæpius humanæ misericors collisionis exclusit, ne in divinitatis opus insertus sæviret spiritus non divinus. Passimque catervis innumeris usum corporis sauciati morbis fugientibus reformavit, [2] atque varia populos clade languoris periculo deficiente subtraxit.

CAPUT VII.

Christo navigante tempestas discipulos turbat.

DEin litoreas arenosi callis oras obambulans parvæ lintris tabulata conscendit, ac discipulis comitantibus cœperat transfretare. Cumque motu carbasi tumentis impulsa procul a litore veheretur jam carina, surgit hiems immitis & aspera totum mare funditus procellis exagitans, ac puppim fluctu recedente submersam undis iterum tumentibus allevabat. Turbaverat mæstos salus desperata discipulos, nullumque remedium in sua prorsus arte consistere fateri cogebantur; & nautæ cuncti se denique jam perire, & aut tabularum tractibus inhærentes, aut brachiali remigio pervolutos scopulosis credebant naufragos litoribus collidendos. Christus autem verus gubernator ac profidus [3] modico cervicali suffultus fluctuanti dormiens quiescebat in puppi sopitus corpore, pervigil majestate; qui secundum prophetiam Davidicam [b] *non dormitabit neque dormiet qui custodit Israel*. Cumque discipulis una simul voce clamantibus: [c] *Domine libera nos, perimus*, exsurgit suscitatus, ventis imperat ut quiescerent, mari præcipit ut taceret, subitoque ponti pariter iter

A & aeris inopinata temperies præsentiæ proditrix fit divinæ. Quid igitur convenit illa de tempestate censeri? Numquidnam [4] pelagus sævas erexit procellas in Dominum, aut seditiosum flabra luctamen contra suum movere nisi sunt conditorem? Absit ut hoc elementa tentaverint, quod injuriam ingereret majestati. Sed ut cuncta Christi virtutibus humili devotione subjecta potius censeamus, omne creditur fretum dominica navigatione lætissimum quod venerit obsequens ac procurrens ex imis undarum sedibus æstu candidiore fervescens. Sic etiam levium præpes natura ventorum, puppim qua Christus insederat, alis voluci jucunditate diffusis, tamquam regia ducis castra cœtu famulante vallaverat. Ne-

B que enim cui violentiæ potestatis licentia suffragatur, imperioso facile cogatur obedire domino; sicut * æquorum & venti divinis Christi jussionibus inclinati cursus rapida commotione præcipites languenti subito deposuere torpore.

CAPUT VIII.

Dæmones in porcos immissi.

INterea quin etiam gurgitis Dominus lenitate transvectus, relicto navigio per oram vicini litoris incedebat; cum repente duo viri sævissimi turba & dæmonum legione possessi, de sepulcralibus monumentis fremitu prosiluere terribili. Et ob hoc

C ferreis catenarum nexibus innodati. Heu quam gravis est furoris conditio! Qui vim sustinet lacerantis insaniæ, illum necesse est & vinclis pœnalibus subjacere. Convenienter tamen spiritus ille nequissimus inter busta magis habitabat & cineres, cui nihil est cum vita commune. Tunc Domino veniente perterritus, & a sedibus purgatæ mentis exclusus, in humanam rursus effigiem quam Christum videbat gerere, metuens intrandi licentiam postulare, pecus immunda sordium obscenitate lætissimum, & olentis cœni semper ** amicitiis involutum, pro suis adire meritis impetravit. Quippe niger, hirsutus & horridus propriæ deformitati consimilem studuit eligere mansionem. Tristesque continuo pha-

D langas incursus, gregem pervasit, impulit ac necavit in marina præcipitem fluenta porcinum. Nec immerito diabolus generaliter dicitur inimicus, qui cunctis ita fit noxius, ut & quos odit impetat, & quos amat exstinguat.

CAPUT IX.

De infirmo qui jussus grabatum tollit.

HInc Dominus navigio rursus famulante subvectus natalis soli fines intravit, *** ibique creator omnium nasci se voluit, illius regionis oppidum suam patriam nuncupavit. Tunc ad eum quatuor viri cervices lecto subpositi quemdam detule-

E re languentem vix adhuc hominem, jam cadaver. Cujus vita motu corporis carens funeream præludebat imaginem. Ita membra jacentia resolutis nervorum vinculis ac dimissis per fluxos artus & sau-

a Matth. VIII. 3. *b* Psalm. CXX. 4. *c* Matth. VIII. 25.

1. *Repentino mutatus auxilio*] Erat in v. c. *motatus*, reposui, *mutatus*. Nam sic idem auctor *Paschalis carminis* lib. III. (℣. 31.)
Læta peregrinam mutarunt membra figuram.
2. *Atque varia populos clade*] Male v. c. *aqua varia*.
3. *Ac profidus modico*] Sic v. c. Forte, *providus*.
4. *Numquidnam pelagus*] Ita v. c. Idem Sedulius in cap. II. epist. Paulli ad Timoth. *Numquidnam credendum est*: talis est phrasis usitata Arnobio lib. II. *An numquid orandus es?* & lib. III. *an numquid dicitis?* — Juretus heic Sedulium nostrum cum Sedulio Scoto confundit.

* *Æquorum & venti*] Forte, *æquorum* FLUCTUS *& venti*.
** *Amicitiis*] Haud suspecta vox. Sedulius *Pasch. carm.* lib. III. ℣. 82.
Sed pecus . . . . . . semper AMICUM
Sordibus.

*** *Ibique*] Ut constet oratio, legendum videtur *ubique*, sive *& ubi*. Idem Sedulius in *Carm. Pasch.* lib. III. ℣. 87.
Intravit natale solum, quo corpore nasci
Se voluit.

cios, morboque marcidæ tabis alienos, uti propriis officiis non valebant. Quem ut Dominus supernæ virtutis egere virium restitutione conspexit, a peccatis prius curavit absolvere, quæ malorum omnium sunt radices, ut in hominem depulso sordium squalore mundatum, tamquam præparatam sibi salus introiret in domum. Dicit ergo jacenti tunc misero, sed felici protinus effecturo: [a] *Surge, tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam.* Nec moratus ille parere jussis assurgit, [1] ex imbecilli validus, ex desperato confisus, ex moriente victurus; tollensque lectulum quo jacebat immobilis, & ipsius arentis ligni robore factus aridior, suis tandem plantis incedere, alienis se gaudet caruisse vestigiis, gratæque mutua redhibitione mercedis vectorem proprium humeris famulantibus mox revexit.

CAPUT X.

Jairi preces pro filia mortua.

HÆc igitur Domino faciente miracula, principis synagogæ filia vitalibus terminis occupata supernæ lucis spiramenta perdiderat, jacebatque corpus immobile soli jam debitum sepulturæ. Tunc a miseri pignoris clade genitor sauciatus excurrens, cui finis extremus spem generis abstulerat jam florentem, lacrymans ingemensque Domini volvebatur ad pedes. Vix verba precantia singultu quatiente confirmans, miserere patris orbati, miserere senis, inquiens, destituti. Unicam habeo, vel magis habui filiam, quæ modo deficiens in annis necdum puberibus constituta, paterni mihi nominis cernitur abstulisse vocabula: confer opem & subveni, dilapsamque animam membris restitue jam frigentibus, cui totum posse suppeditat, cui totum posse nil obviat. Tales vix ille preces implevit: & jam Dominus constipatus discipulis & catervis, ad puellæ gradiebatur funera suscitandæ.

CAPUT XI.

De muliere a profluvio curata.

IBat autem, turbis immixta nimio cruoris fluento per annos duodecim mulier sauciata; quæ medentibus plura conferens, nil proficiens, & facultatibus pariter vacuata prodibat & sanguine. Sed ubi credulo jam sani cordis arcano fidelis cœpit abundare præsumtio, mediis se catervis vehementer inseruit, parvam saltem desiderans summitatem dominici contingere vestimenti, latensque posterius ab extrema pendentis ora laciniæ furtivam subito rapuit sospitatem. O quam rebus arduis impetrandis plus est confidere, quam rogare! Quippe venit

A ex corde fiducia: ex lingua preces sæpius sine corde funduntur; fiducia sine corde non nascitur. Ecce nunc femina longæ passionis supplicio desperata venit ad medicum: non obsecrans, non gemens, non deplorans, sed tacens abstulit quod quærebat. Stabat in ore muto silentium, & animus exclamabat ad Dominum. Mox undosi sanguinis rivos major fidei desiccavit alluvio; cunctisque gratiæ muliebris ignaris, Christum non latuit sui muneris donum, de cujus fonte emanavit quod spes confidentis implevit; furtumque publicans tam fidele, donis salutaribus remuneratur vim rapinæ.

B

CAPUT XII.

De puella mortua suscitata.

VEntum erat interea miserandæ domus ad tecta lugentia, funus ubi virginis immaturum lacrymis omnium jacebat expositum, cœtusque flebilis ac tumultus universa vocibus amaræ jubilationis impleverat. [2] Plangebant gemitu modulante tibicines cantus * in feris blandientes; & illætabilis multitudo discurrens crebris clamosa doloribus ædes confuderat infelices. Vetat Dominus fleri somno compositam, vetat mortuam lugeri victuram. Cunctis etenim corpus videbatur exstinctum. Soli Christo qui ad vitam venerat largiendam, sopor apparebat C infusus. Et hoc quidem ad ejus gloriam pertinuit singularem, quod defunctam dixerit dormientem: ut admirabilium scilicet facta virtutum parentibus monstraturus, minus se donare pronuntians quam donabat, humanæ laudis declinaret injuriam. Tunc cadaver immobile, corpusque gelidum & frigidæ mortis rigore constrictum spiritus igne remolliens, imperiosæ vocis arbitrio virginem suscitavit a tartaro, semelque progenitam, vivere præstitit bis puellam. Stupebant parentes, in filia cunctantes credere quæ videbant; subitaque rei jucunditate permoti gaudio lacrymis plus profusis genus mutavere plangoris.

D

CAPUT XIII.

Duos cæcos curat.

INde peracta recidivæ lucis operatione discedens, duos conspicit viros amissis luminibus sauciatos talibus pæne vocibus deprecantes: [b] *Miserere nostri, fili David.* Illam scilicet misericordiam deprecabantur, ut noctem removens caligantem ex cunctis diem vultibus reformaret. Quam tutum est credere, quam sanum est in Deo studiose confidere! Corde siquidem jam videbant, qui Christo gradiente lucis semitam sentiebant. Tunc oculi mæ-

a Marc. II. 11. b Matth. xx. 30.

1. *Ex imbecilli validus*] V. c. *ex becilli*.

2. *Plangebant gemitu modulante tibicines*] In v. c. primitus scriptum erat, *tubicines*: sed librarius postea expresserat, *tibicines*, quod postremum rectius est. Nam evangelium Lucæ cap. VIII. (seu potius Matth. IX. 23.) in hujus historiæ narratione *tibicines* vocat, non autem *tubicines*. Et idem Sedulius lib. III. *Pasch. carm.* in hoc capite. (℣. 134.)

- - - - gemebant
Tibicines, plangorque frequens confuderat ædes.

Et vero illud observare est, olim in funeribus ætatum teneriorum (qualis hæc filia annis nondum puberibus constituta de qua heic agitur) tibias & tibicines adhiberi solere, Statius lib. VI. Theb.

Cum signum luctus cornu grave mugit adunco
Tibia, cui teneros suetum producere manes
Lege Phrygum mæsta: Pelopem monstrasse ferebant

E

Exsequiale sacrum, carmenque minoribus umbris
Utile.

Vetus & anonymus quidam interpres in illud Persii (Sat. III. ℣. 103.) *Hinc tuba, candelæ* cet. *Minoris ætatis cadavera* (ait) *solebant efferri cum tibia, majoris cum tuba. Hæc dicit Servius.* Sic ille interpres. Non ignoro tamen morem hunc variasse, & tibiarum, majorum etiam ætatum in funeribus fuisse usum. Ovidius (lib. V. Trist. eleg. I. ℣. 48.) *Tibia funeribus convenit ista meis.* Seneca in ludo Claudii: *Ut scires deum efferri tibicinum — tanta turba,* cet. Svetonius in Julio cap. XLVIII. *Tibicines vest[illegible] re flammæ.* Josephus de bell. Jud. lib. III. cap. [illegible] *Tibicines næniarum* conductos vocat: & D. Ambrosius lib. VI. Lucæ cap. VIII. scribit more veteri tibicines, ad incendendos excitandosque luctus adhibitos. Ceterum illud omiseram isto Sedulii loco scriptum fuisse in v. c. *clangebant*: quod mutavi in *plangebant*. Rationem vide in notis ad Sedulii *Paschalis carminis* lib. III. num. 24.

* *In feris*] Legerim equidem *inferiis*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.

sta supplicii cæcitate compressi velut oleo torpens A ignis infuso, tactu micuere dominico, dextraque serenitatis applicita suis lucernis radiarunt ora videntia.

CAPUT XIV.

Dæmoniacum, surdum & mutum curat.

HIS itaque dimissis; alius morbis & triplicibus oblatus est imbecillis, qui voce desertus, vacuatus auditu, per inania raptis usibus membra, plenus solo videbatur esse dæmonio. Hunc conversis in contrarium caussis Dominus illico sic curavit ut [1] dæmonio vacuasset ejecto, voce pariter & auditu replevisset infuso.

CAPUT XV.

Verba Christi ad Apostolos.

NEC cunctatus duodecim quoque discipulis tantumdem tradere potestatis, jubet eos omnia posse perficere quæ videbant se fecisse, totisque virtutibus opulentos mittit ad ovium indaginem perditarum, domus scilicet Israel, quia necdum per omnes jugiter gentes hujus nominis dispersérat dignitatem. Euntes ergo sic admonet inter alia quæ jubebat: [a] *Prædicate, dicentes quia propiavit regnum cælorum, infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæmonas ejicite: gratis accepistis, gratis date.* Tamquam si diceret pastorali C Dominus cura solicitus: Ego vobis operariis utpote sollertibus commendo cautius greges bonus pastor exsistens, pro quorum victuali solatio proprii juris agros impertio. Nullus itaque meis agnis & ovibus vendat pascua meæ potestati subjecta. Quod ideo prius apostolicæ tradidit disciplinæ, ut ab eorum dehinc magisterio propagata in posteros deflueret sequentis ævi doctrina: * derivata per totius mundi limitem flumina vagantur innumera. Quisquis itaque deitatis opus exercet, quod non proprium gerit, sed spiritali dignus traditione suscepit, puri muneris gratiam consecutus, puri muneris gratiæ D sit devotus, ut dispensator potius quam videatur esse mercator; & cantico Davidicæ jucunditatis impleto, spem sibi vitæ sic pronuntiet affuturæ: [b] *Quia [2] non cognovi negotiationes, introibo in potentiam Domini.* Nullus namque sine Domini largitate potest habere famulus quod ministret, aut unde dona distribuat, si non acceperit quæ dependat. Paullum audiamus Apostolum similiter hæc dicentem: [c] *Sic nos existimet homo ut ministros Christi, & dispensatores mysteriorum Dei. Heic jam quæritur inter dispensatores, ut fidelis quis inveniatur.* Et iterum monet idem doctor & dicit: [d] *Quid autem habes quod non accepisti? quod si accepisti, quid gloriaris quasi qui non acceperis?* E

CAPUT XVI.

Aridam homini dextram Dominus reddit.

SYnagogam deinde Dominus cum fuisset ingressus, cernit invalidum stupore dimensi corporis mancum, membris seminecem sauciatis, totum nec vivere nec obire, cujus arentem dextram pigri torporis glacies amputaverat, desperatis usibus jam sopitam. Tunc imperioso potenter auxilio palmam meruit cessantibus alienum in calorem sanguinis venarum motibus animari: non arte præstitit, sed jubendo concessit, dicens: [e] *Extende manum tuam.* B *Et extendit manum suam: & restituta est ei sicut altera.* Vere Dei munus est istud singulare quod incessanter exercet, qui humanæ saluti nil adimit, & semper universa restituit.

CAPUT XVII.

Mutum & cæcum factum a dæmone Christus sanat.

EN iterum lubricus adest ille chelydrus & noxius instaurator, qui livido veneno fellis uberrimus, tabo pinguescere gaudet humano, quodque per multos alternis passionibus occupatos sæpe virus effudit in unius totum membra sæviendo congessit; cui mentem rapuit, vocem clausit, lumen exstinxit, triplicesque simul clades innectens, mutum cæcumque compulit insanire. Huic misericors totius mundi salvator, lux nostra, sermo genitoris, obsceno spiritu turbato visum reddidit, os novavit; perque Verbum verba proficiunt, per lumen lumina reviviscunt.

CAPUT XVIII.

Mulier incurvata erecta.

MUlier quoque venerat sospitanda, veteri magis contracta morbo quam senio, gestu tremula, gemitibus anhela, scapulis curva, vultibus inclinata, semperque despectans humilem cernua depressione tellurem. Quæ Domini virtutibus allevata post octo juges annos ac decem; membris erecta suspensis cælum tuetur ac sidera, globumque solis ardentem aliquando reminiscitur se vidisse. Quid differat, idola colentes advertite, inter Deum quem fugitis, & dæmonem quem placatis; si placari tamen is possit qui lædere non desistit. Omnes enim quos ille possidet, opprimuntur: quos Christus jugo suavissimæ levitatis onerat, allevantur.

a Matth. X. 7. 8. b Psalm. LXX. 15. 16. c I. Cor. IV. 1. 2. d Ibid. ℣. 7. e Matth. XII. 13.

1. *Ut dæmonio vacuasset*] Sic erat in v. c. pro *vacuaret*, & mox pro *repleret*, habebat, *replevisset*. Eadem phrasis infra lib. V. cap. VII. *sibi relaxari meruisset errorem*.

2. *Quia non cognovi negotiationes*] Sic v. c. Intelligit Psalmum LXX. ubi tamen in vulgata ecclesiæ editione passim legitur: *Quoniam non cognovi litteraturam, introibo in potentias Domini*. At veteres legunt *negotiationem*, ut Arnobius in commentariis suis, ut Hieronymus & D. Augustinus. Itaque habet psalterium Romanum. Et noster Sedulius lib. III. *Paschalis carminis*, hoc ipso capite: (℣℣. 178-181.

— — — *possit*
Ut dispensator, non ut mercator haberi,
Davidisque modis vitam cantare futuram,
Intrabo in Domini requiem, quia nescio mercem.

Videtur legisse πραγματείας, id est negotiationem; alii γραμματείας, id est scripturas & litteras: quorum verborum facilis fuit mutatio. Nonnulli exposuerunt *numeros*, quia magna sit conjunctio numerorum cum negotiatione. Sed hæc psalmorum interpretibus relinquantur.

* *Derivata*] Lego, SICUT *derivata*. Sedulius *Pasch. carm.* lib. III. ℣. 173.

QUALITER *ex uno paradisi fonte leguntur*
Quattuor ingentes procedere cursibus amnes,
Ex quibus in totum sparguntur flumina mundum.

Primus ex tribus his versibus imprudenter omittitur in editione Cellarii, perinde atque in nostra: utrobique restituendus.

CAPUT XIX.

In deserto duobus piscibus & quinque panibus turbas pascit.

INde cum populum in deserto se se prosecutum, ut Moyses typicus & propheta verus, aspiceret antiqua victus sterilitate deficere, maximis antiqua solatia reparavit augmentis. Tunc siquidem repentinam multæ volucris carnem; modo duorum piscium redundare fecit quantitatem. Tunc uberrimum cælo manna diffudit; modo quinque panibus distributis totidem virorum millibus epulas abundare concessit. Ceteræ motus turbæ delituit, mulierum B parvulorumque multitudine numerum non habente; quodque magis amplius admireris, quisquis ista perlegeris si nec dum tibi nota didiceris, post expulsam saturatæ plebis esuriem cophinos ablata duodecim fragmentorum moles implevit. Nec tanta fuit copia cum daret, quanta fuit in reliquiis jam fastidiata cum tollitur.

CAPUT XX.

Super undas ambulanti Petro dextram Christus porrigit.

INterea sub cærulosa æstuantis unda fervoris oceano diem suscipiente præcipitem, cum stellatæ noctis proximum per pallidum nuntiaret adventum, terris Magistro residente, discipuli marinum soli petivere navigium, furebatque pontus expositam flabris adversantibus in carinam. Tunc umbrosæ noctis quarta fere vigilia calcatas Dominus super undas obambulans, tumidos spumosi gurgitis fluctus placido conprimebat incessu, sacraque Christi vestigia miti pelagus abluvione lambebat. Mirantur novum subito periclitantes aspectum, pedestri sub calle vias patuisse navigeras. Cunctisque nutantibus utrum vere Dominus appareret, an oculos metu discriminis obumbratos incerta caliginis simulacra deciperent: Petrus fidei socius & amicus, cui familiaris gratia semper Christum agnoscere concedebat, ut ad eum pergeret, postulavit. Vocatusque nil trepidans in marina descendit, nulla refluentis undæ rapacitate submersus, qui dominicæ manus auxilio sublevatus potentis dexteræ tutissimum confugisset ad portum, perque vitreos salsi maris campos callem secuit contra mentem, pelagi viator exsistens. O fidei crescentis augmentum! pridem retia pauperis contemsit vitæ solatium; nunc ipsam renuit vitam, quatenus veniret ad Christum.

CAPUT XXI.

De miraculis factis in terra Genesar.

GEnesar igitur terram cœtu comitante discipulorum, relicta Dominus navi calcabat; cujus incolæ gratum suscipientes adventum, suos diversis languoribus impeditos ad divinam sanandos præsentiam congregabant, ut fimbria saltem vestimenti ejus adtacta morbis mederetur asperrimis. Et quisquis meruit hoc potiri, compos factus est mox salutis. Quam pretiosa fuit hæc vestis! vel pretium magis ista non habuit, quæ nullo venumdata com- A mercio, parvi fili muneribus ipsa redimebat universos.

CAPUT XXII.

Chananeæ filiam a vexante spiritu liberatam.

HInc Tyri Sidonisque prætereuntem regionis itinera, mulier Chananæa pro filiæ vitio sauciatæ quam spiritus ater insederat, suppliciter obsecrabat, se canibus postulans exæquandam, qui dominorum mensas sagaciter non relinquunt, ut reliquias delambentes excussas cadentium micarum exiguitate pascantur. Vox humillima, sed fides excelsa; quæ filia sospite canem transtulit mox in ovem, inque sentibus suæ gentis exortam, Hebræi graminis fecit introire per pascua.

CAPUT XXIII.

Millia ægrotorum a morbis liberata.

ALtera dehinc juga montis ascendens populo comitatus innumero, millia claudorum pariter & cæcorum, surdos etiam & leprosos conventus, ac manibus imbecilles, & quidquid ægrum vulgi confluxerat, usum reformavit in pristinum, suisque nervis & motibus organa debilium statuit C temperata membrorum.

CAPUT XXIV.

Septem panibus & paucis piscibus pasta multa hominum millia.

DUmque mirabilis operatione virtutis agmen refovet sauciatum, dies tertius decurrebat, & in locis arida siccitate jejunis nullam victus attigerat plebs defatigata substantiam; geminisque laboribus excitandum languens inedia nutriebat incommodum, si per callem redituris gressibus imminentem longam penuriæ sarcinam populus sustiD neret [1] exhaustus. Qua miseratione flexus omnipotens qui semper largus panis est indigentum, ibi cibos impertit, ubi fruges sterilis necessitas abnegarit; paucis admodum modicisque pisciculis & septem panibus comminutis quatuor millia virorum saturavit, præter feminarum agmen immensum, & parvulorum examen apibus coæquandum. Utque magis aliud plus mireris, auctæ sunt epulæ dum vorantur, & cibos morsibus enutritos fecunda mensis detrimenta generarunt. Expavit proprias fames fugitiva reliquias septem sportarum cumulis aggregatas, ubi tanti fragminis ubertate collecta, vidit parvo de semine messem redundare multiplicem.

E

CAPUT XXV.


In monte Dominus transformatur.

QUamvis autem humani corporis Christus a maternæ generationis occasu membra videretur ferre mortalia; latere tamen Deus esse non potuit, quia [a] nec civitas in capite montis absconditur constituta, nec ardens cavo ponitur lucerna sub modio, sed altius elevata vivacis flammæ substantia lumen omnibus administrat. Tribus namque discipulis secum testibus, in excelsa mon-

a Matth. V. 14. 15.

1. *Populus sustinens exhaustus*] V. c. *exhausus*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



tis abductis, speciem suæ gloriæ transfiguratus osten- A dit, & * velut igneus ardor solis radiavit aspectus, nivis candorem vestibus imitatus. Cur vero divinæ majestatis splendidissimam claritatem quam nullius aspectus potest acies intueri, solis & nivium figuræ visibili prudentissimus Evangelista contulerit, ratio manifestior docebit. Nihil est siquidem in hoc mundo sole clarius, nive candidius: & ob hoc ** illud speciem summæ divinitati ratus est conferendum, qua nihil mortalibus ultra oculis probatur esse concessum. In tantum namque Domini fulgor ille præcipuus & solem superabat & nives, ut solem quidem nivesque conspicere facile cuilibet obtutus suppeditet. Christum vero propriæ lucis claritate fulgentem cum nequirent Apostoli cer- B nere, pronis in terram vultibus conciderunt. O sublimium meritorum grande fastigium, quibus data sunt hæc in mundo cognoscere, quæ mundus non [1] merebat advertere! Quid quod & Heliam nihilominus ac Moysem corporalibus ignotos aspectibus, oculis interioribus cognoverunt? ut majoris fidei veritas innotescens, illum, α & ω, id est, initium esse finemque monstraret, ad quem tales prophetæ visi sunt convenisse; quorum alter adhuc vivaci senio perfruatur, alterius finalem luminis metam nullus humanæ sortis excedat cursus: fidereique sermonis oraculo cælitus prorogato, cum dicit: [a] *Hic est filius meus dilectus, in quo bene complacui*, verbo docuit Christum vox paterna pro- C genitum.

CAPUT XXVI.

Fugatus dæmon a corpore pueri.

AT postquam corporeum Dominus resumsit aspectum, carnisque velamine rursus æthercam protexit effigiem, seque palam populis demonstravit; quidam repente vir humilis genibus inclinatus, mærore dejectus supplicans sic orabat: Unicus mihi, Domine, superest filius, si superesse dicendus est, in confinio mortis vitæque suspensus; quem spiritus nimium debellat immundus, eumque dila- D cerans, aut flammis exurere, aut in aquis nititur molestis frequenter exstinguere, multisque fatigato periculis terminum machinatur extremum. [2] Hunc oro, depulsa mentis insania mihi redde vel sibi, ne potestas inimica luci & cæca misero vitam subtrahat desperatam. Hæc adhuc fletibus ille gemituque fundebat; & Dominus pio jam pectore puerum sospitabat. Tunc prædo furibundus & turbidus, qui male tractatam juris alieni fabricam diu vexarat, perversæ domus habitaculo migraturus, in iram stimulatur accensam; correptaque membra discerpere Domino vetante non prævalens, in inferna puero pervolavit illæso.

CAPUT XXVII.

Tributum solvere Cæsari Christus Petrum jubet.

REx [b] etiam qui solus est *regum, & dominus* probatur esse *dominantium*, tributum non dedignatus inferre cæsareum, de marinis fluctibus piscantem Petrum jubet erigere natantem *** dragmatis aurei portitorem. Tunc mobilium velox habitator undarum voravit tremulas hami decipientis insidias, a genuinis æquoribus calamo flagellante suspensus, piscisque vilissimus divitem deferens pensionem, pluris valuit honore ponderis alieni quam proprii. Quantum hoc nihilominus facto suæ nos Christus imitatores voluit esse doctrinæ! qui cum renuere posset indignam hujus præbitionis injuriam (utpote cui nihil erat sociale cum plebe, nisi ut salutaribus cunctos beneficiis adjuvaret) maluit superfluum munus exsolvere, quam petenti cuilibet aliquid negare; ut justitiæ conditor & magister qui dixit, [c] *Omni petenti te tribue*, primus instituta suæ legis impleret.

CAPUT XXVIII.

Interrogato Domino quis in regno cælorum major sit, respondit esse humilem.

CUmque simpliciter, ut solebant, eum percunctarentur Apostoli, quis major in cælorum posset regno censeri; tamquam Deus doctorque mirabilis, omnibus humilem respondit esse potiorem, cunctosque præcellere qui cunctis se se novissimum præstitisset, velut puer infantulus quem spiritalis exempli gratia tenebat in medio constitutum; ævi scilicet pusilli vel teneri sectandum præcipiens ingenium, non ætatem. Quoniam anni videlicet infantiles [3] exiguæ parvitatis nec mundanæ pompæ quid [4] diligunt, nec honoris ambitione tanguntur, nec tumore superbi fastus inflantur. Ideoque vitæ simplicitas inclinatæ, quantum vicina fit solo, tam fit vicina cælo. Mens enim vergens erigitur; erecta devergitur; inferiorque cordis incessus quo descendere nititur, sublimatur. Humilem namque Deus & pauperem de sordibus erigit, & potentum societati conjungit. Cervicem diabolicæ vere superbiæ de cælesti dignitate præcipitem in squaloris tartarei profunda dejecit. Ita namque lectio divina proloquitur: [d] *Humilibus Deus dat gratiam, superbis autem resistit*. Et iterum similiter memo-

a Matth. XVII. 26. *b* Apoc. XIX. 16. *c* Luc. VI. 30. *d* Jac. IV. 6. I. Pet. V. 5.

1. *Non merebat advertere*) Sic diserte scriptum in v. c. non autem *merebatur*. Ejusmodi locutiones etiam in hoc auctore observavi tribus locis. Nam infra lib. IV. cap. XX. *Sidereum cum patre moderat imperium*. Et lib. V. cap. III. *Et omnem vagis cum nubibus oram lucraret æthercam*. Sic ubique v. c. Nazarius in panegyrico dicto Constantino (cap. XX.) *spem gratiæ munerabat*. Ita v. c. Vulgo: *munerabatur*. Mamertinus in panegyr. dicto Juliano (cap. XIX.) *& probrosissimum adulabant*. Idem alio loco (cap. VIII.) *neque urbes hospitas populant*. Sic Pacuvius apud Nonium: E *Neque tuum te ingenium moderat*. Sed ne quis ista nova putet, legat libellum ejusdem Nonii *de contrariis generibus verborum*, ubi infinita hujusce rei exempla citat. Symmachus noster lib. VIII. epist. XLII. *Mea cura non deerit, quæ te stili vicissitudine muneret*. Ita enim restitui ex v. c. Vulgo mutatum fuit in *muneretur*.

2. *Hunc oro, depulsa*] V. c. *ore*.

3. *Infantiles exiguæ parvitatis*] Male v. c. *infantiles exigui*.

4. *Quid diligunt*] Sic scribo: erat in v. c. *qui diligunt*.

* *Velut igneus ardor solis*] Vulgati codices, *velut igneus solis radiavit*. Ut sensus constet, vocem *ardor* inteximus, ipsum Sedulium secuti ex lib. III. ℣. 279. ubi sic:

. . . . *velut igneus ardor*
Solis.

** *Illud speciem — conferendum*] Legendum videtur, *illud speciei* (scilicet, tum solis, tum nivis) — *conferendum*. Al. *illius speciem — conferendam*. Quod minus placet.

*** *Dragmatis*]. Leg. *didrachmatis* ex ipso Sedulio lib. III. ℣. 316.

rans dicit: [a] *Suscitans a terra inopem, & de stercore erigens pauperem: ut collocet eum cum principibus, cum principibus populi sui.* Omnis enim paupertas humilitatis socia. Audi Salomonem dicentem: [b] *Paupertas humiliat virum.* Sed parva nimis exiguaque referimus, si per singula divinitatis facta currentes specialiter revolvamus, quæ nullis explicanda sermonibus generaliter innotescant.

Explicit liber tertius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

SEDULII

PASCHALIS OPERIS,

LIBER IV.

CAPUT I.

De contemtu mundi & eleemosynis faciendis.

JAM cum denuo Jordanis fluenta transgrediens, Judææ semitam præteriret, passim vulgus immensum & catervas ab omni varietate languoris sine nomine curavit innumeras, infirmos accipiens, & columes remeare concedens. Nil igitur summo conferre difficile est de se sperantibus Domino, cui facultas prona suppeditat ardua [1] planare, curva dirigere: quod est superbos ad humiliora deponere, errantibus semitam demonstrare. Esaias namque propheta magnificus ita noscitur elocutus, Christi cum denuntiaret adventum: [c] *Et erunt prava in directa, & aspera in vias planas.* Numquid de saxis aut sentibus aut inflexis viarum prophetavit anfractibus, cum Christus ad salvandum venerit mundum, non silvis & montibus, sed humanis gentibus constitutum? Hoc est illud etiam, [d] *Vox clamantis in deserto*, quæ monet, *parare viam Domino, rectas facere semitas ejus;* viam scilicet cognitionum & semitas voluntatum, qua Dominus ad mundi cordis habitaculum recto graditur ingressu. Cogitationes etenim & voluntates viæ sunt operum, quæ bonum cujuspiam sive malum præcedere videntur effectum. Quidquid ergo naturaliter vis denegat, divinæ facillimum subjacet potestati. Namque bellua camelus immensa sicut foramen acus exiguum pro tanti corporis mole non potest transmeare; sic opulentus dives & tumidus nequit ad regna cælestia, tenuem angusti callis introire per portam, nisi rerum providus gubernator qui totum lege continet, nec tenetur ipse sub lege, quem nulla umquam facies aspicit, sed ipse cuncta semper intendit, motos hac conditione discipulos talibus fovisset alloquiis consolator: [e] *Apud homines hoc impossibile est, apud Deum autem omnia possibilia sunt*: non omnibus quippe divitibus patrimonium sui census est oneris, sed illi qui propriæ malus rector est ubertatis. Nam cum dicit Dominus per prophetam: [f] *Aurum & argentum meum est*, ostendit non esse malum quod ejus est, si operarius illud bonus habuerit: nihil etenim differt utrum bonis quis operibus nil dependat, an plurima malignis effundat. Ille siquidem suas tuto servat opes & collocat, qui [g] cælo thesauros occultat ac recondit, ubi non edacis tineæ, nec æruginis scabræ quidquam morsus absumit, nec furibus ad furandum aditus reseratur effossus; qui jejunis cibum, sitientibus potum, peregrinis ministrat hospitium, mæstos solatur in carcere, fovet ægros in corpore, cunctisque largissimus, sibi tantum pauper est & egenus. Nec dubitare quis debet illam prorsus in cælum substantiam pervenire, quæ sub vilissima pauperis forma Christo probatur impensa, quæ detrimentis augetur, spargendo servatur, perit ut maneat, vitam [2] mortua repræsentat.

CAPUT II.

Duorum cæcorum curatio.

INterea dum populo Dominus comitante vallatus Hiericum fuisset egressus, duos oculis captos aspicit considentes in aggere, reddi sibi lumina postulantes: petebant ita confidentes gressuum [3] cum mobilitate confidere. Sed tenebræ reluctantur adversæ: nec cunctata vel paullulum virtus illa pietati nil abnuens quæ salutem consuevit inferre, qua fidem sentit ardere, diuturno lumina somno compressa vigili repente tactu excitat, claustraque latentium sub fronte reserans fenestrarum, intrante protinus die noctem pepulit caligantem.

CAPUT III.

De ficu quæ aruit Domini jussione.

HInc sacra templi per mœnia rursus obambulans, cæcis dedit aspectum, claudis reformavit incessum. Post hæc nobilium monimenta virtutum, Davidicam deserens civitatem, venerat in loca Bethaniæ, dieque remeans subsequente ad ejus urbis denuo tecta pergebat. Ficus haud procul a semita connexis frondium velamentis umbrosa, cujus in robore cum nullum penitus pomum Dominus carnaliter esuriens invenisset, inhumanos arboris ramos non maledicto sauciat, sed præcepto condemnat, increpans sic in eam: [h] *Numquam in te fructus nascatur in æternum.* Confestim ficulnea succis viduata subtractis, infecunda protinus & deformis comarum posita dignitate peraruit. Non

a Psalm. CXII. 7. 8. *b* Prov. X. 4. sec. LXX. *c* Isa. XL. 4. *d* Ibid. ℣. 3. *e* Matth. XIX. 26. *f* Joel. III. 5. *g* Matth. VI. 19. 20. *h* Matth. XXI. 19.

1. *Ardua planare, curva dirigere*] Existimo ita emendari oportere, pro quo habebat v. c. *curva dirigere*: quæ postrema lectio, quamvis ferri possit, minus tamen apta est. Nam curvum directo heic opponere voluit. Docet id aperte idem Sedulius lib. IV. *Paschalis carminis* sic inquiens: (℣℣. 5. 6.)

- - - *cui prona facultas*
Ardua planare, & curva in directa referre.

Veteres dicebant proverbiali specie, *curva corrigere*: ut Plinius lib. V. epist. ult. *Invenimus qui curva corrigeret.* Sic Seneca in ludo Claudii: *Hic nobis curva corrigit.*

2. *Vitam mortua repræsentat*] V. c. *vita*: non obscura erroris caussa est.

3. *Gressum cum mobilitate confidere*] Sic v. c. sed vox *confidere* heic non apte convenit: malim *consistere*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

tamen hæc accipiamus ad litteram, licet manifeste credantur impleta; quoniam spiritalibus caussis convenit lex divina cognosci. Quid enim materies sine sensu peccaverat? præsertim quæ fructum, sicut Marcus Evangelista commemorat [a], incongrui ratione temporis non habebat; nisi ad instructionem Dominus nostræ utilitatis hoc ageret, qui factorum sermonumque parabolis vitale nobis iter ostendit. Omnis igitur humanæ conversationis industria quæ Deo nil studet nutrire quod placeat, tamquam pigri stipitis arbor inutilis, plena fronde, non germine, lignis æquabitur concremandis: quemadmodum & [b] illa ficus infructuosa consistens, quam Dominus vineæ qui eam plantaverat præcipiens amputari, sub unius anni dimisit induciis: ut si fructum vel sero redderet, permaneat; alioquin merito jam periret. At vero, juxta canticum psalmi dicentis: [c] *Justus sicut palma florebit, & sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur.*

CAPUT IV.

De muti curatione.

EXin oblatus est ei quidam cum furoris incommodo, sermonis quoque subjacens detrimento; cui præclusis faucium spiramentis nulla labiorum cymbalis vox sonabat, nihilque penitus ore denuntians, tacendo mutam publicat insaniam. Sed conditor ille sidereus, infirma roborare consuetus, latronem [1] angustis anhelatibus imminentem a faucis obsidione decutiens, per aperta vocis itinera resolutæ vinculis linguæ plena reddidit loquaci libertate commercia.

CAPUT V.

De meretrice quæ lacrymis pedes Domini rigavit.

PRæterea dum Pharisæi cujuspiam postulantis propria Dominus sublimaret humilitate convivium, aderat properante ingressu peccatrix mulier & famosa, quæ multis delictorum vulneribus sauciata vitam gerebat obscenam. Denique corruens provoluta vestigiis, nec fletu proluere, nec crinibus detergere, nec pretioso quiescebat unguento pedes osculans irrigare; donec promulgata Dei sententia (quem cadentibus manum dare non pœnitet, si nos antiquæ lubricum pœniteat jam ruinæ) verbis indulgentiam talibus relaxaret dicens: [d] *Fides tua te salvam fecit: vade in pace.* O quantum miseris opitulatur infirmis illud confessione detergere quod absconditum fit letale! Nutrit namque sua vulnera qui celarit, & stimulo doloris insertam medico nudare negligit plagam. Ecce nunc femina diuturni contagio morbi polluta parvi gemitus afflictione purgatur, suique gurgite fletus abluitur, & lacrymis perfusa, capillis extersa, discedit munda quæ venerat sordida.

CAPUT VI.

De dæmone ab humano corpore fugato.

AD urbem quoque Capharnaum nomine Dominus cum venisset, in qua plurimos synagogæ consilio cælesti populos edoceret, subito per humanæ vocis ministerium corporale nequissimus ille diabolus talem fremuit in clamorem: [e] *Quid tibi & nobis, Jesu Nazarene? venisti perdere nos? Scio quis sis, Sanctus Dei.* Moxque Domino minaciter dicente perterritus atque dejectus: [f] *Obmutesce, & exi de homine, spiritus immunde*, magno reboans cum mugitu, quo divino se fateretur imperio verberatum, reliquit humana præcordia, fugiens in auras non videndo obscuras.

CAPUT VII.

Cur ejectos e corpore dæmonas Christus loqui non sinebat.

SImiliter, Dominus multis diversæ languentibus & variæ cladis calamitate vexatis opem præstitit salutarem; multaque dæmonia verbo suæ potestatis exclusa loqui penitus non sinebat, fidem majestatis æthereæ tali dedignatus teste vulgari: quippe vetus anguis ille tartareus, vitæ perditor, mortis inventor, cum tota socialis pompæ dementia totoque damnato militiæ fœdo satellite, cælesti dejectus e culmine, Christum quem in illa noverat arce sidereum, stupebat in terris carnis humilitate vestitum, magisque gemebat [2] hinc lividus, quod virtutis Domino cernebat hominem sic dilectum.

CAPUT VIII.

Mutum & surdum curat Christus.

DUmque tria dehinc loca præteriens, Sidoneo Dominus graderetur in litore, curavit oblatum gemina quemdam calamitate miserrimum, qui vocis & aurium privatus officiis, nec sua dare, nec aliena poterat verba suscipere. Sed tactu manus æthereæ cunctis penetralibus quæ pernix clauserat violentia disruptis, repente fores patuere impulsæ, venarumque custodiis protinus relaxatis, qui modo mutus videbatur ac surdus, & ipse loqui meruit, & alios loquentes audivit.

CAPUT IX.

De magna piscium captura jussu Domini.

TU quoque dominicæ virtutis dona sensisti, cujus in oculis tartarea cæcitate compressis Christus ut exspuit, speciem illico simulatæ mortis extersit. Cumque perennis vitæ suffragia sacris habere populos edocens institutis, Deum se esse manifestius aperiret, evitans paullulum turbas præcipitanter infusas, ad stagnum marini gurgitis venit, parvaque Simonis residens in carina, plebem in litore permanentem divinis imbuebat oraculis. Tandem dicta diffiniens numquam desideriis copiosa, jubet altius eunte navicula pelago retia dimitti piscantia, quæ totius noctis evoluto circulo, nihil trahere de profundis opere valuere frustrato. Paret Simon sacro lætus imperio, turbasque fluctivagas linea doctus obsidione concludens, aquosi marmoris gentes murali cinctas protectione captivat; tantumque piscium multitudo sinus cumulavit extensos, ut & Simonis, & quæ socia puppis adstabat, squa-

a Marc. XI. 13. *b* Luc. XIII. 6. seqq. *c* Psalm. XCI. 13. *d* Luc. VII. 50. *e* Marc. I. 24. *f* Ibid. ℣. 25.

1. *Angustis anhelatibus*] Male v. c. *anhelantibus*.

2. *Gemebat hinc lividus*] V. c. *libidus*: sic sæpe in his libris.

mosis molibus occupata, periculis erepta sit vix carina. Sic nos etiam plerumque perturbat maximi successus inopinata felicitas; & gaudium quod votive suscipimus, si modum mensuramque transscenderit, velut munus intolerabile jam timemus. Quæ promta divinitate conceduntur, metuunt homines optare.

CAPUT X.

Mortuus juvenis Christo jubente surgit.

TAlibus insignis clarusque virtutibus, urbem quæ Naim dicitur, properabat intrare discipulis Dominus populisque vallatus; cum repente juvenis B aspicit cadaver efferri vanis exsequiarum muneribus tristi ministerio sublimatum, cujus matrem secundo sors invida pridem marito, nunc filio geminæ viduaverat urnæ miseria: nihilque remorata pietas doloris inimica vitale protinus commodavit auxilium, feretroque [1] manu redemtionis adtracto, dixit Dominus ad defunctum: [a] *Adolescens, tibi dico, surge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit eum matri suæ.* Licet enim juvenis luce privatus, torpore fuerit pigræ mortis oppressus, & funus veheretur exstinctum; nec famulus Domino se vocante reticere, nec spiritus præsente vita poterat non redire. Mox igitur omnis erat lacrymando qui [2] nubila facie, redditur serenata C conventus, & in recidivum tramitem posito gressus mærore convertens, suis sedibus matrem candida revocavit pompa gaudentem.

CAPUT XI.

Septem malos spiritus e Maria jubet Dominus exire.

NEC tibi Maria salus exigua Domino medicante collata: multis vulnerum plagis læsum pectoris curavit arcanum, quam septena rabies globo cuneata dæmonico septenis armorum motibus possidebat. Sed squamei serpens maculosus erroris, D tremenda fugiens omnipotentis imperia, tuo expulsus ex corde chaos tartarei petivit inferni, septem membrorum gyros torquens, septenisque voluminibus evanescens.

CAPUT XII.

Summa data potestate, discipuli ad prædicandum missi.

TUnc ne copiosæ messis germen uberrimum rari cultoris opere deficiente langueret, alios quoque duos & septuaginta discipulos mente simplices, puritate fulgentes, qui numero meritoque E conspicui libra digni in aurea nuncupari velut insontes agnos & mites ad asperas hominum mentes quasi lupos inter jubet ire raptores, talibus eos verbis hortatus & adloquens: [b] *Ite, ecce mitto vos sicut agnos inter lupos.* Rursusque reversis alacribusque eis etiam ut dæmones subjacerent, dixit, hæc admonens: [c] *Ecce do vobis potestatem calcandi super serpentes & scorpiones, & supra omnem virtutem inimici; & nihil vobis nocebunt. Verumtamen nolite gaudere, quod spiritus vobis subjecti sunt. Gaudete, quoniam nomina vestra scripta sunt in cælo.* Hæc est enim regula divina judicii, vitam factis anteferre, non facta vitæ præponere. Nam si meritum sancti cessaverit instituti, nihil habent [3] momenti miracula, quæ probantur & a malignis frequenter ostensa, quibus ille secretorum testis & arbiter, gestorum seu retributor dictorum Evangelistæ prædixit eloquiis: [d] *Non novi vos: discedite a me omnes qui operamini iniquitatem.* Talis sub Ægyptia quondam Pharaonis aderant tyrannide duo sceleratæ societatis artifices; qui Memphiticis vanitatibus confidentes, Moysi cælestia nitebantur æmulari miracula, dolisque magnificis fabricatas humanis visibus nebularum opponebant imagines & figuras.

CAPUT XIII.

Hydropicum Dominus curat die sabbati.

INterea cujusdam Pharisæorum principis veniens obsecratus ad epulas, non magis vescendi gratia, quam ejus domum clarificare festinans, vidit hominem falso crassitudinis tumore distentum, cujus aqua redundante perspicuus utris putabatur esse, non uterus, prægnansque cutis immanitas necem parturibat inclusam, & tabescentium detrimento membrorum sinus augebatur immodicus. Ita macies ubique dominata totum hydropem in alvum turgidam congregarat. Non tulit mundi Pater hanc speciem se præsente consistere, suaque sabbata quæ tunc aderant non curavit, hominem festinans curare, quem suum magis esse desideraret. [e] *Nec enim hominem propter sabbatum Deus instituit*, sicut in alio Evangelii sancti capitulo suis Dominus ipse verbis edocuit, *sed sabbata propter hominem procreavit.* Tunc opus salutis impertiens, humentem viscerum desiccari jussit illuviem: cum repente morbosa paludis corporeæ unda discessit, lacusque vitreæ jam carnis exhaustus lymphatæ pestis subito vacuatus abscessit.

CAPUT XIV.

Leprosi decem mundati.

CUmque Dominus Hierosolymam petens, per Samariam & Galilæam Hiericumque transiret, quoddam castrum clementer ingressus est; quem procul ut decem miseri videre leprosi, maculosæ corporis obscenitate fœdissimi, quos discolor sparsa vultibus pœna turpi fecerat deformitate portenta, simul una voce clamavere flebiliter: [f] *Jesu magister, miserere nostri.* Tunc singularis illa potentia quæ numquam pietate fit vacua, respondit ac miseranter dixit: [g] *Ite, ostendite vos sacerdotibus.* Subitoque dum properant, fugit omnis ex eorum membris iniquitas, & mutuis se visibus intuentes alterna pariter mundatione gaudebant, quod in nullo quidquam ex horrenda varietate remanserat. Ex quibus unus tamquam decimas præ omnibus percepti muneris oblaturus, grata festinatione regrediens, ante Dominum se prostravit in

a Luc. VII. 14. 15. *b* Luc. X. 3. *c* Ibid. ℣℣. 19. 20. *d* Matth. VII. 23. *e* Marc. II. 23.
f Luc. XVII. 13. *g* Ibid. ℣. 14.

1. *Feretroque manu redemtionis attacto*] V. c. *manus*. Dixit autem *redemtionis*, pro *redemtoris*, more suo loquendi.
2. *Qui nubila facie*] Sic lego. Corrupte v. c. *nubila facile*.

3. *Nihil habent momenti*] Erat in v. c. *monumenti*. Idem Sedulius lib. IV. *Paschalis carminis*: (℣℣. 164. 165.)

- - - miracula nil sunt,
Quæ faciunt plerumque mali.

faciem. Magna viri fides, magnaque prudentia, A sub unius qualitatis effectu gemina luit devotione officium: fides, quod ob hoc se mundatum credidit quia rogavit: prudentia quod sacerdotibus se jussus ostendere, Jesum maluit adorare. Quis enim nisi Dominus Christus pontifex pontificum, sacerdos sacerdotum, gemini libaminis auctor & conditor, cujus secundum ordinem Melchisedech munera quæ pro nobis obtulit crucifixus, sui corporis consanguinitate offeruntur, triticeæ sementis cibus suavis, & amœnæ vitis potus amabilis?

CAPUT XV.

Cæcus curatur.

CUM Timæi filius juxta viam fraudatus lumine resideret qua Christum cognoverat transmeare, crebroque vociferans cum clamore, nec populis vetantibus conticescens, oculatæ sibi tribui copiam claritatis magis ac magis postularet; ad Christum venire jussus aliena manu perrexit, & voti compos accepti nullo fultus duce rediit. O confidentiæ virtus infracta, quam violenter impetras quæ optatis & assiduis ex corde precibus congregatis tamquam debitum exigis, qua quod postulas sic mereris! Quidquid enim pro qualitate difficile res durior abnegarit, sola votis simplicibus & honestis oratio frequens obtinet supplicantis: non quod aliquid Deo difficile, sed quod magnitudo caussæ sit humanitatis desperare: sicut [a] ille nocturno silentio qui panes sibi diutinus negante postulans ab amico, quæ jure caritatis merere non valuit, auxilio justus importunitatis [1] extorsit.

CAPUT XVI.

Christus a Samaritana aquam petit.

SAmaritana quoque Dominus loca præteriens, humanæ sitis ardorem [2] die collegerat æstuante, fonsque jugiter pervius & perennis aquæ semper irriguus, undam desiderabat exiguam, qua materiem gerebat corporis, epotandam. Heic mulier illius regionis indigena quæ profundo latices hauriebat e puteo, modicæ cunctatur munus aquæ tribuere. Cognoscens voce prophetica numeroso vel alieno de conjuge sui criminis vitam, immortalia sibi Dominum fluenta largiri orat; quorum numquam deficiente substantia sitis deficeret abolenda: ignorans prorsus ac nesciens nullum tanto munere potiturum, nisi qui gurgite Jesu Christi submersus, undis spiritalibus anima fuerit, non corpore satiatus.

CAPUT XVII.

De muliere in adulterio deprehensa.

DUmque hujus tonans ore Salvator sacri mœnibus resideret in templi, populum miseratus errantem in rectum tramitem amica [3] vitæ monitione convertens, ecce ducebatur abstracta cœtu magnæ multitudinis præceps adultera ad eum deformis, legitimæ consuetudinis instituto lapidum jactibus obruenda. Quam pio judici sævus accusantium furor ingessit, damnare cupiens, liberavit. Nam conditione proposita ut puniendi sceleris au- B ctor exsisteret qui sceleris nihil haberet; nullus suo judicio purus inventus est qui [4] feriret impuram: Nec enim [b] ex alterius oculo festucam quis audebat evellere, cum trabem sciret in proprio permanere. Mox igitur totum rapidæ seditionis incendium conscientiæ fuit immunditie restinctum, omnisque [5] tacitate confitendo reus inventus est accusator. Tunc clemens Domini mitisque sententia manifesti criminis mœcham non judicans absolvit, sed miserans non punivit; reversuram scilicet ad pœnam si reverteretur ad culpam. Nam [c] quisquis canino ritu, illuvies quas evomuit, appetit & relambit; nec veterem studet habere veniam nec futuram, hujus lucra deperdens quam inaniter ad- C quisivit, illius damna sentiens ad quam pervenire non meruit.

CAPUT XVIII.

Cæcum natum Dominus curat.

HAC etiam Dominus e regione discedens cæcum conspicit naturalem, qui miseræ matris ex utero lapsus ipse miserior, in lucem sine luce pervenit. Tunc humani sator ille principii mundique conditor atque perfector oris sui fabricam non passus manere minus impletam speculari, deficiente materia, lutum (naturale scilicet instrumentum) D genarum claustris illiniens, quod in homine minus esse conspexerat, de veteri bonus opifex cæmento supplevit. Nec prius tamen ille sumsit aspectum, quam Domini præceptis admonitus Siloæ salubrem venisset ad laticem, & * tutus consanguinei medicamento jam limi unda oculos habuisset infusa. Mox itaque sanis ex vultibus acies gemellæ fulserunt tandem, dignæ conspicere quem prorsus ignotum habuere primitus diem. Omnes igitur hæc spiritualiter legentes oportet advertere, quid mystica doceant hujus facti miracula. Cæca sumus enim proles fetibus Hevæ creati miserrimæ, per tenebras genuinæ caliginis longis erroribus incedentes. Sed postquam Deus habere dignatus est E humanæ [6] carnis effigiem, data nobis est terra sa-

a Luc. XI. 5. seqq. *b* Matth. VII. 3. *c* II. Pet. II. 22.

1. *Extorsit*] Male v. c. *extorsi*.
2. *Sitis ardorem*] Erat in v. c. *adorem*.
3. *Amica vitæ monitione*] Male v. c. *vita*.
4. *Qui feriret impuram*] Ita correxi perspicuo sensu. Nam depravata scriptura exaratum erat in v. c. *qui ferret in puram*. Probat emendationem idem Sedulius lib. IV. *Paschalis carminis*, hoc ipso cap. (℣. 242.)

- - - *Obscenæ feriens contagia mœchæ*.

5. *Omnisque tacitate confitendo, reus inventus est accusator*] Pro *confitenda*, quod male erat in v. c. reposui, *confitendo*. Mox in eodem v. c. pro, *tacitate*, scriptura videbatur referre, *tacitecte*. Nisi quis malit, *tacite*. Sed stilus Sedulii indicio est ab illo scriptum, *tacitate*: cujusmodi vocibus solet delectari.

6. *Humanæ carnis effigiem*] V. c. *humani*. Solet autem auctor de corpore Christi loquens, dicere effigiem corporis, ut supra lib. I. cap. XXIV. *cælitus petisti terrena, humanam dignatus es sumere effigiem*. Lib. III. cap. XXVI. *carnisque velamine rursus ætheream protegit effigiem*. Et antea ejusdem lib. III. cap. VIII. dixerat. *In humanam rursus effigiem, quam Christum videbat gerere, metuens, intrandi li-*

* *Tutus*] Ita quidem vulgati codices: sed legendum videtur *fotus* cum ipso Sedulio lib. IV. *Pasch. carm.* ℣. 260.

Et consanguinei FOTUS *medicamine limi*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 435.



lutaris ex virgine, quæ fontibus sacri lavata baptismatis renascentibus aperuit lumina claritatis. A

CAPUT XIX.

Mortuum Lazarum suscitavit.

Bethaniam deinde solitis gressibus clementer advenerat. Ibi Lazarus humana finem conditione sortitus, sepulcrali sub lapide quartæ [1] jacebat lucis cursu jam fœtidus. Cujus ad tumulum Domino veniente, collectæ flebant pio luctu germanæ. Flebat turba consistens; flevit & ipse simul B omnipotens, non deitate, sed corpore, qui [2] frigentis artus exanimes qua parte moriturus fuerat, addolebat. Impendit namque lacrymas ut amicus: ostendit gloriam suæ majestatis ut Deus. Quid adhuc Martha non credis? & tu Maria quid ingemis, quæ Christum dubia trepidatione cunctamini, an unum possit ab inferis hominem suscitare, qui totius mundi turbas innumeras rediviva faciet animatione resurgere? Igitur Dominus ut imperiosæ vocis jussu mirabili exclamans, [a] *Lazare prodi foras*; magna repente formidine tartara patuere concussa, inferni penetrale contremuit, letale chaos expavit, & * lex profundæ mortis abscessit; animaque sui corporis iterum membris infusa, rupto C monumenti tutamine vivum cernitur cadaver adstare: postque justa solemnia, post impletam funeris sepulturam, tamquam fuerit denuo editus & creatus, ipse sibi moriens & posthumus exstitit, & superstes abscessit.

CAPUT XX.

De asello Domini vectore.

Utque Dominus sæcularis ambitus [3] caduca contemnens, Dominum se se celsissimum magis humilitate monstraret, non altis curribus, qui pompæ mortalis ** honor ostenditur, quadrijuga celeritate subvectus iter explicuit orbita sulcante pulvereum; nec ardua frementis equi terga compressit, qui phaleris & ostro conspicuus ora concutit inquieta, spumosum cruenti pondus auri mandentia: sed vilissimi lento potius aselli gestamine Domino fuit honos ille sufficiens. Cujus ungula non pretio magna, sed merito tanti sessoris claruit sub fasce nobilior; non illius impar qui modico Christum quamvis cerneret in præsepi, Dominum esse cognovit. Hujus gratia nituit subjugalis, cui mediam gradiendi per semitam plebs omnis subdidit vestimenta. Dicite cuncti nunc populi qui gentilibus hactenus subjacetis erroribus, cui gloria fuerit similis aliquando regnanti, cui palmis ac frondibus frequentis umquam turbæ plena festivitas occurrit modulans hymnis cælestibus cantilenam, nisi Domino Jesu Christo, qui sidereum cum patre moderat imperium, princeps in principe sempiterno?

Explicit liber quartus.

[a] Joan. xi. 43.

centiam postulare. Idem *Paschalis carminis* lib. III. de eadem re agens: (℣℣. 79. 80.)

... hominem non audet adire,
Effigiem repetens quam Christum cernit habere.

Effigiem pro vero corpore posuit: alioqui Marcionis error fuit, qui Christum putative apparuisse, id est quasi per umbram, & passum fuisse umbratiliter, non tamen in vera carne credebat, ut loquitur Philastrius Brixiensis in catal. hæres. D

1. *Quartæ jacebat lucis*] Male v. c. *quarta*. Idem Sedulius lib. iv. *Pasch. carm.* (℣℣. 272. 273.)

- - - jacebat
Jam quarto sine luce die.

Apollonius lib. I. Excidii Hierosol.

- - - quarta confectus in umbra,
Jamque fluens, nigro revocatur Lazarus orco.

2. *Frigentis artus exanimes*] Ita emendavi, pro quo v. c. *frig. cortus exanimes*. Nisi quis malit, *corpus exanime*. Sed illud prius magis spirat phrasim Sedulii. Nam sic ille lib. iv. *Pasch. carm.* (℣℣. 277. 278.)

Exanimesque artus illa pro parte dolebat,
Qua moriturus erat.

3. *Ambitus caduca contemnens*] Sic lego: male v. c. *caducæ*. Phrasis est usitata istis scriptoribus.

* *Lex — abscessit*] Editi corrupte, *lex profundo mortis abscessu*. Al. *ex profundo mortis abscessu*. Locum restituimus cum ex præcedentibus, tum vero ex ipso Sedulio *Pasch. carm.* lib. iv. ℣. 286.

Et tremuit letale chaos, mortisque profundæ
Lex PERIT.

** *Honor*] Editi perperam, *amor*. Mendum sustulimus, ipso Sedulio ductore, *Pasch. carm.* lib. iv. ℣. 292.

... non curribus altis,
Qui pompæ mortalis HONOR, *rap.*

SEDULII PASCHALIS OPERIS

LIBER V.

CAPUT I.

Orantem Christum vox e cælo clarificat.

INter has divitum copias sine fine virtutum pascha cœperat esse jam proximum, quo gloriosa Christi potentia [1] mortalem vellet ponere resumtura carnem perpetuo jam vivacem; non alteram, sed eamdem, quam remuneratione lucis impletam ab infernis excitans levavit ad sidera. Turbatusque pauxillulum [2] mortis vicinia, ut homo formidans, talibus ad patrem verbis fiducia piæ religionis exclamat, Dei filium se demonstrans: [a] *Pater salva me de ista hora. Sed propter hoc veni in istam horam. Pater honorifica nomen tuum.* Nimium divine locutus est & potenter, qui cum semet honorificari deposceret, & patris nomen honorificandum esse signavit. Deus est enim nomen illi, quod pater & filius communi pariter majestate possident indivisum. [b] *Venit autem vox de cælo: Et honorificavi, & iterum honorificabo.* Quid apertius testimonio paternæ professionis impleto? quid clarius cælestis est assertionis oraculo? Tamen Judæa gens perfida quæ pondus tantæ veritatis audiverat, nequaquam signis tam manifestis impulsa, Domini Jesu Christi deitatem credidit approbatam. Quidam enim strepitum fuisse tonitrui adstruebant, alii locutum ei angelum disputabant. O plebs vere cæca, corde durissima, de qua prophetans ita locutus est Esaias: [c] *Obcæcavit oculos eorum, & induravit cor eorum, uti ne videant oculis, & intelligant corde, & convertantur, & sanem eos.* Neque enim tonitrus Christum aut angelus creatura suum generavit auctorem, cui clamanti confidenter ad patrem illi respondisset ut pater; [3] sed ab ore Dei specialiter patris qui filium vere cognovit, reloquens vox processit, ut hac saltem ratione compuncta turba nimis incredula sero cælitem deduceret ad fidem. Hoc est itaque patrem filio respondere, suæ voci consimiliter consonare, quoniam verbo genitus Verbum patris est Christus, & parilis conjectura sermonis patrem revelavit in filio, filium revelavit in patre.

CAPUT II.

Discipulis Dominus pedes abluit.

TUnc annui sacramento convivii cum paschales epulas celebraret ex more, ut humilitatem diligi suo potius edoceret exemplo, surrexit, ac linteo se præcinxit, doctorque discipulis, Dominus se se famulis pedes abluens inclinavit; tantumque suæ deposuit fastigium potestatis, ut ab hujus obsequii dignitate nec Judam fecisset exsortem, quem nefandæ noverat proditionis auctorem. Sed nihil hinc gloriæ consecutus es traditor exsecrande, ut mundus videreris vestigiis qui pollucbaris in animis, tamquam [d] sepulcrum exterius dealbatum, quod fœdis cadaverum sordibus intus horret impletum. Nec doli Dominum latuere dispositi, sed illum futuri caput esse sceleris designavit, cui panem tradere, panis ipse tradendus ad necem. Tunc manifestatus est sermo Davidicus dicens: [e] *Qui edebat panes meos, ampliavit adversum me supplantationem.*

CAPUT III.

Institutio Eucharistiæ. Proditio Judæ.

POstea quam corporis sui Dominus Jesus Christus & sanguinis, duo vitæ munera, consecravit, propriisque discipulis spiritalem cibum potumque porrexit, quo cælestibus epulis saginatæ famem sitimque sentire nequeant animæ jam fideles: mox in Judæ * corda nequissimam sedem ubi livor invenerat, tætri spiritus introivit immanitas, inque Dominum tela corripiens exsecranda [4] servilis belli concitavit insaniam, pactus scelus grande negotii sub qualibet mercede. Nec enim culpa manet in pretio, sed crimen convalescit in facto. Tantumdem sacrilegii, triginta cæcus argenteis, parvum sumens munus admisit, quantum, si cuncta simul regna terrarum, marisque divitias, & omnem vagis cum nubibus oram lucraret æthercam, flagitii perpetraret. Neque enim totius mundi bona sufficerent Christi fuso comparari cum sanguine, qui mundi pater est universi, qui hunc quoque nefandum nasci concessit. Atque utinam matris arida sterilitate damnatus, diem natalitium non vidisset, nec ætheræ lucis jucunda conspiceret, æterno tempore nil permanens: miseroque foret illa [5] sors melior vitam nescire traditam, quam sentire subtractam, aut confestim ut meruit procreari, meruisset & mori, fieretque Psalmi principalis exemplum, quatenus ita prorsus toto deperiret a sæculo, [f] *tamquam pulvis quem projicit ventus a faciæ terræ*, nullamque memoriam sui nominis reliquisset infelix. Tu ne igitur, audax, cruente, ferox, rebellis; tu ne fallax, crudelis, inique, venalis, & perfide; tu ne traditor, latro, fere proditor, immitis & impie, prævius ductor

a Joan. XII. 27. 28. *b* Ibid. ℣. 28. *c* Isa. VI. 10. *d* Matth. XXIII. 27. *e* Psalm. XL. 10. *f* Psalm. I. 4.

1. *Mortalem vellet ponere resumtura carnem*] Puto ita emendanda ista verba obscura & corrupta in v. c. Habebat enim, *Mortalem vel exponere sumtura carnem*. Ex dictionibus, *vel ex* effeci, *vellet*. Mox ex fine verbi, *ponere*, repetita syllaba, *re*, & conjuncta cum initio sequentis vocis, *sumtura*, scripsi, *resumtura*. Emendationem probat idem Sedulius lib. V. *Pasch. carm.* (℣℣. 2. 3.)

. . . . *Domini cum gloria vellet*

Ponere mortalem, vivamque resumere carnem.

2. *Mortis vicinia*] Erat in v. c. *vicina*.

3. *Sed ab ore Dei*] Perperam v. c. *ore diei*.

4. *Servilis belli concitavit*] V. c. *serviris*. Idem Sedulius lib. V. *Pasch. carm.* (℣. 40.)

. . . . *servile dedit consurgere bellum.*

5. *Illa sors melior*] V. c. *sor*.

* *Corda*] Legendum forte *cor*.

ac fignifer, hoftis comitaris horribilis aciem, quam A facrilegam, gladiis & fuftibus violenter armatam, cum minaciter moveas, mendacibus [1] ofculis fœdus incommodas, mellaque venenis adjungis, & fæva Domino proditione blandiris? Cur focium fallaciter profiteris, & amicæ fraudis falutatione perftringeris? Numquam noxios aut pax conjurat in gladios, aut lupus ofcula porrigit agno truculenta.

CAPUT IV.

Auriculam fervo Petrus abfcidit.

IGitur operator fanctus viris traditus exfecrandis opem folitam non reliquit, fed auriculam puero violenter abfciffam quam Petri gladius amputavit, [2] ne quo fe tempore pius a pietate fufpenderet, protinus reftituit ac fanavit. Nec enim rationi convenerat humanam Deo fuffragari vindictam, qui fibi patris defenfione tranfmitti plus duodecim millia legiones angelicas poterat poftulare, fi mallet de fceleritate pœnas exigere, quam fuæ cædis injuriam relaxare. Jubet ergo nudi mucronis aciem vagina condi cuftode; quoniam ipfe videlicet fuam pro cunctis animam ponere, non venerat alicujus eripere.

CAPUT V.

De Petro Chriftum negaturo. Chriftus ad Caipham deducitur.

IPfi namque tunc Petro confidenti voce pollicito, velle fe fe cum Domino mori, Jefus [3] refpondit ac dicit: [a] *Amen, amen, dico tibi, quoniam non cantabit hodie gallus, donec ter tu me abneges*: non infidelitatis tunc arguens, fed metum futuræ trepidationis aperiens. Mox ad Caiphæ deductus eft ædes, qui religionis ritu Judaicæ princeps illa quidem tempeftate fuerat facerdotum; fed [b] in cathedra peftilentiæ cum refideret, & in peccatorum via confifteret, principatum videbatur fcelerum poffidere. Concilium fiquidem violenter accendi, & falfis cœperat teftibus excitari. Volabant in Dominum mille mendacia, vanis accufantium favillis emortua, non fidei calore viventia aperiebant. Mox omnia motu proprio levitatis exhaufta, ignis infaniens per ftipulas aridæ ficcitatis excurrens, cui vires alta cremandi cacumina materies non miniftrat infirma, fed in cinerem protinus revoluta perdit inanem flamma victoriam.

CAPUT VI.

Judæi Chriftum colaphis & palmis verberant.

POftquam nullum dolis iter arrifit, fraus viribus cedens vertit in furorem, atque in Dominum manus erigere plebs armatur impatiens. Heu mihi, quantis lacrymarum roribus impeditus, quantis animi motibus fauciatus erectas in Dominum rabidi tumultus infania manus horreo memorare facrilegas! Denique nec caput colaphis propulfare, nec faciem fputis afpergere, nec palmarum ictibus verberare B plebs exfecrabilis conquievit. Ille tamen omnia patienter excipiens, noftræ faluti fe tradidit, ac pro nobis fuum corpus fuppliciis deputavit. Per illos enim colaphos habemus capitis fofpitatem; illa fputa noftrorum vultuum funt lavacra; his alapis libertatem fumus confecuti perpetuam.

CAPUT VII.

Ter Chriftum negat Petrus.

AT fenior, cui veritatis auctor cuncta prædixerat, cuique manere nequibat infectum, quod C Chriftus fignaverat affuturum, ufque in ædes principis facerdotum Domini veftigia fubfecutus; quod ex ejus effet etiam ipfe difcipulis, ter eft agnitus, ter negavit. Et gallus diei nuntius cantavit, impletoque divinæ fanctionis oraculo, priftini quoque fenfus reverfi funt Petro; qui memoriam culpæ recolligens, oblivionis in fe caftigavit errorem: gemituque continuo profequente peccata fugiunt, delicta difcedunt, & lacrymarum imbres effufi dulcem veniam fletibus amariffimis contulerunt. Apoftolicis igitur eruditi exemplis debemus vim pœnitentiæ meritumque dignofcere, vitalibus remediis adnitentes, ut ab animarum fatigatione noftrarum mortiferos mereamur morbos excludere. Si enim D noxiis cogitationum venenis aut actu, vel etiam contagiis fuerimus turpium fauciati fermonum, ad faluberrimam pœnitentiæ mox nitamur confugere medicinam; quatenus dolentes ex culpa, non doleamus ex pœna; lacrymantes ex vulnere, non lacrymemus ex morte. Nec tamen per pœnitentiam futuris paremus erroribus, fed præteritis adhibeamus admiffis. Sub indulgentiæ namque fiducia delinquentes difficile veniam confequuntur optabilem, quam fibi plerique præfumta fecuritate pollicentur, ut peccent. Nam & David propheta mirabilis dum indulgentiam præteriti poftularet erroris, ut hanc facilius impetraret, per ignorantiam fe deliquiffe talibus [4] præ fe fignavit: [c] *Delicta juventutis meæ* E *& ignorantiæ meæ ne memineris Deus*. Quid ergo quæcumque flagitia juvenalis [5] ætas admiferit in fenectutem debent relaxanda fervari? Abfit, in no-

a Luc. XXII. 34. b Pfalm. I. 1. c Pfalm. XXIV. 7.

1. *Mendacibus ofculis fœdus incommodas*] Pro, *oculis*, quod erat in v. c. repofui, *ofculis*. De Juda enim ofculo loqui voluit. Sic idem Sedulius lib. V. *Pafch. carm.* (℣℣. 64. 65.)

. . . . ore ora premis, mellique venenum
Inferis, & blanda Dominum fub imagine prodis.

2. *Ne quo fe tempore pius*] Iterum ita correxi, pro quo erat in v. c. *ne quæfo tempore*. Idem auctor ubi fupra. (℣℣. 71. 72.)

. . . . ne qua pius a pietate vacaret,
Reddidit auriculam.

3. *Jefus refpondit*] V. c. *iecoys refp.*

4. *Talibus præ fe fignavit*] V. c *præcifignavit*.

5. *Juvenalis ætas admiferit*] Corrupte in v. c. *amiferit*. In eodem recte fcriptum, *juvenalis*, more fcilicet antiquo. Sic infra hoc ipfo capite, *ne pro juvenalibus delictis ut negligens videretur ferius fupplicare*. Vulgo contra fidem manufcriptorum codicum, in aliquot locis vox ifta immutata fuit, ut alibi jam monui.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

bis ut ita maneant, consenescant. Sed cum divina clementia patienti longanimitate mitissimam judicii suspenderet ultionem, [1] nulla nos ex istis indutus * spes impunitatis obtundat: Sed tamquam famuli diu fugitivi sero saltem nostrum revertamur ad Dominum, ab ipso vel senes lubricæ juventutis veniam postulantes: quamvis conveniat unumquemque peccantem confestim *, ne serpentis morbi primitiæ, velut radices amari germinis altius negligentis agricolæ remissione submersæ nullo valeant evelli penitus jam labore. Idem denique propheta ne pro juvenalibus delictis ut negligens videretur serius supplicare, addidit ignorantiam, quo apud pium Judicem facilius sibi relaxari meruisset errorem. Igitur & Petrus Apostolus Christum negare non studuit, sed in oblivionis casum simpliciter & ignoranter incurrit. Namque se se mori velle cum Domino plena devotione promiserat, alienus ab ejus videri consortio sub quolibet periculo non ferebat. Præmiserat enim inter cetera magnificum suæ credulitatis exemplum, quod eum a Christo nec exitu posset segregare formido, ad quem media festinando per maria rapidos dudum præcipitavit in fluctus, nulla vicinæ mortis trepidatione deterritus.

CAPUT VIII.

De Judæ suspendio.

INterea dies novum visura flagitium nocturnis mæstior umbris illuxit, quæ tenebrarum remota caligine Hebræi cœtus infanda referabat vulgo consilia. Tunc Judas draco novissimus, & priori similis homicida veneficio (nam sicut ille Adam vitæ subtracto, sic & iste Christo morti contradito generationis humanæ factus est persecutor) ad Pilati Dominum conspiciens deduci prætorium, eumque vinclis adstrictum qui resolvit vincula peccatorum, diriguit miser & horruit, pecuniamque, funeram mercedem scilicet cruoris innoxii, restituens sævis dispensatoribus ac refundens, pretio criminis se se vacuavit ille, non crimine. Quid enim poterit securitati conferre trepidatio mortis ibi concepta, nullus ubi timor consequitur jam medelam, secundum Psalmi continentiam proloquentis: [a] *Illic trepidaverunt timore, ubi non erat timor*: hoc est in ipso judicio, ubi correctionis tempus & spatia non habet infructuosa formido, aut in inferni jam faucibus constituto quæ potest opitulari confessio, cum legatur: [b] *In inferno autem quis confitebitur tibi?* Judas enim publicus homicida qui, quod audire non meruit, non suum tantum parentem, sed totius mundi jugulavit auctorem, pœnitudinis frustra remedium vestigabat, quem post traditionis audaciam sententiæ supplicium jam tenebat; & securis ad arboris radices applicita quæ fructum protulit exse- A crandum, mali roboris germen inutile funditus amputando sævis ignibus deputaret, dementem subito correptus est in furorem; sibi mortiferum nihilominus molitur interitum, quamvis sanior ille tunc fuerit cum nefandæ conjurationis in se flagitium vindicavit: vitamque gutturis exsecrandi (qua vox processit immitis, vendens omnium redemtionem) faucibus nodatis adstringens, animam [2] trabalibus laqueis expulit infelicem. Parva siquidem pœna pro tanto videretur illa flagitio, cui nulla suppliciorum æquari valeat magnitudo: tamen ipsum funesti genus exitii, morsque pendentis ab alto cadaveris cælum negat aspici, terram vetatque attingi: ut reus sceleris inauditi simul ab utrisque dignus elementis B expelli, nec aere frueretur ad vitam, nec humo, generali compositus more hominis, animam dimitteret exhalantem. Habet aliud dedecoris istas in species propriæ dejectionis indicium. Quod enim in sublimi fastigio necem sortitus est perfidus & desertor, patefecit, ex quanto culmine sit lapsus: nuper discipulus, modo jam reus; nuper Apostolus, nunc Apostata nominatur.

CAPUT IX.

Christo objecisse Judæos quod regem se esse dixerit.

C CUm vero Dominus ante tribunal præsidis staret intrepidus, ut agnus mitis productus ad jugulum, nihil dignum morte reperiens, quod ei populus accusator objiceret, regem se se dixisse qui manifeste rex aderat, studio seditionis exclamant. Nec mirari quispiam debet, si plebs amica fallaciæ veritatem protraxerit in crimine: imperiumque fiderum & divinam renuit potestatem, quæ creatoris ingrata suffragiis, lucos olim coluit, idolis obsecuta servivit. Una quippe dementia parque videtur insania, Baal præposuisse tunc Domino, Barrabam præposuisse nunc Christo: dumque pius occiditur impiusque servatur, justitiæ mutavit viam errans in utroque sententia; auctor mortis deputa- D tus ut viveret, auctor vitæ deputatus ut obiret. Ex hoc igitur, cuncti qui hactenus manetis in fide, Christum pro mundi salute passum fuisse jam credite, qui flagris sulcatus, opprobriis lacessitus, pœnas omnes amplectitur, ne perire suis meritis dignus vel latro sustineret exitium.

CAPUT X.

De lavatione manuum Pilati.

HEu quam triste falcis acumen est, quæ messem Judaicæ posteritatis abscidit! Namque necem E Domini postulantes, in se suosque filios ejus san-

[a] Psalm. XIII. 5. [b] Psalm. VI. 6.

1. *Nulla nos ex istis indutus spes impunitatis obtundat*] Ea est lectio v. c. Sed illud, *indutus*, quo spectet, non satis video. Forte aptius reposueris, *indultæ*.

2. *Animam trabalibus laqueis expulit*] Ex solemni illo scribendi more, heic in v. c. exaratum erat, *travalibus laqueis*. Emendavi, *trabalibus*, quod perspicue verum esse arbitror. Familiare est antiquis auctoribus trabale appellare quidquid ingens & firmum est. Inde trabalis clavus, trabalis hasta, trabale telum, trabale sceptrum; cujus rei testimonia multa collecta sunt jam pridem ab Adriano Junio *Adagiorum* cent. I. adag. 56. Quibus & obiter istos locos adjiciam ab illo non adnotatos. Claudianus panegyr. in Mal. Theodorum Conf. (Carm. XVII. ℣℣. 318. 319.)

- - - penitusque trabali
Vecte laborantes in carmina concitet undas.

Paullinus in natali IX. Felicis:

Corpora transfixis trabalibus inclyta clavis.

Vetus auctor in passione martyrum Ferreoli & Ferrutii *Capitibus beatorum martyrum trabales clavi, malleis ferreis affixi*. Inde liquet quo sensu imperator Theodosius dixerit in Novella de Judæis: *Trabali jussione decrevimus, ut cet.*

* *Confestim*] Heic deesse aliquid videtur.

guinem professi sunt permanere, dicentes furialiter & clamantes: [a] *Sanguis hujus super nos & super filios nostros*. Omnem fructum sui germinis damnaverunt, donec ab eis hæc macula illius aqua spiritaliter abluatur, cujus in eis cruor letaliter dominatur aspersus. Heu nequitia tui, Pilate, facinoris quam patrasti, qui tot in uno judicio vel potius præjudicio crimina commisisti; quæ si provida sanandus mente cognosceres, non solas manus ablueres, sed totum jugiter corpus sacro debueras aquæ spiritalis lavacro perfundere. Justum injuste diverberas, Regem præses examinas, Domino te præponere mortalis homo non trepidas. Quibus igitur luendi supplicii jam teneris in vinculis, quia numerosa per vulnera cruci Dominum creaturæ configis, Cæsaremque magis offendere quam Cæsaris metuis conditorem?

CAPUT XI.

De veste purpurea, corona spinea, arundine & vestibus Christi.

CUmque militari Christus exsecutioni contraditus mortis sententiæ subjaceret, in ipso nihilominus cultu quem regiæ sub imaginis illusione suscepit, magni gerebantur sacramenta mysterii. Quod C enim coccineæ chlamydis velamen indutus est, cruentum futuræ mortis demonstrabat aspectum. Spinea caput ejus corona circumdedit, quoniam spinas omnium peccatorum quæ humanum genus passim invaserant, pia solus humilitate portavit. Nam datam gestabat arundinem, mundano regno sceptrum vere consimile, quod pro mutatione sæpissima fragile, vacuum, leve cernitur & caducum. Moxque vestibus alienis exutus, suis protinus est amictus, tamquam positurus in obitu corporis indumentum, quod se post paullulum noverat recepturum, [1] nihil jam sumturus mutabile, quippe post mortem [2] plena cum majestate suæ carnis rediens ac resurgens.

CAPUT XII.

Fel Domino datum quid signet.


NEc illud a consortio divinitatis abscessit, quod datum sumit vinum felle permixtum, labiis tetigit & ab ore projecit. Signum quippe fuit mirabile, amaram mortem Dominum degustare, confestimque virus ejus horribile reducis vultus aversione contemnere.

CAPUT XIII.

Christus cruci affixus. Sortitio vestimenti.

IGitur alto patibuli defixus in ligno iram discriminis exsecrandi pia religione mutavit, & abjecta crudelitate pax ascendit in crucem; violentaque sævi roboris instrumenta suis membris illustrans, pœnam honore vestivit, supplicium salute dicavit; A ipsaque pius in se tormenta sanctificans, signum damnationi propositum fecit beatitudine consecratum. Ut heic nullus animo peregrinetur ignaro, crucis speciem caussam venerationis ostendere, quæ Dominum meruit adoranda portare, per quatuor eam plagas orbis extendi prudenti debet quisque ratione colligere. Caput enim Christi distentis in crucem membris expositi axis Orientis accepit. Occiduus autem limes plantis arrisit. Arctous dextra claruit, medius læva refulsit. Cunctaque prorsus mundi substantia, creatoris corpore jucundata, crucis in se lineam rectis obliquisque limitibus demonstravit impletam, quam primæ lucis ab origine cernitur consecuta. Cumque milites ejus sibi B vestimenta dividerent, tunicam sortiti sunt quis haberet; quoniam suta non fuerat, sed de superioribus texta per omnia: nefariumque duxerunt speciem tanti violare miraculi. Legant hæc schismatici profecto doctores, & sciant quod impietates exerceant, catholicam lacerando concordiam. Si enim militibus sacrilegis ac funestis durum visum est Christi carpere vestimentum; quale nefas admittunt, qui ecclesiastica pace turbata ipsum Dominum Christum schismatibus dividere non quiescunt?

SECUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
435.



CAPUT XIV.

De titulo crucis.

TItulus quoque trina linguarum significatione conscriptus, habens Hebraicis litteris, Græcis ac Latinis: [b] *Hic est Rex Judæorum*, supra Dominum legebatur appositus. Quæ sit etiam hujus ratio sacramenti, absurdum non videtur inquiri. Nec enim fugit a magno mysterio, quidquid gestum manifestatur in Christo. Cur ergo tribus linguis hic titulus legebatur adscriptus, cum plures ac varias multitudinum nationes nequaquam Hierosolymæ defuisse, Apostolorum actuum magnitudo testetur, & possit aut una interpretis diversis lin- D gua sufficere; aut si cunctorum voluit hoc oculis Pilatus exponere, plurimarum linguarum commerciis instructam [3] vulgi notitiam reddidisset? Sed quod non est humana dispositione perfectum, spiritaliter illud sentiamus impletum. Vera siquidem fides catholicaque confessio quæ designabatur in Christo, unum populis Regem speciali verbo pronuntians qui supra creaturam dominatur universam, tam sæculari caussæ, quam rationi conveniens est divinæ. Primum quoniam Pilatus vel propter Cæsaris metum, vel propter suæ credulitatis [4] admissum * qui se Regem dixerit; quorum fuerit, definivit: ne puro regni nomine designato generaliter, eum Regem videretur exponere atque adE versus Cæsarem prædicare, & tamquam in suum quoque rectorem decreta morte sacrilegus exstitisse. Dehinc quia Rex Judæorum Christus religiose nominatur; & omnis gentilitas idolorum cultibus occupata, cum Christiani dogmatis meruerit sacramenta sortiri, inter Abraham filios incipit Dei

a Matth. xxvii. 25. b Luc. xxiii. 38.

1. *Nihil jam sumturus mutabile*] Erat in v. c. *mutabile*. Idem Sedulius *Pasch. carm.* lib. V. hoc ipso capite (v.174.) *... nil jam ut mutabile ferret.*

2. *Quippe post mortem plena*] Erat in v. c. *quippe pro mortem plenam*. Idem Sedulius *Pasch. carm.* lib. V. (v.175.) *Post mortem propria cum majestate resurgens.*

3. *Vulgi notitiam*] Sic lego: male v. c. *fulgi*.

4. *Credulitatis admissum qui*] V. c. habuit *amissum aquæ*.

* *Qui se reg.*] Al. *Quod se reg.* Fortasse rectius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

populus nuncupari : Cui legitur [a] promiſiſſe quod eum faceret , ſicut & fecit , omnium gentium patrem . Jeſus ergo dictus eſt Rex Judæorum , non tantum præſentium , ſed etiam futurorum , qui naturalis germinis inutilem relinquentes * horrorem , mox [b] in oleam fecundæ ſuavitatis unguento ſancti chriſmatis inſerendi , perdent amaritudinem ſterilis oleaſtri .

CAPUT XV.

De duobus latronibus ad Domini latera crucifixis .

QUin etiam plebs feralis & noxia nullis animum ſatiata ſuppliciis , cruentos ex utroque latere circa Dominum viros eadem ſtatuit damnatione confixos , ut injectas vulnerum plagas talium acerbaret injuria perſonarum , licet meriti ſimilitudinem non haberet ſimilitudo ſententiæ . Inter latrones namque juſto pendente carnifices , trium videtur eſſe par pœna , ſed duorum diſpar eſt cauſa . Illi ſiquidem multo pro crimine rei ſunt mundo : huic ipſe reus eſt mundus , cujus ſanguine liberatus eſt a peccato . In illo tamen Dominus patibulo conſtitutus poteſtatis ſuæ jura non perdidit , qui de ſublimis crucis examine velut de regali throno judex æquus utrumque proſpiciens , & amborum merita divini cordis lance perpendens , hunc elegit , illum reliquit , non præterita quæ luebant facta diſcutiens , ſed præſentes mentium diverſitates intendens . Unus enim a quo ferocis atrocitas inſtituti nec in diſcrimine declinavit , ſævis Dominum lacerabat injuriis , dictis mordacibus exſecrandus tamquam caper hirſutus venenoſi dentis attactu palmiti ſuaviſſimæ vitis inimicus ita loquebatur illudens : [c] *Si tu es Chriſtus , ſalvum te fac & nos .* Alius vero ſpe meliore modeſtior , qui dum ſuæ parcit linguæ , pepercit & pœnæ ſupplicio , Dominum [1] verbis precantibus alloquitur , deflectens lumina tantum libera quæ gerebat , in terram , quoniam tenſi vulnerum nexus ab humilitatis officio volentes inclinari palmas [2] arcebant . Nam poſtquam ſocium [3] qui jam deſociari meruerat , juſti ſermonis increpatione redarguit , ſuæque culpam protervitatis agnovit , Dominum ſic precabatur : [d] *Memor eſto mei , dum veneris in regnum tuum .* Quem pius illico Dominus , ut errantem per avia deſerta paſtor ovem cum gratulatione recolligens , allocutus eſt dicens : [e] *Amen dico tibi : hodie mecum eris in paradiſo .* O mirabilis & divina promiſſio : paradiſum ** ſe dicit intrare qui properabat ad inferna deſcendere , quatenus edoceret nullum tempus exſiſtere quo Dominus non ſit ubique præſens . Ut enim latronis animam jam beati mortis A formidine vacuaret ; *** non tantum , inquit , *hodie mecum eris in paradiſo* , ubi flore perpetuo blanda per agros ridet amœnitas , & irriguis voluptas fontibus enutrita , pulcroſque molliter per hortos infuſa , totum grata ſuavitate lætificat , interque beatos frondibus ramos , ac nullis ultra pomorum decipientibus inſidiis ſerpens ingemit ille tartareus , antiquum ſine lapſu degere jam colonum . Ambo igitur variis currentes motibus latrones , iter diverſi callis invadunt , ac locis remotioribus imminentes diſcretam factis violentiam perpetrarunt . Ille fores inferni intravit : iſte ſupernas irrupit . Ille caligini profundæ ſubmerſus , clauſtra penetravit gehennæ ; iſte lumen claræ lucis ingrediens , cælorum B regna diripuit .

CAPUT XVI.

De ſole obſcurato , terræ motu & aceto porrecto .

INterea ſubito totus eſt obſcuratus mundus tenebris repentinæ cæcitatis oppreſſus , ac mæſta nebularum mole perfuſus funereas dies celebravit exſequias . Sed ſol radiis remotus abſconditis , tætra velatus palla delituit , orbemque luctibus alienæ noctis infecit . Talem ſiquidem vultum patris orbata ſolatiis meruerunt elementa ſortiri , ut cujus ortu C lætata ſunt , triſtarentur occaſu . Sicut enim Domino naſcente lux claruit , ita moriente diſceſſit . Tunc ſtella per diem fulſit , modo nec in nocte comparuit . Sed quamquam cælo terraque fugitivum lumen abſceſſit , non tamen diutius in hac remotione permanſit per ipſa temporis intervalla ſuſpenſi : magno viſum convenire myſterio . Nam ſicut tribus horis mundi facies tenebris oppreſſa ſubjacuit : ita Dominum triduo clauſum tumuli ſepultura contexit . Nec tellus ſine clade tunc adſtitit , omnibus contremens fundamentis quæ talia ſentiebat admitti ; mundique rata veniſſe jam finem , dubio pependit natura ſub termino , ne ſummus ſcilicet apex ad inferna deſcendens , omnem protinus D molem ſecum jugiter inclinaret in mortem , atque proprium comitatus auctorem præceps in chaos mundus afflueret . Sed illa pietas divinitatis immenſa properabat clementer ad tartara , quo perdita reſtitueret , non inſtituta deperderet . Cumque talia cernerent evenire pericula qui Dominum ligno crucis affixerant , nequaquam expaverunt . O ſigna tot præſentis metus inaudita prodigia ! Quin inſuper cum potum ſitiens poſtularet , unus de plebe ſæviſſima ſpongiam calamo nexuit , & acetum ejus ori porrexit . O quam Judæorum menti nequiſſimæ liquor fuit ille conveniens , qui deteriora ſecuti vel infirma pro culpa ſcilicet infidelitatis , Manzeres [4] ſunt vocati . Sicut vina ſuavia cum fuerint in ace-

a Gen. XVII. 4. b Rom. XI. 24. c Luc. XXIII. 39. d Ibid. ℣. 42. e Ibid. ℣. 43.

1. *Ac Dominum verbis precantibus alloquitur*] Heic lacuna erat in v. c. habebat enim : *Domini verbis alloquitur* . Emendationem adjuvat idem Sedulius *Paſchal. carm.* lib. V. hoc ipſo cap. (℣. 217.)

Alter adorato per verba precantia Chriſto .

2. *Volentes inclinari palmas acerbant*] Puto ita recte emendatum . Nam vocibus confuſis erat in v. c. *palmeſcebant* . Repoſui , *palmas arcebant* . Conjecturam confirmat idem Sedulius , ubi ſupra : (℣℣. 218.)

- - - flectebat lumina ; tantum
Lumina : nam geminas arcebant vincula palmas .

3. *Nam poſtquam ſocium , qui jam deſociari meruerat*] Sic E ſenſu poſtulante correxi , cujus loco perperam reperiit v. c. *Nam poſtquam otium quæ jam deſociare meruerant* . Evangelium enim Lucæ XXIII. 40. docet , unum ex latronibus increpaſſe ſocium , quod Chriſto in cruce pendenti illuderet .

4. *Manzeres ſunt vocati*] Scriptura v. c. erat , *Mazires* . At idem auctor in *Paſch. carm.* lib. V. hoc ipſo cap. (℣. 256.) vocat , *Manzeres* .

Manzeribus populis in deteriora volutis .

Sic enim ibi legunt Aldus , Fabricius , & manuſcripti quos inſpexi . Nam in nonnullis editionibus interpolatum locum reperi . Ea dictio ſpurium denotat . Deut. XXXIII. 2.

* *Horrorem*] Forte *honorem* .
** *Se dicit*] Legendum videtur , *ſecum dicit* .

*** *Non tantum , inquit , hod.*] Legendum forte , *Non tantum , inquit* , (ſupple , meminero tui) SED *hod*

tum triste conversa cunctis a mensarum populis re- A pulsa jactantur; [1] ita gens ista feralis & impia quæ priscis temporibus Deo placuerat, nunc odibilis ac nimis est exsecranda.

CAPUT XVII.

Christus exspirat. Velum templi scinditur. Sancti resurgunt.

UT ergo beatæ Dominus omnia passionis implevit, animam protinus suam sancto de corpo- B re volens ipse deposuit, eam voluntarie ipse rursus sumturus, ut fecit: quoniam mortuus quidem fuerat, sed vivebat, membris obeuntibus, non divinitate defunctus. Audiamus ex ejus persona, Joannes evangelista quid referat. Ait enim Dominus ad discipulos suos: [a] *Propter hoc me pater diligit, quod ego pono animam meam, ut iterum accipiam eam .... & potestatem habeo iterum accipiendi eam. Hoc mandatum accepi a patre.* Quis itaque possit dubitare, vel non audiat, eum cui suam ponere licuit animam cum liberet, potuisse quoque resumere cum placeret; & hanc in se se magis operari virtutem, quam dignatus est in plurimis demonstrare. Reserantur fores ecce tartareæ, Christo ve- C niente dejectæ: patet inferna retro jam semita, rumpuntur saxa, finditur terra, vacuantur sepulcra corporibus, reviviscit turba; & ne fides defecisset in credulis, agnoscitur resurgentium multitudo. Tunc illud quoque templum mirabile, plenum religionis antiquæ, majoris templi culmina [2] cecidisse conspiciens, velut alumnus tristis & ingemens proprium defleat auctorem. Discisso protinus velo nudum cunctis pectus ostendit, interiora scilicet evidenter arcana gentibus referanda significans, & populis fideliter affuturis: quoniam lex quæ sub Moyse, velamine diu tecta permansit, Christo nobis adveniente præclaruit. Dic age mors tristis & impia, nunc [b] ubi tua sit feralis illa victoria; nunc ubi D stimulus, exsecranda, tibi serviens ad sepulcra, quæ a primo generationis interitu nullis umquam saturata funeribus humanum genus invadens, miseræ soles fragilitati, pœnali semper ditione dominari? Ecce nunc ad Christum pessima non venisti, sed ad te Christus ultro descendit, cui sine morte licuit mori, qui cuncta gignens, cuncta constituens, [3] te solam lividam non creavit. Scriptura quippe venerabilis dicit: [c] *Dominus mortem non fecit.* Originis igitur tuæ si materiem cupis agnoscere, serpente patre conciperis, & culpa genitrice procrearis. Sed indulgentia nunc regnante consumeris.

CAPUT XVIII.

De lancea in latus Christi.

INterea Domini spiritus jam de corpore migrarat ad tempus, frigidaque crucis in robore Christi membra pendebant: & adhuc furor arma non deserens, inimicæ manui lanceam subministrat, ictuque nefario latus Domini plaga violavit infixa, altum vulnus aperiens ac defossum, per quod sanguis pariter & aqua fluxerunt. O quam catholico dogmati sociatur hæc caussa! O quantum Trinitatis fidei conveniunt hæc sacrata! Corpus namque, sanguis & aqua, tria vitæ nostræ sunt munera. Omnes enim qui Christo duce nostro, in aquarum fonte renascimur, ejus corpus & sanguinem sumentes edimus ac potamus, ut sancti Spiritus templum esse mereamur. Nam & Apostolus Paullus ita loquitur dicens: [d] *An nescitis, quoniam templum Dei estis, & Spiritus sanctus habitat in vobis?* Quod ut Dominus jubeat templum nos immaculatum gerere, supplicemur, quatenus angustos & tenues tantus massor sibi faciat idoneos & capaces.

CAPUT XIX.

Corpus Domini conditum sepulcro, adhibita custodia militari.

POstquam igitur thesaurum corporis pretiosi depositum sacer locus ille suscepit, qui Domino jacente nobilis claruit, resurgente nobilior triumphavit. Generatio fallaciæ devota, consuetum sub impio corde nefas excogitans, Christum nocturno silentio discipulis jactitat auferendum; ut, sicut ipse prædixerat, diem vulgaretur surrexisse post tertium. Hæc itaque Judæi furtiva suspicione perterriti plurimam petunt custodiam sollertius adhiberi, tumulique fores & januam fida nimis obsidione vallari. Si nondum post crucis [4] acerba supplicia, post ferri plagas & vulnera, post mortalem corporis sepulturam, cruentum carnifices implestis officium, nec odium post innocentis exitum saturastis injustum: Dominum qui potentiæ singularis quotiens animas eduxit ab inferis, suam potius revocaturum non probatis? In pejorem partem consilia vobis apta peragite, fovete sensibus dolos perfidiæ nutrimentis armatos, sepulcri claustra signate, vigilias militares adponite, monumentum saxo præcludite; cun- E ctaque malignis, ut facitis, dispositionibus instruentes, dicite: Quis Dominum poterit custodire cui cuncta reserantur, nihil obstruitur, regnat in cælis, imperat fretis, dominatur inferis? Quid itaque perfidis opus excubiis & labore? quid fidem

a Joan. X. 17. 18. b I. Cor. XV. 55. c Sap. I. 13. d I. Cor. III. 16.

1. *Ita gens ista*] V. c. referebat. *Tangens ista*.
2. *Templi culmina cecidisse*] Sic repono: male v. c. *templi cum mina cecid.* Sedulius probat, qui lib. V. *Paschal. carm.* hoc ipso cap. (vv. 270. 271.)
- - - majoris culmina templi
Procubuisse videns.
3. *Te solam lividam*] V. c. *libidam*. Idem error notatus supra lib. IV. cap. 5. *gemebat hinc lividus*, Erat in v. c. *libidus*.
4. *Crucis acerba supplicia*] Habebat v. c. *acerva*. Eumdem scripturæ veteris errorem supra notavi lib. II. cap. 1.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.



niteris explorare, [1] quam non vis, etiam cum probaris, admittere?

CAPUT XX.

De resurrectione die dominico, & Angelis tumulo adstantibus.

INterea cœperat illud triste post sabbatum dies [2] irradiare felix, qui Domino dominanti gratissimus, nomen ab ejus majestate sortitur: dictus hoc honore *dominicus*, quippe qui tantum consecutus est dignitatis, ut primus meruerit intueri mundi nascentis originem & resurgentis Christi virtutem. Hic enim liber Geneseos rerum manifestus assertor die septimo sabbatorum a suis requievisse Deum dicit [a] operibus. Apparet ergo perspicue quod caput orbis iste sit dies, a quo primario per ordinem definitus numeratur septimus sabbatorum, quem gloria Regis æterni tropæo quoque suæ resurrectionis illustrans primatum cum religione concessum dierum censuit retinere cunctorum. Hujus lucis ortu conspicuo, mater virgo cum ceteris mulieribus fideliter congregatis quia munus pariter ferentes aromatum; dum venerunt ad sepulcrum, lacrymis ora sulcabat, pectus gemitibus commovebat. Moxque locum conspiciunt sepulturæ vacuum corpore jam patere, sed mira plenum redundare virtute. De cælis namque angelus descenderat, & a tumuli foribus evoluto mirabilis residebat in saxo vultu flammeus, vestimentis albatus, ut gemina videlicet diversitate resplendens, terrorem pariter lætitiamque monstraret: terrorem profecto custodibus ignea facie comminatus, lætitiam quærentibus Christum nivea vestis jucunditate blanditus. Ergo mulieres angelica revelatione firmatæ Dominum gaudent revixisse post mortem. Milites tali visione perterriti vitam nequeunt retinere in ancipiti discrimine constituti, desertaque continuo statione præcipites urbem repetunt; miracula [3] perferentes, gratisque manifesta renuntiant. Postquam fidem pretio vendiderunt, in fallaciam permutantur ignavam, moxque Christi discipulos nocturnæ quietis insidiis aucupatos eum diripuisse confingunt. Dic nefande custos & improbe, fare scelerata legio: quid mediteris adstruere, quæ studio pecuniæ conquirendæ foveam cui casus non vides & pericli, quantum supplicii merearis ignoras, cum mavis negligens videri, quam verax. Constat enim te fuisse pervigilem, solicitum, perspicacem, numquam lumina flexisse, nisi labori vicibus perfovendo, proximus rite collega succederet, ita locum excubiis commisisse, ut nullis adiri posse fraudibus appareret. Nam si Christus, ut audes falsa voce componere, nocturnis operis, tempore quieto suorum manibus raptus est e sepulcro; cujus ibi linrea, cujus adjacent velamenta, circa cujus residet angelica virtus ad exuvias? an beatum corpus ille qui rapuit, prius exuit & nudavit, celerius arbitratus detectum posse subduci, quam ligatum, sicut manebat, auferri? [b] *Mentita est iniquitas sibi*. Habet tamen ista res gratiam figurati sensus egregiam. Judæis etenim Christum spiritaliter constat ablatum, quem nos tota mentis & pectoris devotione portamus. Plange Judæa tuos itaque sacerdotes, plange ministros & populum, quæ pro tantis deserta flagitiis non jam tuba gaudebis, non uncto firmaberis, non sacrificiis perfrueris. Cujus spe namque virtutis tibi tuba perflabitur, cum Regem videas interemtum? Quis unctus jam ultra dabitur, cum ipsius Uncti amiseris principatum? Quæ victima feriatur, cum victima fuerit Pastor ipse mactatus? Discedat synagoga proprio jam colore fuscata. Christus sibi pulcram niveo decore sociavit ecclesiam. Hæc honorem Mariæ præstat ad gloriam; quæ cum claritate conspicua semper mater esse cernatur, semper tamen virgo conspicitur. Huic se se Dominus illico post triumphum resurrectionis ostendit, ut pia genitrix & benigna talis miraculi testimonium vulgatura, quæ fuit nascentis janua dum venisset in mundum, hæc esset ejus & nuntia deferentis inferna.

CAPUT XXI.

Christus discipulis apparet.

MOx deinde convivio cum quibusdam velut præteriens viator interfuit, atque in fractione panis eorum se sensibus & oculis publicavit: quia quod verus ipse sit panis, luminibus innotescit; quod fides interior inserens ac detegens, ad agnitionem Domini gratiæ claritate perducit: frequenter etiam diversis temporibus & monumentis manifestum se se discipulis demonstravit. Nunc vescentibus inopinus apparens, nunc adusti piscis & favi cibos accipiens; quatenus edoceret evidentius res esse corporis dapes, quas edendo videntibus approbavit; illa se membra nunc gerere, quæ nuper gesserat ante mortem. Rursus idem cum metuentes Apostoli plebis (quæ Dominum sæpe negaverat) violentiam sustinere sævitiam, clausis domus januis permanerent obstrusis; adstans foribus improvisus pacem cunctis dedit salutatione sermonis; ut afflictis lætitiam tribuens repentinam, quod prophetica voce signaverat approbaret, quia [c] *cor contritum & humiliatum Dominus non relinquet*. Mox-

[a] Gen. II. 2. [b] Psalm. XXVI. 12. [c] Psalm. L. 19.

1. *Quam non vis etiam cum probaris admittere*] Ita correxi, cum depravata esset lectio in v. c. *quam nobilis etiam comprobaris ammittere*. Quæ emendatio proxime accedit ad vestigia veteris scripturæ. Tale illud est quod idem auctor *Pasch. carm.* lib. V. hoc ipso cap. (℣. 314.)

Explorare fidem cui non vis credulus esse.

2. *Dies irradiare felix, qui*] Puto sic legendum, cum corrupte esset in v. c. *irradiare festis quæ*. Nam & ipse Sedulius lib. V. *Pasch. carm.* (℣. 315.)

Cœperat interea post tristia sabbata felix
Irradiare dies.

Forte tamen aliis placebit magis, *festus qui*.

3. *Miracula perferentes*] Ita v. c. Eo exemplo *serere miracula* dixit Paullinus lib. I. de vita Martini: *Sevit & in nostris miracula plurima terris*. Sic enim ibi legendum docui, pro quo v. c. fuevit. Scio tamen multis placiturum ut heic potius legatur, *perferentes*. Nam & Sedulius lib. V. *Pasch. carm.* hoc ipso cap. (℣. 335.)

- - - - *testisque timoris*
Vera refert gratis.

que manus aperuit perforatas, plagam lateri nudavit infixam, ne phantasma crederent si vulnerum indicia non viderent. Quoniam vero Thomas æque venerandus Apostolus quem Didymum vocabulo nuncupant, ibi non aderat, & talia sociis referentibus non credebat: ecce Dominus eodem postmodum residente cum fratribus, immotis se denuo foribus præsentat, qui numquam spiritaliter ab ipsis abscesserat, coramque cunctis visus in medio non dedignatur morem gerere trepidanti discipulo; palmisque rursus & latere demonstratis, tactu vulnerum patitur se probari; magis hinc agnitus quod ipse sit Christus, qui dubitantis animam placida fovit lenitate susceptam. Quisquis enim dolos artificis cæca sub imagine fraudis exercet, vanasque nebulas B & figuras ad decipiendas instruit mentes incautas, non vult sua facta cognosci, quod lateat sub nubis velamento fallacis; oculosque compositis miseros simulacris illudens, odit solicitos si deprehendi cœperit & * amictos. Dominus autem verax in omnibus Christus etiam credere [1] dubitanti mitissimus, non irascitur ambigenti, sed ut digitos quoque mergat in vulnera facilitate concedit, sciens hujus probationis exemplum non ad Thomæ tantum qui fuerat tam beatus, sed ad fidem deinceps pertinere multorum.

CAPUT XXII.

Christus piscanti Petro in dextram jacere retia jubet.

POst paucos item Dominus dies Petro piscanti cum sociis ad marinum se se litus ostendit, totæque noctis labore [2] perpili nullam cernens fessos habuisse capturam, dextrum retia dimitti jubet in pelagus; confestimque clausa gurgitis salo piscosæ congregationis immersa, crepitantes sinus eduxere cum præda, quam ante Domini gaudentes projecere vestigia. Tale genus ergo miraculi non vul- D gari facto sentiri, sed typica debet intelligentia ponderari. Retia siquidem credamus præcepta dilucida nimis atque perspicua, quibus omnes dextra sectantes, & sæculi fluctibus cruentis clauduntur vestigiis inclinati. Nam & piscis supra prunas adpositus, eodemque panis in loco simul ab ipsis inventus, catholica religione cernitur non carere. Nam piscis aqua videtur intelligi, qua nos ablui certum est ac renasci: panis Christum significat salvatorem, cujus eodem corpore vescimur ad salutem. Ignis Spiritus sancti gerit imaginem, quo devoti consecramur ad fidem. In eadem namque specie demonstratus effulsit, cum beatos Apostolos, sicut liber eorum Actuum protestatur, clara sui divi- E nitate perfudit. Tunc ad epulas eos sumendas invitat placida solemnium præceptione verborum, qui A mensæ Domini voce unanimes congregati cibos sanctæ benedictionis accipiunt, & Christum plena fidei veritate cognoscunt.

CAPUT XXIII.

Oves & agnos Petro alendos Dominus mandat.

CUm vero modicis insurrexissent dapibus competenter impleti, Petrum Dominus an eum diligat, clementer interrogat. Cui protinus annuenti, cupiens greges ut Pastor bonus augere, tamquam fidelissimo nimis operario vel probato suas oves agnosque commendat. Et hæc tertio repetit ac revolvit, ut recentioris culpæ trina negatio pari dilectionis purgaretur ex numero. Quod autem [3] Petro specialiter alendi greges tribuit dignitatem, cum probetur omnes æque diligere, non aliorum pertinet ad detrimentum, sed rationi videtur esse conjunctum. Hoc animal namque mitissimum pro simplicitate naturæ, justis comparatum, quos cum venerit in majestate sua Rex omnium, taliter a dextris adstantes, sicut ipse docuit, alloquitur: [a] *Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum a constitutione mundi*, cet. Ingressuros C igitur justos in regnum consequenter illi commendat, cui claves se daturum ejusdem regni promiserat [b].

CAPUT XXIV.

Pacem servandam discipulis mandat.

INde monitis eos beatis erudiens & pacificæ roborans traditione doctrinæ, per omnes imperat terras religiosæ fidei præcepta dispergere, sacrique baptismatis unicam Trinitatem cunctis gentibus prorogare, sic inquiens ac decernens: [c] *Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Euntes nunc docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos observare omnia quæcumque mandavi vobis*: cet.

CAPUT XXV.

Ascendit Christus in cælum coram omnibus.

CUmque ** divinitas omnia mandasset impleri, mox in Bethaniam iisdem pariter eductis egressus, coram beatis protinus viris qui tanti vi-

a Matth. xxv. 34. b Matth. xvi. 19. c Matth. xviii. 18-20.

1. *Dubitanti mitissimus, non irascitur ambigendi*] Sic emendandum sensus arguit: male erat in v. c. *dubitandi*, &, *abigenti*.

2. *Noctis labore * perpili*] Sic v. c. non sine suspicione mendi. Illud enim, *perpili*, varias recipit conjecturas. Forte, *pervigili*, vel *perti*. (Sic edit. Jureti, qui forte scripserit *pertinaci*. Malim equidem legere *labore perpero*, id est, fallaci, irrito; Vid. Vossii Etymol. & Cangii Glossar.)

3. *Quod autem Petro*] Male v. c. *Petrus*.

* *Amictos*] Vox mihi suspecta.

** *Divinitas*] Scriptum forte fuerit in codice per compendium, *Dns*, id est *Dominus*: atque ita sane legendum suadet vox *egressus*, quæ paullo post subsequitur.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 435.

sionem triumphi meruere sortiri, per [1] oras evectus æthereas, arcem sidereæ dominationis ascendit, & ad dextram patriæ residet majestatis, totumque orbem proprio regit & gubernat arbitrio. Qui cuncta jugiter excelsa possidens ac profunda, post cælum descendit ad tartarum, post tartarum remeavit in cælum. Ob hoc igitur voluit hisdem præsentibus ad astra migrare, (quantum parvitatis meæ dignatur sensibus aperire) ut iter eisdem qua sequerentur ostenderet, quibus ante passionem sibi dicentibus, [a] *Domine nescimus quo vadis; quomodo possumus viam nosse?* respondit & evidenter dixit: *Ego sum via, & veritas, & vita.* Via, quoniam per eum patris pervenitur ad gratiam. Veritas, quia credentibus tribuet quæ promittit. Vita, quoniam & morti non subjacent quos adoptat. Lætis vultibus intuentes ergo discipuli Dominum supra nubes excelsum coruscos siderum tractus propriis devicto mundo calcare vestigiis, venerantur supplices & adorant: redituque gratissimo familiæ ejus, gressibus aerei tramitis plagas quas oculis viderunt, revolvunt cordibus & reportant cuncti generis viris, ut gentes credant. Testes namque fideles & magni divinæ probantur esse virtutis, qui facta Domini nostri Jesu Christi videntes, innumerabilium scripserunt pauca gestorum. Nam si religiosis omnia potuissent chartis annecti nostri miracula Salvatoris, nec ipse forsitan mundus, sicut Joannes evangelista testatur [b], quæ scriberentur volumina caperet universa librorum.

EXPLICIT PROSA SEDULII.

a Joan. xiv. 5. 6. b Joan. xxi. 25.

1. *Per oras evectus*] V. c. *horas*: quæ scriptura frequens in manuscriptis.



SANCTI
PROCLI
EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

LITTERARUM MONUMENTA

QUÆ SUPERANT OMNIA:

POST RICCARDUM ET COMBEFISIUM

Collecta, digesta & recensita.

VETERUM TESTIMONIA
DE
S. PROCLO
EPISCOPO CONSTANTINOPOLITANO.

I.

Cyrillus Alex. *in* exposit. Symboli. *sub fin.* — Conc. edit. Ven. — *Ex part.* III. *conc. Ephes. cap.* XLIII. Labb. *tom.* III. *pag.* 1721.

Ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων πατέρων χορὸς, καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντινουπολιτῶν ἐκκλησίας κατακοσμήσας θρόνον, ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος.

A Hæc ſentit nobiſcum amantiſſimus Chriſti ſanctorum patrum chorus, & ipſe qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ thronum exornat, religioſiſſimus & pientiſſimus frater & coepiſcopus Proclus.

Idem *ibid. pag.* 1727. ad Joannem Antioch. & ſynod.

Ἐν τῇ πρὸς Ἀρμενίους ἐπιστολῇ, τὸν τῆς ἀληθείας λόγον ὀρθοτομῶν, διεκήρυξε σαφῶς ὁ ὁσιώτατος καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς ἡμῶν, καὶ συνεπίσκοπος Πρόκλος· ἀνὴρ εὐσεβὴς, καὶ τοῖς τὰ ὀρθὰ διαστρέφουσιν ἀντιαποδύεσθαι μεμελετηκώς· ὅτι καὶ νικᾷν ἔθος αὐτῷ πρεσβεύοντι τὴν ἀλήθειαν.

In epiſtola ad Armenios, cum ſermonem veritatis recte tractaret, diſerte prædicavit ſanctiſſimus & religioſiſſimus frater noſter & coepiſcopus Proclus: vir pius, & ad certamen adverſus eos qui quæ recta ſunt, pervertunt, exercitatus; & ex veritatis B aſſertione victoriam reportare aſſuetus.

I I.

Socrates Hiſt. eccl. *lib.* VII. *cap.* XXVI.

Ἐγένετο δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν Ἀττικοῦ, πολλὴ φιλονεικία περὶ χειροτονίας ἐπισκόπου, ἄλλων ἄλλον ζητούντων· τινὲς μὲν γάρ, φησι, Φίλιππον τὸν πρεσβύτερον ἐζήτουν, τινὲς δὲ Πρόκλον· καὶ οὗτος δὲ πρεσβύτερος ἦν· κοινῇ δὲ πᾶς ὁ λαὸς ἐπόθει γίνεσθαι Σισίννιον.

Orta eſt autem poſt obitum Attici multa circa ordinationem epiſcopi contentio, dum alii alios quærebant. Nam quidam Philippum presbyterum, nonnulli vero Proclum ordinari cupiebant: erat autem & is presbyter. Communiter vero cunctus populus Siſinnium ordinari optabat.

Idem *ibid. cap.* XXVIII.

Τοῦ Κυζικηνῶν ἐπισκόπου τελευτήσαντος, ὁ Σισίννιος Πρόκλον ἐχειροτόνησε πρὸς ἐπισκοπὴν τῆς Κυζίκου. μέλλοντος οὖν διάγειν ἐπ' αὐτὴν, φθάνουσιν οἱ Κυζικηνοὶ καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα ἀσκητικὸν, ᾧ ὄνομα ἦν Δαλμάτιος. καὶ τοῦτ' ἐποίησαν, ἀμελήσαντες τοῦ νόμου τοῦ κελεύοντος, παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου Κωνσταντίνου πόλεως, χειροτονίαν ἐπισκόπου μὴ γίνεσθαι. ἠμέλησαν δὲ τοῦ νόμου τούτου, ὡς Ἀττικῷ μόνῳ, εἰς πρόσωπον παρασχεθέντος. ἔμενεν οὖν ὁ Πρόκλος, οἰκείας μὲν ἐκκλησίας μὴ προεστὼς, ἐν δὲ ταῖς ἐκκλησίαις τῆς Κωνσταντίνου πόλεως μετὰ τὰς διδασκαλίας ἀνθῶν.

C Mortuo Cyzicenorum epiſcopo, Siſinnius Proclum Cyzici ordinavit epiſcopum. Cum itaque Proclus Cyzicum eſſet profecturus, prævenerunt eum Cyziceni, ac virum religioſum, nomine Dalmatium, ordinaverunt. Et hoc fecerunt neglecta lege quæ jubet, ne præter ſententiam Conſtantinopolitani epiſcopi, ulla fiat epiſcopi ordinatio. Legem autem iſtam ideo neglexerunt, quod ea ad ſolius Attici perſonam lata pertineret. Manſit itaque Proclus Conſtantinopoli: & licet eccleſiæ ſuæ non præeſſet, in eccleſiis tamen Conſtantinopolitanis docendo floruit.

Idem *ibid. cap.* XXXV.

Μετὰ δὲ τὴν Νεστορίου καθαίρεσιν, πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ἦν. καὶ πολλοὶ μὲν Φίλιππον, πλείους δὲ τὸν Πρόκλον ἐπελέγοντο· καὶ ἐκράτησεν ἂν ἡ Πρόκλου γνώμη, εἰ μή τινες τῶν μεγάλα δυναμένων ἐκώλυσαν, φήσαντες, κανόνα ἐκκλησιαστικὸν κωλύειν, τὸν ὀνομασθέντα τινὸς πόλεως ἐπίσκοπον εἰς ἑτέραν μεταφέρεσθαι πόλιν. τοῦτο λεχθὲν καὶ πιστευθὲν, τὸν λαὸν ἡσυχάζειν ἠνάγκαζεν.

D Poſt depoſitionem vero Neſtorii, rurſus diſceptatio erat de eligendo epiſcopo. Et multi quidem Philippum, plures vero Proclum eligebant: & obtinuiſſet ſane Procli electio, niſi potentum nonnulli obſtitiſſent; canone eccleſiaſtico prohiberi dicentes: Ne quiſquam epiſcopus uni addictus eccleſiæ ad aliam civitatem transferatur. Hoc dicto ac credito, coactus eſt populus acquieſcere.

Idem *ibid. cap.* XXXVI.

Οἱ τότε ταῦτα λέγειν ἐπιχειρήσαντες, ἀλλ' ἢ κατασκεδάσασθαι φθόνῳ τῷ πρὸς τὸν Πρόκλον, ἢ

Qui tunc iſta dicere conati ſunt, vel invidia fuerunt erga Proclum infecti, vel & canones, quæ-

ἀγνοεῖν καὶ τοὺς κανόνας, καὶ τὰ πολλάκις χρειωδῶς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις γενόμενα.

A ve sæpenumero utiliter in ecclesiis gesta fuere, ignorabant.

IDEM *ibid. cap.* XL.

Μαξιμιανὸς δὲ δύο ἐνιαυτοὺς πρὸς τοῖς πέντε μησὶν ἡσύχως τῆς ἐκκλησίας προστὰς, ἐτελεύτησεν ἐν ὑπατείᾳ Αρεοβίνδου καὶ Ασπαρος, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Απριλλίου μηνός. συνέβη δὲ ἐν αὐτῇ τὴν ἑβδομάδα εἶναι τῶν νηστειῶν, τὴν γειτνιάζουσαν τῇ τοῦ πάσχα ἑορτῇ· ἡμέρα δὲ ἦν καλουμένη πέμπτη. τότε δὴ καὶ ὁ βασιλεὺς Θεοδόσιος σοφῶς τοῦ πράγματος προενόησεν· ἵνα γὰρ μὴ πάλιν περὶ ἐπιλογῆς ἐπισκόπου ζήτησις ᾖ, καὶ ταραχὴ τῇ ἐκκλησίᾳ κινήσῃ, μὴ μελλήσας, ἀλλ' ἔτι κειμένου τοῦ σώματος Μαξιμιανοῦ τοῖς παροῦσιν ἐπισκόποις ἐνθρονίσαι τὸν Πρόκλον ἐπέτρεψεν· τοῦτο γὰρ καὶ τοῦ ἐπισκόπου τῆς Ρωμαίων Κελεστίνου ἐπιστολαὶ παροῦσαι ἐγίνοντο σύμψηφοι, ἃς ἐκεῖνος ἀπεστάλκει Κυρίλλῳ τε τῷ Αλεξανδρείας, καὶ Ιωάννῃ τῷ Αντιοχείας, καὶ Ρούφῳ τῷ Θεσσαλονίκης· διδάσκων ὡς οὐδὲν κωλύει, τόν τε ἑτέρας πόλεως ὀνομασθέντα, ἢ καὶ ὄντα ἐπίσκοπον, εἰς ἄλλην μετατίθεσθαι. ἐνθρονισθεὶς οὖν ὁ Πρόκλος, τὴν ἐκκομιδὴν τοῦ Μαξιμιανοῦ σώματος ἐποιήσατο.

Maximianus vero cum biennium ac menses quinque ecclesiæ pacate præfuisset, mortuus est consulibus Areobindo & Aspare, duodecima die Aprilis. Accidit autem, ut hebdomada esset jejuniorum, paschatis festo vicina: erat autem dies illa quinta vocata. Tunc autem & Theodosius imperator caussæ huic sapienter providit: etenim ne denuo in electione episcopi disceptatio oriretur & ecclesia per- B turbaretur, incunctanter, nondum humato Maximiani corpore, præsentibus episcopis præcepit, ut PROCLUM ordinarent: nam ad eam rem & Cælestini episcopi Romani litteræ quæ allatæ fuerant, consentiebant, quas ille & Cyrillo Alexandrino, & Joanni Antiochiæ, & Rufo Thessalonicensi miserat: nihil impedire docens, eum qui alii esset ecclesiæ nuncupatus, vel etiam episcopus esset, ad aliam transferri ecclesiam. Ordinatus itaque PROCLUS, funus corporis Maximiani procuravit.

IDEM *ibid. cap.* XLI.

Πρόκλος ἐκ πρώτης ἡλικίας ἀναγνώστης ἐτύγχανεν ὤν, ἐφοίτα τε εἰς διδασκάλους, καὶ ῥητορικῆς ἐγίνετο ζηλωτής. τελέσας δὲ εἰς ἄνδρα, τὰ πολλὰ παρῆν τῷ ἐπισκόπῳ Αττικῷ, ὑπογραφεὺς αὐτοῦ τῶν λόγων γενόμενος. προκόψαντα δὲ αὐτὸν καὶ ἐν τῇ τάξει τῆς διακονίας Αττικὸς προηγάγετο· ἀξιωθεὶς δὲ καὶ πρεσβυτερίου, ὡς προεῖπον, ὑπὸ Σισιννίου πρὸς τὴν Κυζίκου ἐπισκοπὴν προεβλήθη· τότε δὴ τῆς ἐν Κωνσταντίνου πόλει ἐκκλησίας τὸν θρόνον ἐκληρώθη. ἦν δὲ ἀνὴρ ἀγαθὸς τὸ ἦθος, εἰ καί τις ἄλλος· ὑπὸ γὰρ τῷ Αττικῷ παιδευθεὶς, πάντα αὐτοῦ τὰ χρηστὰ ἐμιμήσατο· τὴν δὲ ἀνεξικακίαν, πλέον ἢν ἐκεῖνος εἶχεν, ἐξήσκησεν. ὁ μὲν γὰρ τοῖς αἱρεσιώταις, φοβερὸν ἐν καιρῷ ἑαυτὸν ἐπεδείκνυεν· οὗτος δὲ προσηνὴς τοῖς πᾶσιν ἐγίνετο· τούτῳ δὲ μᾶλλον αὐτοὺς, ἢ βίᾳ προσάγεσθαι προνοῶν· αἵρεσιν γὰρ οὐδεμίαν σκύλλειν αἱρούμενος, τὸ ἀξίωμα τῆς πρᾳότητος τῇ ἐκκλησίᾳ φυλάξας ἀπέδωκε· κατὰ τοῦτο τὸ μέρος, τὸν βασιλέα μιμούμενος Θεοδόσιον.

C PROCLUS ex primæva ætate lector fuerat, & auditis præceptoribus rhetoricæ operam dederat. Cum autem in virum evasisset, episcopo Attico frequenter aderat, ac librorum illius amanuensis erat. Progressum autem, Atticus ad diaconatus etiam ordinem subvexit: deinde & presbyterium sortitus, a Sisinnio, sicut antea dixi, ad episcopatum Cyzicenum ordinatus est. Postmodum vero & Constantinopolitanæ ecclesiæ sedem est consequutus. Erat autem hic vir, si quisquam alius, ingenio ac moribus bonus: etiam ab Attico institutus, quæcumque in illo bona fuerant, imitatus est: clementia vero usus est majore, quam in Attico fuerat. Ille namque hæreticis terribilem se pro tempore D ostenderat: hic vero omnibus placidus fuit; & hoc se pacto eos magis quam violentia attracturum præcogitavit: etenim nullam hæresim divexare volens, mansuetudine dignitatem ecclesiæ salvam restituit: atque ea in re Theodosium imperatorem imitatus est.

IDEM *ibid. cap.* XLII.

Επὶ τούτοις μὲν οὖν καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτὸν ἀπεδέχετο· καὶ γὰρ τοῖς ἀληθῶς ἱερωμένοις ἐφάμιλλος, καὶ οὐδαμοῦ τοὺς διώκειν ἐθέλοντας ἀπεδέχετο.

Hac itaque ratione imperator PROCLUM laudabat: nam & ipse veros imitabatur sacerdotes, nec ullo pacto eos approbabat qui ad persequendum erant parati.

IDEM *ibid. cap.* XLIII.

Θνήσκει μὲν Βαρβάρων ὁ ἔπαρχος, ᾧ ὄνομα ἦν Ρούγας, βληθεὶς κεραυνῷ· λοιμός τε ἐπιλαβόμενος τὸ πλεῖστον τῶν ὑπ' αὐτῷ ἀνθρώπων διέφθειρεν. καὶ οὐ τοῦτο μόνον ἐξήρκεσεν· ἀλλὰ γὰρ καὶ πῦρ ἐξ οὐρανοῦ κατελθὸν, πολλοὺς τῶν ὑπολειφθέντων ἀνάλωσεν. τότε δὴ καὶ ὁ ἐπίσκοπος Πρόκλος, ἐκ τοῦ Ιεζεκιὴλ προφητείαν ἐπ' ἐκκλησίας διδάσκων, τῇ γενομένῃ ἐκ Θεοῦ σωτηρίᾳ προσαρμόσας, ἱκανῶς ἐθαυμάσθη· ἡ δὲ προφητεία ἐστὶν αὕτη· καὶ σὺ υἱὲ ἀνθρώπου, προφήτευσον ἐπὶ Γὼγ ἄρχοντα, Ρὼς, Μισὸχ καὶ Θοβελ· κρινῶ γὰρ αὐτὸν θανάτῳ, καὶ αἵματι, καὶ ὑετῷ κατακλυζόντι, καὶ λίθοι χαλάζης· καὶ πῦρ, καὶ θεῖον βρέξω ἐπ' αὐτὸν, καὶ ἐπὶ πάντας τοὺς μετ' αὐτοῦ, καὶ εἰς ἔθνη

E Barbarorum dux nomine Rugas, fulmine ictus interiit: & pestis subsequuta maximam eorum hominum qui sub illo fuerant, partem interemit. Neque sic plaga quievit: sed & ignis e cælo delapsus, plurimos ex iis qui remanserunt, consumsit. Tunc sane episcopus PROCLUS, cum in ecclesia de collata salute Ezechielis exponeret prophetiam, admirationi fuit abunde. Erant autem verba prophetiæ: [a] *Et tu fili hominis vaticinare contra Gog principem, Rhos, Misoch & Tobel: Judicabo enim eum morte, & sanguine, & imbre vehementi, & lapidibus grandinis: & ignem, & sulphur pluam super eum, & super omnes qui cum eo, & super gentes mul-*

a Ezech. XXXVIII. 22.

πολλὰ μετ' αὐτοῦ. καὶ μεγαλυνθήσομαι, καὶ ἐνδοξασθήσομαι, καὶ γνωσθήσομαι ἐναντίον πολλῶν ἐθνῶν· καὶ γνώσονται ὅτι ἐγώ εἰμι ὁ κύριος. σφοδρὰ μὲν οὖν, ὡς ἔφην, ἐθαυμάσθη ἐπὶ τούτοις ὁ Πρόκλος.

A tas cum eo. *Et magnificabor*, & *glorificabor*, & *notus ero in conspectu multarum gentium*: & *cognoscent*, *quia ego sum Dominus*. Vehementer itaque, sicut dixi, ob ista admirationi fuit PROCLUS.

III.

Ex concilio Antiocheno sub DOMNO, *intexto Actioni* XIV. concilii Chalced. edit. Ven--Labb. *tom.* IV. *pagg.* 1659. 1662. 1663.

Δόμνος ἐπίσκοπος τῆς Αντιοχείας εἶπεν· οἶδα κἀγὼ ἐκδεδημηκέναι τὸν ἐπίσκοπον Αθανάσιον· καὶ γὰρ ἐκόμισέ μοι γράμματα τῶν θεοφιλεστάτων καὶ ἁγιωτάτων ἐπισκόπων τοῦ κυρίου, Πρόκλου φημὶ καὶ τοῦ κυρίου Κυρίλλου.

Θεόδωρος ἐπίσκοπος εἶπεν· ὅσια γράμματα διὰ τοῦ θεοφιλεστάτου ἐπισκόπου Αθανασίου κεκόμισται τῶν ἁγιωτάτων καὶ θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων. κελευσάτω σου ἡ ἁγιότης, ταῦτα ἀναγνωσθῆναι ἐπὶ τῆς ἁγίας συνόδου.

Θεόκτιστος ἐπίσκοπος Βεῤῥοίας εἶπε· τὰ αὐτὰ συνεῖδον κἀγὼ ὡς ψευδῆ ἐδίδαξε τοὺς ἁγιωτάτους καὶ ὁσιωτάτους ἀρχιεπισκόπους Πρόκλον φημὶ καὶ Κύριλλον ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Αθανάσιος.

Σάββας ἐπίσκοπος εἶπεν· εἰ τὴν ἡσυχίαν ἠγάπα ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Αθανάσιος, οὐκ ἔδει αὐτὸν μετὰ παραίτησιν καὶ ὅρκους ἐνοχλῆσαι τοῖς ἁγίοις πατράσι καὶ ἀρχιεπισκόποις Πλόκλῳ καὶ Κυρίλλῳ.

Domnus episcopus Antiochiæ dixit: Novi & ego formidasse reverendissimum episcopum Athanasium: nam detulit mihi litteras Dei amantissimorum & sanctissimorum episcoporum, domni PROCLI scilicet & domni Cyrilli.

B Theodorus episcopus dixit: Divinæ litteræ per Dei amantissimum episcopum Athanasium prolatæ sunt sanctorum archiepiscoporum. Jubeat tua sanctitas has relegi coram sancto concilio.

Theoctistus episcopus Berrhœæ dixit: Hæc ipsa & ego perspexi, quia falsa docuerit sanctissimos & venerabilissimos episcopos, PROCLUM videlicet & Cyrillum, reverendissimus episcopus Athanasius.

Sabbas episcopus dixit: Si quietem diligeret reverendissimus episcopus Athanasius, non eum oportuerat post repudium & jusjurandum, importunum exsistere sanctissimis patribus & archiepiscopis PRO-
C CLO & Cyrillo.

IV.

THEODORITUS *epist.* LXXXVI. *ad* Flavianum *opp. tom.* III. *pag.* 964. b.

Ισθι δέσποτα, ὡς τὴν πρὸς ἡμῶν ἔσχε μικροψυχίαν, ἐξ οὗ τοῖς παρ' ὑμῖν γεγενημένοις συνοδικοῖς, ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλου, συνεθέμεθα, τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων κανόσιν ἀκολουθήσαντες.

Scito domine quod demisso erga nos animo fuit, ex quo in urbe vestra, tempore beatæ memoriæ PROCLI, synodica acta composuimus, sequentes canones sanctorum patrum.

IDEM *epist.* CX. *ad* Domnum. *Ibid. pag.* 980. b.

Εθει τοίνυν ἠκολουθήσαμεν, καὶ ἀνδράσιν ἐπισήμοις, καὶ ἐπὶ γνώσει καὶ βίῳ πολυθρυλλήτοις. πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοιαῦτα δεδιδαγμένος ὁ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλος ὁ τῆς Κωνσταντινουπολιτῶν ἐπίσκοπος, καὶ αὐτὸς τὴν χειροτονίαν ἐδέξατο, καὶ ἔγραψεν ἐπαινῶν, καὶ θαυμάζων.

Consuetudinem itaque sequuti sumus, & homines insignes tum doctrina tum vita celebres. Mul-
D ta etiam alia hujusmodi beatæ memoriæ PROCLUS Constantinopolitanus episcopus edoctus, & ipse ordinationem suscepit & laudavit litterisque approbavit.

V.

Ex libello EUSEBII *episcopi Dorylæi in act.* I. conc. Chalced. edit. Ven--Labb. *tom.* IV. *pag.* 931. b.

Τῇ πίστει τῶν ἁγίων πατέρων, τῶν τριακοσίων δέκα καὶ ὀκτὼ, τῶν ἐν Νικαίᾳ συναγηγερμένων, καὶ τοῖς φρονηθεῖσι καὶ ἐκτεθεῖσι παρὰ τοῦ μακαρίου Κυρίλλου τοῦ τῆς Αλεξανδρέων μεγαλοπόλεως γεγονότος ἐπισκόπου, καὶ Αθανασίου τοῦ μεγάλου, καὶ Γρηγορίου, καὶ Πρόκλου τῶν ἁγίων ἐπισκόπων.

In fide sanctorum patrum trecentorum decem & octo in Nicæa congregatorum, & in his quæ sapuit & exposuit beatissimus Cyrillus Alexandrinæ magnæ civitatis quondam episcopus, & magnus Athanasius, & Gregorius, & PROCLUS, sancti episcopi.

Ex act. XI. *ejusdem* concil. Chalced. *Ibid. pag.* 1611. a. & 1614. a.

Λουκιανὸς ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος Βύζης, εἶπεν· ἐδέξατο αὐτὸν ὁ μακαρίτης Πρόκλος.

Οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· εἰ Πρόκλος ὁ τῆς ὁσίας μνήμης, ὁ γεγονὼς ἀρχιεπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως, ἐδέξατο αὐτὸν Βασσιανὸν τὸν εὐλαβέστατον ἐπίσκοπον, καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὡς ἐπισκόπῳ τῆς Εφεσίων μητροπόλεως, ὁ εὐλαβέστατος κλῆρος τῆς ἁγίας Κωνσταντίνου πόλεως ἐκκλησίας διδαξάτωσαν. Θεόφιλος ὁ εὐλαβέστατος πρεσβύτερος τῆς κατὰ Κωνσταντίνου πόλιν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἶπεν· ὡς ἐπὶ Θεοῦ,

E Lucianus reverendissimus episcopus Byziæ dixit: Suscepit eum beatissimæ memoriæ PROCLUS.

Gloriosissimi judices dixerunt: Si PROCLUS sanctæ memoriæ qui fuit archiepiscopus regiæ Constantinopolis, suscepit Bassianum reverendissimum episcopum, & communicavit ei tamquam episcopo Ephesiorum metropolis; reverendissimus clerus sanctæ Constantinopolitanæ ecclesiæ nos edoceat. Theophilus reverendissimus presbyter Constantinopolis sanctæ ecclesiæ dixit: Ut coram Deo, & suscepit

κ) ἐδέξατο αὐτὸν ὁ ἐν ἁγίοις Πρόκλος κοινωνικόντα, A κ) συνοδικοῖς γράμμασι τιμήσας αὐτὸν, ἀπέλυσεν ἐπὶ τὴν Εφεσον· κ) ἐν τοῖς διπτύχοις ἔταξεν αὐτῦ τὸ ὄνομα, κ) ἐλέγετο ἕως πρὸ ὀλίγυ καιρῦ. πάντες οἱ εὐλαβέστατοι κληρικοὶ τῆς Κωνσταντινυπολιτῶν ἁγιωτάτης ἐκκλησίας εἶπον· κ) ἡμεῖς τὰ αὐτὰ λέγομεν. ἐδέξατο γὰρ αὐτὸν καὶ ἐκοινώνησεν αὐτῷ ὁ μακάριος Πρόκλος, καὶ ἐποίησε συνοδικὰ γράμματα, καὶ εἰς τὰ δίπτυχα αὐτὸν ἔταξεν.

eum sanctæ memoriæ Proclus communicantem; & synodalibus litteris honorans, dimisit eum ad Ephesum; & in diptychis posuit ejus nomen, & recitabatur usque ad modicum ab hinc tempus. Omnes reverendissimi clerici sanctissimæ Constantinopolitanæ ecclesiæ dixerunt: Et nos hæc ipsa dicimus. Suscepit enim eum, & communicavit ei beatæ memoriæ Proclus, & fecit synodicas litteras, & in diptychis eum posuit.

Ex act. XIV. *ejusdem* concilii Chalced. *Ibid. pag.* 1646. a. b.

Αθανάσιος ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος εἶπε· τὸ ἐμὸν πρᾶγμα ἀπὸ μακρῦ χρόνυ κατῆρκται· κ) τῦτο ἤκυσαν οἱ τῆς μακαρίας μνήμης Κύριλλός τε κ) Πρόκλος· κ) φανερὺς τύπυς ἔγραψαν τῷ Αντιοχείας γενομένῳ ἐπισκόπῳ Δόμνῳ· συνέθετο ἐκεῖνος πληρῦν ταῦτα· ἀξιῶ, εἰ παρίσταται τῇ ὑμετέρᾳ ἐξυσίᾳ, τὰ γράμματα B τῶν ἀρχιεπισκόπων ἀναγνωσθῆναι. οἱ ἐνδοξότατοι ἄρχοντες εἶπον· τὰ γράμματα Πρόκλυ κ) Κυρίλλυ τῶν τῆς εὐλαβῦς μνήμης ἀναγινωσκέσθωσαν.

Athanasius reverendissimus episcopus dixit: Mea caussa a longo tempore inchoata est, & hanc audierunt beatæ memoriæ Cyrillus & Proclus, & certas litteras scripserunt Domno qui fuit Antiochenus episcopus, promisitque ille eas complere. Rogo itaque, si videtur vestræ potestati, archiepiscoporum litteræ relegantur. Gloriosissimi judices dixerunt: Litteræ Procli & Cyrilli reverendissimæ memoriæ relegantur.

V I.

Ex epistola Quintiani *episcopi Asculani ad* Petrum Fullonem *episcopum Antiochiæ.*

Ex tom. V. concil. edit. Ven--Labb. *pag.* 226. a.

Ταύτας τὰς δώδεκα καθαιρέσεις ἀπέστειλά σοι, εἰδὼς ὅτι χρὴ ἐξακολυθεῖν τῇ ἀποκαλύψει τῦ ὁσιωτάτυ τῆς Κωνσταντινυπολιτῶν ἐκκλησίας ἐπισκόπυ Πρόκλυ· C πῶς ἐν τῷ Κάμπῳ καταδραμῶν σὺν παντὶ τῷ λαῷ, κυματιζομένης ὑπὸ σεισμῶν τῆς αὐτῆς πόλεως· κ) θρήνυ ὑπὸ πάντων ἀναπεμπομένυ, ἄφνω παῖδα εἰς τὸν ὐρανὸν ἀρθῆναι ὑπό τινος δυνάμεως, κ) τῦτῳ ἐνθέσθαι τῦ λιτανεύειν τὸ τρισάγιον κ) λέγειν· ἅγιος ὁ Θεός· ἅγιος ἰσχυρός· ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. καὶ ταῦτα τῦ ἐπαγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ προσετάχθη. ὃς κ) μετὰ τρίωρον ἔστη ἐν τῷ τριβυναλίῳ παρὰ τὺς πόδας τῦ αὐτῦ τῦ ἐπισκόπυ, κ) ταῦτα διηγήσατο. καὶ ὕτως λιτανευσάντων, ἔστησαν οἱ σεισμοί.

Has duodecim depositiones ad te misi, sciens quod oportet sequi revelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopi; quando in campum cum universo populo cucurrit, fluctuante ipsa civitate sub terræ motu, & omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aera levari a quadam virtute, & huic imponi suppliciter occinere Trisagium, ac dicere: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; & hæc annuntiare episcopo jussus est: qui & per tres horas stetit in tribunali, secus pedes ipsius episcopi, & hæc narravit. Et sic suppliciter orantibus stetit terræ motus.

V I I.

Ex epistola Acacii *episcopi CP. ad eumdem* Petrum Fullonem. *Ibid. pag.* 231. b.

Οὐ μόνον γὰρ τὸν χερυβικὸν ὕμνον ἐνόθευσας, δι' ὗ D κ) ἡ ἡμετέρα πόλις ἐστερεώθη σαλευομένη ποτὲ ὑπὸ ἀνενδότων σεισμῶν, παιδὸς νηπίυ περὶ τὸν αἰθέρα ἁρπαγέντος ἐπ' ὄψεσι πάσης τῆς πόλεως ὡς ἕω τρίτυ ὐρανῦ κατὰ τὸν θεσπέσιον Παῦλον. κᾀκεῖ ἀκηκοότος τὴν ἄρρητον ταύτην ὑμνολογίαν· καθ' ἣν ὥραν ἐν τῷ Κάμπῳ τὰ πλήθη μετὰ δακρύων ἀνεβόων, τό· κύριε ἐλέησον, πρὸς τὸν Θεὸν, ἅμα τῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλυ τῦ γεγονότος πατρὸς ἡμῶν, κ) ἀρχιεπισκόπυ ταύτης τῆς βασιλίδος, κ) φιλοχρίστυ πόλεως.

Non solum enim Cherubicum illum hymnum corrupisti per quem & nostra civitas firmata est, cum olim moveretur ab interioribus terræ motibus, puero infante ad æthera rapto in conspectu totius civitatis usque ad tertium cælum, quemadmodum divinus Paullus, ibidem hanc ineffabilem hymnologiam obaudivit; in qua hora in campo multitudo cum lacrymis, *Domine miserere*, exclamabat ad Deum, simul cum sancto patre nostro Proclo archiepiscopo hujus regalis & a Deo amatæ civitatis.

V I I I.

Ex epistola Justini *episcopi in Sicilia ad eumdem* Petrum Fullonem. *Ibid. pag.* 227. b.

Δέξαι ὖν ὡς ἀδελφῦ σῦ παραίνεσιν· κ) γενῦ ποιμὴν τῶν προβάτων, καὶ οὐ λύκος· κ) τῷ μακαρίῳ Πρόκλῳ ἀκόλυθος γενῦ, κ) τῇ αὐτῦ ἐν τῷ Κάμπῳ ἀποκαλύψει.

Suscipe ergo tamquam fratris tui admonitionem: & fias pastor ovium, & non lupus: & fias sectator beati Procli & revelationis ejus in Campo.

IX.

Ex Hist. eccl. TRIPARTITA *lib.* XII. *cap.* III.
Apud Cassiodorum, *opp. tom.* I. *pag.* 348.

Sisinnius PROCLUM in Cyzico consecravit; qui A ante quam proficisceretur ad Cyzicum, cives præcedentes Dalmatium monachum episcopum sibimet ordinaverunt, parvi pendentes regulam qua jubetur, præter Constantinopolitanum episcopum ordinationem ibi fieri non debere. Quod ideo Cyziceni neglexerunt, quia Attico soli hæc lex personaliter præstita videbatur. Mansit ergo PROCLUS non habens ecclesiam propriam: qui tamen in doctrina ecclesiarum Constantinopoleos valde florebat.

Ibidem cap. X. *pag.* 351.

Maximianus quum duos annos & sex menses ecclesiam gubernasset, defunctus est consulatu Ariobindæ & Asparis, die XII. mensis Aprilis, in septimana majore jejuniorum, feria V. Tunc igitur Theodosius imperator sapienter caussam prospexit, ne rursus de episcopatu seditionis quæstio aut tumultus in ecclesia nasceretur. Quum adhuc ergo corpus Maximiani jaceret, præsentibus episcopis præcepit inthronizare PROCLUM. Quod etiam Romani episcopi Cælestini litteræ firmaverunt, quas ad Cyrillum Alexandriæ destinavit episcopum & ad Joannem Antiochenum & Rufum Thessalonicensem: dicens quia nihil probiberet alterius civitatis exsi- B stentem episcopum in aliam demigrari. Inthronizatus igitur PROCLUS exsequias Maximiani corporis celebravit.

Ibid. cap. XI. *pag.* 352.

PROCLUS ab ætate prima lector fuit, apud doctores tamen observans zelator quoque in rhetorica: qui dum ad perfectam venisset ætatem, plerumque cum Attico erat episcopo exceptor sermonum ejus. Et dum proficeret, ab Attico diaconus ordinatur, postea presbyter. A Sisinnio vero Cyzici ordinatur episcopus. Hæc equidem ei primitus provenerunt: postea thronum Constantinopolitanæ sortitur ecclesiæ. Erat enim vir moribus opti- C mis; & ab Attico utiliter eruditus, omnia ejus imitabatur. Sed in isto patientia potior apparebat. Et ille quidem hæreticis se terribilem opportune monstrabat: iste vero omnibus mitis erat; & sic eos potius, quam violenter flectere nitebatur, nullam hæresim fatigare volens: in hac parte Theodosium imitatus imperatorem. Ille namque judicabat, contra culpabiles imperiali non uti potestate: hic autem parvi pendebat, si quis de Deo non ita saperet, sicut ipse. In his igitur etiam imperator laudabat eum; quum & ipse veros sacerdotes imitaretur, & nequaquam persequi volentes admitteret.

X.

Ex Confessione fidei JOANNIS MAXENTII.
In biblioth. PP. Paris. tom. IV. *part.* I. *pag.* 437. b.

Sed his paullo manifestius beatus PROCLUS hujus urbis episcopus, quem etiam veneranda recepit synodus Chalcedonensis, ad Armenios: cum contra Theodori blasphemias qui quaternitatem pro Trinitate impie dogmatizavit, peteretur ab ipsa gente, ut scriberet, ejusdemque blasphemias refutaret; D de hac sententia est loquutus, dicens, cet. Quapropter si quis hanc hujus beatissimi patris super splendorem solis lucentem sententiam reprehendere audet, unam totius Trinitatis subsistentiam, id est, Patris & Filii & Spiritus sancti, manifeste cum Sabellio credere deprehenditur.

XI.

Ex libro IV. EPHRÆMII *episcopi Theopolitani ad orientales monachos.*
Apud Photium *Bibl. cod.* CCXXIX. *pag.* 827.

Καὶ μὴν καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, καὶ Κυριακὸς ὁ τῆς Πάφου ἐπίσκοπος, εἷς ὢν τῶν τιη. ἁγίων πατέρων, τὰ αὐτά φησιν· ὁ μὲν ἐν Πουλχερειαναῖς μετὰ τὸ γενέθλιον· ὁ δὲ ἐν τῷ εἰς τὰ Θεοφάνια λόγῳ· ὁ αὐτὸς δὲ, καὶ ἐν τῷ περὶ ἐνανθρωπήσεως λόγῳ τὰ αὐτὰ λέγει.

Et sane PROCLUS Constantinopolitanus, & Cyriacus Paphi episcopus, unus e trecentis decem & octo patribus, hæc eadem habent. Ille quidem in Pulcherianis post Natalem; & hic in Epiphaniæ oratione: qui etiam in oratione de Incarnatione eadem habet.

Ex Oratione III. *ejusdem ad* Domnum *&* Joannem *monachos.*
Ibid. pagg. 806. 807.

Ἐπὶ τούτοις καὶ ὁ τῶν Ἱεροσολύμων Κύριλλος, E καὶ Ἀμφιλόχιος ὁ τοῦ Ἰκονίου, καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως· ὃς καί φησιν ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ· ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἀνόθευτος· καὶ ἔστιν εἷς υἱός.... Ἀλλὰ καὶ Πέτρος ὁ Ἀλεξανδρείας καὶ μάρτυς, τὰ ὅμοια μαρτυρεῖ. καὶ Πρόκλος ὁ Κωνσταντινουπόλεως, ἔν τε τῷ εἰς τὸ γενέθλιον λόγῳ.

Ad hæc Hierosolymitanus Cyrillus, Iconii Amphilochius, PROCLUS Constantinopoleos episcopi; qui in quadragesima sic habet: *Divina natura increata, & nostræ carnis legitima assumtio, & unus est filius........* Sed & Petrus martyr Alexandriæ præsul similia testatur, cet. PROCLUS quoque Constantinopolitanus episcopus in sermone de Nativitate Domini.

Ex libro I. *ejuſdem* Ephræmii *de verbis* Cyrilli.
Ibid. pag. 794.

Ὁ θαυμάσιος δὲ Βασίλειος ὁ ἐκ Καππαδοκίας, πᾶ- A σαν φωτίσας τὴν οἰκουμένην, τὴν μορφὴν, καὶ τὴν οὐσίαν ταὐτὸν δογματίζει. καὶ Πρόκλος δὲ ὁ Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπος, ὡσαύτως· ὁ μὲν γὰρ τὴν μορφὴν οὐσίαν ὠνόμασεν· ὁ δὲ φύσιν.

Magnus quoque Baſilius Cappadox, cujus fama univerſum pervagatur orbem, *formam* & *eſſentiam* idem eſſe docet. Proclus quoque Conſtantinopolitanus epiſcopus ſimiliter: modo ſiquidem *eſſentiam* appellavit *formam*, modo vero *naturam*.

X I I.

Ex Conſtituto Vigilii *papæ*.

Apud Baronium *ad annum* 553. §. clxxiv. *& ſeq.*

Beatum Proclum hujus regiæ civitatis antiſtitem ita memorati Joannis Antiocheni epiſcopi ſimiliter conſtat reſpondiſſe reſcriptis, cet. Perpendat B ergo pietatis veſtræ ſapientia ſingularis, quia Proclus eruditiſſimus ſacerdotum, & non longe a Theodori Mopſueſteni vita repertus, mala quæ libenter damnaverat, cujus eſſent, ſe jam tunc profeſſus eſt ignorare.

X I I I.

Ex conc. Conſtantinopolitano II. *gener.* V. *Collat.* III.
edit. Ven--Labb. tom. vi. *pag.* 42.

Sequimur per omnia & ſanctos patres & doctores eccleſiæ, Athanaſium, Hilarium, cet. Leonem, Proclum: & ſuſcipimus omnia quæ de recta fide, & condemnatione hæreticorum expoſuerunt. *Hæc eadem etiam habentur in concil. Lateranen. ſub Martino I. Conſ.* 5.

Ex eodem concilio CP. Collat. vi.
Ibid. pag. 136.

Sancta ſynodus dixit: Omnibus manifeſtum eſſe putamus ex epiſtola a Proclo religioſæ memoriæ C ſcripta, quod non libera eſt ab accuſatione apud eum propoſita ad Marim Perſam epiſtola. Nam Neſtorium vindicat, & impii Theodori ſcripta per omnia comprobat, quæ ſanctæ memoriæ Proclus præcepit eum anathematizare.

Ex eodem concilio CP. Collat. V. Cyrilli *epiſt. ad* Acacium.
Ibid. pag. 79.

Non oportebat latere ſanctitatem tuam: aut forſitan & cognovit, quod omnes orientales religioſiſſimi epiſcopi in Antiochia convenerunt, cum tranſmiſiſſet eis tomum dominus meus ſanctiſſimus epiſcopus Proclus, bonorum plenum intellectuum & rectorum dogmatum: erat enim ratio multa & longa de diſpenſatione Domini noſtri Jeſu Chriſti. Suppoſuit etiam capitula quædam collecta a Theodori codicibus, quæ conſonantem Neſtorii perfidiis intellectum habent, & adhortatus eſt etiam illa anathematizare.

X I V.

Anastasius Sinaita *lib.* ὁδηγοῦ *cap.* III.
Ex edit. opp. Gretſeri 1740. *tom.* xiv. *pag.* 39. d.

Πολλῷ πλέον δὲ πάντων, καὶ πρὸ πάντων χρὴ ἀνα- D θεματίζειν τὸν κηρύττοντα, ἢ ἔχοντα νέαν πίστιν, ἢ νέον δόγμα, παρηλλαγμένον τῆς πίστεως τῶν ἐν Νικαίᾳ τιη. πατέρων. ὡσαύτως καὶ τὸν ἐφρόντα, ἢ παραλαβόντα ἐκ τῆς συνόδου Χαλκηδόνος νέαν πίστιν παρεκτὸς τοῦ φρονήματος τῶν ἁγίων πατέρων Διονυσίου, Εἰρηναίου, Ἀθανασίου, Βασιλείου, Γρηγορίου, Ἰωάννου, Πρόκλου· καὶ τῶν λοιπῶν ἁγίων πατέρων τῶν ὁμοφρόνων αὐτῶν. τοὺς γὰρ μὴ ἀκολουθοῦντας τούτοις τοῖς ἁγίοις διδασκάλοις, κατακρίτους ἡγούμεθα καὶ ἀλλοτρίους τοῦ Χριστοῦ.

Præ omnibus vero & ante omnia exſecrandus eſt, qui novam fidem aut ſententiam prædicat vel tenet diverſam a trecentis decem & octo Nicææ patribus. Similiter & qui invenerit aut ſuſceperit ex concilio Chalcedonenſi novam præter ſanctorum patrum mentem, Dionyſii, Irenæi, Athanaſii, Baſilii, Gregorii, Joannis, Procli reliquorumque ſanctorum patrum cum his concordium. Nam qui ſanctos hos doctores non ſequuntur, damnatos ducimus a Chriſtoque alienos.

Idem *ibid. cap.* vi. *pag.* 46. a.

Ὅσας δὲ πάλιν χρήσεις λεγούσας τὰς δύο φύσεις εὗρε Γρηγορίου τε, καὶ Ἰωάννου, καὶ Κυρίλλου, καὶ Ἀθανασίου, καὶ Πρόκλου, καὶ τῶν λοιπῶν περιφανῶν διδασκάλων, ὧν αἱ βίβλοι καὶ αἱ χρήσεις ἀπαραίτητοί τοι εἰσὶ διὰ τὸ κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην αὐτὰς προκεῖσθαι.

Rurſum quæ teſtimonia offendit duas aſſerentia naturas in Gregorio, Joanne, Cyrillo, Athanaſio, Ambroſio, Proclo ceteriſque præclaris doctoribus, quorum libris & ſententiis refragari nequiret: poſtquam toto terrarum orbi conſtat duas ipſos in Chriſto naturas affirmare.

IDEM *ibid. cap.* VII. *pagg.* 52. b. 53. a. b.

A Εἶτα μετὰ τὸν Ἀρτέμωνα, Παῦλος ὁ Σαμοσατεὺς, καὶ Διόδωρος δὲ καὶ Θεόδωρος ὁ Ἀντιοχεὺς γεγόνασιν· ἐξ ὧν τὰ μυρία δόγματα τῆς διαιρέσεως ἤντλησε Νεστόριος, καθὰ μαρτυρεῖ καὶ ὁ ἅγιος Πρόκλος, καὶ ὁ μακάριος Κύριλλος.

Μεγάλως ὁ Κύριλλος ἐπαινεῖ Πρόκλον τὸν σύγχρονον αὐτῷ. λέγει γὰρ ἐν τῇ ἑρμηνείᾳ τοῦ συμβόλου οὕτως· ταῦτα φρονεῖ μεθ' ἡμῶν ὁ φιλόχριστος τῶν ἁγίων πατέρων χορός· καὶ αὐτὸς δὲ ὁ νυνὶ τὸν τῆς ἁγίας Κωνσταντίνου πολιτῶν κοσμίσας θρόνον, ὁσιώτατος, καὶ θεοσεβέστατος ἀδελφὸς συνεπίσκοπος Πρόκλος.

Ταῦτα Πρόκλου κατὰ τὸν καιρὸν τοῦ Νεστορίου διδάσκαντος, ὁ θεῖος Κύριλλος σύμφρονα, καὶ ἁγιώτατον αὐτὸν, καὶ ὅσιον εἶναι ὁμολογεῖ, καὶ ἐπαινεῖ δύο φύσεις προφανῶς ἐπὶ Χριστοῦ λέγοντα. B

Poſt Artemonem exorti ſunt Paullus Samoſatenſis, Diodorus & Theodorus Antiochenus, a quibus innumera de diviſione dogmata Neſtorius hauſit, ut teſtantur ſanctus PROCLUS & beatus Cyrillus.

Magnis laudibus effert Cyrillus PROCLUM ſibi contemporaneum. Nam in explicatione ſymboli ita ſcribit: *Hæc nobiſcum ſentit Chriſti amantiſſimus ſanctorum patrum chorus: & ille ipſe qui nunc ſanctæ Conſtantinopolitanæ eccleſiæ thronum tenet, ſanctiſſimus & religioſiſſimus frater & coepiſcopus* PROCLUS.

PROCLUM ipſa Neſtorii ætate hæc docentem, appellat divinus Cyrillus, ejuſdem ſecum ſententiæ, & *Sanctiſſimi* ac *Pii* appellatione cohoneſtat, & laudat eum, clare duas in Chriſto naturas aſſerentem.

X V.

FACUNDUS *epiſcopus Hermianenſis lib.* VIII. *cap.* II. *pagg.* 645. 646.

Quod ſi hæc ratio non mea, ſed viri prudentiſſimi atque ſanctiſſimi PROCLI, modo contemnitur .... *Nonnulliſque interjectis:* Hac ita perſpicua cunctis ratione ducebatur vir bonus & ſapiens PROCLUS, cet.

X V I.

LEONTIUS *de* Sectis *Act.* III.

Ex biblioth. PP. Pariſ. tom. XI. *pag.* 505. a.

C Ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τῆς βασιλείας Κωνσταντίνου ἄχρι τοῦ κινήματος τῆς ἐν Χαλκηδόνι συνόδου, ἐγένοντο διδάσκαλοι καὶ πατέρες οἵδε· Σίλβεστρος Ῥώμης, Ἀλέξανδρος, Ἰωάννης, Πρόκλος καὶ Φλαβιανὸς Κωνσταντίνου πόλεως.

Ab imperii Conſtantiniani principio uſque ad collectionem ſynodi Chalcedonenſis, hi doctores & patres vixerunt: Silveſter epiſcopus Romanus, Alexander, cet. Joannes, PROCLUS & Flavianus Conſtantinopolitani.

X V I I.

GEORGIUS Alexandrinus *ex libro* de Vita Chryſoſtomi.
Apud Savilium *tom.* VIII.

Ἕτοιμον οὖν ὑπάρχων, καλεῖ τὸν Πρόκλον, εἰς αὐτὸ τοῦτο ἀφωρισμένον, ἄνδρα θεοσεβῆ, καὶ ἐν πάσῃ ἀρετῇ κεκοσμημένον.

Princeps expromtus ad ſe accerſit PROCLUM, quem ad hoc ipſum munus obeundum conſtituerat: virum utique eximiæ pietatis erga Deum, omnibuſque virtutum ornamentis redimitum.

X V I I I.

JOANNES DAMASCENUS *in* Epiſtola de Triſagio §. VI.
opp. tom. I. *pag.* 487. c.

D Ἐπὶ Πρόκλου τοῦ τρισμακαρίου ἐξ ἀποκαλύψεως θείας, τὸν τρισάγιον ὕμνησαν ὕμνον, ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· ὅτε τὸ παιδίον ἐκ μέσης τῆς πληθύος τῶν λιτανευόντων ἡρπάχθαι φασὶ καὶ μεμυῆσθαι τὸν ὕμνον, ἐν ἀέρι γενόμενον ἔκ τινος ἀγγελικῆς δυνάμεως, καὶ μαρτυρίαν τῆς τοῦ ὕμνου θειότητος γεγενῆσθαι, τῆς ἐπαγωγῆς τὴν λώφησιν.

Tempore beatiſſimi PROCLI ex divina revelatione Triſagium hymnum cecinerunt: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis:* nempe cum puerum quemdam e media ſupplicantium turba ſublime raptum fuiſſe, ajunt, atque virtute quadam angelica in aerem evectum, hunc hymnum didiciſſe; quantumque in hoc hymno divinitatis ineſſet, calamitatis quæ tunc graſſabatur levationem, teſtimonio fuiſſe.

X I X.

Ex concilio Niceno II. *gener.* VII. *Act.* I. Cyrill. *ad* Gennad.
Ex edit. Ven.-Labb. tom. VIII. *pag.* 719. b. c.

Καὶ ταῦτα γράφω μαθὼν, ὅτι ἡ σὴ θεοσέβεια λελύπηται εἰς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἀδελ-

Hæc autem ſcribo, quod inaudierim pietatem tuam ægre affectam eſſe adverſus ſanctiſſimum & Dei cul-

φὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν ἐπίσκοπον Πρόκλον· μὴ ἀποφαγέτω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια τὴν πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Πρόκλον κοινωνίαν· μία γὰρ γέγονεν ἡ φροντὶς ἐμοί τε καὶ τῇ ὁσιότητι αὐτοῦ: καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος οὐδενὶ τῶν συνετῶν ἀπήρεσεν.

A torem fratrem & comminiſtrum noſtrum Proclum epiſcopum. Itaque nequaquam velim tuam pietatem fugere communionem cum ſanctiſſimo & Dei amantiſſimo Proclo epiſcopo: ſiquidem eadem fuit illius ſanctitati, mihique ſententia: neque hujus diſpenſationis modus cuiquam prudentium diſplicuit.

X X.

Theophanes *in* Chronographia *pag.* 80. *edit. Pariſ.*

Ἐπὶ τοῦ ἐν ἁγίοις Πρόκλου σεισμὸς γεγόνεν ἐν Κωνσταντίνου πόλει, ἐπὶ δ'. μῆνας, ὥστε φοβηθέντες οἱ Βυζάντιοι ἔφυγον ἔξω τῆς πόλεως, ἐν τῷ λεγομένῳ Κάμπῳ, καὶ ἦσαν διημερεύοντες μετὰ τοῦ ἐπισκόπου ἐν ταῖς δεήσεσι λιτανεύοντες· ἐν μιᾷ οὖν κυμαινομένης τῆς γῆς, καὶ παντὸς τοῦ λαοῦ κράζοντος τὸ, κύριε ἐλέησον, ἐκτενῶς, περὶ ὥραν γ'. ἄφνω, πάντων ὁρώντων, συνέβη ὑπὸ θείας δυνάμεως ἀρθῆναί τινα νεανίσκον εἰς τὸν ἀέρα, καὶ ἀκοῦσαι θείας φωνῆς παρεγγυούσης αὐτὸν, ἀναγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ καὶ τῷ λαῷ λιτανεύειν οὕτω καὶ λέγειν· ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς· μηδὲν ἕτερον προστιθέντας. ὁ δὲ ἐν ἁγίοις Πρόκλος ταύτην δεξάμενος τὴν ἀπόφασιν, ἐπέτρεψεν τῷ λαῷ ψάλλειν οὕτω· καὶ εὐθέως ἀπέστη ὁ σεισμός. ἡ δὲ μακαρία Πουλχερία, καὶ ὁ ταύτης ἀδελφὸς ὑπεραγασθέντες τῷ θαύματι, ἐθέσπισαν κατὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην, τὸν θεῖον τοῦτον ψάλλεσθαι ὕμνον. καὶ ἀπὸ τότε παρέλαβον πᾶσαι αἱ ἐκκλησίαι καθ' ἑκάστην ἡμέραν ᾄδειν αὐτὸν τῷ Θεῷ.

Sub ſanctæ memoriæ Proclo, terræ motus factus eſt magnus Conſtantinopoli per quatuor menſes: ita ut timentes Byzantini extra civitatem, in B loco qui dicitur Campus, eſſent perſeverantes cum epiſcopo ſupplicationibus ac proceſſionibus intenti. Quadam ergo die fluctuante terra, & omni plebe attentius exclamante, *Kyrie eleiſon*; circa horam tertiam, omnibus videntibus, contigit a divina virtute ſuſtolli quemdam adoleſcentulum in aerem, & audiri divinam vocem ei præcipientem, epiſcopo ac populo nuntiare, ut litanias ſic facerent, & dicerent: *Sanctus Deus, ſanctus fortis, ſanctus immortalis, miſerere nobis*; nihil aliud apponentes. Sanctus autem Proclus, hac ſuſcepta ſententia, præcepit populo ſic pſallere; & ſtatim terræ motus ceſſavit. Porro beata Pulcheria de miraculo cum ejus fratre ſupra modum admirata, ſanxit per C univerſum orbem terrarum divinum decantari hunc hymnum. Et tunc receperunt omnes eccleſiæ per ſingulos dies hunc canere Deo.

X X I.

Photius Biblioth. *cod.* LIII. *pag.* 43.

Ἔγραψε δὲ τὴν κατ' αὐτοῦ ψῆφον, πρὸς Οὐολοσιανὸν, (οὗτος ἦν θεῖος τῆς ἁγίας Μελένης ἑλληνόφρων· ἐν δὲ τῷ ἀποθνήσκειν, μεταθέμενος πρὸς τὸ ὀρθόδοξον, καὶ φωτισθεὶς παρὰ τοῦ ἁγίου Πρόκλου Κωνσταντίνου πόλεως· αὐτοῦ γὰρ ᾑρέθη πρέσβυς ἀποσταλείς. ὅτε καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐνέτυχεν ἐξ Ἱεροσολύμων καταλαβούσῃ τὴν βασιλίδα τῶν πόλεων) ἔπαρχον πόλεως.

Scripſit autem (Conſtantius) contra ipſum (Cæleſtium) decretum ad Voluſianum Urbis præfectum: qui quidem Voluſianus erat ſanctæ Melaniæ patruus e gentilium ſecta. At dum eum Conſtantinopoli legationis officio fungentem mors invaderet, ad orthodoxam fidem tranſiit, baptizatuſque eſt a ſancto D Proclo Conſtantinopolitano epiſcopo. Quo item tempore ſancta illa mulier e Hieroſolymis in regiam urbem advenit.

X X I I.

Georgius Cedrenus Hiſt. Compend. *tom.* I. *pag.* 270. a. 271.

Τῷ κη'. ἔτει .... τελευτήσαντος Μαξιμιανοῦ, Πρόκλος ὁ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος Κωνσταντίνου πόλεως προχειρίζεται, ὃς τὸ τοῦ Χρυσοστόμου λείψανον ἀνακομίζει τῷ λ'. ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου, καὶ εἰς τὸν ἁγίων ἀποστόλων ἀποτίθησι ναόν. κ. τ. λ.

Τῷ λθ'. ἔτει Κύριλλος Ἀλεξανδρείας, καὶ Πρόκλος Κωνσταντίνου πόλεως, εὐσεβῶς ἐκοιμήθησαν.

Anno XXVIII. Maximiano vita functo, ſanctiſſimus Proclus epiſcopus Conſtantinopolitanus deligitur, & ordinatur: iſque reliquias Chryſoſtomi reportavit anno XXX. imperatoris Theodoſii, inque templo Apoſtolorum depoſuit. cet.

Anno XXXIX. Cyrillus Alexandriæ & Proclus E Conſtantinopolis epiſcopi, pie vita defuncti ſunt.

X X I I I.

Joannes Zonaras Annal. *tom.* II. *pag.* 33. d.

Μετὰ τὸν Μαξιμιανὸν ἐπὶ διετίαν ἀρχιερατεύσαντα, Πρόκλος, ὁ τοῦ Χρυσοστόμου μαθητὴς, πατριάρχης προεχειρίσθη· ὑπὸ Σισιννίου πατριάρχου ἐπίσκοπος Κυζίκου πρώην χειροτονηθεὶς, μὴ δεχθεὶς δὲ παρὰ τῶν ἐκεῖ ἕτερον ἑλομένων ἀρχιερέα, καὶ τὸν μεταξὺ χρόνον σχολάζων. οὗτος τοίνυν τῷ θρόνῳ τῆς Κωνσταντίνου πόλεως ἐνθρονισθεὶς, ἀξιοῖ τὸν βασιλέα, τὸ ἱερώτατον τοῦ Χρυσοστόμου σῶμα ἐκ Πιτυοῦντος ἀνακομισθῆναι, καὶ μὴ μένειν καὶ θανόντα τὸν ἅγιον ὑπερόριον. πείθεται τούτῳ ὁ βασιλεὺς καὶ ἀνακομίζεται ὁ τοῦ ἁγίου νεκρός· καὶ

Poſt Maximianum, pontificatu biennio functum, Proclus Chryſoſtomi diſcipulus patriarcha creatur; qui pridem a Siſinnio patriarcha, Cyzici epiſcopus deſignatus, ſed a Cyzicenis qui alium elegerant, non receptus, tempore interjecto otium egerat. Hic igitur in ſede Conſtantinopolitana receptus, petit ab imperatore, ut corpus ſancti Chryſoſtomi Pityunte referatur; ne vir ſanctus poſt obitum etiam exſularet. Paret imperator, relatumque ſancti cadaver & inſigni cum honore ſuſceptum,

ὑποδέχεται τῶν ὑπερβαλλούσης τιμῆς, καὶ κατατίθεται ἐντὸς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων τετιμωνύμου ναοῦ.

intra sacrarium templi cujus nomen est sanctorum Apostolorum, conditur,

XXIV.

NICEPHORUS CALLIST. Hist. eccl. *lib.* XIV. *cap.* XXIX. *tom.* II. *pag.* 501. d.

Σισίννιος τοῦ Κυζικηνῶν προέδρου θανόντος, τὸν θεῖον Πρόκλον τῷ Κυζίκῳ ἐχειροτόνει. καὶ δὴ Πρόκλῳ ἐν παρασκευῇ ὄντι περὶ αὐτὴν χωρεῖν, φθάνουσιν ἐκεῖνοι καὶ χειροτονοῦσιν ἄνδρα σεμνόν τινα, Δαλμάτιον ὄνομα, ἀσκητικοῖς πόνοις ἐγγυμνασμένον. καὶ τοῦτο ἔδρων, ἐν δευτέρῳ τὸν νόμον θέμενοι, ὃς ἐκέλευε παρὰ γνώμην τοῦ ἐπισκόπου τῆς Κωνσταντίνου, χειροτονίαν μὴ γίνεσθαι. ὁ μὲν οὖν Πρόκλος, τούτου γενομένου, καθ' ἑαυτὸν συνεστέλλετο· ἐκκλησίας μὲν μηδεμίας προϊστάμενος, ταῖς δὲ τῆς Κωνσταντίνου ἐκκλησίαις τῷ διδάσκειν ἀνθῶν.

Cyziceno episcopo mortuo, Sisinnius divinum PROCLUM ecclesiæ Cyzici episcopum ordinat. Sed enim quum PROCLUS, ut eo transiret, in procinctu esset, homines ibi episcopum prævenientes ordinarunt Dalmatium quemdam, virum venerandum & in monasticis laboribus exercitatum. Id illi fecerunt, sanctione illa contemta quæ præter sententiam episcopi Constantinopolitani ordinationem fieri vetat. Hoc ubi ita factum est, PROCLUS non oppugnavit: & ecclesiæ quidem nulli præfuit, in Constantinopolitanis autem ecclesiis docendo floruit.

IDEM *ibid. cap.* XXXVIII. *pag.* 522.

Πρόκλος ἐκ πρώτης τριχὸς εἰς διδασκάλους φοιτῶν, ῥητορικῆς ἐπὶ πλεῖστον ἐπεμελήθη. εἰς ἀναγνώστου δὲ τελέσας βαθμὸν, ἐν νέᾳ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ· καὶ ἤδη παραμείψας τὸν μείρακα, πρῶτα μὲν τῷ θείῳ Ἰωάννῃ τῷ Χρυσοστόμῳ ἱεραρχοῦντι τῆς Κωνσταντίνου παρείπετο, ὑπουργὸς αὐτῷ καὶ συνεργὸς τῶν λόγων γινόμενος, καὶ ὅση χρεία τοῦ σώματος ἐκείνῳ γινόμενος. οὗτος δὲ καὶ Παύλῳ πρὸς οὖς τῷ μεγάλῳ Ἰωάννῃ διαλεγομένῳ, καὶ τὸν νοῦν τῶν ἐκείνου ἐπιστολῶν ἐκκαλύπτοντι μυστικώτερον, ἐνέτυχε τῇ τῆς θυρίδος παρακύπτων ὀπῇ. ἐπεὶ δ' ἐκεῖνος ὑπερόριος ἦν, μὴ τῆς ἐκείνου σχέσεως ἀποστὰς, τῷ μετ' ἐκεῖνον ἐπισκόπῳ Ἀττικῷ συνῆν, ὑπογραφεὺς τῶν ἐκείνου λόγων καθεστηκώς. ὃν δὴ τῇ κατὰ Θεὸν προβαίνοντα ἀγωγῇ, καὶ τοῦ τῆς διακονίας ἠξίου βαθμοῦ. ἔπειτα δὲ καὶ ἐν καθέδρᾳ πρεσβυτέρων αἰνέσας τὸν κύριον, ὑπὸ Σισιννίου τῆς κατὰ Κύζικον ἐκκλησίας προεβλήθη ἐπισκοπῇ. πολλῷ δὲ ὕστερον καὶ τῆς Κωνσταντίνου ἐκκλησίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐπετράπη. χρηστὸς δὲ ὢν ἀνὴρ μάλιστα κατά τε ἦθος καὶ τρόπον, ὅσα δὲ Ἰωάννῃ καὶ Ἀττικῷ προσῆσαν χρηστὰ, ἀνεμάξατο. ἀνεξίκακος δὲ καὶ πλέον ἤπερ ἐκεῖνοι ἐγένετο. Ἀττικὸς μὲν γὰρ πολλάκις καὶ τοῖς διαφόροις τῆς πίστεως φοβερὸς μάλα ἐδόκει. οὗτος δὲ κἀκείνοις καὶ πᾶσιν ἤπιος καὶ προσηνὴς μάλα ἦν· τούτοις μᾶλλον ἢ βίᾳ ἕλκειν ἐκείνους διανοούμενος. μηδενὶ γὰρ ταραχῆς αἴτιος καταστὰς, τὸ τῆς ἐκκλησίας ἀξίωμα, τὸ ἐπιεικές φημι καὶ πρᾶον, ἀθιγὲς διετήρησε. — οὗτος δὲ ἔλαττον ἐφρόντιζεν, ἢν μή τις περὶ Θεοῦ ἢ αὐτῷ ἐδόκει ἐφρόνει. διδασκαλίᾳ δὲ συνεχεῖ χρώμενος, ἠρέμα καὶ οὐ βίᾳ τὰ πλήθη προσήγετο.

PROCLUS a primo capillo præceptoribus usus, in arte dicendi potissimum elaboravit. Et post adolescentiam exactam, in juvenili admodum ætate, in lectorum ordinem cooptatus, primum divi Joannis Chrysostomi Constantinopolitanam ecclesiam administrantis sectator, librisque scribendis adjutor, & corporis ejus curator fuit. Hic Paullum Joanni magno in aurem dictitantem, atque arcaniorem epistolarum suarum sensum revelantem, per rimas prospectans vidit. Atque ubi ille in exsilio vixit, ab illius affectione non desciscens, cum ejus successore Attico episcopo fuit, orationum ipsius scriba. Quem ille in divino vitæ instituto progredientem, in diaconatus gradum sustulit. Deinde vero quum in presbyterorum cathedra Dominum laudaret, a Sisinnio ecclesiæ Cyzicenæ designatus est antistes. Longo vero tempore post Constantinopolitanæ ecclesiæ episcopatus ei commissus est. Et quod moribus atque institutis placidus maxime vir esset, quæcumque in Joanne & Attico eximia erant, expressit. Malorum tolerantia illis etiam superior fuit. Atticus namque sæpius etiam iis qui in fide a se non dissentirent, terribilis esse visus est. Hic vero & erga illos & in alios omnes placidus & lenis admodum fuit, benevolentia potius quam vi eos ad se pertrahere in animo habens. Et quoniam nemini turbarum caussam præbuit, ecclesiæ dignitatem in humanitate & mansuetudine consistentem, integram conservavit. — Iste autem minus curavit si quis de Deo itidem ut ipse sentiret. Sed doctrinæ jugiter incumbens, placide, non violenter, plebem sibi devinxit.

XXV.

Ex lib. IV. Juris Græco-Rom. *in Syllabo episcoporum Byzantii.*

Πρόκλος ὑπὸ Σισιννίου χειροτονηθεὶς ἐπίσκοπος Κυζίκου, καὶ μὴ δεχθεὶς, ἐσχόλασε. μετὰ δὲ θάνατον Μαξιμιανοῦ γέγονε Κωνσταντίνου πόλεως, κειμένου τοῦ λειψάνου αὐτοῦ ἐν τῷ διακονικῷ· ἀρχιερατεύσας ἔτη ιβ'.

PROCLUS a Sisinnio Cyzici episcopus ordinatus, & non admissus, vacavit. A morte vero Maximiani factus est antistes Constantinopolis, cum illius cadaver in diaconio jaceret; præfuit sacerdotio primo annis XII.

Ibid. §. de translationibus episcoporum.

Ἐν τῷ ιγ'. ἔτει τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ μικροῦ, τοῦ υἱοῦ Ἀρκαδίου, ὁ μέγας Πρόκλος ἐπίσκοπος Κυζίκου χειροτονηθεὶς ἐπὶ Σισιννίου πατριάρχου, ἐσχόλασε, μὴ δεχθείς. μετὰ δὲ τὴν καθαίρεσιν Νεστορίου, ἐψηφίσθη μὲν Κωνσταντίνου πόλεως, οὐκ ἐνεθρο-

Anno XIII. imperatoris Theodosii junioris Arcadii filii, magnus ille PROCLUS ordinatus episcopus Cyzici a Sisinnio patriarcha, non admissus, in otio vixit. Post depositionem vero Nestorii, decretus ei quidem est episcopatus Constantinopolitanus, sed in

νίσθη δὲ διὰ φθόνον τῶν παραδυναστευόντων τότε ἀρχιερέων. μετὰ δὲ τοῦτο, τοῦ χειροτονηθέντος Μαξιμιανοῦ τελευτήσαντος, ἔτι κειμένου τοῦ λειψάνου αὐτοῦ, προσεκλήθη, καὶ ἐνεθρονίσθη Κωνσταντίνου πόλεως· συναινέσει καὶ τοῦ Κελεστίνου πάπα Ῥώμης, συμψήφων γενομένων καὶ τοῦ μεγάλου Κυρίλλου καὶ Ἰωάννου Ἀντιοχείας.

A solio non est collocatus ob invidiam pontificum qui potentia sua tunc abutebantur. Postea vero quàm ordinatus isthic Maximianus diem obiisset, necdum sepulto ipsius cadavere, accersitus est, & in solio collocatus; etiam Cælestino papa Romano assentiente, ac episcopatum ei decernentibus magno illo Cyrillo & Joanne Antiocheno.

XXVI.

Ex Menologio Græcorum Basilii imper. *part.* I. *pag.* 140.

Τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ κδ', ὀκτωβ. μνήμη τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Πρόκλου πατριάρχου Κωνσταντίνου πόλεως. ὁ ἐν ἁγίοις πατὴρ ἡμῶν Πρόκλος, εὐλαβὴς ὢν καὶ σοφὸς, καὶ ἐνάρετος, ἐχειροτονήθη παρὰ τοῦ ἁγίου Σισιννίου πατριάρχου Κωνσταντίνου πόλεως ἐπίσκοπος Κυζίκου. ἀπελθὼν, καὶ μὴ δεχθεὶς παρὰ τῶν ἐκεῖ κληρικῶν αἱρετικῶν ὄντων, ὑπέστρεψεν ἐν Κωνσταντίνου πόλει, τὸν μεταξὺ σχολάζων χρόνον, καὶ προσέχων ἑαυτῷ τε καὶ τῇ ἀναγνώσει. τελευτήσαντος δὲ Μαξιμιανοῦ τοῦ πατριάρχου, ἔτι τοῦ λειψάνου αὐτοῦ κειμένου ἐν τῷ ἱερατείῳ τῆς ἁγιωτάτης τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας, προχειρίζεται πατριάρχης Κωνσταντίνου πόλεως. καὶ ἐνθρονίζεται κατ' αὐτὴν τὴν μεγάλην ἑβδομάδα ἐν τῇ ἁγίᾳ πέμπτῃ τοῦ σωτηρίου πάθους τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. καὶ καλῶς πολιτευσάμενος, καὶ μετὰ τὴν χειροτονίαν, καὶ πολλοὺς διὰ τῆς διδασκαλίας αὐτοῦ ὠφελήσας, ἐπεσκόπησεν ἔτη δώδεκα καὶ μῆνας τρεῖς, καὶ τελειωθεὶς ἀνεπαύσατο.

Eadem die IX. Kal. Nov. commemoratio sancti patris nostri PROCLI patriarchæ Constantinopolitani. B Sanctus pater noster PROCLUS cum pietate, sapientia ac virtute esset insignis, a sancto Sisinnio patriarcha Constantinopolitano Cyzici episcopus creatus est. Illuc proficiscens cum a clericis Cyzicenis, quippe qui hæretici essent, non reciperetur, Constantinopolim rediit; ubi per aliquod tempus ab administratione vacans, sibi litterisque operam dedit: quoad Maximiano patriarcha defuncto, cum adhuc cadaver ejus in sanctissimæ & magnæ ecclesiæ Dei sacrario jaceret, creatur patriarcha Constantinopolitanus; & in throno eadem ipsa magnæ hebdomadæ sancta quinta die salutaris passionis Domini nostri Jesu Christi collocatur: & qui episcopi munus optime functus tam in manus impositione, quam in multorum auxilio sua ipsius doctrina, cum C sedisset in episcopatu annos duodecim & menses tres, ex hac vita migrans, in pace quievit.

XXVII.

Ex Menologio Græc. card. Sirleti, *sub die* XXIV. *Octobr.*

Apud Canisium *in* Thesaur. *tom.* III. *part.* I. *pag.* 486.

Eodem die commemoratio sancti patris nostri PROCLI patriarchæ Constantinopolitani: qui sacrarum litterarum peritia & probitate morum insignis, cum annos duodecim & menses tres episcopatum bene rexisset, in pace migravit ad Dominum.

XXVIII.

Ex Menologio Horologii Græc. *edit. Venet.* 1532.

Νοεμβρ. ι. προεόρτια τῆς ἐν τῷ ναῷ εἰσόδου τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου· καὶ τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Πρόκλου ἀρχιεπισκόπου Κωνσταντίνου πόλεως.

Ἐπαξίως σήμερον πανηγυρίζει ἡ πασῶν τῶν πόλεων τιμιωτέρα ἀληθῶς ἐν τῇ σεπτῇ μεταστάσει σου, πάτερ πατέρων Πρόκλε σοφέ.

D Die X. Novembris. Profestum Ingressus sanctæ Dei genitricis in templum: & sancti patris nostri PROCLI archiepiscopi Constantinopolitani.

Merito hodie celebrem conventum agit in tuo venerabili transitu, hæc quæ vere ceteris præstat urbibus, o pater patrum sapientissime PROCLE.

XIX.

Ex Menologio Græc. *edit. Venetiis* 1551.

Τῇ κε'. ἡμέρᾳ σεπτεμβ. ἐπὶ τῆς βασιλείας Θεοδοσίου τοῦ νέου, πρὸ τῆς Ἀναστάσεως τὴν ἡμέραν γέγονε σεισμὸς φοβερός· καὶ διὰ τοῦτο τοῦ λαοῦ παντὸς σὺν τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ καὶ Πρόκλῳ τῷ πατριάρχῃ, μετὰ παντὸς τοῦ τῆς ἐκκλησίας πληρώματος, καὶ πάσης τῆς πόλεως ἔξω λιτανευόντων διὰ τὸν φόβον ἐν τῷ Κάμπῳ. ἤδη τῆς τῶν Θεοπασχιτῶν αἱρέσεως ἐξ ἐπηρείας τοῦ διαβόλου ἀρχὴν λαμβανούσης, καὶ τῷ τρισαγίῳ τὸ, ὁ σταυρωθεὶς δι' ἡμᾶς βλασφημούντων· ἐξ αἴφνης παιδίον ἁρπάγεν εἰς τὸν ἀέρα ἀνεφέρετο πάντων ἐν ἐκπλήξει καὶ φόβῳ κραζόντων ἐπὶ πολλὰς ὥρας τό· κύριε ἐλέησον· αὖθις κατηνέχθη τὸ παιδίον ὡς ἐπὶ νεφέλης καθήμενον· καὶ φωνῇ μεγάλῃ παρακελεύσατο ὅτι οἱ τῶν ἀρχαγγέ-

Die XXV. Septembris, imperante Theodosio juniore, ante diem resurrectionis, accidit horribilis terræ motus: quo factum est, ut totus populus cum imperatore Theodosio & patriarcha PROCLO, ac universæ ecclesiæ clero totaque urbe exierit E extra civitatem, in locum qui dicitur Campus, ad orandum præ timore. Jam improba Theopaschitarum diabolica hæresis initium sumebat, & Trisagio blasphemantes addebant: *Qui crucifixus est pro nobis*. Extemplo puerulus in aerem raptus volitabat, clamantibus cunctis præ stupore & timore, per multas horas: *Domine miserere*: repente descendit puer, perinde ac in nube insidens, & magna voce admonebat, ab archangelorum choris Trisa-

λων χοροὶ ἄνευ τῆς προσθήκης τοῦ · ὁ σταυρωθεὶς, τὸν τρισάγιον ὕμνον ἀναπέμπουσι τῷ Θεῷ · ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς. κ̀ εὐθέως ταῖς τοιαύταις φωναῖς, ἀπέδωκε τὴν ψυχὴν τῷ Θεῷ· κ̀ ὁ τοῦ σεισμοῦ κλόνος ἐπαύσατο.

A gium illum hymnum Deo concini, fine illo additamento, *Qui crucifixus est*: fed ita: *Sanctus Deus: sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*. Et illico cum his vocibus animam Deo reddidit, & illa terræ motus agitatio quievit.

X X X.

Ex Anthologia Græc. *impressa Romæ* 1598.

Mense Novembr. die κ'. xx.

Εν τῷ ὕψει κύκλος τῆς ἐκκλησίας, ἀληθῶς σὲ ἔθετο ὥσπερ ἀστέρα φαεινὸν, φωταγωγοῦντα τοὺς ψάλλοντας Πρόκλε, τὸ κλέος πατέρων ἀοίδιμε.

In ecclefiæ fastigio, quafi pellucidum astrum psallentes illuminantem, vere te pofuit Dominus,
B o patrum omnium decus celeberrime PROCLE.

X X X I.

Ex Menologio Græc. *ms. sancti Andreæ*.

Ωδ. θ'. Ode IX.

Ὑμνήσωμεν τοὺς ζωολαμπτῆρας . . . . . Εὐσεβίῳ; καὶ Πρόκλῳ.


Hymnis celebremus fulgentes fpirantesque faces .... Eufebium & PROCLUM.

X X X I I.

Ex Martyrologio Romano *die* XXIV. *Octobris*.

Constantinopoli fancti PROCLI epifcopi.

Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
438.



ΤΟΥ ΕΝ ΑΓΙΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ
Π Ρ Ο Κ Λ Ο Υ
ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ
Λ Ο Γ Ο Ι.

SANCTI PATRIS NOSTRI
P R O C L I
ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI
ORATIONES.

Λ Ο Γ Ο Σ α΄. A

Εγκώμιον εἰς τὴν [1] παναγίαν Θεοτόκον Μαρίαν.

ΠΑρθενικὴ πανήγυρις σήμερον τὴν γλῶτταν ἡμῶν, ἀδελφοί, πρὸς εὐφημίαν καλεῖ· καὶ ἡ παροῦσα ἑορτὴ τοῖς συνελθοῦσιν ὠφελείας γίνεται πρόξενος· καὶ [2] μάλιστα εἰκότως· ἁγνείας γὰρ ἔχει ὑπόθεσιν, καὶ τοῦ κοινοῦ τῶν γυναικῶν καύχημα τὸ τελούμενον· καὶ δόξα τοῦ θήλεως, διὰ τὴν ἐν καιρῷ μητέρα καὶ παρθένον. ἐπέραστος αὕτη καὶ ἐξαίσιος ἡ συνόδος. ἰδοὺ γὰρ γῆ καὶ θάλαττα [3] δωροφορεῖ τῇ παρθένῳ· ἡ μὲν τὰ νῶτα αὐτῆς, ταῖς ὁλκάσι γαληνῶς [4] ὑφαπλώσασα· ἡ δὲ B τὰ ἴχνη τῶν βαδιζόντων ἀκωλύτως παραπέμπουσα. σκιρτάτω ἡ φύσις, καὶ ἀγαλλιάσθω τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καὶ γυναῖκες τιμῶνται. χορευέτω ἡ ἀνθρωπότης, ὅτι καὶ παρθένοι δοξάζονται. ὅπου γὰρ ἐπλεόνασεν ἡ ἁμαρτία, ὑπερεπερίσσευσεν ἡ χάρις. συνεκάλεσε γὰρ ἡμᾶς νῦν ἐνταῦθα ἡ ἁγία Θεοτόκος παρθένος Μαρία· τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας κειμήλιον· ὁ λογικὸς τοῦ δευτέρου Αδὰμ παράδεισος· τὸ ἐργαστήριον τῆς ἑνώσεως τῶν φύσεων· ἡ πανήγυρις τοῦ σωτηρίου συναλλάγματος· ἡ παστὰς, ἐν ᾗ ὁ Λόγος ἐνυμφεύσατο τὴν σάρκα· ἡ ἔμψυχος τῆς φύσεως βάτος, ἣν τὸ τῆς θείας ὠδῖνος πῦρ οὐ κατέκαυσεν· ἡ ὄντως κούφη νεφέλη, ἡ τὸν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ μετὰ σώματος C βαστάσασα· ὁ τοῦ ἐξ οὐρανοῦ ὑετοῦ καθαρώτατος πόκος, ἐξ οὗ ὁ ποιμὴν τὸ πρόβατον ἐνεδύσατο. Μαρία ἡ δούλη καὶ μήτηρ· ἡ παρθένος, καὶ οὐρανός· ἡ μόνη Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους γέφυρα· ὁ φρικτὸς τῆς οἰκονομίας ἱστὸς, ἐν ᾧ ἀῤῥή-

* O R A T I O I.

Laudatio in sanctissimam Dei genitricem Mariam.

I. VIRGINALIS solemnitas linguam nostram hodie, fratres, ad laudis præconium provocat; præsensque festivitas collecto nunc cœtui utilitatem conciliat: atque id, jure quidem optimo. Continet enim celebritas hæc castimoniæ argumentum, totiusque feminei sexus gloriationem habet ac mulierum gloriam, ejus ergo quæ in tempore Mater ac Virgo est. Amabilis plane ac mirabilis hæc coitio. En enim terra & mare pariter obsequium fovent: hoc quidem obsequio, placidum navigantibus dorsum substernens: illa vero viatorum vestigia expedite deferens. Saliat natura, humanumque exsultet genus, quippe cum mulieres quoque honorentur. Choros ducat hominum natura, quod & virgines honori habeantur. [a] *Ubi* enim *abundavit delictum, superabundavit & gratia.* Heic nos quippe modo, sancta Dei Genitrix ac Virgo Maria, in unum coegit: impollutus ille virginitatis thesaurus; spiritalis secundi Adami paradisus; unionis naturarum officina; salutaris commercii nundinæ; thalamus, in quo sibi Verbum carnem desponsavit; animatus naturæ [b] rubus, quem divini partus ignis non combussit: vere levis illa nubes [c], quæ sedentem super Cherubim, [5] corporatum portavit: mundissimum vellus [d] imbris cælestis, ex quo Pastor ovem induit. Maria, inquam, ancilla & mater; virgo, ac cælum Dei ad homines unicus pons; horrendum incarnationis [6] textorium jugum, in qno ineffabili

a Rom. V. 20. *b* Exod. III. 2. *c* Isa. xix. 1. *d* Jud. vi. 37.

* Hæc illa celebris Oratio est, in qua sanctus Proclus adhuc episcopus Cyzici de Nestorio revexit triumphum. Prima ipsa verba indicant habitam celebri pro Mariæ solemnii conventu; nec alio, quam τῷ εὐαγγελισμῷ· sacratissimæ ejus Annuntiationis, quando Emmanuelem concipiens, vere effecta est Deipara. Sequor maxime perantiquum regium codicem, quo textus videtur purior, ac qualem fere habuit antiquus interpres, quem Riccardus existimat Dionysium Exiguum; subjectis variis aliorum lectionibus. Accessit novissimus cardinalis Mazarini codex, qui & ipse emendatissimus videri potest, ex quo subinde aliqua notis intexui.

1. Ms. codex Mazar. ὑπεραγίαν.
2. Id. cod. καλά.
3. Leg. cum aliis, δωροφορεῖ. 4. Al. ὑφαπλώσασα.

5. *Corporatum portavit.* μετὰ σώματος βαστάσασα·] Sic & vetus ille Vaticanus: *cum corpore portavit*: non ut male interpres concilii Ephesini, & post eum Riccardus: *In corpore suo gestavit*. Tametsi enim hoc maximum est, ut Maria utero & in suo corpore gestaverit Dominum; heic tamen Proclus modum præcipue respicit, quod eum qui super Cherubim incorporeus sedet, cum corpore ac eo D indutum ipsa portaverit.

6. *Textorium jugum*] Liquet satis non accipi heic vocem ἱστὸς pro ipsa tela, sub cujus metaphora Proclus unionem ipsam naturarum describit factam in Maria, quam paulo superius, ejus ἐργαστήριον dixit, velut *opificinam*: heic pressius, ἱστὸν· textorium ipsum instrumentum, in quo mirabilis illa tela ac consertio naturarum facta sit divina virtute ac arte. Vide Riccardum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

τως ὑφάνθη ὁ τῆς ἑνώσεως χιτών· οὗπερ ἱστουργὸς μὲν, τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον· ἔριθος δὲ, ἡ ἐξ ὕψους ἐπισκιάσασα δύναμις· ἔριον δὲ, τὸ ἀρχαῖον τοῦ Ἀδὰμ κώδιον· κρόκη δὲ, [1] ἡ τῆς παρθένου ἀμόλυντος σάρξ· κερκὶς δὲ, ἡ ἀμέτρητος τοῦ φορέσαντος χάρις· τεχνίτης δὲ, ὁ δι' ἀκοῆς εἰσπηδήσας Λόγος· τίς εἶδε, τίς ἤκουσεν, ὅτι μήτραν ὁ Θεὸς ἀπεριγράπτως ᾤκησε; καὶ ὃν οὐρανὸς οὐκ ἐχώρησεν, ἡ γαστὴρ οὐκ ἐστενοχώρησεν.

A quadam ratione unionis illius tunica confecta est: cujus quidem textor exstitit Spiritus sanctus; nectrix, virtus obumbrans ex alto; lana, antiquum Adami vellus; trama, [2] impolluta caro ex Virgine; textorius radius, immensa gestantis gratia; artifex tandem, Verbum per auditum illabens. Quis vidit, quis audivit, inhabitasse Deum in utero [3] incircumscripte; ac eum quem cæli capere non poterant, nullis arctatum angustiis, ventrem Virginis comprehendisse?

Ἀλλ' ἐγεννήθη ἐκ γυναικὸς Θεὸς οὐ γυμνός· καὶ ἄνθρωπος οὐ ψιλός· καὶ πύλην σωτηρίας ὁ τεχθεὶς, τὴν πάλαι τῆς ἁμαρτίας ἔδειξε θύραν. ὅπου γὰρ ὁ ὄφις διὰ τῆς παρακοῆς τὸν ἰὸν [4] ἐξέχεεν, ἐκεῖθεν ὁ Λόγος διὰ τῆς ὑπακοῆς εἰσελθὼν, τὸν ναὸν ἐζωοπλάστησεν· ὅθεν ὁ πρῶτος τῆς ἁμαρτίας Καῒν [5] προέκυψεν, ἐκεῖθεν ὁ τοῦ γένους λυτρωτὴς Χριστὸς ἀσπόρως ἐβλάστησεν. οὐκ ἐπησχύνθη ὁ φιλάνθρωπος τὴν ἐκ γυναικὸς ὠδῖνα. ζωὴ γὰρ ἦν τὸ πραγματευόμενον· οὐκ ἐμολύνθη οἰκήσας μήτραν, ἥνπερ αὐτὸς ἀνυβρίστως ἐδημιούργησεν. εἰ μὴ γὰρ παρθένος ἔμεινεν ἡ μήτηρ, ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ τεχθεὶς, καὶ οὐ παράδοξος ὁ τόκος. εἰ δὲ καὶ μετὰ τόκον ἔμεινε παρθένος, πῶς οὐχὶ καὶ Θεὸς, καὶ τὸ μυστήριον ἄφραστον; ἐκεῖνος [6] ἀφράστως ἐγεννήθη, ὁ καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων εἰσελθὼν ἀκωλύτως· οὗ τὴν συζυγίαν τῶν φύσεων ἰδὼν ὁ Θωμᾶς, ἀνεκεκράγει λέγων· ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

II. Natus porro ex muliere est, Deus non nudus; at nec homo purus; natusque eam quæ olim peccati porta fuerat, salutis januam effecit. Nam B ubi serpens [a] per inobedientiam ingressum virus effuderat; ibi Verbum per obedientiam ingressum, vivum sibi exædificavit templum. Unde peccati ille principatum tenens Cain [b] emerserat, inde Redemtor generis Christus sine semine prodiit. Non erubuit clemens Deus nasci ex muliere. Nam vita erat quod ita moliebatur: nullam contraxit labem vulvæ hospitio, quam nullo ipse condiderat suo dedecore. Nisi enim mater virgo perseveravit, utique purus homo est qui est natus, nec est partus mirabilis. At si etiam post partum virgo permansit; quomodo non etiam erit Deus, ac mysterium quale nemo effari potest? Nulla is corruptione natus est, qui nullo prohibente clausis januis C ingressus est; cujus Thomas conjunctas naturas videns, exclamavit, dixitque: [c] *Dominus meus, & Deus meus.*


Μὴ ἐπαισχυνθῇς τὴν ὠδῖνα, ὦ ἄνθρωπε· αὕτη γὰρ ἡμῖν γέγονε σωτηρίας ἀφορμή. εἰ μὴ γὰρ ἐκ γυναικὸς ἐγεννήθη, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. εἰ μὴ ἀπέθανεν, οὐκ ἂν διὰ τοῦ θανάτου αὐτοῦ κατήργησε τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου· τουτέστι τὸν διάβολον. οὐχ ὕβρις ἀρχιτέκτονι μεῖναι, ἐν οἷς αὐτὸς ᾠκοδόμησεν· οὐ μιαίνει πηλὸς τὸν κεραμέα, ἀνακαινίζοντα ὅπερ ἔπλασε σκεῦος· οὕτως οὐδὲ μιαίνει τὸν ἄχραντον Θεὸν, τὸ ἐκ παρθενικῆς γαστρὸς προελθεῖν. ἣν γὰρ πλάττων οὐκ ἐμολύνθη, διὰ ταύτης προελθὼν, οὐκ ἐμιάνθη. ὦ γαστὴρ, ἐν ᾗ τὸ τῆς ἐλευθερίας ἡμῶν γραμματεῖον συνετάγη. ὦ κοιλία, ἐν ᾗ τὸ κατὰ τοῦ διαβόλου ὅπλον ἐχαλκεύθη. ὦ ἄρουρα, ἐν ᾗ ὁ τῆς φύσεως γεωργὸς τὸν ἄσταχυν ἀσπόρως ἐβλάστησε. ὦ ναὸς, ἐν ᾧ Θεὸς γέγονεν ἱερεύς· οὐ τὴν φύσιν μεταβαλὼν, ἀλλὰ τὸν κατὰ τὴν τά-

III. O homo, ne partum hunc erubescendum putes: quippe qui salutis nobis caussa effectus sit. Nam si ex muliere natus non esset, non utique mortem oppetiisset: quod si carne mortem non oppetiisset, neque illum quoque per mortem destruxisset, [d] *qui habebat mortis imperium, id est diabolum.* Haudquaquam architecto dedecori est, ut eam incolat domum quam ipse exstruxerit: neque lutum figulum inficit, cum ille vasculum quod finxerat, refingit: ita nec quidquam Deum D purissimum polluit, quod ex virginali utero prodierit. Quam enim citra omnem sui labem formaverat, ex ea nulla contracta macula processit. O uterum, in quo communis hominum libertatis libellus compositus est! O ventrem, in quo adversus diabolum fabrefacta sunt arma! O arvum, in quo naturæ ipse colonus sine semine [7] spicam edidit! O templum, in quo Deus sacerdos effectus

a Gen. III. 6. *b* Gen. IV. 1. *c* Joan. XX. 28. *d* Hebr. II. 14.

1. Al. ἡ ἐκ τῆς παρθένου.
2. *Impolluta caro ex Virgine*] Placuit hæc lectio; ut ipsa significetur Christi caro, ac quam ipse gestavit; cujus unione ac mirabili textura cum deitate, facta est œconomiæ illa tela ac tunica.
3. *Incircumscripte*] Habent constanter codices ἀπεριγράπτως: quæ vox in subjecta materia admodum communis est; nec video ut debuerint interpretes adjectivo reddere, tamquam esset ἀπερίγραπτος· vel adverbium minus quadrare, quod unum tamen maxime quadrat; ut & paullo inferius τὸ ἀφθάρτως· ex quo male Gajanitæ, teste Anastasio lib. ὁδηγ. cap. X. sibi ἄφθαρτος fecerant, ut eo probarent Christi etiam corporis incorruptionem: cum Proclus solum designet modum nativitatis. Quod ejus loco habent modo codices, ἀφράστως· per imperitiam irrepsit antiquariorum, & quia proxime præcedebat τὸ ἄφραστον.
4. Al. ἐνέχεεν, ἐκεῖ ὁ λόγος.
5. Ms. cod. Mazar. προέκυψεν.
6. Leg. ἀφθάρτως ex S. Anastasii *Hodego*, (cap. X. p. 74.) & quia series ipsa petit. — Hunc in locum Anastasii vide sis Germonium *de veter. Hæret. eccl. Dogm. corrupt.* pag. 236. Ceterum & Leontius Byzantinus lib. I. contra Nestor. & Eutych. (Bibl. PP. Parif. tom. IV. part. I. p. 979.) legit ἀφθάρτως; vertit enim Turrianus *incorrupte*. „ Sed mirum, inquit Riccardus, (in not. ad hanc Orat. p. 86.) ita legisse Anastasium & Leontium, quum omnes quos viderim codices habeant ἀφράστως, *arcano modo*; & etiam E Lat. interpres Vat. sic legit, quia vertit, *ineffabiliter*. Ex quibus optime probat sanctus Proclus, Christum natum ex Virgine, fuisse etiam Deum, quum illum ipsum S. Thomas & Dominum & Deum appellet. „ Hæc ille. Legimus etiam ἀφράστως in collect. Conc. Labb. tom. III. p. 579. b. edit. Ven – Labb.
7. *Spicam edidit*. τὸν ἄσταχυν ἐβλάστησε.] Palam active; sive colonum illum Proclus intelligat Spiritum sanctum; sive ipsum Verbum: nam utrique tribuitur formatio dominici corporis, & ut ea, spicam Christum ac hominem sine semine ediderunt: nec video ut interpretes ab ea ejus phrasi abhorrere debuerint, ac neutro reddere. Paullo inferius in verbis illis, ἄρα καὶ τὸ τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν· sic secutus Vat. codicem, ut nolim non monere, aliam esse aliorum omnium codicum, tum quos profert Riccardus, tum quos ego vidi duos regios ac unum card. Mazar. sic nimirum, ἄρα καὶ τοῖς ἀγγέλοις ὕβρις ἀνθρώποις διακονεῖν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



ξιν τοῦ Μελχισεδὲκ δι᾽ οἶκτον ἐνδυσάμενος. ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο, κἂν Ἰουδαῖοι ἀπιστῶσιν. ὁ Θεὸς μορφὴν ἀνθρώπου ἐφόρεσεν ἀληθῶς, κἂν ἕλληνες κωμῳδῶσι τὸ θαῦμα. διὰ γὰρ τοῦτο· Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἕλλησι δὲ μωρίαν, ὁ Παῦλος ἐβόα. τοῦ γὰρ μυστηρίου τὴν δύναμιν οὐκ ἔγνωσαν, ἐπειδὴ ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. εἰ μὴ γὰρ ὁ λόγος ᾤκησε γαστέρα, οὐκ ἂν ἐκαθέσθη ἡ σὰρξ ἐπὶ τοῦ ἁγίου θρόνου. εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις εἰς μήτραν ἣν ἔπλασεν ἐλθεῖν, ἄρα καὶ τὸ τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν. καὶ εἰ τῷ Θεῷ ὕβρις τοῖς ἀνθρώποις διακονεῖν, οὐκ ἂν δι᾽ ἡμᾶς ἐπτώχευσε πλούσιος ὤν.

A est; non naturam demutans, sed eum per misericordiam induens, qui est [a] secundum ordinem Melchisedech! [b] *Verbum caro factum est*, quamquam Judæi dicenti Domino non credant. Vere Deus formam hominis induit, tametsi gentiles miraculum subsannent. Ob id enim clamabat Paullus: [c] *Judæis quidem scandalum, gentibus vero stultitiam*. Nam neque mysterii vim cognoverunt, eo quod miraculum captum superet ac rationem: [d] *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent*. Nisi enim Verbum uterum inhabitasset, neque caro consedisset in throno sancto. Si Deo ignominiæ esset, in uterum illabi quem ipse formarat; esset quoque probro hominibus ministrare. Quod si Deo B esset probro ministrare hominibus, haudquaquam [e] cum dives esset, pro nobis egenus factus esset.

Ὢν κατὰ φύσιν ἀπαθής, γέγονε δι᾽ οἶκτον πολυπαθής. οὐκ ἐκ προκοπῆς γέγονε Θεὸς, ὁ Χριστός· μὴ γένοιτο. ἀλλὰ Θεὸς ὢν, δι᾽ οἶκτον γέγονεν ἄνθρωπος, ὡς πιστεύομεν. οὐκ ἄνθρωπον ἀποθεωθέντα κηρύττομεν, ἀλλὰ Θεὸν σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν, τὴν οἰκείαν δούλην, ἐπεγράψατο μητέρα, ὁ κατ᾽ οὐσίαν ἀμήτωρ· καὶ κατ᾽ οἰκονομίαν ἐπὶ γῆς ἀπάτωρ. ἐπεὶ πῶς ὁ αὐτὸς κατὰ Παῦλον, ἀμήτωρ καὶ ἀπάτωρ; εἰ ψιλὸς ἄνθρωπος, οὐκ ἀμήτωρ· ἔχει γὰρ μητέρα· εἰ γυμνὸς Θεὸς, οὐκ ἀπάτωρ· ἔχει γὰρ πατέρα· νῦν δὲ ὁ αὐτὸς, ἀμήτωρ μὲν, ὡς πλαστής· ἀπάτωρ δὲ, ὡς ἄνθρωπος.

IV. Qui per naturam impassibilis erat, is propter suam misericordiam multis se passionibus obnoxium fecit. Haudquaquam Christus ex profectu in Deum evasit. Absit; sed Deus cum esset, ut docet fides, misericordia motus, factus est homo. Non prædicamus hominem deificatum, sed Deum incarnatum confitemur. Ancillam suam in matrem adscivit, is qui per naturam matrem nescit; quique nihilominus secundum œconomiam in terra sine patre exsistit. Alioqui quomodo idem ipse doctore Paullo, [f] *sine patre, & sine matre?* Si est purus C homo, non est sine matre, matrem enim habet: si est nudus Deus, non est sine patre: habet enim patrem. At nunc, unus idemque sine matre quidem est, ut plastes; sine patre vero, ut plasma.

Αἰδέσθητι, ὦ ἄνθρωπε, κἂν τὴν τοῦ ἀρχαγγέλου προσηγορίαν. ὁ γὰρ τὴν Μαρίαν εὐαγγελισάμενος, Γαβριὴλ ἐλέγετο. τί δὲ ἑρμηνεύεται Γαβριήλ, μάθε ἀκούσας, ὅτι Θεὸς καὶ ἄνθρωπος. ἐπεὶ γὰρ ὁ παρ᾽ αὐτοῦ εὐαγγελιζόμενος Θεός ἐστι καὶ ἄνθρωπος, προέλαβεν ἡ προσηγορία τὸ θαῦμα, ἵνα πιστώσηται τὴν οἰκονομίαν. μάθε πρῶτον τὴν οἰκονομίαν καὶ τὴν αἰτίαν τῆς παρουσίας, καὶ τότε δόξασον τὴν δύναμιν τοῦ σαρκωθέντος. ἐπειδὴ πολλὰ ὤφειλεν ἐξ ἁμαρτιῶν ἡ τῶν ἀνθρώπων φύσις, καὶ ἠπόρει πρὸς τὸ χρέος· διὰ γὰρ τοῦ Ἀδὰμ πάντες τῇ ἁμαρτίᾳ ἐχειρογραφήσαμεν· δούλους ἡμᾶς κατεῖχεν ὁ διάβολος· τὰς ὠνὰς ἡμῶν [2] περιέφερε, χάρτῃ κεχρημένος τῷ πολυπαθεῖ ἡμῶν σώματι· εἱστήκει ὁ κακὸς τῶν παθῶν πλαστογράφος, ἐπισείων ἡμῖν τὸ χρέος, καὶ ἀπαιτῶν ἡμᾶς τὴν δίκην. ἔδει τοίνυν δυοῖν θάτερον· ἢ πᾶσιν ἐπαχθῆναι τὸν ἐκ τῆς καταδίκης θάνατον, ἐπειδὴ καὶ πάντες ἥμαρτον· ἢ τοιοῦτον δοθῆναι πρὸς ἀντίδοσιν τίμημα, ὃ πᾶν τῷ χρέει ὑπῆρχε δικαίωμα πρὸς παραίτησιν. ἄνθρωπος μὲν οὖν σῶσαι οὐκ ἠδύνατο· ὑπέκειτο γὰρ χρέει τῆς ἁμαρτίας· ἄγγελος δὲ, ἐξαγοράσασθαι τὴν ἀνθρωπότητα οὐκ ἴσχυεν· ἠπόρει γὰρ τοῦ τοιούτου λύτρου· λοιπὸν οὖν ὁ ἀναμάρτητος Θεὸς ὑπὲρ τῶν ἡμαρτηκότων, ἀποθανεῖν ὤφειλεν. αὕτη γὰρ ἐλείπετο τοῦ κακοῦ [3] λύσις.

V. Reverere saltem, o homo, Archangeli appellationem. Is namque qui lætum illum nuntium Mariæ detulit, Gabriel vocabatur. Quid vero Gabrielem interpreteris? Arrige aures & disce; [1] *Deus & homo*. Quia itaque ille quem annuntiabat, Deus erat ac homo; quo facilius dispensationem persuadeat, rei miraculum nominis notatione anticipat. Disce primum œconomiam ac caussam adventus; tumque ejus qui est incarnatus, potentiam laudi- D bus evehe. Quoniam humanum genus gravi ex peccatis debito obstrictum erat, nullaque debitum ratione dependere poterat; per Adamum enim omnes peccati subscripseramus chirographo: servos nos diabolus tenebat; multis obnoxio passionibus nostro corpore ceu charta usus, emtionis titulos circumferebat: stans malus ille falsarius vitiorum commentariensis, debitum ob oculos ponebat, nosque ad supplicium deposcebat. Duorum itaque alterum necesse erat, aut mortem damnatione decretam universis inferri, quando etiam omnes peccaverant: aut pretium ejusmodi in pœnæ repensionem pendi, quod universo debito juste ad amussim responderet. Atqui homo quidem, quod peccati debito subjaceret, E salvare utique non poterat. Angelus vero humanum ipsum genus non valebat redimere: non enim ingens adeo redemtionis pretium suppetebat: reliquum ergo erat, ut in quem peccatum non cadit, Deus pro peccatoribus moreretur. Hæc enim mali unica restabat solutio.

Τί οὖν; αὐτὸς ὁ πᾶσαν φύσιν ἐκ μὴ ὄντων εἰς τὸ εἶναι παραγαγών, [4] ὁ μηδὲν πρὸς παροχὴν ἀπορῶν· ἐξεῦρε τοῖς κατακρίτοις ζωὴν

VI. Quid ergo? Ille ipse qui naturam universam ex nihilo, ut esset, effecerat, cuique nulla ad erogandum deerat facultas, morti ac condemna-

[a] Psalm. CIX. 4. [b] Joan. I. 14. [c] I. Cor. I. 23. [d] I. Cor. II. 8. [e] II. Cor. VIII. 9. [f] Hebr. VII. 3.

1. *Deus & homo*.] Alii aliud etymum illius vocis afferre solent; ac præcipue, *ut Gabriel*, Fortitudo Dei dicatur; vel etiam *fortis Deus*: ea phrasi, qua *Psalm*. I. 1. dicitur, *Beatus vir*; ubi Hebræa, simili fere forma habent atque in nomine Gabriel, redduntque Hebraizantes, *Beatitudines viri*. Nomen גבר, virum potentem significat, ac fortitudinem.

2. Al. προέφερε. 3. Al. λύτρωσις. 4 Al. ὃ μ. ἀπορῶν.

ἀσφαλεστάτην, καὶ τῷ θανάτῳ λύσιν εὐπρεπεστάτην. καὶ γίνεται ἄνθρωπος ἐκ παρθένου, ὡς οἶδεν αὐτός· λόγος γὰρ ἑρμηνεῦσαι τὸ θαῦμα οὐ δύναται· καὶ ἀποθνήσκει ὃ ἐγένετο· καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε, κατὰ τὸν λέγοντα Παῦλον· ἐν ᾧ ἔχομεν τὴν ἀπολύτρωσιν διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ, τὴν ἄφεσιν τῶν παραπτωμάτων. ὢ τῶν μεγάλων πραγμάτων. ἄλλοις ἐπραγματεύσατο τὸ ἀθάνατον· αὐτὸς [1] γὰρ ὑπῆρχε ἀθάνατος· τοιοῦτος γὰρ ἄλλος κατ' οἰκονομίαν οὔτε γέγονεν, οὔτε ἦν, οὔτε ἔσται ποτὲ, ἢ μόνος ὁ ἐκ παρθένου τεχθεὶς Θεὸς καὶ ἄνθρωπος· οὐκ ἀντιταλαντεύουσαν μόνον ἔχων τὴν ἀξίαν τῷ πλήθει τῶν ὑποδίκων, ἀλλὰ καὶ πάσαις ψήφοις ὑπερέχουσαν. ἐν μὲν τῷ υἱὸς εἶναι, τὸ ἀπαράλλακτον σώζων πρὸς τὸν πατέρα· ἐν δὲ τῷ δημιουργὸς, τὸ τῆς δυνάμεως ἀπροσδεὲς ἔχων· ἐν δὲ τῷ φιλοικτίρμων, τὸ εἰς συμπάθειαν ἀνυπέρβλητον ἐδημοσίευσεν· ἐν δὲ τῷ ἀρχιερεὺς, τὸ εἰς παράτασιν ἀξιόπιστον φέρων, οἷς οὐδὲν εὕροι τις ἂν ἐπ' οὐδενὶ ἴσον ἢ παραπλήσιον πώποτε. ὅρα γὰρ αὐτοῦ τὴν φιλανθρωπίαν, ἑκὼν κατακριθεὶς, τὸν κατὰ τῶν σταυρωσάντων αὐτὸν ἔλυσε θάνατον, καὶ ἀπέστρεψε τὴν τῶν ἀποκτεινάντων ἀνομίαν, εἰς τὴν τῶν ἀνομησάντων σωτηρίαν.

A tioni addictis, tutissimam vitam adinvenit, mortisque solutionem decentissimam. Fit nimirum homo ex Virgine, modo ei pernoto; nulla enim oratio miraculum hoc assequi valeat: moriturque, quod factus erat; redimit vero, quod erat, juxta quod ait Paullus: [a] *In quo habemus redemtionem per sanguinem ipsius, remissionem peccatorum.* O miram, magnamque rem! Immortalitatem aliis conciliavit, atque peperit: quippe qui ipse immortalis erat. Nemo enim quisquam talis ratione incarnationis, vel fuit, vel erat, vel est umquam futurus, præter eum solum, qui ex Virgine Deus ac homo natus est; non eo solum merito pollens, quod reorum multitudini redimendæ par esset, sed & quod multis partibus B excelleret. Nam qua Filius est, eamdem cum Patre naturam incommutabiliter servat: qua vero rerum opifex, nullius virtutis est indigens: qua autem misericors, immensa inexhaustaque misericordia pollet; qua denique pontifex, idoneus intercessor assistit: quorum omnium, nihil umquam simile, nihil æquale in alio quopiam reperire quis poterit. Nam vide ejus clementiam. Sponte morti addictus ac condemnatus, mortem quæ crucifigentibus ipsum debebatur, destruxit; interfectorumque iniquitatem, in eorum qui inique egissent, salutem convertit.

Ἀνθρώπου τοίνυν ψιλοῦ, σῶσαι οὐκ ἦν· καὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ἐδεῖτο τοῦ σώζοντος, κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα· ὅτι πάντες ἥμαρτον, καὶ ὑστεροῦνται τῆς δόξης τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰ ἑξῆς. ἐπειδὴ οὖν ἡ ἁμαρτία τῷ διαβόλῳ προσῆγε τὸν αὐτῆς ὑπεύθυνον, ὁ διάβολος τῷ θανάτῳ τοῦτον προσέπεμπε. τοιγάρτοι ἐν μεγίστῳ κινδύνῳ τὰ καθ' ἡμᾶς προῆγε, καὶ ἐν ἀπόροις ἦν λύσις τοῦ θανάτου. οἱ πεμφθέντες ἰατροὶ κατηγόρουν. τί οὖν; ὡς εἶδον οἱ προφῆται μεῖζον τέχνης ἀνθρωπίνης τὸ τραῦμα, τὸν ἐξ οὐρανοῦ ἐπεβόων ἰατρόν. καὶ ὁ μὲν ἔλεγε· κλῖνον οὐρανοὺς, καὶ κατάβηθι. ἄλλος· ἴασαί με κύριε, καὶ ἰαθήσομαι. ἕτερος, ἐξέγειρον τὴν δυναστείαν σου, καὶ ἐλθὲ εἰς τὸ σῶσαι ἡμᾶς. ἄλλος, εἰ ὄντως οἰκήσει Θεὸς μετὰ ἀνθρώπων; ἄλλος, ταχὺ προκαταλαβέτωσαν ἡμᾶς οἱ οἰκτιρμοί σου, κύριε, ὅτι ἐπτωχεύσαμεν σφόδρα. ἕτερος, οἴμοι ὅτι ἀπόλωλεν εὐλαβὴς ἀπὸ τῆς γῆς, καὶ ὁ κατορθῶν ἐν ἀνθρώποις οὐχ ὑπάρχει. ἄλλος, ὁ Θεὸς εἰς τὴν βοήθειάν μου πρόσχες, καὶ εἰς βοηθῆσαί μοι σπεῦσον. ἄλλος, ὅσον, ὅσον ὁ ἐρχόμενος ἥξει, καὶ οὐ χρονιεῖ. ἄλλος, ἀπλανήθην ὡς πρόβατον ἀπολωλὸς, ζήτησον τὸν δοῦλόν σου τὸν ἐλπίζοντα ἐπὶ σέ. ἄλλος, ὁ Θεὸς ἐμφανῶς ἥξει, ὁ Θεὸς ἡμῶν, καὶ οὐ παρασιωπήσεται. οὐ παρεῖδε τοίνυν τὴν φύσιν τὴν ἀνθρωπίνην ἐπὶ πολὺ τυραννουμένην, ὁ φύσει βασιλεὺς ὑπάρχων. οὐκ ἀφῆκεν εἰς τέλος εἶναι τῷ διαβόλῳ ὑπεύθυνον, ὁ φιλοικτίρμων Θεός· ἀλλ' ἦλθεν ὁ ἀεὶ παρὼν, καὶ κατέβαλε λύτρον ὑπὲρ ἡμῶν τὸ ἴδιον αἷμα· καὶ ἔδωκεν ὑπὲρ τοῦ γένους ἀντάλλαγμα τῷ θανάτῳ, ἣν ἐκ παρθένου ἐφόρεσε σάρκα· καὶ ἐξηγοράσατο τὸν κόσμον ἐκ τῆς τοῦ νόμου κατάρας, θανάτῳ τὸν θάνατον καταργήσας· καὶ βοᾷ Παῦλος· Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου.

VII. Posse itaque salvare, majus erat quam pro facultate puri hominis: siquidem ipse quoque salvan- C tem necessarium habebat, juxta quod Paullus ait: [b] *Omnes peccaverunt, & egent gloria Dei*, &c. Quia ergo peccatum, ejusdem reum diabolo obstrinxerat; ipsum diabolus in mortem præcipitem agebat. Quocirca res nostræ in maximum discrimen adductæ erant, nec spes ulla liberationis a morte reliqua videbatur. Qui destinati erant medici, deploratos prædicabant. Quid ergo? Videntes prophetæ humana majus industria vulnus inflictum, cælestem medicum inclamabant. Ac unus quidem ajebat: [c] *Inclina cælos & descende.* Alius vero: [d] *Sana me Domine, & sanabor.* Unus: [e] *Excita potentiam tuam, & veni, ut salvos facias nos.* Alius: [f] *Si vere Deus habitabit cum hominibus?* Unus: [g] *Cito anticipent nos misericordiæ* D *tuæ, Domine, quia pauperes facti sumus nimis.* Alius: [h] *Heu me, periit reverens a terra, & qui ex virtute ac recte vivat, in hominibus non est.* Unus: [i] *Deus, in adjutorium meum intende; Domine, ad adjuvandum me festina.* Alius: [k] *Adhuc modicum, & qui venturus est, veniet, & non tardabit.* Unus: [l] *Erravi sicut ovis quæ periit: quære servum tuum (sperantem in te.)* Alius: [m] *Deus manifeste veniet, Deus noster, & non silebit.* Is igitur qui natura Rex est, non despexit humanum genus multis jam annis tyrannide oppressum. Non permisit, quæ sua Deus misericordia, perpetuo obstrictum teneri diabolo: sed venit ipse qui semper & ubique adest, ac proprium sanguinem nostri caussa in redemtionis pretium E profudit; carnemque quam ex Virgine susceperat, commutationem pro ejusdem salute, morti tradidit; ac mundum a legis redemit maledicto, mortem destruens morte: unde etiam clamat Paullus: [n] *Christus nos redemit de maledicto legis.*


Ὁ τοίνυν ἀγοράσας ἡμᾶς, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος, ὦ Ἰουδαῖε· ἡ γὰρ τῶν ἀνθρώπων ἅπασα φύσις τῇ ἁμαρτίᾳ δεδούλωτο· ἀλλ' οὔτε μὴν γυμνὸς ἀνθρω-

VIII. Qui nos ergo redemit, o Judæe, non est purus homo: universa enim hominum natura peccati servitute oppressa tenebatur: at neque Deus tan-

a Ephes. I. 7. *b* Rom. III. 23. *c* Psalm. CXLIII. 5. *d* Jerem. XVII. 14. *e* Psalm. LXXIX. 3. *f* III. Reg. VIII. 27. *g* Psalm. LXXVIII. 8. *h* Mich. VII. 2. *i* Psalm. LXIX. 2. *k* Hab. III. 2. *l* Psalm. CXVIII. 176. *m* Psalm. XLIX. 3. *n* Gal. III. 13.

1. Maz. αὐτὸς μόνος ὑπάρχων.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



πότητος Θεός· σῶμα γὰρ εἶχεν, ὦ Μανιχαῖε. εἰ A μὴ γὰρ ἐνεδύσατο ἐμὲ, οὐκ ἂν ἔσωσεν ἐμέ· ἀλλ' ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου ὁ ἀποφηνάμενος, τὸν κατάδικον ἐνεδύσατο. καὶ ἐκεῖ τὸ φρικτὸν γέγονε συνάλλαγμα· δοὺς γὰρ πνεῦμα, ἔλαβε σάρκα. ὁ αὐτὸς μετὰ τῆς παρθένου, καὶ ἐκ τῆς παρθένου. ὃ μὲν γὰρ ἐπεσκίασεν αὐτήν· ὃ δὲ ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς. εἰ ἄλλος ὁ Χριστὸς καὶ ἄλλος ὁ Θεὸς λόγος, οὐκ ἔστι τριὰς ἡ ἁγία τριάς· ἀλλὰ κατὰ σὲ αἱρετικὲ, τετράς. μὴ σχίσῃς τὸν τῆς οἰκονομίας χιτῶνα τὸν ἄνωθεν ὑφαντόν· μὴ μαθητεύσῃς Ἀρείῳ. ἐκεῖνος γὰρ ἀσεβῶν τὴν οὐσίαν τέμνει· σὺ τὴν συνάφειαν μὴ μέριζε, ἵνα μὴ μερισθῇς ἀπὸ Θεοῦ. τίς ἐπέφανεν, εἰπέ μοι, τοῖς ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου καθημένοις; ἄνθρωπος; καὶ πῶς ἠδύνα- B το ἐν σκότει διάγων κατὰ Παῦλον τὸν λέγοντα, ὃς ἐρρύσατο ἡμᾶς ἐκ τῆς ἐξουσίας τοῦ σκότους; ἦμεν γάρ ποτε σκότος, κατὰ τὸ γεγραμμένον· νῦν δὲ φῶς ἐν κυρίῳ. τίς οὖν ἐπέφανεν ἡμῖν; Δαβὶδ σὲ διδάσκει, λέγων· Εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. τίς οὗτος; εἰπὲ φανερῶς, ὦ Δαβίδ. ἀναβόησον τῇ ἰσχύϊ, καὶ μὴ φείσῃ· ὡς σάλπιγγα ὕψωσον τὴν φωνήν σου. εἰπὲ τίς οὗτος· κύριος φησὶν, ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων· Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ὁ γὰρ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. συνῆλθον αἱ φύσεις, καὶ ἀσύγχυτος ἔμεινεν ἡ ἕνωσις.

tum, humana destitutus natura; corpus namque habebat, o Manichæe. Nisi enim me induisset, haud mihi salutem contulisset: sed ipse in Virginis utero editus, reum induit. Mira quædam ac stupenda illic facta est commutatio: Dans enim Spiritum, accepit carnem. Idem ipse cum Virgine, & ex Virgine. Nam [1] illud quidem obumbravit ei; hoc ex ea carnem assumsit. Si est alius Christus, alius Deus Verbum; jam non erit Trinitas, sancta Trinitas; sed sententia tua, o hæretice, quaternitas. Noli discindere incarnationis tunicam desuper contextam: noli esse discipulus Arii. Ille enim deitatis substantiam impie secat; tu ne conjunctionem dividas, ut ne a Deo dividaris. Quisnam obsecro iis illuxit, [a] qui in tenebris & umbra mortis sedebant? Homo ne? At quomodo poterat, qui & ipse in tenebris versaretur, juxta quod divinus Apostolus Paullus ait: [b] *Qui eripuit nos de potestate tenebrarum?* [c] *Eramus enim aliquando tenebræ*, sicut scriptum est, *nunc autem lux in Domino*. Ecquis tandem illuxit nobis? Docet te David, dicens: [d] *Benedictus qui venit in nomine Domini*. Ecquisnam est iste? Dicito clarius, o David, [e] *Clama fortiter, & ne parcas; quasi tuba exalta vocem tuam*: edicito quis iste sit: [f] *Dominus*, inquit, *Deus virtutum*: [g] *Deus Dominus & illuxit nobis*. Nam, [h] *Verbum caro factum est*. Coierunt in unum naturæ, mansitque unio absque ulla confusione.

C

Ἦλθε σῶσαι, ἀλλ' ἔχρῃν καὶ παθεῖν. πῶς οὖν ἦν δυνατὸν ἑκάτερα γενέσθαι; ἄνθρωπος ψιλὸς σῶσαι οὐκ ἴσχυε· Θεὸς γυμνὸς, παθεῖν οὐκ ἠδύνατο. τί οὖν; αὐτὸς ὢν Θεὸς ὁ Ἐμμανουὴλ, γέγονεν ἄνθρωπος· καὶ ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν. διὰ τοῦτο ὡς εἶδεν ἡ ἐκκλησία στεφανώσασαν αὐτὸν τὴν συναγωγὴν ταῖς ἀκάνθαις, θρηνῳδοῦσα τὴν τόλμαν, ἔλεγε· Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐξέλθετε καὶ ἴδετε τὸν στέφανον, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ. αὐτὸς γὰρ καὶ τὸν ἀκάνθινον ἐφόρεσε στέφανον, καὶ τὴν τῶν ἀκανθῶν ἔλυσεν ἀπόφασιν. ὁ αὐτὸς ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, καὶ ἐν γαστρὶ παρθένου· ὁ αὐτὸς ἐν ἀγκάλαις μητρὸς, καὶ ἐπὶ πτερύγων ἀνέμων· ὁ αὐ- D τὸς ἄνω ὑπὸ ἀγγέλων προσεκυνεῖτο, καὶ κάτω τελώναις συνανεκλίνετο· τὰ σεραφὶμ οὐ προσέβλεπε, καὶ Πιλάτος ἠρώτα· ὁ δοῦλος ἐρράπιζε, καὶ ἡ κτίσις ἔφριττεν· ἐπὶ σταυροῦ ὁ αὐτὸς ἐπήγνυτο, καὶ ὁ θρόνος τῆς δόξης αὐτοῦ οὐκ ἐγεγύμνωτο· ἐν τάφῳ κατεκλείετο, καὶ τὸν οὐρανὸν ἐξέτεινεν ὡσεὶ δέῤῥιν· ἐν νεκροῖς ἐλογίζετο, καὶ τὸν ᾅδην ἐσκύλευσεν· ὧδε πλάνος ἐσυκοφαντεῖτο, καὶ ἐκεῖ ἅγιος ἐδοξολογεῖτο.

IX. Ad salvandum venerat; sed mori quoque illum oportebat. At utraque hæc, quonam pacto fieri poterant? Purus homo salvare non poterat: Deus solus mori nequibat. Quid igitur? Ipse Deus existens, nempe Emmanuel, homo factus est; & id quidem quod erat, salutem contulit: quod vero factum est, passiones ac mortem subiit. Quocirca cum ecclesia synagogam cerneret spinis illum coronasse, lugens tantum facinus, ajebat: [i] *Filiæ Hierusalem egredimini, & videte coronam qua coronavit eum mater sua*. Ipse namque [k] spineam coronam gestavit, spinarumque [l] dissolvit sententiam. Ipse [m] in sinu Patris, atque in utero matris. Ipse in ulnis matris, & [n] super ventorum pennas incedens. Ipse in cælis ab Angelis adorabatur, atque in terris [o] communi cum publicanis mensa discumbebat. Ipsum in quem nec Seraphim audebant aspicere, [p] Pilatus interrogabat: servus colaphis cædebat, & creatura horrebat: cruci affigebatur, nec thronum gloriæ deserebat: sepulcro claudebatur, & [q] cælum pellis instar extendebat: inter mortuos reputabatur, & [r] despoliabat infernum: heic, [s] seductor calumnia vocabatur, [t] illicque [2] sanctus gloriose prædicabatur.

Ὢ τοῦ μυστηρίου. βλέπω τὰ θαύματα, καὶ ἀνακηρύττω τὴν θεότητα· ὁρῶ τὰ πάθη, καὶ οὐκ ἀπαρνοῦμαι τὴν ἀνθρωπότητα. ἀλλ' ὁ Ἐμμα- E

X. O mysterium! Miracula video, & divinitatem prædico: passiones cerno, nec humanitatem infitior. Ceterum Emmanuel, naturæ quidem portas [3] ape-

[a] Luc. I. 79. [b] Coloss. I. 5. [c] Ephes. V. 8. [d] Psalm. XVII. 26. [e] Isa. LVIII. 1. [f] Psalm. LVIII. 6. [g] Psalm. CXVII. 27. [h] Joan. I. 14. [i] Cant. III. 11. [k] Joan. XIX. 2. [l] Gen. III. 18. [m] Joan. I. 18. [n] Psalm. CIII. 3. [o] Matth. IX. 10. [p] Joan. XVIII. 33. [q] Psalm. CIII. 2. [r] Matth. XXVII. 52. [s] Ibid. ℣. 63. [t] Isa. VI. 3.

1. *Illud quidem obumbravit ei; hoc ex ea carnem assumsit. ὃ μὲν γὰρ ἐπεσκίασεν· ὃ δὲ, ἐσαρκώθη ἐξ αὐτῆς.*] Affert Riccardus variantes multas lectiones: sed ego hanc regii codicis vice omnium arbitror ac probatissimam: cui simile est, quod superius posuit: *ἀποθνήσκει ὃ ἐγένετο, καὶ λυτροῦται ὃ ὑπῆρχε*. Ut ubique quod est Dei ac quod hominis, in eodem Domino Jesu ac Filio distinguat; ac cuique rationi, quæ sunt propria, tribuat. Qua Deus, erat cum Maria juxta Angeli verbum, *Dominus tecum*, ante quam etiam incarnaretur; ipseque ei obumbravit, ut sine ardore concupiscentiæ conciperet ipsum: ut homo, carnem ex ea sumsit. Sic paullo inferius. *ὃ μὲν ἦν, ἔσωσεν· ὃ δὲ γέγονεν, ἔπαθεν*· *Quod erat*; id est, Deus; *salutem contulit; quod factum est*; id est, homo; *mortem subiit*.

2. *Illic sanctus gloriose prædicabatur.*] Hunc locum affert Damascenus epistola de Trisagio, quem Theopaschitæ objicerent, aliter legentes ac habeant modo codices: nempe ter repetitam vocem ἅγιος· ut neque illa littera improbanda sit, sed dumtaxat hæreticorum malus usus, ac quod vellent, ita in Filium referri hoc canticum, ut non etiam referatur in Patrem & Spiritum sanctum; quod falsum liquet ex aliis aliisque locis scripturæ, quibus alia aliaque persona apparuisse dicitur.

3. *Aperuit ut homo*;] Sic ipse exposuerim; ut spectata quidem naturæ humanæ conditione, Dominus vulvam aperturus esset: at non tamen aperuerit potentia deitatis, ad quam claustra ipsa, perinde habent ac si aperta essent: quæ est etiam expositio Amphilochii.

νουὴλ, φύσεως μὲν πύλας ἀνέωξεν ὡς ἄνθρωπος· παρθενίας δὲ κλεῖθρα οὐ διέρρηξεν ὡς Θεός· ἀλλ' οὕτως ἐκ μήτρας προῆλθεν, ὡς δι' ἀκοῆς εἰσῆλθεν· οὕτως ἐτέχθη, ὡς συνελήφθη. ἀπαθῶς εἰσῆλθεν, [1] ἀφράστως ἐξῆλθε, κατὰ τὸν προφήτην Ἰεζεκιὴλ τὸν λέγοντα· ἐπέστρεψέ με, φησὶ, κύριος κατὰ τὴν ὁδὸν τῆς πύλης τῶν ἁγίων τῆς ἐξωτέρας, τῆς βλεπούσης κατὰ ἀνατολὰς, καὶ αὕτη ἦν κεκλεισμένη. καὶ εἶπε κύριος πρός με· υἱὲ ἀνθρώπου· ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσαι· οὐκ ἀνοιχθήσεται· οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ἀλλ' ἢ κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ, μόνος· αὐτὸς εἰσελεύσεται καὶ ἐξελεύσεται, καὶ ἔσται ἡ πύλη κεκλεισμένη. ἰδοὺ ἀπόδειξις ἐναργὴς τῆς ἁγίας θεοτόκου Μαρίας. λυέσθω τοίνυν ἀντιλογία πᾶσα· καὶ τῇ τῶν γραφῶν καταφωτιζώμεθα γνώσει· ἵνα καὶ βασιλείας οὐρανῶν τύχωμεν ἐν Χριστῷ, ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

ruit ut homo; virginitatis autem claustra non violavit neque perrupit, ut Deus: quin ita ex utero est egressus, sicuti per aurem est ingressus: ita natus, sicut conceptus. Ingressus est sine passione; egressus est absque ulla corruptione, juxta quod ait propheta Ezechiel. [a] *Convertit me*, inquit, *Dominus ad viam portæ sanctuarii exterioris quæ respiciebat ad orientem; & hæc clausa erat. Et dixit ad me Dominus: Fili hominis, porta hæc clausa erit, & non aperietur; & nullus transiet per eam; sed solus Dominus Deus Israel: ipse ingredietur & egredietur, & erit porta clausa.* En aperte declaratam sanctam Dei genitricem Mariam. Dirimatur ergo omnis contradictio, ac scripturarum doctrina illustremur; quo & cælorum consequamur regnum in Christo, cui gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ β'.

Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ εἰς τὰς ἐπαρυστρίδας.

EJUSDEM

*ORATIO II.

De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, & de infusoriis.

ΚΑλὴ μὲν ἡ τῶν ψαλμῶν λύρα· θεόπνευστος ἡ τοῦ πνεύματος κιθάρα· τερπνὸν καὶ φοβερὸν τὸ τῆς προφητείας ᾆσμα· σωτήριος ἀεὶ ἡ ψαλμῳδία, τὰ πάθη κοιμίζουσα τῇ μελῳδίᾳ. ὅπερ γάρ ἐστιν ἀκάνθαις δρεπάνη, τοῦτο γίνεται καὶ λύπῃ ὁ ψαλμός. ψαλμὸς γὰρ μελῳδούμενος ἐκτέμνει ἀθυμίας· ῥιζοτομεῖ τὰς λύπας· ἀποσπογγίζει τὰ πάθη· κοιμίζει τοὺς θρήνους· χειρουργεῖ τὰς φροντίδας· ψυχαγωγεῖ τοὺς ἐν ὀδύναις· ἁμαρτωλοὺς κατανύγει. ἐξυπνίζει πρὸς εὐσέβειαν· ἐρημίας πολίζει· τὰς πόλεις σωφρονίζει· συγκροτεῖ μοναστήρια· παρθενίαν ὑπαγορεύει· πρᾳότητα ἐκδιδάσκει· νομοθετεῖ ἀγάπην· μακαρίζει φιλοπτωχίαν· πρὸς ὑπομονὴν ἀλείφει· εἰς οὐρανοὺς μετεωρίζει. στενοχωρεῖ ἐκκλησίαν· ἁγιάζει ἱερέα· δαίμονας φυγαδεύει· προφητεύει τὰ μέλλοντα· μυστήρια προκηρύττει· νομοθετεῖ τὴν τριάδα, λέγων· εἶπεν ὁ κύριος τῷ κυρίῳ μου· κάθου ἐκ δεξιῶν μου· ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου, ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου. σύνθρονον τὸν υἱὸν ἐκήρυξεν, οὐ λειτουργὸν τὸν ὁμοούσιον ἐστηλίτευσε. διὰ τοῦτο γὰρ ἀρτίως ὁ μακάριος Δαβὶδ τὴν ἀκάματον φύσιν, τὴν παντοδύναμον οὐσίαν, τὴν ἀήττητον βούλησιν, τὴν μὴ βραδύνουσαν χάριν, τὸν αὐθέντην δημιουργὸν, τὸν αὐτεξούσιον υἱὸν, τὸν ὑποταγῆς ἐλεύθερον Θεὸν, τὸν μὴ κελευόμενον δεσπότην, ἀνυμνῶν ἐβόα· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. αἰσχυνέσθωσαν Ἄρειος, καὶ Εὐνόμιος, Μακεδόνιός τε καὶ Νεστόριος, τὸ τετράπωλον τοῦ διαβόλου ἅρμα· οἱ τῶν αἱρέσεων σκόπελοι· αἱ τῆς βλασφημίας σπιλάδες· τὰ τῶν ψυχῶν ναυάγια· αἱ τῆς δυσσεβείας ὕφαλοι πέτραι. οἱ πονηροὶ τῆς τριάδος ζυγοστάται· ἀκουσάτωσαν τοῦ Δαβὶδ λέγοντος· ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου κύριε· πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας. ὁ Δαβὶδ τὰ ἔργα μεγαλύνει, καὶ οἱ βλάσφημοι τὸν κτίστην σμικρύνουσι. πάντα γὰρ θαυμαστὰ καὶ παράδοξα, τὰ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ· Θεοῦ γάρ ἐστι Λόγου πράξεις, καὶ γλώττης τάχος νικῶντα· ἰσχὺν δὲ τοῦ δημιουργήσαντος παριστῶντα.

I. PUlcra quidem est psalmorum lyra: divinitus inspirata Spiritus cithara: jucundum pariter ac terribile est prophetiæ canticum: salubre semper psalmorum melos, melleo concentu suo perturbatos affectus sedans. Uti enim falx ad spinas habet, sic & psalmus habet ad tristitiam. Psalmus namque canore modulatus, animi ægritudines amputat; mærorem radicitus exscindit; perturbationes abstergit; luctus sedat; solicitudines curat; dolore fatigatos recreat; peccatores ad compunctionem exstimulat; ad pietatem excitat; deserta, urbium frequentia auget; urbes componit; monasteria conflat; virginitatem documento tradit; mansuetudinem edocet; caritatem sancit; paupertatis studium beatum prædicat; ad patientiam comparat; in cælum sublimes tollit; ecclesiam frequenti hominum conventu opplet; sacerdotem sanctum efficit; fugat dæmones; futura prophetat; mysteria prænuntiat; Trinitatem promulgat, dicens: [b] *Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis: donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum.* Confessorem Filium prædicavit: non ignominioso ministri nomine Unigenitum notavit. Quam sane ob caussam nuper beatus David, indefatigabilem decantans naturam: omnipotentem substantiam; insuperabilem voluntatem; celerem gratiam; suapte auctoritate conditorem: sui juris Filium: Deum nullius ditioni subjectum; Dominum nullius imperio mancipatum, claro præconio dicebat: [c] *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* Confundantur Arius & Eunomius, Macedoniusque & Nestorius, quadrijugis diaboli currus; hæresum scopuli; blasphemiarum cautes; animarum naufragia; impietatis subdola saxa; Trinitatis mali pensitatores: audiant Davidem dicentem: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! omnia in sapientia fecisti.* David opera magnificat; blasphemique, creatoris gloriæ detrahunt. Omnia namque Christi Domini opera, mira plane sunt ac nova: siquidem Dei Verbi sunt prodigia; eaque, ut & linguam quantumcumque expeditam superent, & conditoris potentiam exprimant.

a Ezech. XLIV. 1. 2. b Psalm. CIX. 5. c Psalm. CIII. 24.

1. Leg. cum aliis ἀφθάρτως.

* Edidit Riccardus ex antiquo Criptæferratensi codice; stilo commatico ac polemico in Judæos, sive etiam Judæorum nomine in asseclas Nestorianos, totam Procli, ut & crebro usu vocis μορφὴ & σχῆμα, ἀντ.' φύσεως· quem sanctus Ephræmius apud Photium ipsi tribuit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

A Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ δεσπότης. ἀγγέλους ἐκ μὴ ὄντων παρήγαγεν· ἔνδυσε, καὶ ἡ κτίσις οὐκ ἐβράδυνεν· ἐκέλευσε, καὶ τὸ φῶς ἐκ σκότους ἀνέτειλε. τὸν οὐρανὸν ὡσεὶ καμάραν ἐστερέωσε· τὴν δὲ γῆν ἐκ τοῦ βάθους διαλελυμένην ἀνέσπασε. τὸν ἥλιον ὡς νυμφίον ἐκόσμησε· τὴν δὲ σελήνην, διὰ τὴν χρείαν ποικίλως ἐσχημάτισε. δήμους ἀστέρων ἐκ φωτὸς ἐχάλκευσε· καὶ τὴν συμφωνίαν τῶν μαχομένων στοιχείων ἐχαρίσατο. [πῦρ, ὕδωρ·] ἡ γῆ ποταμοὺς ἀναβλύζει, καὶ ὁ ἀὴρ μετεωρίζει τὰ βάρη· καὶ τὴν ἐναντιότητα, ἡ τέχνη αὐτοῦ εἰς φιλίαν ἐκέρασεν. εἴπω τὸ μυστήριον. Θεὸς ὢν, ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ διὰ παρθένου ἔνθα παρῆν ἐπεδήμησε· καὶ ὁ τόκος αὐτὸν οὐκ ἠλάττωσε· καὶ ἡ ὠδὶς τὴν ἄκτιστον φύσιν οὐκ ἠλλοίωσεν· ἀλλὰ κτιστὴ μορφὴ τὸν B κτιστὴν ἐσχημάτισε, καὶ τὸν ἀχώρητον σαρκωθέντα ὁ κόσμος ἐχώρησε. γενόμενος ἄνθρωπος χωρὶς ἁμαρτίας, διὰ ξύλου τὴν φύσιν ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας ἠλευθέρωσε· διὰ τάφου θάνατον ἐνέκρωσε· διὰ ὕβρεως δόξαν ἐγεώργησεν· ἐν ποταμῷ τὸ τῆς κολυμβήθρας μυστήριον ἐσκιογράφησε. καὶ ὅτι Θεὸς ἦν ὁ Χριστὸς, ἐμαρτύρησεν ἀρτίως ἡ θάλασσα, καὶ οἱ ἄνεμοι, καὶ οἱ δαίμονες. τῆς μὲν γὰρ ἡ ζάλη κατηυνάζετο· τῶν δὲ ἀνέμων ἡ βία ἐκοιμίζετο· οἱ δὲ δαίμονες ἀοράτως ἐμαστίζοντο. καὶ ἐμαρτύρει τὰ στοιχεῖα τῇ δυνάμει τοῦ παρόντος, ὅτι τοῦτον ἐφοβήθησαν, περὶ οὗ ὁ προφήτης ἐν ψαλμοῖς ἐβόα· εἴδοσάν σε τὰ ὕδατα ὁ Θεὸς, καὶ C ἐφοβήθησαν.

II. Omnia in sapientia fecit Dominus. Ex nihilo Angelos produxit: annuit, & creatura nihil morata adfuit: jussit, & lux e tenebris eluxit. [a] Cælum sicut cameram firmavit; terram autem ab alto diremtam gurgite extraxit. [b] Solem tamquam sponsum exornavit; lunam vero utilitatis ergo variata mutatione efformavit. Stellarum multitudinem ex luce fabricavit; pugnaciumque elementorum concordiam donavit. [1] Ignem temperat aqua; terræ visceribus scaturiunt flumina: aer gravia elevat; contrariaque ac pugnantia, ejus ars mutuo amicitiæ fœdere copulavit. Pandam mysterium. Deus cum esset, [c] *in terris visus est*; ac per Virginem eo advenit, ubi jam aderat; nihil partu diminutus est; B nec editio increatam naturam quidquam immutavit; sed creata forma creatorem formavit; ac eum qui capi non potest, mundus indutum carne cepit ac comprehendit. Factus homo [d] sine peccato, per lignum humanam naturam a peccato liberavit; per sepulcrum interemit mortem; per contumeliam, gloriam captavit: in flumine, lavacri sacramentum adumbravit. Christum porro Deum esse, [2] suo modo testimonio, mare & venti dæmonesque comprobarunt. Nam [e] maris quidem procella sopiebatur; ventorum impetus sedabatur: dæmonesque invisibili ratione excruciabantur. Elementa ejus qui aderat potentiam contestatam reddebant, quod eum timuerint, de quo propheta in Psalmis clara voce C dicebat: [f] *Viderunt te aquæ, Deus, & timuerunt.*

Οὕτως πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησεν ὁ δεσπότης. κωφευούσῃ γὰρ τῇ κτίσει, γλῶτταν ἐχαρίσατο, τὸν ἄνθρωπον λέγω· καὶ μήτραν τοῦ πρωτοπλάστου, τὸν χοῦν ἐποίησεν ἐκ γῆς ἀγεωργήτου. ὥσπερ γὰρ ἐν μήτρᾳ καταβάλλεται σπέρμα· διαπλάττεται σῶμα· μορφοῦται ὁ πηλός· ψυχοῦται ἡ σάρξ· ἀποτελεῖται τὸ ζῶον· σκιρτᾷ ὁ κατ᾽ εἰκόνα· τίκτεται ὁ λόγος, καὶ ἀμάρτυρος μένει ἡ διάπλασις· ἀνερμήνευτος δὲ ἡ γέννησις. οὕτως καὶ ἐπὶ τοῦ πρωτοπλάστου Ἀδάμ· ἀντὶ μήτρας, αἱ θεῖαι γεγόνασι χεῖρες· ἀντὶ σπέρματος, ὁ γήϊνος χοῦς· ἀντὶ μηνῶν, τὸ ἄχρονον τοῦ ποιήσαντος· ἀντὶ ὠδίνων, τὸ ἀπαθὲς τοῦ πλάσαντος· ἀντὶ τόκου, τὸ D θεῖον ἐμφύσημα· ἀντὶ γάλακτος, ἡ πηγὴ τοῦ παραδείσου· ἀντὶ τροφῆς, ἡ ἄμοχθος τράπεζα· ἀντὶ μορφῆς, ἡ εἰκὼν τοῦ ἀρχετύπου· ἀντὶ ἀξιώματος, τὸ κατὰ χάριν ἀθάνατον· ἀντὶ ὑπηκόων, τὸ συμπλασθὲν ζῶον. καὶ γέγονε μὲν ὁ κατὰ διάπλασιν τόκος· κάματος δὲ, τὸν τόκον οὐχ ὕβρισεν. αἰσχυνέσθωσαν Ἰουδαίων παῖδες, οἱ τὴν παρθενικὴν ὠδῖνα διασύροντες, οἱ λέγοντες· εἰ ἔτεκε παρθένος, οὐκ ἔμεινε παρθένος. ἄθλιε καὶ ταλαίπωρε· ὁ Ἀδὰμ εἰς τὸν κόσμον παρήχθη, καὶ κάματος τὴν διάπλασιν οὐχ ὕβρισεν· ὁ Θεὸς κατὰ σάρκα ἐγεννήθη, καὶ φθορὰν ὁ τόκος ὑπέμεινε; διὰ τοῦτο γὰρ καὶ δεύτερος Ἀδὰμ κατὰ σάρκα ὁ δεσπότης Χριστός· ἐπειδὴ ὁ προλαβὼν Ἀδὰμ τύπος τοῦ δεσπότου Χριστοῦ. ἐσκιο- E

III. Vere omnia in sapientia fecit Dominus. Muta siquidem cum esset creatura, linguam ei largitus est, nempe hominem; protoplasti uterum, terræ virginis pulverem effecit. Quemadmodum enim in utero demittitur semen; effingitur corpus; informatur lutum; animatur caro; constituitur animal; [3] exsilit qui est ad imaginem; paritur ratio; manetque nihilominus testis expers efformatio, ac generatio inexplicabilis: sic in protoplasto Adam, pro matrice, divinæ fuerunt manus; pro semine, terrenus pulvis; pro mensibus, conditoris æternitas; pro doloribus, fictoris impatibilitas; pro partu, divina D insufflatio; pro lacte, paradisi fons; pro alimento, mensa nullo labore comparata; pro forma, principis exemplaris imago; pro dignitate, immortalitas per gratiam; pro subditis, una cum eo fictum animal. Ac partus quidem, qualis erat formatio, exstitit; eumque molestia nulla violavit aut infecit. Erubescant Judæi, qui virginalem partum insectantur ac irrident, dicentes: Si virgo peperit, nequaquam virgo permansit. Miser ac infelix: Adam in mundum productus est, nec ulla molestia aut labes efformatum infecit: Deoque carne nato, partus corruptionem sustinere debuerit? Idcirco enim Christus Dominus secundus Adam secundum carnem dictus est; quoniam is qui præcessit, primus Adam Chri- E sti Domini figura fuit. Nimirum, lutum adumbra-

a Isa. xl. 22. b Psalm. xviii. 6. c Bar. III. 38. d Heb. iv. 15. e Matth. viii. 23. Luc. viii. 23. f Psalm. lxxvi. 17.

1. *Ignem temperat aqua;*] Haud dubium desiderari vocem aliquam; nec enim duæ illæ voces, *πῦρ ὕδωρ·* sic absolute cohærent; nec quis facile possit sanare locum absque novo codice.

2. *Suo modo testimonio. ἀρτίως ἐμαρτύρησεν·*] Bene Riccardus futurum *μαρτυρήσῃ*, mutavit præterito. Porro indicat Proclus, paullo ante lectum fuisse evangelium *Matth.* viii. 23. sive *Luc.* viii 23. de sedata maris tempestate ac expulsis dæmonibus: ut hoc indicio haberi possit certum tempus habitæ hujus Orationis; nona scilicet dominica ab Indictione; qua etiam exstat Ceramei homilia. Liquet vero ex his & similibus, ut non esset unius ecclesiæ Hierosolymitanæ traditio, ut post lectum evangelium inter Missarum solemnia haberetur concio; quo Wastelius argumento hinc inde monumenta Chrysostomo inscripta, Joanni suo ac Hierosolymitano minus solida veritate nititur asserere.

3. *Exsilit qui est ad imaginem. σκιρτᾷ ὁ κατ᾽ εἰκόνα·*] Ipse nimirum animus; quod sequenti membro magis explicat, *τίκτεται ὁ λόγος· ratio paritur*. Fuit forte in ea opinione, ut anima rationalis ac *λόγος*, vere exiret ac educeretur e materia sic disposita, a qua nec alii quidam æquales abhorruerunt: quamquam fuit tandem ab ecclesia proscripta. Non licet, aut libet alias opiniones quas subinde Proclus indicat, adnotare, in quibus præsertim nihil est periculi; tametsi est aliquid novi, ac a nostrorum ac modernorum philosophia abhorrentis; ut paullo ante, de formatione stellarum ex lumine.

γράφηται ὁ πηλὸς τὸν κεραμέα. ὅτι δὲ τύπος ἦν, ἄκουε τοῦ μακαρίου Παύλου λέγοντος· ἐβασίλευσεν ὁ θάνατος ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος. καὶ ὅπως τύπος ἦν ὁ Ἀδὰμ τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα, ἄκουε· ὁ δοῦλος, φύσεως ἀρχή· ὁ δεσπότης, ἀρχὴ ζωῆς τέλος μὴ ἐχούσης, ἐκεῖνον αἱ θεῖαι χεῖρες ἔπλασαν· οὗτος, ὡς οἶδεν, ἑαυτὸν ἐσάρκωσεν. ἐκεῖνος γέγονε κατ' εἰκόνα· οὗτος, εἰκὼν ἄκτιστος. ἐκεῖνος δι' ἐμφυσήματος ἐψυχώθη· οὗτος, ἐν δούλου μορφῇ ὤφθη. ἐκείνου ὁ παράδεισος οἶκος· τούτου, ὁ οὐρανὸς θρόνος. ἐκεῖνος γλῶττα τῆς κτίσεως· οὗτος, κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας. ἐκεῖνος τὴν χεῖρα εἰς δένδρον ἐξέτεινε, καὶ θάνατον ἐτρύγησεν· οὗτος, τὰς χεῖρας ἥπλωσεν ἐν τῷ σταυρῷ, καὶ τὸν κόσμον ἐνηγκαλίσατο· καὶ βοᾷ ἐν εὐαγγελίοις· ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. ἐκεῖνος γυναῖκα ἔσχεν ἐπίβουλον· οὗτος παρθένον ἔσχε θάλαμον. τοῦ Ἀδὰμ καθεύδοντος ἡ πλευρὰ ἀφῃρέθη, καὶ ᾠκοδομήθη ἡ γυνὴ, καὶ τῷ Ἀδὰμ οὐδὲν ἔλειψε· τοῦ δεσπότου Χριστοῦ κατὰ σάρκα σταυρωθέντος καὶ ταφέντος, τῷ αἵματι αὐτοῦ ἡ ἐκκλησία ἐξηγοράσθη, καὶ τῆς θεότητος αὐτοῦ πάθος οὐχ ἥψατο.

A vit figulum. Adamum autem Christi figuram gessisse, audi ex beato Paullo dicente: [a] *Regnavit mors ab Adam usque ad Moysen, etiam in eos qui non peccaverunt in similitudinem prævaricationis Adæ; qui est forma futuri.* Quemadmodum vero Adamus, Christi Domini figura fuerit secundum carnem, accipe. Servus, [1] naturæ principium: Dominus interminabilis principium vitæ. Efformarunt illum divinæ manus; hic, qua novit ipse ratione, carnem sibi adjunxit. Ille ad imaginem factus est; hic, ipsa est increata imago. Ille per insufflationem animatus est; hic, in servi forma visus est. Illius domus est paradisus; hujus, cælum sedes est. Ille lingua est creaturæ; hic, caput ecclesiæ. Ille [b] manum in arbo- B rem extendit, mortemque decerpsit; hic manus in cruce expandit, mundumque in ulnas accepit: ac clamat in evangeliis: [c] *Cum exaltatus fuero, omnia traham ad me ipsum.* Ille mulierem habuit insidiatricem; hic, in thalamum habuit Virginem. Adamo dormienti [d] ademta fuit costa, atque ex ea ædificata mulier, nec quidquam Adamo defuit: Christo carne crucifixo atque sepulto, ejus sanguine redemta fuit ecclesia; passio tamen haudquaquam ejus divinitatem tetigit.

Ἀλλὰ ζητούμενόν ἐστι, τίνος ἕνεκεν μὴ ἐγρηγορότος τοῦ Ἀδὰμ, ἀλλὰ καθεύδοντος ἀφῃρέθη ἡ πλευρὰ, καὶ ἀνῳκοδομήθη ἡ γυνή; οὐκ ἐχρῆν μᾶλλον ἐγρηγορηκότος, ὥστε μαρτυρεῖν τῇ διαπλάσει, καὶ ἐκπλήττεσθαι τὴν τέχνην, καὶ δοξολογεῖν τὴν σοφίαν τοῦ ποιήσαντος· πῶς ἐκ πηλοῦ ἐγένοντο νεῦρα καὶ σάρκες, ὀστέων ἁρμολογία καὶ λεπτότης τριχῶν; ἀλλ' οὐ συνεχώρησεν ὁ Θεὸς ταῦτα διὰ δύο πράγματα· πρῶτον μὲν, ἵνα μὴ ἀφαιρούμενος ἀλγήσῃ, καὶ ἀλγήσας μισήσῃ τὴν γυναῖκα· καὶ γένηται αὐτῷ δυσμενὴς ἡ ὁμόφυλος. δεύτερον δὲ, ὃ μεῖζόν ἐστι καὶ θειότερον· εἴδη ὁ Θεὸς ὅτι φιλόνεικον ζῶον ὁ ἄνθρωπος, καὶ ὅτι διαπλασθεὶς αὐτεξούσιός ἐστιν, ἵνα μὴ οὖν ἄρξηται καὶ Θεοῦ τόκου πολυπραγμονεῖν, ἐπιβάλλει αὐτῷ ὕπνον, χαλινῶν τὴν τόλμαν· μονονουχὶ λέγων πρὸς αὐτόν· εἰ τῆς ὁμοφύλου τὴν ἀνάπλασιν ἰδεῖν οὐ συνεχωρήθης, τὴν ἄρρητον τοῦ Θεοῦ δύναμιν, καὶ τὴν ἀκατάληπτον γέννησιν μὴ τολμήσῃς πολυπραγμονεῖν. πῶς μὲν ἄνθρωπος γεννᾶται, νοῆσαι οὐ δύνασαι, Θεοῦ δὲ οἰκονομίαν ζητήσειν δύνῃ;

IV. Verum investigandum est, cur non vigilante Adamo, sed dormiente, costa ei ablata sit, ac ex ea ædificata mulier? Nonne satius erat ac commo- C dius, eo pervigile fieri, ut formationis testis foret, artisque admiratione defixus, conditoris sapientiam summis laudibus celebraret: ut nimirum ex luto facti essent nervi carnesque, ac apta illa ossium compago pilorumque tenuitas? Verum non permisit Deus ita fieri duplici ex caussa: primo, ne cui costa adimebatur indolesceret, atque indolescens mulierem odio haberet, fieretque ei invisa, quæ gentilis ac agnata esset. Tum vero, quod sublimius est ac divinius: Noverat Deus hominem esse animal pugnacis contentionis acerrime cupidum, ac statim formatum, sui juris ac potestatis futurum: Quocirca, ne Dei ipsum partum curiose nimis perscrutari inciperet, immittit ei somnum, quo quasi freno auda- D ciam compesceret; vix non talia ad eum dicens: Si agnatæ formationem minime licuit conspexisse, ne præsumas ineffabilem Dei potentiam incomprehensibilemque generationem curiose investigare. Non potes perspicere animo, qua homo ratione generetur: divinæque incarnationis mysterium rimari poteris ac intelligere?

Ἀλλ' ὁρῶ ὑμᾶς στενοχωρουμένους, καὶ βέλτιον ἐνθάδε καταλῦσαι τὸν λόγον. εἰ δὲ βιασταί ἐστε, τῶν βιαζομένων δὲ ἐστιν ἡ βασιλεία, προσθήσω τοῖς εἰρημένοις. εἰκὸς τῶν Ἰουδαίων τινὰ παρεῖναι ἐνταῦθα, καὶ ἐν τῷ ἀμπελῶνι τοῦ Χριστοῦ, λανθάνειν τὴν ἀλώπεκα τῆς Ἰουδαίας· καὶ μετὰ τὸ ἀπολυθῆναι τὴν ἐκκλησίαν, στήκειν ἔξω καὶ σκώπτειν τοὺς λόγους, καὶ λέγειν τοιαῦτα· διὰ τί, Χριστιανοὶ, καινοτομεῖτε ταῦτα, καὶ κομπάζετε ἐπὶ πράγμασιν ἀναποδείκτοις; Θεὸς ἐπὶ γῆς ὤφθη ποτέ; οὐδέποτε· ἄλλοτε, εἰ μὴ μόνον ἐπὶ Μωϋσέως. ἀλλὰ τότε οὐδὲ ὤφθη, ὦ Ἰουδαῖε· καὶ τούτου μάρτυς αὐτὸς ὁ Μωϋσῆς λέγων οὕτως· πρόσεχε σαυτῷ, καὶ συμβιβάσεις εἰς τὴν καρδίαν σου πάντας τοὺς λόγους, οὓς ἑωράκασιν οἱ ὀφθαλμοί σου· καὶ διδάξεις

V. Ceterum coarctari vos video: proinde satius foret heic sermonem abrumpere. At si vim facitis, cum [e] cælorum regnum eorum sit qui vim faciunt, dictis aliquid addam. Verisimile plane est adesse heic aliquem Judæum, atque in vinea Christi, Judaicam delitescere vulpem; atque adeo dimissa concione fo- E ris constitutum, cœpturum sermones joco cavillari, taliaque effutire: Ut quid, o Christiani, nova hæc designatis; quæve demonstrari ac probari haudquaquam possunt, tumide temereque jactatis? Deus ne in terris aliquando visus est? Numquam sane, nisi tempore dumtaxat Moysis. Atqui ne tunc quidem, o Judæe, visus est: hujusque rei testis esto idem ipse Moyses, qui sic ait: [f] *Attende tibi ipsi, & colligendo conferes in corde tuo omnia verba quæ vide-*

a Rom. V. 14. b Gen. III. 6. c Joan. XII. 38. d Gen. II. 21. e Matth. XI. 12. f Deut. IV. 9-12.

1. *Naturæ principium.* φύσεως ἀρχή.] Nihil his Procli clarius. Prosequitur enim, quibus convenit Adamum inter & Christum, ut ille hujus figura fuit: quare valde ridicula Riccardi conjectura, ut loco φύσεως, sit legendum φθίσεως· pro *naturæ*; *corruptionis*; atque ab eo auctor, Christi ac Adami comparationem inchoaverit, in quo illi maxime videntur contrarii. Adamus ergo naturæ principium, ut caput generis; eoque figura Christi, qui principium est ac auctor vitæ æternæ, caput ipse prædestinatorum.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



τοὺς υἱούς σου, καὶ τοὺς υἱοὺς τῶν υἱῶν σου. μνήσθητι τὴν ἡμέραν κυρίου τοῦ Θεοῦ σου, τὴν ἡμέραν τῆς ἐκκλησίας, ὅτε ἐλάλησε κύριος πρός με, λέγων· ἐκκλησίασον πρός με τὸν λαὸν, καὶ ἀκουσάτωσαν τὰ ῥήματά μου, καὶ διδάξουσιν αὐτὰ τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ προσήλθετε, καὶ ἔστητε ὑπὸ τὸ ὄρος τὸ Σινά· καὶ τὸ ὄρος ἐκαίετο πυρὶ ἕως τοῦ οὐρανοῦ· καὶ ἠκούσατε τὴν φωνὴν τοῦ Κυρίου τοῦ Θεοῦ ὑμῶν ἐκ μέσου τοῦ πυρός· φωνὴν ῥημάτων ἠκούσατε, καὶ ὁμοίωμα οὐκ ἴδετε. ἃ τοίνυν οὐκ εἶδες, τί κομπάζεις ἑωρακέναι; τί οὖν μοι, φησὶ, προσφέρεις; ὅτι ἠδύνατο γυνὴ γεννῆσαι Θεόν; εἰς τοῦτο γάρ σοι λέγω· ὅτι οὐ λέγω σοι ὅτι ἠδύνατο γυνὴ Θεὸν γεννῆσαι, ἀλλ' ὅτι ἠδύνατο Θεὸς σαρκωθεὶς γεννηθῆναι ὑπὸ γυναικός. πάντα γὰρ, αὐτῷ δυνατά[a]. ὅμως εἰ ἀπιστεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, τοῖς ἐμοῖς λόγοις, ἐντρέπου τὰς τῶν προφητῶν βίβλους· ἔγκυψον ἐν αὐταῖς, καὶ βλέπε ὅλον τὸ μυστήριον θεολογούμενον· βλέπε ὅλον τὸ παρθενικὸν θαῦμα σκιαγραφούμενον. καὶ γὰρ λέγει ὁ προφήτης· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ· πρῶτον ἀναγινώσκω τὴν προφητείαν, καὶ τότε λέγω τὴν ἑρμηνείαν· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ, λέγει κύριος παντοκράτωρ, προσκαλέσεται ἄνθρωπος τὸν πλησίον αὐτοῦ ὑποκάτω ἀμπέλου αὐτοῦ, καὶ ὑποκάτω συκῆς αὐτοῦ. καὶ ἐπέστρεψέ με, φησὶν, ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἐξήγειρέ με, ὃν τρόπον ἐξεγέρθη ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ· καὶ εἶπε πρός με· τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη, καὶ τὸ λαμπάδιον ἐπάνω αὐτῆς, καὶ ἑπτὰ λύχνοι, καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω. καὶ ἐπηρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· τί ἐστι ταῦτα, κύριε; καὶ εἶπέ μοι· οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπον· οὐχὶ, κύριε. καὶ ἀπεκρίθη ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ εἶπεν· οὗτος ὁ λόγος κυρίου. ὦ βάθος [καὶ] πλούτου, καὶ σοφίας, καὶ Θεοῦ γνώσεως. ἀνέγνωμεν τὴν προφητείαν, ἐπαγάγωμεν τὴν ἑρμηνείαν.

Ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ λέγει κύριος παντοκράτωρ. ἐν ποίᾳ ἡμέρᾳ, ὦ προφῆτα; τῇ τῆς ἐνανθρωπήσεως, ὅτε παρθένος οὐρανὸν ἐμιμήσατο· ὅτε ἐκ γαστρὸς ἐξεπήδησαν ἀκτῖνες· ὅτε ἐκ μήτρας προέκυψε σαρκωθεὶς ἥλιος· ὅτε τὸ φῶς ἐσχηματίσθη ἀνθρωπείᾳ μορφῇ· ὅτε ὁ τόκος τοῦ τεχθέντος, οὐκ ἀρχὴ, ἀλλ' ἀνατολή. καὶ ἐπέστρεψέ με, φησὶν, ὁ ἄγγελος ὁ λαλῶν ἐν ἐμοὶ, καὶ ἤγειρέ με, ὃν τρόπον ὅταν ἐξεγέρθη ἄνθρωπος ἐκ τοῦ ὕπνου αὐτοῦ. τίς ὁ ἄγγελος; ὁ τὴν Μαρίαν εὐαγγελισάμενος. τίς ὁ ὕπνος; ὁ τοῦ νόμου καιρός. ὥσπερ γὰρ ἐν τῷ ὕπνῳ τὸ βλέφαρον τὴν κόρην καλύπτει· οὕτως ἐν τῷ νόμῳ τὸ κάλυμμα τὴν καρδίαν ἐσκέπασε. καὶ εἶπεν πρός με· τί σὺ βλέπεις; καὶ εἶπον· ἑώρακα, καὶ ἰδοὺ λυχνία χρυσῆ ὅλη. τίς οὖν ἐστιν ἡ λυχνία; ἡ ἁγία Μαρία. διὰ τί δὲ λυχνία; ἐπειδὴ τὸ ἄϋλον φῶς Θεὸν σαρκωθέντα ἐβάστασε. διὰ τί δὲ χρυσῆ ὅλη; ἐπειδὴ καὶ μετὰ τόκον παρθένος ἔμεινε. φησὶ γάρ· ἡ πύλη αὕτη κεκλεισμένη ἔσται. οὐκ ἀνοιχθήσεται, καὶ οὐδεὶς οὐ μὴ διέλθῃ δι' αὐτῆς, ὅτι κύριος ὁ Θεὸς Ἰσραὴλ μόνος διελεύσεται δι' αὐτῆς· καὶ ἔσται κεκλεισμένη, διότι ὁ ἡγούμενος καὶ ἐξελεύσεται καὶ κλείσει τὰς θύρας ὄπισθεν αὐτοῦ. ὅτι δὲ ἡ γαστὴρ πύλη λέγεται, μάρτυς Ἰὼβ λέγων· διὰ τί οὐ συνέκλεισε πύλας γαστρός μου; καὶ ὥσπερ ἡ λυχνία οὐκ αὐτὴ φωτὸς αἰτία, ἀλλὰ φωτὸς ὄχημα· οὕτως καὶ ἡ παρθένος, οὐκ αὐτὴ Θεὸς, ἀλλὰ Θεοῦ ναός. καὶ τὸ λαμπάδιον, φησὶν, ἐπάνω αὐτῆς. τί τὸ λαμπάδιον; ὁ σαρκωθεὶς Θεὸς λόγος, τὸ φῶς τῆς οἰκουμένης, ὁ λέγων· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου. καὶ

runt oculi tui: & ea docebis filios tuos, & filios filiorum tuorum. Recordare diei Domini Dei tui, diei concionis, quando locutus est Dominus ad me dicens: Convoca ad me populum, & audiant vocem meam, & docebunt filios suos. Et accessistis, & stetistis sub monte Sinai: & mons conflagrabat igni usque ad cælum: & audistis vocem Domini Dei vestri de medio ignis. Vocem verborum audistis, & similitudinem non vidistis. Quid ergo te vidisse jactas, quæ non adspectasti? Quid hoc igitur, inquit, mihi ingeris? potuisse scilicet mulierem Deum generare? Ad id plane respondeo. Me quidem nequaquam dixisse, Mulierem generare potuisse Deum; sed, utique Deum incarnatum a muliere generari; siquidem [a] omnia ei possibilia sunt. At certe, o Judæe, si meis verbis fidem non habes, revere libros prophetarum: illis incumbe, totumque divinum mysterium in eis exaratum vide: universum illic Virginis miraculum adumbratum cerne. Ait namque Propheta: [b] *In die illa dicit Dominus omnipotens*: (prophetiam prius referam: deinde vero interpretationem addam) *In die illa dicit Dominus omnipotens, advocabit homo proximum suum subter vitem suam, & subter ficum suam.* [1] *Et convertit me*, inquit [c], *Angelus qui loquebatur in me: & suscitavit me, sicut suscitari solet homo de somno suo, & dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas super ipsum, & septem lucernæ, & septem infusoria, & duæ olivæ desuper. Et interrogavi Angelum, & dixi: Quid sunt hæc, domine? Et dixit mihi: Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi: Non, domine. Et respondit Angelus qui loquebatur in me, & dixit: Hic est Sermo Domini.* [d] *O altitudo divitiarum cum sapientiæ tum scientiæ Dei!* Legimus prophetiam, interpretationem adjungamus.

VI. *In die illa dicit Dominus omnipotens.* In qua die o propheta? In die incarnationis, quando Virgo cæli quamdam speciem prætulit: quando ex utero prosilierunt radij: quando Sol incarnatus e matrice prorupit: quando lux humanam figuram induit: quando partus ejus qui nascebatur, non initium, sed ortus fuit. *Et convertit me*, inquit, *Angelus qui loquebatur in me: & suscitavit me, sicut quando homo excitatur a somno suo.* Quisnam Angelus? Is qui læta faustaque annuntiavit Mariæ. Quis somnus? Legis tempus. Quandoquidem ut in somno palpebræ pupulas obtegunt; ita legis tempore velamen cor obtexerat. *Et dixit ad me: Quid tu vides? Et dixi: Vidi, & ecce candelabrum aureum totum.* Quid est ergo illud *candelabrum*? Sancta Maria. Cur autem *candelabrum*? Quia immateriale lumen, nempe Deum incarnatum, portavit. Ut quid vero *aureum totum*? Quia etiam post partum virgo permansit. Ait namque: [e] *Porta hæc clausa erit. Non aperietur, & nullus transibit per eam; quoniam Dominus Deus Israel solus transibit per eam: & erit clausa; quoniam Princeps & egredietur, & fores post se claudet.* Uterum autem portam vocari, testatur Job dicens: [f] *Cur non conclusit portas uteri mei?* Et sicut candelabrum non est lucis caussa, sed lucis vehiculum: ita etiam Virgo non est ipsa Deus, sed Dei templum. *Et lampas*, inquit, *super ipsum.* Quidnam est *lampas*? Deus Verbum incarnatum, lumen orbis terræ, is qui dicit: [g] *Ego*

a Matth. XIX. 26. *b* Zach. III. 10. *c* Ibid. IV. 1-6. *d* Rom. XI. 33. *e* Ezech. XLIV. 2. 3. *f* Job III. 10. *g* Joan. VIII. 12.

1. *Et convertit me.* ἐπέστρεψέν με] Velut stitit, traxitque ad spectaculum ac visionem. Deest illud pronomen in LXX. ubi redditur, *Et reversus est*, cet. Posset reddi: *& accurrit Angelus*, cet. Gentianus Hervetus etiam reddit, *& convertit me*, in Quæstionibus Anastasii Nicæni.

ὥσπερ ἐν τῷ λαμπαδίῳ ἡ ὕλη φλόγα δέχεται, οὕτως ἐν τῷ μυστηρίῳ ὁ Θεὸς μορφὴν δούλου ἔλαβε. καὶ ὥσπερ τὸ λαμπάδιον ἐξ ὕψους τὴν αὐγὴν καταλάμπει, οὕτως ὁ δεσπότης ἐξ οὐρανῶν ἐπεδήμησε τῇ γῇ. διὰ τοῦτο καὶ ὁ προφήτης ἐβόα· διὰ σπλάγχνα ἐλέους Θεοῦ ἡμῶν, ἐν οἷς ἐπεσκέψατο ἡμᾶς ἀνατολὴ ἐξ ὕψους.

Καὶ τὸ λαμπάδιον, φησὶν, ἐπάνω, καὶ ἑπτὰ λύχνοι. τίνες οἵδε ἑπτὰ λύχνοι; οἱ κατὰ μέρος νόμοι. πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει γὰρ ὁ Δαβίδ· λύχνος τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. καὶ Σαλομών· ὅτι λύχνος ἐντολὴ [1] νόμος, καὶ φῶς. ἐνταῦθα οὖν λέγει τοὺς ἑπτὰ νόμους. ὅτι δὲ ἑπτὰ νόμοι ἦσαν, ἄκουε. πρῶτος νόμος ὁ ἔμφυτος, περὶ οὗ φησιν ὁ Παῦλος· ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ· οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες, ἑαυτοῖς εἰσι νόμος. δεύτερος νόμος, ὁ διὰ τῆς ὄψεως· ὃν γὰρ ὁ νόμος κηρύττει δημιουργὸν, τοῦτον ἡ ὄψις διὰ τῶν κτισμάτων πιστοῦται. ἐκ γὰρ μεγέθους, καὶ καλλονῆς κτισμάτων, ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν θεωρεῖται. τρίτος νόμος, ἡ ἐπὶ τοῦ ξύλου ἐντολή· καὶ βοᾷ ὁ ἀπόστολος Παῦλος· ὥστε ὁ μὲν νόμος ἅγιος, καὶ ἡ ἐντολὴ ἁγία, καὶ δικαία, καὶ ἀγαθή. τέταρτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Νῶε, ἐν τῇ νεφέλῃ· πέμπτος νόμος, ὁ ἐπὶ τοῦ Ἀβραὰμ, ὁ τῆς περιτομῆς. ἕκτος, ὁ τοῦ γράμματος. ἕβδομος, ὁ τῆς χάριτος. καὶ ὅτι δὲ ἡ χάρις νόμον ἔχει, ἄκουε πάλιν Παύλου λέγοντος· ἀλλήλων τὰ βάρη βαστάζετε, καὶ οὕτως ἀναπληρώσετε τὸν νόμον τοῦ Χριστοῦ. λέγει δὲ Ἡσαΐας· ἐκ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ. ἐνταῦθα οὖν λέγει ἑπτὰ λύχνους τοὺς ἑπτὰ νόμους. ἐπειδὴ γὰρ ἦλθεν ὁ Χριστὸς ὅλους τοὺς νόμους πληρῶσαι κατὰ τὸν μακάριον Παῦλον, τὸν λέγοντα· πλήρωμα νόμου Χριστὸς εἰς δικαιοσύνην· διὰ τοῦτο εἶπε τοὺς ἑπτὰ λύχνους, ἑπτὰ νόμους. καὶ ἑπτὰ ἐπαρυστρίδες τίνες εἰσί; τὰ ἑπτὰ τοῦ πνεύματος χαρίσματα. πόθεν τοῦτο δῆλον; λέγει μὲν Ἡσαΐας· ἐξελεύσεται ῥάβδος ἐκ τῆς ῥίζης Ἰεσσαὶ, [καὶ ἄνθος ἐκ ῥίζης] ἀναβήσεται, καὶ ἀναπαύσεται ἐπ' αὐτὸν πνεῦμα κυρίου, πνεῦμα σοφίας καὶ συνέσεως· πνεῦμα βουλῆς καὶ ἰσχύος· πνεῦμα γνώσεως καὶ εὐσεβείας· καὶ πνεῦμα φόβου Θεοῦ ἐμπλήσει αὐτόν· καὶ δύο ἐπαρυστρίδες, καὶ δύο ἐλαῖαι ἐπάνω. τίνες αἱ δύο ἐλαῖαι; αἱ δύο διαθῆκαι. καὶ διὰ τί ταύτας εἶπεν ἐλαίας; ἐπειδὴ ὥσπερ ἡ ἐλαία ἀειθαλὲς ἔχει τὸ φύλλον, οὕτω καὶ αἱ δύο διαθῆκαι ἀπαύστους τὰς περὶ Χριστοῦ ἔχουσι μαρτυρίας.

Καὶ ἐπηρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος· οὐ γινώσκεις τί ἐστι ταῦτα; καὶ εἶπον· οὐχὶ κύριε. τί λέγεις, ὦ προφῆτα; σὺ λέγεις, ὅτι εἶδον λυχνίαν, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους, καὶ ἐπαρυστρίδας· πῶς οὖν ἐρωτᾷς ἃ εἶδες; ναί· εἰκόνα γὰρ ἔβλεπον, καὶ θαῦμα ἠρεύνων, φησίν. ὥσπερ γὰρ οἱ πλέοντες ἐν τῇ θαλάσσῃ, τὸ μὲν πέλαγος βλέπουσι, τὸν δὲ κρυπτόμενον κάτω μαργαρίτην οὐχ ὁρῶσιν· οὕτω καὶ ὁ προφήτης, εἰκόνα μὲν ἔβλεπε, καὶ μυστήριον ἠρεύνα. διό φησιν· καὶ ἠρώτησα τὸν ἄγγελον, καὶ εἶπον· τί ἐστι ταῦτα; τί οὖν ὁ ἄγγελος; οὐ λέγει ὅτι εἶδες λυχνίαν, καὶ λαμπάδιον, καὶ λύχνους, καὶ ἐπαρυστρίδας· ἀλλ' ἀφεὶς τὸ αἴνιγμα, κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· οὗτος ὁ λόγος κυρίου. καὶ γίνεται ὁ ἄγγελος εὐαγγελιστής· ἀφεὶς γὰρ τὴν ὄψιν,

A *sum lux mundi*. Sicut autem in lampade materia flammam excipit, ita in mysterio ac incarnatione Deus servi formam suscepit. Et quemadmodum lampas splendorem ex alto demittit; ita Dominus e cælis in terram venit. Quocirca etiam clamabat propheta: [a] *Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitavit nos Oriens ex alto.*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



VII. *Et lampas*, inquit, *desuper*, *&* *septem lucernæ*. Ecquid *septem lucernæ*? Peculiares totidem leges. Unde id constat? Nimirum quia ait David: [b] *Lucerna pedibus meis, lex tua, & lumen semitis meis*. Salomon item: [c] *Lucerna mandatum legis, & lux*. Heic itaque septem leges signat propheta. Quod B autem fuerint septem leges, audi. Prima lex, est naturalis insita, de qua ait Paullus: [d] *Cum enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis sunt faciunt; ejusmodi legem non habentes, ipsi sibi sunt lex*. Secunda lex, est adspectabilis: quem enim lex prædicat conditorem, hunc adspectus per creaturas adstruit ac probat. [e] *A magnitudine enim & specie creaturarum, per proportionem, earum creator conspicitur*. Tertia lex, est mandatum de ligno: ac Paullus Apostolus alta voce prædicat: [f] *Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & justum, & bonum*. Quarta lex est tempore Noe, [2] in nube. Quinta tempore Abrahami, de circumcisione. Sexta, lex scripta. Septima, gratiæ. C Quod autem etiam gratia legem habeat, audi rursum Paullum dicentem: [g] *Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi*. Isaias etiam ait: [h] *De Sion exibit lex, & Verbum Domini de Hierusalem*. Cum itaque heic septem lucernas dicit, septem intelligit leges. Nam quia Christus venit, ut adimpleret universas leges, juxta quod ait beatus Paullus: [i] *Plenitudo legis Christus ad justitiam*: idcirco septem leges, septem vocavit lucernas. Quidnam vero sunt *septem infusoria*? Septem Spiritus dona. Unde id liquet? Quia dicit Isaias: [k] *Egredietur virga de radice Jesse, & flos de radice ascendet: Et requiescet super eum Spiritus Domini; spiritus sapientiæ & intellectus; spiritus consilii & for-* D *titudinis, spiritus scientiæ & pietatis & replebit eum spiritus timoris Domini. ET septem infusoria; & duæ olivæ desuper*. Ecquænam *duæ olivæ*? Duo testamenta. Quam ob caussam vero hæc vocavit olivas? Quia sicut oliva semper virentia servat folia: ita & duo testamenta sempiterna proferunt de Christo testimonia.

VIII. *Et interrogavi Angelum, & dixi: Quid sunt hæc? Et dixit Angelus: Non cognoscis quid sunt hæc? Et dixi: Minime domine*. Quid ais, o propheta? Tu dicis: *Vidi candelabrum, & lampadam, & lucernas, & infusoria*. Ut quid ergo ipsa quæ vidisti, interrogas? Utique: Imaginem enim vi- E debam, inquit, & miraculum perscrutabar. Ut enim ii qui mare navigant, quamvis ipsum pelagus intueantur, haud tamen ad ima delitescentem margaritam cernunt: ita etiam propheta extimam quidem imaginem cernebat, arcanum vero exquirebat mysterium. Idcirco ait: *Et interrogavi Angelum, & dixi: Quid sunt hæc?* Ecquid tandem Angelus? Non ait vidisse candelabrum, & lampadem, lucernasque, & infusoria: sed misso ænigmate, aperit miraculum, edicitque: *Hic est Sermo Domini*.

a Luc. I. 78. *b* Psalm. CXVIII. 105. *c* Prov. VI. 23. *d* Rom. II. 14. *e* Sap. XIII. 5. *f* Rom. VII. 2.
g Gal. VI. 2. *h* Isa. II. 3. *i* Rom. X. 4. *k* Isa. XI. 1-3.

1. Leg. νόμου, juxta LXX.
2. *In nube*.] In qua nimirum Deus positum voluit symbolum clementiæ, & ut deinceps mundus non esset periturus simili aquarum diluvio.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

κηρύττει τὸ θαῦμα, καὶ λέγει· οὗτος ὁ λόγος κυρίου. τί λέγεις ὦ ἄγγελε; σκεύη ἔδειξας, καὶ λόγον εὐαγγελίζεις; ναί· αἴνιγμα γὰρ τὸ θέαμα, καὶ μυστήριον ἡ χάρις. ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν ὁ δεσπότης κύριος ἐκ παρθένου τίκτεσθαι κατὰ σάρκα, καὶ σχηματίζεσθαι ὡς ἄνθρωπος, καὶ σαρκοῦσθαι ὡς ἤθελεν· ἤμελλον δὲ Ἰουδαῖοι διασύρειν τὸ θαῦμα, καὶ λέγειν· πῶς ἠδύνατο ὁ τοῦ Θεοῦ λόγος· ὁ ἐν ἀρχῇ Λόγος· ὁ πρὸς τὸν Θεὸν Λόγος, ἐν σχήματι ἀνθρώπου γεννᾶσθαι, καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου πλάσματος σαρκοῦσθαι; βουλόμενος οὖν ἀποφράξαι τῶν Ἰουδαίων τὰ στόματα, ἔδειξε τῷ προφήτῃ ἀντὶ τῆς παρθένου, τὴν λυχνίαν· ἀντὶ τῶν χαρισμάτων, τὰς ἐπαρυστρίδας· ἀντὶ τῶν διαθηκῶν, τὰς ἐλαίας· ἀντὶ τοῦ Σωτῆρος, τὸ λαμπάδιον. καὶ ὅτι λαμπάδιον λέγουσιν οἱ προφῆται τὸν δεσπότην Χριστὸν, τὸν σαρκωθέντα Λόγον, τὸν μὴ τραπέντα Θεόν· ἄκουε Ἡσαΐου λέγοντος· ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· ὡς νυμφίῳ περιέθηκέ μοι μίτραν· καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ· καὶ ὡς γῆν αὔξουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ· οὕτως ἀνατελεῖ κύριος δικαιοσύνην, καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν. διὰ Σιὼν οὐ σιωπήσομαι, καὶ διὰ Ἱερουσαλὴμ οὐκ ἀνήσω, ἕως ἂν ἐξέλθῃ ὡς πῶς ἡ δικαιοσύνη μου· τὸ δὲ σωτήριόν μου ὡς λαμπὰς καυθήσεται. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος καὶ ἡ τιμὴ σὺν τῷ πατρὶ ἅμα τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A Fitque Angelus evangelista: jubens enim valere symbola visui proposita, miraculum prædicat, aitque: *Hic est Sermo Domini*. Quid ais, o Angele? Ostendisti vasa, & Verbum evangelizas? Utique: nam ænigma est quod spectatur, gratiaque mysterium. Quia enim Dominus Deus de Virgine nasciturus erat secundum carnem ac humanam formam accepturus, proque sua incarnandus voluntate: criminaturi vero erant Judæi miraculum, ac dicturi: Quonam pacto Dei Verbum, [a] *Verbum quod erat in principio, Verbum quod erat apud Deum*, potuit in humana forma nasci, & ex suo figmento carnem sumere? Ut ergo Judæorum ora obstrueret, ostendit prophetæ, pro Virgine, Candelabrum; B Infusoria pro donis; pro testamentis Olivas, pro Salvatore Lampadem. Quod autem prophetæ Lampadem appellaverint Dominum Christum; incarnatum, inquam, Verbum; Deum non mutatum; ex Isaia accipe, cum ait: [b] *Exsultet anima mea in Domino: induit enim me vestimento salutis & tunica lætitiæ: sicut sponso circumposuit mihi mitram, & sicut sponsam ornavit me mundo: & sicut terram efferentem florem suum, & sicut hortus semina sua; sic germinare faciet Dominus justitiam & exsultationem coram universis gentibus*, [c] *Propter Sion non tacebo, & propter Hierusalem non relinquam, donec egrediatur ut lumen justitia mea: Salutare autem meum ut lampas accendetur*; Ipsi gloria & imperium & honor, una C cum Patre, simulque Spiritu sancto, nunc & semper, & in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ.

ΛΟΓΟΣ γʹ.

[1] Εἰς τὴν ἐνανθρώπησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Πολλαὶ καὶ διάφοροι πανηγύρεις τὸν ἀνθρώπινον φαιδρύνουσι βίον, τῷ κύκλῳ τῶν ἑορτῶν τῆς ἐπιμόχθου ζωῆς τὸ λυπηρὸν εἰς ἡδονὴν μεταβάλλουσαι. ὥσπερ γὰρ οἱ μετὰ ζάλης ἐκ πελάγους καταβάντες χαίρουσι τοῖς λιμέσιν, ὡς ζωῆς ἀγκάλαις· οὕτως μετὰ πολλὰς πραγμάτων περιστάσεις ἑορτάζων ὁ ἄνθρωπος, χαίρει τῇ πανηγύρει ὡς ἀμεριμνίας μητρί. ἑορτὴ γάρ ἐστι λύπης λήθη· φροντίδων ὕπνος· χαρᾶς γεωργός· φαιδρότητος πρόξενος· προσευχῆς καιρός· πενήτων θέρος· ἐκκλησιῶν κόσμος· πόλεων πανήγυρις· ἔχθρας ναυάγιον· φιλίας ἀνατολή· ἐπὶ γῆς οὐρανός. καὶ τί τὰ πολλὰ λέγω; ἑορτὴ ἀναστάσεως καρπὸς, κατὰ τὸν προφήτην λέγοντα· ἑόρταζε Ἰούδα τὰς ἑορτάς σου· ἀνέβη γὰρ ἐκ τῆς γῆς ὁ ἐμφυσῶν εἰς πρόσωπόν σου.

Ἀλλὰ πολλαὶ μὲν, καθάπερ ἔφην, αἱ πανηγύρεις· οὐκ ἴσα δὲ τῶν ἑορτῶν τὰ κέρδη. αἱ μὲν γὰρ παρὰ Θεοῦ ἐνομοθέτησαν· αἱ δὲ, παρὰ διαβόλου εἰσέφρησαν. διόπερ καὶ αἱ μὲν, ψυχῶν ἀπειλοῦσι ζημίαν· αἱ δὲ, γαστρὶ λειτουργοῦ-

EJUSDEM.

*ORATIO III.

De Incarnatione Domini nostri Jesu Christi.

I. CREBRA eaque diversa celebritatum solemnia humanam exhilarant vitam; dum festorum dierum recursu, tristem ærumnosæ hujus vitæ molestiam in voluptatem convertunt. Ut D enim adversis tempestatibus acti, trajecto infesti maris æstu, portubus gaudent tamquam fidissimo vitæ sinu: sic post multas negotiorum molestias cum feriatur homo, celebritate tamquam curarum requie ac securitatis matre gaudet. Festus namque dies, molestiarum est oblivio; curarum somnus; gaudij seges; lætitiæ conciliatio; precationis tempus; pauperum messis; ecclesiarum ornatus; urbium celebris conventus; inimicitiæ exitium; amicitiæ ortus; in terra cælum. Quid vero multa prosequor? Est festus dies resurrectionis fructus, juxta quod ait propheta [d] *Celebra Juda festivitates tuas: Ascendit enim e terra* [2] *insufflans in faciem tuam.*

E II. At sane multæ quidem sunt, uti dicebam, solemnes celebritates; non tamen æqualia sunt feriarum lucra. Aliæ quippe a Deo sunt constitutæ: aliæ a diabolo illatæ: proinde etiam, harum quidem aliæ in animarum jacturam vertuntur; aliæ

a Joan. I. 1. b Isa. LXI. 10. 11. sec. LXX. c Isa. LXII. 1. d Nah. I. 15. & II. 1.

* Hanc quoque habuit idem Riccardus ex eadem Cryptæferratensi bibliotheca: opus sane, quamquam breve, Procli vena ac ingenio dignum. Indicat habuisse illam altero die a Christi natalitiorum festo die: quæ forte ratio fuit, ut potius inscripta sit *de Incarnatione*, quam in festum natalis Domini.

1. Colum. codex, εἰς τὰ γενέθλια τοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ.

2. *Insufflans in faciem tuam.*] Allusio est ad insufflationem qua Deus homini animam indidit: vel etiam ad dominicam illam in discipulos *Joan.* XX. 22. Idem enim & naturæ primum, & gratiæ postea insufflavit Spiritum; ipse qui e terra ascendit, ac resurrexit, nostræ primitiæ ac auctor resurrectionis. Etiam Cyrillus in Nahum II. explicat de resurrectione: & Chrysostomus hom. II. ex decem Romæ editis.

σι κόρον· αἱ δὲ, τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἐμπορεύονται τὴν σωτηρίαν. οἷς Ἕλληνες ἑορτάζουσιν· ἀλλ' αἰσχρῶς τὰ πάθη θεοποιήσαντες, ἐντεῦθεν ἀναμάττονται τῆς αἰσχύνης τὸν βόρβορον. Ἰουδαῖοι πάλιν ἑορτάζουσιν· ἀλλὰ θεὸν τὴν κοιλίαν περιφέρουσι, καιροὺς ἁμαρτημάτων μετὰ κόρον τὰς ἑορτὰς ποιοῦντες. ἐν ἐρήμῳ ἑορτάζοντες, τῇ εἰκόνι τῇ χρυσῇ προσεκύνησαν· εἰς κρίσεις καὶ μάχας ἐνήστευον· ἐν Ἱεροσολύμοις ἑορτάζοντες, σταυρὸν κατὰ τοῦ δεσπότου συνέπηξαν. ὦ Ἰουδαϊκαὶ ἑορταὶ, ὧν καὶ ἡ φαιδρότης πλάνος, καὶ ἡ τρυφὴ φόνος. αἱ δὲ τῶν χριστιανῶν πανηγύρεις θεῖαι καὶ παράδοξοι, καὶ ὄντως πηγαὶ καὶ θησαυροὶ σωτηρίας. ἡ μὲν γὰρ πρώτη ἡμῶν πανήγυρις, Θεοῦ πρὸς ἀνθρώπους ἐπιδημίαν κηρύσσει. ἡ δὲ μετ' ἐκείνην, ὑδάτων ἁγιασμὸν καὶ βαπτίσματος εἰκονογραφεῖ μήτραν. ἡ τρίτη, κατάδυσιν θανάτου, καὶ σταυροῦ τρόπαιον, καὶ ἀναστάσεως δῶρον, καὶ πατράσιν ἐλευθεροποιὸν εὐαγγελίζεται. ἡ τετάρτη, τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον, καὶ τὴν ἐκ δεξιῶν κέκραγε καθέδραν. ἡ πέμπτη, πνεύματος ἁγίου κάθοδον, καὶ μυρίων χαρισμάτων ὄμβρους σαλπίζει. αὗταί εἰσιν αἱ ἑορταὶ ἃς ἐποίησεν ὁ κύριος· ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν αὐταῖς.

Τί γὰρ οὐκ ἔστιν ἐν [2] αὐταῖς θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, ἣν χθὲς ἐπετελέσαμεν, οὔτε μετὰ φρίκης καὶ δόξης; τί γὰρ ἣν χθεσινῆς ἑορτῆς τὸ θαῦμα; ἀλλὰ παρακαλῶ μετὰ συγγνώμης ἀκούσατε. πηλίνη γὰρ γλῶσσα Θεοῦ μυστήρια διαπορθμεῦσαι ἐπιχειρεῖ. τί οὖν τῆς χθεσινῆς ἑορτῆς τὸ θαῦμα; θεότητος καὶ ἀνθρωπότητος ἀνερμήνευτον μυστήριον· ὠδὶν ἀλόχευτος· σάρκωσις ἀπαθῶς τὸν ἀσχημάτιστον μορφώσασα. τόκος παράδοξος· ἀρχὴ, καὶ οὐκ ἀρχὴ τοῦ τεχθέντος· τῆς μὲν γὰρ ἀνθρωπότητος γέγονεν ἀρχὴ, ἡ δὲ θεότης ἔμεινεν ἄναρχος· μορφὴ μορφὴν προσλαβοῦσα, καὶ ἡ τριὰς οὐκ ἐπλεόνασεν εἰς τετράδα. δύο φύσεων σύνοδος, καὶ ἑνὸς υἱοῦ τόκος· Λόγου καὶ σαρκὸς ἀσύγχυτος ἕνωσις· καὶ ὁ γεννηθεὶς χθὲς κατὰ σάρκα, Θεός ἐστι τὸ ἐκ πατρὸς, καὶ ἄνθρωπος τὸ ἐξ ἐμοῦ. ὢ μυστηρίου φρικτοῦ καὶ παραδόξου. τίς εἶδε ποτὲ ὅτι βασιλεὺς καταδίκου σχῆμα ἐφόρεσεν; ἢ πότε ὀφθαλμὸς ὅλον ἐχώρησεν ἥλιον; πότε δὲ Θεῷ σὰρξ κατ' οὐσίαν ἀτρέπτως ἡνώθη, εἰ μὴ χθές; ὅτε ἡ μὲν ἁγία παρθένος [4] τὴν σου γαστέρα ἐκίχρα· ὁ δὲ Λόγος δι' ἀκοῆς εἰσεπήδα· τὸ δὲ πνεῦμα τὸ ἅγιον τὸν ναὸν ἐζωοπλάστει· ὁ δὲ ὕψιστος εἰς δούλου μορφὴν ἑαυτὸν ἐκένου· τὸ δὲ μυστήριον τῆς θείας οἰκονομίας, ἐβάσταζε παρθένου γαστήρ. ὢ γαστὴρ οὐρανοῦ πλατυτέρα. ὢ τόκος σωτηρίας φόρτος. ὢ κοιλία πηλοῦ καὶ πλαστοῦ νυμφών. ὢ ὠδὶν κοσμικῆς ἁμαρτίας λύτρον. ὢ μυστήριον, οὗ τὸν τρόπον ἑρμηνεῦσαι οὐ δύναμαι. ὢ τόκος, οὐκ ἀρχὴν ὑπάρξεως Θεοῦ· οὐ τροπὴν φύσεως· οὐ μείωσιν δυνάμεως· οὐ χωρισμὸν τοῦ ἀνάρχου γεννήσαντος· ἀλλὰ Θεοῦ καὶ σαρκὸς συνουσιωμένην ἕνωσιν· εὐλογίαν γεν-

ventris satietatem ministrant; aliæ denique, humano generi salutem negotiantur. Puta, gentes sua festa colunt; verum turpiter affectus deificantes ac vitia, turpitudinis inde cœnum hauriunt ac sibi adsciscunt. Judæi quoque dies festos agunt; sed ventrem deum circumferunt, feriasque post satietatem peccatorum caussas reddunt. In deserto [a] festum actitantes diem; auream imaginem adorarunt: [b] ad lites & contentiones jejunabant: Hierosolymis festum diem celebrantes, crucem adversus Dominum compegerunt. O Judaica festa! quorum & hilaritas error, & deliciæ cædes. At [1] Christianorum solemnia divina sunt & admirabilia, vereque fontes ac thesauri salutis. Nam prima nostra celebritas, Dei ad homines adventum prædicat. Quæ vero hanc sequitur, aquarum sanctificationem ac baptismatis vulvam graphice exprimit. Tertia, mortis interitum ac tropæum crucis, resurrectionisque donum, ac quo patribus parta est libertas, læto faustoque nuntio indicat. Quarta, primitiarum nostrarum in cælos ascensum, earumque a dextris confessum clamat. Quinta, Spiritus sancti descensum ac sexcentos gratiarum imbres ceu tubæ præconio alte intonat. Hæc solemnia sunt quæ fecit Dominus; [c] exsultemus, & lætemur in eis.

III. Quid enim utique, in ea quam hesterna die peregimus solemnitate, non admirabile ac novum, horroreque ac gloria plenum? Quod namque illud hesternæ festivitatis miraculum? Verum, obsecro, indulgentia audite. Lutea enim lingua est, quæ Dei mysteria traducere audet ac aggreditur explicare. Quodnam illud itaque hesternæ solemnitatis est miraculum? Nimirum divinitatis & humanitatis inexplicabile mysterium: nullis partus sordibus inquinata proles: incarnatio, nulla eum passione informans, qui nullam formam aut figuram admittat: [3] partus admirabilis: Nati principium, nec principium: humanitas quippe principium habuit, divinitas vero æterna est & sine principio. Forma formam assumsit, nec Trinitas in quaternitatem excrevit. Duarum naturarum unio, ac unius Filii partus. Verbi ac carnis inconfusa unio, quique heri carne natus est, quod ex Patre, Deus; quod ex me, homo est. O plenum horrore ac miraculo sacramentum! Quis regem umquam vidit rei habitu indutum? Vel quis oculus universum comprehendit solem? Quandonam vero caro secundum substantiam Deo immutabiliter unita est, præterquam heri? quando, sancta quidem Virgo suum uterum [5] commodavit: Verbum autem per aurem insiliit; ac Spiritus sanctus vivum efformavit templum; Altissimus [d] in servi se formam exinanivit; ac demum divinæ istud dispensationis mysterium, uterus virginalis portavit. O uterum cælo latiorem! O prolem salutis sarcinam! O alvum luti ac figuli thalamum! O fetum, mundi peccati redemtionis pretium! O mysterium, cujus modum explicare nequeo! O partum, non qui initium exsistentiæ divinæ, aut naturæ mutationem, vel diminutionem potentiæ, aut denique separatio ab æterno genitore; sed qui Dei ac carnis substan-

a Exod. XXXII. 1. b Isa. LVIII. 4. c Psalm. CVII. 24. d Philipp. II. 7.

1. *Christianorum solemnia.*] Eodem fere modo Asterius festum Kalendarum traducens, Christianorum percenset festa, ac eorum rationes. Videndus item Chrysostomus in Philogonium, ac homil. de Pentecost. apud Ducæum.


2. Leg. *αὐτῇ*.

3. *Partus admirabilis.* τόκος παράδοξος.] Habentur hæc, ac sequentia, usque ad illa verba, καὶ ἄνθρωπος ἐξ ἐμοῦ· in codice Columnensi Procli nomine, inter Patrum testimonia de duabus naturis, ut refert Riccardus.

4. Leg. *τὴν αὐτῆς*.

5. *Commodavit.* ἐκίχρα·] Communius scribitur hoc verbum per ι, quod Dorica dialecto passim mutatur in η. Putem tamen nihil heic Proclum Dorici affectasse, sed totum antiquarii esse, quod paullo insolentius videtur. Liquet enim ut plerique scribendo litteras sono affines, ac nec modo satis distinctas, confundant.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



νήσεως· Θεοῦ ἐπιδημίαν· ἐξ αἰῶνος ἐν τῷ Θεῷ ἀποκεκρυμμένον θαῦμα· φύσεων ἀδιαίρετον μυστήριον· κατάρας λύσιν· ἀποφάσεως ἀνατροπήν· τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου υἱοῦ τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν, καὶ τὴν ἐκ παρθένου κατὰ σάρκα γέννησιν· καὶ τὴν παρὰ πάσης τῆς κτίσεως προσκύνησιν, τῷ δήμῳ παντὶ κεχαρισμένος καὶ εὐαγγελισάμενος· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A tialem unionem; nativitatis benedictionem; Dei adventum; miraculum a sæculo in Deo absconditum; maledictionis solutionem; condemnationis eversionem; unius ejusdemque Filii æternam exsistentiam, ac ejus ex Virgine secundum carnem generationem; ac demum adorationem quam omnis impendit creatura, populo universo donavit, lætoque ac fausto gaudio annuntiavit. Ipsi gloria & imperium, in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ δʹ.

Εἰς τὸ γενέθλιον κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Λαμπρὰ καὶ παράδοξος τῆς παρούσης ἑορτῆς ἡ ὑπόθεσις· λαμπρὰ μὲν, ὅτι ξένην ἀνθρώποις σωτηρίαν ἐπανήγαγεν· παράδοξος δὲ, ὅτι τὸν τῆς φύσεως νόμον ἐνίκησεν ὁ τόκος. φύσις μὲν γὰρ ἐννοεῖται τὴν τεκοῦσαν μητέρα· ἡ δὲ χάρις καὶ τεκοῦσαν ἔδειξε, καὶ παρθένον ἐφύλαξε· καὶ μητέρα ἐποίησε, καὶ τὴν ἀφθαρσίαν οὐκ ἔβλαψεν. ὢ γῆς ἀσπόρου καρπὸν βλαστησάσης οὐράνιον. ὢ παρθένος ἀνοίξασα τῷ Ἀδὰμ τὸν παράδεισον· μᾶλλον δὲ τοῦ παραδείσου ἐνδοξοτέρα ὑπάρχουσα. ὁ μὲν γὰρ Θεοῦ γεώργιον γέγονεν· ἡ δὲ κατὰ σάρκα Θεὸν αὐτὸν ἐγεώργησε. δεῦτε οὖν πάντες, τῆς τοῦ δεσπότου μητρὸς μήπως καὶ τοὺς γάμους χορεύσωμεν· παρθένος γάρ ἐστι γάμων ἀμύητος, καὶ γάμων ἀβόητος· ἀλλὰ τὰς ἀνυμφεύτου αὐτῆς ὠδῖνας τιμήσωμεν. μήτηρ γὰρ καὶ ἄνευ γάμων ἐγένετο· καὶ ἀνδρὸς πεῖραν οὐκ ἔλαβε·

EJUSDEM

*ORATIO IV.

B In Natalem diem Domini nostri Jesu Christi.

I. PRÆCLARUM ac admirabile præsentis solemnitatis argumentum: præclarum quidem [1] quod novam hominibus revexerit salutem: admirabile autem, quod partus naturæ leges vicerit. [2] Nam natura quidem agnoscit puerperam: at gratia, puerperam pariter effecit, ac custodivit virginem: exhibuitque matrem, nec quidquam integritatem læsit. O terram non satam, quæ cælestem fructum protulit! O Virginem, quæ Adamo paradisum reseravit! immo, quæ ipso paradiso gloriosior exstitit. Nam paradisus quidem Dei cultura C fuit: hæc autem Deum ipsum carnis ratione excoluit. Agite huc itaque omnes, non quidem matris Domini nuptias choreis ac tripudio celebraturi; Virgo enim est [3] nuptiarum expers ac omnino nuptiarum exsors: sed ejus innuptæ partum honoribus prosecuturi. Tametsi enim innupta, mater

* Jam edita fuerat Lugduni Batavorum mendoso satis codice. Riccardus ex triplici Romano conatus est restituere. Exstat Theodoti Ancyrani Oratio in Act. synodi Ephesinæ, pag. 3. cap. IX. simili argumento, & eodem fere initio, ut vel ejusdem oporteat esse, vel alterum alterum imitatum, ac pæne alterius exordium orationis exscripsisse. Conjicit Riccardus non esse eam Orationem Theodoti, sed solum sequentem, tum ex stili diversitate, tum quia desideratur illa in codice Bavarico; tum denique quia Epiphanius diaconus in VII. synodo percensens hujus Theodoti opuscula, singulariter nominat, καὶ τὸν λόγον εἰς τὴν γέννησιν τοῦ κυρίου. Verum argumentum hoc leve admodum est: nam iisdem ipsis Actis c. XII. habetur ejusdem Theodoti Oratio alia, de dominica Incarnatione habita in die sancti Joannis evangelistæ, cujus nihil Epiphanius meminit. Sanctus quoque Nicephorus adversus Iconomachos, tamquam ejus indubitatum monumentum affert Orationem in sanctam Mariam & Symeonem, opponitque aliis incertis, quæ iidem, Theodoti Ancyrani nomine opponebant: quam ipsam Epiphanius omisit: nisi forte, & melius, eas omnes Orationes comprehendit, inter scriptas ad Lausum adversus Nestorium tomis sex: ex quibus verisimile est acceptas esse tres illas in synodo recitatas, quæ vere totæ adversus Nestorium militant; ut & quam citat sanctus Nicephorus in Mariam & Symeonem, quod relatum ab eo excerptum indicat. Putemque sex illos tomos illustre fuisse Theodoti opus, ac apprime notum; reliquas vero quas percenset Epiphanius Orationes, singulares fuisse tractatus, alia aliaque occasione habitos, ut doctis ejusmodi episcopis moris erat. Quia vero in Marianis sumus, libuit hoc loco illud in Mariam excerptum Theodoti producere, ex quo forte integra ipsa Oratio aliquando agnosci poterit, ac quamdiu totus ipse Nicephorus non prodit. Ἐκ τοῦ εἰς τὴν πανύμνητον Θεοτόκον καὶ τὸν Συμεῶνα συντεθειμένου λόγου Θεοδότου τῆς Ἀγκύρας· χαίροις χώρημα ἐλάχιστον, χωρῆσαν τὸν τοῖς πᾶσιν ἀχώρητον. καὶ τίς τὴν γενεὰν τοῦ ἀρχαιοτέρου τῆς γεννήσεως διηγήσεται; τί θαυμάσομεν· τὸν θεῖον καὶ ἀνέκφραστον τόκον, ἢ τὴν ἀνερμήνευτον λοχείαν; οὐ περιδράττεται τῷ λόγῳ τὰ ὑπὲρ λόγον. οὐ περιγράφεται νῷ τὰ ὑπὲρ ἔννοιαν. εἰ γὰρ καὶ γράφει γραφεὺς τὴν μητέρα τῆς οἰκονομίας, ἀλλ' οὐχ ἑρμηνεύει λόγος τὸν τρόπον τῆς κυοφορίας. ἀρχὴν ἐπιθῶμεν τῷ τόκῳ; ἀλλ' οὐχ ὑφέστηκεν ἄτερ τοῦ ἀνάρχου. βρέφος ὀνομάσομεν τὸν τεχθέντα; ἀλλὰ τὸν παλαιὸν τῶν ἡμερῶν κέκτηται προκαταρκτικὸν καὶ αἴτιον. νικᾷ τὴν ὕφεσιν ἡ ἐπίτασις· καὶ ὑπερίπταται τῆς περιγραφῆς τὸ ἀπερίγραπτον. τοιαῦτα ἡμῖν ἡ ἁγία μητροπάρθενος ἐν ἁγίαις αὐτῆς ἐπιλάμψεσι προκομίζει τὰ ἀγαθά· ὅτι παρ' αὐτῇ πηγὴ ζωῆς. *Ex Oratione, quam Theodotus Ancyræ episcopus composuit in sanctam Dei Genitricem & Symeonem.* Apud sanctum Nicephorum adversus Iconomach. lib. II. *Gaude minimum locis spatium, ejus factum capax, qui a nullo potest capi. Quis vero ejus nativitatem enarrare possit, qui ipsa antiquior generatione exsistit? Quid prosequemur admiratione; divinum ac ineffabilem fetum; an inexplicabilem feturam? Nequeunt ea sermone comprehendi, quæ vim totam rationis* D *superant. Non possunt intellectus vi circumscribi ac definiri, quæ excedunt intelligentiam. Tametsi enim pictor matrem incarnationis pingit; non tamen sermo conceptionis modum interpretari possit. Principium proli imponemus? at non consistit absque æterno. Infantem eum qui natus est, dicemus? at antiquum illum dierum auctorem ac caussam habet. Vincit intensio quod demissionis est; quodque incircumscriptum, circumscriptionem transscendit. Ejusmodi nobis bona, Virgo mater sacris suis illustrationibus præfert; ut apud quam sit fons vitæ.*

1. *Quod novam.* ξένην·] A qua longe erat genus humanum. Theodotus habet κοινὴν· *communem*: quo etiam titulo illustris admodum fit dies Christi natalis: malimque ego τὸ κοινήν.

2. *Nam natura*] Sequor sancti Andreæ codicem, ex quo restituta littera, plana est ac facilis: nulloque modo adduci possim, ut Riccardi lectionem probem, putemque scripsisse Proclum, loco τεκοῦσαν, τεκοῦραν. Tametsi enim κοῦρα possit accipi pro κόρη. & κόρη loco παρθένος· nusquam E tamen Proclus sic Atticam dialectum Jonica commutavit in voce κόρη· nihilque impeditius littera, quam sibi ille ex Heidelbergensi composuit: qui plane emendandus est, ut pro ἀγνοεῖ, fit ἐννοεῖ: quod unum series tota petit, qua doceat Proclus, quid gratia supra humani rationem partus ac puerperii in Maria præstiterit.

3. *Nuptiarum expers.* γάμων ἀμύητος.] Valde displicet quod reddit Riccardus: *a profanis nuptiis aliena.* Sunt namque nuptiæ nihil profanæ, tametsi sanctior est ac sacratior virginitas. Verbum illud ἀμύητος· sonat non initiatam, sacrorum metaphora, quibus initiari dicebantur qui eorum fiebant participes, eaque docebantur. Quod sequitur, καὶ γάμων ἀβόητος· ac velut explicatio præcedentium ponitur, non male possit exponi, *quæ ne audisset quidem de nuptiis*: ut quæ se Deo voto obstrinxisset, nec aliter fuisset tradita Josepho, quam ut custodi, non ut marito; ut plures patres tradunt, ipseque adeo Proclus Orat. VI. qua de re ad Georgium Nicomed.

καὶ ὀρφανὸς ὁ παῖς οὐχ εὑρίσκεται. δεῦτε ἴδωμεν γαστέρα παρθένου πλατυτέραν τῆς κτίσεως. ὁ γὰρ ἐκεῖ μὴ χωρούμενος, ἐνταῦθα ἀστενοχωρήτως ἐχώρησε· καὶ ὁ ἐν τῇ χειρὶ καὶ αὐτὴν τὴν τεκοῦσαν βαστάζων μετὰ πάντων, ὑπὸ ταύτης ἐν γαστρὶ βαστάζεται. δεῦτε ἴδωμεν τὴν ἀλατόμητον πέτραν ἐν τῇ παρθενικῇ ἀράχνῃ ὑπερφυῶς φερομένην, καὶ τὴν φύσιν μὴ βλάπτουσαν, καὶ τὸν κόσμον ἑδράζουσαν. δεῦτε ἴδωμεν νηὸς ποντοπορούσης ἀθεώρητον πορείαν, τῆς βυθισάσης μὲν τὸν ἀρχέκακον· ἁλιευσάσης δὲ τὸν πρωτόπλαστον· ἧς καὶ ἡ εἴσοδος ἀνιστόρητος, καὶ ἡ ἔξοδος ἀνερμήνευτος· δεῦτε ἴδωμεν τὸν νοητὸν ὄφιν, τὸν τῇ θυγατρὶ τῆς Εὔας προσομιλοῦντα, καὶ τὰ γραμμάτιον τῆς παρακοῆς ἀκυροῦντα. δεῦτε ἴδωμεν καὶ τὸ φῶς τῆς θεότητος, ὡς διαφανοῦς τοῦ σώματος, τὰς ἀκτῖνας ἐκπέμπον τῆς χάριτος.

Γυναῖκες τρεχέτωσαν, ὅτι γυνὴ οὐ θανάτου δεικνύει φυτὸν, ἀλλὰ ζωῆς τίκτει καρπόν. παρθένοι συντρεχέτωσαν, ὅτι παρθένος ἔτεκεν, οὐχὶ τὴν παρθενίαν αἰσχύνασα, ἀλλὰ τὴν ἀφθαρσίαν σφραγίσασα. ἐξῆλθε γὰρ τὸ βρέφος, καὶ ἀκεραίους τοὺς χιτῶνας τῆς γαστρὸς ἀπέλιπε, τοιοῦτον ἀφεὶς ἐν προσθήκῃ τῆς χάριτος, οἷς εὗρε τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον. μητέρες τρεχέτωσαν, ὅτι μήτηρ παρθένος τὸ ξύλον τῆς παρακοῆς διὰ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς διωρθώσατο. θυγατέρες συντρεχέτωσαν, ὅτι μητρικῆς παρακοῆς ὕβριν, θυγατρὸς ὑπακοὴ ἐξεδίκησε. πατέρες τρεχέτωσαν, διὰ τὸν ἐπ' ἐσχάτων τῶν αἰώνων τεχθέντα πατέρα. βρέφη συντρεχέτωσαν, διὰ τὸ ἐν φάτνῃ σπαργανούμενον βρέφος. ποιμένες τρεχέτωσαν, διὰ τὸν ἐκ τῆς παρθενικῆς ἀμνάδος προελθόντα ποιμένα. ὁ γὰρ ποιμὴν, τὴν ξενοπαγῆ τοῦ σώματος περιέθετο δοράν· καὶ ὁ λύκος ὡς ἀμνὸν ἰδὼν περιέτρεχεν κεχηνώς· ἀλλὰ τοὺς μὲν ὀδόντας ἠκόνησε· τῶν δὲ σαρκῶν τοῦ ἀμώμου οὐκ ἴσχυσε γεύσασθαι. ἡ γὰρ σὰρξ αὐτοῦ οὐκ εἶδε τὴν διαφθοράν. ὁ γὰρ ἀμνὸς τὸν λύκον ἀπέκτεινε, καὶ τοὺς ἀπ' αἰῶνος ἐξεμέσαι ἠνάγκασεν ἐξ αὐτῆς τῆς γαστρὸς τοῦ παμφάγου θηρὸς, ὡς τὸν Ἰωνᾶν ἐξελκύσας ἐκ τοῦ κήτους τὸν ἄνθρωπον. βασιλεῖς συντρεχέτωσαν, ὅτι ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης ἀνθ' ἁλουργίδος τὰ σπάργανα περιέθετο· ἄρχοντες τρεχέτωσαν, ὅτι ὁ ἄρχων τῆς εἰρήνης ἐν τῷ παρθενικῷ ἐργαστηρίῳ χαλκεύσας τὸ ὅπλον τοῦ σώματος, καὶ στομώσας αὐτὸ τῇ ἀχράντῳ θεότητι, τὸν πολέμιον διάβολον δι' αὐτοῦ ἐθανάτωσεν. ὕπατοι συντρεχέτωσαν, ὅτι ὁ ἐπουράνιος τὸν ἐπίγειον κατέλαβεν ὕπατον· δίφρον ἔχων καλλιπρεπῆ τὴν θεοτόκον παρθένον Μαρίαν· τόγαν ὑπατικὴν, τὴν ἄσπορον σάρκα, λίθους ἔχουσαν τιμίους τῶν ἁγίων τοὺς βίους· μαργαρίτας ἀτιμήτους, τῶν προφητῶν τὰς πολυτιμήτους προρρήσεις· οὐ χρυσὸν σκορπίζων τῆς ἀταξίας τὸν αἴτιον· ἀλλ' εὐσπλαγχνίαν βραβεύων τῆς σωτηρίας τὴν πρόξενον. ἰδιῶται τρεχέτωσαν, ὅτι ὁ κριτὴς ἰδιωτικὸν ἱμάτιον περιέθετο, ἵνα τὸν κλέπτην διάβολον δι' αὐτοῦ θηράσῃ κρυπτόμενον, καὶ ἐκθωρακίζῃ ὁπλούμενον. ξένον τὸ ἔνδυμα, καὶ καινότατον τὸ ἱμάτιον· καὶ ἡ πῆξις παράδοξος, ὡς ἀνθρωπίνης τέχνης ἀμέτοχος· ὦ παρθένε κόρη ἀπειρόγαμε, καὶ μήτηρ ἀλό-

effecta est, nec tamen est experta virum: ac neque puer orphanus invenitur, ac orbus patre. Agite, intueamur Virginis uterum mundo ipso ampliorem: quem enim ille capere non poterat, hunc iste capiens non arctatur: atque is qui & ipsam genitricem cum universis aliis manu portat, idem ipse in vtero ab ea portatur. Agite, videamus [a] non excisum lapidem, in virginali gestatum uteri tunica ac ventris aranea, nec quidquam lædentem naturam, sed mundum fulcientem. Agite, [b] navis mare pervagantis viam oculos fugientem conspiciamus; quæ nimirum auctorem mali profundo merserit; primum vero formatum hominem expiscata, ex imo gurgite extraxerit: cujus & ingressus admirabilis sit, & egressus ineffabilis. Agite, spiritalem adspectemus [c] serpentem sermones cum Hevæ filia miscentem, ac contumaciæ libellum abrogantem. Agite, ipsam contueamur divinitatis lucem, quasi e pellucido corpore gratiæ radios emittentem.

II. Accurrant mulieres, quod mulier non mortis arborem ostendat, sed pariat fructum vitæ. Concurrant virgines, quod Virgo pepererit, nedum non violata virginitate, sed & obsignata integritate. Prodiit enim infans, & integras uteri tunicas reliquit; ac naturæ opificinam, quo repererat modo, dimisit, augens gratiæ cremento. Accurrant matres eo quod Virgo mater, inobedientiæ arborem vitæ arbore emendavit. Concurrant filiæ, quod inobedientiæ maternæ injuriam, filiæ obedientia vindicarit. Accurrant patres, propter eum qui novissimis sæculis natus est Pater. Concurrant infantes, ejus caussa qui infans in præsepio pannis involvitur. Accurrant pastores, propter ortum ex Agna virginali pastorem. Pastor namque, novum compactam induit corporis pellem; videnſque lupus agni speciem, in eum hians undequaque incurrit. Verum dentes quidem acuit; carnes tamen Agni immaculati nec delibare potuit: nam [d] *ejus caro non vidit corruptionem*. Etenim Agnus ipse lupum occidit, ac quos ille a sæculo tenebat, ventrem edacis feræ evomere compulit; sic humanum extrahens genus velut olim [e] Jonam e ventre ceti. Concurrant reges, quod Rex gloriæ pro regali trabea fasciis involutus sit. Accurrant principes, quod [f] *Princeps* ille *pacis* in virginali opificina, corporis arma cudens, eaque incontaminata deitate durans, iisdem diabolum hostem interemerit. Concurrant consules, quod cælestis terrestrem assumserit consulem, pulcram habens ac decoram sellam curulem, sanctam Dei genitricem Virginem Mariam: consularem vero togam, nullo carnem satam semine, pretiosis illam intextam ac ornatam lapillis, nempe sanctorum vitis ac eorum rebus gestis: inestimabilibus margaritis; preclaris nempe prophetarum vaticiniis: non qui aurum dispergat pravitatis auctorem, sed qui misericordiam salutis conciliatricem præmio donet. Accurrat plebs, quoniam judex plebejo amictu indutus est, ut eo latitantem capiat furem diabolum, armatumque expolier. Mirum sane, [1] ac perquam novum indumentum; texturaque admirabilis, utpote absque humanæ artis ope. O Virgo puella innupta, ac sine puerperio sordibusque mater, undenam accepta

a Dan. II. 34. b Prov. xxx. 19. c Gen. III. 1. d Act. II. 13. e Joan. II. 11. f Isa. ix. 6.

1. *Ac perquam novum indumentum*. καὶ καινότατον·] Præfero eam lectionem Palat. impress. cui affinis Heidelberg. καὶ καινότερον· Riccardus vitandæ caussa cacophoniæ legit καὶ νοερόν· quæ sane lectio nihil apta est; nec enim indumentum illud in sacræ Virginis utero factum, ac quod Verbum induit, νοερόν est, prout νοερόν contra corpus distinguitur: sed ipsum corpus anima intelligente præditum; cujus dumtaxat editionis modum vere novum & admirabilem urget Proclus: quin ne ipse quidem Riccardus reddit οὐ νοερόν.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.



χάπ· πόθεν λαβοῦσα τὸ ἔριον κατεσκεύασας ἱμάτιον, ὃ σήμερον ὁ δεσπότης τῆς κτίσεως ἐνεδύσατο; ποῖον δ' εὗρες ἱστῶνα γαστρὸς, ἔνθα τὸν ἄρραφον χιτῶνα ἐξύφανας; ἀκούειν τῆς φύσεως ἀντὶ τῆς παρθένου εἶπον· φυλάττει γὰρ τάξιν τῷ παρθενικῷ τόκῳ τὸν λόγον. ἱμάτιον σαρκὸς δίχα κοινωνίας ἀνδρὸς οἶδα ποιεῖν. ὁ ἐμὸς ἱστὸς ῥυπαρὰ ποιεῖ τὰ ἐνδύματα, ἐνεδύσατο ὁ Ἀδὰμ, καὶ ἐγυμνώθη, καὶ φύλλα συκῆς μετ' αἰσχύνης περιεβάλετο. ὅθεν εἰς διόρθωσιν τοῦ φθαρέντος χιτῶνος, ἡ σοφία ἑαυτῇ τὸν χιτῶνα τοῦ σώματος ἐν τῷ παρθενικῷ ἐργαστηρίῳ, κερκίδι θεϊκῆς ἐργασίας ἐξυφάνασα περιέθετο.

A lana vestem hanc contexuisti, quam mundi Dominus hodie induit? Ecquodnam textrinum uteri jugum invenisti, in quo inconsutilem tunicam illam intexeres? [1] Audiendam loco Virginis, naturam suadeo: ordine enim ac ratione, virginali partui sermonem servabit. Ego, inquit, haudquaquam carnis vestimentum absque viri consuetudine intexere novi. Mea textura immunda facit indumenta. Induit Adam, atque [a] nudatus, ficus se foliis pudore operuit. Idcirco ad corruptam vitiatamque instaurandam tunicam, ipsa Sapientia corporis tunicam in virginali opificina divinæ operationis radio contextam assumsit.

Θέλω δὲ διὰ τοὺς ἀπίστους Ἰουδαίους, καὶ τὴν παρθένον ἐρωτῆσαι. εἰπέ μοι παρθένε, τίς σε μητέρα πρὸ τῶν γάμων ἐποίησε; πῶς μήτηρ ἐγένου, καὶ παρθένος διέμεινας; πληροφόρησον τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι παρθένος ἐγέννησεν· ἔμφραξον τῶν ἀπίστων τὰ στόματα. ἡ δὲ τῇ δυνάμει μοι ἀποκρίνεται. πῶς ξενίζονται οἱ Ἰουδαῖοι, ὅτι παρθένος ἐγέννησεν; καὶ οὐ ξενίζονται πῶς ῥάβδος ξηρὰ παρὰ φύσιν ἐβλάστησε; βλέπουσιν ἄρριζον βακτηρίαν ὑπὸ στέγην βλαστήσασαν, καὶ οὐκ ἐρωτῶσι πόθεν, ἢ πῶς· καὶ περὶ ἐμοῦ μελετῶσιν ἀεί; ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ λήψεται, καὶ τέξεται υἱόν. βλέπουσι τὸ βρέφος, καὶ πράγματα ῥάπτουσι τῇ τεκούσῃ· καὶ πατέρα ζητοῦσιν, οὗ τὴν μητέρα παρθένον ἀναγινώσκουσιν. ἢ πατέρα ζητεῖς, ὦ Ἰουδαῖε, τοῦ σήμερον γεννηθέντος υἱοῦ; ἄκουε τοῦ βοῶντος· κύριος εἶπεν πρός με· υἱός μου εἶ σύ· ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. οὐκ ἐγώ σου πρὸ αἰώνων γεννήτωρ, καὶ ἄλλος δέ σου σήμερον τεχθέντος πατήρ. εἴτε ἀπάτωρ λεγέσθω ὁ σήμερον τεχθεὶς, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν· εἴτε ἐμὸς ὀνομαζέσθω υἱός. εἷς γὰρ υἱὸς, ἀπὸ δύο πατέρων γεννᾶσθαι οὐ πέφυκεν. ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε. σήμερον γὰρ ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ἐκ τῆς παρθενικῆς νεφέλης ἀνέτειλεν. ὁ λαὸς γὰρ ὁ καθήμενος ἐν σκότει, εἶδε φῶς μέγα. σήμερον ὁ ἄσπορος κόκκος ἐκ τῆς ἀγεωργήτου πεδιάδος ἐβλάστησε, καὶ ὁ λιμώττων κόσμος εὐφραίνεται. σήμερον χωρὶς μίξεως τόκος ἐξήνθησεν ἐκ τῆς ἀλοχεύτου γαστρὸς, καὶ πᾶσα ἡ κτίσις τῷ ἀπάτορι βρέφει προσφέρει τὰ ξένια· ἡ γῆ, τὴν φάτνην· αἱ πέτραι, τὰς λιθίνας ὑδρίας· τὰ ὄρη, τὸ σπήλαιον· αἱ πόλεις, τὴν Βηθλεέμ· οἱ ἄνεμοι, τὴν ὑπακοήν· ἡ θάλασσα, τὴν ὑποταγήν· τὰ κύματα, τὴν γαλήνην· ὁ βυθὸς, τοὺς ἰχθύας· οἱ ἰχθύες, τὸν στατῆρα· τὰ ὕδατα, τὸν Ἰορδάνην· αἱ πηγαὶ, τὴν Σαμαρεῖτιν· ἡ ἔρημος, τὸν Ἰωάννην· τὰ κτήνη, τὸν πῶλον· τὰ πετεινὰ, τὴν περιστεράν· οἱ μάγοι, τὰ δῶρα· αἱ γυναῖκες, τὴν Μάρθαν· αἱ χῆραι, τὴν Ἄνναν· αἱ στεῖραι, τὴν Ἐλισάβετ· αἱ παρθένοι, τὴν θεοτόκον Μαρίαν· οἱ ποιμένες, τὴν ὑμνῳδίαν· οἱ ἱερεῖς, τὸν Συμεῶνα· οἱ παῖδες, τὰ βαΐα· οἱ διῶκται, τὸν Παῦλον· οἱ ἁμαρτωλοὶ, τὸν τελώνην. τὰ ἔθνη, τὴν Χαναναίαν· ἡ αἱμοῤῥοοῦσα, τὴν πίστιν· ἡ πόρνη, τὸ μύρον· τὰ δένδρα, τὸν Ζακχαῖον· τὰ ξύλα, τὸν σταυρόν· ὁ σταυρὸς, τὸν λῃστήν· ἡ ἀνατολὴ, τὸν ἀστέρα· ὁ ἀὴρ, τὴν νεφέλην· ὁ οὐρανὸς, τοὺς ἀγγέλους· ὁ Γαβριὴλ, τὸν ἀσπασμὸν, τὸ, χαῖρε κεχαριτωμένη, ὁ κύριος μετὰ σοῦ, καὶ ἐκ σοῦ, καὶ πρὸ σοῦ·

B III. Verum ipsam quoque Virginem infidelium Judæorum caussa percontari libet. Dicito mihi, o Virgo, quis te ante nuptias matrem fecit? Quonam pacto mater evasisti, & Virgo permansisti? Fidem Judæis adstrue, peperisse Virginem: obstruito infidelium ora. Porro illa in hæc mihi verba velut respondet. Quid rei novitate stupent Judæi, quod Virgo peperit? nec [b] virgam aridam præter naturam germinasse stupent? Virgam vident sub tecto nulla radice producentem germen, nec unde, vel quomodo percontantur: de me vero jugiter meditantur? [c] *Ecce Virgo in utero concipiet, & pariet filium*. Infantem vident, ac dolos genitrici nectunt: ejusque exquirunt patrem, cujus matrem Virginem C legunt. Patrem ne quæris, o Judæe, ejus filii qui hodie natus est? Audi in hæc verba clamantem: [d] *Dominus dixit ad me: Filius meus es tu; ego hodie genui te*. Non ego te ante sæcula genui; ac alius tui hodie nati exsistit pater. Vel [e] *sine patre* dicatur qui hodie natus est, uti re vera est; vel meus Filius appelletur. Unus quippe Filius, duplici patre nasci non potest. *Ego hodie genui te*. Hodie namque [f] justitiæ Sol e virginea nube ortus est: [g] *Populus* enim *qui sedebat in tenebris, vidit lucem magnam*. Hodie granum illud non satum ex inculta campestri terra germinavit; mundusque famelicus lætatur ac gaudet. Nulla hodie mixtione effloruit partus ex impolluto utero, omnisque natura in- D fanti sine patre offert munera: terra, præsepe; petræ, lapideas hydrias; montes speluncam; civitates, Bethleem; venti, obedientiam; mare, subjectionem; fluctus, tranquillitatem; profundum, pisces; pisces, staterem; aquæ, Jordanem; fontes, Samaritanam; desertum, Joannem; jumenta, pullum; volucres, columbam: Magi, munera; mulieres, Martham: viduæ, Annam: steriles, Elisabet: Virgines, Mariam Dei genitricem: pastores, laudationis canticum: sacerdotes, Symeonem; pueri, palmarum ramos: persecutores, Paullum: peccatores, publicanum: gentes, Chananæam; hemorroissa, fidem; meretrix, unguentum: arbores, Zacchæum: ligna, crucem: crux, latronem: oriens, E stellam; aer, nubem; cælum, Angelos: Gabriel, salutationem, nempe, [h] *Ave gratia plena Dominus tecum*; & ex te, ac ante te. In te ut ei placuit, illapsus: ex te ut voluit, egressus: ante te, ut ante omnem animi cogitatum, ineffabili ratione, incorrupte, mirabiliter, [2] ex natura, impollute, impatibiliter,

a Gen. III. 7. *b* Num. XVII. 8. *c* Isa. VII. 14. *d* Psalm. II. 7. *e* Heb. VII. 3. *f* Malach. IV. 2. *g* Isa. IX. 2. *h* Luc. I. 28.

1. *Audiendam loco Virginis*] Intricat Riccardus adjuncta voce ἀκούω, ex Heidelberg. ut ait. Planam ego litteram ex Palat. impress. ac sancti Andreæ existimo, ipsam quam reddo; non quam ille a contextu remotissimam comminiscitur. Inducit Proclus naturam, sua primum edicentem; tum desinentem in virginalem partum; ac denique inducit ipsam Virginem suam adversus Judæos propugnantem virginitatem.

2. *Ex natura*. ἀμυήτως] Retineo eam vocem ex Heidelberg. pro qua Riccardus suspicatur legendum ἀμυθήτως· quo etiam modo habet in textu, sive ita ex suo emendavit, sive ex aliquo codice. Verum existimo τὸ, ἀμυήτως, aptius esse; cum præcipue duabus aliis vocibus explicetur vis tota vocis ἀμυθήτως, nempe τῷ, ἀῤῥήτως & ἀφράστως.

ἐν σοὶ εἰσελθὼν, ὡς ηὐδόκησε· καὶ ἐκ σοῦ ἐξελθὼν, ὡς ἠθέλησε· πρὸ σοῦ, ὡς πρὸ πάσης [1] ἐπινοίας, ἀῤῥήτως, ἀῤῥεύστως, ἀγαστῶς, ἀμυνήτως, ἀμιάντως, ἀπαθῶς, ἀμαρτύρως, ἀμεσιτεύτως, ἀνεπιτάτως, ἀφράστως, καὶ θεοπρεπῶς γεννηθεὶς ἐκ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρός· ἐν οὐρανοῖς, ἀμήτωρ· ἐπὶ γῆς, ἀπάτωρ. δόξα γὰρ ἐν ὑψίστοις Θεῷ· καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη· ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A ſine teſte, ſine medio, nulla alteratione, ineffabiliter, ac ea quæ Deum deceat, ratione, ex Deo & Patre genitus; qui in cælis ſine matre; in terra ſine patre eſt. [a] *Gloria* namque *in altiſſimis Deo; & in terra pax; in hominibus bona voluntas;* nunc & ſemper & in ſæcula ſæculorum, Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΛΟΓΟΣ έ.

Ἐγκώμιον εἰς τὴν ἁγίαν παρθένον καὶ θεοτόκον Μαρίαν.

EJUSDEM
*ORATIO V.

Laudatio in S. Virginem ac Dei Genitricem Mariam.

B

ΠΑσαι μὲν αἱ [2] μαρτυρικαὶ πανηγύρεις θαυμασταὶ, αἱ μιμοῦνται τὴν λαμπρότητα τῶν ἀστέρων τὴν μνήμην. καθάπερ γὰρ οἱ ἀστέρες ἐν οὐρανῷ τῇ θέσει πεπήγασι· καὶ τῇ διαστάσει ἀλλήλων, πλείονα γνωρίζονται, καὶ πάντα τὸν τῆς γῆς καταλάμπουσι κύκλον· καὶ ὁ αὐτὸς παρὰ Ἰνδοῖς ὁρᾶται· παρὰ Σκύθαις οὐ κρύπτεται· ἐν ἠπείρῳ ἀστράπτει, καὶ θάλασσαν φωτίζει, καὶ κυβερνᾷ τοὺς πλέοντας, ὧν πάντων εἰ καὶ διὰ τὸ πλῆθος, τὰ ὀνόματα ἀγνοοῦμεν· ἀλλὰ διὰ τὸ κάλλος, τὴν λαμπρότητα θαυμάζομεν. οὕτω καὶ τῶν ἁγίων ἕκαστος. εἰ γὰρ καὶ τάφοις τὰ λείψανα περικέκλεισται, ἀλλὰ τὴν δύναμιν αὐτῶν, ἡ ὑπ' οὐρανὸν οὐ περιέγραψε. καὶ ὅτι ἀληθὲς τὸ εἰρημένον, ἔξεστί σοι μαθεῖν ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῶν. ἡ Παλαιστίνη τὸ λείψανον τοῦ Ἀβραὰμ ἔχει, καὶ ἡ καλύβη αὐτοῦ τῷ παραδείσῳ ἐρίζει. ὁ γὰρ ἐκεῖ κατὰ τοῦ Ἀδὰμ ἀποφηνάμενος Θεὸς, ἐνταῦθα ὑπὸ τοῦ πατριάρχου ἐξενοδοχήθη. τοῦ Ἰωσὴφ τὰ ὀστᾶ, εἷς περιπτύσσεται τάφος, καὶ τὸν κατὰ τῆς Αἰγυπτίας πόλεμον, τὰ τῆς οἰκουμένης ἐκπλήττεται πέρατα. Μωϋσέως, οὐδὲ τὸ μνῆμα εὑρίσκεται, καὶ μετὰ θάνατον κηρύττει τὸν διὰ ῥάβδου σχίσαντα τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν. Ἡσαΐας δὲ ποῦ τέθαπται οὐκ ἴσμεν, καὶ πᾶσα ἡ ἐκκλησία διὰ τῆς προφητείας αὐτοῦ κέκραγεν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν. Δανιὴλ ἐς Βαβυλῶνι ἐτάφη, καὶ διὰ πάσης τῆς γῆς ἐκέκραγεν· ἰδοὺ ἐπὶ τῶν νεφελῶν τοῦ οὐρανοῦ, ὡς υἱὸς ἀνθρώπου ἐρχόμενος. οἱ περὶ Ἀνανίαν παῖδες, καὶ αὐτοὶ ἐν Βαβυλῶνι ἐκοιμήθησαν, καὶ δι' αὐτῶν πᾶσα ἡ οἰκουμένη καθ' ἑκάστην ἡμέραν βοᾷ· εὐλογεῖτε πάντα τὰ ἔργα κυρίου, τὸν κύριον. Ἰεζεκιὴλ παρὰ Πέρσαις ἐχώσθη, καὶ μετὰ τῶν Χερουβὶμ κέκραγεν· εὐλογημένη δόξα κυρίου ἐκ τοῦ τόπου αὐτοῦ. οὕτως οὐδὲν ὠφέλησεν ὁ διάβολος ἐν παραδείσῳ τὸν Ἀδὰμ θανατώσας· ἀνέῳξεν γὰρ ὁ Θεὸς τοῖς δικαίοις διὰ θανάτου παῤῥησίας θύραν.

I. OMnes quidem [3] ſanctorum memoria celebres conventus ac dies feſti mirabiles ſunt, eaque plane ſtellarum ſplendorem imitantur. Quemadmodum enim ſtellæ, certa quadam poſitione in cælo fixæ, cum plures dignoſcuntur, tum univerſum circumquaque orbem illuſtrant, ac una eademque apud Indos conſpicua eſt; nec apud Scythas latet; coruſcat in continenti, mareque illuminat, ac gubernat dirigitque navigantes; quarum omnium etſi ob multitudinem ignoramus nomina, ſplendorem tamen ob pulcritudinem admiramur: Ita plane & ſanctus quiſque habet. Quamquam enim etC iam reliquiis ſepulcrorum ambitu concluſis, virtutem tamen ne ipſa quidem terra circumſcribit. Utque verum habeat, quod dictum eſt ex ipſis rebus didiceris. Palæſtina, Abrahæ reliquias habet: ejuſque tugurium cum paradiſo contendit. Qui enim illic Deus adverſus Adamum ſententiam tulit, heic a patriarcha hoſpitio exceptus fuit. Joſephi oſſa unius ſepulcri anguſtiæ complectuntur, ejuſque cum Ægyptia pugnam, totius orbis terræ fines ſtupore admirantur. Moyſis ne monumentum quidem invenitur, poſtque mortem eum prædicat, qui mare rubrum virga diſcidit. Quo in loco Iſaias ſepultus ſit, neſcimus; univerſaque eccleſia ejus prophetiæ vocibus clamat, [b] *Ecce Virgo in utero habebit, &* D *pariet filium.* Tumulatus eſt Daniel Babylone, ac per univerſum orbem clamat: [c] *Ecce in nubibus cæli quaſi Filius hominis veniens.* Ananias ac ſocii pueri obdormierunt & ipſi Babylone, eorumque nihilominus vocibus orbis univerſus quotidie concrepat, dicens: [d] *Benedicite omnia opera Domini Domino.* Ezechiel apud Perſas eſt humatus, ipſeque cum Cherubim contenta voce clamat: [e] *Benedicta gloria Domini de loco ſuo.* Proinde nihil diabolo profuit, quod Adamo in paradiſo mortem inflixerit: nam Deus per mortem, fiduciæ portam juſtis aperuit.

Ἀλλὰ πᾶσαι μὲν τῶν ἁγίων αἱ μνῆμαι θαυμα-

E II. At quamvis omnium ſanctorum memoriæ

a Luc. II. 14. *b* Iſa. VII. 14. *c* Dan. VII. 14. *d* Dan. III. 57. *e* Ezech. III. 12.

τὸ ἀμυνήτως autem pro ſubjecta materia congruentiſſime exponitur, ut ſit velut non *comparabiliter*, ut loquitur ſanctus Leo ſerm. de Transfigurat. id eſt, non aliunde ac voluntate, in eorum morem quæ μυεῖσθαι ac doceri dicimus. Idem itaque ſit Proclo, γεννηθεὶς ἀμυνήτως· atque Leoni, *non aliunde factus comparabilis*, ſed a natura ac per naturam natus æqualis.

1. Heidelb. & Palat. ἐννοίας.

* Habetur duplici regio codice, quorum alter ἀνεπίγραφος· altero adſcripta ſancto Joanni Chryſoſtomo, ex quo Savilius eidem inſcriptam edidit, ſed inter ejus ἀμφιβαλλόμενα. Joannes Damaſcenus epiſtola de Triſagio citat Procli nomine: cujus etiam nomine olim redditam, ac in duas lectiones diſtributam pro feſto Aſſumtionis ſanctæ Mariæ, Riccardus e Vaticana edidit. Congruit ſtilo reliquis Procli.

2. Damaſc. & Rom. μαρτυρίαι καὶ πανη.

3. *Sanctorum memoria celebres conventus*] Retineo lectionem regii cod. μαρτυρικαὶ πανηγύρεις, eodemque ſenſu explico ac Riccardus alteram Rom. cod. & S. Damaſc. μαρτυρίαι καὶ πανηγύρεις· ut τὸ μαρτυρικαὶ, æque pateat ac nomen μαρτυρίαι· ſitque adjunctum voci πανηγύρεις, ad deſignandos ſacros conventus, ac monumenti ergo inſtitutos: cum alioqui vox πανηγύρεις ſignificet etiam nundinas, ac ejuſmodi profana. μαρτυρικαὶ ergo πανηγύρεις· ipſæ ſunt μαρτυρίαι, & teſtimonia: ſeu feſta in memoriam beneficiorum Dei, ac virtutis ſanctorum inſtituta: ipſumque quod poſtea ipſe auctor τῶν ἁγίων μνήμας appellat: *memorias ſanctorum*: id eſt, feſta eis monumento poſita. Nam non loqui de ſolis martyribus, liquet ex exemplis quæ affert ſanctorum veteris teſtamenti, quorum plures non fuerunt martyres, ut ſtricte dicitur martyr, qui pro Chriſto aut virtute, agone defunctus eſt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

σται· οὐδὲν δὲ τοσοῦτον εἰς δόξαν, οἵα ἡ παροῦσα πανήγυρις. ὁ Ἀβὲλ, διὰ θυσίαν ὀνομάζεται· ὁ Ἐνὼχ, δι᾽ εὐαρέστησιν μνημονεύεται· ὁ Μελχισεδὲκ, ὡς εἰκὼν [1] Θεοῦ κηρύσσεται· ὁ Ἀβραὰμ, διὰ πίστιν ἐγκωμιάζεται· ὁ Ἰσαὰκ, διὰ τύπον ἐπαινεῖται· ὁ Ἰακὼβ, διὰ πάλην μακαρίζεται· ὁ Ἰωσὴφ, διὰ σωφροσύνην τιμᾶται· ὁ Ἰὼβ, δι᾽ ὑπομονὴν μακαρίζεται. Μωϋσῆς, ὡς νομοθέτης εὐφημεῖται· Ἰησοῦς ὁ τοῦ Ναυῆ, ὡς στρατηγὸς μνημονεύεται· Σαμψὼν, ὡς συνόμιλος Θεοῦ μακαρίζεται· Ἠλίας, ὡς ζηλωτὴς μαρτυρεῖται· Ἠσαΐας, ὡς θεολόγος ἀναγράφεται· Δανιὴλ, ὡς συνετὸς κηρύσσεται· Ἰεζεκιὴλ, ὡς θεατὴς τῶν ἀποῤῥήτων θαυμάζεται· Δαβὶδ, ὡς πατὴρ τοῦ κατὰ σάρκα μυστηρίου λαλεῖται· Σαλομὼν, ὡς σοφὸς θαυμάζεται. ἀλλ᾽ οὐδὲν τοιοῦτον, οἷον ἡ Θεοτόκος Μαρία. ὃν γὰρ ἐκεῖνοι πάντες ἐν αἰνίγμασιν εἶδον, αὕτη ἐν γαστρὶ σαρκωθέντα ἐβάστασε· καὶ οὐδὲν ἐνεπόδισε τῇ ἀῤῥήτῳ οἰκονομίᾳ τοῦ Θεοῦ Λόγου. ὄγκος; ἀλλ᾽ ὑλικὸν πάθος· ἀλλ᾽ ὄγκου καὶ πάθους ὁ Λόγος ἀλλότριος. ἐλαττώματος τοιοῦτου μέγεθος; ἀλλ᾽ ἡ θεότης οὐ περιγράφεται. μῦσος; ἀλλ᾽ ἣν ἀναπλάττων οὐκ [3] ἐμολύνθη, ἐν αὐτῇ σαρκωθεὶς, καὶ ἐξ αὐτῆς γεννηθεὶς, οὐκ ἐμιάνθη· ἀλλὰ καὶ μᾶλλον δόξαν φέρει τῷ βασιλεῖ, τὸ φιλάνθρωπον. τόκος; ἀλλ᾽ οὐκ ἠλάττωσε τόκος τὸ ἄναρχον. ἡ ἐνανθρώπησις; ἀλλὰ μεταβολὴν ἡ θεία φύσις οὐχ ὑπέμεινεν· ἔχειν κατὰ σάρκα μητέρα; ἀλλ᾽ οὐκ ἀπώλεσε τὸ εἶναι κατὰ θεότητα, ἀμήτωρ· φάτνη; ἀλλὰ τὸν τοῦ πατρὸς οὐκ ἐγύμνωσε κόλπον. σπήλαιον; ἀλλ᾽ οὐδέποτε τῷ θρόνῳ ἡ τριὰς ἐνέλειψεν. οὐδὲν τοίνυν ἐν βίῳ, οἷον ἡ Θεοτόκος Μαρία. περίελθε δὴ, ὦ ἄνθρωπε, τὴν κτίσιν τῷ λογισμῷ, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἴσον ἢ μεῖζον τῆς ἁγίας καὶ Θεοτόκου παρθένου. περινόστησον τὴν γῆν· περίβλεψαι τὴν θάλασσαν· πολυπραγμόνησον τὸν ἀέρα· τοὺς οὐρανοὺς τῇ διανοίᾳ ἐρεύνησον· τὰς ἀοράτους πάσας δυνάμεις ἐνθυμήθητι, καὶ βλέπε εἰ ἔστιν ἄλλο τοιοῦτον θαῦμα ἐν πάσῃ τῇ κτίσει. οὐρανοὶ μὲν γὰρ δόξαν διηγοῦνται Θεοῦ· ἄγγελοι δὲ λειτουργοῦσι μετὰ φόβου· ἀρχάγγελοι προσκυνοῦσι μετὰ τρόμου· τὰ Χερουβὶμ μὴ φέροντα, φρίττει· τὰ Σεραφὶμ, οὐ πλησιάζουσι περιϊπτάμενα· κεκράγασι δὲ τρόμῳ, ἅγιος, ἅγιος, ἅγιος κύριος σαβαώθ· πλήρης ὁ οὐρανὸς καὶ ἡ γῆ τῆς αἰνέσεως αὐτοῦ. ἡ λίμνη, τὸ ἦχος οὐκ ἤνεγκεν· αἱ νεφέλαι, τῆς ἀναστάσεως τρόμῳ γεγόνασιν ὄχημα· ὁ ἥλιος, τὴν ὕβριν μὴ φέρων, ἔφριξεν· ὁ ᾅδης τοὺς νεκροὺς ἐν φόβῳ ἐξέμεσε· πυλωροὶ ᾅδου ἰδόντες ἔπτηξαν· τὸ ὄρος τὴν ἐπίβασιν δεξάμενον, ἐκαπνίσθη· ἡ βάτος, μὴ ἐνέγκασα τὴν ὀπτασίαν, ἐφλέγετο· ὁ Ἰορδάνης φρίξας, ἐστράφη εἰς τὰ ὀπίσω· ἡ θάλασσα φοβηθεῖσα τὴν ῥάβδον, ἐσχίσθη, διὰ τὸν δεσποτικὸν τύπον ἡμερωθεῖσα· ἡ ῥάβδος Ἀαρὼν, διὰ τὴν εἰκόνα παρὰ φύσιν ἤνθησε· τὸ πῦρ ἐν Βαβυλῶνι, τριάδος ἀριθμὸν ᾐδέσθη. ἀρίθμησον τοίνυν τὰ παράδοξα, καὶ θαύμασον τῆς παρθένου τὴν νίκην· ὅτι ὃν πᾶσα ἡ κτί-

mirabiles sint; nihil tamen diei hujus solemniis æquale ad gloriam. [a] Abel, sacrificii caussa nomen habet: Enoch, quod Deo placuerit [b] celebri memoria commendatur: [c] Melchisedec, [2] ut Christi imago illustri præconio celebratur: Abraham, propter fidem præclaris laudibus cumulatur: Isaac a typo laudatur: Jacob, ob luctam beatus prædicatur: Joseph, ob castitatem honori habetur: Job, patientiæ laude beatus celebratur: Moyses, legislatoris nomine honestatur: Jesus Nave, ducis exercitus titulo posteris commendatur: Sampson, ut Dei familiaris beatus prædicatur: Elias, æmulator celebratur: Isaias, Theologi nomine commendatur: Daniel, ut perspicax ad intelligendum prædicatur: Ezechiel tamquam arcanorum spectator admirationem habet: David, ut pater mysterij in carne celebri laude habetur: Salomon, sapientiæ titulo admirationem habet. Verum nihil ejusmodi est, ut cum Dei genitrice Maria comparari possit. Ipsa enim, quem illi in ænigmate viderunt, incarnatum in utero portavit, nihilque huic Dei Verbi dispensationi obstitit. Quid enim? Moles ne? At hæc materialis affectio est: Verbum autem, tum molis, tum affectionis expers est. Tantæ minorationis magnitudo? At divinitas non definitur. Sordes ne? At qui eam formans nullas contraxit sordes, neque ex ea atque ex ea carnem sumens, contraxerit: quin potius humanitas illa ac clementia, Regi gloriosa exsistit. Partus ne editio? At principii expertem non imminuit partus. Incarnatio? At natura divina mutationem non pertulit. Num matrem habere ratione carnis? At non amisit, ut ne sine matre sit ratione deitatis. Præsepe? At non denudavit paternum sinum. Spelunca? At numquam Trinitas throno defuit. Nihil itaque in mundo ejusmodi est, qualis Dei genitrix Maria. Cunctas res creatas, o homo, cogitatione percurre, ac perspice, num quidquam sanctæ Virginis ac Dei genitricis Mariæ æquale sit, aut ipsa fortasse majus. Terram undique lustra; circumspicito mare: sedulo perscrutare aerem: cælos mente excute: invisibiles omnes Virtutes animo expende, ac vide, num aliud ejusmodi miraculum in universis creatis invenire sit. Nam [d] *cæli quidem enarrant gloriam Dei*: Angeli metu inserviunt: Archangeli tremore adorant: Cherubini non ferentes gloriam, contremiscunt: Seraphini circumvolantes propius accedere non audent; verum cum tremore clamant: [e] *Sanctus, sanctus sanctus Dominus sabaoth: pleni sunt cæli & terra gloria ejus.* [f] Stagnum vocem non tulit: [g] nubes, ejus tremore ascensui vehiculum fuerunt: [h] sol, non ferens injuriam, inhorruit: [i] infernus mortuos timore evomuit: janitores inferni, adspectu consternati sunt: [k] mons descensum excipiens, fumigavit: [l] rubus visionem non ferens, ardebat: [m] *Jordanis* horrore *conversus est retrorsum*: [n] mare, Virgam extimescens, divisum est, ob Domini in ea figuram, cicuratum: [o] Virga Aaron, ob imaginis quam præferebat rationem, præter naturam effloruit: [p] ignis in Babylone, Trinitatis numerum reveritus est. Recense itaque si qua nova ac mirabilia, Virginisque victoriam admirare; quod nimirum, quem omnis creatura cum timore atque tre-

a Gen. IV. 4. *b* Eccl. XLIV. 16. *c* Hebr. VII. 3. *d* Psalm. XVIII. 1. *e* Isa. VI. 6. *f* Luc. VIII. 24. *g* Jac. XIX. 1. *h* Matth. XXVII. 45. *i* Ibid. ℣. 52. *k* Exod. XIX. 18. *l* Exod. III. 2. *m* Psalm. CXIII. 3. *n* Exod. XIV. 16. *o* Num. XVII. 8. *p* Dan. III. 50.

1. Leg. Χριστοῦ.

2. *Ut Christi Imago*] Sic lego, ὡς Χριστοῦ εἰκών· pro Θεοῦ· vel certe excidit vox υἱοῦ. Palam enim alludit auctor ad verba Paulli Hebr. VII. ἀφωμοιωμένος δὲ τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ· *assimilatus filio Dei*: ut ejus scilicet figura, ac ceu expressa quædam imago anterioribus temporibus symbolo exhibita. Non ita proprie Riccardus, *ut Dei exemplar*: nam exemplar, est ipsum prototypum ac forma principalis, cui aliud assimiletur: quod non habet Melchisedec Dei filio comparatus, sed contra, ut ipsa Paulli verba sonant: quamquam exemplaris vox eo etiam sensu, ac pro imagine ac figura, cum alibi, tum in ipsa epistola ad Hebræos ab interprete usurpatur

3. Erat ἐμόλυνε, in reg. nec est in eo γεννηθείς.

σῦς φόβῳ καὶ τρόμῳ ὕμνησεν, αὕτη μόνη ἀνερμηνεύτως ἐθαλάμευσε.

A more laudibus celebrat: eum sola hæc inexplicabili ratione thalamo exceperit.

Μακάριαι δι' αὐτὴν πᾶσαι αἱ γυναῖκες, οὐκ ἔστιν ὅτι τὸ θῆλυ ἐν κατάρᾳ· ἔσχε γὰρ τὸ γένος, ἀφ' οὗ καὶ ἀγγέλους νικήσει εἰς δόξαν. τεθεράπευται ἡ Εὔα· σεσίγηται ἡ Αἰγυπτία· τέθαπται ἡ Δαλιδά· λεληθάργηται ἡ Ιεζαβέλ· ἀμνημονεῖται καὶ Ηρωδιάς, καὶ νῦν θαυμάζεται τῶν γυναικῶν ὁ κατάλογος. εὐφημεῖται Σάῤῥα, ὡς λαῶν ἄρουρα· τιμᾶται Ρεβέκκα, ὡς εὐλογιῶν πανοῦργος πρόξενος· θαυμάζεται καὶ ἡ Λία, ὡς μήτηρ τοῦ κατὰ σάρκα προγόνου· ἐπαινεῖται Δεββῶρα, ὡς ὑπὲρ φύσιν στρατηγήσασα· μακαρίζεται καὶ ἡ Ελισάβετ, ὡς σκιρτήματα κυοφορήσασα τοῦ προδρόμου, καὶ διαπεθεῖσα τῆς χάριτος· προσκυνεῖται καὶ ἡ Μαρία, ὅτι γέγονε μήτηρ, καὶ δούλη, καὶ νεφέλη, καὶ θάλαμος, καὶ κιβωτὸς τοῦ δεσπότου. μήτηρ, ἔτεκε γὰρ τὸν βουληθέντα τεχθῆναι. δούλη, [1] ὁμολογῶ γὰρ φύσιν, καὶ κηρύττω τὴν χάριν. νεφέλη, ἐκ πνεύματος γὰρ ἁγίου συνέλαβεν, ὃν ἀπαθῶς ἔτεκε. θάλαμος, ὡς ἐν νυμφῶνι γὰρ ὁ Θεὸς Λόγος ἐν αὐτῇ κατεσκήνωσε. κιβωτὸς, οὐ τὸν νόμον βαστάσασα, ἀλλὰ τὸν νομοθέτην κυοφορήσασα. δι' ὅπερ εἴπωμεν πρὸς αὐτήν· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶν, ἡ μόνη τῆς Εὔας θεραπεύσασα τὴν λύπην· ἡ μόνη τὰ τῆς στεναζούσης, ἀπομάξασα δάκρυα· ἡ μόνη τὸ κοσμικὸν βαστάσασα λύτρον· ἡ μόνη τὸν θησαυρὸν τοῦ μαργαρίτου πιστευθεῖσα· ἡ μόνη ἄνευ ἡδονῆς ὀγκωθεῖσα, καὶ ἄνευ πάθους τεκοῦσα· ἡ μόνη τὸν Εμμανουὴλ, ὡς ἠθέλησεν αὐτὸς, γεννήσασα. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου· ὁ καρπὸς, οὐχ ὁ σπόρος· τὸ ἄνθος, οὐ τὸ πάθος· τὸ ἀπαύγασμα, οὐ τὸ κτίσμα· ὁ σύνθρονος, οὐχ ὁ δοῦλος· ὁ ἥλιος, οὐχ ἡ ψάμμος· ὁ προσκυνούμενος, οὐ τὸ κτίσμα· τὸ λύτρον, οὐχ ὑπόχρεος. εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.

III. Beatæ per eam omnes mulieres. Non erit maledictus ultra, neque exsecrandus femineus sexus: obtinuit enim, quo etiam Angelos gloria superet. Jam Heva curata est; suppressa silentio Ægyptia; tumulata Dalida; oblivione perpetua obruta Jezabel; excidit & Herodias e memoria: nuncque feminarum catalogus admirationi habetur. Læto plausu laudatur Sarra, quasi ferax populorum arvum: honoratur Rebecca, ut callida benedictionum conciliatrix: Lia quoque, tamquam progenitoris secundum carnem mater, admirationi habetur; B laudibus celebratur Debbora, ut [a] quæ ductricis partibus supra naturam ac sexum bello defuncta sit: Elisabet quoque beata prædicatur, quæ præcursorem gestientem utero gestaverit, ac gestientem persentire meruerit. Adoratur & Maria, tamquam quæ Mater ancillaque, & nubes thalamusque, ac arca Domini effecta sit. Mater; eum namque peperit, qui voluit nasci. Ancilla; quippe naturam confiteor, & predico gratiam. Nubes; concepit enim de Spiritu sancto, quem illæsa integritate peperit. Thalamus; in ea etenim ut nuptiali thalamo Deus Verbum habitavit. Arca; non quæ legem portaverit, sed quæ legislatorem pepererit. Quapropter dicamus ei: [b] *Benedicta tu* C *in mulieribus*, quæ sola Hevæ mærori medelam attulisti: sola ingemiscentis absterseris lacrymas: sola redemtionis mundi pretium portaveris: sola creditum margariti thesaurum acceperis: sola sine voluptate gravida effecta sis, ac sine dolore pepereris: sola Emmanuelem, qua ipse voluit ratione, partu edideris. [c] *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui*: fructus, inquam; non sementis: flos, non passio; splendor, non creatura: coæqualis Patri, non servus: sol, non arena: qui adoratur, non qui creatur: redemtionis pretium, non æris debitor. *Benedicta tu in mulieribus, & benedictus fructus ventris tui.*

Αντὶ πάντων εἰς εὐφημίαν ἀρκεῖ σοι ὁ προφήτης, βοῶν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει. εἶπε τὸ θαῦμα, καὶ τὸν τρόπον ἐσίγησε· καὶ τέξεται υἱόν. ἐκήρυξε τὴν ὠδῖνα, καὶ τὴν σχέσιν οὐκ ἐνόθευσε· καὶ καλέσουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Εμμανουήλ. εἶπε τὸ μυστήριον, καὶ τὴν κλῆσιν ἐβρόντησεν. ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός. τὸν τεχθέντα Θεὸν ἐκήρυξε, καὶ Ιουδαίων ἐφίμωσε στόματα. μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ἐσβέσθη ἡ πλάνη· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ περιτομὴ κατηργήθη· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ οἱ δαίμονες φυγαδεύονται· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ διάβολος κατήργηται· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ κολυμβήθρα τίκτουσα οὐ κάμνει· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ βασιλεῖς εὐσεβοῦσι· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ἐκκλησίαι στενοχωροῦνται. μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ ὁ θάνατος γέγονεν ὕπνος· μεθ' ἡμῶν ὁ Θεὸς, καὶ οἱ νεκροὶ τὴν ἐλευθερίαν σκιρτῶντες βοῶσιν· οὐκ ἄγγελος, οὐ πρέσβυς· ἀλλ' αὐτὸς ὁ Θεὸς ἦλθε, καὶ ἔσωσεν ἡμᾶς· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν.


D IV. Omnium vice, quæ tui præconio dici queunt unus tibi propheta abunde sit ad laudis cumulum, qua clamat: [d] *Ecce Virgo habebit in utero.* Miraculum dixit, sed modum reticuit. *Et pariet filium.* Prædicavit partum, nec relationem adulteravit. *Et vocabunt nomen ejus Emmanuel.* Mysterium protulit, altaque velut tonitrui voce appellationem edixit. [e] *Quod interpreteris, Nobiscum Deus.* Natam prolem claro præconio Deum dixit, ac Judæorum ora obstruxit. *Nobiscum Deus*, ac error exstinctus est: *Nobiscum Deus*, estque abrogata circumcisio: *Nobiscum Deus*, fuganturque dæmones: *Nobiscum Deus*, cassaque ac inutilis cessit diaboli opera: *Nobiscum Deus*, nec piscina ac E fons sacer baptismo parere desinit: *Nobiscum Deus*, regesque pietatem colunt: *Nobiscum Deus*, & ecclesiæ mire frequentantur: *Nobiscum Deus*, morsque somnus reddita est: *Nobiscum Deus*, mortuique vindicatam libertatem exsultabundi celebrant, ac clamore dicunt: [f] *Non Angelus, non legatus, sed ipsemet Deus venit, & salvavit nos.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

a Judic. IV. 14. b Luc. I. 28. c Ibid. ℣. 42. d Isa. VII. 14. e Matth. I. 23. f Isa. LXIII. 9. sec. LXX.

1. Rom. ὁμολογοῦσα, καὶ κηρύττουσα.

A

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ς'.

[1] Εγκώμιον εἰς τὴν Θεοτόκον Μαρίαμ.

ΚΛέπτει τοὺς πόνους τῶν ἐμπόρων ἡ συνεχὴς προσδοκία τῶν πόρων· καὶ τῶν ἀγρίων κατασκευάζει καταθαῤῥεῖν κυμάτων, [ὁ] διακαὴς πόθος τῶν χρημάτων. ἐπεὶ οὖν μέλλομεν καὶ ἡμεῖς σήμερον ἐκ τῶν στομίων ἐκπέμπειν τῆς προθυμίας, τὴν μικρὰν καὶ εὐτελῆ σκάφην τῆς διδασκαλίας, εἰς τὸν εὔδιον καὶ ἀτάραχον πλοῦν τῆς παρθενικῆς ἱστορίας [[2] ἀναδράμωμεν.] δεῦρο δὴ οὖν τοῦ βάθους γνησιώτερον τοῦ δεσποτικοῦ B κατατολμήσωμεν τῆς πνευματικῆς ὠφελείας, τὸν [3] ὄκνον ἀποτριψάμενοι τῆς σωματικῆς ἀσθενείας· καὶ τῶν μὲν βιωτικῶν πραγμάτων περιέλωμεν τὰ σχοινία· τῶν δὲ πανηγυρικῶν κρεμάσωμεν ὀφλημάτων τὰ ἱστία· ἵν' οὕτως τῇ πραείᾳ τοῦ πνεύματος αὔρᾳ παραπεμπόμενοι, τὴν χρυσοφόρον [τῶν] Εὐϊλέων πόλιν εὑρεθῶμεν καταληψόμενοι. καὶ τίς ἐστιν Εὐϊλὰτ, καὶ ἡ γῆ, καὶ τὸ χρυσίον; οὐχὶ ἡ ἁγία παρθένος, καὶ ἡ [ταύτης] καθαρὰ καὶ ἄσπιλος ψυχή; τίς δὲ ὁ ἄνθραξ; οὐχὶ ὁ κύριος [ὁ] λέγων· πῦρ ἦλθον βαλεῖν ἐπὶ τὴν γῆν; τίς δὲ λίθος ὁ πράσινος. οὐχὶ ἡ ἑκούσιος τῆς σωματικῆς αὐτοῦ νεκρώσεως ὠχρότης; ὃς διὰ τῆς καυστικῆς τοῦ τοιούτου πράσου φύσεως, τὸν καταπιόντα αὐτὸν ἐδριμύξε θάνατον. [6] παρακαλῶ τοίνυν τοὺς C συνεφάπτεσθαι θέλοντας ἡμῖν τῆς παρούσης ἀποδημίας, τῆς νενομισμένης μὴ καταλιγορῆσαι κωπελασίας. οὕτω γὰρ ἡ διδασκαλικὴ πορεία τὴν εὔπλοιαν [7] κτήσεται, καὶ ἡ ἀδελφικὴ συμμαχία τὴν εὔνοιαν ἐπιδείξεται. ὅμως δὲ ἐξ αὐτοῦ βούλομαι ὑμᾶς ὑπομνῆσαι, ἀδελφοὶ, τοῦ προοιμίου, ὡς οὐκ ἔστιν ἀκίνδυνον τῆς παρθενικῆς ἐπιβῆναι θαλάσσης· καὶ μάλιστα τοὺς ἀηθεῖς καὶ ξένους τῆς τοιαύτης πορείας. εἰ γὰρ καὶ πολλοὶ τοῦ τοιούτου πελάγους κατετόλμησαν· ἀλλ' ἀχειμάστως ὀλίγοι διεσώθησαν ἐντεῦθεν, εἰς τὸν ἀκύμωνα καὶ εὔδιον λιμένα τοῦ θελήματος τοῦ Θεοῦ.

Θεῖον γὰρ ὡς ἀληθῶς καὶ λαμπρὸν, καὶ τῆς ὑπερκειμένης καὶ μακαρίας τῶν ἀσωμάτων τάξεως, D τὸ ἀμόλυντον τῆς παρθενίας ἔνδυμα· ἐπεὶ καὶ ὁ τῶν ὅλων βασιλεὺς ταύτην περιβαλέσθαι κατεδέξατο τὴν εὐπρεπεστάτην στολήν. ὁ κύριος γάρ, φησιν, ἐβασίλευσεν· εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. οὐ μόνον δὲ τὸν ἄθικτον τῆς ἱερατικῆς ἁγνείας ἐνεδύσατο χιτῶνα, ἀλλὰ γὰρ καὶ τὴν ἔντιμον τῆς βασιλικῆς εὐκοσμίας ἠμφιάσατο στολήν. ἐν οἷς δηλοῦται τὰ δύο τάγματα· τῶν

EJUSDEM *ORATIO VI.

Laudatio sanctæ Dei genitricis Mariæ.

I. MErcatorum labores fallit ac sensim levat jugis exspectatio quæstuum; ardensque pecuniarum amor audaces adversus feroces undas facit. Quapropter cum nos etiam hodie ex alacris animi ostiolis tenuem vilemque doctrinæ lintrem simus emissuri, in tranquillum impertubatumque virginalis historiæ mare excurramus. Agite ergo, dominicum spiritalis utilitatis altum gurgitem, segnem corporeæ imbecillitatis ignaviam propulsantes, sinceriori affectu securi adeamus; rudentesque temporalium negotiorum contrahentes, officiosæ laudationis debitorum vela pandamus: quo leni sic spiritus aura delati, [a] auriferam civitatem Evilat occupasse inveniamur. Quænam vero est Evilat, & terra, & aurum? Nonne sacra Virgo, puraque ac intemerata ejus anima? [4] Quis porro *carbo*? Nonne Dominus, qui ait: [b] *Ignem veni mittere in terram*? Quis denique lapis prasinus? Nonne ultroneus corporeæ mortificationis ejus pallor? qui caustica [5] porri ejusmodi ac acri natura, mortem quæ ipsum deglutisset, mordaci sua acrimonia torsit. Obsecro itaque omnes qui in hac nobis profectione comites adjungi habent, ut ne legitimam remigationem negligant. Ita enim doctrinæ via ac ratio faustum navigationis cursum obtinebit, fraternumque vicissim collatum auxilium benevolentiam ostendet. Attamen velim vos, fratres, ab ipso tum monitos exordio, non vacare periculo virgineum hoc mare conscendere, ut quis maxime in ejusmodi freto rudis ac hospes sit. Nam quamvis multi pelagus hoc adire præsumserint; pauci tamen nulla inde a tempestate jactura, ad tranquillum nullisque objectum fluctibus [8] divinæ [c] voluntatis portum salvi evaserunt.

II. Quippe divinum re vera ac splendidum, [9] eminentiorisque ac beati incorporeorum ordinis est, impollutum virginitatis indumentum; quando & universorum Rex quam maxime decoram eam vestem non est dedignatus induere. [d] *Dominus* enim, inquit, *regnavit, decorem induit*. Induit vero, non modo illibatam sacerdotalis castimoniæ tunicam; verum etiam pretiosa se regalis ornatus stola cooperuit. Qua in re, [10] duo aperte significantur or-

a Gen. II. 11. *b* Luc. XII. 49. *c* Psalm. CVI. 30. *d* Psalm. XCII. 1.

* Ad Romanum unum codicem, ex quo singulari Riccardus ediderat, accessit alter regius, ex quo multa emendata sunt. Plures Riccardi nævos in notis indico: a quibus indicandis liberum me fere in aliis existimavi, ob novam quam cudi versionem, & ut ne viri labores sugillare ultro viderer.

1. Emendatur collatione reg. cod. num. 188.

2. Clausa ex reg. cod.

3. Reg. ἴγκον.

4. *Quis porro carbo? ἄνθραξ*] Accepit Proclus pro carbone, alioqui non quadraret auctoritas subjuncta: *Ignem veni mittere*. Vox Hebraica בדלח non aliud significat quam lapidem pretiosum. Vulg. *Bdelium*. Isaiæ autem VI. ubi etiam LXX. habent ἄνθρακα, alia vox est, quæ prunam ardentem ac carbonem significet.

5. *Porri ejusmodi. τοῦ τοιούτου πράσου*] A quo lapis prasinus, velut porraceus, ac porraceo virore: ut a lapide scite divertat ad porri qualitatem, a quo lapis ita dictus est. Sic forte in superiori voce ἄνθραξ, luserit. Riccardus obscurat, cum ita reddit: *Qui caustica prasini ejusmodi pallentis natura*: ac male mutat τὸ πράσον, in πράσινον· ex quo non fiat amaricans illa comestio, sed ex illo.


6. Reg. desiderat usque θεῖον γάρ; ac reliqua postmodum usque μάθωμεν ποίαν. ubi incipiet enarrari locus Matthæi, qui est argumentum hujus orationis.

7. Γρ. κτήσεται.

8. *Divinæ voluntatis portum*] Juxta quod multi codices Græci, & Suniæ habent. τοῦ θελήματος αὐτοῦ· *Deduxit eos in portum voluntatis suæ*: nempe Deus, pro quo alii αὐτῶν· quod & Hieronymus magis probat ad præfatum Suniam.

E 9. *Eminentiorisque, ac beati incorporeorum ordinis*] Id est, angelici. Angelicam enim virtutem ubique deprædicant sancti, ac in iis, Cyprianus, Fulgentius & Amphilochius, quos Riccardus refert: nulli autem absolute dicunt superioris ordinis quam angelici; quod is male reddit, *eminentioris feliciorisque ordinis, quam sint Angeli ipsi*. ὑπερκειμένης· Supra humanam utique virtutem, ac per hoc, μακαρίας τάξεως τῶν ἀσωμάτων· *beati incorporearum mentium ordinis*. Hoc tantum in nobis parte aliqua superior nonnumquam dicta sit, quod Angelis σύμφυτος, ut Amphilochius vocat, *cognata & a natura*, nobis sit πρόσκτητος, ac multo labore comparabilis.

10. *Duo ordines, principum ac subjectorum*] Locus pro Laconica brevitate Procli obscurior. Præsides istos ac subditos exponit deinde ipsemet; Deo dicatos homines, & sæculares; ecclesiasticos, & laicos: putemque deesse, τὸ ἀρχόμενον· quod infra repetens, habet; expressique in versione. Non video satis, ut sic clare duos hos ordines ex



ἀρχόντων καὶ τῶν ἀρχομένων, τῆς ἀληθοῦς παρθενίας, καὶ τῆς εὐσεβοῦς σωφροσύνης. ἦν γὰρ ὁ αὐτὸς καὶ βασιλεὺς καὶ ἱερεὺς κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ. ὃν τρόπον [a] καὶ Ἀαρὼν, ἐν τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις περιεβάλλετο πορφύραν καὶ βύσσον· σημεῖον μὲν γὰρ τῆς ἀμέμπτου καὶ καθαρᾶς τῶν ἱερέων πολιτείας, ἡ βύσσος· τεκμήριον δὲ τῆς ἐμπόνου καὶ ἐναρέτου τῶν βασιλέων διαγωγῆς, ἡ πορφύρα, ὁπλιτικοῖς ἱδρῶσι φοινισσομένη· ὡς διὰ τοῦ ἐνδύματος, ἑκάστου δηλοῦσθαι ἀξιώματος τὸ εὐσεβὲς, καὶ ἀνδρεῖον τοῦ φρονήματος· οὕτω καὶ ὁ κύριος ἐν ἀμφοτέροις γενόμενος· ὡς μὲν ἱερεὺς, τὸν πατέρα ὑπὲρ πάντων ἐξιλεώσατο· ὡς δὲ βασιλεὺς, τὸν κατὰ πάντων ὁπλιζόμενον διάβολον ἐτροπώσατο.

A dines, principum scilicet ac subjectorum, veræ virginitati ac religiosæ castitati studentium. Erat siquidem ipse Rex & [a] *Sacerdos secundum ordinem Melchisedec*. Quemadmodum enim Aaron olim purpura & bysso amiciebatur: (byssus enim signum est irreprehensæ ac illibatæ sacerdotum vitæ: purpura autem bellicis infecta sudoribus operosæ regum conversationis, ac virtutis ergo commendabilis, indicium est; ut ex amictu, [2] dignitatis utriusque pietas, virilisque animi robur ostendatur:) sic & Dominus, in utroque constitutus gradu; ut quidem Sacerdos, omnes Patri reconciliavit: ut Rex vero, diabolum adversus omnes armatum profligavit.

B

Οὕτως κηρίον μέλιτος οἱ καλοὶ τῆς παρθενίας λόγοι· ἐκ μὲν τῆς ἀληθοῦς πίστεως ἔχοντες τὴν ἡδύτητα· ἐκ δὲ τῆς ἀκριβοῦς πράξεως κεκτημένοι τὴν γλυκύτητα. αὕτη ὁ λογικὸς τοῦ Θεοῦ παράδεισος, ἐν ᾧ πᾶν ξύλον ὡραῖον εἰς ὅρασιν· τουτέστιν πνευματικὴν θεωρίαν· καὶ καλὸν εἰς βρῶσιν· τὴν πνευματικὴν διδασκαλίαν· καὶ τὸ τῆς ζωῆς πεφύτευται δένδρον· ἡ σωτήριος τοῦ Θεοῦ οἰκονομία· μεθ' ὧν ἐστι καὶ τὸ ξύλον τοῦ εἰδέναι καλοῦ γνωστὸν καὶ πονηροῦ· ἡ παρθενικὴ εὐμορφία, ἐν τῇ προαιρετικῇ γυμνάζουσα τὴν φυσικὴν ἐπιθυμίαν. αὕτη τῆς ἀληθινῆς ἐπαγγελίας ἡ χώρα, ἐν ᾗ λογικὸν καὶ ἄδολον γάλα, καὶ τὸ πνευματικὸν καὶ ἄφθαρτον πηγάζουσα μέλι. εἰσάξω γάρ, φησιν, ὑμᾶς εἰς γῆν ῥέουσαν γάλα καὶ μέλι. ἵνα οἱ

C

μὲν ἀρχόμενοι, καὶ τῷ κόσμῳ τούτῳ ἀναστρεφόμενοι, τῆς σωφροσύνης ἐπιμελῶνται· οἱ δὲ ἄρχοντες καὶ τῷ Θεῷ ἀνακείμενοι, τῆς ἁγνείας ἀντέχωνται. διπλοῦς γὰρ ὁ τῆς ἐκκλησίας χαρακτήρ· ἐν κροσσωτοῖς χρυσοῖς περιβεβλημένη· πεποικιλμένη· πᾶσαν δὲ τὴν τοῦ κάλλους δόξαν, κατὰ τὸ γεγραμμένον, ἔσωθεν ἐπιφερομένη. ἐν μὲν τοῖς βιωτικοῖς ἐκφέρουσα κατὰ τὸν Σολομῶντα, ὡς συκῆ, τῆς σεμνότητος τοὺς ὀλύνθους· ἐν δὲ τοῖς ἱερατικοῖς κατὰ τὸν αὐτὸν Σολομῶντα, προβάλλουσα ὡς ἄμπελος τῆς χρηστότητος τοὺς κυπρίζοντας βότρυας. αἱ ἄμπελοι γὰρ ἡμῶν φησι, κυπρίζουσι, καὶ ἡ συκῆ ἐξήνεγκε τοὺς ὀλύνθους αὐτῆς. κατὰ ταύτην ὡς οἶμαι τὴν τάξιν προσήνεγκαν οἱ ἀπόστολοι μετὰ τὴν ἀνάστασιν τῷ δεσπότῃ, ἰχθύος ὀπτοῦ μέ-

D

ρος, καὶ ἀπὸ μελισσίου κηρίον· σημαίνοντες ἐν τῷ ἰχθύϊ τοὺς ἐκ τῆς ἁλμυρᾶς τῶν κακῶν θαλάσσης, τῷ ἀγκίστρῳ τῆς πίστεως συλληφθέντας λογικοὺς ἰχθύας, κατὰ τὸ εἰρημένον ὑπὸ τοῦ κυρίου πρὸς τὸν Πέτρον· ἀπὸ τοῦ νῦν, ἀνθρώπους ἔσῃ ζωγρῶν· ἐν δὲ τῷ κηρίῳ, τοὺς ἐκ τῶν ἐναρέτων τῆς δικαιοσύνης ἀνθέων, εἰς τὸ ἐνδότατον τῆς καρδίας ἀποθησαυρίζοντας ταμεῖον, τὸν ὠφέλιμον καὶ προσηνῆ τῆς εὐσεβείας καρπὸν, ὃν βασιλεῖς ὁμοῦ καὶ ἰδιῶται πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς προσφέρονται ὑγίειαν. οὕτω βούτυρον καὶ μέλι φάγεται·

III. Vere [b] *favus mellis, boni sunt* virginitatis *sermones*; qui a vera quidem fide suavitatem trahant, ab accurata vero actione dulcedinem habeant. Spiritalis Dei paradisus est virginitas, in quo est omne [c] *lignum pulcrum ad videndum*: hoc est, ad spiritalem contemplationem; *& bonum ad esum*, ad spiritalem scilicet doctrinam: in quo & arbor vitæ plantata est; Dei nempe salutaris dispensatio: cum quibus pariter adest *& lignum sciendi scientiam boni & mali*; virginalis scilicet decor, [3] in parte animi volente, naturalem cupiditatem exercens ac provocans. Hæc illa est veræ promissionis terra, in qua [d] *lac rationale & sine dolo*; melque spiritale ac incorruptibile scaturiat. Ait enim: [e] *Introducam vos in terram fluentem lacte & melle*: Ut subditi & qui in sæculo conversantur, pudicitiæ ac honestati studeant: præsides autem & Deo dicati homines, castimoniæ ac puritati sedulam operam ponant. Nam duplex est ecclesiæ figura; quæ [f] *in fimbriis aureis circumamicta, variegata, omnem* pulcritudinis *gloriam*, juxta quod scriptum est, *ab intus* inferat. Quæ, inquam, juxta Salomonem [g], in sæcularibus quidem, ceu ficus, honestatis grossos proferat; in ecclesiastici autem ordinis hominibus juxta eumdem Salomonem, tamquam vitis, florentes botros producat. [h] *Vineæ* enim *nostræ*, inquit, *florent*; *& ficus protulit grossos suos*. Juxta hanc puto formam, [i] *obtulerunt Apostoli Domino*, postquam is resurrexisset, *partem piscis assi & favum mellis*: in pisce quidem signantes, comprehensos fidei hamo ex salso vitiorum salo rationales pisces, juxta quod Dominus ait Petro: [k] *Ex hoc jam eris homines capiens*: in favo autem, eos qui ex præclaris justitiæ floribus perutilem illum suavemque pietatis fructum in penitissimo cordis penu recondunt; quem reges pariter ac privati homines ad animi salutem traditum in cibum accipiunt. Hoc modo,

a Heb. V. 10. *b* Prov. XVI. 24. *c* Gen. II. 9. *d* I. Pet. II. 2. *e* Exod. XXXIII. 3. *f* Psalm. XLIV. 14. *g* Cant. II. 13. *h* Ibid. *i* Luc. XXIV. 42. *k* Luc. V. 10.

ante dictis auctor colligat: nisi forte quia Christus, cum sit Sacerdos & Rex excellenti utrumque ratione, Sacerdosque ad sacerdotes ac sacri ordinis ministros habeat per se, uti Rex ad sæculares ac laicos; ideo utraque parte constantem habeat Christianam rempublicam, ac utroque jure subjectam. Parum differat divisio hæc ἀρχόντων καὶ ἀρχομένων, ab illa Dionysii in Hierarchiam duplicem, quarum altera activa purget, illuminet, consummet, vere illa ἀρχόντων ac præsidum; passiva altera, hæc ipsa ab illa recipiat, eoque ἀρχομένων ac subditorum, quique vel si reges sint, vel si angelicis exculti moribus, summoque gradu ascetæ ac Nazaræi, (nisi aliud, ac clericatus ordoque sacer, ut fere in nostris, accedat) præsidentiam ejusmodi agentis hierarchiæ sub summo Hierarcha Christo agnoscant, ac se ea perfici gaudeant.

1. Τὸ γάρ.

2. *Dignitatis utriusque pietas*. ἑκάστου δηλοῦσθαι ἀξιώμα-

E


τος·] Riccardus, τὸ, ἑκάστου refert ad ἐνδύματος· liquet tamen referendum ad ἀξιώματος, satisque intelligi in priori illa voce, nisi Proclus geminatum posuit, ac alterum excidit.

3. *In parte animi volente*] Significare videatur, pulcra virginum specie solicitari humanam cupiditatem ac exerceri, uti per lignum scientiæ boni & mali, cupiditas Adæ in paradiso solicitata ac exercita fuit: seu esse eadem ratione occasionem peccati, ut quis ea se incautius demulceri permittat. Riccardus: *Virgineus decor effrenem coercens naturæ cupiditatem*. At ubi ea cum ligno scientiæ analogia? Num vero illud Adæ cupiditatem coercuit? Possit quoque naturalis cupiditas in bonum sumi, idque magis velit Proclus, quam exerceat ac provocet virginitatis species ac decor. Nam neque ipse ligni scientiæ boni & mali appetitus malus erat, ut ordinatus fuisset, & pro tempore statuto a Deo, uti Gregorius Nyssenus & alii.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ἐκ τῆς τῶν δύο ταγμάτων ἐπιστροφῆς [1] ἐσθίειν τὸ τικτόμενον παιδίον ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου, διὰ τοὺς νηπιάζοντας τῇ κακίᾳ μετὰ τὸν μυστικὸν τῆς κολυμβήθρας τόκον.

A [1] *Butyrum* [a] *& mel comedet*; qui ex utriusque ordinis conversione manducat sacræ Filium Virginis, propter nimirum [b] *parvulos malitia* post mysticum lavacri partum.



Ἐκ ταύτης τοιγαροῦν ὁ Ἰωάννης μεταλαμβάνων τῆς τροφῆς, τῆς ἀχράντου κατηξιώθη ἅψασθαι κορυφῆς κυρίου. ταύτης ἀπολαύων τῆς βρώσεως, τῆς ἀγγελικῆς γέγονε τάξεως. ἦν γὰρ ἡ τροφὴ αὐτοῦ ἀκρίδες, καὶ μέλι ἄγριον· τὸ ἀκρότατον τῆς ἀμέμπτου πολιτείας, καὶ τὸ καθαρώτατον τῆς ἀσπίλου ἁγνείας. καὶ καλῶς ἀγρίαν τὴν τοιαύτην ὁ εὐαγγελιστὴς ἐκάλεσε μετάληψιν· δυσθήρατον γὰρ τῆς παρθενίας τὸ εἶδος, καὶ πολὺ τῆς κοσμικῆς ἀπῴκισται χώρας τοῦτο τὸ φυτόν· καὶ τάχα ὀλίγοι ἴσχυσαν καταμαθεῖν τὴν τούτου ποιότητα. νοείσθω δὲ καὶ ἑτέρως τὸ ἐσθίειν ἄγριον μέλι τὸν προφήτην· πρῶτον μὲν, ὅτι τὸν τῆς διανοίας ὀφθαλμὸν καθαρὸν ἐφύλαττεν ἐκ τῆς εὐριπίστου τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων ἀναθυμιάσεως. κατὰ γὰρ ἰατρικὸν λόγον, ἀπαράβατον τῷ θολωμένῳ ὀφθαλμῷ τὸ ἀκάπνιστον μέλι. μετὰ δὲ ταῦτα, ὅτι μηδέπω πιστεύσας ἐπὶ τὸν κύριον, μηδὲ τὸν αὐχένα ὑποβαλὼν τῆς ψυχῆς ὑπὸ τὸν εὐαγγελικὸν ζυγὸν, μεθ' ἡδονῆς τὸν ἀπεξενωμένον, καὶ ἰταμὸν μετήρχετο βίον, τῷ γλυκεῖ τῆς νομικῆς κυήσεως τρεφόμενος φρονήματι. οὐ γὰρ οἰκείᾳ γνώμῃ, ἀλλὰ κελευσθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τὸν Ἰορδάνην κατέλαβε. κἀγὼ γάρ φησιν, οὐκ ᾔδειν αὐτόν· ἀλλ' ὁ πέμψας με βαπτίζειν ἐν ὕδατι, ἐκεῖνός μοι εἶπεν· ἐφ' ὃν ἂν ἴδῃς τὸ πνεῦμα καταβαῖνον ὡσεὶ περιστερὰν, καὶ [7] ἐρχόμενον ἐπ' αὐτὸν, οὗτός ἐστιν ὁ βαπτίζων ἐν πνεύματι ἁγίῳ. διὰ ταύτην ἔστιν εἰπεῖν τὴν αἰτίαν, [ὅτι ἡ τροφὴ αὐτοῦ ἦν μέλι ἄγριον·] ἄγριον γάρ ἐστι τὸ μέλι τῆς ἁγνείας. πλήρωμα γὰρ νόμου Χριστὸς, εἰς δικαιοσύνην παντὶ τῷ πιστεύοντι· χωρὶς δὲ πίστεως, ἀδύνατον εὐαρεστῆσαι. καὶ, ὁ μὴ πιστεύων εἰς τὸν υἱὸν, οὐκ ὄψεται ζωὴν αἰώνιον.

IV. Hoc itaque cibo pastus Joannes tangere meruit sacrosanctum Domini verticem. Hac fruens esca, Angelorum ordini adscriptus est: [c] *Esca* [2] *quidem ejus erat*, [3] *summi fructices & mel silvestre:* summus scilicet apex irreprehensæ vitæ, summaque puritas castitatis illibatæ. Perbelle autem Evangelista cibum ejusmodi *silvestrem* appellavit; difficillime enim virginitatis species tenetur, plantaque hæc [4] quam procul a sæculi agro relegata B est; ac forte pauci ejus qualitatem ac mores perdiscere potuerunt. Aliter etiam accipi potest, ut propheta mel silvestre comederet. Primum quidem ut mentis oculum impollutum repurgatumque a carnalium cupiditatum [5] perflatili vaporatione servaret. Ut enim medici jactant, mel nullo infectum fumo, singulare præsentaneumque est lustrale medicamen crasso ac turbido oculo. Post hæc autem, quod [6] necdum credens in Dominum, ac cum minime adhuc suppofuisset evangelio cervicem, vitam ab humana consuetudine remotam, horridamque ac asperam, dulci legalis partus intelligentia refectus, cum voluptate transigeret. Nec enim suo ipse consilio, sed a Deo jussus, venit C ad Jordanem: [d] *Ego enim*, inquit, *nesciebam eum: sed qui misit me baptizare in aqua, ille mihi dixit: Super quem videris Spiritum descendentem sicut columbam, & venientem super eum; hic est qui baptizat in Spiritu sancto.* Hac itaque ratione dici potest, quod ejus esca esset mel silvestre: silvestre enim est mel castitatis. Nam [e] *plenitudo legis Christus, ad justitiam omni credenti.* [f] *Sine fide autem impossibile est placere.* Et: [g] *Qui non credit in Filium, non habebit vitam æternam.*

Ὅσοι οὖν τὴν λαμπάδα τῆς ἁγνείας ἄσβεστον διετήρησαν, τὸν ἀμαράντινον ἀνεδήσαντο στέφανον τῆς ἀφθαρσίας. ὅσοι τὸν τῆς σωφροσύνης ἀτίμητον περιεποιήσαντο χιτῶνα, εἰς τὸν μυστικὸν τῆς δικαιοσύνης παραληφθήσονται νυμφῶνα. ὅσοι τοῦ ἀγγελικοῦ πλησιέστερον γεγόνασι βαθμοῦ, γνησιώτεροι τοῦ δεσποτικοῦ κατατρυφήσουσι μακαρισμοῦ. διὰ τοῦτο, ὅσοι τῆς δεσποτικῆς ἐγεύσαντο γλυκύτητος, τῆς εὐαγγελικῆς ἐπελάβοντο ἀκρότητος. ὅσοι τοῦ οἴνου καὶ τῶν σικέ-

V. Quotquot itaque virginitatis lampadem inexstinctam servaverunt, immarcescibilem perceperunt coronam immortalitatis. Quotquot inæstimabilem D castitatis tunicam comparaverint, ad mysticum justitiæ thalamum assumentur. Quotquot angelico propiores exstiterint gradui, majori ingenuitate ac perfectione, dominica perfruentur beatitudine. Quapropter quotquot dominicam gustaverunt dulcedinem, evangelicam apprehenderunt celsitatem. Quot-

a Isa. VII. 14. *b* I. Cor. XIV. 20. *c* Matth. III. 4. *d* Joan. I. 33. *e* Rom. X. 4. *f* Heb. XI. 6. *g* Joan. III. 36.

1. *Butyrum, & mel comedet*] Verba sunt *Isa.* VII. 15. in Virginis dicta filium: qui quidem πρωτοτύπως est ipse Christus: ex eo autem, omnes malitia parvuli a mystici lavacri partu, qui & ipsi sanctæ virginis ecclesiæ filii sunt, butyrumque & mel comedunt in signum innocentiæ. Sic plana Procli allegoria, non qualem Riccardus repræsentat. Nec ille quidquam alludit ad sanctissimum morem impertiendi Eucharistia recens baptizatos, ut ipse vult, sed ad illum alium quem diximus, dandi eis in cibum butyrum & mel. 2. Ισ. ἐσθίον.

3. *Summi frutices.* ἀκρίδες.] Vulg. *Locustæ:* æquivoca voce Græca ad utrumque. Multi patres eam Procli expositionem sequuntur, ac in iis, præceptor ejus Chrysostomus, cum aliis locis, tum homilia de Pœnitentia, & in D collationem ejusdem Joannis, quam ex reg. ms. integram nuper edidi. Male Riccardus, & contra fidem interpretis, sensu alio exponit, quam Proclus velit: *Esca ejus erat, locustæ.*

4. *Quam procul a sæculi agro.* πολὺ τῆς κοσμικῆς ἀπῴκισται χώρας.] Nihil clarius; at non clarum satis Riccardo ita reddenti: *alte in hujus mundi campo condita residet:* nemo certe eum sensum dederit τῷ, ἀποικίζεσθαι.

5. *Perflatili vaporatione* εὐριπίστου ἀναθυμιάσεως.] Ut constans in allegoria, fumum fumo declaret, ac sic habere Joannis animum ad carnalium cupiditatum fumos, uti mel silvestre ad fumum naturalem, & quo domesticæ apes solicitari solent. Parerga heic notata de Euripo, nec ab eo fumus sive vapor dicitur εὐρίπιστος· sed a ῥιπίζω· cujus nota significatio.

6. *Necdum credens in Dominum*] Fide nimirum explicatiori, ac credens venisse, quod ejus illata verba plane declarant: facitque hoc ad testimonii de Christo certitudinem, ad quod perhibendum solo divino instinctu ac afflatu inductus sit. Non potuit a parentibus discere, qui E defuncti sunt brevi post ejus nativitatem: at nec ab aliis, cum extra omnem humanam consuetudinem ageret in deserto, usque ad tempus ostensionis suæ, quando Spiritus illic Domini super eum factus est. Quæ adduntur: velut *non placeret, non esset visurus Deum*, cet. ampliatione quadam exponenda sunt, ut intelligantur pro eo tempore quo fides sufficienter proposita foret; ac quando jam explicator quæreretur: quo etiam modo potest exponi sententia Chrysostomi hom. de Fide & lege naturæ tom. VI. Ducæi, cum videtur docere, non fuisse Cornelium vere justum, ante quam a Petro doceretur. Non fuisse ejus in utero exsultationem motum liberum, & quo Deum vere agnoverit, tenet sanctus Doctor III. part. quæst. XXVII. art. III. & VI. in quod etiam inclinat Augustinus epist. LVII. ad Dardanum.

7. Apud Joan. μένον.

ρων ἀπέχονται τῆς ἡδυπαθείας, ἐκ τοῦ καινοῦ γεννήματος εὐφρανθήσονται τῆς ζωηφόρου φυτείας. ὅσοι τὸν σωματικὸν ῥῶγα ἄφθαρτον ἐκτήσαντο, τὸν πνευματικὸν καρπὸν τῆς εὐλογίας ἄφθονον ἐδρέψαντο. ὃν τρόπον, φησὶν, [1] εὑρέθη ὁ ῥὼξ ἐν τῷ βότρυϊ, καὶ ἐροῦσι· μὴ λυμαίνεσθε αὐτὸν, ὅτι εὐλογία κυρίου ἐστί. λέγει δὲ τὸν μακάριον Ἰωάννην τὸν εὐαγγελιστὴν, μόνον διαφυλαχθέντα καὶ σώματι καὶ πνεύματι ἄσπιλον ἐν τῷ ἀποστολικῷ βότρυϊ μέχρι σταφιδώσεως· τουτέστι, μέχρις βαθυτάτου γήρως. τοῦτο τὸ πρῶτον τοῦ Θεοῦ καὶ ἐξαίρετον δῶρον· τοῦτο τὸ φωτιστικὸν ἔλαιον τῆς διανοίας· τοῦτο τὸ καθαρὸν τῆς εὐωδίας θυμίαμα· τοῦτο τὸ πολύτιμον τῆς καρδίας μύρον· τοῦτο τὸ δόκιμον τῆς ψυχῆς ἄρωμα· τοῦτο τὸ ἀπαθέστατον τοῦ εὐώδους σώματος ἄνθος. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον ἀποθανὼν Ἀβὲλ, ἔτι λαλεῖ. ὧν γὰρ ἡ λαμπὰς μὴ σβέννυται τῆς παρθενίας, τούτων ἀθάνατον μένει τὸ κλέος τῆς ἁγνείας. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, μένει ἱερεὺς ὁ Μελχισεδὲκ εἰς τὸν αἰῶνα. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, τοῦ δεσποτικοῦ πάθους γίνεται τύπος ὁ Ἰσαάκ. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, θεὸς τοῦ Φαραὼ χειροτονεῖται ὁ Μωϋσῆς. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, τὰς δευτερευούσας τῆς βασιλικῆς ἀξίας ἡνίας παραλαμβάνει ὁ Ἰωσήφ. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, τοῖς σωματικοῖς πεζεύει ποσὶν ὁ Ἠλίας τὸν αἰθέρα. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, ἐκριζοῦν καὶ κατασκάπτειν τὰς βασιλείας ἐγχειρίζεται ὁ Ἱερεμίας. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, τῶν ἀνημέρων θηρίων ἐμφράττει τὸ στόμα ὁ Δανιήλ. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, φυλάττονται ἐν τῇ φοβερᾷ καμίνῳ οἱ τρεῖς παῖδες ἀβλαβεῖς. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, υἱοὶ βροντῆς προσαγορεύονται οἱ δύο τοῦ Ζεβεδαίου υἱοί. διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, πιστὸς καθίσταται καὶ φίλος τοῦ οὐρανίου νυμφίου ὁ Ἰωάννης. καὶ συντόμως εἰπεῖν· διὰ τοῦτο τὸ δῶρον, μήτηρ γίνεται τοῦ δεσπότου τῶν ἀγγέλων, ἡ ἐκ τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων καταγομένη, καὶ ἐκ τοῦ χοϊκοῦ διηρτημένη φυράματος· ἐγκύμων ηὑρέθη γενομένη ἐκ πνεύματος ἁγίου.

Ἐπειδὴ τοίνυν τρέχων ὁ λόγος τὸ δεύτερον κατέλαβε καταπέτασμα, ἐν ᾧ ξένης ὑποδείκνυται ὁδοῦ τὸ ἴχνος· ἀφανοῦς καινοτομεῖται πορείας ἡ τρίβος· τῆς δευτέρας ἀνοίγεται σκηνῆς τὰ προπύλαια· οὕτως ἀναφαίνεται τὰ ἀπρόσιτα· ἀνακλάμπεται τῶν ἀθεάτων τὸ πρόσωπον· φανεροῦται τὸ ὑπὸ τῶν χερουβὶμ σκιαζόμενον ἱλαστήριον. Χριστὸς γάρ, φησι, παραγενόμενος ἀρχιερεὺς τῶν μελλόντων ἀγαθῶν, διὰ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς, οὐ χειροποιήτου· τουτέστιν, οὐ ταύτης τῆς κτίσεως· εἰσῆλθεν ἐφάπαξ εἰς τὰ ἅγια. ἆρα καὶ μετὰ τὴν ἀποστολικὴν μαρτυρίαν τολμῶσί τινες κατὰ τοὺς ἄφρονας λέγειν· οὐκ ἔστι Θεὸς, ὁ καὶ γεννηθεὶς, καὶ προελθὼν ἐκ τῆς μείζονος καὶ τελειοτέρας σκηνῆς; πῶς δὲ καθ' ἡμᾶς ἦν κοινὸς ἄνθρωπος, ὁ ἐκ τοῦ παρθενικοῦ ὄρους ἄνευ χειρῶν τμηθεὶς λίθος· ὃν ὁ καταπατήσας, τουτέστι, τοῖς ἐκ γῆς διαπλασθεῖσι συναριθμήσας, ἀσυγγνώστοις ἐκδίδοται τιμωρίαις. πόσῳ γάρ, φησι Παῦλος, χείρονος ἀξιωθήσεται τιμωρίας, ὁ τὸν υἱὸν τοῦ Θεοῦ καταπατήσας, καὶ τὸ αἷμα τῆς διαθήκης κοινὸν ἡγησάμενος; καταθαρρήσωμεν, εἰ δοκεῖ, τοῦ ἡγιασμένου τῆς δευτέρας σκηνῆς τόπου, λυθέντος τοῦ νεκροῦ ὑποδήματος τοῦ συμπεποδισμένου τρόπου· οὔτε γὰρ ὁ ἱερεὺς εἰς τὸ

A quot [2] vitioſæ voluptatis vino & ſicera ſe ſe abſtinent, novo vivificæ plantationis genimine delectabuntur. Quotquot corporale acinum incorruptum obtinuerunt, ſpiritalem ubertim benedictionis collegerunt fructum. [a] *Quomodo*, inquit, *invenietur acinum in botro, & dicent: Ne perdatis illud, quia benedictio Domini eſt.* Porro indicat divinus ſermo beatum Joannem Evangeliſtam, qui ſolus in apoſtolico botro, donec ceſſit in uvam paſſam, id eſt, ad extremam uſque ſenectutem; corpore pariter ac ſpiritu incontaminatus ſervatus eſt. Hoc præcipuum eximiumque Dei donum eſt: hoc oleum quod mentem illuminat: hoc purum ſuavis odoris thymiama: hoc cordis unguentum pretioſiſſimum: B hoc probatiſſimum animi aroma: ſuaveolentis hoc corporis flos quam maxime immarceſcibilis. Propter hoc donum defunctus Abel [b], adhuc loquitur. Quorum enim virginitatis lampas non exſtinguitur; eorum immortalis permanet gloria caſtitatis. Ob hoc donum, [c] Melchiſedec ſacerdos manet in perpetuum. Ob hoc donum, [a] Iſaac [d] dominicæ paſſionis typus efficitur. Ob hoc donum, [e] Moyſes deus Pharaonis conſtituitur. Ob hoc donum, [f] Joſeph primus a rege, regiæ dignitatis habenas ſuſcipit. Ob hoc donum, [g] Elias corporeis pedibus incedit per æthera. Ob hoc donum, præficitur Jeremias, [h] ut regna evellat ac funditus evertat. Ob hoc donum, [i] immanium ferarum ora obſtruit Da- C niel. Ob hoc donum, [k] tres pueri illæſi in camino illo horribili ſervantur. Ob hoc donum, [l] filii Zebedæi, *tonitrui filii* nuncupantur. Ob hoc donum Joannes ille, fidelis & [m] *amicus ſponſi* cæleſtis conſtituitur. Atque ut verbo dicam; ob hoc donum, quæ genus ducebat ab hominibus, atque a terrena pendebat maſſa, Domini Angelorum Mater efficitur: [n] *Inventaque eſt in utero habens de Spiritu ſancto.*


VI. Quia ergo currens oratio ſecundum obduxit velum, in quo novæ viæ ac mirabilis ſubmonſtratur veſtigium; obſcuri itineris novo ſchemate ſemita deſignatur; ſecundi tabernaculi aperitur veſtibu- D lum: ſic inacceſſi panduntur adytus, refulget inviſibilium adſpectus, propitiatorium a Cherubinis obumbratum propalatur. [o] *Chriſtus* enim, inquit, *aſſiſtens pontifex futurorum bonorum, per amplius & perfectius tabernaculum, non manu factum: id eſt, non hujus creationis, introivit ſemel in Sancta.* Ulli ne ergo, poſt etiam Apoſtoli illuſtre adeo teſtimonium, cum inſipientibus audeant dicere, non eſſe Deum, eum qui natus eſt, exque ampliori ac perfectiori tabernaculo proceſſit? Quonam autem modo, communis homo exiſtimetur nobis ſimilis; qui [p] lapis ſine manibus e virginali monte præciſus fuit? quem qui conculcaverit, hoc eſt, cum terræ figmentis connumeraverit, nulla venia tormentis E addicitur, dicente Paullo: [q] *Quanto magis deteriora merebitur ſupplicia, qui Dei Filium conculcaverit, & ſanguinem teſtamenti pollutum duxerit?* Adeamus itaque cum fiducia, ſi lubet, ad ſanctificatum hujus ſecundi tabernaculi locum, ſoluto mortali calceo ir-

a Iſa. LXV. 8. *b* Heb. XI. 4. *c* Heb. VII. 3. *d* Gen. XXII. 2. *e* Exod. VII. 1. *f* Gen. XLI. 40. *g* IV. Reg. II. 11. *h* Jer. I. 10. *i* Dan. VI. 22. *k* Dan. III. 49. *l* Marc. V. 17. *m* Joan. III. 29. *n* Matth. I. 18. *o* Heb. IX. 11. 12. *p* Dan. II. 34. *q* Heb. X. 29.

1. Vat. εὑρεθήσεται.

2. *Iſaac dominicæ paſſionis typus*] Qui adhuc virgo fit juſſus offerri, quamquam poſtea dederit conjugio operam; uti & Moyſes prius dederat, poſt tantam illam Domino aſſiduitatem deinceps continens, ut ſanctus Epiphanius explicat hær. LXXVIII. ut non ſolum παρθενίαν & omnimodam ἁγνείαν, virginitatem ac perfectam caſtimoniam, qualis fuit utriuſque Joannis, decetque Deo ſacros homines, commendet ac laudet; verum etiam σωφροσύνην ac pudicitiam, quæ deceat ſæculares ac homines Chriſtiana ſobrietate quandoque conjugiis utentes. De aliis, Elia, Daniele, tribus pueris, Jacobo, cet. videri poteſt Riccardus, ac quos ille citat, Hieronymum, Epiphanium, cet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



ἄδυτον εἰσέρχεται, ἐὰν μὴ πάσης [1] ἑαυτοῦ χωρίσῃ λογισμῶν ἀτοπίας· οὔτε ὁ Μωϋσῆς, τὸ μέγα τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας δύναται ὄψεσθαι ὅραμα, ἐὰν μὴ πάντα παρέλθῃ τὰ ἀνθρώπινα πράγματα. οὕτω γὰρ ἔμαθεν, [2] ἡ ἀκανθώδης τῶν ἀνθρώπων φύσις, τῇ φωτιστικῇ, οὐ τῇ καυστικῇ θεότητος κοινωνεῖν φύσει. σύμβολον γὰρ ἔφερεν ἡ προσομιλοῦσα βάτος τότε τῷ πυρὶ, τῆς ἀσπόρως συλλαβούσης παρθένου τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν· τὸν ἥλιον τῆς δικαιοσύνης, τὸν ἐκ τούτου ἀνατέλλοντα τοῦ ἀμολύντου παστοῦ, ἵνα τὰ ἐθνικὰ ὕδατα θερμαίνῃ, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἵνα τῇ θερμότητι τῆς ἀγαθότητος, τὸν κρυμὸν διαλύσῃ τῆς διαβολικῆς δεινότητος· ἵνα τῇ λαμπρότητι τῆς θεότητος, τὴν νύκτα ἐκδιώξῃ τῆς ἀγνωσίας· ἵνα ταῖς φωτιστικαῖς ἀκτῖσι, τὴν ὑπ' αὐτοῦ γεναμένην καταυγάσῃ κτίσιν· ἵνα μηκέτι μηδεὶς προσκόπτῃ εἰς τὴν παρθενικὴν τῆς χάριτος ἡμέραν, ἐν τῷ φωτὶ τῆς ὀρθοδοξίας περιπατῶν κατὰ τὴν ὁροθετηθεῖσαν ἀσφαλῆ πίστιν, ἐν τῇ δωδεκαπλέθρῳ χώρᾳ τῶν ἀποστόλων, κατὰ τὸ εἰρημένον· οὐχὶ δώδεκα ὧραι εἰσὶ τῆς ἡμέρας; ἐάν τις ἐν τῷ φωτὶ περιπατεῖ, οὐ προσκόπτει.

A retitæ consuetudinis. Neque enim sacerdos penetrat intra adytum, nisi a se prius absonas omnes cogitationes abjecerit: nec [a] Moyses visionem illam magnam divinæ dispensationis videre potest, præter quam ubi humana omnia negotia transmisit. Sic enim spinosam hominum naturam cum divinitatis natura, quæ non comburat, sed illuminet, commercium habituram didicit. Rubus quippe, igni per id tempus commixtus, Virginis gessit symbolum, quæ verum illud lumen concepit sine semine: Solem, inquam, illum justitiæ, ex impolluto illo oriturum thalamo [b], ut juxta scripturam [3] gentilium aquas excalefaceret; ut bonitatis calore, diabolicæ pravitatis glaciem solveret; ut divinitatis splendore, ignorantiæ noctem fugaret; ut B coruscantibus radiis, creaturam illustraret quam condidisset: ut ne quis deinceps in virginalem gratiæ diem offenderet, in rectæ opinionis luce ambulans, juxta certo definitam fidem in apostolico duodecim jugerum agro, dicente scriptura: [c] *Nonne duodecim sunt horæ diei? Si quis in luce ambulat, non offendit.*

Πολλοὶ γάρ εἰσιν, οὐ μόνον εἰς τὸν οὐρανὸν, κατὰ τὸν Δαβὶδ, τὸ στόμα τιθέντες, ἀλλὰ καὶ τὴν γλῶσσαν ἐπὶ τῆς γῆς φέροντες, καὶ τὴν καθαρότητα τῆς παρθένου ἐγγύθεν πολεμοῦντες. ἵνα οὖν μὴ κατὰ τοὺς ἡδυπαθεῖς καὶ γεώδεις ἀνθρώπους, καὶ ἡμεῖς καταπίπτωμεν, ἀκούοντες τοῦ εὐαγγελιστοῦ λέγοντος· πρινὴ συνελθεῖν αὐτοὺς, εὑρέθη ἐν γαστρὶ ἔχουσα ἐκ πνεύματος ἁγίου· καὶ οὐκ ἐγίνωσκεν αὐτὴν, ἕως οὗ ἔτεκε τὸν υἱὸν αὐτῆς τὸν πρωτότοκον· μήπως ἐντεῦθεν μετὰ τὸν θεῖον τόκον νομίζεσθαι, τὴν μὲν παρθένον πεπαῦσθαι τῆς ἁγνείας· τὸν δὲ Ἰωσὴφ, ἔχεσθαι τῆς γαμικῆς συναφείας. παρακαλῶ οὖν τοὺς πνευματικοὺς πνευματικῶς δέχεσθαι τὰ πνευματικὰ, καὶ μὴ καταφέρεσθαι εἰς τὸ τῆς σαρκὸς πάθος, ἀγνοοῦντας τὸ τῆς γραφῆς βάθος. εἰ γὰρ πιστεύομεν κατὰ τὴν ἐν Χριστῷ καινὴν κτίσιν, μὴ εἶναι ἄρρεν καὶ θῆλυ, μηδὲ τὸ κίβδηλον προχωρεῖν νόμισμα τῆς σωματικῆς ἁμαρτίας ἐν τῇ πνευματικῇ πολιτείᾳ, μηκέτι τοῦ παλαιοῦ πολυπραγμονῶμεν ἀνθρώπου τὸ γήϊνον ἴχνος, μηδὲ τοῦ καρποῦ πάλιν ὀρεγώμεθα τῆς ξηρανθείσης συκῆς ἐκ ῥιζῶν διὰ τῆς δεσποτικῆς φωνῆς. οὐ δυνάμεθα γὰρ δύο κατὰ τὸ αὐτὸ φέρεσθαι χιτῶνας· οὐκ ἐγχωρεῖ ἐπὶ τὸ τῆς ἀφθαρσίας ἱμάτιον, δερμάτινον ἐπενδύσασθαι χιτῶνα. τίς γὰρ, φησι, κοινωνία φωτὶ πρὸς σκότος; μηδὲ τὴν εὐαγγελικὴν γνῶσιν, εἰς τὴν σωματικὴν ἀπαγάγωμεν μίξιν· μὴ τὴν μυστικὴν ἐξήγησιν, εἰς τὴν γαμικὴν ἐκλάβωμεν συνάφειν. τί ζητοῦμεν φυσικὴν ἀκολουθίαν, εἰς τὴν ὑπὲρ φύσιν οἰκονομίαν;

VII. Etenim multi sunt, qui non solum [d] *os suum in cælum ponant*, uti David ait: sed *& linguam ferant super terram*, Virginisque integritatem cominus impugnent. Ut ne igitur cum voluptuosis terrenisque hominibus nos quoque dilabamur, audientes Evangelistam in hæc verba loquentem:
C [e] *Ante quam ipsi convenirent, inventa est in utero habens de Spiritu sancto:* [f] *& non cognoscebat eam, donec peperit Filium suum primogenitum*; ne quando ex illis verbis existimaverimus, amisisse quidem beatam Virginem post divinum partum, virginitatem; Josephum vero nuptiale habuisse consortium. Obsecro itaque spiritales viros, ut spiritaliter spiritalia suscipiant, neve non percipientes altum sacræ scripturæ sensum, in affectum carnalem præcipites ferantur. Nam si credimus non esse masculum neque feminam, pro [g] *novæ in Christo creaturæ* ratione, [4] nec adulterinum corporalis peccati numisma progredi in vita spiritali; ne jam amplius curiose exquiramus veteris hominis terrestre vestigium; neve iterum fructum appetamus ficus illius,
D [h] quam sua Dominus voce radicitus arefecit. Non enim duas simul possumus gestare tunicas; nec fieri potest, ut incorruptionis veste amicti, pelliceam tunicam superinduamus. [i] *Quæ* enim, inquit, *societas luci ad tenebras?* Ne cognitionem quam dicit evangelium, ad corporalem mixtionem revocemus: neve mysticam narrationem, in nuptialem assumamus conjunctionem. Ut quid in sacramenti quod naturam superat dispensatione, naturalem exquirimus consecutionis rationem?

Μάθωμεν ποίαν ἔχει ἔννοιαν τοῦ Ἰωσὴφ ἡ ἄγνοια. τὸ τελούμενον ἐν τῇ παρθένῳ μυστήριον οὐκ ἐγνώριζε.

VIII. Discamus quem Josephi ignoratio sensum
E habeat. Nimirum nesciebat mysterium quod in Vir-


a Exod. III. 5. *b* Isa. LXIV. 2. *c* Joan. XI. 9. *d* Psalm. LXXII. 9. *e* Matth. I. 18. *f* Ibid. ṽ. 25.
g Gal. VI. 15. *h* Marc. XI. 14. Matth. XXI. 19. *i* II. Cor. VI. 14.

1. Γρ. ἑαυτόν. 2. Ισ. τὴν ἀκανθώδη φύσιν.

3. *Gentilium aquas.* τὰ ἐθνικὰ ὕδατα θερμαίνῃ·] Subjuncta verba, κατὰ τὸ γεγραμμένον· palam indicant alludi ad scripturæ locum aliquem; nec alius occurrit quam qui exstat *Isa.* LXIV. 2. quo dominicus adventus instar ignis significatur, facientis ebullire ac effervere aquas. חמסים קיםבקרח אש· Pagninus: *Sicut aquam bullire facit ignis.* Vulg *aquæ arderent igni.* Significatur effectus divini adventus ad vindictam, tametsi Proclus allegoria transfert ad adventum Domini ad salutem, quo vere efferbuerunt aquæ gentilium divino ejus igne. LXX. καὶ κατακαύσει πῦρ τοὺς ὑπεναντίους· *Et comburet ignis adversarios*: quod ipsum potuit respicere Proclus, ac tum ex eo, tum ex aliis, ac Hebraica veritate, habere τὰ ἐθνικὰ ὕδατα. Siquidem, *Aquæ multæ; populi multi.* Apoc. XVII. 15.

4. *Adulterinum corporalis peccati numisma*] Multa Riccardus in vocem νόμισμα, sed quibus dumtaxat declaret vocem; ne verbum quidem quo explicet mentem Procli, quam nec reddidit, mutato antecedenti in consequens, ac liberius commutatis aliis, uti collata versio docebit. Numisma illud peccati, haud aliud sit, quam quod præcedenti cholo dixerat, ut alterum altero explicet; ipsa nimirum sexuum discretio, occasione peccati inducta, & ex illius prævisione; ut nimirum crasso illo ac brutali modo mutuæ conjunctionis propagaretur humanum genus futurum mortale a peccato, diviniori ac altiori modo propagandum, ut immune a peccato immortale mansisset: estque ea opinio trita Græcis patribus, ac in iis Amphilochio in Peccatr. & Gregorio Nysseno lib. de Opificio hominis, de qua dicta sufficiant ad præfatum Amphilochium.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
438.



ποίε διάκον۞ ὑπῆρχε θαύματος. ἐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ὁ προφητευόμεν۞ Χριςὸς, ἐκ τῆς μεμνηςευμένης αὐτῷ ἐτίκτετο γυναικός. ἐκ ἤδει ὅτι ὁ κατὰ Μωϋσέα Προφήτης, ἐκ τῆς ἀπειρογάμε προήρχετο κόρης. οὐκ ἐμνήσκετο ὅτι ναὸς ἠδύνατο γενέσθαι Θεοῦ, ὁ ἐκ [2] τῦ ἀγαθῦ πεπλασμένη πηλοῦ. ἐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ταῖς ἀχράντοις τοῦ δεσπότου χερσὶ, ἐκ τοῦ παρθενικοῦ πάλιν πλάττεται παραδείσου ὁ δεύτερ۞ Ἀδάμ. οὐκ ἤδει ὅτι ὁ ἄρχων τῆς ξηρᾶς, δημιουργεῖται ἄνευ σπορᾶς. οὐκ ἐγίνωσκεν ὅτι ἡ Ἰσραηλιτικὴ ποτὲ γῆ, τὸν ζωοποιὸν δώσει καρπόν· [καὶ ἡ γῆ ἡμῶν, φησι, δώσει τὸν καρπὸν] αὐτῆς. ὠγκώθη τῆς παρθένου ἡ κοιλία, καὶ ἐτρώθη τοῦ Ἰωσὴφ ἡ καρδία. εἶδε τὴν ἔπαρσιν τῆς γαςρὸς, καὶ ἀπέγνω τῆς ἁγνείας τὸ μυςήριον παντελῶς. ἐθεώρησεν ἐγκύμονα, καὶ εἰς μέγιςον κατέπεσε κλύδωνα. προσέσχε πεφορτωμένην, καὶ ὑπενόησε πεφθαρμένην. οὐκ ἔςιν ἡ τῆς γνώσεως ἀςτέρησις, συνουσίας ὑποπτεύσις, ἀλλ' ἐπίτασις ἀπιςίας· κατηγορίας, καὶ οὐ μακροθυμίας τὸ πρᾶγμα. ἤκουε τοῦ λέγοντ۞ ἀγγέλου· μὴ φοβηθῇς παραλαβεῖν τὴν γυναῖκά συ· καὶ [4] μακροτέραν ποιεῖ τοῦ δισταγμοῦ τὴν μελέτην. οὐ πιςτεύω, φησὶ, τὴν σύλληψιν, ἐὰν μὴ κατίδω τὴν γέννησιν. ἐὰν μὴ θεάσωμαι τὸ [5] βρέφ۞, οὐκ ἀπελαύνω τῆς ἀγνωσίας τὸ νέφ۞. ἐὰν μὴ ὄψομαι τὸν πρωτότοκον [6] υἱὸν, οὐκ ἀποφορτίζομαι τὸν ἀτοπώτατον λογισμόν. ἐὰν μὴ ἴδω τὸν νοητὸν ἥλιον ἐπαρθέντα, οὐ πείθομαι ὅτι ἡ νοητὴ σελήνη μενεῖ ἐν τῇ τάξει τῆς παρθενίας. [7] τί δέ; τῦτον περιπτύξομαι τὸν λογισμὸν, καὶ ἐκ ἔρχομαι εἰς τὸν χωρισμόν; ἔρχομαι· ὅτω γὰρ τῶν ἀνθρώπων κἀμὲ ἐκκλῖναι τὸν ὀνειδισμὸν, καὶ ταύτην τὸν [8] ἔννομον διαφυγεῖν σωφρονισμόν. ὁποίων γὰρ ἀπήρξατο πρὸς αὐτὴν λόγων, ἀπιςῶν εἰς τὸν θεῖον [9] λόγον ἀκέσωμεν.

Ἄπιθι μακρὰν τῆς Ἰεδαϊκῆς συγγενείας, τῆς ἐθνικῆς [10] ἀπολαβοῦσα ἀκαθαρσίας. εἶτα καὶ ἡ ἁγία παρθένος πρὸς τὴν βαρεῖαν ἐπιτίμησιν πραεῖαν ἐδίδου ἀπόκρισιν, λέγουσα· βεβηλωμένην ἐννοεῖς, ὅτι ὠγκωμένην με θεωρεῖς; πρὸς τοῦτο [ὁ] Ἰωσήφ· γυναικὸς οὐκ ἔςι κοσμίας, ἀλλότρια φρονεῖν εὐσεβείας. ἡ ἁγία λέγει· δοκιμάζων τρόπον πορνείας, ἐ δίδως τόπον ἀπολογίας; καὶ ὁ Ἰωσήφ· ἐπιμένεις γὰρ ἀρνουμένη, [οὕτως ἐγκύμων γενομένη;] καὶ ἡ ἁγία· ζήτησον τὸ ἀψευδὲς πιςῶς τῆς προφητικῆς προῤῥήσεως, καὶ μαθήσῃ σαφῶς ἐξ αὐτῆς τὸ καινοπρεπὲς τῆς δεσποτικῆς συλλήψεως. καὶ ὁ Ἰωσήφ· ἠθέτησας τὸ εὐσεβὲς συνοικέσιον; ἥξεις, ὅτι ἐκ ἐλπίζεις, εἰς τὸ

A gine peragebatur; cujus, inquam, miraculi foret minister. Nesciebat prophetarum oraculis prænuntiatum Christum ex desponsata sibi uxore nasciturum. Non noverat [1] Prophetam illum [a] Moysi similem ex puella innupta processurum. Non meminerat potuisse eam effici Dei templum, quæ ex mundo erat formata luto. Latebat eum, ex virginali rursus paradiso intemeratis Domini manibus plasmari secundum Adam. Non cognoscebat terræ Principem sine semine procreari. Non intelligebat Israeliticam quandoque terram, fructum daturam vivificum: [b] *Et terra*, inquit, *nostra dabit fructum suum*. Intumuit Mariæ uterus, & Josephi cor sauciatum est. Ventris tumorem vidit, ac castitatis

B mysterium deploratum omnino habuit. Inspexit gravidam, & in maximam incidit agitationem. Attendit onustam prole, venitque in mentem fuisse vitiatam. [3] Non est cognitionis defectus, suspectus concubitus, sed incredulitatis contentio. Habet res criminationem, non longanimitatem. Audivit dicentem Angelum: [c] *Ne timeas accipere Mariam conjugem tuam*, amplioremque dubietatem meditatur. Non credam, inquit, conceptionem, nisi videro nativitatem. Nisi lumen aspexero, ignorantiæ nebulam minime dispellam. Nisi primogenitum oculis ipse cernam, nimis absurdam cogitationem numquam excutiam. Nisi spiritalem Solem elevatum spectavero, haud umquam spiritalem Lunam in virginitatis ordi-

C ne permanere credam. Quid vero? Hanc animo cogitationem foveam, nec ad separationem procedam? Procedam utique: Sic enim, cum ego hominum declinabo convicia, tum ipsa, sancita lege effugiet supplicia. Nam rogo, audiamus, quibus eam verbis affari ceperit, cum divino incredulus esset oraculo.

IX. *Procul abi a Judaica cognatione, quæ sis effecta particeps gentilitiæ impuritatis.* Tum sacra Virgo, lene respondens gravi adeo increpatione lacessenti: *Vitiatam me cogitas, eo quod tumentem ventre intueris;* Ad hæc Joseph: *Non est honestæ mulieris, ut ea sapiat quæ sunt aliena a lege pietatis.* Cui Sancta: *Qui judices mores fornicarios,*

D *locum purgationis non præbes?* At Joseph: *Perstas negans, quæ sis ita effecta prægnans?* Cui Sancta: *Exquire fideliter prophetici oraculi veritatem* [d], *exque eo liquido scies conceptionis dominicæ præclaram novitatem.* At Joseph: *Nullam pii connubii habuisti rationem? cum non putaveris,* [11] *ad districtum*

a Deut. XVIII. 15. 18. Act. III. 22. *b* Psalm. LXXXIV. 13. *c* Matth. I. 20. *d* Isa. VII. 14.

1. *Prophetam illum Moysi similem.* ὁ κατὰ Μωϋσέα προφήτης· καθ' ἐμέ·] Deut. XVIII. 15. 18. repetitum a Stephano *Act.* III. 22. nec bene satis Riccardus: *Prophetam a Moyse signatum*; aliud certe, ὁ καθ' ἡμᾶς ἄνθρωπ۞· quam *homo a nobis designatus*: nempe *homo nobis similis*: quod passim Christum vocant theologi. Quod porro spectat ad expositionem, quam sic multis dialogismo hoc Proclus prosequitur, ut Joseph non cognoverit Mariam, donec illa peperisset: id est, nesciverit divinum in ea mysterium ante Domini nativitatem; videri illa possit minus favere tantæ illi Josephi sanctitati, quanta decebat sponsum Virginis. Ut tamen gratiæ in Apostolis œconomiam attenderimus, utque ea toto Domini incolatus tempore rudes adeo permiserit, haud ita absurdum videatur, ut & Joseph haud absimili modo, post etiam oraculum, nonnihil dubius ac animi anceps, pro tanta sacramenti sublimitate ac novitate, permanserit. In Zacharia cui tantum prædictus esset partus sterilis, toties jam in aliis exhibitus, incredulitas gravior fuit; cum præsertim ille sacerdos esset, quem sacra historia non lateret: in Josepho autem qui faber esset, & cui majus omnibus sacramentum conceptus virginalis revelatum esset, longe excusabilius sit, ut non statim integram omnino fidem adhibuerit Angelo, nec plene cognoverit quod Spiritus sanctus in sponsa operatus esset, donec ab edita demum prole amplior gratia affulsisset. Fuerit itaque ab oraculo persuasus ut ne dimitteret sponsam; non tamen ut omnem prorsus dubitatem abjiceret. Nihil certe videtur obstare, ut ne æstus ejusmodi cogitationum qualem describit Proclus, ad probationem viri sancti toto illo tempore permissus sit: tametsi Hieronymi ac aliorum expositio videtur germanior, ut sermo sit de cognitione per copulam carnalem, quam neget Evangelista præcessisse Christi nativitatem, nec dicat secutam esse. Idem cum Proclo sentiunt alii, in quibus Athanasius hom. in descriptionem sanctæ Mariæ. Ipsa

E porro sancta Maria, quam ipsam Proclus in sequentibus ob mysterii incomprehensibilitatem, dubitantem inducit, citius persuasa fuit, ad cujus, uti & sponsi in ejusmodi dubitatione defensionem, satis videantur, quæ Proclus idem scripsit.

2. Reg. τοῦ καθαροῦ.

3. *Non est cognitionis defectus*, cet.] Sensus est: Nedum jam ignorantis esse, quod sic Joseph suspectam habeat conjugem, sed & impensioris incredulitatis: post nimirum Angeli responsum.

4. Male edit. μακαριωτέραν.

5. Reg. φῶς. 6. Reg. deest, υἱόν.

7. Edit. τί δὲ τῦτο· περιπτύσσομαι.

8. Male edit. ἄνομον· 9. Edit. τόκον.

10. Reg. μεταλαβοῦσα.

11. *Ad districtum ratiocinium.* εἰς τὸ ἀκριβὲς λογοθέσιον·] Quo probanti Deo per aquas redargutionis reddenda sit ratio, uti præscribitur *Num.* V. 18. seqq. ita etiam Riccardus. Liber apocryphus Jacobi nomine, nedum Ma-

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
438.



ἀκριβὲς λογοθέσιον; καὶ ἡ ἁγία· θέλεις οὖν ἐξ ὑπονοίας καταδικασθῆναι τὴν ἐκ συνουσίας μὴ καθυβρισμένην; καὶ ὁ Ἰωσήφ· ἴσως εἰμὶ τῶν καλῶς βιούντων, καὶ πῶς σε δύναμαι δοῦναι εἰς χεῖρας τῶν ταῦτα κρινόντων; καὶ ἡ ἁγία· κρινεῖ μοι κύριος ταύτην τὴν ἁμαρτίαν, ὁ χωρήσας ὡς οἶδεν, εἰς τὴν ἐμὴν κοιλίαν. καὶ ὁ Ἰωσήφ· λυπεῖ σε τὸ ἀπαραμύθητον τῆς λοιδορίας; δεῖξον οὖν τὸ ἀνεπιβούλευτον τῆς ἁγνείας. καὶ ἡ ἁγία εἶπεν· μεῖνον τὸν νενομισμένον τοῦ ἐμβρύου χρόνον, καὶ ὄψει τὸν ἡγιασμένον τοῦ κυρίου τόκον. καὶ ὁ Ἰωσήφ· νομίζεις δι' ὑπερόγκων ῥημάτων τὴν φρόνησιν παρακρούσασθαι τῆς ἐμῆς πολιᾶς; καὶ ἡ ἁγία· ξένα σοι φαίνεται, [οἶδα,] τὰ ῥήματα, ἕως ἂν ἴδῃς τὰ παράδοξα πράγματα. καὶ ὁ Ἰωσήφ· οὐ βούλομαί σου διαζευχθῆναι διὰ τὴν [1] Ἰουδαικὴν συγγένειαν· καὶ οὐ δύναμαι πάλιν παραβῆναι τὴν νομικὴν ἀκρίβειαν. καὶ ἡ ἁγία· πείσθητι ὅτι ἡ ῥίζα αὐτομάτη ἐβλάστησε τοῦ Ἰεσσαὶ, τὸ ἀμάραντον ἄνθος τῆς ζωῆς. καὶ ὁ Ἰωσήφ· ῥίπτω τῶν ἀτόπων λογισμῶν τὴν ἐπανάστασιν, ὅτε δεσπότου τῶν ὅλων κατίδω τὴν γέννησιν. καὶ ἡ ἁγία· [2] στέργω μέν σε ἀπαθῶς διὰ τὸν νόμον ὡς μνηστῆρα· οὐ θέλω δέ σε προσκροῦσαι προπετῶς διὰ τὸν τόκον [3] εἰς τὸν σωτῆρα. καὶ ὁ Ἰωσήφ· τοῦτο γὰρ κἀγὼ εὐλαβούμενος, ὑπομένω σου τέως μὴ χωριζόμενος. καὶ ἡ ἁγία· ὑπομνήσθητι καὶ τὴν [4] ἐπηγγελμένην παρουσίαν τοῦ κυρίου, καὶ ἐκκλίνῃς τὴν προσγενομένην σοι ἐκ τοῦ πονηροῦ ἀπιστίαν. καὶ ὁ Ἰωσήφ· φοβηθεὶς τὴν ὑπερβάλλουσαν τοῦ σώματος εὐμορφίαν, ἐδεξάμην εὐχερῶς τὴν μὴ πρέπουσαν τοῦ πράγματος ὑποψίαν. καὶ ἡ ἁγία· χρῆσον οὖν τὸ δόκιμον τῆς μακροθυμίας δηνάριον, ἵνα κτήσῃ τὸ αἰώνιον τῆς βασιλείας καταγώγιον. καὶ ὁ Ἰωσήφ· ψηφίζω τὴν εὐαρίθμητον ἀπαρτὶ τοῦ χρόνου συμπλήρωσιν, ἵνα θεωρήσω τὴν ἀδιήγητον τοῦ δεσπότου ἐνανθρώπησιν. καὶ ἡ ἁγία· [6] ὦ Ἰωσήφ, τότε παρὰ πάντων μακαρισθῶμεν, ὅτε τοῦ πάντων δημιουργοῦ γονεῖς κληθῶμεν.

ratiocinium ventura es. Cui Sancta: *Ergo ne ex mera damnandam censes suspicione eam, quæ nullo vitiata concubitu est?* Joseph autem: *Videar forte probatæ vitæ: quei te ergo possim in eorum manus qui sic judicant, tradere?* Cui Sancta: *De hoc me peccato Dominus judicabit, qui ut novit ipse, in meum uterum penetravit.* At Joseph: *Te ne turbat indeprecabile hoc convicium? Proba ergo illæsam castitatem.* Sancta ad eum: *Exspecta statum infantis in utero tempus, & sanctificatum spectabis partum dominicum.* At Joseph: *Putas ne tumido isto verborum fastu, meæ canitiei sensum circumvenire posse?* Cui Sancta: *Nova & incredibilia videntur, scio, isthæc verba, quoad perspicias admirabilia illa & inopina facta.* Joseph autem: *Nolim propter Davidicam cognationem divortium facere; nec rursum vel latum unguem possim a legis accurata ratione discedere.* At Sancta: *Crede jam radicem Jesse* [a], *ultro germinasse immarcescibilem florem vitæ.* Ad quam Joseph: *Acres absurdarum cogitationum impetus propulsabo, cum Domini universorum nativitatem videbo.* Sancta vero: *Te quidem vere uti sponsum propter legem amo; nolim vero ut partus caussa temere offendas in Salvatorem.* Cui Joseph: *Hoc namque veritus ego, huc usque distuli a te recedere.* At Sancta: *Condicti memento adventus Domini, adscitamque tibi caveris a maligno incredulitatem.* Joseph autem: *Tuam illam veritus immensam corporis venustatem, sinistram facile admisi rei suspicionem.* Sancta porro: [5] *Probatum ergo commoda patientiæ denarium* [b], *quo æternum regni comparaveris stabulum.* Cui Joseph: *Computo facile numerabiles complendi temporis dies, quo Dominum ineffabiliter videam factum hominem.* At Sancta: *Tunc o Joseph, omnium ore beati prædicabimur, cum universorum conditoris parentes nominabimur.*

Τότε λοιπὸν τίς ἦν ἡ παρθένος ὁ Ἰωσὴφ ἐπληροφορήθη, ὅτε καὶ τίς ἦν ὁ γεννηθεὶς ὑπὸ τοῦ ἀγγέλου ἐδιδάχθη. ἐγερθεὶς γάρ, φησι, παράλαβε τὸ παιδίον, καὶ τὴν μητέρα αὐτοῦ. οὐκέτι λέγει, τὴν γυναῖκά σου. ὁ δυνάμενος χωρεῖν, χωρείτω. τότε τὴν τῆς ψυχῆς ἀπέθετο δειλίαν, ὅτε τὴν ἀγγελικὴν ἐθεάσατο χοροστασίαν. τότε τὴν γαστέρα ἐμακάρισεν, ὅτε τὸν ἀστέρα κατενόησε. τότε τοὺς λογισμοὺς τῶν σαρκικῶν ἀπέθετο γάμων, ὅτε τοὺς θησαυροὺς τῶν ἀνατολικῶν ἐδέξατο μάγων. τότε ἑαυτὸν ἐταλάνιζεν, ὅτε Συμεὼν τὸ βρέφος ἐβάσταζε, καὶ ὡς Θεὸν ἐδόξαζε· καὶ ἣν πρότερον ἀπεστρέφετο ὡς ἀκρατῆ, ὕστερον ἀπεδέχετο ὡς ἁγνήν. ἣν ἐλοιδόρει ὡς [8] ἄχραντον, ὑμνολόγει ὡς ἄμεμπτον· ἣν ἀπήλαυνεν ὡς βέβηλον, ἱκέτευεν ὡς ἄσπιλον· ἣν [9] ἀπωθεῖτο ὡς ἀναιδῆ, περιεποιεῖτο ὡς θεοφιλῆ· ἣν ἐκάλεσε δημοσίᾳ μαινάδα, παρεκάλει ὡς ἁγίαν ἀμνάδα. οὕτως ὁ Ἰωσήφ, ἕως οὗ ἔτεκεν ἡ παρθένος τὸν κύριον, οὐκ ἐγίνωσκε τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον. ἕως οὗ ἐβλάστησε τὸν καρπὸν τῆς σωτηρίας, ἀμφέβαλεν εἰς τὸ ἄφθαρτον δένδρον τῆς ἁγνείας. ἕως οὗ ἐπελεσφορήθη τὸ δράγμα τῆς χαρᾶς, οὐκ ἐξηράνθη ἡ ὑποψία τῆς φθορᾶς. οὐκ ἔστιν ἡ τοιαύτη ἀγνωσία, τοῦ δικαίου κατηγορία·

X. Tunc demum Joseph, quænam esset Virgo certo comperit, cum etiam quisnam esset qui natus erat, ab Angelo didicit. [c] *Surgens* enim, inquit, *accipe puerum, & matrem ejus.* Non jam amplius dicit, *Conjugem tuam.* [d] *Qui potest capere capiat.* Tunc animi timiditatem excussit, cum angelici chori tripudium vidit. Tunc beatum edixit uterum, cum [e] stellam consideravit. Tunc carnalium nuptiarum cogitationes abjecit, cum magorum orientis thesauros accepit. [7] Tunc se ipse deplorabat, cum [f] Symeon infantem gestabat, atque ut Deum glorificabat: quamque prius quasi incontinentem aversabatur, eam postea ut pudicam & castam complectebatur: cui ut impudicæ conviciabatur, huic ut irreprehensæ ac inculpatæ habebat laudem: quam ut profanam repellebat, supplex ut illibatam observabat: quam ut impudentem protrudebat, ut piam ac religiosam sibi vendicabat: quam publice mænadam vocitaverat, ut agnam sanctam obsecrabat. Ita plane Joseph: Non cognoscebat dispensationis mysterium, donec Virgo perperisset Dominum. Hæsitavit anceps de incorrupta castitatis arbore, donec illa fructum salutis germinasset. Non exaruit in eo corruptionis

a Isa. XI. 1. b Luc. X. 35. c Matth. II. 13. d Matth. XIX. 12. e Matth. II. 2. f Luc. II. 27.

riam, sed & Josephum habet vocatum ad illud ratiocinium, ac divino judicio probatum; cujus eadem esset atque Mariæ suspicio criminis; rei nimirum male cum Maria habitæ, quam Deo dicatam Virginem in custodiam, ac ceu depositum accepisset.

1. Reg. Δαυιτικήν. 2. Edit. στέργω μέν σε ἀληθῶς.
3. Reg. εἰς τὸν Θεόν. 4. Edit. ἐπαγγελλομένην.
5. *Probatum commoda denarium*] Plana allusio ad parabolam Samaritani *Luc.* X. 35. Riccardus obscurat: *Probato utere denario*, cet.
6. Reg. ὦ πρεσβῦτα.
7. *Se ipse deploravit.* ἑαυτὸν ἐταλάνιζεν·] Uti solent quos bonum aliquod latuit; sive etiam qui peccaverunt aliquid ignorantia. Riccardus non bene sua pro probatis Procli substituit.
8 Edit. male ἄχραμον. 9. Edit. male ἀπωχεῖτο.

οὐδὲ ἔστιν ὑπὸ κατάγνωσιν, ὅτι τῇ θείᾳ συλλήψει ἐξ ἀγνοίας ἐπήνεγκε μέμψιν. ᾧ γὰρ ὁ Θεὸς μαρτυρεῖ δικαιοσύνην, τίς τούτῳ δύναται ἐπαγαγεῖν ἀφροσύνην; οὕτω γὰρ ἦν τὸ μυστήριον ἀκατάληπτον ἀνθρωπίνῃ διανοίᾳ, καὶ τοσοῦτον τοῦ μυστικοῦ ἐτύγχανε τόκου τὸ παράδοξον· ὅπου γε καὶ αὐτὴ ἡ ἁγία παρθένος τὸν Θεὸν Λόγον ἐβάσταζε, καὶ εἰς τὸν τοῦ ἀρχαγγέλου λόγον ἐδίσταζε· τῷ σαρκουμένῳ ἐξ αὐτῆς ἔσωθεν ἔχαιρε, καὶ τῷ διαλεγομένῳ ἔξωθεν πρὸς αὐτὴν ἀντέλεγε· τὸν θησαυρὸν τῆς ζωῆς περιεπτύσσετο, καὶ τὸν ἀσπασμὸν τῆς φωνῆς ἐλογίζετο.

A suspicio, donec lætæ segetis manipulus ad maturitatem venisset. Nihil ignoratio ejusmodi vitio justo crimini est; nec ullo modo est reus, quod ignorans divinam incusaverit conceptionem. Cujus enim Deus justitiam testimonio approbat, ei quis insipientiæ crimen inferat? Adeo enim erat humana mente incomprehensibile sacramentum, adeoque mirabile arcani partus miraculum; quando & Sancta ipsa Virgo Deum gestabat Verbum, ancepsque animi erat de Angeli verbo: gaudebat intus de incarnato ex ipsa; eique qui foris alloquebatur, contradicebat: complectebatur thesaurum vitæ; vocemque salutationis animo volvebat.

Πῶς ἔσται μοι τοῦτο φησὶν, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω; ἀγνοῶ τοῦ ῥήματος τὸ σαφὲς, καὶ πῶς γνώσωμαι τοῦ πράγματος τὸ θεοπρεπές; καὶ ἀρχάγγελος πρὸς αὐτήν· ἀπαιτεῖς οὖν τὰ ἀγγελικὰ τάγματα, ἄῤῥητα δημοσιεύειν ῥήματα; καὶ ἡ ἁγία πρὸς τὸν ἄγγελον· [1] βλάβην ἔχει τὰ τῆς ἐπερωτήσεως, ἐὰν φανερωθῇ τὰ τῆς συλλήψεως; καὶ ὁ ἄγγελος· βλέπεις τὸν εὐαγγελιζόμενον Γαβριὴλ, καὶ ἐνδοιάζεις τὸν μηνυόμενον Ἐμμανουήλ; καὶ ἡ παρθένος· γυναικείας οὖν φύσεώς ἐστι, τὸν δεσπότην γεννῆσαι τῆς [2] κτίσεως; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· γήϊνον ἔχουσα φρόνημα, πῶς δύνῃ μαθεῖν τὸ οὐράνιον βούλευμα; καὶ ἡ ἁγία· [3] δέξομαι οὖν τὸν λόγον σου ἀναμφίβολον, καὶ μὴ περιεργάσομαι τὸν τόκον τὸ σύνολον; καὶ δύναται ἐν κοιλίᾳ χωρηθῆναι, ὁ τοῦ πατρὸς μὴ δυνάμενος χωρισθῆναι; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· διδαχθήσῃ, ὡς ἐγχωρεῖ, τὸ μυστήριον, ὅταν περιλήψῃ χειρὶ τὸν κύριον. καὶ ἡ ἁγία· ἐθεάσω χώραν βλαστήσασαν δράγμα, μὴ πρότερον δεξαμένην σπέρμα; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· [4] ἐδέξω τὴν ὑπὲρ φύσιν χαρὰν, μὴ ἔτι λογίζου τὴν κατὰ φύσιν φθοράν. καὶ ἡ ἁγία· ζυγὸν οὐδέποτε ἐβάστασα ἀνδρὸς, καὶ πῶς ἔχω γενέσθαι μήτηρ παιδός; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· ζητεῖς γὰρ γαμικῆς πράξεως σύνοδον, ὅπου δεσποτικῆς δυνάμεως γίνεται κάθοδος; καὶ ἡ ἁγία· ἤθελον ἐντελῶς τυχεῖν πληροφορίας, ἵνα ἰσχύσω παντελῶς ἀποφυγεῖν ἀδημονίας. καὶ ὁ ἀρχάγγελος· ἦλθον ἀναγγεῖλαί σοι τὰ δεδογμένα τῷ κτίστῃ τῶν ἁπάντων· μὴ γὰρ ἑρμηνεῦσαί σοι τὰ κεκρυμμένα ἀπὸ πάντων; καὶ ἡ ἁγία· Θεοῦ ἄγγελος πιστὸς ὑπάρχεις, καὶ τὰ [τοῦ] Θεοῦ δυνατὰ ἀκριβῶς οὐκ ἐπίστασαι; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· θέλεις μαθεῖν τὰ ὑπὲρ σέ; πίστευσον εἰς τὸν θελήσαντα γενέσθαι κατὰ σέ. καὶ ἡ ἁγία· ἴσως τὸ εἶδος οὐκ ἐγχωρεῖ ἐξαγγεῖλαί μοι τοῦ μὴ περιγραφομένου, κἂν τὸ ἴχνος μοι μόνον ὑπόδειξον τοῦ ποθουμένου. καὶ ὁ ἀρχάγγελος· ἴσθι δεχομένη τὰ λεγόμενά σοι πνευματικῶς, καὶ ὄψει πῶς ἀείσῃ μακαριζομένη εἰς τὰ τελούμενα μυστικῶς. καὶ ἡ ἁγία· καὶ πιστεύσω ὅτι ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ Θεοῦ, συγγενὴς γίνεται ἐμός; ὁ σύνθρονος τοῦ πατρὸς, σύσσωμος γυναικός; καὶ ὁ ἀρχάγγελος· καρπὸς τῆς ἀνθρωπότητος, ἡ μεγαλοπρεπὴς ἐξουσία, ὁμοιοπαθὴς τῇ πτωχείᾳ. καὶ ἡ ἁγία· λίαν θαυμάζω, πῶς τὸ ἀπαύγασμα τοῦ πατρὸς, γίνεται γέννημα γυναικός. καὶ ὁ ἀρχάγγελος· λαθεῖν βουλόμενος τὸν ἐχθρὸν, ὁ σύνθρονος τῆς πατρικῆς ὑποστάσεως, γίνεται σύμμορφος τῆς δουλικῆς τάξεως. καὶ ἡ ἁγία· μαθεῖν ἤθελον, πῶς ἡ μεγαλοπρεπὴς ἐξουσία, ὁμοιοπαθὴς τῇ πτωχείᾳ. καὶ ὁ ἀρχάγγελος· μὴ γὰρ τῆς θνητῆς περιβαλλόμενος φύσεως τὸ ἔνδυμα, ἀποβάλλεται τῆς ἀθανάτου δυνάμεως τὸ διάδημα; μὴ γὰρ ἐν τῇ χοϊκῇ ἐρχόμενος εὐτελείᾳ, τὴν βασιλικὴν ἀποτίθεται δυναστείαν; μὴ γὰρ τὴν εἰκόνα λαμβάνων τῆς ἀνθρωπότητος, τὴν ἀξίαν ἐλαττοῖ τῆς θεότητος; μὴ γὰρ ἡ συγκατάβασις τῆς εὐσπλαγχνίας, τῆς οὐσίας

B XI. [a] *Quomodo*, inquit, *erit mihi istud, quoniam virum non cognosco? Nescio quid verbum aperte velit; & quei divinam rei majestatem scire possim?* Cui Archangelus: *Exposcis ergo angelicos ordines arcana evulgare verba?* Sancta vero ad eum: *Quidquam ne noceat interrogatio, ut fuerit manifestata conceptio?* At Angelus: *Gabrielem vides fausta nuntiantem; deque Emmanuele dubitas, quem is fauste annuntiat?* Ad quem Virgo: *Ergo muliebris sit naturæ, ut Dominum ipsum natura gignat?* Cui Archangelus: *Quæ terrenum habeas sensum, quei possis capere cæleste consilium?* At Sancta: *Nulla ergo hæsitatione accipiam verbum tuum, nec quidquam amplius ullo modo solicitius exquiram partum? Ergo ne* C *potest capi in utero, qui non potest a Patre divelli?* Cui Archangelus: *Tunc mysterium disces, quoad fieri potest, cum Dominum manu comprehendes.* At Sancta: *Vidisti ne campum proferentem segetes ante susceptam sementem?* Ad quam Archangelus: *Accepisti gaudium quod superat naturam; ne ultra pro naturæ legibus corruptionem cogites.* Cui Sancta: *Viri jugum numquam portavi, quo ergo modo valeam filii mater effici?* At Archangelus: *Ergo copulam quæris maritalis actus, ubi dominicæ est virtutis illapsus?* Sancta vero: *Vellem liquido rei hujus fieri fidem, quo omni anxietate liberari possem.* Ad quam Archangelus: *Veni ut universorum creatori visa tibi annuntiarem; num vero ut quæ ab omnium notitia remota sunt explicem?* D At Sancta: *Fidelis es nuntius Dei, nec plene nosti quæ in Dei sunt potestate?* Cui Archangelus: *Ergo cupis nosse quæ supra te sunt? In eum crede, qui tui similis fieri voluit.* Sancta vero: *Nequit forte fieri ut ejus mihi enunties formam, qui est incomprehensibilis; aliquod saltem vestigium utcumque indica desiderati.* At Archangelus: *Spiritaliter suscipe delata verba, videbisque, ut in iis quæ arcano peraguntur mysterio, sis prædicanda beata.* Cui Sancta: *Ergo ne credam unigenitum Dei Filium meum fieri cognatum? ut is, inquam, qui eodem cum Patre throno sublimis sedet, feminæ fiat concorporalis?* Ad quam Archangelus: *Humanæ naturæ fructus, summa illa ac magnifica est potentia, egestati humanæ similis passione effecta.* E Sancta iterum: *Vehementer admiror, ut Splendor ille Patris, proles efficiatur mulieris.* Archangelus autem: *Volens latere inimicum, qui sede eodem sublimis cum Patris persona residet, ejusdem fit cum servo formæ ac conditionis.* At Sancta: *Vellem nosse quemadmodum summa illa & magnifica potestas, nostræ illi mendicitati similis passione fiat.* Cui Archangelus: *Num vero quia mortalis naturæ vestem induit, idcirco immortalis virtutis diadema abjecit? Num quia in terrena abjectione venit, regalem principatum deponit? Num quia humanitatis suscipit formam, dignitatem minuit divinitatis? Num summæ benignitatis*

[a] Luc. I. 34.

1. Edit. λαβάν. 2. Edit. φύσεως. 3. Edit. λέξομαι. 4. Edit. δέξαι.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.

γίνεται ἀλλοίωσις; μὴ γὰρ τοῦ ὑψίστου πατρὸς χωρίζεται, ἐὰν ὑπὸ σοῦ τῆς μητρὸς βαστάζεται; μὴ γὰρ τὸν Χερουβικὸν θρόνον καταλιμπάνει, ἐὰν τὸν κοσμικὸν τόπον καταλάβῃ; μὴ γὰρ ἐκπίπτει τῆς μεγαλοσύνης, ἐὰν κατακλιθῇ ἐπὶ τῆς φάτνης; μὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἄναρχος, ἐὰν γένηται πρόσφατος; μὴ γὰρ ὑπὸ ἀγγέλων οὐκ ἀνυμνεῖται ὡς ἐξουσιαστὴς, ἐὰν ὑπὸ ἀνθρώπων θεωρεῖται ὡς εὐτελής; μὴ γὰρ ἄνω οὐ κάθηται, ἐὰν κάτω πολιτεύεται; μὴ γὰρ πάντων οὐ προνοεῖ, ἐὰν μετὰ πάντων περιπατεῖ; μὴ γὰρ πάντων οὐκ ἐπικουρεῖ, ἐὰν γωνία τοῦτον φρουρεῖ; μὴ γὰρ οὐκ ἔστι Θεὸς, ἐὰν προέλθῃ ἐκ γαστρὸς; μὴ γὰρ οὐκ ἔστιν ἀπροσδεὴς, ἐὰν μεταλάβῃ τροφῆς; μὴ γὰρ οὐκ ἔστι κύριος πάσης πνοῆς, ἐὰν γένηται τῆς ἀνθρωπίνης μορφῆς;

Ἀποβαλοῦσα οὖν τὸν διςαγμὸν, δέξον προθύμως τὸν ἀσπασμόν. ἀπόθου τὴν γυναικείαν ταπείνωσιν, [καὶ περίθου τὴν ἀνδρείαν φρόνησιν.] οὐκ οἶδας ὅτι διὰ τὴν τοῦ πράγματος οἰκονομίαν, τὴν τοῦ ὀνόματος ἔλαβον ἀπ' ἀρχῆς προσηγορίαν; Γαβριὴλ [γὰρ] ἑρμηνεύεται, ἄνθρωπος Θεός. ἐπειδὴ γὰρ ἤμελλεν ὁ ἄτρεπτος Θεὸς, ἐν τῇ ἀνθρωπίνῃ φαίνεσθαι τοῖς ἀνθρώποις μορφῇ, ἐν τῇ ἀγγελικῇ προλαβὼν διακονίᾳ, ἐμήνυσε τὴν ἑαυτοῦ ἔνδοξον παρουσίαν· ἵνα τοῖς μὲν ἀπίςοις νομισθῇ ὡς [θνητὸς] ἄνθρωπος, τοῖς δὲ πιςοῖς φανερωθῇ ὡς Θεὸς [ἀθάνατος.] ὃν τρόπον γὰρ, καὶ ἡ ἐμὴ ἐπιςασία ἤδη δεύτερον ἠπιστήθη περὶ τὰ θεῖα. τοῖς γὰρ ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις οὐκ αὐτὴ μόνη ἠπίςησας, ἀλλὰ καὶ Ζαχαρίας. καὶ σὲ μὲν ὡς νηπιάζουσαν περὶ τὰ μυςικώτερα ἐπιςάμενος, μᾶλλον δὲ, ὡς μητέρα τοῦ κυρίου αἰδούμενος, οὐ τολμῶ σωφρονῆσαι ἀπιςούμενος· ἐκείνῳ δὲ ὡς ἐπισταμένῳ τὸν νόμον, καὶ μὴ δεξαμένῳ τὸν λόγον, ἐπήνεγκα τοῦ ἐπιτιμίου τὸν τρόπον, καὶ προςίμῳ ὑπέβαλον κωφώσεως· καὶ τοῦ μὲν ἀνδρὸς τὸ τῆς γλώττης ὄργανον ἐδέσμευσα· τῆς δὲ τούτου γυναικὸς, τὸ τῆς ςειρώσεως ἐργαςήριον ἤνοιξα. πάντως γὰρ ἦλθεν εἰς τὴν σὴν γνῶσιν, ὅπως ἐν γήρᾳ Ἐλισάβετ, μήτηρ αὐτὴ συνηρίθμηται ταῖς μητράσιν. ἀγνοεῖς [1] ποίων σώζεται ἐν ἀμφοτέραις εἰκόσιν ὑπόςασις; οὐ γινώσκεις ὅτι ἐν σοὶ μὲν ἡ ἐθνικὴ ἐκκλησία· ἐν ἐκείνῃ δὲ, ἡ Ἰουδαϊκὴ συναγωγὴ ἱςόρηται; λανθάνει σε, ὅτι ἐκ σοῦ μὲν τῆς ἐλευθέρας τίκτεται ὁ ἠγαπημένος Ἰσαάκ· ἐξ ἐκείνης δὲ τῆς δούλης τίκτεται υἱὸς, εἰς συμπλήρωσιν μὲν τοῦ τῆς δουλείας νόμου· εὐαγγελισμὸν δὲ τοῦ τῆς παρουσίας τόκου τοῦ κυρίου; πορεύθητι πρὸς αὐτὴν, ἵνα γνῷς τίνος εἶ μήτηρ. αὐτὴ γὰρ, εἰ δὲ πρὸς τὰ ἐμὰ ἐναντίως ἐπεμένης διακειμένη ῥήματα· ἀλλὰ θεξαμένη τὰ Ἰωάννου σκιρτήματα, γνώσῃ πῶς μετ' ὀλίγον ἀγαλλιωμένη, εἰς πάντα τὰ πέρατα εὑρεθήσῃ μακαριζομένη. ὁ τῆς ςείρας ἀσκητικὸς κλάδος, τὸν ἐν σοὶ τῇ παρθένῳ μηνύει ζωοποιὸν καρπόν. ὁ ἐν ἐκείνῳ τῷ ξυλίνῳ μοδίῳ κείμενος λύχνος, τὸν ἐν τῇ χρυσῇ λυχνίᾳ ἀνατέλλοντα ὑποδείξει ἥλιον. ἐκεῖνο τὸ ἐρημικὸν ζεῦγος τῶν τρυγόνων φανερώσει δυάδα τῶν ἀκεραίων περιςερῶν. παρ' ἐκείνου μήτηρ διδασκομένη, μητέρα σε τοῦ κυρίου προσείποι χαρᾶς [4] πληρουμένη. ἐκείνη ἡ χελιδὼν τὸ ἔαρ εὐαγγελίζεται τῶν ψυχῶν. κηρύξει γὰρ ὁ ἐπίγειος ἄγγελος τὸν οὐράνιον Θεὸν,

demissio, substantiæ fuerit transmutatio? Num ab altissimo Patre separatur, ut tu mater portaveris? Num cherubicum relinquit thronum, ut mundanum occupaverit locum? Numquid e majestate deturbatur, quia in præsepio collocetur? Num principii expers æternusque non erit, quia nuper in tempore exhibeatur natus? Num ab Angelis non hymnis celebretur tamquam Dominus potens, quod vilis ab hominibus adspectandus sit? Numquid non sedet in cælis, quia in terris vitam degit? Num cunctis sua providentia non consulit, quod factus homo ambulet cum universis? Num omnibus non auxiliatur? Numquid non exsistit Deus, quia de ventre procedit? Num nullius rei indigus esse desinet, ut factus fuerit cibi particeps? Num Dominus non erit omnis spiritus, si humanam formam assumserit?

XII. *Deponens itaque dubitationem, lubens suscipe salutationem. Excute muliebrem humilitatem, & virilem sensum induere. An nescis ob hujus me mysterii dispensationem; nominis istius hanc ab initio accepisse nuncupationem? Nam Gabrielem interpreteris, homo Deus. Quia enim immutabilis Deus humana forma inter homines appariturus erat, in angelico prævie ministerio gloriosum suum præsignavit adventum: quo infidelibus quidem putaretur ut mortalis homo; fidelibus autem innotesceret ut Deus immortalis. Sic enim nunc iterum quoque mea de divinis legatio fidem non invenit. Siquidem non modo tu sola fidem non dedisti verbis meis; at neque prior Zacharias dedit. Ac te quidem, quam velut infantem, quod spectat ad sacratiora divinorum, noverim; seu potius, quam uti Domini matrem reverear; etiam fide non impetrata, castigare non audeam: illi vero ut juris perito, ubi non suscepisset sermonem, inflixi pœnæ modum, amissique eloquii animadversioni subjeci: ac mariti quidem linguæ organum ligavi; ejus autem uxoris, sterilitatis officinam aperui. Omnino enim ad tuam notitiam pervenit, quemadmodum senex jam Elisabeth, inter matres, mater ipsa computata sit. Nescis quarum rerum in ambabus figura contineatur? Non agnoscis, in te ecclesiam gentium; in illa, Judæorum synagogam designari? Num te fugit, ex te quidem quæ libera sis, nasciturum esse dilectum Isaac* [a]*; ex illa autem quæ sit ancilla, eum nasci quo completa servitutis lege, instantis partus dominici fausta sit annuntiatio futura? Perge ad eam, ut noveris cujusnam mater sis. Licet enim adversus mea dicta obverso persistas animo; ubi tamen* [b] *Joannis lætos saltus spectaveris, intelliges ut brevi post exsultans, beata sis prædicanda in omnibus finibus. Sterilis illius* [2] *asceticus ac vitæ religiosæ ramus, vivificum in te Virgine præsignabit fructum.* [c] *Lucerna in ligneo illo posita modio, orientem in aureo candelabro indicabit solem.* [3] *Solitarium illud par turturum, simplicem ostendet columbarium binarium. A Joanne edocta Joannis mater, Domini te Matrem gaudii plena salutabit. Hirundo illa fausto nuntio ver prænuntiat animorum. Deprædicat enim terrestris Angelus cælestem Deum, atque ex utero hominem; lex, gratiam; propheta, Dominum; servus, herum; lutum, figu-*

a Gal. IV. 20. *b* Luc. I. 47. *c* Matth. V. 15.

1. Reg. ποία.

2. *Asceticus ac vitæ religiosæ ramus*. ἀσκητικὸς κλάδος.] Præclare id in Joannem vitæ asceticæ ac monachalis præcipuum post Eliam, cet. ducem. Male Riccardus: *excultus surculus*: quo fere modo erravit Sifanus in Amphilochii orat. in Hypapantem ad illa verba, ἀσκητικὸν ἐγκαλλώπισμα· dum reddit, *Virtutis studii & mentis exercitationis ornamentum*: pro, *Exercitatorum, ac ascetici ordinis*. Loquitur de Virginitate, quæ re ipsa sic habet ad ascetas ac monachos.

3. *Solitarium par turturum*] De Joanne liquet ratio, cujus est abunde nota solitudo ac eremi incolatus: de Elisabetha non item. Putem ipsam quoque sic vocatam, quia tandem vitans Herodis persecutionem, ac cavens puero Joanni, in eremum secesserit, ubi etiam mortua sit. Cujus rei narratio habetur in apocrypho nomine Jacobi fratris Domini; quando etiam refertur Zacharias Joannis pater in templo necatus, quod rogatus, sic fuga matris elapsum puerum non repræsentaverit.

4. Edit. πληρουμένην.

καὶ ἐκ μήτρας ἄνθρωπον· ὁ νόμος, τὴν χάριν· ὁ προφήτης, τὸν δεσπότην· ὁ δοῦλος, τὸν κύριον· ὁ πηλὸς, τὸν [1] πλάστην· ὁ ἄργυρος, τὸν [2] χρυσόχοον· ὁ στρατιώτης, τὸν βασιλέα· ὁ θνητὸς, τὸν ἀθάνατον· ὁ κάτω, τὸν ἄνω· ὁ ἀσθενὴς, τὸν ἰατρόν· τὸ πρόβατον, τὸν ποιμένα. ὁ πρόσκαιρος, τὸν ἀΐδιον· ὁ ἐκ μὴ ὄντων, τὸν ἀεὶ ὄντα· ὁ λειτουργὸς, τὸν δημιουργόν· τὸ κτίσμα, τὸν κτίστην· ὁ βαπτιστὴς, τὸν ποιητήν· ὁ [3] μηνυτὴς, τὸν κριτήν· ὁ ἐκ μητρὸς τεχθεὶς ἐν χρόνῳ, τὸν ἐκ πατρὸς γεννηθέντα πρὸ ἑωσφόρου. ὅτε γὰρ τὸ κατὰ φύσιν ἤργησεν ἐργαστήριον, τότε τὸ παρὰ φύσιν ἐνήργησε τῇ Ἐλισάβετ τὸ μυστήριον. ὅτε τοῦ γήρως ἡ τομὴ, τότε τοῦ βρέφους [4] ἡ φυή. ὅτε ἡ ἀπόγνωσις τῆς προσδοκίας, τότε ἡ βεβαίωσις τῆς ἀγγελίας. ὅτε τῆς κοιλίας ἡ νέκρωσις, τότε τῆς παιδοποιΐας ἡ ἀνάστασις. ὅτε τοῦ χρόνου τὸ ὥριμον, τότε τοῦ καρποῦ [τὸ] πρώϊμον. ὅτε τῶν ἐλπίδων ἡ πάροδος, τότε [6] τοῦ νηπίου ἡ πρόοδος. ὅτε τὸ κλῆμα ἐξηράνθη, τότε ὁ βότρυς ἐπεπάνθη. ὅτε ἡ ῥίζα ἠτόνει, τότε ὁ κλάδος ἐξηνθήσεν. ὀξύτερον γὰρ τοῦ βούλεσθαι κέκτηται τὸ δύνασθαι. ἄρα οὖν ἡ νομικὴ ἐξήνεγκε συκῆ τὸν πρώϊμον, κατὰ τὸ γεγραμμένον, καρπόν· καὶ ὁ εὐαγγελικὴ οὐ προβάλλει ἄμπελος τὸν ἀκόρεστον σωτηρίας βότρυν; τί οὖν ἔτι ἀμφιβάλλεις, καὶ μὴ καθ' ἡμᾶς τοὺς ἀγγέλους μανθάνεις δέχεσθαι ἀπλάστως τοῦ Θεοῦ τοὺς λόγους; ὅτε περὶ μυστηρίων ἀκούεις, θαυμάζειν, οὐκ ἐξιχνιάζειν ὀφείλεις· ἱκετεύειν, οὐ τραχηλιάζειν· εὐσεβεῖν, οὐ φιλονεικεῖν· [8] ὑμνολογεῖν, οὐ πολυπραγμονεῖν· μελετᾷν, οὐκ ἐρευνᾷν· ζητεῖν τὰ δέοντα, οὐ πολυπραγμονεῖν τὰ ἀπέραντα· διδάσκεσθαι τὰ [συμ]φέροντα, οὐ περιεργάζεσθαι τὰ ἀκατάληπτα.

A lum; argentum, aurificem; miles, imperatorem; mortalis, immortalem; qui in terra est, eum qui in cælis; infirmus, medicum; ovis, pastorem; temporaneus, æternum; is qui est ex nihilo, eum qui semper est; minister, opificem; creatura, creatorem; baptista, conditorem; delator, judicem; qui ex matre natus in tempore est, eum [a] qui ante luciferum ex patre fuit genitus. Quando enim naturalis officina fuit otiosa, tunc major naturali virtus, in Elisabetha mysterium exhibuit. Quando [5] senectutis vulnus fuit, tunc infantis editio exstitit. Cum exspectationis spes obsoleverit, tunc nuntii confirmatio fuit. Quando vulva fuit emortua, tunc vis procreandi instaurari cœpit. Ubi tempus fuisset maturum, tunc fructus præcox fuit.
B Cum spes omnes abjectæ essent, tunc infans productus est. Ubi palmes exaruisset, tunc ematuruit botrus. Postquam radix elanguisset, tunc ramus effloruit. Ipsa namque voluntate, facultas promtior est. Ergo ne legalis ficus, sicut scriptum est, precocem protulit fructum; vitisque evangelica salutis botrum fastidium non habentem non proferet? Ut quid igitur adhuc ambigis, [7] nec sicut nos Angeli, divinos sermones simpliciter suscipere discis? Cum sermo est de mysteriis, admirari debes, non investigare; supplex obtestari, non perscrutari; venerari, non pervicaciter rixari; canticis celebrare, non curiosa contentione inquirere; meditari, non sciscitari; quæ deceant quærere, non anxie nimis & curiose [9] interminata in-
C quirere; utilia discere, non incomprehensa solicitius vestigare.

Οὕτως ἡ παρθένος τῷ μὲν λόγῳ τοῦ ἀγγέλου ἐτειχίζετο, τὸν δὲ τόκον τοῦ δεσπότου διελογίζετο· καὶ τῇ μὲν βεβαιώσει τοῦ Γαβριὴλ ὠχυροῦτο, τὴν δὲ σύλληψιν τοῦ Ἐμμανουὴλ διενοεῖτο. ἐντεῦθεν εἰς χαρὰν καὶ λύπην διαμεριζομένη, εἰς ἄνισα λογισμῶν περιετύγχανε στάθμια· ποτὲ μὲν εἰς τὸ ὕψος τῆς θεότητος ἀναγομένη· ποτὲ δὲ, εἰς τὸ ταπεινὸν τῆς ἀνθρωπότητος καταγομένη. οὕτω τῆς διανοητικῆς πλάστιγγος ἐφ' ἑκατέρας φερομένης, τῆς ἠκριβωμένης τοῦ Θεοῦ ἀξιοῦται ῥοπῆς· ὁ γὰρ τὸ καθαρώτατον τῆς παρθενίας ἐργαστήριον φυλάξας ἀβλαβὲς, καὶ τὸ μεταίτατον καὶ ὀξύρροπον τῆς καρδίας διακριτήριον πεποίηκεν ἀκλινές. καταστήσας δὲ τῆς ψυχικῆς κιθάρας τὰ κεχαλασμένα νεῦρα, ταῖς φωτιστικαῖς τοῦ ἁγίου πνεύματος χερσὶ, τὴν ἀπὸ τῆς ὀνειδιστικῆς πληγὸς ἐνήχει μελῳδίαν, λέγων· ἀκμὴν διστάζεις; τὸν κυβερνήτην ἔχουσα πάντων, χειμάζῃ πλέον ἁπάντων; τὸν ἰατρὸν φέρουσα τῶν ψυχῶν, οὐκ ἀποβάλλεις τὴν ἀρρωστίαν τῶν λογισμῶν; οὐκ ἔγνως ὅτι ἐκ σοῦ κάτω σαρκοῦμαι, καὶ ὑπὸ ἀγγέλων ἄνω προσκυνοῦμαι; οὐ θέλεις τὸν φιλάνθρωπον, διὰ τὸν ἄνθρωπον γενέσθαι κάτω ἄνθρωπον; οὐ θέλεις διὰ τῆς σῆς πληρωθῆναι κοιλίας τὰς τῶν

XIII. Sic Virgo angelico quidem sermone muniebatur, Domini vero partum commentabatur: ac Gabrielis quidem adstipulatione confirmabatur; conceptionem autem Emmanuelis expendens, animo hærebat. Hinc in gaudium mæroremque divisa, ab inæqualibus cogitationum momentis rapiebatur; nunc quidem in divinitatis altitudinem provecta; nunc vero in humanitatis humilitatem dejecta. Sic cum disceptantis animi lanx in utramque ferretur partem, sedulo Deus impulsu dignatur. Is enim puris-
D simam virginitatis officinam illibatam servans, cordis arbitrium in medio æquo libramine pendens, facileque in partem utramvis vergens, immobile inflexibileque continuit. At ubi laxatas citharæ animi fides, illustrantibus Spiritus sancti digitis composuisset, velut exprobrationis ictu percutiens, dulce hoc modulamen insonabat, dicens. *Adhuc animi pendes? Ergo ne quæ habeas universorum gubernatorem, majori præ universi æstu jactaris? Quæ feras animorum medicum, cogitationum infirmitatem non deponis? Nescis me in terris ex te carnem sumere, ac ab Angelis in cælis adorari? Non vis ut impensiori in humanum genus affectu habens, homo*

a Psalm. cix. 3.

1. Reg. πλαστουργόν. 2. Τρ. χρυσόχοον.
3. Male edit. λῃστής.
4. Edit. ἡ φωνή.
5. *Senectutis vulnus*. τοῦ γήρως ἡ τομή.] Riccardus in notis legit & exponit τοῦ γήρους· ἀπὸ τοῦ γήρυς· quod est vox. Id vero contra codicum fidem, quibus est γήρως· ἀπὸ τοῦ, γῆρας, a quo etiam legi γήρως, cum in ms. tum apud Savilium. Nec illa oppositio quam Proclo tribuit, quadrat. Non enim infans Joannes locutus est, quando Zachariæ loquela excisa fuit. Sed longe post. Restituendum ergo ex nostro φυὴ pro φωνή· & retinendum τὸ, γήρως· ut idem eo significet, quod antecedentibus & consequentibus omnibus, natum Joannem divino miraculo ex effetis parentibus; eoque etiam posse divino miraculo nasci Dominum ex Virgine; quo tota Angeli ratiocinatio refertur. Longe ineptior erat illa conjugatio: ὁ λῃστὴς, τὸν κριτήν· Alia Joannis ad Dominum persona, quam fu-
E ris ad judicem, a quo ut tali, nihil nisi pœnam exspectare possit. Non ergo Joannes λῃστὴς, sed λῃστῶν μηνυτὴς, *delator furum*: cum peccatores ad Domini provocat tribunal, cujus toties comminatione terret. Devoraverat hoc Riccardus, qui tot locis culicem colat.
6. Edit τῶν νηπίων.
7. *Nec sicut nos Angeli*. μὴ καθ' ἡμᾶς τοὺς ἀγγέλους.] Male Riccardus: *per nos Angelos*. Proponit in exemplum modum quo ipsi divina accipiunt ἀπλάστως· *simpliciter*; abjectis nimirum terrenorum rationibus ac imaginibus, Deoque mentem his liberam devote accommodando: seu etiam *sincere*, *ingenue*.
8. Edit. ὁμολογεῖν.
9. *Interminata inquirere*. πολυπραγμονεῖν τὰ ἀπέραντα.] Alludit plane ad illud I. *Tim*. I. 4. γενεαλογίαις ἀπεράντοις· quod ego cum Estio lubens explicem, *infinitis labo[ris] & operæ*, & in quibus frustra quis insudet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

πατέρων σου ἐπαγγελίας; οὐ θέλεις τὴν παρακοὴν τῆς γυναικὸς, δι' ὑπακοῆς πάλιν λυθῆναι γυναικός; ἐπειδὴ ἐσφράγισται ἡ παρθενία, διὰ τοῦτο ἀμφιβάλλεται ἡ οἰκονομία; ἐπειδὴ ἀμόλυντον τὸ τῆς φύσεως ἐργαστήριον, διὰ τοῦτο ἄπιστον τῆς γεννήσεως τὸ μυστήριον; ἐπειδὴ ἄσπορος ἡ χώρα, διὰ τοῦτο απαράδεκτος ἡ χαρά; ἄπιστόν σοι φαίνεται, εἰ ὁ ἀθάνατος Θεὸς εἰς σκεῦος χωρεῖται θνητόν; εἰ ἑνοῦται σώματι, καὶ οὐκ ἀλλοιοῦται πνεύματι; [εἰ] γίνεται σάρξ, καὶ οὐ τρέπεται ὡς πᾶσα σάρξ; εἰ ὁ δι' ἀγγέλων καὶ προφητῶν κηρυττόμενος Λόγος, ἐκ τῶν σῶν ἀδείσκεται προερχόμενος σπλάγχνων ὡς βρέφος; εἰ ὁ ἄναρχος ἄρχεται; εἰ ὁ ἀόρατος ὁρᾶται; εἰ ὁ πλούσιος, πτωχεύει; εἰ ὁ τρέφων, τρέφεται; εἰ ὁ δεσπότης πάντων, τέλος ἀπαιτεῖται μετὰ πάντων; εἰ ὁ καθήμενος ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ, οὐκ ἔχει ποῦ κλίνῃ τὴν κεφαλήν;

in terris hominum caussa fiam? Non vis, ut per uterum tuum patrum tuorum promissa impleantur? Non vis, inobedientiam mulieris, mulieris vicissim obedientia compensari? An quod obsignata sit virginitas, carnis dispensatio in dubium vocatur? Num quia incontaminata sit naturæ officina, fidem non habet generationis mysterium? Quia seminis expers sit arvum, ob id fortasse non recipitur gaudium? Fidem ne superare videtur, ut immortalis Deus intra vasculum mortale capiatur? Ut corpori uniatur, nec spiritu mutetur? Ut caro fiat, nec tamen ut caro omnis, mutationi subjaceat? Ut angelorum ac prophetarum præconio celebratum Verbum, visceribus tuis ceu infans egressum inveniatur? Ut expers ille initii æternusque, initium sumat? Ut invisibilis, oculis subjiciatur? Ut dives, efficiatur pauper? Ut aliorum nutritor, ab aliis nutriatur? Ut [a] ab universorum Domino, pari cum universis conditione tributum exigatur? Ut qui sedet super Cherubim, [b] non habeat ubi caput reclinet?

Ἀλλὰ ἐὰν μὴ λάβω γήϊνον σῶμα, ἀμήχανον καὶ ὑμᾶς λαβεῖν ἅγιον πνεῦμα. ἐὰν μὴ μετασχῶ τῆς θνητῆς φύσεως, οὐ γίνεσθε μέτοχοι τῆς ἀθανάτου δυνάμεως. ἐὰν μὴ φορέσω τὴν εἰκόνα τοῦ χοϊκοῦ, οὐ δύνασθε κοινωνῆσαι τῇ μορφῇ τοῦ ἐπουρανίου. ἐὰν μὴ τὸ καταργούμενον τοῦ δούλου ὑπέλθω πρόσωπον, ἀμήχανόν ἐστιν ὑμᾶς εἰς τὸν δεδοξασμένον τοῦ δεσπότου φθάσαι χαρακτῆρα, ἐὰν μὴ τοῦ ἐπιγείου τόπου [2] ἐπιβήσωμαι σωματικῶς, οὐ [3] περιληφθήσεσθε τοῦ Ἀβρααμιαίου κόλπου μυστικῶς. οὐ θέλεις ὑπουργῆσαι εἰς τὸν τόκον τοῦ ἀθανάτου, ἵνα τὸ κράτος λυθῇ τοῦ θανάτου; οὐ θέλεις ὑποδέξασθαι ἐν κοιλίᾳ τὸν αἴροντα τοῦ κόσμου τὴν ἁμαρτίαν; οὐ θέλεις δοῦναί μοι παρθενικὸν μαζὸν, ἵνα ἐκμυζήσω τὸν διαβολικὸν ἰόν; ἐὰν μὴ τὴν πρόσκαιρον ἀρχὴν περιβάλωμαι τῆς ἀνθρωπότητος, οὐ δυνήσεσθε ἀνελθεῖν εἰς τὴν [4] ἀρχαίαν ἀρχὴν τῆς θεότητος, ἐὰν μὴ ἐπὶ τῶν ἀγκαλῶν καθήσω τῆς μητρὸς, οὐ καθήσεσθε ἐκ δεξιῶν τοῦ ἐμοῦ πατρός· ἐὰν μὴ ἐν τῷ ἁμαρτωλῷ γένωμαι σώματι, καὶ δι' αὐτοῦ ὡς νεκρὸς κατακλιθῶ ἐν τῷ καινῷ [5] μνήματι, οὐ δυνήσεται, οὔτε ἡ διαθήκη κυρωθῆναι, οὔτε ὑμεῖς τῆς βασιλείας τῶν οὐρανῶν κληρονόμοι ἀναδειχθῆναι. οὕτω γὰρ δὴ καὶ πάντας τοὺς ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι ταύτης τῆς γενεᾶς ἀποκληρονόμους πεποίηκα, ἐμοῦ διατιθεμένου θανάτου γεύσασθαι μὴ [7] δυναμένου, [ὡς μηδὲ τὴν ὑμετέραν σάρκα ἐνδυσαμένου]. οὐ μολύνω οὖν ὡς νομίζεις τὸ βασιλικὸν ὑπόδημα, ἐὰν πατήσω εἰς τὸ χοϊκὸν ποίημα. οὐ καθυβρίσω τὸ ἄκτιστον ἀξίωμα, εἰ ἐνοικήσω εἰς τὸ κτισθὲν ὑπ' ἐμοῦ οἴκημα. οὔτε γὰρ τοῦ ἡλίου τὰς ἀκτῖνας, τὰ βορβορώδη βλάπτουσι συστήματα· οὐδὲ πάλιν τοῦ ἰατροῦ τὰς χεῖρας, τὰ νοσώδη σπιλοῦσι τραύματα. μάθε ὅτι ὁ Θεὸς προέρχεται ἐκ σοῦ· οὐκ ἄρχεται ἀπὸ σοῦ, ἐν σοὶ ὁ Λόγος ἐφίσταται· τοῦ δὲ πατρὸς οὐδ' ὅλως ἀφίσταται. καὶ τίκτεται ὡς μὴ ὢν, παιδίον· καὶ δίδοται, ὡς ὢν, υἱὸς, κατὰ τὴν γραφήν. καὶ περιλαμβάνεται, καὶ οὐ καταλαμβάνεται· καὶ θεωρεῖται, καὶ οὐχ ὁρᾶται· χωρεῖται, καὶ οὐ χωρεῖται· καὶ γεννᾶται, καὶ οὐ μετρεῖται· καὶ φαίνεται πᾶσι, καὶ οὐ φανεροῦται πᾶσι· καὶ γίνεται, ὃ μὴ ἔστιν, ἄνθρωπος· καὶ μένει ὅ ἐστι, Θεός. ἐκτίναξαι τοίνυν τὸν κονιορτὸν τῆς σαρκικῆς ἐνθυμήσεως, καὶ περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιον τῆς μυστικῆς

XIV. Ceterum nequit fieri, ut nisi terrestre ego assumam corpus, vos quoque Spiritum sanctum accipiatis. Nisi mortalis naturæ efficiar particeps, neque vos immortalis virtutis participes efficiemini. Nisi imaginem terreni gestavero, numquam vos formam cælestis obtinebitis. Nisi faciem servi [1] quæ evacuatur, subiero, impossibile est, ut ad Domini glorificatam figuram perveniatis. Nisi ad terrestrem locum corpore descendero, mysticum non percipietis Abrahæ sinum. Renuis ejus partui inservire qui est immortalis, ut mortis destruatur imperium? Recusas eum in utero suscipere, [c] qui tollit peccatum mundi? Non vis virginalem præbere mammam, quo diabolicum exsugam venenum? Nisi ego temporaneum humanitatis capessam principatum, non poteritis vos ascendere ad divinitatis antiquum principatum. Nisi in ulnis maternis sedero, nec vos a dextris Patris estis sessuri. Nisi in peccati constitutus sim corpore, eoque tamquam mortuus in novo recliner monumento; neque testamentum confirmari poterit, neque vos regni cælestis heredes institui. Sic enim etiam omnes ab Adam ad hanc usque generationem exheredes feci, [6] quod ego testator non potuissem gustare mortem, uti neque mortalem hactenus carnem vestram indueram. Non itaque, ut putaveris, regium polluam calceum, ut in terrenis creaturis ambulem. Nulla injuria increatam majestatem sum affecturus, ut in habitaculo quod a me creatum fuit habitaverim. Nam neque cœnosa luti congeries, solis quidquam radios lædat; neque itidem, morbosa vulnera, medici infecerint manus. Disce, Deum esse qui ex te egreditur, haud tamen a te incipiat esse. In te Verbum exstare, nec quidquam a Patre distare; [d] nasci [8] parvulum tamquam non esset; ac dari Filium, tamquam qui est, ut inquit scriptura. Comprehendi, & non comprehendi; spectari nec aspici; capi, & non capi; nasci, nec mensurari; apparere omnibus, nec omnibus declarari: fieri quod non est, nempe hominem; ac manere quod est, Deum scilicet. Age itaque, [e] excute pulverem carnalis cogitationis, ac induere vestimentum mysticæ cognitionis. Procul ab animo segnitiem

a Matth. XVII. 13. *b* Luc. IX. 58. *c* Joan. I. 29. *d* Isa. IX. 6. *e* Isa. LII. 1. 2.

1. *Quæ evacuatur*. τὸ καταργούμενον.] Verba sunt Paul. II. Cor. III. 7. pie a Proclo detorta ad suum propositum; sed Riccardo obscurata.

2. Reg. ἐπιβῶ.

3. Reg. περιλήψεσθαι.

4. Edit. ἄναρχον.

5. Reg. μνημείῳ.

6. *Quod ego testator*. ἐμοῦ διατιθεμένου.] Alludit ad Apostolum *Hebr.* IX. 15. *Ubi enim testamentum est, mors intercedat necesse est testatoris*. Romanus codex mutilus erat & vitiosus, unde non mirum ut nihil ex eo sani Riccardus reddiderit.

7. Edit. male δυναμένους, reliquis mutila.

8. *Nasci parvulum tamquam non esset*, καὶ τίκτεται ὡς μὴ ὢν, παιδίον.] Sic ipsemet bene distinguit Riccardus, at perperam reddit, aut certe obscurius: *Nasci eum, qui parvulus non est*. Clare Proclus, ut & patres alii, illis vocibus *Isa.* IX. 6. *Natus parvulus*: &, *datus Filius*: declaratas vult ambas Christi rationes; quarum altera, cum non esset, nascitur in tempore, pro communi ratione creaturæ; altera ab æterno exsistens, per effectum temporalem datur.

γνώσεως. ἀπόῤῥιψον τὴν ῥαθυμίαν τῆς ψυχῆς, καὶ κράτει [τῆς] αἰωνίου ζωῆς. οὕτω γὰρ δυνήσῃ καὶ παρθένος φυλαχθῆναι ἁγνὴ, καὶ μήτηρ γεννηθῆναι πιστή· καὶ τῶν μὲν ἀγάμων μὴ χωρισθῆναι· ταῖς δὲ ὑπάνδροις συναριθμηθῆναι. καὶ τὸν μὲν προφητευόμενον Χριστὸν βαστάσαι, τὸν δὲ ἐναντιούμενον ἐχθρὸν πατῆσαι· καὶ τοῦ μὲν, ὑμνῆσαι [1] τὴν φωτιστικὴν τῆς παρουσίας ἔλλαμψιν· τοῦ δὲ σβέσαι τὴν πειραστικὴν τῆς μανίας ἔκκαυσιν.

Οὐ γὰρ μικρῶς αὐτὸς ἠνιάθη, ἀφ' οὗ μάλιστα ἡ παρθένος εὐηγγελίσθη. ὁ κόσμος ἐν εὐθυμίᾳ, καὶ ὁ διάβολος ἐν ἀθυμίᾳ. ὁ βασιλεὺς ἔσωθεν ἐν τῷ παλατίῳ τὰς δωρεὰς τῆς εἰρήνης ὑπέγραφε, καὶ ὁ τύραννος ἔξωθεν τῷ βίῳ τοῦ πολέμου τὰ ὅπλα ἐχάλκευεν. ὁ δεσπότης τὸν λιμένα τῆς σωτηρίας κατήρτιζε, καὶ ὁ πειραστὴς τὸν χειμῶνα τῆς ἀγνοσίας ηὐτρέπιζεν. ὁ κύριος τὴν ἡμέραν τῆς θεογνωσίας ἐῤῥύθμιζε, καὶ ὁ δόλιος τὴν νύκτα τῆς δυσσεβείας ἐτείχιζεν. ὁ κτίστης τοῖς κτίσμασι συνανεστρέφετο, καὶ ὁ λῃστὴς τοῖς δαίμοσι συνεσκέπτετο. ἀνετράπη, λέγων ὁ διάβολος, ἡ θανατικὴ βασιλεία, ἐὰν ἡ παρθενικὴ γεννήσῃ κοιλία. ἐὰν ἄφθορος συλλάβῃ φύσις, τέθνηκε τῶν δαιμόνων ἡ φύσις. ἐὰν ἁγνεία πολιτεύσηται, ἀκολασία φυγαδεύεται. ἐὰν ἀπάθεια κρατήσῃ, ἀντιπάθεια δραπετεύσει. ἐὰν ἀφθαρσία παῤῥησιάσηται, ἡ ἁμαρτία ἐγκαλύψεται. μὴ τὴν παλαιὰν τῆς ἐπιθυμίας ἀπολέσωμεν νομήν· μὴ δεξώμεθα [2] τὴν νεαρὰν τῆς παρθενίας καινοτομίαν· μὴ ἐκπέσωμεν διὰ ῥαθυμίας [3] τοῦ δικαίου τῆς ἀδικίας· μὴ ἀργήσῃ τῆς φιληδονίας ἡ ἐμπορεία· μὴ σβεσθῇ τῆς ἡδονῆς ὁ σπινθήρ· μὴ ἀποβληθῇ τῆς πλεονεξίας τὸ χάραγμα· μὴ κλεισθῇ τῆς πονηρίας τὸ ἐργαστήριον· μὴ παραποιηθῇ τῆς ὑπερηφανείας ἡ σφραγίς· μὴ [4] ἄπρακτον μείνῃ τῆς κακίας τὸ ὀψώνιον. [5] ἀντιταξώμεθα πρὸς τὸν αὐχένα τῆς παρθενίας τὸν χειμῶνα τῆς ἡδυπαθείας· πρὸς τὴν στεῤῥότητα τῆς ἐγκρατείας, τὴν ἡδύτητα τῆς γαστριμαργίας· πρὸς τὴν τῆς ἀληθείας λαμπηδόνα, τὸν τοῦ ψεύδους σπινθῆρα· πρὸς τὴν κρηπίδα τῆς εὐσεβείας, τὴν τυραννίδα τῆς ἀσεβείας. μεγάλη κατέχει συμφορὰ τῶν δαιμόνων τὴν φοράν· εἰς βαρυτάτην κείμεθα [6] τιμωρίαν, εἰ μὴ σφοδροτάτην ἐνδυσώμεθα πανοπλίαν. καταμάθωμεν τὸ παράδοξον τῆς παρθένου πρᾶγμα, [7] καὶ ἴδωμεν τὸ φοβερὸν καὶ ἐξαίσιον τοῦ ἐξ αὐτῆς σαρκωμένου θαῦμα. πῶς κόρη γυνὴ κυοφορεῖ, μὴ πλησιάσασα τὸ σύνολον μηδενὶ ἀνδρί. πῶς τὴν ἁγνείαν οὐκ ἀπέθετο, καὶ τὴν παιδοποιΐαν [8] ἐνεπορεύσατο. πῶς τὴν ὥραν οὐκ ἐτρυγήθη τῆς εὐμορφίας, καὶ ἡ [9] χώρα ἐγεωργήθη τῆς καλλιτεκνίας. πῶς ἡ ἄμπελος οὐκ ἐσκάφη, καὶ ὁ βότρυς ἐπεπάνθη. πῶς καὶ ἡ σφραγὶς τῆς παρθενίας μένει ἀπαρεγχείρητος, καὶ ὁ χωρηθεὶς ἐν τῇ κοιλίᾳ, ἀνερμήνευτος. πῶς καὶ τὴν σύλληψιν ἀγνοεῖ τοῦ ἀνδρὸς, καὶ τὴν κύησιν προσκυνεῖ τοῦ παιδός.


Τίς εἶδε κλάδον τῆς ῥίζης προγενέστερον· ἔμβρυον δημιουργῆσαν τὴν φύσιν· βρέφος τὴν κτισαμένην, κτίσαν. ὃν μέλλει ὡς ἄνθρωπον τίκτειν, τούτῳ ἀπάρτι ὡς Θεῷ ὑποκύπτει. ὃν ἔχει διατρέφειν ὡς νήπιον, τοῦτον μετὰ αἰδοῦς δοξάζει ὡς κύριον. τί οὖν; ἀποστῶμεν τῆς ἐπιβουλῆς, ὅτι μεγάλης ἠξίωται αὐτὴ φυλακῆς; ἀναχωρήσωμεν τῆς ἀντιπαθείας, ὅτι ὑπὸ τῆς ἄνω σκέπεται συμμαχίας; μὴ γὰρ οὐ γινώσκω κἀγὼ, ὅτι ἐπισφαλῶς ὁπλίζεται ὁ ἰσχυρὸς, ὅτι ἀσφαλῶς φυλάττεται ὁ θησαυρός; εἰς μάτην ὁ κλέπτης ἐφεδρεύει, ὅτι ὁ οἰκοδεσπότης μὴ καθεύδῃ. ἀλλὰ πάλιν ἡμῖν ἐστι πρὸς δευτέραν ὁ πόλεμος; πρὸς ἄφθορον γυναῖκα ἡ παράταξις; πάλιν τὸν δεύτερον ἀναγ-

A *abjice, & vitam æternam tene. Sic namque cum pura & impolluta virgo servaberis: tum mater fidelis efficieris; possisque, nec ab innuptis separari, feminisque matrimonio junctis, accenseri. Christum gestare quem prædixerunt prophetæ; simulque adversantem ac hostem conculcare: illius quidem adventus illuminantis illustrationem laudare; hujus autem tentantis furentes flammas exstinguere.*

XV. Non enim parum ille indoluit, ex quo maxime Virgo faustum nuntium accepit. Mundus in lætitia agebat; diabolus autem in mærore ac tristitia erat. Rex intra palatium pacis munera designabat; tyrannusque foris arma bellica mundo procu-
B debat. Dominus salutis portum aptabat; tentatorque ignorantiæ procellam apparabat. Dominus scientiæ divinæ diem concinnabat, versutusque hic, impietatis noctem obtendebat. Creator cum creatis versabatur, & latro cum dæmonibus tractabat. *Eversum est*, ajebat diabolus, *mortis imperium, ut virginalis genuerit uterus. Ut incorrupta natura conceperit, periit dæmonum natura. Ut castitas obtinuerit, fugatur luxuria. Ut tranquilla animorum sedatio ac affectionum vacuitas dominata fuerit, contrarii perturbationum affectus protrudentur. Ut incorruptio libere ac palam habuerit, peccatum utique præ pudore non amplius conspicabitur. Ne antiquam cupiditatis consuetudinem perdamus: Ne recentem virginitatis novatio-*
C *nem admittamus: Ne per ignaviam ab iniquitatis jure excidamus: A voluptuarii amoris negotiatione ne desistatur: voluptatis scintilla ne exstinguatur: avaritiæ ac injustæ fraudationis insculpta nota ne abjiciatur: Ne malitiæ officina claudatur: Ne superbiæ sigillum pervertatur: Ne otiosum manserit malitiæ stipendium. Opponamus cervici Virginis, voluptatis procellam; temperantiæ firmitati, gulæ delicias: veritatis splendori, scintillam falsitatis; basi pietatis, tyrannidem impietatis. Ingens & acerba calamitas nostris dæmonum negotiis imminet. Gravissimis pœnis objecti sumus, nisi validissima arma induerimus. Perdiscamus novam hanc Virginis rem: videamus formidandum eximiumque incarnati ex ea miraculum. Ut puella*
D *mulier sine ullo plane viri congressu feta effecta sit: Ut non amiserit castitatem, & fecunditatem comparaverit: Ut eximiæ venustatis forma non fuerit decerpta, probæque ac amplæ prolis gaudium messuerit: Ut vitis non fuerit fossa, botrusque nihilominus maturuerit: Ut inviolatum maneat virginitatis sigillum, exstetque quem uterus capit, ineffabilis: Ut viri conceptionem ignoret, ac pueri partum adoret.*

XVI. *Quis umquam ramum vidit, sua radice majorem natu? Clausum utero fetum, qui naturam condiderit? Infantem ejus creatorem, quæ creatum edi-*
E *dit? Quem ut hominem paritura est, ei jam ut Deo procumbit. Quem ut infantem alere habet, hunc ut Dominum tota reverentia laudat. Quid ergo?* [10] *Ab struendis insidiis destiterimus, quod ea, magna vigilique custodia servetur? A naturali ad eam affectionum contrarietate recesserimus, quod cæleste eam præsidium tutetur? Num enim nescio, tunc summo cum discrimine armari fortem, cum thesaurus tuto vigilique præsidio servatur? Frustra latronem insidias struere, cum paterfamilias non dormierit. Enimvero, ite-*

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



1. Male edit. τῆς φωτιστικῆς.
2. Edit. male νοσάν.
3. Male edit. οὐ δικαίου.
4. Edit. ἄπρατον.
5. Reg. ἀντιτάξωμεν.
6. Edit. πονείαν.
7. Edit. ἴδωμεν καί.
8. Edit. ἐπριᾶτο.
9. Reg. χαρά.
10. *Ab instruendis insidiis destiterimus.* ἀποστῶμεν τῆς ἐπιβουλῆς;] Restituenda interrogatio ex ms. reg. ut sint verba cohortantis, uti & sequentia, male a Riccardo detorta.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



καζόμεθα προσκυνεῖν Ἀδάμ; πάλιν ὑπὸ τοῦ μεθ' ἡμᾶς πλαττομένου [1] ἄρχεσθαι κελευόμεθα; πάλιν τῇ βασιλικῇ προστατόμεθα εἰκόνι ἐγκύπτειν; ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γυνὴ τοῦ [2] χοϊκοῦ, ὑπὸ τῶν ὀφθαλμῶν ἀχερῶς καταβέβληται· αὕτη δὲ ὑπὸ τῶν χειρῶν παρειλημμένη τοῦ ἐπουρανίου, ἰσχυρῶς τετείχισθαι. ἐκείνη τοῦ ξύλου ἐμφορηθῆναι ἐπεθύμησεν· αὕτη τούτου οὐδὲν ἐνθυμηθῆναι ἐπένευσεν. ἐκείνη τὴν συμβουλίαν ἡδέως ἐδέξατο· αὕτη καὶ τὴν ἀκοὴν ταχέως ἠσφαλίσατο. ἐκείνη τὴν πεῦσιν περιεπτύξατο· αὕτη καὶ τὴν διήγησιν ἐβδελύξατο. ἐκείνη τῆς βρώσεως τοῦ δένδρου ἐρασθεῖσα, θεοποιΐαν ἐφαντάζετο· αὕτη τῆς ἑνώσεως τοῦ δεσπότου ἀξιωθεῖσα, εἰς δοξολογίαν ηὐτρεπίζετο. ἐκείνη [4] τῆς φθορᾶς μεταλαβοῦσα, τῆς ὑπερκειμένης ἀξίας λαβέσθαι διενοεῖτο· αὕτη τῆς θείας χαρᾶς **B** ἐντὸς γενηθεῖσα, τῆς ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐκ ἐπιλανθάνεται. πῶς οὖν τὴν τοιαύτην σκαφὴν χειμάσωμεν; ἐὰν τὸν ἐν αὐτῇ ὑπνοῦντα κυβερνήτην [6] καταλάβωμεν. πῶς τὸ πρόβατον σπαράξωμεν; ἐὰν τὸν ποιμένα ἀμελοῦντα ὑποπτεύσωμεν. πῶς τὴν πόλιν διαρπάσωμεν; ἐὰν τὸν βασιλέα, ῥαθυμοῦντα ὑπονοήσωμεν. ἆρα τὸ σατανικὸν ξίφος οὐ κατασείσει τὸ παρθενικὸν τεῖχος; ἆρα τῶν ἐλπίδων ἀποτυγχάνωμεν, ἐὰν τῶν πόνων μὴ κατολιγορήσωμεν; ἆρα τῆς προσδοκίας διαμαρτάνωμεν, ἐὰν τῆς φιλονεικίας μὴ ἀναχωρήσωμεν; ὅτε δὲ καὶ τῷ ἐργαστηρίῳ τῆς παρθενίας μὴ δυνηθῶμεν ἐπιβουλεῦσαι, καὶ τῷ χωρίῳ τῆς διανοίας μὴ ἰσχύσωμεν παρενοχλῆσαι, καὶ τῷ ἐμβρύῳ τῆς κοιλίας μὴ δυνηθῶμεν ἀντοφθαλμῆσαι· τότε τοῖς συ- **C** κοφαντικοῖς [7] πλήξομεν βέλεσι τὴν ἄφθορον τῆς παρθένου σύλληψιν. διαβάλλωμεν τὸ μυστήριον, [ἵνα ἑλκύσωμεν εἰς κριτήριον.] λοιδορήσωμεν τὴν ἁγνείαν, ἵνα ἐπάγωμεν τιμωρίαν. διασύρωμεν τὴν μυστικὴν κυοφορίαν, ἵνα προσενέγκωμεν εἰς Ἰουδαϊκὴν ἀποτομίαν. χρησώμεθα τούτῳ τῷ γένει, [8] συνηγοροῦντι τῷ ἡμετέρῳ ψεύδει. ὑποθώμεθα διαβολικὴν πονηρίαν, τοῖς ἀσυγνώστοις, καὶ τὰ μικρὰ [τῶν ἄλλων] ἐξετάζουσι πταίσματα· τοῖς παντελῶς ἀγνοοῦσι τῆς συμπαθείας τὰ ὁροθέσια· τοῖς πρὸ τῆς ἀληθείας τὴν μάχαιραν ὀξύνουσι τῆς ἀπανθρωπίας· τοῖς πρὸ τῆς ἐξετάσεως, τὸν χάρτην ὑπογράφουσι τῆς ἀποφάσεως· τοῖς τὴν ἄδικον κρίσιν τοῖς κρινομένοις κρίνειν ἐπει-

A *rum ne cum secunda Eva nobis instat certamen? Instruenda ne acies adversus impollutam mulierem? Rursum ne cogimur adorare secundum Adam? Iterum ne post nos formato jubemur parere? Rursum ne præcipitur regiam imaginem procumbentes adorare? At certe* [3] *mulier illa* [a] *terreni oculorum spectaculo capta* [b], *levi manu prostrata jacuit; hæc autem in manibus cælestis suscepta, ceu forti vallo munita consistit. Illa in ligni cupiditatem exarsit; huic, ne quid ejusmodi etiam in mentem venit Illa consilium facillime probavit; ista, aures etiam quam cito obseravit. Illa, sciscitantis eloquia est amplexa; ista, etiam narrationis verba abhorruit. Illa, fructus arboris amore capta, deam se fore comminiscebatur; ista, Domini* **B** *unione dignata, ad Dei se laudes componebat. Illa,* [5] *cum corruptionem adiret, eminentem se dignitatem capessere cogitabat; in divinum hæc gaudium intrans, humanæ non obliviscitur imbecillitatis. Quonam itaque modo naviculam ejusmodi, tempestate jactabimus? ut stertentem in ea gubernatorem invenerimus? Quonam modo discerpemus ovem? ut pastorem negligentem existimaverimus. Quonam modo diripiemus civitatem? ut regem torpescentem ac desidem intellexerimus. Ergo ne satanicus cuneus virginalem hunc non subvertet murum? Num spe frustrabimur; ut a laboris mole nequaquam desistamus? Numquid ab exspectatione decidemus, ut a vincendi contentione pertinacique studio non recesserimus? Ceterum, cum neque virginali* **C** *officinæ insidiari licuerit, nec mentis agrum valuerimus obturbare, ac neque proli quæ utero gestatur, potuerimus resistere; tunc illibatam Virginis conceptionem calumniæ jaculis impetemus. Obtrectemus mysterio, quo in judicium traxerimus: proscindamus conviciis pudicitiam, quo ei supplicium inferamus: incusemus arcanum uteri partum, quo ad Judaicum deferamus severum tribunal. Hac utamur gente, nostro patrona mendacio. Suggeramus diabolicam malitiam, iis qui scelerum gravitate indigni venia; levia aliorum delicta inquirant; qui omnino nesciant commiserationis leges; qui necdum cognita veritate, gladium acuant inhumanitatis: qui ante examen, sententiæ libellum subscribant; qui iis qui rei aguntur,* [9] *inju-*

a I. Cor. xv. 49. *b* Gen. III. 6.

1. Male edit. ἀρχόμεθα κελεύειν.

2. Male edit. γυνὴ τῶν ὀφθαλμῶν τοῦ χοϊκοῦ.

3. *Mulier illa terreni.* τοῦ χοϊκοῦ·] quem opponit τῷ, τοῦ ἐπουρανίου· mutuatus verba Paulli I. *Cor.* xv. 49. Nonnihil luxata verba Rom. codicis Riccardum deceperunt, ut aliter redderet. Quod sequitur. αὕτη καὶ τὴν διήγησιν ἐβδελύξατο· dissimulantius mollit, reddendo: *Ista etiam ad nuntiantis verba commota.* Significat Proclus; repudiasse Mariam, animoque abominatam fuisse angelicam salutationem, nec ei facilem aures accommodasse, insidias veritam Hevæ similes, usque dum plene instructa fuit, ac vere Dei nuntium agnovit; quod ipsum Andreas Cretensis magnæ in femina virtutis tradit, orat. in Annuntiat. ac est re vera, sexu ad fidem leviori.

4. Male edit. τῆς οὐδεμιᾶς φθορᾶς.

5. *Cum corruptionem adiret.* μεταλαβοῦσα τῆς φθορᾶς·] Cum sumeret quod ad interitum erat, nempe fructum ligni vetiti; ut ubique currant quæsitæ illæ Procli antitheses, restituto textu, ubi menda obscurabant. Quod statim sequitur. αὕτη τῆς θείας χαρᾶς ἐντὸς γενηθεῖσα· verba illa respicit *Matth.* xxv. 21. 23. *Intra in gaudium Domini tui.* Ut velit significare immensum quoddam Mariæ gaudium ab illapsu Domini in eam, quale fere erit beatorum. Riccardus nihil exprimit.

6. Edit. ὑπολάβωμεν. 7. Edit. πλήττωμεν.

8. Edit. συνηγοροῦντες.

9. *Injustum judicium judicare festinant*] Ad hæc verba Riccardus: *Mire premit Nestorianos, quos a diabolo excitatos inducit.* Nihil tamen Proclus hoc loco adversus Nestorianos disputat, sed Judæos tantum perstringit, quorum etiam in terminis meminit, & in quos tota hæc quadrat diabolica peroratio, ne minimum vero in Nestorianos: atque ut quis attentius perspiciat, viderit omnino respicere inductam Mariæ accusationem, quam habet liber apo-

D cryphus Jacobi fratris Domini nomine, qua molitus sit diabolus Mariam perdere, atque in ea conceptum cæleste margaritum, ante quam maturum tempore in lucem prodiret. Sic ergo agebat diabolus per Judæos, ἵν' ἀφανισθῇ τὸ ἄσπιλον ὄστρεον· non quod frigide & indigne Procli interprete reddit Riccardus, *ut delitescat incontaminata ostrea,* quod nihil impediret margariti in ea τελεσφόρησιν· velut, *maturo partu editionem*: sed, ut deleretur ac exterminio daretur; prout delebantur, qui rei criminis redargutionis aquas illas potassent. Numquid vero Nestoriani de delenda sic Maria ac fetu in ea perdendo, post quadringentos annos ab ejus editione ac partu, cogitaverunt? Numquid priores Herode in Mariam ac prolem ii debaccharunt, cujus Proclus conatum a diabolo provocatum subjungit, ubi prior ille non successisset, & ut editus in lucem Dominus Jesus per eum periret, qui in utero exstingui nequivisset? Facessant rogo istæ næniæ, sibique ipsos patres sinamus. Et ut synopsi proponam, quid tot dialogismis **E** agat Proclus; noveris esse quatuor: Primo enarrat quid inter Mariam ac Joseph intercedere potuit sermonis, in ea hypothesi, ut vir beatus toto conceptionis tempore animi anxius fuerit, nec satis rei sacramentum noverit. Secundo explicat, quid inter eamdem Mariam & Angelum nuntiantem, cum necdum omnino persuasa crederet; non quidem ullo modo dubia de Dei potentia, sed de nuntio an esset a Deo, deque modo implendæ rei, non violato voto. Tertio, quid specie increpationis intus animo Dominus insonaret inter eas moras, & dum prudens Virgo post verba Gabrielis assensum libraret. Quarto denique edisserit diaboli querelas post divinam Virginis conceptionem, ejusque in eam ac prolem machinamenta, cum per se subjectosque dæmonum populos, tum per Judæos primum ac ante partum, postmodumque ac brevi a partu, per Herodem: nihil ad alios Christi ac Mariæ hostes pro-

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

γομένοις. τὸ ἄσπιλον ὄστρεον ἀφανισθῇ, ἵνα μὴ ὁ πολύτιμ☉ ἐν αὐτῷ μαργαρίτης πλεσφορηθῇ. εἰ δὲ ϗ τὸ δόρυ τῆς ἡμετέρας πονηρίας μὴ τρώσῃ τῆς παρθένου τὴν σύλληψιν, [ἀλλὰ] τὸ τοῦ Ηρώδου τῆς βασκανίας ξίφος τοῦ τικτομένου βρέφους πλήξει τὴν γέννησιν. αὐτὸς γὰρ ὑπὲρ ἡμῶν τὸν καθ' ἡμῶν πολεμήσει Χριστόν.

A *stum judicium judicare festinant. Deleatur ac pereat immaculatum ostreum, ne pretiosum in eo exsistens margaritum, perfectum prodeat. Sin autem nostræ nequitiæ hasta virginalem conceptionem vulnerare nequiverit; at certe Herodiani livoris gladius, infantis partu editi nativitatem feriet. Ipse namque pro nobis adversus hostem nostrum Christum bellabit.*

Ποίοις ἂν ἐγκωμίων χρώμασι, τὴν παρθενικὴν διαγράψω εἰκόνα; ποίοις ἐπαίνων ῥήμασι τὸν ἄσπιλον τῆς ἁγνείας φαιδρύνω χαρακτῆρα; αὕτη τὸ ἄδυτον τῆς ἀναμαρτησίας ἱερόν· αὕτη ὁ ἡγιασμένος τῶ Θεῶ ναός. αὕτη τὸ χρυσῶν τῶν ὁλοκαυτωμάτων θυσιαστήριον· αὕτη τὸ θεῖον τῆς συνθέσεως θυμίαμα· αὕτη τὸ ἅγιον τῆς χρίσεως ἔλαιον· αὕτη τὸ πολύτιμον τῆς πιστικῆς νάρδε ἀλάβαστρον· αὕτη τὸ ἱερατικὸν ἐφοὺδ, τὴν τοῦ Θεῶ μηνύεσα βελήν. αὕτη ἡ τὸν ἑπτάμυξον λύχνον βαστάζεσα χρυσῆ λυχνία. αὕτη ἡ κεχρυσωμένη ἔσωθεν ϗ ἔξωθεν κιβωτὸς, σώματι ϗ πνεύματι ἡγιασμένη, ἐν ᾗ τὸ χρυσοῦν ἔκειτο θυμιατήριον, καὶ ἡ στάμνος ἡ χρυσῆ ἡ ἔχουσα τὸ μάννα, ϗ τὰ λοιπὰ [περιέχουσαν,] περὶ ὧν ἔμπροσθεν εἴρηται. αὕτη ἡ πρωτότοκος ἄζυξ, ϗ πυρὰ δάμαλις, ἧς ἡ σποδὸς, τὸ ἐξ αὐτῆς ληφθὲν τῶ κυρίου σῶμα, τοὺς κεκοινωνημένες ὑπὸ τῶ μολυσμῶ τῆς ἁμαρτίας καθαρίζει. αὕτη ἡ βλέπουσα κατὰ ἀνατολὰς πύλη, ἡ διὰ τῆς δεσποτικῆς εἰσόδε ϗ ἐξόδε κλειομένη εἰς τὸν αἰῶνα. αὕτη ὁ καινὸς τῆς καινῆς διαθήκης τόμος, δι' ἧς τῶν δαιμόνων ὀξέως ἡ δυναστεία ἐσκυλεύθη, ϗ τῶν ἀνθρώπων ταχέως ἡ αἰχμαλωσία [3] προενομεύθη. αὕτη τὰ τρία μέτρα τῆς ἀνθρωπότητος· Ἑλλήνων, Ρωμαίων, Ιεδαίων, ἐν ᾗ [ἡ] ἄῤῥητος τῶ Θεῶ σοφία τὴν ζύμην τῆς οἰκείας ἔκρυψεν ἀγαθότητος. αὕτη τῆς [4] πατρικῆς εὐλογίας ὁ ἀγρὸς, ἐν ᾗ ὁ τῆς δεσποτικῆς οἰκονομίας ἔκειτο θησαυρός. αὕτη ἡ βασιλικὴ ναῦς ἡ τὸν πλοῦτον ἐκ Θάρσεις εἰσκομίζεσα, ἐκ τῆς ἐθνικῆς προσφέρεσα χώρας τῶν ἐθνῶν τὴν ἐπιστροφὴν τῷ βασιλεῖ τῆς ἄνω Ιερεσαλήμ. αὕτη ἡ καλὴ τῶν ᾀσμάτων νύμφη, ἡ τὸν παλαιὸν χιτῶνα ἀποδυσαμένη, ϗ τὲς νομίμες πόδας ἀποπλυναμένη, ϗ μετὰ αἰδῶς τὸν ἄφθαρτον νυμφῶνα ἐν τῷ αὐτῆς ταμιείῳ ὑποδεχομένη. αὕτη ἡ σκηνὴ τῶν πιστῶν, ἡ τὴν ἔμψυχον τῆς οἰκονομίας κιβωτὸν βαστάσασα, ϗ διὰ τῶν πρωτοτοκεσῶν δαμάλεων, τῶν δύο διαθηκῶν, ἐπὶ τὴν ἀπλανῆ τῆς σωτηρίας ὁδὸν κατευθυνομένη. αὕτη ἡ σκηνὴ τῶ μαρτυρίε, ἀφ' ἧς [5] Θεὸς ὢν ὁ ἀληθινὸς Ιησῶς μετὰ τὸν ἐνναμηναῖον τῶ ἐμβρύε χρόνον ἐξεπορεύετο. αὕτη ἡ ἔσωθεν ϗ ἔξωθεν ἠσφαλτωμένη θίβης, συνέσει ϗ εὐλαβείᾳ κεκοσμημένη, ἐν ᾗ ὁ πνευματικὸς Μωϋσῆς ἐκ τῶ νοητῶ διασώζεται Φαραώ· ἧ θυγάτηρ, τετέστιν ἡ ἐθνικὴ ἐκκλησία, ἐν τοῖς παρθενικοῖς ἐκτρέφεσα ἀγκάλαις, ὑπισχνεῖται δώσειν [7] αὐτῇ τῆς αἰωνίε ζωῆς τὸν μισθόν. αὕτη τὸ πέμπτον τῶ ἀψευδῶς φρέαρ ὅρκε, ἐν ᾗ τὸ ὕ-

XVII. Quibus ergo economiorum coloribus virginalem depingam imaginem? Quibus laudum præconiis incontaminatum exornabo castimoniæ characterem? Est hæc, penetrale innocentiæ sacrarium. Est sanctificatum Dei templum: [1] aureum altare holocautomatum: divinum compositionis thymiama: sacrum unctionis oleum: [a] pretiosum nardi pi- B stici alabastrum. Hæc, sacerdotale Ephod divinam signans voluntatem: Hæc, [2] aureum candelabrum septem ellychniorum lucernam portans: Hæc arca, intrinsecus & extrinsecus deaurata; [b] corpore scilicet & spiritu sanctificata; [c] *in qua erat turibulum aureum, & urna aurea habens manna*; ac reliqua complectens, de quibus supra. Hæc, primogenita illa jugi expers ac rufa vitula, [d] *cujus cinis*, Domini scilicet corpus ex ea assumtum, inquinatos ab impura peccatorum lue *emundat*. Hæc [e] porta ad orientem respiciens, propter Domini per eam ingressum egressumque in perpetuum clausa. Hæc [f] novus novi testamenti tomus, per quam festine spolia- C tum est imperium dæmonum, citoque humana diremta captivitas. Hæc [g] trina humani generis mensura, Græcorum scilicet, Romanorum ac Judæorum; in qua ineffabilis Dei sapientia fermentum bonitatis suæ abscondit. Hæc, paternæ benedictionis ager [h], in qua dominicæ dispensationis thesaurus repositus fuit. Hæc, [i] navis regia quæ de Tharsis divitias portat; quæ inquam, cælestis Regi Hierusalem, ex gentilium regione gentium conversionem afferat. Hæc pulcra Canticorum sponsa [k], quæ veterem exuit tunicam, lavitque legales pedes, ac Sponsum immortalem in suo ipsius thalamo reverenter suscepit. Hæc tabernaculum fidelium, quæ animatam œconomiæ portaverit arcam, ac [l] per primiparas D juvencas; utrumque inquam testamentum; in rectam salutis viam directa fit. Hæc tabernaculum testimonii, ex qua verus Jesus cum Deus esset, post statum embryonis novem mensium tempus, egressus est. Hæc fiscella intrinsecus ac extrinsecus bitumine illita; nimirum prudentia ac pietate exornata; in qua spiritalis [m] Moyses e mystico salvatur Pharaone: cujus filia, gentilis nempe ecclesia, in virgineis ulnis nutriens, [6] (matri ipsi lactanti) æternæ vitæ mercedem daturam promittit. Hæc [n] quintus puteus veri jurisjurandi, [8] in qua immortalitatis aqua,

a Joan. XII. 3. *b* I. Cor. VII. 34. *c* Hebr. IX. 4. *d* Ibid. ℣. 13. *e* Ezech. XLIV. 1. *f* Isa. VIII. 1. *g* Matth. XIII. 33. *h* Gen. XXVII. 27. *i* III. Reg. X. 22. *k* Cant. V. 3. *l* I. Reg. VI. 7. *m* Exod. II. 3. *n* Gen. XXV. 32.

gressus, vel Nestorianos, vel Helvidianos, a quibus tamen videri possit cavere, expositione loci Matthæi, quo perpetua Mariæ virginitas videri posset impeti. Similem prosopopœjam Mariæ & Joseph habet Athanasius hom. in censum sanctæ Mariæ: nec ea displicet, quidquid in eam loquatur Holstenius.

1. *Aureum altare holocautomatum.*] Videtur Proclus confundere altare incensi quod erat aureum, in quo solum adolebatur thymiama, cum altari quod erat ante portam tabernaculi, in quo victimæ & ὁλοκαυτώματα offerebantur ac cremabantur, quod ex terra & impositis lapidibus exstructum, non laminis aureis vestitum erat, sed æneis: quocirca putem scripsisse χαλκῶν. ex quo antiquarii exscripserint χρυσῶν· nisi pro ὁλοκαυτωμάτων, scripserat θυμιαμάτων· quod magis probo.

2. *Aureum candelabrum*] Riccardus, candelabrum in lucernam mutat: sed piget plura ejus notare: tu lector, ex paucis istis, alia toto opere, ubi nihil moneo, cau- E tum nova versione putans, conjice.

3. Male edit. προενεμήθη.

4. Edit. πνευματικῆς.

5. Reg. υἱ☉ ὤν.

6. *Matri ipsi lactanti*] Deesse particulas quas heic descripsi, suadet tum series, & quia alioqui vitiosus est textus, tum Moysis historia, in qua filia Pharaonis matri ipsi Moysis vocatæ ad alendum ac lactandum puerum, mercedem promittit. Velit forte Proclus allegoria, esse hanc Moysis matrem, synagogam, sive Judaicum populum, cui gentium ecclesia, ut velit Moysen lactare, id est, ad Christum converti, vitam æternam promittat.

7. Ιϛ. τῇ τεκέσῃ ϗ θηλαζέσῃ.

8. *Immortalitatis aqua effluxit.* ἔβρυσεν ἀθανασίας ὕδωρ.] Palam approbat Proclus, quam Hieronymus probat lectionem, & habent Vulg. ac Hebr. *Gen.* XXV. 32. *In[illegible]* *aquam*: cum Græca habeant negativam: *Non in[illegible]* *aquam*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



δωρ ἔβρυσε τῆς ἀθανασίας διὰ τῆς ἐνσάρκου τοῦ κυρίου παρουσία, ἐν τῇ συμπληρώσει τῆς πέμπτης διαθήκης. πρώτη γὰρ ἐγράφη ἐπὶ τοῦ Ἀδάμ· δευτέρα ἐπὶ τοῦ Νῶε· τρίτη ἐπὶ τοῦ Ἀβραάμ· τετάρτη ἐπὶ τοῦ Μωϋσέως· ϗ πέμπτη ἐπὶ τοῦ κυρίου· ἐπειδὴ ϗ πεντάκις ἐξῆλθε τοὺς εὐσεβεῖς μισθούμενος ἐργάτας εἰς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἀμπελῶνα· περὶ πρώτην ὥραν· περὶ τρίτην· περὶ ἕκτην· περὶ ἐννάτην· περὶ ἑνδεκάτην. αὕτη ὁ τεθέμενος ἐν τῇ κοσμικῇ ἅλωνι ἄσπιλος πόκος, ἐν ᾧ ὁ σωτήριος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατελθὼν ὑετὸς, πᾶσαν ἐξήρανε τὴν γῆν ἐκ τῆς ἀμέτρου φορᾶς τῶν κακῶν· ϗ πάλιν τὸν πόκον ἐξήρανεν ἐκ τῆς ὑπονοστούσης ἰκμάδος τῶν παθῶν, ϗ τὴν γῆν ἐπλήρωσε τῆς ἀφθόνου δωρεᾶς τῶν ἀγαθῶν. αὕτη ἡ ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Θεοῦ πεφυτευμένη κατάκαρπος ἐλαία, ἐξ ἧς τὸ ἅγιον πνεῦμα τὸ σωματικὸν τοῦ κυρίου λαβὸν κάρφος, τῇ χειμαζομένῃ τῶν ἀνθρώπων διεκόμιστε φύσει, τὴν ἄνωθεν εὐαγγελισάμενος εἰρήνην. αὕτη ἡ εὐθαλὴς ϗ ἄφθαρτος παράδεισος, ἐν ᾧ τὸ τῆς ζωῆς ξύλον φυτευθὲν, πᾶσιν ἀκωλύτως χορηγεῖ τῆς ἀθανασίας τὸν καρπόν. αὕτη τῆς καινῆς κτίσεως ἡ οὐράνιος σφαῖρα, ἐν ᾗ ὁ ἀειφανὴς τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, πᾶσαν ἀπὸ πάσης ἀπέλασε ψυχῆς τῶν ἁμαρτιῶν τὴν νύκτα. αὕτη τῶν παρθένων τὸ καύχημα· τῶν μητέρων τὸ ἀγαλλίαμα· τῶν πιστῶν τὸ στήριγμα· τῆς ἐκκλησίας τὸ διάδημα· τῆς ὀρθοδοξίας τὸ χάραγμα· τῆς εὐσεβείας τὸ σφράγισμα· τῆς ἀληθείας τὸ νόμισμα· τῆς ἐγκρατείας τὸ ἔνδυμα· τῆς ἀρετῆς τὸ φόρημα· τῆς δικαιοσύνης τὸ ὀχύρωμα· τῆς ἁγίας τριάδος τὸ κατάλυμα, κατὰ τὸ εὐαγγελικὸν διήγημα· πνεῦμα ἅγιον, φησὶν, ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, ϗ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι· διὸ ϗ τὸ γεννώμενον ἐκ σοῦ ἅγιον, κληθήσεται υἱὸς Θεοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα, νῦν ϗ ἀεὶ, ϗ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· ἀμήν.

A per adventum Domini in carne, in plenitudine quinti fœderis effluxit. Primum enim fœdus scriptum est tempore Adami: secundum tempore Noe: tertium tempore Abrahæ; quartum tempore Moysis: quintum denique tempore Domini: nam etiam quinquies [a] *exiit, ut* pios *operarios in* justitiæ *vineam conduceret*; nempe, *circa horam primam*; *circa sextam*; *circa nonam*; *circa undecimam*. Hæc, [b] incontaminatum vellus in mundi area positum, in quam salutis pluvia e cælo descendens, terram universam ab immensa malorum illuvie siccavit; rursumque vellus ipsum a subsidente affectionum humore exsiccans, copioso bonorum munere terram replevit. Hæc, [c] oliva fructifera plantata in domo Domini, ex qua B Spiritus sanctus dominici corporis ramum accipiens, tempestate jactato humano generi detulit, fauste de cælo annuntians pacem. Ipsa floridus ac immarcescibilis hortus, [d] in qua lignum vitæ plantatum universis libere fructum immortalitatis præbet. Ipsa, novæ creaturæ cæleștis globus, in qua Sol justitiæ numquam occidens, omnem ab anima omni peccatorum noctem fugavit. Ipsa virginum gloriatio; matrum exsultatio; fidelium sustentatio; ecclesiæ diadema; rectæ fidei expressa forma; pietatis signaculum; veritatis norma; indumentum temperantiæ; vestis virtutis; justitiæ munitio; sanctæ Trinitatis domicilium, juxta quod habet evangelica narratio: [e] *Spiritus sanctus*, inquit, *superveniet in te*, C *& virtus Altissimi obumbrabit tibi; ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur Filius Dei*: Cui gloria, nunc & semper, & in sæcula sæculorum: Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΛΟΓΟΣ ζ'.
Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνεια.

Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐπεφάνη, καὶ τὸν ἄκοσμον κόσμον κοσμήσας, ἐφαίδρυνε. τὴν τοῦ κόσμου ἁμαρτίαν ἀνέλαβε, καὶ τὸν τοῦ κόσμου ἐχθρὸν κατέβαλεν. ἡγίασεν ὑδάτων πηγὰς, καὶ ἐφώτισε τὰς τῶν ἀνθρώπων ψυχάς. θαύματα συνεπλάκη μείζοσι θαύμασι. σήμερον γὰρ ἡ γῆ ϗ ἡ θάλασσα τὴν τοῦ σωτῆρος χάριν ἐμερίσαντο, καὶ πᾶς κόσμος εὐφροσύνης πεπλήρωται· ϗ τῆς προλαβούσης ἑορτῆς, ἡ σήμερον ἑορτὴ μείζονα δείκνυσι τῶν θαυμάτων τὴν αὔξησιν. καὶ γὰρ ἐν τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ τῶν γενεθλίων τοῦ σωτῆρος γῆ ἔχαιρεν, ἐν τῇ φάτνῃ τὸν τῶν ἁπάντων δεσπότην βαστάζουσα· ἐν δὲ τῇ σήμερον ἑορτῇ τῶν θεοφανίων, ἡ θάλασσα λίαν εὐφραίνεται· εὐφραίνεται δὲ, ὡς διὰ Ἰορδάνου τὰς τοῦ ἁγιασμοῦ εὐλογίας μεταλαμβάνουσα. ἐπὶ τῇ προλαβούσῃ ἑορτῇ ἀτελὲς βρέφος ἐδείκνυτο, τὴν ἡμετέραν ἀτελειότητα δεικνύμενον· ἐν δὲ τῇ σήμερον ἑορτῇ τέλειος ὁρᾶται, τὸν ἐκ τελείου τέλειον αἰνιττόμενος. ἐκεῖ τὸν τεχθέντα ἐμήνυσεν ὁ ἐν τῇ ἀνατολῇ προκύψας ἀστήρ· ἐνταῦθα δὲ τῷ βαπτιζομένῳ μαρτυρεῖ ἄνωθεν ὁ γεννήσας πατήρ. ἐκεῖ μάγοι ἐξ ἀνατολῶν πεζοπορήσαντες, ὡς βασιλεῖ δῶρα προσέφερον· ἐνταῦθα δὲ ἄγγελοι ἐξ οὐρανῶν

EJUSDEM
* ORATIO VII.
In sancta Theophania.

I. Christus mundo apparuit, mundumque incompositum ornans, præclarum lætumque reddidit. [1] Mundi peccatum suscepit, ac mundi hostem D dejecit. Aquarum fontes sanctificavit, hominumque animas illuminavit. Miracula miraculis intexuit majoribus. Hodie namque terra & mare Salvatoris gratiam inter se partita sunt, mundusque universus lætitia perfusus est: ac hodiernus dies, majora præcedenti solemnitate miraculorum crementa ostendit. Nam in superiori natalitiorum Salvatoris solemni die adgaudebat terra, quod Dominum portaret in præsepio: at in præsenti hoc Theophaniorum die, mare summo gaudio exsilit ac gestit: gestit autem, eo quod sanctificationis benedictionem medio Jordane receperit. In antecedenti solemnitate imperfectus infans exhibebatur, nostram attestans imperfectionem: at in præsenti die festo perfectus E conspicitur, eum subobscure designans, qui perfectus ex perfecto procedit. Natum illic puerum [f] indicavit stella in oriente emicans; heic autem baptizato, [g] Pater generans de cælo testimonium defert. Magi illic ex oriente pedestri itinere profecti, munera ei tamquam Regi obtulerunt: at heic

a Matth. X. 1. *b* Judic. VII. 37. *c* Psalm. LI. 10. *d* Gen. II. 9. *e* Luc. I. 35. *f* Matth. II. 2. *g* Matth. III. 7.

* Theophaniorum dies, nonnullis ipse est dies natalitiorum Christi, quod in eo Christus se in carne mundo exhibuerit: communiori tamen usu significat diem Epiphaniorum ac Luminum, nempe diem Christi baptismo sacrum, quomodo accipit Proclus sua hac Oratione, quam iterum paucis quibusdam auctam ac emendatam ex regio codice damus.

1. *Mundi peccatum suscepit*. ἀνέλαβε.] Sic infra ait: ἀνέλαβε τὴν τοῦ δούλου μορφήν· *suscepit formam servi*. Sed cum de peccato agitur, exponenda potius quam extendenda est propositio, ut peccatum intelligat, pœnas peccatis nostris debitas: juxta quod dicitur *Isa.* LIII. 4. *Ipse iniquitates nostras portat*.

παραγενόμενοι, ὡς Θεῷ τὴν πρέπουσαν διακονίαν προσήνεγκαν. ἐκεῖ ἐδεσμεῖτο σπαργάνων δεσμοῖς· ἐνταῦθα λύει τὰς τῶν ἁμαρτημάτων σειράς. ἐκεῖ ὁ Βασιλεὺς τὴν ἁλουργίδα τοῦ σώματος ἐνεδύετο· ἐνταῦθα ἡ πηγὴ τὸν ποταμὸν ἀμφιέννυται.

A Angeli e cælis adventantes, quod par erat, ministerium tamquam Deo ei impenderunt. Illic fasciarum devinciebatur vinculis; heic peccatorum catenas solvit. Illic Rex corporis purpuram induit: heic fons, flumen circumdat ac velut amicit.

Δεῦτε οὖν, ἴδετε παράδοξα θαύματα· τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον ἐν Ἰορδάνῃ λουόμενον, καὶ πῦρ ἐν ὕδατι βαπτιζόμενον, καὶ ὑπὸ ἀνθρώπου τὸν Θεὸν ἁγιαζόμενον. σήμερον πᾶσα ἡ κτίσις ἀνυμνοῦσα βοᾷ· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. εὐλογημένος ὁ πάντοτε ἐρχόμενος· οὐ γὰρ ἐκ πρώτου νῦν παρεγένετο. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· ὁ καὶ διὰ τῶν κτισμάτων προνοητικῶς ἐρχόμενος, B οὐρανοῦ μὲν ὕψος ἄπτωτον σωτηρῶν· ἡλίου δὲ δρόμους εὐτέχνως ἡνιοχῶν· ἀστέρων πλῆθος ἀσυγχύτως ταξιαρχῶν· ἀέρα εἰς ἀναπνοὴν εὐκράτως κιρνῶν· γῆς λαγόνας εἰς καρποφορίαν εὐκράτως πάλιν διαθάλπων· θάλασσαν τὴν πολυκύμαντον βραχυτάτῃ ψάμμῳ χαλινῶν· πηγὰς ἐκ βυθῶν ἀοράτως ὠθῶν· ποταμῶν ῥεῖθρα ἀπλανῶς ὁδηγῶν. ταῦτα οὖν πάντα ὁρῶντες, λέγωμεν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου. τίς οὗτος; εἰπὲ φανερῶς, ὦ μακάριε Δαβίδ. Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. οὐ μόνον δὲ ὁ προφήτης λέγει Δαβίδ, ἀλλὰ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος προσμαρτυρῶν αὐτῷ, φθέγγεται· ἐπεφάνη ἡ χάρις τοῦ Θεοῦ ἡ σωC τήριος πᾶσιν ἀνθρώποις, παιδεύουσα ἡμᾶς. οὔ τισιν· ἀλλά, πᾶσιν. πᾶσι γὰρ Ἰουδαίοις τε καὶ Ἕλλησι διὰ τοῦ βαπτίσματος τὴν σωτηρίαν χαρίζεται, κοινὸν εὐεργέτημα τὸ βάπτισμα προβαλλόμενος.

II. Agite igitur, novaque ac stupenda videte miracula. Nempe, justitiæ Solem in Jordane lavantem; ignem aqua mersum; Deumque ministro homine sanctificatum. Hodie omnis creatura hymnis personans clamat: [a] *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Benedictus qui omni tempore venit: non enim nunc primum advenit. *Benedictus qui venit in nomine Domini:* qui & sua qua creaturis B consulit providentia, venit; cum cæli quidem fastigium firmum stabileque servat; solis cursum summa moderatur arte: stellarum multitudinem absque ulla confusione quasi centuriarum ordines componit: aerem ad respirandum apte moderateque temperat: terræ sinus ad fructuum feracitatem justa item temperatione fovet: furentem commoti ac fluctuantis maris ferociam exilissima arena frenat & comprimit: fontes ex abyssis occulte protrudens prorumpere facit: fluminum fluenta nullo errore ducit. Hæc ergo omnia videntes, dicamus: *Benedictus qui venit in nomine Domini.* Ecquisnam iste est, dic clarius, oro te, beate David? [b] *Deus Dominus, & illuxit nobis.* Nec David solum id propheta dicit; C verum etiam Paullus Apostolus suo ei adstipulans testimonio, in hæc verba ait: [c] *Apparuit gratia Dei, salutaris omnibus hominibus, erudiens nos.* Non aliquibus; sed *omnibus*: omnibus namque, Judæis pariter ac Græcis, salutem per baptismum elargitur, commune universis beneficium baptisma proponens.

Δεῦτε, ἴδετε ξένον κατακλυσμόν, πολὺ βελτίω καὶ κρείττονα τοῦ ἐπὶ Νῶε θεωρούμενον. ἐκεῖ τὸ ὕδωρ τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν ἀνθρωπείαν φύσιν ἐθανάτωσεν· ἐνταῦθα δὲ τὸ ὕδωρ τοῦ βαπτίσματος, διὰ τοῦ βαπτισθέντος, τοὺς θανέντας ἐζωοποίησεν. ἐκεῖ ὁ Νῶε ἐκ ξύλων ἀσήπτων κιβωτὸν συνεπήξατο· ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς ὁ νοητὸς Νῶε, ἐκ τῆς ἀφθόρου Μαρίας τὴν τοῦ σώματος κιβωτὸν κατεσκεύασεν. ἐκεῖ ὁ Νῶε τὴν κιβωτὸν D τῇ ἀσφάλτῳ πίσσῃ ἔξωθεν κατέχρισεν· ἐνταῦθα δὲ ὁ Χριστὸς τῇ ἀσφαλείᾳ τῆς πίστεως τὴν τοῦ σώματος κιβωτὸν ἐκραταίωσεν. ἐκεῖ περιστερὰ κάρφος ἐλαίας βαστάζουσα, τὴν τοῦ δεσπότου Χριστοῦ εὐωδίαν ἐμήνυσεν· ἐνταῦθα δὲ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς παραγενόμενον, τὸν ἐλεήμονα ὑποδείκνυσι κύριον. ἀλλ' ἐκπλήττει με τῆς τοῦ κυρίου ταπεινοφροσύνης ἡ ὑπερβολή· ὅτι οὐκ ἤρκεσε τὸν ἐκ τελείου τέλειον, βρέφος τεχθῆναι ἐκ γυναικός· οὐκ ἤρκεσε τὸν σύνθρονον τοῦ πατρὸς ἀναλαβεῖν τὴν τοῦ δούλου μορφήν· ἀλλὰ καὶ ὡς ἁμαρτωλὸς προσέρχεται τῷ βαπτίσματι. ἀλλὰ μὴ γενέσθω τὸ κοινὸν εὐεργέτημα τῶν ἀκουόντων σκάνδαλον. βαπτίζεται γὰρ ὁ πάντων δεσπότης Χριστός, οὐ καθαρσίου δεόμεE νος, ἀλλὰ κατὰ δύο τρόπους τὸ συμφέρον ἡμῖν οἰκονομῶν· ἵνα καὶ τοῖς ὕδασιν ἁγιαστικὴν χάριν δωρήσηται, καὶ πάντα ἄνθρωπον βαπτισθῆναι προτρέψηται.

III. Agite, spectate mirum novumque diluvium, majus præstantiusque diluvio quod Noe temporibus fuit. Illic enim diluvii aqua humanum interemit genus: at heic baptismi aqua, ejus potentia qui est baptizatus, mortuos revocavit ad vitam. Illic Noe ex lignis incorruptibilibus arcam compegit: at Christus heic, spiritalis Noe, ex Maria incorrupta corD poris sibi arcam composuit. Illic Noe bitumine ac pice extrinsecus arcam oblivit: at heic Christus firmo fidei præsidio corporis arcam obfirmavit. Columba illic olivæ ramum ore ferens, Christi Domini odoris designavit fragrantiam; heic autem Spiritus sanctus in columbæ specie adveniens Dominum misericordem ostendit. Verum me in stuporem vertit, Domini illa excellens humilitas: quod non satis fuerit ei qui perfectus ex perfecto erat, infantem ex muliere nasci; nec is qui Patri coæqualis erat, satis duxerit [d] formam servi accipere; nisi abunde tamquam ipse peccator foret, ad baptismum accederet. Ne vero commune hoc beneficium in auditorum vertatur scandalum. Baptizatur enim ChriE stus omnium Dominus, non ipse expiationem necessariam habens, sed quo sic bifariam nostræ utilitati consuleret: tum nimirum, ut aquis vim sanctificandi impertiret; tum ut cunctos homines ad suscipiendum baptismum alliceret.

Ἔρχεται γάρ, φησιν, ὁ Ἰησοῦς, ἀπὸ τῆς Γαλιλαίας ἐπὶ τὸν Ἰορδάνην πρὸς Ἰωάννην τοῦ βαπτισθῆναι ὑπ' αὐτοῦ. τί ἦν τὰ τότε τελούμενα, ἀδελφοί; ἐνθυμηθῆναι ἀδύνατον. ὀφθαλμῶν γὰρ ἀνθρωπίνων ἀνώτερα ἦν τὰ βλεπόμενα. τρέμει ὁ νοῦς· ἡ γλῶσσα φεύγει στόματος, μὴ τολμῶσα φράσαι τὰ ἀνέκφραστα. ὅθεν ἰδὼν ὁ Ἰωάννης τὸν δεσπότην ἐρχόμενον πρὸς αὐτόν, ἀγῶνι πολλῷ τὴν

IV. [e] *Venit* enim, inquit, *Jesus a Galilæa ad Jordanem, ad Joannem, ut baptizaretur ab eo.* Ea, fratres, quæ tunc peragebantur, nemo intellectu assequi queat. Erant enim humano majora adspectu, quæ cernebantur. Obtremiscit animus: lingua ab ore refugit, fari non audens quæ sunt ineffabilia. Quocirca Joannes videns Dominum venientem ad se, ingenti cordis angore arctatus procumbens, ac

[a] Psalm. CXVII. 26. [b] Ibid. ℣. 27. [c] Tit. II. 11. [d] Psalm. II. 7. [e] Matth. III. 13.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



καρδίαν συνεχόμενος, προσπίπτων καὶ ὑποκατακλινόμενος, καὶ τῶν ποδῶν αὐτοῦ ἐφαπτόμενος, ἱκετεύων ἐφθέγγετο· τί βιάζῃ ὁ παντοδύναμος ἐμὲ τὸν ἀδύνατον, ποιῆσαι τὰ ὑπὲρ δύναμιν; ποιῆσαι ταῦτα οὐ δύναμαι. πῶς τολμήσω βαπτίσαι σε; πότε πῦρ ὑπὸ χόρτου καθαίρεται; πότε πηλὸς πλύνει [2] πηγήν; πῶς βαπτίσω τὸν κριτὴν ὁ ὑπεύθυνος; πῶς βαπτίσω σε, δέσποτα; μῶμον οὐ βλέπω ἐν σοί. τῇ κατάρᾳ τοῦ Ἀδὰμ οὐχ ὑπέπεσας· ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησας. εἰ γὰρ καὶ κατέβης, ἀλλ' οὔ τι παρέβης. τί ποιεῖς δέσποτα, πρᾶξαί με τὸ ὑπὲρ δύναμιν βιαζόμενος; οὐδέποτε οὐδὲν πρὸς τὴν σὴν ἀγανάκτησιν ποιῆσαι ἐτόλμησα. ὡς δοῦλος φιλοδέσποτος προλαβὼν, τὴν σὴν παρουσίαν ἐγνώρισα. ἔτι ὢν ἐν τῇ γαστρὶ, τὴν γλῶτταν τῆς μητρὸς μισθωσάμενος, Θεόν σε τοῦ κόσμου ἐκήρυξα· πάντας πρὸς τὴν σὴν ἀπάντησιν παρεσκεύασα.

Εἰπὲ γάρ μοι, δέσποτα· πῶς ἐνέγκει ὁ ἥλιος, βλέπων τὸν πάντων δεσπότην ὑπὸ δούλου τολμηροῦ ὑβριζόμενον, καὶ οὐκ εὐθὺς ὡς τοὺς Σοδομίτας ταῖς ἐμπύροις αὐτοῦ μαρμαρυγαῖς καταφλέξηται; πῶς βαστάσει ἡ γῆ, ὁρῶσα τὸν τοὺς ἀγγέλους ἁγιάζοντα ὑπὸ ἀνθρώπου ἁμαρτωλοῦ βαπτιζόμενον, καὶ οὐ παραχρῆμα τὸ ἑαυτῆς στόμα ἀνοίξασα, ὡς τὸν Δαθὰν καὶ Ἀβηρὸν καταπίει με; πῶς δὲ βαπτίσω σε, δέσποτα, τοῖς ἐκ γενέσεως μολυσμοῖς οὐ προσομιλήσαντα; ἐξ [3] ἀλοχεύτου γαστρὸς, ἀσπόρως προῆλθες καρπός. πῶς οὖν ἐγὼ ὁ κατάῤῥυπος ἄνθρωπος ἁγνίσω Θεόν· Θεὸν ἀναμάρτητον; ἐγὼ χρείαν ἔχω ὑπὸ σοῦ βαπτισθῆναι, καὶ σὺ ἔρχῃ πρός με; βαπτιστήν με ἀπέστειλας, δέσποτα· οὐ παρήκουσα τοῦ σοῦ προστάγματος. πάντας γὰρ προτρεπόμενος εἰς τὸ βάπτισμα, ἔφασκον· ἐξομολογεῖσθε τῷ κυρίῳ, ὅτι ἀγαθός. οὐκ ἔστι γὰρ ὁ παραγενόμενος αὐστηρός· ἀγαθὸς καὶ ἐξ ἀγαθοῦ γεγέννηται υἱὸς, οὐ πρὸς ὀλίγον τὸ ἀγαθὸν ἐπιδεικνύμενος, καὶ εὐθὺς μεταβαλλόμενος· ἀλλ' εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ. καὶ ἐπειδὴ ἀμέτρητόν ἐστι τὸ ἔλεος αὐτοῦ, διὰ τοῦτο αἱ τῶν οὐρανῶν δυνάμεις ἀνυμνοῦσαι αὐτὸν ἔφασκον· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· Θεὸς κύριος, καὶ ἐπέφανεν ἡμῖν. ἐπεφάνη τῆς δικαιοσύνης ὁ ἥλιος, καὶ τὸ σκότος τῆς ἀγνωσίας διεσκέδασεν. ἐπεφάνη ὁ ποιμὴν ὁ οὐράνιος, καὶ τοῦ διαβόλου τοὺς λύκους τῆς καλῆς ποίμνης ἀπήλασεν. ἐπεφάνη ὁ μονογενὴς υἱὸς τοῦ πατρὸς, καὶ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῖς πιστοῖς τὴν υἱοθεσίαν ἐχαρίσατο. ἐπεφάνη ἡ πάντων ζωὴ, καὶ τὸν θάνατον διὰ θανάτου θανατώσας, ὡς ἀθάνατος ζωῆς ἀθανάτου τοὺς θανέντας ἠξίωσεν.

Ἀλλὰ τούτων οὕτω τελουμένων, ὁ πατὴρ ἄνωθεν ἀγαλλόμενος ἐπὶ τῇ τῆς ταπεινοφροσύνης ὑπερβολῇ τοῦ υἱοῦ, ἀθρόον διΐστᾷ τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ· βροντηδὸν ἐπαφίησι φωνὴν πεπληρωμένην διαθέσεως πατρικῆς· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. καὶ ἵνα μὴ πλάζηται τῶν ἀκουόντων ἡ διάνοια, εἴς τε τὸν βαπτιστὴν καὶ τὸν βαπτιζόμενον, ἔρχεται τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς δακτυλοδεικτοῦν τὸν βαπτιζόμενον καὶ μαρτυρούμενον· ὅτι αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A provolutus fuccumbens, ejufque fe obvolvens pedibus, fupplicabundus eum alloquebatur, ac dicebat: Quid me omnipotens, imbecillem ac impotentem præftare cogis, [1] quæ meam virtutem excedunt? Haudquaquam poffum hæc facere. Quo enim aufu, te baptizare præfumam? Quandonam a fœno purgatur ignis? Quandonam luto fons eluitur? Quonam pacto reus ipfe baptizem Judicem? Quo te modo, Domine, baptizabo? Nihil in te video quod reprehenfionem habeat. In Adami diras non incidifti: [a] peccatum non fecifti. Quamquam defcendifti, ne vel latum tamen unguem a lege difceffifti. Quid agis, o Domine, id me facere cogens, quod meas fuperat vires? Nihil umquam præfumfi, quod tu ægre ferres. Ut fervus Domini amans, tuum prius B adventum declaravi. Cum [b] adhuc in utero pofitus effem, maternam conducens linguam, mundi te Deum prædicavi: omnes ad occurfum tuum aptavi.


V. Nam dic obfecro Domine, quomodo fpectare poterit fol, univerforum Dominum ab audaculo fervo injuria affici, quin illico ignitos fuos radios vibrans, haud fecus ac [c] Sodomitas illos me exurat? Quei feret terra cernens eum qui fanctificat Angelos, a peccatore baptizari, nec continuo os fuum aperiens, perinde ac [d] Dathan Abironque deglutiet? Quo vero te modo, Domine, baptizaturus fim, qui nihil fordium originis contraxeris? Ex impollu- C to namque utero, fructus nullo fatus femine prodiifti. Quomodo ergo impurus ego homo Deum purificabo; Deum inquam, in quem peccatum non cadit? [e] *Ego neceffe habeo a te baptizari, & tu venis ad me?* Baptiftam me mififti, Domine: mandato tuo femper obfequens fui. Omnes enim ad baptifmum exhortans dicebam: [f] *Confitemini Domino, quoniam bonus.* Non is qui venit, aufterus eft ac morofus: fed bonus ex bono progenitus Filius. Nec ad breve temporis fpatium bonitatem demonftrat, & illico mutatur: fed, *In æternum mifericordia ejus.* Et quoniam immenfa eft mifericordia ejus, ob id cæleftes Virtutes hymnis eum celebrantes, dicunt: [g] *Benedictus qui venit in nomine Domini: Deus Dominus, & apparuit* D *nobis.* Apparuit Sol juftitiæ, & ignorantiæ tenebras diffipavit. Apparuit cæleftis paftor, & diaboli lupos a præclaro grege fugavit. Apparuit unigenitus Patris Filius, & fidelibus adoptionem filiorum per baptifmum donavit. Apparuit univerforum vita, ac mortem morte perimens, tamquam immortalis, immortali vita mortuos dignatus eft.

VI. Verum cum hæc ita peragerentur, Pater e cælis de Filii exfuperanti humilitate exfultans, extemplo cælorum portas pandit; inque tonitrui modum vocem demittit, paterno refertam affectu, dicens: [h] *Hic eft Filius meus dilectus, in quo mihi complacui.* Neve dubia mens audientium oberraret E in baptifta & baptizato, defcendit Spiritus fanctus in columbæ fpecie, baptizatum ipfum indigitans, ac eum effe quem vox paterna afficeret, indicans. Ipfi gloria & imperium, in fæcula fæculorum: Amen.

a I. Pet. II. 22. *b* Luc. I. 44. *c* Gen. XIX. 24. *d* Num. XVI. 31. *e* Matth. III. 14. *f* Pfalm. CV. 1. *g* Pfalm. CVII. 26. *h* Matth. III. 17.

1. *Quæ meam virtutem excedunt.* τὰ ὑπὲρ δύναμιν·] Addidi neceffaria hæc ex reg. cod. in quo viciffim aberant illa, ταῦτα οὐ δύναμαι: quibus utrifque integra eft littera. 2. Edit. γῆν. 3. Edit. ἀσπόρου.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.



A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ η.

Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ κυρίου, καὶ Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

ΔΕῦτε φίλοι, καὶ σήμερον τῶν εὐαγγελικῶν ἀόκνως ἐφαψώμεθα θησαυρῶν, ἵν' ἐκεῖθεν συνήθως ἀρυσώμεθα πλοῦτον ἀφθόνως μεριζόμενον, καὶ οὐδαμῶς οὐδέποτε δαπανώμενον. δεῦτε τῷ πανσόφῳ καλῶς ὁδηγοῦντι, καὶ πάλιν ἀκολουθήσωμεν Λουκᾷ· ἵν' ἴδωμεν τὸν Χριστὸν εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀναβαίνοντα· καὶ Πέτρον καὶ Ἰάκωβον καὶ Ἰωάννην, τῆς θείας μεταμορφώσεως λαμβάνοντα μάρτυρας. παραλαβὼν γάρ, φησι, τοὺς περὶ Πέτρον, εἰς ὄρος ὑψηλὸν ἀνῆλθεν ὁ δεσπότης. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας διελέγοντο τῷ Χριστῷ. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ νόμος καὶ προφῆται, συνωμίλουν τῇ χάριτι. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς ὁ τοῦ πάσχα τὸν ἀμνὸν σφαγιάσας, καὶ τῷ αἵματι τὰς φλιὰς τῶν Ἑβραίων ῥαντίσας. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ Ἠλίας ὁ παρ' ἐκείνοις τὸν βοῦν μελίσας, καὶ τὴν δι' ὕδατος θυσίαν ἐν πυρὶ δαπανήσας. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ Μωϋσῆς ὁ ἀνοίξας καὶ κλείσας τῆς Ἐρυθρᾶς θαλάσσης τὰ συστήματα. ὄρος ὑψηλόν, ἐν ᾧ Ἠλίας ὁ ἀνοίξας καὶ κλείσας τῶν ὑδάτων τὰ ὀμβρήματα. ὄρος ὑψηλόν, ἵνα μάθωσιν οἱ περὶ Πέτρον καὶ Ἰωάννην καὶ Ἰάκωβον, ὅτι αὐτός ἐστιν, ᾧ πᾶν γόνυ κάμψει, ἐπουρανίων καὶ ἐπιγείων καὶ καταχθονίων. τρεῖς γὰρ μόνους παραλαβών, εἰς ὄρος ἀνῆλθεν ὁ δεσπότης. οὐ πάντας παραλαβών· οὐ πάντας καταλιπών. οὐ φθονήσας τοῖς ἄλλοις τῆς δόξης· οὐκ ἀτελεστέρους κρίνας· οὐ τοὺς ἐννέα λυπήσας. δίκαιος γὰρ ὤν, δικαίως τὰ πάντα διέπει. ἐκλογιζόμενος πάντας, καὶ τῆς πρὸς ἀλλήλους ἀγάπης οὐ χωρίζων, οὓς ἥνωσεν. ἀλλ' ἐπειδὴ ἀνάξιος ἦν τῆς θείας ὄψεως, καὶ τῆς φοβερᾶς ἐκείνης ὀπτασίας, ὁ μέλλων γενέσθαι προδότης Ἰούδας, τούτου χάριν καὶ τοὺς ἄλλους καταλιμπάνει, ἵνα κἀκείνῳ μὴ μόνῳ καταλειφθέντι πᾶσαν ἀπολογίαν ὕστερον ἀποκλείσῃ· καὶ τῆς μεταμορφώσεως τοὺς τρεῖς αὐτάρκεις κατὰ τὸν νόμον, ἐπισπᾶταί μάρτυρας, ἐν αὐτοῖς κατὰ ψυχὴν καὶ τοὺς λοιποὺς περιφέροντας. αὐτὸς γάρ φησι· φύλαξον αὐτοὺς πάτερ δίκαιε, ἵνα καὶ αὐτοὶ ἓν ὦσι, καθὼς καὶ ἡμεῖς ἕν ἐσμεν. ὁρῶν γὰρ ὁ Ἰούδας παρὰ τὸ ὄρος Ἀνδρέαν, Θωμᾶν, Φίλιππον, καὶ τοὺς λοιποὺς διατρίβοντας μετ' αὐτοῦ· καὶ οὐδὲ γογγύζοντας· οὐκ ἀγανακτοῦντας· οὐ λοιδοροῦντας, ἀλλὰ χαίροντας, καὶ κοινὴν τὴν ἄνωθεν χάριν ἑαυτοῖς, καὶ τοῖς ἀποῦσι ψηφίζοντας, ἀναπολόγητος παντελῶς ὑπῆρχεν, εἰς οὐδὲν οὐδέποτε τῶν θαυμάτων παροραθείς· ἀλλὰ καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε, καὶ τὴν τοῦ μύρου τιμὴν ἀλειψάσῃ ἀναιτίως βασκαίνων, καὶ τὸν διδάσκαλον τολμηρῶς τοῖς ἐχθροῖς προδιδούς.

Ejusdem

* ORATIO VIII.

In Transfigurationem Domini ac Dei & Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti.

I. HUc agite, cariſſimi: nunc quoque promti ac alacres in evangelicos theſauros invadamus; ut hinc pro more divitias hauriamus, quæ tametſi abunde omnibus impertiantur, nihil tamen umquam abſumantur. Huc agite, & iterum ſingulari ſapientia prædıtum Lucam, viam quam optime commonB ſtrantem [a], ſequamur: ut Chriſtum in montem excelſum aſcendentem, ac Petrum & Jacobum & Joannem divinæ Transfigurationis teſtes aſſumentem ſpectemus. Aſſumens enim, inquit, Dominus, Petrum & ſocios, aſcendit in [1] montem excelſum. Montem excelſum, in quo Moyſes & Elias cum Chriſto loquebantur. Montem excelſum, in quo lex & prophetæ cum gratia ſermones miſcebant. Montem excelſum, in quo erat Moyſes [b] qui paſchalem agnum mactavit, ejuſque ſanguine Hebræorum poſtes aſperſit. Montem excelſum, in quo Elias erat, qui apud eoſdem bovem membratim concidit [c], & ſacrificium aqua perfuſum igne conſumſit. Montem excelſum, in quo [d] Moyſes erat, qui maris rubri gurgites reſeravit & clauſit. Montem excelſum, in quo Elias erat, qui [e] pluviarum imbres cohibuit effuditque. Montem excelſum, [2] ut C Petrus, Jacobus & Joannes ipſum eſſe diſcerent, cui [f] *omne genu flectitur, cæleſtium, terreſtrium & infernorum*. Tres vero ſolos aſſumens Dominus, in montem aſcendit. Non omnes aſſumſit; nec reliquit omnes. Non ceteris invidens gloriam; necve eos contemtibiliores reputans: aut novem contriſtans. Juſtus enim cum ſit, juſte omnia gerit: velut unum univerſos æſtimat, ac quos pariter inter ſe devinxerat, a mutua caritate minime diſtrahit. Sed cum Judas, is qui eum proditurus erat, indignus foret qui divinam intueretur ſpeciem, venerandamque illam ſpectaret viſionem; id cauſſæ fuit, ut etiam alios cum ipſo relinqueret, quo & Judæ qui non ſolus relictus eſſet, omnem deinceps excuſationem D præcluderet; ſuæque Transfigurationis tres hoſce teſtes juxta legem locupletes, qui & reliquos in ſe ipſis animitus circumferrent, attraheret. Ipſe namque ait: [g] *Pater juſte ſerva eos, ut ipſi unum ſint, ſicut & nos unum ſumus*. Videns enim Judas, Andream, Thomam, Philippum ac reliquos pariter condiſcipulos a monte excluſos, nec tamen murmurantes illos; non ægre ferentes; non conviciantes; immo gaudentes, ejuſdemque ſupernæ gratiæ factos ſe cum abſentibus participes exiſtimantes: nullum plane defenſionis locum reliquum habebat, qui in nullo umquam miraculo ſpretus fuiſſet: Is nihilominus loculos habens, pro unguenti pretio inungenti feminæ ſine cauſſa indignatur, ac magiſtrum neE fario plane auſu hoſtibus prodit.


a Matth. XVII. 1. Luc. IX. 18. *b* Exod. XII. 3. *c* III. Reg. VIII. 33. *d* Exod. XIV. 21. *e* III. Reg. XVII. 1. *f* Pſalm. II. 14. *g* Joan. XVII. 11.

* Extat in reg. cod. inſcripta Chryſoſtomo, ex quo mihi exſcripſeram. Edidit Savilius inter ejus νοθευόμενα, ac ei falſo adſcripta. Codices alii vindicant Proclo, e quibus Romana editio, ac Lugdunobatava. — Vide Montfauconium in indice Chryſoſt. tom. XIII. v. Δεῦτε.

1. *In montem excelſum*] Non habet Lucæ evangelium vocem *excelſum*, ex quo tamen auctor citat: ſed Matthæus & Marcus, ut forte lapſus ſit memoria. Nec enim promtum ad fidem, ut ea vox ex Lucæ codice exciderit.

2. *Ut Petrus, Jacobus*, cet. ἵνα οἱ περὶ Πέτρον, καὶ Ἰάκωβον, καὶ Ἰωάννην μάθωσι.] Præfert Riccardus lectionem Vat. codicis ἵνα μάθωμεν. *ut nos qui*, cet. valde id frivola ratione; quia ſcilicet nulli erant in monte præter iſtos tres, qui diſcere haberent eam Chriſti excellentiam: quaſi ea verba non eoſdem ipſos ſignificent, idque admodum trita phraſi, ſacris pariter ac profanis ſcriptoribus. *Joan.* XI. 19. ἐληλύθεισαν πρὸς τὰς περὶ τὴν Μάρθαν καὶ Μαρίαν· *venerunt ad Martham & Mariam*. Vertiſſet Riccardus, *ad Marthæ & Mariæ ancillas*, vel quid ſimile: quod longe abſurdum eſt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438




Καὶ τί φησί; καὶ μετεμορφώθη ἔμπροσθεν αὐτῶν· καὶ ὤφθησαν αὐτοῖς Μωϋσῆς καὶ Ἡλίας συλλαλοῦντες αὐτῷ. ἀλλ' ὁ Πέτρος, ὡς ἀεὶ πάντη θερμός· ὄμμασι διανοίας, οὓς οὐκ ἴδε ποτὲ, θεωρήσας συλλαλοῦντας αὐτῷ· οὐ τὸ πολὺ μετρήσας τοῦ θαύματος· οὐ τὸ παράδοξον σκοπήσας τῆς θείας ἐλλάμψεως· καλὸν ἐκάλει τὸν ἔρημον τόπον, καὶ σκηνοποιὸς ἐξ ἁλιέων προέκοπτε, τῷ σωτῆρι λέγων· ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς· μίαν σοὶ, καὶ μίαν Ἠλίᾳ, καὶ μίαν Μωϋσῇ· οὐκ εἰδὼς ὃ λέγει. καλῶς ὁ πάνσοφος ἀπολογεῖται Λουκᾶς· οὐκ εἰδώς, φησιν, ὃ λέγει· ἀλλ' ὦ τῶν μαθητῶν κορυφαῖε, καὶ πρωτοστάτα τῶν ἀποστόλων Πέτρε· τί ταπειναῖς ἐννοίαις προπετεύεσθαι θέλεις, καὶ λογισμοῖς ἀνθρωπίνοις καθυβρίζεις τὰ θεῖα, καὶ τρεῖς σκηνὰς ἐγείρειν ἐν ἐρήμῳ λέγεις, ὁμότιμον τοῖς δούλοις ὁρίζων τὸν δεσπότην, καὶ τῷ Χριστῷ μίαν σκηνὴν, καὶ τοῖς δυσὶ ἐξίσης οἰκοδομεῖν ἐπείγῃ; μὴ γὰρ ἐξ ἁγίου πνεύματος, ὡς οὗτος συνελήφθη Μωϋσῆς; μὴ γὰρ παρθένος μήτηρ ἔτεκε τὸν Ἠλίαν, ὡς τοῦτον ἡ παναγία παρθένος Μαρία; μὴ γὰρ ἔμβρυον ἐκ μήτρας ἐπέγνω Μωϋσέα, καθάπερ τοῦτον ὁ πρόδρομος; μὴ γὰρ οὐρανὸς ἐμήνυσεν Ἠλίου τὴν γέννησιν; ἢ μάγοι προσεκύνησαν Μωϋσέως τὰ σπάργανα; μὴ γὰρ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας εἰργάσαντο τοσαῦτα θαύματα; ἢ λεγεῶνας δαιμόνων ἐξ ἀνθρώπων ἀπήλασαν; ἢ σπηλαίων ἀνθρωπίνων ἀπήλασαν πνεύματα; Μωϋσῆς γὰρ ὠργίσθη ποτὲ, καὶ ῥάβδῳ πατάξας [1] διῆλθε τὸ πέλαγος· ὁ δὲ σὸς διδάσκαλος Ἰησοῦς ἐν θαλάσσῃ πεζεύσας, σοὶ τῷ Πέτρῳ, βατὸν ἐποίησε τὸ βυθόν. ὁ Ἠλίας ἱκετεύσας ἐπλήθυνε τῆς χήρας τὸ ἄλευρον, καὶ τὸν ταύτης υἱὸν ἀνέστησε ἐκ νεκρῶν· ὁ δὲ σὲ μαθητὴν ἐξ ἁλιέων λαβὼν, ἐπ' ὀλίγοις ἄρτοις, χιλιάδας ἐκόρεσε, καὶ τὸν ᾅδην ἀπήντησε καὶ ἐσκύλευσε, καὶ ἀνήρπασε τοὺς ἀπ' αἰῶνας ἐκεῖσε καθεύδοντας. μὴ τοίνυν λέγε Πέτρε· ποιήσωμεν ὧδε τρεῖς σκηνάς· μηδὲ, καλὸν ἡμᾶς τὸ ὧδε εἶναι. μηδὲν ἀνθρώπινον· μηδὲν ταπεινόν· μηδὲν γήϊνον· μηδὲ χαμερπές. τὰ ἄνω φρόνει, τὰ ἄνω ζήτει, ὡς ὁ Παῦλος ἐμήνυσε, μὴ τὰ ἐπὶ γῆς. πῶς γὰρ καλὸν ἡμᾶς τὸ ὧδε εἶναι, ὅπου ὁ ὄφις [2] ὑβρίσας τὸν πρωτόπλαστον, καὶ ἔβλαψε, καὶ τὸν παράδεισον ἔκλεισεν· ὅπου τὸν ἄρτον ἐν ἱδρῶτι τοῦ προσώπου ἐσθίειν ἠκούσαμεν· ὅπου στένειν καὶ τρέμειν ἐπὶ τῆς γῆς διὰ [3] Κάϊν ἐμάθομεν· ὅπου πάγιον οὐδέν· ὅπου πάντα σκιαί· ὅπου πάντα παρελεύσεται ῥοπῇ; πῶς οὖν ἡμᾶς ὧδε εἶναι καλόν; εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς καταλίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν ἔκλινεν οὐρανοὺς καὶ κατέβη; εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν ἐκοινώνησεν ἡμῖν αἵματος καὶ σαρκός; εἰ ἐνταῦθα Χριστὸς κατελίμπανεν ἡμᾶς, τίνος χάριν συγκατέβη τῷ πεσόντι, καὶ τὸν κείμενον ἤγειρεν; εἰ καλόν ἐστι ἡμᾶς εἶναι ἐπὶ τῆς γῆς, εἰς μάτην ἐκλήθης τῶν οὐρανῶν κλειδοῦχος. ποῦ γάρ σοι λοιπὸν χρήσιμοι τῶν οὐρανῶν αἱ κλεῖς; ἐπεὶ τὸ ὄρος τοῦτο ποθεῖς, ἀποτάττου λοιπὸν οὐρανοῖς. εἰ σκηνὰς ἐγεῖραι θέλεις, παραίτησαι τὸ εἶναι καὶ καλεῖσθαι τῆς ἐκκλησίας θεμέλιος. μετεμορφώθη γὰρ ὁ κύριος Χριστὸς, οὐχ ἁπλῶς, ἀλλ' ἵνα ἡμῖν δείξῃ τὴν μέλλουσαν τῆς φύσεως μεταμόρφωσιν, καὶ τὴν ἐσομένην ἐπὶ τῶν νεφελῶν ἐν [4] φωτὶ μετ' ἀγγέλων δευτέραν ἔλευσιν. αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τὸ φῶς ὡς ἱμάτιον περιβαλλόμενος, κριτὴς ὑπάρχων ζώντων καὶ

A II. Quid porro ait? [a] *Et transfiguratus est ante eos: & apparuerunt illis Moyses & Elias loquentes cum eo.* At Petrus, ut suo more semper fervens ac ad omnia concitus, eos quos ne viderat umquam, contuens mentis obtutu cum eo colloquentes; ingens miraculi pondus non satis expendens, nec admirabilem illum divinitatis splendorem considerans; bonum dicebat desertum illum locum, ac tabernaculorum opifex ex piscatore effectus, in hæc verba Salvatorem affabatur: [b] *Faciamus heic tria tabernacula; tibi unum, Moysi unum & Eliæ unum; nesciens quid diceret.* Præclare excusat sapientissimus Lucas: *Nesciens*, inquit, *quid diceret.* Enimvero, o princeps discipulorum ac Apostolorum præses, Petre, ut quid humilibus B abjectisque cogitationibus præproperantius agi te finis, humanisque rationibus res divinas ignominia afficis; aisque in deserto erigenda tria tabernacula, pari cum servis honore Dominum definiens; ac unum Christo tabernaculum, perindeque aliud & aliud cuique duorum ædificare contendis? Num forte ut iste, sic Moyses de Spiritu sancto conceptus fuit? Num sane virgo mater Eliam peperit, uti hunc sacrosancta Virgo Maria? Num forte infans quispiam ex utero Moysen agnovit, ut hunc Præcursor? Num sane cælum signo aliquo ortum nascentis indicavit Eliæ? Vel Magi fascias adoravere Moysis? Num Moyses & Elias talia ac tanta edidere miracula? Vel forte legiones dæmonum ab hominibus abegerunt; C aut ab humanis speluncis spiritus expulerunt? Nam Moyses quidem olim iratus, cum mare virga percussisset, [c] illud divisit trajecitque: at Jesus tuus præceptor supra mare ambulans, tibi Petro [d] profundum pervium fecit. Elias supplex orans [e], viduæ farinam & oleum multiplicavit, ejusque filium a mortuis suscitavit: is autem qui ex piscatore in discipulum te assumsit, [f] paucis panibus hominum millia exsaturavit, infernumque penetrans despoliavit, ac illic a sæculo dormientes prædabundus extraxit. Ne ergo dicas Petre: *Faciamus heic tria tabernacula:* Neque, *Bonum est nos heic esse.* Nihil humanum; nihil humile; terrenum nihil; nihil abjectum ac humi repens volvas animo. [g] *Quæ sursum sunt sa-* D *pe; quæ sursum sunt quære*, ut Paullus admonuit, *non quæ super terram.* Quo enim modo bonum est nos heic esse, ubi injuriosus serpens [h] cum primo formatum hominem læsit, tum paradisum occlusit; ubi in sudore vultus comedendum panem audivimus; ubi gemere ac tremere super terram a Cain didicimus [i]; ubi nihil firmum ac constans est; ubi cuncta sunt umbræ; ubi in momento præteribunt omnia? Quei ergo bonum sit nos heic esse? Si nos heic Christus relicturus erat, ut quid [k] inclinasset cælos & descendisset? Si nos Christus erat heic relicturus, quorsum [l] carni ac sanguini nobiscum communicasset? Si nos Christus heic relicturus erat, cujusnam gratia ei se inclinasset qui ciciderat, ac E jacentem erexisset? Si quidem bonum est ut in terra simus, frustra sane cælorum appellatus es claviger. Quid enim tibi deinceps cæli claves deservient? Si quidem montem istum desideras, cælis posthac renuntia. Si tabernacula construere cupis, noli esse ac vocari fundamentum ecclesiæ. Nec enim Christus Dominus temere ac nulla caussa transfiguratus est, sed ut futuram nobis naturæ transfigurationem designaret, ac alterum illum adventum in nubibus cum Angelis in lumine. Ipse namque est, qui [m] *amictus est lumine sicut vestimento,* [n] *vivorum Judex exsistens*

[a] Matth. XVII. 2. 3. [b] Luc. IX. 33. [c] Exod. XIV. 21. [d] Matth. XIV. 25. [e] III. Reg. XVII. 14. [f] Matth. XIV. 15. [g] Coloss. III. 2. [h] Gen. III. [i] Gen. IV. 12. [k] Psalm. XVII. 10. [l] Heb. II. 14. [m] Psalm. CIII. 2. [n] Act. X. 42.

1. Ἀλ. διεῖλε. 2. Ἀλ. συρίσας. 3. Reg. παρακοὴν. 4. Reg. φωνῇ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



νεκρῶν. ὅθεν Μωϋσῆν καὶ Ἠλίαν εἰς μέσον παρήγαγε, τῶν ἀρχαίων ὄψεων παραστήσας τὰ σήμαντρα.

Καὶ τί φησιν ὁ μέγας τῶν εὐαγγελίων γραφεύς; ἔτι αὐτοῦ λαλοῦντος, ἰδοὺ νεφέλη φωτεινὴ ἐπεσκίασεν αὐτούς· καὶ ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῆς νεφέλης λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ εὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. ἔτι, φησὶ, τοῦ Πέτρου λαλοῦντος, οὐρανόθεν ἀντέλεξεν ὁ πατήρ· τί δῆτα ταῦτα Πέτρε; τί διστάζεις; τί δῆτα περιττὰ προπετεύῃ, καὶ καλὸν εἶναι λέγεις τὸν τόπον τοῦτον; ἐπελάθου σαυτοῦ; ἀλλὰ τῷ γένει φθονεῖς, μὴ εἰδὼς ὃ λέγεις; οὔπω παιδαγώγησαι; οὔπω τὴν ἀσφαλῆ γνῶσιν τῆς υἱότητος ἔμαθες; οὐ σὺ ἦσθα ὁ λέγων· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος; τοσαῦτα θαύματα κατεῖδες σὺ Βαρ-Ἰωνᾶ, καὶ ἔτι Σίμων ὑπάρχεις; οὐρανῶν σε κλειδοῦχον κατέστησε, καὶ τῆς ναυτιλίας ἔτι τὸ ἱμάτιον οὐκ ἀπέθου; ἰδοὺ τὸ τρίτον ἀντίστασαι τῇ τοῦ σωτῆρος βουλῇ, μὴ εἰδὼς ὃ λέγεις. εἶπε γάρ σοι· δεῖ με παθεῖν· καὶ λέγεις, οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο. εἶπε πάλιν· πάντες σκανδαλισθήσεσθε, καὶ λέγεις· εἰ πάντες, ἐγὼ δὲ οὐ σκανδαλισθήσομαι. ἰδοὺ καὶ νῦν σκηνὴν ἐγεῖραι θέλεις τῷ Χριστῷ, ὁμοίαν Μωϋσεῖ καὶ Ἠλίᾳ; σκηνὴν τῷ Χριστῷ, τῷ ἅμα ἐμοὶ ἐκτείναντι τὸν οὐρανόν; σκηνὴν, τῷ ἅμα ἐμοὶ θεμελιώσαντι τὴν γῆν; σκηνὴν, τῷ ἅμα ἐμοὶ συστήσαντι τὴν θάλασσαν, καὶ στερέωμα πήξαντι; σκηνὴν, τῷ φωστῆρας ἀνάψαντι· αἰθέρα πυρώσαντι, καὶ τὰ πάντα σὺν ἐμοὶ πρὸ αἰώνων δημιουργήσαντι; σκηνὴν, τῷ ἐξ ἐμοῦ, καὶ ἐξ ὑμῶν; σκηνὴν, τῷ ἐν ἐμοὶ, καὶ μεθ' ὑμῶν; σκηνὴν, τῷ ἀπάτορι Ἀδάμ; σκηνὴν, τῷ ἀμήτορι Θεῷ; σκηνὴν, τῷ λαβόντι σκηνὴν, ἣν ἡρετίσατο γαστέρα παρθενικήν; οὐκοῦν ἐπειδὴ σὺ τρεῖς σκηνὰς ἐγεῖραι βούλει, μὴ εἰδὼς ὅπερ λέγεις· ἐγὼ νεφέλῃ φωτεινῇ χρησάμενος σκηνῇ, καὶ τοὺς παρόντας καλύψας, ἐκ τῶν ὑψίστων βοῶ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. οὐ Μωϋσῆς καὶ Ἠλίας, ἀλλὰ οὗτος. οὐκ ἄλλος καὶ ἄλλος· ἀλλ' οὗτος, εἷς καὶ ὁ αὐτός· ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε.

Μωϋσῆν ἐδικαίωσα· ἀλλ' ἐν τούτῳ ηὐδόκησα. Ἠλίαν ἀνέλαβον· ἀλλὰ τοῦτον ἀπέστειλα εἰς τὴν παρθένον, ὡς εἰς τὸν οὐρανόν· καὶ ἐκ παρθένου, εἰς αὐτὸν τὸν οὐρανόν. οὐδεὶς γὰρ, φησιν, ἀνέβη εἰς τὸν οὐρανὸν, εἰ μὴ ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς. εἰκῇ τοίνυν κατῆλθεν ἐπὶ τῆς γῆς, εἰ μένῃ διηνεκῶς ἐπὶ τῆς γῆς. εἰκῇ ἑαυτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβὼν, εἰ μὴ μείνας ὃ ἦν, γέγονεν ὅπερ ἐστὲ ὑμεῖς. εἰ μὴ σταυρὸν καθ' ὑμᾶς δι' ὑμᾶς ὑπομείνας, τῷ οἰκείῳ αἵματι τὸν κόσμον ἐξηγόρασεν, ἀργεῖ οἰκονομία, καὶ μένει τὰ παλαιὰ τῶν προφητῶν ἀβέβαια ῥήματα. ἀλλὰ παῦσαι Πέτρε, καὶ μὴ τὰ τῶν ἀνθρώπων φρόνει, ἀλλὰ τὰ τοῦ Θεοῦ. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. διττῇ

A *atque mortuorum*. Quocirca Moysen & Eliam in medium produxit, antiquarum visionum repræsentans signacula.

III. Quid porro magnus ille evangeliorum scriptor? [a] *Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbravit eos. Et ecce vox de nube dicens: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Adhuc, inquit, loquente Petro, redarguit eum de cælo Pater, dicens; Quidnam ista sunt, Petre? Quid nutas ac labas? Quid in supervacanea hæc temerarie ferri pateris, ac locum istum bonum dicis? Tui ne ipsius oblitus es? An genti invides, nesciens quid dicas? Necdum eruditus es? Necdum veram B solidamque Filii rationem didicisti? Nonne ipse es qui dicebas: [b] *Tu es Christus Filius Dei vivi?* Tot tantaque miracula conspexisti [1] tu Bar-Jona, & adhuc Simon exsistis? Cælorum te clavigerum præfecit, necdumque vilis nauticæ vestem deposuisti? En jam tertio Salvatoris resistis voluntati, nesciens quid dicas. Dixit enim, Oportet patiar: aisque; [c] *Non erit tibi hoc.* Altera vice dixit: [d] *Omnes scandalum patiemini in me*: dicisque: *Et si omnes scandalizati fuerint, ego tamen non scandalizabor.* Ecce nunc quoque tabernaculum vis Christo erigere, quale Moysi & Eliæ? Christo, inquam, tabernaculum, qui una mecum [e] extendit cælum? Tabernaculum ei, qui mecum pariter fundavit terram? Tabernaculum ei, C qui una mecum congregavit mare, ac fixit firmamentum? Tabernaculum ei, qui luminaria accendit; qui incendit æthera, ac [2] mecum omnia ante sæcula condidit? Tabernaculum ei, qui tum ex me, tum ex vobis est? Tabernaculum ei, qui in me, & vobiscum est? Tabernaculum ei, qui homo est sine patre? Ei tabernaculum, qui est Deus sine matre? Tabernaculum ei, qui quod elegit tabernaculum, virginalem nimirum uterum, accepit? Quia ergo tria ipse tabernacula vis erigere, nesciens quid dicas, nube ego lucida pro tabernaculo utens, præsentesque obtegens, clara de excelsis voce pronuntio? *Hic est Filius meus dilectus.* Non Moyses: Non Elias: sed hic. Non alius aliusque; sed hic: unus ipse ac D idem, *in quo mihi complacui: ipsum audite.*

IV. Moysen justificavi; sed in hoc *mihi complacui.* Eliam assumsi: sed hunc in Virginem tamquam in cælum misi; rursumque e Virgine, ad ipsum emisi cælum: [f] *Nemo enim*, inquit, *ascendit in cælum, nisi qui descendit de cælo.* Frustra itaque descendisset in terram, si perpetuo in terra mansurus esset. Frustra se ipsum exinanisset, [g] *formam servi accipiens*; nisi manens quod erat, factus esset quod vos estis. Nisi crucem vobis similis ac mortalis vestri caussa sustinens, proprio mundum redemit sanguine; futile plane ac inane est incarnationis mysterium, irritaque ac vana manent vetera prophetarum E oracula. Verum desine, Petre; nec [h] ea sapias quæ sunt hominum, sed ea quæ sunt Dei. *Hic* namque *est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite.* Semel quippe ac iterum, ejusmodi in eum

a Matth. XVII. 5. *b* Matth. XVI. 16. *c* Ibid. ✱. 22. *d* Matth. II. 31. *e* Isa. XLIV. 24. *f* Joan. III. 13. *g* Philipp. II. 7. *h* Matth. XVI. 23.

1. *Tu Bar-Jona*] Sic fuit cognominatus Petrus a Domino, cum eum Dei Filium confessus esset *Matth.* XVI. 16. sonatque ea vox *filius columbæ*; ac sublimem ejus sensum designat cognoscenda deitate Christi. Simon autem est Hebr. שמע quod est, *audire*: Velut dicat, esse adhuc auditorem ac discipulum, quem divina scientissimum ac magistrum esse oporteret. Simili phrasi Asterius exhortatoria ad pœnitentiam in excerptis Photianis τὸν ἀπόστολον, contraponit Simoni.

2. *Mecum omnia ante secula condidit.* πάντα σὺν ἐμοὶ πρὸ αἰώνων δημιουργήσαντι.] Videtur locutio durior. Non enim omnia creata sunt, πρὸ αἰώνων, sed potius ἐπ' αἰώνων· videturque Deo proprium, ut πρὸ αἰώνων exsistat, ac προαιώνιος· *ante secula & prææternus*, ut auctor ipse sæculorum. Videtur Proclus condita accipere in decreto ac divina præfinitione: quæ & ipsa suo modo creatio est, ac est prææterna: tametsi terminus est in tempore.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

γὰρ τῇ περὶ αὐτὸν τοιαύτῃ κέχρημαι φωνῇ· ἐπὶ μὲν ὑμῶν, ἐν τῷ ὄρει τούτῳ· ἐπὶ δὲ Ἰωάννου, ἐν τῷ Ἰορδάνῃ ποταμῷ, ἵν᾽ ὁ πάλαι προφήτης ἀληθεύσῃ βοήσας· Θαβὼρ καὶ Ἑρμονιεὶμ ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται. ποίῳ ὀνόματι; οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός. ἐχαρίσατο γὰρ αὐτῷ ὄνομα, τὸ ὑπὲρ πᾶν ὄνομα, ὥς φησι Παῦλος. ἀλλ᾽ ἐρεῖς πάντως ἀγαπετί· τί ἐστι, Θαβὼρ καὶ Ἑρμονιεὶμ, ἐν τῷ ὀνόματί σου ἀγαλλιάσονται; μάνθανε τοίνυν συνετῶς, τὸ Θαβὼρ, τοῦτό ἐστι τὸ ὄρος, ἔνθα θελήσας μετεμορφώθη Χριστὸς, καὶ υἱὸς παρὰ πατρὸς ἐμαρτυρήθη, ὡς ἀρτίως ἠκούσατε. τὸ δὲ [1] Ἑρμονιεὶμ ὄρος ἐστὶ μικρὸν ἐγγὺς τοῦ Ἰορδάνου, ὅθεν ἀνελήφθη Ἠλίας· καὶ οὗτινος πλησίον ἐν τοῖς ῥείθροις τοῦ Ἰορδάνου βουληθεὶς ἐβαπτίσθη Χριστὸς, καὶ υἱὸς παρὰ πατρὸς ἐμαρτυρήθη. ἐν τούτοις τοῖς δυσὶν ὄρεσιν ὁ ἄχραντος πατὴρ βεβαιῶν τὴν υἱότητα, καὶ τότε, καὶ νῦν ἐκ δευτέρου βοᾷ· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα· αὐτοῦ ἀκούετε. ὁ γὰρ αὐτοῦ ἀκούων, καὶ ἐμοῦ ἀκούει· καὶ ὃς ἀπαισχυνθῇ αὐτὸν καὶ τοὺς αὐτοῦ λόγους, κἀγὼ αὐτὸν ἀπαισχυνθήσομαι ἐν τῇ δόξῃ μου καὶ τῶν ἁγίων ἀγγέλων· αὐτοῦ ἀκούετε· ἀπλάστως· ἀκάκως· ἀπεριγράπτως· ἀπεριέργως· πίστει ζητοῦντες, ἀλλ᾽ οὐ γλώττῃ μετροῦντες· πίστει παραλαμβάνοντες, ἀλλ᾽ οὐ λόγοις τὸν Λόγον σταθμίζοντες. ἀρκεῖ γὰρ ἄρτι Παῦλος ὁ ῥήτωρ χαλινῶν τὸν περίεργον, καὶ πάντας διδάσκων, ἀνενδοιάστως βοῶν· ὦ βάθος πλούτου καὶ σοφίας καὶ γνώσεως Θεοῦ· ὡς ἀνεξερεύνητα τὰ κρίματα αὐτοῦ, καὶ ἀνεξιχνίαστοι αἱ ὁδοὶ αὐτοῦ· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

vocem usurpavi: semel quidem adstantibus vobis in monte hoc: altera autem vice [a] coram Joanne in Jordane flumine, quo propheta verax inveniretur, qui clara olim voce dixerat: [b] *Thabor & Hermoniim in nomine tuo exsultabunt*. In quonam nomine? Hoc nimirum; *Hic est Filius meus dilectus*. Nam ut Paullus ait; [c] *Donavit ei nomen, quod est super omne nomen*. At percontaberis utique carissime, quid sibi velit; *Thabor & Hermoniim in nomine tuo exsultabunt?* Proinde accipe, probeque tene. Thabor, hic ipse mons est, in quo Christus volens transfiguratus est: ac in quo dilectus Filius Patris testimonio est renuntiatus, sicut modo audistis. Hermoniim autem, mons est modicus prope Jordanem, ex quo assumtus fuit Elias, ac juxta quem sua Christus voluntate baptizatus est, ac dilectus item Filius Patris testimonio est renuntiatus. In duobus hisce montibus intactus ac mundissimus Pater, Filii nomen ac rationem adstruens, & tunc, & nunc iterum clamat: *Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui: ipsum audite*. Qui enim [d] eum audit, me quoque audit: & qui ipsum erubuerit & ejus sermones; erubescam & ego eum in majestate mea & sanctorum Angelorum. *Ipsum audite*, sine fallacia & fuco; sine malitia & fraude; nullo discrimine, ac nihil restricte; omni semota curiositate: fide quærentes, non vero lingua metientes: fide suscipientes, non verbis Verbum expendentes. Sufficit enim modo magnus ille orator Paullus, curiosum refrenans ac cohibens, universosque docens, ac sine ulla hæsitatione clamans: [e] *O altitudo divitiarum sapientiæ ac scientiæ Dei! quam incomprehensibilia sunt judicia ejus, & impervestigabiles viæ ejus!* Ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ θ'.

Εἰς τὰ Βαΐα.

ΣΠουδαιότερος ὁ παρὼν, ὦ φίλοι, καιρός· καὶ σπουδαιότερος, καὶ ἑτοιμότερος, καὶ πρὸς ἀπάντησιν τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως γοργότερος. τοῦτο γὰρ καὶ Παῦλος εὐαγγελιζόμενος ἔφασκεν· ὁ κύριος ἐγγύς· μηδὲν μεριμνᾶτε. ἐγγὺς δὲ ὁ κύριος εὑρίσκεται, οὐ τῇ τῶν ποδῶν ὀξύτητι, ἀλλὰ τῇ τῶν ἀγαθῶν παροχῇ. διὸ καὶ πάλιν καθήκει βοᾶν ἡμᾶς τὰ τοῦ Παύλου· ἡ νὺξ προέκοψεν· ἡ δὲ ἡμέρα ἤγγικεν. ἀποθώμεθα οὖν τὰ ἔργα τοῦ σκότους, καὶ ἐνδυσώμεθα τὰ ὅπλα τοῦ φωτός, ὡς ἐν ἡμέρᾳ εὐσχημόνως περιπατήσωμεν. τὰς λαμπάδας τῆς πίστεως ἀνάψωμεν· τὸ ἔλαιον τῆς φιλοπτωχείας πλεονάσωμεν καθ᾽ ὁμοιότητα τῶν πέντε φρονίμων παρθένων· ἀνυστάκτως τὸν Χριστὸν ὑποδεξώμεθα· τὸν φοίνικα τῆς δικαιοσύνης ὑμνήσωμεν· τὸ Μαρίας μύρον περιπτυξώμεθα· τὴν φωνὴν τῆς ἀναστάσεως ἀκούσωμεν· τὰς θεοπρεπεῖς φωνὰς ἀναπέμψωμεν· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· Ὡσαννὰ ἐν τοῖς ὑψίστοις· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. καλῶς δὲ, ὁ ἐρχόμενος. πάντοτε γὰρ

EJUSDEM

* ORATIO IX.

In Ramos Palmarum.

I. PRæsentis hæc temporis ratio, dilectissimi, impensioris aliquid sedulitatis habet. Seduliores, inquam, expeditioresque ac vegetiores in occursum cælestis Regis nos exigit. Id enim etiam Paullus felici nuntio dicebat: [f] *Dominus prope est: nihil soliciti sitis*. Prope autem reperitur Dominus non pedum velocitate, sed bonorum largitate. Quapropter operæ pretium fit, ut & ipsi iterum illa Paulli clamemus: [g] *Nox præcessit, dies autem appropinquavit. Abjiciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut in die honeste ambulemus*. Lampades fidei accendamus: misericordiæ in pauperes oleo, [2] perinde ac [h] quinque prudentes virgines, redundemus: Christum [i] vigiles suscipiamus: justitiæ palmam canticis prosequamur: [k] Mariæ unguentum amplectamur: resurrectionis vocem excipiamus: divinæ congruas majestati voces emittamus: cum turbis, quos turbæ clamores edunt personemus: [l] *Hosanna in excelsis: Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*.

a Matth. III. 17. *b* Psalm. LXXXVIII. 13. *c* Philipp. II. 8. *d* Luc. IX. 26. *e* Rom. XI. 35. *f* Philipp. IV. 5. *g* Rom. XIII. 12. 13. *h* Matth. XXV. 1. *i* Luc. XII. 35. *k* Joan. XII. 3. *l* Ibid. ℣. 13.

1. Ερμών.

* Edidit Riccardus ex uno codice Cryptæferr. Visum est pauca subinde emendare, eaque heic notare.

2. *Perinde ac quinque prudentes virgines*] Mutavi interpunctionem, ut ista de virginibus ad oleum spectent, quod præcipue commendatur in earum parabola, quo nimirum sapientes ac fatuæ discretæ habentur: non quia sine aliqua dormitatione exspectaverint sponsum. Ait enim evangelista *Matth.* XXV. 5. exspectando, ac dum moram faceret, dormitasse omnes ac dormivisse. Potius ergo sequens cholon aliam parabolam respicit, fidelis servi exspectantis dominum, ac exspectatione vigilis. *Luc.* XII. 35.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



ἔρχεται, καὶ οὐδέποτε ἀπολιμπάνεται. ἐγγὺς γὰρ A πᾶσι τοῖς ἐπικαλουμένοις αὐτὸν ἐν ἀληθείᾳ. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. πάντα σύμβολα τὰ παρόντα· σύμβολα καὶ γνωρίσματα, καὶ τῆς βασιλικῆς ὁδοῦ τεκμήρια. ἐν κοσμικοῖς πολίταις, ὅτε προσκαίρου βασιλέως εἴσοδον πεκμένουσι, τὴν ὁδὸν ὁμαλίζουσι· τὰ προπύλαια στεφανοῦσι· τὴν πόλιν ἐξαλλάττουσι· τὰς βασιλικὰς αὐλὰς πανταχόθεν καθαίρουσι· χοροὺς ἐγκωμίων κατὰ τόπους συνυφαίνουσιν. ἐν τούτοις γὰρ ἡ τοῦ προσκαίρου βασιλέως εἰς τινα πόλιν εἴσοδος γνωρίζεται. τὰ παραπλήσια τούτων καὶ ἡμεῖς μετέλθωμεν· μᾶλλον δὲ τὰ ἐνδοξότερα καὶ τιμιώτερα. ὅσον γὰρ ἡ δυναστεία τοῦ ἐπουρανίου βασιλέως ὑπέρκειται, τοσοῦτον ἡ λειτουργία τῆς ἡμετέρας πολιτείας B ὑπεραστράπτει.

Ἐπὶ θύραις πάρεστιν ὁ πρᾶος καὶ ἡσύχιος βασιλεύς· ὁ ἄνω μὲν ἐπὶ τῶν Χερουβὶμ ἐποχούμενος· κάτω δὲ ἐπὶ πώλου ὄνου καθεζόμενος. ἑτοιμάζωμεν τοὺς ψυχικοὺς ἡμῶν οἴκους· διασπάσωμεν πάσης μισαδελφίας ἀράχνην· μὴ εὑρεθῇ ἐν ἡμῖν κονιορτὸς βλασφημίας· δαψιλῶς τὸ τῆς ἀγάπης ῥάνωμεν ὕδωρ· πάντα κόνδυλον ἔχθρας ὁμαλίσωμεν· τὰ προπύλαια τῶν χειλέων ἡμῶν στεφανώσωμεν τοῖς ἄνθεσι τῆς εὐσεβείας· μετὰ τοῦ ὄχλου τὰ τοῦ ὄχλου βοήσωμεν· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. τίς μὴ λαλήσῃ; τίς μὴ θαυμάσῃ τοὺς ὄχλους τούτους, τοὺς τῶν Ἰου- C δαίων ἐχθροὺς, καὶ τῶν χριστιανῶν φίλους; βασιλέα τὸν κύριον προσηγόρευσαν, μηδὲν βασιλείας ἄξιον θεωρήσαντες τοῖς σωματικοῖς ὀφθαλμοῖς. οὐκ εἶδον ἅρματα χρυσοκόλλητα· οὐχ ἡμιόνους ἐξαστράπτοντας· οὐ τὴν λοιπὴν φαντασίαν ἣν εἰώθασιν οἱ πρόσκαιροι βασιλεῖς ἐν ταῖς προόδοις ἐπιδείκνυσθαι· οὐχ ὅπλα· οὐ θυρεούς· οὐ σίγνα· οὐχ ἁλουργίδας· οὐ τριχοκόμους μεγαλοσώμους παριππάζοντας ἄνδρας· οὐχ ἐλεφάντων φαντασίαν· οὐ σύγκλητον προηγουμένην. οὐδὲν τῶν τοιούτων ἐθεάσαντο· τοὐναντίον δὲ ἅπαν. ὀνάριον ἴδον εὐτελὲς, μικρὸν, ἀλλότριον, γυμνὸν, χρησιμεῦον. ἕνδεκα μαθητὰς παρεπομένους μόνον· ἤδη γὰρ ὁ Ἰούδας εἰς τὴν προδοσίαν ἠσχολεῖτο. καὶ τοσ- D αύτην πτωχείαν οἱ ὄχλοι θεωρήσαντες, ὡς ἐν οὐρανῷ ἁρπαγέντες, καὶ τὰ ἄνω κατανοοῦντες, καὶ ἀγγέλοις συγχορεύοντες, οἱ τῶν Σεραφὶμ τὰ στόματα δανεισάμενοι, τὰς ὁμοιοφθόγγους ἐκείνας ἔβαλλον φωνὰς, λέγοντες· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ.

Ἐδρύμιττε τοὺς ἀρχιερεῖς καὶ Φαρισαίους ἀκούειν ἐκ τῶν ὄχλων, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. ὃ οὐκ ἤθελον, ἤκουον. ἐκεῖνοι δαιμονιῶντα προσεφώνουν, καὶ οὗτοι βασιλέα ἐκήρυττον. εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. τίς ὁ ὑποθέ- E μενος τοῖς ὄχλοις τὴν φωνὴν ταύτην; τίς ὁ βαλὼν αὐτῶν τῇ διανοίᾳ τὸν αἶνον τοῦτον; τίς ὁ πιστεύσας αὐτοῖς τὰ τῶν φοινίκων βαΐα; τίς ὁ ἀθρόον ὑφ' ἑνὶ συνθήματι πάντας στρατοπεδαρχήσας; τίς ὁ τὴν ὁμοφωνίαν διδάξας; ἄνωθεν ἡ χάρις· τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ ἀποκάλυψις. διὸ καὶ μετὰ παῤῥησίας ἐβόων· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ· οἱ κοσμικοὶ στρατιῶται, οἱ ὑ-

A [1] Bene, *qui venit*: semper enim venit, & numquam deest [a] *Prope est* enim *omnibus invocantibus eum in veritate*. *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*. Quæcumque hodierna geruntur die, symbola sunt; symbola inquam ac indicia, regiæque profectionis argumenta. Hujus mundi cives cum temporalis regis ingressum præstolantur, viam complanant; vestibula coronant; civitatis ornamenta commutant; aulas regias undequaque mundant; laudationum modos locis singulis contexunt. Quibus profecto notis, temporalis regis ad urbem aliquam accessus dignoscitur. His similia nos item agere studeamus; immo & alia magis illustria ac longe præclariora. Quo enim B amplius eminet cælestis Regis imperium, eo municipatus nostri obsequium splendidius fulget.


II. Adest in januis Rex ille [b] mansuetus & placidus: qui cælis quidem vehatur super Cherubim; in terris autem sedeat super pullum asinæ. Animorum nostrorum domos adornemus: fraterni odii araneam omnem dissipemus: non inveniatur in nobis blasphemiæ pulvis: dilectionis aquam abunde effundamus: omnem simultatis tumorem complanemus: nostrorum vestibula labiorum pietatis floribus coronemus; cum turba pariter ipsos turbæ clamores tollamus, atque dicamus: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*. Quis non C laudibus efferat? Quis non mirifice prædicet hasce turbas: illas nimirum Judæorum inimicas, ac Christianorum amicas? Dominum appellarunt Regem, nihil dignum regno corporalibus suis oculis conspicatæ. Non viderunt deauratos currus; non albas ac candicantes mulas; non reliquam illam ostentationis pompam, quam reges temporales procedendo ostentare solent; non arma; non scuta; non signa; non trabeas; non comatos, prægrandi statura corporis obequitantes viros; non elephantum ambitiosum apparatum; non præeuntem senatum. Nihil ejusmodi viderunt; immo cuncta his repugnantia. Nimirum viderunt vilem asellum, pusillum, alienum, nudum; ad usum D comparatum. Ad hæc undecim dumtaxat discipulos eum comitantes: jam enim Judas in proditionis negotio occupatus erat. Talem nihilominus ac tantam turbæ contuentes paupertatem, velut in cælum raptæ cælestiaque intelligentes, ac cum Angelis pariter choros ducentes; à Seraphinis ora mutuatæ, illas eis perquam simillimas emittebant voces, ac dicebant: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*.

III. Acerbe ferebant sacerdotum principes ac Pharisæi, ut ab acclamantibus turbis audirent, *Rex Israel*. Audiebant, quod dictum nolebant. Illi dæmoniacum Dominum appellabant; hæ autem, Re- E gem eum prædicabant: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*. Quis hanc turbis vocem suggessit? Quis eis in animum hanc laudem immisit? Quis ramos palmarum in manus dedit? Quis sub uno confertim signo eos omnes coegit ac duxit? Quis ea vocum concordia resonare docuit? Gratia sane cælestis: revelatio Spiritus sancti. Quamobrem etiam magna libertate clamabant: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*.

a Psalm. CXLIV. 18. *b* Zach. IX. 9.

1. *Bene*. Mutavi τὸ, καλὸς, in καλῶς.] Liquet enim ut nihil in istis accurat. sint antiquarii, utque hoc unum aptum sit, nec illud quidquam congruat. Perstringit, quod pluribus declaravit Orat. *in sancta Theophania*, ut Christus veniat semper, vel in se, vel in creatura, in qua per providentiam nobis prædicat; ut vel hoc indicio, idem utriusque auctor eluceat. Notas fusiores ut desideres, require in Riccardo: ego plerumque minus necessarias autumo.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



ράνιοι ἄγγελοι· οἱ θνητοὶ, ἀθάνατοι· οἱ ἐπὶ γῆς βαδίζοντες, καὶ ἐν οὐρανῷ χοροβατοῦντες· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου, βασιλεὺς τοῦ Ἰσραήλ. ἀπεστράφησαν τοὺς Φαρισαίους· ἐβδελύξαντο τοὺς ἀρχιερεῖς· τὰς θεοπρεπεῖς ἀνέμελπον φωνάς· τὴν κτίσιν ἐχαροποίησαν· τὸν αἰθέρα ἡγίασαν· τοὺς νεκροὺς προεσάλλευσαν· τὸν οὐρανὸν ἀνέῳξαν· τὸν παράδεισον ἐφυτούργησαν· τοὺς θνητοὺς εἰς τὸν ὅμοιον ζῆλον ἠρέθισαν. ὅθεν καὶ τινὲς τῶν ἑλλήνων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ, ἐκ ταύτης τῆς θεοπρεποῦς φωνῆς εἰς τὸν θεοπρεπῆ ζῆλον ἐναχθέντες, καὶ εἰς ἐπιστροφὴν χωρήσαντες, προσῆλθον καθὼς ἀρτίως ἤκουες, ἑνὶ τῶν ἀποστόλων τοὔνομα Φιλίππῳ, λέγοντες πρὸς αὐτόν· κύριε θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. βλέπε τὴν τοῦ ὄχλου κηρυκίαν, καὶ πῶς τοὺς ἕλληνας εἰς ἐπιστροφὴν ἐκίνησαν. εὐθέως πρὸς τοὺς μαθητὰς τοῦ κυρίου· θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν. καλῶς οἱ ἐθνικοὶ ἐμαθήτευσαν τῷ Ζακχαίῳ, οὐκ ἐν τῇ συκομορέᾳ τὴν ἄνοδον ποιούμενοι· ἀλλ' ἐν τῇ θεογνωσίᾳ [1] τὴν ἐπειγόμενοι. θέλομεν τὸν Ἰησοῦν ἰδεῖν· οὐ τοσοῦτον ἵνα τὸ πρόσωπον θεωρήσωσιν, ὅσον ἵνα τὸν σταυρὸν βαστάσωσιν. ὅθεν καὶ ὁ Ἰησοῦς τὴν πρόθεσιν αὐτῶν θεασάμενος, ἀναφανδὸν ἐβόησε πρὸς τοὺς παρόντας, λέγων· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· δόξαν, τὴν τῶν ἑλλήνων ἐπιστροφὴν λέγων· ἣν Ἰουδαίων παῖδες ἀπεδύσαντο, καὶ τὰ ἔθνη αὐτὴν ἐνεκομβώσαντο. διὸ καὶ ὀνειδίζων τοὺς Ἰουδαίους ὁ Ἰησοῦς, ἔλεγε διὰ τοῦ προφήτου· εἰ πατὴρ ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; καὶ εἰ κύριος ἐγώ εἰμι, ποῦ ἐστιν ἡ δόξα μου; διὰ τοῦτο περὶ τῶν ἐθνῶν ἔλεγεν· ἐλήλυθεν ἡ ὥρα ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· δόξαν, τὸν σταυρὸν [2] βαλών. ἔνθεν γὰρ ἐγνώσθη ἡ τοῦ κυρίου δυναστεία, ὅτι τὴν αἰσχύνην εἰς δόξαν μετήνεγκεν· τὴν ὕβριν εἰς τιμήν· τὴν κατάραν εἰς εὐλογίαν· τὴν χολὴν εἰς γλυκασμόν· τὸ ὄξος εἰς γάλα· τὸ ῥάπισμα εἰς ἐλευθερίαν· τὸν θάνατον εἰς ζωήν. ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου· δόξαν, τὸν σταυρὸν καλῶν. ἐξ ἐκείνου γὰρ καὶ νῦν δοξάζεται ὁ σταυρός. αὐτὸς γὰρ ὁ σταυρὸς ἔτι καὶ νῦν, καὶ βασιλεῖς δοξάζει· καὶ ἱερωσύνην φαιδρύνει· καὶ παρθενίαν φυλάττει· καὶ ἄσκησιν ἑδράζει· καὶ συζυγίαν σφίγγει· καὶ χηρωσύνην τειχίζει· καὶ ὀρφανίαν ὑπερασπίζει· καὶ εὐτεκνίαν αὔξει· καὶ ἐκκλησίαν πληθύνει· καὶ λαὸν φωτίζει· καὶ ἔρημον φυλάττει· καὶ παράδεισον ἀνοίγει· καὶ λῃστὴν ὁδηγεῖ· καὶ ἔχθραν ἐξορίζει· καὶ μῖσος σβεννύει· καὶ δαίμονας φυγαδεύει· καὶ διάβολον ἀπελαύνει.

Καὶ ἡμεῖς δὲ λαβόντες τῶν φοινίκων τὰ θαλλία, ἐξέλθωμεν εἰς ὑπάντησιν τοῦ κυρίου ἡμῶν, πρὸς τοὺς ἀρχιερεῖς λέγοντες· οὐχ ὑμεῖς ἐστὲ οἱ λέγοντες, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ τοῦ τέκτονος υἱός; Θεός ἐστι κραταιὸς, ἰσχυρός. δράμετε, σπεύσατε· μετὰ πάντων βοήσατε τῷ ἐγείραντι τὸν Λάζαρον· εὐλογημένος ὁ ἐρχόμενος ἐν ὀνόματι κυρίου· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A Milites, inquam, illi terrestres, & cælestes Angeli: mortales, immortales: super terram incedentes, & in cælo choros ducentes: *Benedictus qui venit in nomine Domini, Rex Israel*: aversati sunt Pharisæos: exsecrati sunt principes sacerdotum: Deo dignas decantabant voces: gaudio ac lætitia affecerunt creaturam: sanctificarunt æthera: mortuos præsultare fecerunt: cælum reserarunt: conseverunt paradisum: mortales pariter ad suam ipsorum æmulationem provocaverunt. Quocirca etiam gentiles quidam tunc temporis, divina illa voce in divinum impulsi zelum, ac conversioni animum adhibentes, accesserunt, ut audisti modo, ad unum Apostolorum Philippum nomine, dicentes ad eum: B [a] *Domine, volumus Jesum videre*. Vide prædicationem turbæ, utque illa gentiles ad conversionem provocaverit. Protinus ad discipulos Domini: *Volumus Jesum videre*. Bene gentiles [b] Zacchæi discipuli effecti sunt, non in sycomorum ascendentes, sed in Dei scientia iter maturantes. *Volumus Jesum videre*: non tam ut viderent faciem, quam ut crucem portarent. Unde etiam Jesus eorum animi propositum videns, clara voce ad eos edixit qui aderant: [c] *Venit hora ut clarificetur Filius hominis*: claritatem ac gloriam appellans, gentilium conversionem, quam Judæi respuerunt, gentes vero ornamento adsciverunt. Idcirco etiam Judæis exprobrans Jesus, per prophetam dicebat: [d] *Si pater* C *ego sum; ubi est gloria mea? Et si Dominus ego sum; ubi est timor meus?* Propterea dicebat de gentibus: *Venit hora ut clarificetur Filius hominis*: appellans gloriam, crucem. Hinc quippe Dei potestas innotuit, quod nimirum ignominiam in gloriam commutarit; contumeliam in honorem; exsecrationem in benedictionem; fel in dulcedinem; acetum in lac; alapam in libertatem; mortem in vitam. *Venit hora, ut clarificetur filius hominis*: gloriam, crucem appellans. Exinde enim, hactenusque celebri crux gloria colitur. Nam ipsa crux adhuc etiam ac modo reges clarificat; sacerdotium exornat; virginitatem servat; vitam religiosam confirmat; conjugia obstringit; viduitatem munit; orbitatem protegit; D auget fecunditatem; multa ecclesiam prole donat; illuminat populum; eremum custodit; paradisum reserat; latroni viam commonstrat; simultates eliminat; odium exstinguit; dæmones exterminat; diabolum propulsat.

IV. Sed & nos quoque virentes palmarum ramulos sumentes, egrediamur in occursum Domini nostri, dicamusque ad principes sacerdotum: Nonne vos estis qui dicitis: [e] *Numquid hic est fabri filius?* Immo Deus est [f] *fortis & potens*. Currite; festinate: cum omnibus pariter ad eum qui Lazarum suscitavit, clamate: *Benedictus qui venit in nomine Domini*: Ipsi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

a Joan. XII. 21. b Luc. XIX. 3. c Joan. XII. 23. d Malach. I. 6. e Matth. XIII. 55. f Psalm. XXIII. 8.

1. Ισ. τῆς ὁδοῦ ἐπειγ.

2. Leg. καλῶν.

A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΛΟΓΟΣ ί.

Εἰς τὴν ἁγίαν Πέμπτην.

Ἐπέστη τῶν ἱερῶν μυστηρίων ἡ πανήγυρις. ἐπέλαμψεν ἡ ἑσπέρα ἡ πάσης ἡμέρας φωτεινοτέρα· τί γὰρ ἐν παρούσῃ ἑσπέρᾳ, οὐ γέγονεν φρικτὸν, καὶ παράδοξον; ὁ δεσπότης συνεδείπνησε τοῖς δούλοις· μυστηρίων αὐτοῖς ἤνοιξε παράδεισον· δέδωκε βρῶμα τὴν ἀναμάρτητον σάρκα· ἁμαρτημάτων σπόγγον ἐχαρίσατο πόμα· ἐν ὑπηρέτου σχήματι ἔνιψε τῶν μαθητῶν τοὺς πόδας, ὀξύνων πρὸς δρόμον· ἔδωκε [1] ψωμὸν στηλιτεύων τὸν προδότην· κατεφίλησε τὸν ἀνάξιον, ἀνακαλούμενος τὴν χάριν ἀπὸ τοῦ βεβήλου· ἦλθεν ἐπὶ τὸ πάθος, δεικνύμενος ὅτι οὐ βίᾳ τὸ πάθος ὑπέμεινε. τίς γὰρ ἂν ἠδυνήθη κρατῆσαι μὴ θέλοντα; τὸν λόγῳ κρατήσαντα θάλασσαν· τὸν ἐπιτάγματι ἀνέμους χαλινώσαντα· τὸν νεκροὺς ὀδωδότας ἐκ τάφων ἑλκύσαντα· τὸν καὶ παρὰ δαιμόνων δεσπότην προσκυνούμενον· εἰ μὴ αὐτὸς, ὡς φιλάνθρωπος, θέλων ἔπαθεν· οὐ καθὸ ἦν, ἀλλὰ καθὸ γέγονεν. ἀλλ' ὅμως ἐκρατεῖτο καὶ ἠνείχετο. οὐ γὰρ ἦλθε κρῖναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ σῶσαι τὸν κόσμον. καὶ φίλημα γέγονε τῆς αὐτῆς τόλμης μήνυμα. τοιγαροῦν προσελθόντι τῷ προδότῃ φησίν· Ἰούδα· ἰοῦ γὰρ γέμεις· Ἰούδα, φιλήματι τὸν υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου προδίδως; κρούει τῷ ὀνόματι τὴν θύραν τῆς αὐτοῦ συνειδήσεως, ἐξυπνῆσαι τὸν κεκαρωμένον τῇ φιλαργυρίᾳ βουλόμενος· ὡς ἂν εἰ λέγων πρὸς αὐτόν· Ἰούδα, εἰς ἀποστολὴν σε ἐξελεξάμην, πῶς ἐστράφης εἰς προδοσίαν; Ἰούδα, χρημάτων ἐρᾷς; πάντων βασιλέων ὑπάρχεις πλουσιώτερος. βασιλέας οὐκ αἰδοῦνται δαίμονες· σοῦ δὲ τὴν γλῶσσαν φρίττουσιν ὡς δραπέται. τοὺς πλουτοῦντας ἀναλίσκουσι νόσοι· σοῦ δὲ καὶ αἱ σκιαὶ φυγαδεύουσι πάθη. τοῖς φιλαργύροις χρυσὸς ὁ θησαυρός· ὑμῖν δὲ [3] τὸν οὐράνιον ηὐτρέπισται κλῆρον. εἰ χρημάτων ἐρᾷς, ἀπόδυσαι τὴν κατὰ τῶν παθῶν δυναστείαν. οὐ χωρεῖ γὰρ ψυχὴ βόρβορον φιλαργυρίας, καὶ μύρον φιλανθρωπίας.

Οὐδὲν χεῖρον, ἀδελφοὶ, φιλαργυρίας· συγγένειαν καθοπλίζει· τὴν φύσιν θερίζει· πρὸς τυραννίδα ἐκμαίνει· τείχη ὑπερορύττει· πόλεις ἐδαφίζει· φύσεως ἀμαυροῖ δίκαια. εἴπω τὸ κεφάλαιον· εἰς ἀποστόλων χορὸν εἰσεπήδησεν. ὤνιον ἐτόλμησε κατὰ τοῦ ἀπράτου. αἰτία οὖν πάντων τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. διὰ τοῦτο ὁ Χριστὸς καὶ Θεὸς κατηγορῶν ἐν προφήταις, ἔλεγε· πρόβατον κατὰ ποιμένος [4] ἐξέμεινεν. ὄντως ῥίζα τῶν κακῶν ἡ φιλαργυρία. ἔλεγεν οὖν ὁ προφήτης Ζαχαρίας, ὡς ἐκ προσώπου κυρίου· καὶ ἐρῶ πρὸς αὐτούς· τουτέστι τοὺς ἀγνώμονας τοῦ λαοῦ· εἰ καλόν ἐστιν ἐνώπιον ὑμῶν, δότε στή-

EJUSDEM *ORATIO X.

In sanctam Quintam Feriam.

I. SAcrorum mysteriorum solemnis advenit dies. Vespera illuxit, die quovis illustrior. Quid enim in præsenti vespera, non horrore plenum ac admiratione? Ipse Dominus cum servis pariter cœnavit: mysteriorum paradisum eis reseravit: innoxiam carnem in cibum tradidit: poculum quo ceu spongia peccata eluerentur, lar- B gitus est: [a] servi habitu pedes lavit discipulorum, quo expeditos promtosque ad cursum redderet: [b] dedit buccellam, proditorem notans: deosculatus est indignum, [2] ut ab impuro gratiam revocaret: ad patiendum venit, ut ostenderet se non vi aliqua adactum perferre passionem. Quis enim, modo noluisset, eum umquam tenere potuisset? eum, inquam, qui verbo dominatur mari; ventos imperio frenat; fœtentes mortuos extrahit e sepulcris; atque ab ipsis dæmonibus ut Dominus adoratur; nisi ipse, quæ sua benignitas est, sponte volensque passus esset: non ejus ratione quod erat, sed ejus quod factus est. Tenebatur nihilominus, ac sustinebat: quippe qui, [c] non judicare mun- C dum, sed salvare venerat. Porro osculum hujus ipsius præsumti facinoris indicium fuit. Quapropter accedenti proditori, ait: [d] *Juda*, (veneno namque refertus es:) *Juda, osculo filium hominis tradis?* Ipso nomine pulsat ejus conscientiæ fores, quo gravi avaritiæ sopore tentum expergefaciat; ac si ad eum diceret. Juda, in Apostolum te elegi; quomodo in proditorem versus es? Juda, divitiarum amore captus es? Atqui regibus universis ditior es. Dæmones haudquaquam reverentur reges: at linguam tuam velut servi fugitivi perhorrescunt ac timent. Divites consumunt morbi; at ipsa tua umbra morbos fugat. Aurum thesaurus est avaris; at vobis, cælestis parata hereditas est. D Si pecuniæ amator es, concessam adversus morbos potestatem abjice. Nequit enim in anima cum avaritiæ cœno, pariter & humanitatis unguentum esse.

II. Nihil est, fratres, avaritia deterius: cognatos armat in invicem: naturam demetit: tyrannorum more facit furere; mœnia funditus subruit: solo exæquat urbes: naturæ jura obliterat. Dicam quod est rei caput: apostolicum invasit chorum: venalem eum impio exposuit ausu, qui major pretio est. Omnium ergo malorum caussa est avaritia. Ob id Christus ac Deus in prophetis criminabundus ajebat, ovem in pastorem furore actam E esse. Vere [e] *malorum omnium radix est cupiditas.* Quocirca dicebat Zacharias propheta, quasi ex Domini persona: [f] *Et dicam ad eos:* hoc est ad ingratos de populo: *si bonum est in conspectu ve-*

[a] Joan. XIII. 5. [b] Joan. XIII. 27. 30. [c] Joan. III. 16. [d] Luc. XXII. 48. [e] I. Tim. VI. 10. [f] Zach. XI. 12.

* Extant Chrysostomi, Cyrilli & aliorum in diem hanc sacratissimam tractatus egregii, quibus præcipue mysteriorum traditionem celebrant: id est, sacræ eucharistiæ sacramenti institutionem; qua de caussa Proclus ipso statim initio appellat *μυστηρίων πανήγυριν: mysteriorum celebritatem.*

1. Ισ. ψωμίον, ut ubique in seq. & apud Joan.

2. *Ab impuro gratiam revocaret*] Velut nimirum eam purissimis suis labiis exsugendo. Sic Chryst. Orat. in descensum ad inferos: *ἀσπάζομαί σε Ἰούδα, οὐχ ἵνα ἀγάπην δωρήσωμαι, ἣν ἀπέβαλου· ἀλλ' ἵνα κενώσω τὴν χάριν, ἣν δέδωκά σοι. Osculor te Juda, non ut caritatem tribuam quam amisisti: sed ut exhauriam gratiam quam tibi tribueram.* Sic & Paulinus epist. XXII. ad Severum. Paulo post male Riccardus exponit vocem τόλμαν, ut sit *tolerantia*. Esto enim eo sensu alibi exponi possit: at heic nihil ille congruit: sed quo communiter, *facinus, atrox factum*, ac similia redditur: *μήνυμα αὐτῆς τῆς τόλμης· signum ipsius facinoris ac proditionis, osculum.* Nolim otium terere notandis aliis.

3. Leg. ὁ οὐράνιος κλῆρος. Ισ. ηὐτρέπισμαι.

4. Leg. ἐξέμηνε.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



σαντες τὸν μισθόν μου, ἢ ἀπείπασθε. καὶ τίς ἄρα γένοιτο μισθὸς τοῦ ἀπράτου; ποία δὲ τιμὴ τοῦ ὑπὲρ τιμήν; ποία δὲ πρᾶσις τοῦ ὑπὲρ λόγον; καὶ ἔστησαν, φησί, τὸν μισθόν μου τριάκοντα ἀργύρια. ὢ ἀκριβοῦς προῤῥήσεως· ποῖόν τε τρόπον εἰς τοιαύτην ἐξεβάκχευσας ἀπληστίαν, ὦ Ἰούδα. καὶ γὰρ ὅτε τὸ μύρον ἐν τῷ δείπνῳ κατέχεεν, τὸ σεμνὸν ἐκεῖνο καὶ φιλόθεον γύναιον, ἐπὶ τῆς ἔνδον [1] μυχούσης ἐν σοὶ φιλαργυρίας ἔφασκες· ἠδύνατο τοῦτο τὸ μύρον πραθῆναι τριακοσίων δηναρίων, καὶ δοθῆναι πτωχοῖς. ἀλλ' ὁ τῆς βροντῆς υἱὸς Ἰωάννης ἐλέγχων σου τὴν παγκάκιστον τῆς φιλαργυρίας ἔννοιαν, φανερώτατώς φησί· τοῦτο δὲ εἶπεν, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ· ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον ἔχων τὰ βαλλόμενα ἐβάσταζεν. ὁ μὲν οὖν κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς προγνώστης ὢν ὡς Θεὸς, καὶ γνοὺς τῷ πονηρῷ πάθει τῆς φιλαργυρίας ἡττώμενον, νικῆσαι θέλων τὴν ὑπερβολὴν τῆς ἀπλήστου καρδίας, τὸ κατὰ ἀνθρώπους ἐπιτίμιον αὐτῷ κατεπίστευσεν. ὁ δὲ, [3] οὐ μόνον ἐπλήσθη, τῶν τοῦ ἀγαθοῦ δεσπότου δωρεῶν ἐν ἀπολαύσει τυγχάνων, καὶ τῶν θεοδωρήτων χαρισμάτων μηδενὸς ὑστερούμενος· ἀλλὰ τριάκοντα ἀργύρια τῶν τριακοσίων ἀντικατηλλάξατο δηναρίων. ὢ τῆς τοῦ Ἰούδα κακοβουλίας. ὢ τῆς τοῦ Ἰούδα παραφροσύνης, ὅτι ἀκούσας παρὰ τοῦ ζωοποιοῦ διδασκάλου Χριστοῦ· τί ὠφελεῖται ἄνθρωπος τὸν κόσμον ὅλον κερδήσας, καὶ τὴν ψυχὴν ἀπολέσας, καὶ ζημιωθείς; τριάκοντα ἀργυρίοις πρὸς ὀλίγον τερφθεὶς, τὸν ζωοδότην Χριστὸν τοῖς ἀνόμοις παρέδωκε· τὴν δὲ ἑαυτοῦ ψυχὴν αἰωνίᾳ τιμωρίᾳ κατεδίκασε. διὸ καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ἔλεγεν· οὐαὶ τῷ ἀνθρώπῳ ἐκείνῳ, δι' οὗ ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδίδοται. καλὸν ἦν αὐτῷ, εἰ οὐκ ἐγεννήθη ὁ ἄνθρωπος ἐκεῖνος.

A *ftro, date ftatuentes mercedem meam, aut renuite*. Quænam vero ejus merces conftitui poterit, qui major eft quam ut vendi poffit? Quodnam ejus pretium, qui pretium omne fuperat? Quæ ejus venditio, qui fummam omnem excedit? *Eft ftatuerunt*, inquit, *mercedem meam triginta argenteos*. O exquifitum vaticinium, ac modi declaratio, quo in infatiabilem ejufmodi cupiditatem, o Juda, furore abactus es! Nam & cum cafta illa ac religiofa mulier unguentum in cœna effunderet, ab avaritia intus animo latitante, dicebas: [a] *Poterat unguentum iftud venumdari trecentis denariis, & dari pauperibus*. Verum ille tonitrui filius Joannes, tuum arguens omni nequi- B tia & improbitate refertum avaritiæ fenfum, apertiffime ait: [b] *Hoc autem dixit, non quia de egenis pertinebat ad eum; fed quia fur erat, & loculos habens, ea quæ mittebantur portabat*. Dominus itaque Jefus Chriftus, qui ut Deus, erat omnium præfcius, Judam fciens nequiffimo avaritiæ affectu tentum, ut nimiam illam inexhauftæ cupiditatis intemperantiam vinceret, [2] humanæ illud mercedis ac præmij illi concredidit. At ille, nedum non fuit expletus, cum boni Domini dona perciperet, nec divinis ullis charifmatibus deftitutus effet; ut etiam triginta argenteos, trecentorum illorum denariorum vice commutarit. O perverfum Judæ confilium! O Judæ dementiam; ut qui C auctore vitæ ac præceptore Christo audiffet: [c] *Quid proficit homo fi univerfum mundum lucretur: animam autem perdat, & detrimentum fui faciat?* triginta tamen argenteis ad breve delectatus tempus, datorem vitæ Chriftum iniquis tradiderit, fuamque ipfius animam fuppliciis æternis addixerit! Idcirco etiam Dominus nofter Jefus Chriftus ajebat: [d] *Væ homini illi per quem Filius hominis tradetur: bonum illi erat, fi natus non fuiffet homo ille*.

Ὁ μὲν γὰρ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς ταῦτα ἔλεγε, θέλων αὐτὸν εἰς αἴσθησιν ἀγαγεῖν· ὥστε ἀνασφάλαντα ἀποστῆναι τοῦ πονηροτάτου ἐκείνου ἐπιτηδεύματος τῆς προδοσίας, καὶ εἰς μετάνοιαν χωρῆσαι, καὶ σωτηρίας τυχεῖν. ὁ δὲ τὴν παρακοὴν προτιμήσας τῆς ὑπακοῆς, γέγονε τοῦ ἀρχεκάκου ὄφεως οἰκητήριον. διὸ καὶ ὁ κύριος ἐπιμένοντα ὁρῶν αὐτὸν τῇ κακοβουλίᾳ τῆς προδοσίας, ἔκδοτον παρέδωκε τῷ ὑποθεμένῳ [4] αὐτὸν τὸ τῆς φιλαργυρίας πάθος. ἐρωτώμενος γὰρ ὑπὸ τῶν γνησίων μαθητῶν ἐν τῷ δείπνῳ, τίς εἴη ὁ τὴν προδοσίαν ἐπιτηδεύων, ἀπεκρίνατο αὐτοῖς λέγων· ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω, ἐκεῖνός ἐστιν, ὁ παραδιδούς με. καὶ κατὰ τὸ λαβεῖν τὸ ψωμίον, φησὶν, εἰσῆλθεν εἰς αὐτὸν ὁ σατανᾶς. ὁ δὲ κύριος πρὸς αὐτόν· ὃ ποιεῖς, ποίησον τάχιον· ἴδετε πῶς ἑκουσίως ἔσπευδεν ὑπὲρ σωτηρίας τοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων, ἐπὶ τὸ πάθος ἐλθεῖν, ὁ φύσει σωτήρ; διὸ τὰ ἐν ἀνθρώποις ἐξαίρετα καλὰ, τὰ ὑπ' αὐτοῦ γενόμενα, φῶς ἐστι καὶ ζωή. ταῦτα καὶ αὐτὸς καλεῖσθαι ηὐδόκησε. φῶς γάρ ἐστιν, ὡς Θεός· καὶ ζωὴ, ὡς ἀθάνατος· κἂν ἐγεύσατο πάθους σαρκὶ, οὐ θεότητι.

III. Dicebat autem hæc Dominus nofter Jefus Chriftus, volens eum revocare ad fenfum; ut in fe reverfus, a perverfo illo fceleftiffimoque proditio- D nis ftudio animum abftineret, rediretque ad pœnitentiam, ac falutem nancifceretur. At ipfe inobedientiam obedientiæ præferens, fe ipfum domicilium ferpentis malorum auctoris effecit. Idcirco etiam Dominus, ut vidit pervicaciter in perditiffimo proditionis confilio perfiftere, in ditionem poteftatemque illius tradidit qui avaritiæ affectionem ei fuggefferat. Percontantibus namque veris fincerifque difcipulis in cœna, quifnam effet qui proditionem moliretur, refpondit eis, aitque: [e] *Cui ego buccellam intinctam porrexero, ille eft* qui me tradet. *Et poft* acceptam *buccellam*, inquit, *introivit in eum fatanas. Et dixit illi* Dominus: *Quod facis, fac citius*. Videtis quam fponte, is qui na- E tura erat Salvator, pro humani falute generis, ad mortem venire satageret? Quapropter eximia ac præcipua in humanis bona, ab eo condita, lux funt & vita: quæ & ipfe appellari voluit. Quippe lux eft, qua Deus ratione: vita autem, qua immortalis eft. Quamquam vero carne guftavit mortem, non deitate.

a Marc. xiv. 5. *b* Joan. xii. 6. *c* Luc. ix. 25. *d* Matth. xxvi. 23. *e* Joan. xiii. 26. 27.

1. Erat μοιχούσης.

2. *Humanæ illud mercedis & præmii*. τὸ κατὰ ἀνθρώπους ἐπιτίμιον.] Velut falarium: ut eo haberet, quo fuæ avaritiæ faceret fatis, concreditis Domini qualibufcumque pecuniis, quibus ad libitum uti poffet. Riccardus: ἐπιτίμιον· *quod maximi honoris, maximæque æftimationis eft*: nihil id ad propofitum: nec enim ferre loculos, ac temporalem œconomum agere, eximium aliquid erat ac maximi honoris in collegio apoftolico: nec honoribus, fed lucro ac pecuniis, avarus animus fatiandus erat.

3. Leg. οὐ μόνον οὐκ.

4. Ισ. αὐτῷ.

Φύγωμεν οὖν πάντες τὴν πλεονεξίαν· ἐξεμέσωμεν μετὰ φιλαργυρίας καὶ τὴν ὑπόκρισιν. ἀσπαζώμεθα ἀλλήλους ἀπὸ καρδίας, μέλλοντες προσιέναι τοῖς θείοις μυστηρίοις. πᾶσαν ὀργὴν ἀποῤῥίψωμεν· πάσης μνησικακίας καθαρεύσωμεν· ἵνα εἰσελθὼν ὁ δεσπότης ἐν ταῖς ἡμετέραις ψυχαῖς, μηδένα εὕρῃ κατὰ τὸν Ἰούδαν ὑποκρίσεως γέμοντα· ἀλλὰ πάντας καθαροὺς, κατὰ τὸν Ἰωάννην, τοὺς πατρικοὺς κόλπους μετὰ πίστεως θεολογοῦντας· κατὰ Παῦλον, τῷ κόσμῳ ἐσταυρωμένους· κατὰ τὸν Πέτρον, εὐσεβῶς κηρύττοντας καὶ λέγοντας· σὺ εἶ ὁ Χριστὸς ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὅπως τοῦ δεσποτικοῦ τύχωμεν μακαρισμοῦ. μακάριος γὰρ, φησιν, ἀνὴρ, ᾧ οὐ μὴ λογίσηται κύριος ἁμαρτίαν, οὐδὲ ἔστιν ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ δόλος. ἐπὶ τίνα γὰρ ἐπιβλέψω, διὰ τοῦ προφήτου λέγει, ἀλλ' ἢ ἐπὶ τὸν πρᾶον καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντά μου τοὺς λόγους; καὶ ἐν εὐαγγελίοις ἔλεγεν ὁ σωτὴρ διδάσκων τοὺς ἑαυτοῦ μαθητάς· μακάριοι οἱ πτωχοὶ τῷ πνεύματι, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν· ἧς γένοιτο πάντας ἡμᾶς ἀξίους καὶ ἐν ἀπολαύσει γενέσθαι, διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἑκουσίως ὑπὲρ ἡμῶν πραθῆναι καὶ παραδοθῆναι καταδεξαμένου, ὅπως ἡμᾶς ἐκ τῆς δουλείας τοῦ ἀοράτου ἐχθροῦ ἐλευθερώσῃ· αὐτῷ ἡ δόξα ἅμα τῷ Πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ, καὶ ζωοποιῷ αὐτοῦ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

IV. Fugiamus itaque omnes inexplebilem plus habendi cupiditatem: cum avaritia foras pariter hypocrisim mittamus. Ad divina accessuri mysteria, invicem ex corde amplexemur ac osculemur: iram omnem proijciamus: ab omni simultate cor mundum habeamus, ut ingrediens Dominus in nostras animas, neminem Judæ instar inveniat plenum simulatione: sed mundos omnes, [a] Joannis instar divinum Patris sinum cum fide explicantes; [b] Paulli instar mundo crucifixos: more Petri pie prædicantes, atque dicentes: [c] *Tu es Christus Filius Dei vivi*: ut ita dominicam consequamur beatitudinem. [d] *Beatus* enim, inquit, *vir, cui non imputaverit Dominus peccatum; nec est in ore ejus dolus*. [e] *Super quem enim respiciam*, ait per prophetam, *nisi super mitem & quietum, & trementem sermones meos*? In Evangeliis quoque dicebat Salvator, cum suos ipsius doceret discipulos: [f] *Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est regnum cælorum*: quo utinam omnes nos digni ac participes efficiamur, per Dominum nostrum Jesum Christum, qui ultro pro nobis vendi ac tradi sustinuit, ut nos ab hostis invisibilis servitute liberaret: Ipsi gloria, una cum Patre sanctoque ac vivifico ejus Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum, Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

Λ Ο Γ Ο Σ ιά.

Εἰς τὸ πάθος τοῦ κυρίου, τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ παρασκευῇ.

Φοβερὰ τῆς σημερινῆς παρατάξεως τὰ μυστήρια· φρικτὰ τοῦ καταχθονίου πολέμου τὰ τρόπαια· ἀδιήγητος τοῦ παλαιοῦ τυράννου ἡ ἀθρόα καθαίρεσις· πάσης ἐνθυμήσεως κρείττων, ἡ τοῦ δι' ἡμᾶς σαρκωθέντος ὑπὲρ ἡμῶν νίκη. συνεπλάκη μὲν γὰρ τῷ θανάτῳ, ὡς νεκρός· ἐσκύλευσε δὲ τὸν ᾅδην ὡς Θεὸς ἰσχυρὸς καὶ δυνατός. κύριος γὰρ κραταιὸς καὶ δυνατός· κύριος δυνατὸς ἐν πολέμῳ. ποῖος οὖν λόγος ἐπαξίως δυνατὸς ὑπουργήσειε τῷ θαύματι; ποία δὲ γλῶσσα λαλήσει καὶ διηγήσεται τὴν φοβερὰν παράταξιν; σήμερον γὰρ προφητικῶν φωνῶν πεπλήρωται σφραγίς· σήμερον ὁ ᾅδης ἀγνοῶν κατέπιε δηλητήριον· σήμερον ὁ θάνατος ἐδέξατο τὸν ἀεὶ ζῶντα νεκρόν. σήμερον ἐλύθη δεσμὰ, ἅπερ ὁ ὄφις ἐν παραδείσῳ ἐχάλκευσε. σήμερον οἱ ἐξ αἰῶνος ἠλευθερώθησαν δοῦλοι. σήμερον ὁ λῃστὴς ἐτυμβορύχησε, τὸν πεντακισχιλίοις καὶ πεντακοσίοις ἔτεσιν ὑπὸ φλογίνης ῥομφαίας φρουρούμενον παράδεισον. σήμερον τὸ φῶς ἐν τῇ σκοτίᾳ φαίνει, καὶ ὅλον τοῦ θανάτου τὸν θησαυρὸν ἐκένωσε. σήμερον βασιλικὴ εἰς τὸ δεσμωτήριον ἐκαινοτομήθη εἴσοδος. σήμερον πύλας χαλκᾶς συνέτριψε, καὶ μοχλοὺς σιδηροῦς συνέθλασεν, ὁ καταποθεὶς ὡς ψιλὸς νεκρὸς, καὶ πυρπολήσας ὡς Θεὸς Λόγος. σήμερον ὁ ἀκρογωνιαῖος λίθος Χριστὸς, τὸ τοῦ θανάτου προγονικὸν θεμέλιον γενόμενον συνετάραξε· τὸν Ἀδὰμ ἀνέσπασε, καὶ τὸν Ἀβελ διέσωσε, καὶ πᾶσαν τοῦ ᾅδου τὴν οἰκοδομὴν κατέστρεψε. σήμερον καὶ οἱ πρώην θρηνοῦντες,

E J U S D E M

*O R A T I O XI.

In dominicam passionem, in sancta ac magna Parasceve.

I. Terribilia sunt hodierni prœlii mysteria: horrenda infernalis pugnæ tropæa: inenarrabilis subita hæc antiqui tyranni profligatio: cogitatu omni major victoria, quam pro nobis retulit is qui carnem assumsit nostri caussa. Cum morte congressus est tamquam mortuus: infernumque devastavit ut Deus fortis & potens. [g] *Dominus* enim, *fortis & potens*; *Dominus potens in prœlio*. Quænam ergo copia fandi pro rei dignitate, huic poterit deservire miraculo? Quænam vero lingua terribilem hunc eloquetur ac enarrabit conflictum? Hodie namque impleta sunt prophetica obsignata oracula. Hodie infernus nesciens letale epotavit venenum. Hodie mors eum suscepit mortuum, qui semper est vivens. Hodie soluta sunt vincula, quæ [h] serpens in paradiso fabricaverat. Hodie ii qui a sæculo servi fuerant, in libertatem vindicati sunt. Hodie latro, quinque millium ac quingentorum annorum spatio flammei gladij præsidio munitum clausumque paradisum, perfodit. Hodie [i] *lux in tenebris lucens*, universum mortis thesaurum exhausit. Hodie Regis in carcerem novus ingressus designatus est. Hodie [k] *contrivit portas æreas, ac vectes ferreos confregit*, is qui ut simplex mortuus absorptus est, utque Deus Verbum infernum vastavit. Hodie summangularis lapis Christus, jactum illud primigenium mortis fundamentum concussit: revulsit Adam, ac Abel incolumem revocavit, universumque inferni ædifi-

a Joan. I. 18. *b* Gal. VI. 14. *c* Matth. XVI. 16. *d* Psalm. XXXI. 2. *e* Isa. LXVI. 2. *f* Matth. V. 3. *g* Psalm. XXIII. 8. *h* Gen. III. 24. *i* Joan. I. 5. *k* Psalm. CVI. 16.

* Habuit Riccardus ex Vaticano, contulitque cum uno Cryptæfer. codice, & altero Sirleti. Nihil Procli aliis charactere ac doctrina deterior est. Non male Riccardus distinguit a sequenti, tametsi codex Sirleti ex quo edidit, hæc illaque continua habebat. Palam enim spectant ad alium aliumque diem; nempe Parasceves, & Paschæ, sive etiam Sabbati sancti. Videtur tamen in secunda aliquid desiderari pro exordio, nisi ita ex abrupto incepit ad exhibendam magnitudinem affectus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

οὓς κατέπιεν ὁ θάνατος ἰσχύσας, μετὰ μεγάλης φωνῆς κράζουσι· ποῦ σου θάνατε τὸ νῖκος; ποῦ σου ᾅδη τὸ κέντρον;

Τί λέγεις πρὸς ταῦτα, ὦ Ἰουδαῖε; κωμῳδεῖς τὸν σταυρόν; χλευάζεις τὸ πάθος; γελᾷς τὸν θάνατον; διασύρεις τὸν τάφον; ἀλλὰ βλέπε τὴν νίκην, καὶ φρίξον τὸ πάθος τοῦ ἑκουσίως παθόντος σαρκὶ, ἀπαθοῦς ὄντος Θεοῦ λόγου. πάντας τοὺς δικαίους μετ' ἐξουσίας κατέπιε, καὶ οὐδεὶς τῶν ὁσίων περιεγένετο θανάτου. τὸν Ἀβελ θαυμάζεις; ἀλλὰ θάνατος ἐρρόφησεν αὐτόν. τὸν Νῶε μοι λέγεις; ἀλλὰ καὶ αὐτὸς εἰς φθορὰν ἐγκυβίστησε. τὸν Ἐνὼχ μοι προφέρεις; ἀλλὰ καὶ οὗτος ἔφυγε, καὶ οὐ τὸν νόμον κατήργησε. τὸν Ἀβραὰμ μοι κομπάζεις; ἀλλὰ καὶ τοῦτον διέλυσεν ὁ θάνατος. τὸν Ἰσαὰκ μνημονεύεις; ἀλλὰ πεσὼν οὐκ ἀνέστη. τὸν Ἰακὼβ προφέρεις; ἀλλὰ κόνις ὁ πατριάρχης. τὸν Ἰωσὴφ ἐγκαυχᾶσαι; ἀλλ' ἐν γυμνοῖς καὶ ξηροῖς ὀστέοις ἡ μνήμη αὐτοῦ. τὸν Μωϋσέα ἐκθειάζεις; ἀλλ' οὐδὲ τὸν τάφον αὐτοῦ ἐξετάζεις. πάντας τοὺς προφήτας μοι λέγεις; ἀλλ' ἐννόει τοὺς τάφους, καὶ μὴ κόμπαζε τοῖς λόγοις. τοσούτους ἔλαβεν ὁ θάνατος, καὶ πάντας ἐρρόφησεν· ἕνα δὲ κατέπιε, καὶ κόσμον ὅλον ἀβουλήτως ἐξέμεσε. βλέπε γὰρ σήμερον τοῦ διαβόλου τὴν κατὰ τοῦ ἀνευθύνου τοῦ θανάτου πονηρίαν. ὑπηρέτας πρὸς σύλληψιν ὥπλισε· τὸν Ἰούδαν εἰς προδοσίαν ἠγόρασε· τὸν Πέτρον εἰς ἄρνησιν ὑπεσκέλισε· τὸν δοῦλον τοῦ ἀρχιερέως πρὸς ῥάπισμα ἐξέμηνεν· τοὺς στρατιώτας πρὸς χλεύην ἐξεβάκχευσε· τὸν Πιλάτον πρὸς ἐρώτησιν διήγειρε· τὸν δῆμον πρὸς στασιασμὸν ἐκίνησε, βουλόμενος μαθεῖν τίς ἦν ὁ δεσπότης. ἀλλ' εἱστήκει ὁ μακρόθυμος φέρων τὴν τόλμαν, ἵνα λύσῃ τὴν κατάραν.

Διὰ τοῦτο ὥσπερ ἐπὶ βασιλικοῦ θανάτου, πᾶσα ἡ τῶν πόλεων φαιδρότης φυγαδεύεται· οὕτως σήμερον πᾶσα ἡ κτίσις τὴν ἑαυτῆς ἠρνήσατο λαμπρότητα. οὐρανὸς ἐμελανειμόνει τὸ σκότος· ὁ ἥλιος ὥσπερ δοῦλος φιλοδέσποτος ἔφυγε, τὰς ἀκτῖνας συστείλας· τὰ ἄστρα τὴν φυσικὴν συνετάραττε τάξιν· ὁ ναὸς περιεσχίζετο διὰ τὸ πένθος· ἡ γῆ θρηνοῦσα οὐ βραχίονας ἔτυπτεν, ἀλλὰ πέτρας ἔσχιζεν· οἱ προφῆται πάντες προσιόντες, ἠρώτων τὸν δεσπότην, καὶ ἔλεγον· τί αἱ πληγαὶ αὗται αἱ ἀναμέσον τῶν χειρῶν σου; πῶς σοῦ τὸ πάθος ἅψασθαι ἐτόλμησε; θεότητι; ἀλλ' ἀνάλωτος ἡ θεότης. ὃ οὖν πάσχει, σαρκὶ πέπονθε. καὶ πῶς οὐκ ᾐδέσθησάν σου οἱ σταυρώσαντες, καὶ οὐκ ἐμνήσθησαν τῆς εὐεργεσίας σου; τί οὖν πρὸς αὐτοὺς ὁ δεσπότης; αὗται αἱ πληγαὶ ἃς ἑκὼν ἐπλήγην ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ ἀγαπητοῦ μου. ἐξ Αἰγύπτου μετῆρα ἄμπελον· ἤρδευσα τῇ παρόδῳ τῆς θαλάσσης· περιέσκαψα τοῖς φοβήτροις· ἐκλάδευσα περιτομῇ· ἐχαράκωσα προφήταις· περιέφραξα νόμῳ· καὶ

A cium evertit. Hodie & qui olim lugebant, quos [a] prævalens mors devoraverat, magna & elata voce clamant: [b] *Ubi est mors victoria tua? Ubi est inferne stimulus tuus?*

II. Quid ad hæc, o Judæe, dicis? Crucem sugillas? subsannas passionem? irrides mortem? sepulcrum obtrectas? At fige in victoria obtutum, ejusque reverere passionem, qui Deus Verbum impatibilis exsistens, voluntate sua passus est carne. Justos omnes ex potestate & imperio absorbuit mors, nec ullus sanctorum ejus victor fuit. Admiraris Abel? at mors eum deglutiit. Mihi Noe dicis? sed præceps, etiam ipse in interitum corB ruit. Enoch mihi profers [c]? verum [1] hic quoque declinavit quidem, minime tamen legem abrogavit. Abraham mihi jactabunde quidem effers? at hunc quoque ipsum mors interemit. Isaac mentionem facis [d]? at ubi cecidisset, non resurrexit. Jacob adducis? verum patriarcha pulvis exsistit. De Joseph gloriaris? at in nudis aridisque ossibus memoria ejus posita est. Moysen [2] divine extollis? at ne sepulcrum quidem ejus reperire vales [e]. Universos mihi recenses prophetas? verum ipsorum recole sepulcra, magnoque te verborum fastu jactare desine. Tot tantosque mors decerpsit, universosque exsorbuit: absorbuit autem unum, ac nolens volens mundum universum evomuit. Vide C enim diaboli hodierna die adversus eum nequitiam, qui nihil mortis reus erat. Ministros armavit ut comprehenderent: Judam ut proderet, redemit: Petrum ad negandum supplantavit: servuum principis sacerdotum, ut alapa in eum sæviret comparavit: milites ut illuderent, cæco furore exagitavit: Pilatum ad interrogandum pro rei more, excitavit: turbam ad seditionem concitavit, scire volens quisnam esset Dominus. Verum stetit ille longanimiter sustinens audax illud facinus, quo solveret maledictionem.

III. Idcirco, sicut in regis alicujus morte, omnis ab urbibus festivus lepor abscedit; ita hodie creaD tura universa splendorem suum respuit ac abdicavit. Cælum pullatas sibi tenebrarum sumebat vestes: sol uti servus domini sui amantissimus, radios contrahens, aufugiebat: astra naturalem invertebant ordinem: templum undique a luctu scindebatur: terra lugens ac mærens, non brachia contundebat, sed petras scindebat: prophetæ omnes accedentes, Dominum interrogabant, dicebantque: [f] *Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum?* Quonam modo te passio ausa est attingere? Num deitate? Atqui deitas nihil perpeti potest. Quod itaque passus est, carne passus est. Quei vero, qui te egerunt in crucem, non te sunt reveriti, nec tuorum beneficiorum memores exE stiterunt? Quid ergo ad ipsos Dominus? Istæ sunt plagæ, [g] *quibus* volens ipse *plagatus sum in domo dilecti mei*. Ex Ægypto [h] vineam transtuli; maris transitu irrigavi; circumfodi terriculamentis; circumcisione putavi, circumvallavi prophetis; le-

a Isa. xxv. 18. *b* I. Cor. xv. 15. *c* Gen. V. 24. *d* Gen. xxv. 8. *e* Deut. xxxiv. 6. *f* Zach. xiii. 6. *g* Ibid. *h* Psalm. lxxix. 9.

1. *Hic quoque declinavit*. cet.] Sirleti & Crypt. habent negativam, οὐκ ἔφυγε· sed melius abest a Vaticano. Re vera enim effugit, sive vitavit mortem ac declinavit, juxta illud Hebr. xi. 5. *Fide Enoch translatus est, ne videret mortem:* haud tamen congressione cum ea victor fuit, ejusve abrogavit legem, sicut Dominus: cum etiam in fine sæculorum maneat moriturus.

2. *Divine extollis*. ἐκθειάζεις·] Existimat Riccardus dictum hoc in superstitiosos Judæos, qui Moysen ut deum colerent, ejusque adorarent imaginem: eos nimirum quos Epiphanius refert lib. II. Panar. hær. lv. Verum ii pauci admodum erant in Arabia Petræa, ac valde obscuri: ut non debuerit Proclus, ita universim scelus hoc Judæis improperare, ob paucorum illorum culpam. Mitius ergo accipio τὸ ἐκθειάζειν· ut in homines quoque sacros, quia & res alias, quadrare potest. Sic Orat. in S. Stephanum, τὸν κάλαμον ἐκθειάζων· *arundinem divine extollens*; quod bene ibi Riccardus reddit.

SÆCUL V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλήν· ἐποίησε δὲ ἀκάνθας, καὶ οὐ δικαιοσύνην, ἀλλὰ κραυγήν. καὶ, ἐγενόμην ὡς ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος.

Ὦ πάθος κόσμου καθάρσιον. ὢ θάνατος ἀθανασίας ἀφορμὴ ζωὴν ἀνατέλλουσα. ὢ κάθοδος ἐν ᾅδου, τῶν ἐξ αἰῶνος νεκρωθέντων γέφυρα πρὸς ἀναβίωσιν. ὢ μεσημβρία τῆς δειλινῆς ἐν παραδείσῳ καταδίκης ἀνάκλησις. ὢ σταυρὸς δένδρου ἰατρός. ὢ ἧλοι τὸν κόσμον τῇ θεογνωσίᾳ προσηλώσαντες, καὶ [1] θανάτου καταπείραντες. ὢ ἄκανθαι, τοῦ Ἰουδαϊκοῦ ἀμπελῶνος οἱ βότρυες. ὢ χολὴ, τοῦ τῆς πίστεως μέλιτος πρόξενος, καὶ τῆς Ἰουδαίων πονηρίας κατήγορος. ὢ σπόγγος τὴν κοσμικὴν ἁμαρτίαν ἀποσπογγίσας καὶ ἀποσμήξας. ὢ κάλαμος ἐν οὐρανοῖς τοὺς πιστοὺς πολιτογραφήσας, καὶ ἀρχεκάκου ὄφεως τὴν τυραννίδα συντρίψας. ὢ μυστήριον παρὰ ἀπίστοις ἀπιστούμενον, ὑπὸ δὲ πάντων πιστῶν προσκυνούμενον ἀκαταπαύστως. ὢ σημεῖον παρὰ ἀπίστων ἀντιλεγόμενον, καὶ παρὰ πιστῶν δοξαζόμενον. ὢ μυστήριον, Ἰουδαίοις μὲν σκάνδαλον, ἔθνεσι δὲ μωρία· ἡμῖν δὲ, Χριστὸς Θεοῦ δύναμις καὶ Θεοῦ σοφία, καθά φησιν ὁ ἀπόστολος Παῦλος, ὅτι τὸ μωρὸν τοῦ Θεοῦ, σοφώτερον τῶν ἀνθρώπων ἐστίν· ὡς θάνατον καταργῆσαι, καὶ τὸν ᾅδην σκυλεῦσαι, καὶ τοὺς ἀπ' αἰώνων νεκροὺς ζωοποιῆσαι· χάριτι τοῦ κυρίου ἡμῶν Χριστοῦ· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

Age circumfepsi; [a] *Et exspectavi ut faceret uvas: fecit autem spinas; fecit, non justitiam, sed clamorem.* Et, [b] *Factus sum sicut homo sine adjutorio, inter mortuos liber.*

IV. O passionem, mundi expiationem! O mortem, immortalitatis caussam vitæque originem! O descensum ad inferos, iis qui a sæculo mortui erant, ascensionis pontem ad vitam redivivam! O meridiem, pomeridianæ in paradiso damnationis revocationem! O crucem, arboris medelam! O clavos, cognitionis Dei mundum affigentes, mortemque transfigentes! O spinas, Judaicæ vineæ botros! O fel, quod fidei dulcorem conciliet, ac Judæorum accuset nequitiam! O spongiam, quæ peccatum mundi detergat abstergatque! O arundinem, quæ fideles cælestium civium albo inscribat, malorumque auctoris serpentis tyrannidem conterat! O mysterium cui ab infidelibus fides negatur: quodque jugiter fidelium omnium studio adoratur! O signum, cui ab infidelibus contradicitur, quodque fidelibus clarum habetur! O mysterium, [c] *Judæis quidem scandalum, gentibus autem stultitia*: nobis autem, *Christus Dei virtus, & Dei sapientia*, uti Paullus Apostolus ait; *quia quod stultum est Dei, sapientius est hominibus*: ita ut destruxerit mortem, spoliaverit infernum, ac mortuos qui a sæculo erant, vivificaverit: gratia Domini nostri Jesu Christi, cui gloria & imperium in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιβʹ.

Εἰς τὴν ἀνάστασιν, τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Φαιδρὰ τοιγαροῦν τοῦ τριημέρου πάθους τὰ ἄνθη· ἀστράπτει τῆς κολυμβήθρας τὰ κρίνα· ἀστέρες ἐξ ὑδάτων ἀνέτειλαν. καὶ εἰκότως· ὁ ἥλιος γὰρ ἐπέφανε τοῖς ἐν σκότει ἐν λάκκῳ κατωτάτῳ καθημένοις, καὶ ἐν σκιᾷ θανάτου. ἔνδοξος τοῦ σταυρωθέντος ἡ αἰχμαλωσία. βλέπε τὰ τρόπαια, καὶ μὴ ἀμφίβαλλε περὶ τῆς νίκης. θαύμαστον τὴν τῆς βασιλίδος μεγαλοψυχίαν, πᾶσι τὰς πνευματικὰς εὐλογίας πηγάζουσαν. πάλαι μὲν γὰρ οἱ Ἰουδαῖοι λίθους κατὰ Στεφάνου ἠκόντιζον, καταχῶσαι βουλόμενοι τὸν τοῦ σταυρωθέντος πρώταρχον ἀθλητὴν καὶ ἄμαχον ῥήτορα· ἡ δὲ ἑαυτὴν τῷ Χριστῷ ἀναθεῖσα παρθένος, πλοῦτον δι' εὐλάβειαν ἐκένωσέν τε καὶ ἀνάλωσεν. τὴν οἰκείαν σάρκα τοῖς πάθεσιν ἐνέκρωσε· τὸν σταυρωθέντα ἐν ψυχῇ ἐθαλάμευσεν· τὸν ἐπίγειον οὐρανὸν τὸν ὁρώμενον ναὸν ἐκαλλώπισεν. ὁμολογεῖ τάφον τὸν θησαυρὸν τῆς σωτηρίας· ἐγκαυχᾶται σταυρῷ, δι' οὗ τὸ παλαιὸν ἐσχίσθη χειρόγραφον· περιπτύσσεται θάνατον τοῦ ἀρχαίου φραγμοῦ λυτήριον· κηρύττει ἀνάστασιν τὸ μέγα τοῦ σταυρωθέντος δῶρον·

EJUSDEM

*ORATIO XII.

In Domini nostri Jesu Christi resurrectionem.

I. Pulcri itaque triduanæ sepulturæ flores: micanti fulgore coruscant lavacri lilia: ortæ sunt stellæ ex aqua. Ac merito: sol enim iis illuxit, qui in tenebris positi sedebant [d] in lacu inferiori & in umbra mortis. Gloriosa est Crucifixi captivitas. Specta tropæa, nec dubius sis de victoria. [2] Admirare reginæ magnificentiam, omnibus fontis instar spirituales benedictiones effundentem. Olim quidem Judæi lapides in Stephanum intorquebant, animo obruendi primarium militiæ Crucifixi, principemque athletam ac invictum oratorem: hæc autem virgo, Christo se consecrans, religionis ergo divitiarum thesauros erogando exhausit. Mortificavit furentes motus suæ carnis: Crucifixum, in animo suo ceu thalamo collocavit: terrestre cælum, templum nempe istud quod oculis adspectamus, eleganter exornavit. Confitetur salutis thesaurum esse sepulcrum: gloriatur cruce, per quam vetus discissum est chirographum: affusa amplexatur mortem, antiquæ maceriæ dissolutionem: magnum Crucifixi donum, resurrectionem prædicat: admiratur baptismi fontem, qui tot


a Isa. V. 4. 7. b Psalm. LXXXVII. 5. c I. Cor. I. 23-25. d Psalm. LXXXVII. 7.

1. Leg. θάνατον.

* Vix adduci possum, ut ne hoc totum ἐπάνθισμα seu partem plenioris orationis accipiam. Vox illa τοιγαροῦν, aliquid jam expositum respicit. Dicta videtur in Sabbato Paschæ, & in recens baptizatos: seu occasione baptismi, cujus ea die ritus celebris est.

2. *Admirare reginæ magnificentiam.*] Obscurum quid heic velit auctor, ac eo nomine intelligat. Riccardus existimat notare Pulcheriam augustam, quæ & βασιλὶς & virgo, tunc clara in urbe esset: in quam quadrent omnia illa pietatis opera, quæ ille commemorat. Ac sane ut unam aliquam personam hæc respiciant, vix aliam respexerint. Quod sic autem statim tria in Neophotistos verba prolocutus, ad imperatricem sermonem convertat; ea videtur ratio, quod forte ipsa adesset, ac interfuisset baptismo, inque baptizandos aliquid contulisset: ut ea Proclus occasione paucis laudans, velut ad exemplum novis Christianis proponat, atque in ea, Christi crucis tropæa prædicet.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.




θαυμάζει κολυμβήθραν τὴν τοσούτους τεκοῦσαν καὶ μείνασαν παρθένον, δι᾽ ἧς φωστῆρες ἀνέτειλαν· ἐκπλήττεται μυστήριον, ἐν ᾧ διάβολος παραδόξως ἐναυάγησεν. ταῦτα τοῦ σταυρωθέντος τὰ δῶρα· ταῦτα τοῦ τάφου τὰ τρόπαια· ταῦτα τοῦ κοινοῦ δεσπότου τὰ κατορθώματα. ἐν τῇ ἡμέρᾳ ὁ Αδὰμ ἐν παραδείσῳ τὸ δηλητήριον ἔπιεν· ἐν ταύτῃ τῇ νυκτὶ ὁ ᾅδης ἤμεσεν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιε. τίς ἴδεν τοιαῦτα; τίς ἤκουσεν οὕτως; τάφος παραδείσου γέγονεν ἴαμα· σταυρὸς δένδρου κατάραν ἔλυσεν· ἡ κτίσις ἔφριξεν, ὃν Ιούδας ἐπώλησε.

Τί λέγεις ὦ Ιουδαῖε; δύο ταῦτα στηλιτεύει σου τὴν μανίαν· προφητῶν λόγοι, καὶ τὰ στοιχεῖα τῆς φύσεως. εἰ οὐκ ἐρυθρᾷς τοὺς λόγους· φρίξον κᾂν τὸν τῆς φύσεως τρόμον. ἰδοὺ γὰρ οἱ δοῦλοι ἐπένθησαν, τὴν δεσποτικὴν ὕβριν οὐ φέροντες. ὁ οὐρανὸς ἐνεδύσατο σκότος· ὁ ἥλιος ἐδραπέτευσε τὸ μυστήριον· ἡ γῆ ἐτρόμαξε τὴν τόλμαν· ὁ ναὸς ἐθρήνησε τοὺς χριστοκτόνους· ὁ ᾅδης πρεσβευτὰς τοὺς νεκροὺς προέπεμψεν· ἡ γῆ τρέμουσα, ἄνευ φωνῆς ἐβόησεν Ιουδαίοις· ἕως πότε βαρυκάρδιοι, καὶ σκληροκάρδιοι διαμένετε; πάντες οἱ νεκροὶ θαυμάζοντες τὸ πάθος, εὐαγγελίζονται λέγοντες· τῷ μώλωπι αὐτοῦ ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν, καθήμενοι ἐν σκότει καὶ σκιᾷ θανάτου ἐν τυραννίδι· [ἀλλὰ] διὰ σπλάγχνα ἐλέους, ἐποίησε κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ· ὁ δι᾽ ἡμᾶς πτωχεύσας, πλούσιος ὢν, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος Χριστὸς Ιησοῦς ὁ κύριος ἡμῶν, καὶ διασκορπίσας τοὺς ὑπερηφάνους, ἀνύψωσε τοὺς ταπεινούς· πατάξας τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου· τουτέστι τὸν διάβολον τὸν ἀρχέκακον ὄφιν, καὶ σκολιὸν δράκοντα, καθὼς προείρηκεν ὁ τῶν προφητῶν ἐξοχώτατος Ησαίας. διὰ τοῦτο πᾶσα ἡ γῆ μετ᾽ εὐφροσύνης τῆς τοῦ δεσπότου καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἀνάστασιν μεγαλοφώνως ἀνυμνεῖ, ὅτι ἐν αὐτῇ τοῖς ἀπ᾽ αἰῶνος αἰχμαλώτοις γέγονεν ἄφεσις· καὶ τυφλοῖς ἀνάβλεψις. τὸ γὰρ φῶς τὸ ἀληθινὸν, τὸ φωτίζον πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον, ἐκ τῆς ἁγίας παρθένου ἀτρέπτως, ἀσυγχύτως, καὶ ἀδιαιρέτως ἐνανθρωπῆσαν, διὰ τοῦ σταυροῦ τὸν ἀντίδικον ἡμῶν κατέβαλεν, τὸν φθονήσαντα τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων εἰς στέρησιν τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν· καὶ δι᾽ αὐτῶν, τὸν Θεὸν ὀνειδίζειν βουλόμενον· ὅτι καταφρονήσαντες τῶν σῶν ἐντολῶν, ταῖς τοῦ βίου ἡδοναῖς κατασύρονται. αὐτὸς οὖν ὁ κύριος καὶ Θεὸς ἡμῶν, ζωὴν αἰώνιον ἡμῖν ἐδωρήσατο διὰ τῆς τριημέρου ἐκ νεκρῶν παραδόξου, καὶ προσκυνητῆς αὐτοῦ ἀναστάσεως. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, ἅμα τῷ ἀχράντῳ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι· νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν.

A tantoſque parit, virgoque nihilominus permanet; per quem exorta ſunt lumina: myſterium ſtupet, in quo diabolus mirabili ratione naufragium fecit. Sunt hæc Crucifixi munera: hæc ſepulcri tropæa: hæc communis Domini præclara facinora. In die Adam letale venenum in paradiſo ſumſit: nocte hac, eum infernus quem non agnoſcens abſorbuerat, evomuit. Quis umquam talia vidit? Quis rem ejuſmodi audivit? Sepulcrum factum eſt medela paradiſi: crux, arboris maledictionem ſolvit: quem Judas vendidit, ei creatura tremore venerationem habuit.

II. Quid ais, o Judæe? Ambo hæc inſaniam B tuam publico dedecore notant: verba nimirum prophetarum, & naturæ elementa. Si ad verba non erubeſcis, vel naturæ ſaltem horreſce tremorem. Quippe luxerunt ſervi, injuriam Domini ferre non valentes. Cælum tenebras induit: ſol ad myſterii ſtuporem aufugit: tremuit terra ad tam audax facinus: templum Chriſti occiſores luxit: infernus legatione mortuos præmiſit: terra tremens muta voce Judæis inclamavit: [a] *Uſquequo gravi permanetis ac duro corde?* Mortui omnes demirantes paſſionem, fauſta acclamant, ac ajunt: [b] *Ejus nos livore ſanati ſumus*, qui in tenebris & umbra mortis tyrannide preſſi ſedebamus. [c] *Per viſcera miſericordiæ ſuæ* [d] *fecit potentiam in brachio ſuo.* C Qui [e] *cum dives eſſet, propter nos egenus factus eſt*, Filius Dei vivi Chriſtus Jeſus Dominus noſter, [f] ſuperboſque diſperſit ac exaltavit humiles; percutiens eum, [g] *qui habebat mortis imperium, hoc eſt diabolum*, auctorem malorum ſerpentem ac tortuoſum draconem, ſicut eximius ille Iſaias propheta prædixit [h]. Idcirco univerſa terra lætitia exſultans, Domini ac Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti reſurrectionem magnifice canticis celebrat: quod in ea in libertatem vindicati ſint, qui a ſæculo detinebantur captivi: ac cæcis viſus reſtitutus ſit. Siquidem [i] *lux illa vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in mundum*, ex ſancta Virgine immutabiliter, inconfuſe ac indiviſe D hominem induens, per crucem adverſarium noſtrum proſtravit, humano invidentem generi, ut ipſum æternis bonis exſpoliaret, eoque, Deum probro afficere molientem: ut nimirum ejus præcepta ſpernentes, voluptatibus ſæculi abducerentur. Ipſe itaque Dominus ac Deus noſter, æternam nobis vitam elargitus eſt per triduanam ſuam a mortuis admirabilem illam ac adorandam reſurrectionem. Ipſi gloria & imperium, una cum immaculato Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen.

a Pſalm. IV. 3. *b* Iſa. LIII. 5. *c* Luc. I. 78. *d* Ibid. ℣. 4. *e* II. Cor. VIII. 9. *f* Luc. I. 51. 52.
g Hebr. II. 14. *h* Iſa. XXVII. 1. *i* Joan. I. 9.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιγʹ.

Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα.

Νικάτω καὶ λόγων εὔροιαν τῆς σωτηρίου πανηγύρεως τὸ θαῦμα· ἡττάσθω πάσης γλώττης μεγαληγορία, μὴ φθάσασα ἐπαξίως κηρύξαι τὴν τοῦ σταυρωθέντος εὐεργεσίαν. τί γὰρ τοιοῦτον ἐξ αἰῶνος γέγονεν, οἷον νῦν τῇ πίστει ὁρῶμεν; πότε νοῦς ἐφαντάσθη, ἢ καρδία ἐνεθυμήθη, ἢ ἀνέπλασσε διάνοια, ἢ λόγος διηγήσατο, ἢ ὀφθαλμὸς ἐθεάσατο, ἢ ἀκοὴ ἐδέξατο πρᾶγμα τοιοῦτον, οἷς νῦν σαρκωθεὶς Χριστὸς τῷ κόσμῳ ἐδωρήσατο; οὐδέποτε ἥλιος ἐπίδεν ἐπὶ ξύλου στηλιτευθέντα διάβολον· οὐδέποτε σταυρὸς ἀπὸ κατάρας ἠγόρασε φύσιν· οὐδέποτε τριάκοντα ἀργυρίων κοσμικὸν λύτρον ἐπράθη· οὐδέποτε πάθος ἀναμάρτητον ἁμαρτίας γέγονε χωνευτήριον· οὐδέποτε ἐπὶ ξύλου ἐκρεμάσθη ζωή, ἐν ἀπάτορι σαρκὶ τὸν τύραννον θριαμβεύσασα· οὐδέποτε μνῆμα, θανάτου πορθητὴν ἐδέξατο· οὐδέποτε οὐρανὸς ἐν ἡμέρᾳ μέσῃ σκότος ἐνεδύσατο, ἵνα μὴ ἴδῃ τὸ δρᾶμα κατὰ Θεοῦ μὲν τολμώμενον, σαρκὸς δὲ ἁπτόμενον. οὐδέποτε ᾅδης ἔφριξεν ὃν κατέπιεν. οὐδέποτε ἡ γῆ ἐκαλλωπίσατο ζωοδόχῳ μνήματι, μᾶλλον δὲ, οὐ μνήματι· ἀλλὰ νυμφῶνι· οὐ γὰρ ἐφθάρη ὁ ταφεὶς, ἀλλ' ἐνυμφεύσατο καταβάς. οὐδέποτε τρισὶ νυχθημέροις φύσις εἰς ἀνάστασιν ἐλοχεύθη. ὁ γὰρ ἐν τῇ γαστρὶ τῆς παρθένου τὸ ἴδιον αὐτοῦ σῶμα, ὡς οἶδεν ἑαυτῷ διαπλάσας, αὐτὸς καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις τὴν λύσιν τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἀπὸ τοῦ ἰδίου σώματος πάλιν ἑνώσας, τὴν ἑαυτοῦ ἀνάστασιν ἔδειξεν. ἐκεῖ μὲν ὁ χρόνος πιστοῦται τὸν τόκον, ὅτι ἄνθρωπος· ἐνταῦθα δὲ ὁ τάφος πιστοῦται τὸ κράτος, ὅτι Θεός. οὐδέποτε ἀμνὸς αἴρων ἁμαρτίας κοσμικὰς ἐπετέθη θυσιαστηρίῳ, εἰ μὴ ὅτε ὁ Θεὸς δούλου μορφὴν ἀνέλαβεν· καὶ ὁ πλάσας τὸν χοῦν, ἀνερμηνεύτως ὃν ἔπλασεν ἐνεδύσατο· οὗ ἡ μὲν σὰρξ ζωή· τὸ δὲ αἷμα λύτρον· τὸ δὲ πνεῦμα σφραγίς· ἡ δὲ θεία φύσις, ἄναρχος.

Καλῶς ἔλεγεν ὁ μακάριος Παῦλος· τὰ ἀρχαῖα παρῆλθεν· ἰδοὺ γέγονε τὰ πάντα καινά. ὁ οὐρανὸς καινὸς, ὃν ὁ καταβὰς τῇ ἀνόδῳ ηὐλόγησε. γῆ καινὴ, ἣν ὁ ἐν φάτνῃ κατὰ σάρκα τεχθεὶς ἡγίασεν. θάλασσα καινὴ, ἡ μετεωρίσασα ἴχνος ὅπερ σὰρξ οὐκ ἔσπειρεν, οὔτε ἁμαρτία ἐβάρησε. βίος καινὸς, ὃν πολέμου ἀπήλλαξε, καὶ γαλήνης ἐπλήρωσεν. ἀνθρωπότης καινὴ, ἣν δι' ὕδατος ἀπέπλυνε, καὶ τῷ πυρὶ τοῦ πνεύματος ἐχώνευσε. θρησκεία καινή· οὐκέτι γὰρ κνίσσα καὶ περιτομὴ, ἀλλὰ πίστις λαμπρύνεται, ἣ ἐν μιᾷ οὐσίᾳ τρεῖς ὑποστάσεις δοξολογοῦσα λατρεύεται.

Ταῦτα εὐαγγελιζόμενος ὁ προφήτης Ἡσαΐας, ἔλεγεν· ἐν τῇ ἡμέρᾳ ἐκείνῃ ἐπιλάμψει ὁ Θεὸς ἐν βουλῇ μετὰ δόξης ἐπὶ τῆς γῆς. ἐν ποίᾳ ἡμέ-

A

EJUSDEM

* ORATIO XIII.

In sanctum Pascha.

I. Vincat etiam uberem dicendi copiam ingens salutaris hujus celebritatis miraculum. Superata cedat cujusvis linguæ magniloquentia, ac se imparem ad Crucifixi beneficentiam pro rei dignitate prædicandam agnoscat. Quid namque ejusmodi a sæculo gestum est, atque nunc fidei oculis cernimus? Quandonam mens sibi effinxit, aut concepit animus, efformavit sensus, expressit oratio, inspexit oculus, vel ipsa excepit auris par quidquam ei, quod nunc Christus in carne mundo donavit? Numquam sol in ligno, ceu in cippo proscriptum diabolum spectavit: Numquam crux a maledicto naturam redemit: Numquam redemtionis mundi pretium ipsum triginta argenteis veniit: Numquam innoxii passio ac a peccato immunis, peccati conflatorium exstitit: Numquam in ligno vita pependit, atque in carne nullo sata patre de tyranno triumphum egit: Numquam monumentum mortis depopulatorem suscepit: Numquam cælum ipso meridie tenebras induit, ne atrox aspiceret facinus, contra Deum quidem præsumtum; quod tamen carnem solam affecerit: Numquam terra, sepulcro quod vitæ receptaculum esset, ornata fuit: quin ne sepulcro quidem, sed nuptiali thalamo. Neque enim qui sepultus fuit, vidit corruptionem; sed descendens nuptias celebravit. Numquam tribus diebus tribusque noctibus natura enixa est resurrectionis partum. Idem enim ipse, qui in Virginis utero suum ipsius corpus, modo quem ipse novit, sibimet ipsi efformaverat; idem quoque diebus tribus, animam suam a proprio sejunctam corpore, ei rursum uniens, semet ipsum a mortuis excitavit. Illic quidem tempus partui fidem adstruit: quod sit homo: heic vero sepulcrum potestatem confirmat, quod sit Deus. Numquam [a] agnus qui mundi peccata tolleret altari impositus, nisi cum Deus servi formam accepit; atque is qui formaverat pulverem, ipsum quem formaverat, inexplicabili ratione induit; cujus quidem caro, vita est: sanguis, redemtionis pretium: spiritus, signaculum; divina vero natura, principium non habens.

II. Pulcre ait beatus Paullus: [b] *Vetera transierunt: ecce nova facta sunt omnia.* Novum factum est cælum, quod is qui descendit, suo consecravit ascensu. Terra nova, quam is qui in præsepio secundum carnem natus est, sanctificavit. Mare novum, vestigia suspensa tenens atque sustinens, quæ nec seminasset caro, nec peccatum gravasset. Mundus novus, quem a bello liberavit & tranquillitate replevit. Humanitas nova, quam aqua abluit, ac Spiritus sancti igne conflavit. Novus Dei cultus: nec enim jam sacrificiorum nidor & circumcisio, sed fides splendorem habet, quæ in una substantia tres personas dilaudans adorat.

III. Fausta hæc nuntians Isaias propheta dicebat: [c] *In die illa illucescet Deus in consilio super terram.* In quanam die, o propheta? In qua nempe, omnia

a Joan. I. 29. b II. Cor. V. 17. c Isa. IV. 2. sec. LXX.

* Descripsit Riccardus ex vetustissimo codice Vaticano, & contulit cum altero Columnensi. Nicetas in Catena in Lucam. cap. XXIII. testimonium affert ex ista Oratione, ab illis verbis: εἶτ' ὦ Ἰουδαῖε, a quibus auctor, Judæos, sive etiam Judaizantes Nestorianos, ac alios purum hominem Christum docentes, a creaturæ nova immutatione ipso patiente, egregie premit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ρα, ὦ προφῆτα; ἐν ᾗ, φησι, πάντα ὑπὲρ φύσιν ὁ Θεὸς, ὡς οἶδεν, ἐργάζεται ἐκ γυναικὸς σαρκούμενος· παρθένος ἄνευ ἀνδρὸς τίκτουσα μυστήριον· ἄνθρωπος ὁ φιλάνθρωπος γενόμενος, καὶ μὴ τρεπόμενος· θάνατος ἐμῶν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιε· τάφος θησαυρὸς ζωῆς καὶ ἀναστάσεως· αἰχμαλωσία, μήτηρ ἐλευθερίας. καὶ τί πολλὰ λέγω; ἡνίκα ὁ Θεὸς Λόγος ἄνθρωπος γενόμενος ἐσταυροῦτο, σαρκὸς μὲν τὸ πάθος, θεότητος δὲ τὸ κράτος. ἀλλ' εἰπὲ ἡμῖν, ὦ προφῆτα, πῶς ἐπιλάμψῃ ὁ Θεὸς τοῖς ἐπὶ γῆς; ἆρα ἐκτὸς ἀνθρωπότητος; ἆρα ἄνευ σαρκός; ἄπαγε. οὐ φέρει τὴν τῆς θεότητος ἀκτῖνα ἡ ὄψις· οὐ προσέρχεται διάβολος πρὸς πάλην. φρίττει γὰρ τὸν κτίστην ὁ θάνατος, οὐ τολμῶν καταπίειν φύσιν ἀνόλεθρον. τρέμει ὁ ᾅδης Θεὸν σαρκὸς γεγυμνωμένον. ὃν γὰρ οὐ προσβλέπει τὰ Χερουβὶμ, τοῦτον τρέμει καὶ ᾅδης. ἀλλὰ χρεία καλύμματος τῇ θείᾳ φύσει, οὐκ ἐκείνην καλύπτοντος, ἀλλὰ ἡμετέραν ὕβριν κατακρύπτοντος. οὐ Μωσαϊκοῦ καλύμματος· ἀγνωσία γὰρ καὶ ὁμίχλη, οὐ ποικίλου καταπετάσματος· χρωμάτων γὰρ τὸ ἄνθος. οὐχ ἱλαστηρίου κεχρυσωμένου· ὕλης γὰρ τὸ κάλλος. οὐ [1] χειροποιητῶ Χερουβίμ· τέχνης γὰρ τὸ θαῦμα· ἀλλὰ χρεία μορφῆς προβάτου, ἵνα δελεάσῃ τὸν ἀνθρωποβόρον λύκον.

A supra naturam Deus, prout ipse novit, carnem sumens est operaturus: cum Virgo sine viro mysterii parens fuerit: clemens ille, ac in humanum propensior genus fuerit factus homo, nihil tamen ipse mutatus: cum mors evomet, quem non agnoscens absorbuerat: sepulcrum vitæ erit, ac resurrectionis thesaurus; captivitas, mater libertatis. Quid autem plura loquor? Cum Deus Verbum factus homo crucifigeretur, erat quidem carnis passio, deitatis autem potestas ac imperium. Verum nobis edissere, propheta, quonam modo habeat Deus illucescere iis qui sunt super terram? Num humanæ exsors naturæ? Num absque carne? Minime gentium. Nequit oculus ferre divinitatis radium: nec diabolus ad lu- B ctam descendisset. Perhorrescit enim mors creatorem, nec naturam non obnoxiam interitui absorbere audet. Tremit infernus Deum carne nudatum. Quem enim Cherubim obtueri non audent, hunc quoque infernus perhorrescit. Quocirca tegumento opus fuit divinæ naturæ; non quo se ipsam integeret, sed quo nostram injuriam occuleret. Habuit opus, non Mosaico velamine; quippe ignorantia est atque nebula: non velo opere plumario intexto; est enim colorum flos: non propitiatorio aureo; materiæ siquidem pulcritudo est: non Cherubim manufactis; totum enim artis miraculum est: sed ovina opus pelle, ut hominum voracem lupum esca illiceret atque falleret.

Ἀλλ' εὐθὺς ἐπιπηδᾷ τοῖς λόγοις Ἰουδαῖος, καὶ κωμῳδεῖ τὴν τοῦ προφήτου μεγαληγορίαν ἀεὶ τῷ Πνεύματι τῷ ἁγίῳ μαχόμενος. καὶ τί φησιν; ἐγὼ οὐ πιστεύω ὅτι ὁ Θεὸς ἐπὶ τῆς γῆς ἐπεφάνη, ἢ ἀνθρώπου ὄψις ἐμόρφωσε τὸν ἀσχημάτιστον. ἀλλ', ὦ Ἰουδαῖε, εἰ καὶ νόμου παρακούεις, καὶ προφήτας παραλογίζεις, καὶ εὐαγγελίοις διαπτύεις, καὶ ἀποστόλους παραβλέπεις· ἐρωτήσωμεν τὰ στοιχεῖα, καὶ ἴδωμεν τίνα ὁμολογεῖ τὸν σαρκὶ παθόντα δεσπότην. καὶ ὡς δεῖ πρῶτον ἐρωτήσωμεν τὸν ἥλιον. εἰπὲ οὖν ἡμῖν ἥλιε, διὰ τί συνέστειλας τὰς ἀκτῖνας σταυρουμένου τοῦ δεσπότου; ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; οὐκοῦν ὤφειλες τοῦτο ποιῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου Ἀβὲλ ἀναιρουμένου. ἐρωτήσωμεν καὶ τὸν οὐρανόν· εἰπὲ ἡμῖν ὦ οὐρανὲ, διὰ τί σκότος ἐνέδυσας ἐν σταθηρᾷ μεσημβρίᾳ, ὅτε Ἰουδαῖοι τὴν δεσποτικὴν πλευρὰν ἐξεκέντησαν; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; διὰ τί οὐ μὴ ἐθρήνησας καὶ ἐπὶ τοῦ δικαίου Ναβουθὲ λιθαζομένου. ἐρωτήσωμεν καὶ τὴν γῆν· εἰπὲ ἡμῖν γῆ, διὰ τί ἐτρόμασας ὅτε οἱ θεομάχοι ταῦτα ἐτόλμων; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; πῶς οὖν οὐκ ἐτρόμασας βλέπουσα τὸν Ἡσαΐαν ὑπὸ τοῦ Μανασσῆ ξυλίνῳ πρίονι πριζόμενον; ἀλλ' ἐρωτήσωμεν καὶ τὸν ναόν· εἰπὲ ἡμῖν ὦ ναὲ, διὰ τί ἔσχισας τὸ καταπέτασμα τοῦ Χριστοῦ σταυρουμένου; ὅτι ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ σταυρούμενος; πῶς οὖν οὐ περιέσχισας, ὅτε τὸ αἷμα Ζαχαρίου ἐν μέσῳ σου ἐξεχεῖτο. ἀποκρίνεται ἄνευ φωνῆς πᾶσα ἡ κτίσις λέγουσα· ἐκηρύξαμεν τῷ πένθει τὸν δεσπότην. οὐχ ὁμοδούλου πάθος ἐθρηνήσαμεν, ἀλλὰ δεσπότου ὕβριν ἐφρίξαμεν. βοᾷ ὁ οὐρανός· Θεὸς ἦν ὁ ἐνανθρωπήσας, καὶ σαρκὶ σταυρωθεὶς, [3] ἐμὲ ὡς Θεὸς ἔκλινε, καὶ κατῆλθε. βοᾷ ὁ ἥλιος· δεσπότης μου ἦν ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· ἐγὼ γὰρ τὸ φῶς τῆς θεότητος αὐ-

C IV. At illico, qui semper Spiritui sancto pugnaci contentione repugnat, insilit Judæus, mordacibusque dicteriis prophetæ magniloquentiam carpit. Quid vero effutit? Non credo Deum in terris apparuisse; vel eum qui nulla forma specieve effingi potest, humanam speciem ac formam assumsisse. Atqui o Judæe, quamquam legi morem non geris; fallaciter cavillaris prophetas; evangelia rejicis; Apostolos limis oculis aspicis despicisque: interrogemus elementa, ac videamus quemnam confiteantur Dominum carne passum. Atque ut par est, primo solem interrogemus. Age ergo tu nobis sol dicito, cur contraxeris radios, crucifixo Domino? Num quia purus homo esset is qui crucifigebatur? Ergo id D quoque præstandum fuit, cum Abel justus occidebatur [a]. Interrogemus & cælum: Dic nobis cælum, quid est cur ipso meridie tenebras induisti; cum dominicum Judæi latus transfigerent? Num quia purus homo esset is qui crucifigebatur? Quidni vero etiam egisti luctum, cum [b] Naboth justus lapidaretur? Interrogemus & terram: Edicito terra cur intremueris, cum Dei hostes ausu nefario hæc præsumerent? An quia purus homo erat is qui cruci affigebatur? Cur ergo minime intremuisti, cum Isaiam cerneres serra lignea [2] a Manasse secari? Sed & templum interrogemus: Edicito nobis, o templum; cur Christo crucifixo velum conscidisti? Num quod purus homo esset, qui agebatur in crucem? Ut quid E ergo non itidem velum discidisti, cum [c] Zachariæ sanguis in medio tui effunderetur? Sine voce respondet omnis creatura, aitque: Ipso quem exhibuimus, luctu Dominum prædicavimus. Non conservi passionem luximus, sed ad Domini atrocem adeo injuriam horruimus. Clamat cælum: Deus erat is qui naturam humanam assumsit, ac carne in crucem actus est; qui me ut Deus [d] *inclinavit & descendit.* Clamat sol: Dominus meus erat is qui carne fuit

a Gen. IV. 8. b III. Reg. XXI. 14. c Matth. XXIII. 35. d Psalm. XVII. 10.

1. Leg. χειροποιητῶν.

2. *A Manasse.* ὑπὸ τοῦ Μανασσῆ.] Sic passim alii; ut certa traditio sit, secatum fuisse a Manasse. Quod serra lignea, habent præter Proclum, Justinus in dialog. cum Tryphone: auctor imperf. homil. XXXIII. in c. XIX. Matth. Male Riccardus exponit τὸ, *A Manasse:* hoc est, inquit, *sub ejus imperio.* Immo ab ipso, seu ejus jussu: cum quo stat, ut a populo sectus fuerit, quod ait Origenes in cap. XXIII. Matth. sive regis impii mandatum exsequente, sive ad idem conspirante scelus.

3. Leg. ὅς ἐμέ.

τοῦ φοβηθεὶς, συνέστειλα τὰς ἀκτῖνας. βοᾷ ἡ γῆ· δημιουργὸς ἦν σαρκοφορῶν ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· εἰ γὰρ καὶ τὴν σάρκα ἐν φάτνῃ ἠγκαλισάμην, ἀλλὰ [1] τῷ κράτει τῆς θεότητος αὐτοῦ οὐ περιέγραψα. βοᾷ καὶ ἡ θάλασσα· οὐκ ἦν ὁμόδουλός μου ὁ σαρκὶ σταυρωθείς· ἴχνος μὲν γὰρ τοῦ ὁμοδούλου Πέτρου βαρεῖ μου τὰ νῶτα· πόδες δὲ δεσπότου ἁγιάζουσί μου τὴν φύσιν. βοᾷ καὶ ὁ ναός· ὁ πάλαι ἐν ἐμοὶ θρησκευόμενος Θεὸς, οὗτος νῦν ὁ σαρκὶ ὑβριζόμενος· διόπερ μὴ φέρων τὴν τόλμαν, διέῤῥηξα τὴν ἐσθῆτα. βοᾷ καὶ ᾅδης· οὐκ ἦν ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ ὧδε καταβάς· οἶδα τί πέπονθα· ὃν γὰρ ἐδεξάμην ὡς αἰχμάλωτον, εὗρον ὡς Θεὸν παντοδύναμον. ἀλλὰ ἀπιστεῖς τοῖς στοιχείοις; ἐρωτήσωμεν καὶ τὰς ἐπουρανίας δυνάμεις, εἴπατε ἡμῖν ἄγγελοι, ἀρχάγγελοι καὶ πᾶσαι τῶν οὐρανῶν αἱ δυνάμεις· τίς ἐστιν ὁ ἐπὶ γῆς φανεὶς, καὶ σαρκὶ σταυρωθείς; καὶ ἀποκριθήσονται πᾶσαι διὰ τοῦ προφήτου Δαβὶδ βοῶσαι· κύριος ὁ Θεὸς τῶν δυνάμεων, αὐτός ἐστιν ὁ βασιλεὺς τῆς δόξης. αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A crucifixus. Ejus enim ego splendorem divinitatis pertimescens, radios subduxi. Clamat & terra: Creator erat carnem gerens qui carne fuit crucifixus. Quamquam enim carnem in præsepio fuerim complexa, haud tamen ejus potentiam divinitatis circumscripsi. Clamat & mare: Non erat meus conservus, is qui carne fuit crucifixus. Nam Petri quidem qui conservus sit, gressus [a] mea gravant ac premunt dorsa [2]; dominici autem pedes naturam meam sanctificant. Clamat & templum: Is qui in me olim colebatur Deus, ipse item nunc gravi in carne injuria afficitur: quocirca non ferens audax adeo facinus, discidi vestem. Denique clamat infernus: Non erat purus homo qui huc descendit: B novi quid sim passus: quem enim ut captivum susceperam, ut Deum omnipotentem inveni. At ne elementis quidem ipsis credis? Ipsas interrogemus cælestes Virtutes. Dicite nobis Angeli & Archangeli Virtutesque cælorum omnes, quisnam is sit qui [b] *in terris visus est* carne crucifixus? Respondebuntque omnes per prophetam David, exserta voce dicentes: [c] *Dominus Deus virtutum, ipse est Rex gloriæ.* Ipsi gloria in sæcula sæculorum: Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΛΟΓΟΣ ιδʹ.
Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα.

EJUSDEM
*ORATIO XIV.
C *In sanctum Pascha.*

ΛΑμπρὰ μὲν ἡ τοῦ πάσχα πανήγυρις· λαμπρὸς δὲ καὶ ὁ παρὸν σύλλογος. καὶ παλαιὰ καὶ καινὰ περιέχει μυστήρια. τοσοῦτον δὲ ἔχει πλῆθος ἡ τῆς ἑβδομάδος ἑορτὴ, μᾶλλον δὲ εὐφροσύνη, ὡς μὴ μόνον ἐπὶ γῆς ἀνθρώπους ἀγάλλεσθαι· ἀλλὰ καὶ τὰς ἄνω δυνάμεις συνεορτάζειν καὶ συμπανηγυρίζειν ἡμῖν διὰ τὸν ἀναστάντα Χριστόν. νῦν γὰρ ἑορτάζουσιν ἄγγελοι, καὶ ἀρχαγγέλων στρατιαὶ τὸν βασιλέα τῶν οὐρανῶν Χριστὸν τὸν Θεὸν ἡμῶν ἀπὸ τῆς γῆς εἰς οὐρανοὺς προσδεχόμεναι ὡς νικητήν. ἑορτάζουσι δὲ καὶ τῶν ἁγίων χοροὶ, τὸν πρὸ ἑωσφόρου ἀνατείλαντα κηρύττοντες Χριστόν. ἑορτάζει καὶ ἡ γῆ θείῳ λελουμένη αἵματι. ἑορτάζει καὶ ἡ θάλασσα, τοῖς ἴχνεσι αὐτοῦ Χριστοῦ τετιμημένη. ἑορταζέτω καὶ πᾶς ἄνθρωπος, δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἁγίου ἀναγεννώμενος. ἑορταζέτω καὶ πρῶτος ἄνθρωπος Ἀδὰμ, τῆς πάλαι κατάρας ἐλευθερωθείς.

I. PRæclara quidem Paschalis solemnitas: præclarus etiam præsens iste conventus. Tum vetera, tum nova complectitur mysteria. Tantum vero [3] hebdomadæ hujus festivitas, seu magis lætitia, frequentiam habet, ut nedum in terra homines exsultent ac gestiant; verum etiam supernæ Virtutes ob Christi resurrectionem, nobiscum pariter diem festum agant, parique lætitia conventum celebrent. Nunc enim Angeli ac Archangelorum turmæ diem festum agunt, cælorum Regem Christum Deum nostrum, e terra præstolantes ceu victorem excepturos in cælum. Sed & sanctorum cœtus pariter fe- D stum agit, Christum [d] *ante luciferum* ortum prædicans. Agit & terra, divino abluta sanguine. Mare quoque agitat, Christi ipsius vestigiorum dignatum honore. Porro etiam agat, quisquis universim renatus est ex aqua & Spiritu sancto. Agat & primus homo Adam, liber jam a veteri exsecratione effectus.

Τοσαύτην δὲ χάριν εὐφροσύνης ἐνέπλησεν ἡμᾶς διὰ τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ὁ Χριστός· ὡς μὴ μόνον ἑορτάζειν ἡμᾶς, ἀλλὰ καὶ παρέχειν ἡμῖν ἐκ πάθους, σωτηρίαν· ἐκ θανάτου, ἀθανασίαν· ἐκ πληγῆς, ἴασιν· ἐκ πτώσεως, ἀνάστασιν. καὶ πάλαι μὲν, ἀγαπητοὶ, διὰ τοῦ νόμου μυστικῶς τὸ τοῦ πάσχα μυστήριον ἐπετελεῖτο ἐν Αἰγύπτῳ· συμβολικῶς δὲ, διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς ἐδηλοῦτο. νυνὶ δὲ διὰ τοῦ εὐαγγελίου πνευματι-

II. Tanta nos autem lætitiæ gratia, sua nos Christus resurrectione perfudit, ut non modo festum nos diem agere faciat, verum etiam præstet nobis ex passione salutem; ex morte immortalitatem; ex plaga medelam; ex ruina ac casu resurrectionem. Ac olim quidem, dilectissimi, ex legis præscripto paschale hoc sacramentum mystice in Ægypto peragebatur, E quod nimirum [4] Agni victima symbolice si-

[a] Matth. xiv. 30. [b] Bar. III. 38. [c] Psalm. xxiii. 10. [d] Psalm. cix. 3.

1. Leg. τὸ κράτος.


2. *Gravant ac premunt.* βαρεῖ·] Respicit evangelicum illud, *Et cum cœpisset mergi, &c.* velut nimirum non ferente aqua ejus corporis pondus. Minus ergo apte Riccardus, *calcans:* nam etiam dominici calcarunt pedes: at non ea ratione, qua Petri; ita ut mare velut gravi pressum onere dehisceret; sed ut dominicis vestigiis quibus sanctificaretur, velut gestiret.

* Exscripsit Riccardus ex codice Vaticano, & contulit cum Columnensi. Notat passim ut dialectos, quæ sunt vitia scriptionis.

3. *Hebdomadæ hujus festivitas.*] Tota festive olim agebatur, cujus vestigium aliquod in officii divini ritu nobis remansit, qua sic paschales peragimus ferias, ut sola in eis recolamus dominicæ resurrectionis sacramenta. Quod ait, habere illius festivitatem hebdomadæ, τοσοῦτον πλῆθος *tantam multitudinem ac frequentiam*; celebrantium accipit, quibus re vera fiat illustris ac præclarus conventus: non rerum, quod reddit Riccardus: ut præcedentia verba, ad festi splendorem spectent; nempe complecti nova & vetera: alia ad splendorem conventus, quo simul festum diem agant Angeli atque homines, ipsaque adeo elementa.

4. *Agni victima.* διὰ τῆς τοῦ ἀμνοῦ σφαγῆς·] Sic corrigo, pro φαγῆς· quæ vox neque Græca est, nec satis apta. Immolatione enim agni, ejusque sanguinis aspersione liberati sunt Israelitæ, non comestione præcise, quæ velut consequenter habuit, quasi ad vires confirmandas pro itinere quod erant festinato auspicaturi, urgentibus ad profectionem Ægyptiis.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



κῶς ἐπιτελῶμεν τὴν ἀναστάσιμον ἑορτὴν τοῦ πάσχα. ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀμνὸς ἐξ ἀγέλης ἐθύετο κατὰ τὸν νόμον· ἐνταῦθα δὲ, αὐτὸς ὁ Χριστὸς ὁ τοῦ Θεοῦ ἀμνὸς προσάγεται. ἐκεῖ πρόβατον ἐκ ποιμνίου· ἐνταῦθα δὲ ἀντὶ προβάτου αὐτὸς ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς, ὁ τιθεὶς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων. ἐκεῖ σημεῖον αἵματος ἀλόγου ῥαντιζομένου, παντὸς τοῦ λαοῦ ἐγένετο φυλακτήριον· ἐνταῦθα δὲ, τίμιον αἷμα Χριστοῦ ὑπὲρ τῆς τοῦ κόσμου σωτηρίας ἐκχέεται, ἵνα τῶν ἁμαρτημάτων τὴν ἄφεσιν λάβωμεν. ἐκεῖ τὰ πρωτότοκα τῶν Αἰγυπτίων ἐθανάτωσεν· ἐνταῦθα δὲ τὰ πολύτοκα τῶν ἁμαρτημάτων γεννήματα διὰ τῆς ἐξομολογήσεως καθαίρονται. ἐκεῖ Φαραὼ μετὰ τῆς φοβερᾶς αὐτοῦ στρατιᾶς κατεποντίζετο· ἐνταῦθα ὁ νοητὸς Φαραὼ σὺν πάσῃ τῇ δυνάμει αὐτοῦ διὰ τοῦ βαπτίσματος βυθίζεται. ἐκεῖ Ἑβραίων παῖδες μετὰ τὸ διαβῆναι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, τὸν ἐπινίκιον ὕμνον τῷ εὐεργέτῃ ἀνέμελπον, λέγοντες· ᾄσωμεν τῷ κυρίῳ· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται· ἐνταῦθα οἱ τοῦ βαπτίσματος ἀξιωθέντες, ᾄδουσι τὸν ἐπινίκιον ὕμνον μυστικῶς λέγοντες· εἷς ἅγιος· εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς, εἰς δόξαν Θεοῦ πατρὸς, ἀμήν. ὁ δὲ προφήτης ἀναβοᾷ λέγων· ὁ [1] κύριος ἐβασίλευσεν· εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. οἱ Ἑβραῖοι μετὰ τὸ διαβῆναι τὴν ἐρυθρὰν θάλασσαν, ἐν τῇ ἐρήμῳ τὸ μάννα ἤσθιον· νυνὶ δὲ οἱ ἐκ τῆς κολυμβήθρας ἐσθίουσι τὸν ἄρτον τὸν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάντα. αὐτοῦ γάρ ἐστιν ἡ φωνὴ ἡ λέγουσα· ἐγώ εἰμι ὁ ἄρτος, ὁ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ καταβάς.

gnificaretur: nunc vero ex Evangelii lege resurrectionis diem solemnitatem paschalem spiritaliter celebremus. Illic namque gregarius agnus ex legis constituto [a] sacrificabatur; heic vero, Christus ipse Agnus Dei offertur. Illic ovis de ovili; heic autem vice ovis ipse est [b] *Pastor bonus, qui animam suam posuit pro ovibus suis.* Illic signum asperſi sanguinis brutæ animantis, salubre universi populi amuletum fuit; heic autem pretiosus Christi sanguis pro mundi salute effunditur, ut remissionem consequamur peccatorum. Illic primigena Ægyptiorum interemta fuerunt; heic multigena peccatorum genimina per confessionem expiantur. Illic [c] Pharao cum terribili exercitu suo submersus est: heic spiritalis Pharao cum omni sua virtute, per baptismum profundo mergitur. Illic Hebræi a transitu maris rubri, lætum victoriæ carmen benemerenti modulantes, dixerunt: [d] *Cantemus Domino; gloriose enim magnificatus est:* heic baptismate initiati, mystice canunt victoriale canticum, dicentes: * *Unus sanctus; unus Dominus Jesus Christus, in gloria Dei Patris, Amen.* Propheta quoque exserta resonat voce: [e] *Dominus regnavit, decorem induit.* Hebræi ut mare jam rubrum transmisissent, in deserto manna comederunt: nunc autem ii qui e sacro baptismatis alveo exierunt, panem comedunt qui de cælo descendit. Ejus namque illa vox est, quæ dicit: [f] *Ego sum panis vivus, qui de cælo descendi.*

Καλῶς οὖν μακάριος Παῦλος ἐβόα· ταῦτα δὲ τυπικῶς συνέβαινον ἐκείνοις· ἐγράφη δὲ εἰς νουθεσίαν ἡμῶν, εἰς οὓς τὰ τέλη τῶν αἰώνων κατήντησε. Ἰουδαίων παῖδες φανερῶς ἐσφάλησαν, ἀγνοήσαντες τὴν ἀλήθειαν· εἰ γὰρ ἔγνωσαν, οὐκ ἂν τὸν κύριον τῆς δόξης ἐσταύρωσαν. οὐ συνῆκαν οἱ δείλαιοι, ὅτι μέχρις τότε οἱ τυπικοὶ χρησμοὶ, ἕως φανῇ ἡ ἀλήθεια. καὶ γὰρ ἀνδριαντοποιὸς ἀνδριάντα βασιλέως ἀναστῆναι βουλόμενος ἀπὸ χρυσοῦ, ἢ ἀργύρου, ἢ χαλκοῦ, πρῶτον ἀπὸ πηλοῦ ἀναπλάττει τὸ ἐκτύπωμα τοῦ ἀνδριάντος, καὶ μέχρις τὸν ἀληθινὸν ἀνδριάντα ἀποπληρώσῃ, ἢ ἀπὸ χρυσοῦ, ἢ τοῦ ἀργύρου, ἢ τοῦ χαλκοῦ, φυλάττεται ἀκριβῶς ὁ τυπικὸς καὶ πήλινος, δι' ἀναγκαίαν χρείαν τῷ τεχνίτῃ· ἐπ' ἂν δὲ τὸν πρὸς ἀλήθειαν ἀνδριάντα ἀποπληρώσῃ, λύεται λοιπὸν ὁ τυπικὸς καὶ πήλινος, ὡσανεὶ ἄχρηστος ὤν, καὶ εἰς οὐδὲν ἐπιτήδειος τῷ τεχνίτῃ. οὕτως καὶ οἱ Ἰουδαῖοι· πρὶν μὲν φανερωθῆναι τοῖς ἀνθρώποις τὴν ἀλήθειαν, καλῶς τοὺς τύπους ἐφύλαττον· μετὰ δὲ τὸ φανῆναι τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν εἰπόντα· ἐγώ εἰμι τὸ φῶς τοῦ κόσμου, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωὴ, καὶ ἀνάστασις· μάτην τοὺς τύπους κρατοῦσιν, [3] ὅπερ οὐδὲ τοῦτο φυλάττουσι. παυσάσθωσαν λοιπὸν οἱ θεομάχοι Ἰουδαῖοι, οἱ τὸ ἄλογον πρόβατον σφάζοντες ὑπὲρ τῆς ἀπολυτρώσεως τοῦ λαοῦ· ἐσφάγη γὰρ ὁ νοητὸς ἀμνὸς, ὁ υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ αἴρων τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, καὶ λυτρωσάμενος ἡμᾶς τοῦ ὀλοθρευτοῦ. ἐάσωσι τὰς παλαιὰς ζύμας, καὶ τὸ νέον φύραμα τῆς ἀληθείας λαμβανέτωσαν. παυσάσθωσαν τὰς πικρίδας ἐσθίοντες· ἐξέπιε γὰρ ὁ Χριστὸς ὑπὲρ ἡμῶν τὴν χολὴν, ἵνα γλυκείας ἡμῖν ἀντικεράσῃ παρ' αὐτοῦ πηγὰς τῶν ἰαμάτων. ἑορταζέτωσαν τοίνυν μεθ' ἡμῶν, μὴ ἐν ζύμῃ κακίας καὶ πονηρίας· ἀλλ' ἐν ἀζύμοις εἰλικρινείας καὶ ἀληθείας· ἵνα καὶ μετὰ τὴν τοῦ βίου ἔξοδον, ὁμοθυμαδὸν δοξάσωμεν τὸν κύριον τῆς δόξης μετὰ τῶν ἀγγέλων, λέγοντες· ὁ κύριος ἐβασί-

III. Merito itaque beatus Paullus clamabat: [g] *Hæc autem in figura contingebant illis: scripta sunt autem ad correptionem nostram, in quos fines sæculorum devenerunt.* Erraverunt plane Judæi, non agnoscentes veritatem: [h] *Si enim cognovissent, numquam Dominum gloriæ crucifixissent.* Non intellexerunt miseri, typica oracula eatenus permansura, quoad ipsa elucesceret veritas. Statuarius namque qui regis statuam ex auro argentove aut ære vult erigere, prius statuæ formam quam intendit, efformat e luto; ac quoad ipsam veram perfecerit statuam ex auro argentove vel ære, typicum illud luteumque simulacrum diligenter ab opifice servatur, velut maxime ipsi artifici necessarium. At vero ad amussim peracta statua, tunc tandem typica illa luteaque diffingitur, utpote supervacanea, nulloque amplius usui artifici futura. Sic etiam Judæi: ante quam hominibus inclaresceret veritas, jure optimo typos servabant: at postquam Dominus noster Jesus Christus apparuit, ipse nimirum qui ait: [i] *Ego sum lux mundi; & veritas, & vita & resurrectio;* frustra retinent typos [2] qui ne ipsum quidem [k] hoc servent, ut typi ac figuræ sint. Jam itaque desinant pugnaces Dei hostes Judæi, pro populi redemtione irrationabilem mactare ovem; cum spiritalis Agnus, Dei Filius, [l] *qui tollit peccatum mundi*, mactatus fuerit, nosque ab Exterminatore redemerit. Vale dicant fermento veteri, novamque accipiant veritatis massam. Cessent manducare lactucas agrestes; siquidem Christus nostri caussa fel ebibit, quo vicissim suarum nobis medelarum fontes, dulcem potum misceret. Nobiscum ergo epulentur, [m] *non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ; sed in azymis sinceritatis & veritatis:* ut & post hujus vitæ exitum, unanimes cum Angelis gloriæ Dominum laudantes di-

a Exod. XII. *b* Joan. X. 11. *c* Exod. XIV. 27. *d* Exod. XV. 1. *e* Psalm. XCII. 1. *f* Joan. VI. 51. *g* I. Cor. X. 11. *h* I. Cor. II. 8. *i* Joan. VIII. 12. *k* Joan. XIV. 5. XI. 25. *l* Joan. I. 29. *m* I. Cor. V. 8.

* Hæc chorus in Chrysostomi liturgia.

1. Κύριος] Ita rescripsi. Sic enim mox iterum citatur hic locus Davidicus, infra sub finem §. III. Riccardus & Combefisius, Χριστός.


2. *Qui ne ipsum hoc servent.*] Levi mutatione restituo, sequorque Columnensis lectionem, οἵπερ, loco ὅπερ. Quod ait hoc est; typos ac figuras frustra servari, qui ne quidem jam typi sint & figuræ, evacuante ea veritate. Erant enim signa rei futuræ, quæ jam desiit futura esse; eoque desierant ipsa esse quod erant.

3. Leg. οἵπερ.

λάσιν· εὐπρέπειαν ἐνεδύσατο. αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ ἡ τιμὴ, καὶ ἡ προσκύνησις, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A camus: [a] *Dominus regnavit: decorem induit*. Ipsi gloria, & honor, & adoratio in sæcula sæculorum. Amen.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ
ΛΟΓΟΣ ιέ.
Εἰς τὸ ἅγιον Πάσχα, καὶ εἰς τὸ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος.

Οἱ μὲν ἄλλοι εὐαγγελισταὶ τὴν κατὰ σάρκα γενεαλογίαν τοῦ κυρίου καὶ Θεοῦ ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐξηγήσαντο· Ἰωάννης δὲ τῶν εὐαγγελιστῶν ὁ ἐξαίρετος· ἡ θεολόγος λύρα, τὴν ἄναρχον ὕπαρξιν τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐθεολόγησε· καὶ τὴν προαιώνιον, καὶ ἀμάρτυρον τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν γέννησιν ἐξηγήσατο, εἰπών· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν· πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ἀρκοῦσιν οὗτοι οἱ πέντε λίθοι τῇ ἐκκλησίᾳ εἰς τεῖχος. εἶπε γὰρ, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος· οὐκ εἶπεν, ἐν ἀρχῇ ἐγένετο ὁ Λόγος· ἀλλ', ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος. ἔδειξε τὸ ἄναρχον τῆς ὑποστάσεως τοῦ υἱοῦ, καὶ πρὸς τὸν πατέρα τὴν σχέσιν· καὶ ἔστιν ἰσχυρότερος τῆς ἡμῶν πίστεως ὁ θεμέλιος. καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν. ἔδειξε τῆς οὐσίας τὸ ἀδιαίρετον· καὶ ἔστι μεγάλη ἡ τοῦ εὐαγγελιστοῦ κατὰ Ἑλλήνων βροντή. καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. ἔδειξε τὸ τῆς φύσεως ἀπαράλλακτον· καὶ ἔστι μεγάλη κατὰ Ἰουδαίων ἡ πληγή. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. ἔδειξε τὸ πρὸς τὸν πατέρα συναΐδιον· καὶ ἔστι μέγα τῶν Μανιχαίων τὸ πτῶμα. πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ἔδειξε τῆς δημιουργίας τὸ αὐτεξούσιον, καὶ ἀπέφραξε τῶν πάντων αἱρετικῶν τὰ στόματα. πάντα γὰρ δι' αὐτοῦ ἐγένετο. ὁ οὐρανὸς αὐτοῦ κτίσμα· ἡ γῆ ποίημα· ἡ θάλασσα ἔργον· ὁ ἀὴρ παρήχθη· τὸ φῶς ἐξ οὐκ ὄντων· οἱ ἄγγελοι, δοῦλοι· αἱ δυνάμεις [3], λειτουργοί· τὰ Χερουβὶμ, θρόνος. ὁ πατὴρ, Θεός· ὁ υἱὸς, Λόγος καὶ Θεός· ἀλλὰ καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον, Θεός· καὶ ἀριθμὸς τῆς ὑποστάσεως, τὴν φύσιν οὐκ ἤμβλυνεν· οὐδὲ ἡ τριὰς τὴν οὐσίαν ἐμερίσατο. ἀλλ' ἔστι τριὰς ὁμοούσιος ἐν δυνάμει, ἐν θεότητι, ἐν ἀγαθότητι, τὴν ἡμῶν πίστιν θεμελιώσασα καὶ τηρήσασα· τὴν ἐκκλησίαν τειχίσασα· τὴν οἰκουμένην ἁγιάσασα· τὸν διάβολον καταργήσασα· τοὺς δαίμονας μαστίζουσα καὶ τήξασα· Ἰουδαίων περιτομὴν νεκρώσασα· Ἑλλήνων πλάνην διώξασα· καὶ αἱρετικῶν στόματα ἀποφράξασα.

Ἐθεολόγησε δὲ ὁ εὐαγγελιστὴς τὴν προαιώνιον καὶ ἀμάρτυρον τοῦ πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν γέννησιν, εἰπὼν ἐν εὐαγγελίοις· ὁ μονογενὴς υἱὸς, ὁ ὢν ἐν τοῖς κόλποις τοῦ πατρὸς, ἐκεῖνος ἐξηγήσατο. καὶ πάλιν· ἰδοὺ φωνὴ ἐκ τῶν οὐρανῶν λέγουσα· οὗτός ἐστιν ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς, ἐν ᾧ ηὐδόκησα. ἀμάρτυρος οὖν ἡ ἄνω πρὸ πάντων γέννησις, ὅτι

EJUSDEM
*ORATIO XV.
In sanctum Pascha, & in illud, In principio erat Verbum.

I. Ceteri quidem Evangelistæ genealogiam Domini ac Dei nostri Jesu Christi, qua carne natus est, enarrarunt: Joannes vero Evangelistarum B præstantissimus, theologiæ illa lyra, Dei Verbi divinam æternamque substantiam exposuit, [1] generationemque Filii a Patre sæculis anteriorem testisque expertem edisseruit, dicens: [b] *In principio erat Verbum: & Verbum erat apud Deum: & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum: omnia per ipsum facta sunt.* Satis habent quinque hi lapides, ad munimen ecclesiæ. *In principio erat Verbum.* Non dixit, In principio factum est Verbum; sed, *In principio erat Verbum*. Ostendit principij expertem atque æternam Filii personam, ac ejus ad Patrem relationem: firmissimumque constituit nostræ fidei fundamentum. *Et Verbum erat apud Deum.* Ostendit substantiam individuam: grandique Evan- C gelista voce tonat adversus gentiles. *Et Deus erat Verbum*. Summam ostendit naturæ identitatem: magnaque est Judæorum plaga. *Hoc erat in principio apud Deum*. Coæternitatem ejus cum Patre declarat: [2] gravisque est Manichæorum ruina. *Omnia per ipsum facta sunt*. Liberam absolutamque ostendit creandi potestatem; omniumque hæreticorum obstruxit ora. Plane enim omnia per ipsum sunt facta. Cælum, ipsius est creatura: terra, factura ejus: mare, opus. Productus fuit aer: lux, ex nihilo facta: Angeli, servi: Virtutes, ministræ: Cherubim, sedes. Pater Deus est: Filius, Verbum ac Deus: sed & Spiritus sanctus, Deus: nec personarum numerus naturam infringit; vel D Trinitas in partes secat substantiam. Sed est Trinitas consubstantialis in potentia, in deitate, in bonitate, fidem nostam fundans tuensque ac servans: ecclesiam muniens; orbem terrarum sanctificans; diaboli vires enervans; excrucians dæmones atque macerans; Judæorum circumcisionem exstinguens; gentilium errorem eliminans; hæreticorumque obstruens ora.

II. Divinam porro, qua ex Patre Filius natus est, prææternam ac sine teste generationem, Evangelista fauste nuntiavit dicens in evangeliis: [c] *Unigenitus Filius qui est in sinu Patris, ipse enarravit*. Et iterum: [d] *Facta est vox de cælis, dicens: Hic est Fi-* E *lius meus dilectus, in quo mihi bene complacui*. Caret itaque teste, superna antiquior omnibus genera-

a Psalm. XCII. 1. b Joan. I. 1-3. c Joan. I. 18. d Matth. III. 17.

* Retinui titulum quem codex Columnensis præfert, rejecta illa parte quam ex aliis Vaticanis addiderat Riccardus, καὶ εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν θεολόγον, ἀπόστολόν τε καὶ εὐαγγελιστήν. Non enim dicta est in sancti Joannis Evangelistæ festo, vel in ejus peculiariter laudem. Ita spectat ad diem Paschæ, ut vix Proclus magis immoretur in dominicæ resurrectionis mysteriis, quam in aliis. Legunt Græci illud evangelium ipso die Paschæ, ut bene Riccardus colligit ex Chrysostomi hom. VII. de resurrect. t. III. habentque etiamnum Græcorum libri ecclesiastici, quibus evangelia digesta sunt in usum totius anni: tota vero hebdomada legunt evangelia quæ vocant matutina, quibus continetur dominicæ resurrectionis historia.

1. *Generationem Filii a Patre*.] Quod heic sæpius repetitur, πατρὸς πρὸς τὸν υἱὸν γέννησιν· durius est ad verbum: *Generatio qua Pater ad Filium habet*.

2. *Gravisque est Manichæorum ruina*.] Difficilior illatio, ut Verbi cum Patre asserta coæternitas, sit Manichæorum ruina. Quia tamen illi pluribus erroribus erant implicati, hoc quoque potuerunt laborare, ut Christum creaturam existimarent, eoque non coæternum Patri. Sane, cum ipse Manes se Christum jactaret; haud ita insanus erat, ut se Deo coæternum ac ab æterno exsistentem putaret.

3. Ἀλ. λειτουργοῦσι. ἀλ. αἰνοῦσι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR.

μόνος ἐκ μόνου ἐγεννήθη, καὶ οὐδεὶς οἶδε τὸ πῶς ἐγέννησεν, εἰ μὴ ὁ πατήρ· καὶ ὁ υἱὸς πῶς ἐγεννήθη. χρόνος γὰρ οὐκ ἦν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ τῶν αἰώνων δημιουργός. ἄγγελοι οὐ παρῆσαν· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ ποιῶν τοὺς ἀγγέλους αὐτοῦ πνεύματα. οὐρανὸς οὐκ ἦν· τῷ γὰρ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν. ὁ ἥλιος οὐκ ἦν· αὐτὸς γὰρ ἔθετο τὸν φωστῆρα τὸν μέγαν εἰς φαῦσιν τῆς ἡμέρας. σελήνη οὐκ ἦν, οὐδὲ ἀστέρες· σελήνην γὰρ καὶ τοὺς ἀστέρας αὐτὸς ἐθεμελίωσεν. ἡ γῆ οὐκ ἦν· αὐτὸς γὰρ εἶπε· συναχθήτω τὰ ὕδατα, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά. Θαυμαστῶς τοίνυν ὁ Εὐαγγελιστὴς ἐσαφήνισε τὴν ἄναρχον τοῦ Λόγου ὕπαρξιν, καὶ τὴν προαιώνιον καὶ ἀμάρτυρον τοῦ υἱοῦ γέννησιν.

A tio, eo quod folus ex folo genitus fit. Et [a] nemo nifi Pater novit quemadmodum generavit; neque alius quam Filius, quemadmodum ipfe genitus fit. Nam non erat tempus: quippe cum [b] ipfe fæculorum conditor fit. Angeli non aderant: cum ipfe fit, [c] *qui facit Angelos fuos fpiritus*. Cælum non erat: nam, [d] *Verbo Domini cæli firmati funt*. Sol non erat: ipfe enim [e] *luminare majus pofuit ut luceret in die*. Non erat luna, neque ftellæ: nam [f] *lunam & ftellas ipfe fundavit*. Non erat terra: ipfe enim dixit: [g] *Congregentur aquæ, & appareat arida*. Miro itaque modo Evangelifta æternam Verbi expreffit fubftantiam, generationemque Filii antevertentem fæcula ac teftis expertem.

Τίς σε ταῦτα ἐπαίδευσεν εἰπεῖν, ὦ μακάριε Ἰωάννη. ἡ λίμνη Γεννησαρέτ; ἀλλ᾽ οὐ δογματίζει. ἡ ἁλεία; ἀλλ᾽ οὐ θεολογεῖ. Ζεβεδαῖος; ἀλλ᾽ ἰδιώτης. ἡ πατρίς; ἀλλ᾽ εὐτελής. ἡ κώμη; ἀλλ᾽ ἄγροικοι, οὐ πολῖται. οἱ Ἰουδαῖοι; ἀλλὰ παραβάται νόμου. νόμος; ἀλλὰ σκιὰν εἶχε. Μωϋσῆς; ἀλλ᾽ ἰσχνόφωνος ἦν καὶ βραδύγλωσσος. Δαβίδ; ἀλλὰ σκώληξ καὶ οὐκ ἄνθρωπος. πῶς οὖν εἶπας τό, ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος; τίς σε πρὸς τοσοῦτον ὕψος ἐμετεώρισε; τίς τῷ νοΐ σου τοιαῦτα ἐχαρίσατο πτερά; ἀφῆκας γὰρ τῇ πίστει τὴν γῆν, καὶ ἐγένου ὑπὲρ τὸν ἀέρα· ὑπερέβης τὸν αἰθέρα· τὰ ὑπερκόσμια οὐρανοῦ ὕψη [2] ὑπερπετάσας· τὰ ἄνω ὑπερεπήδησας· ἀρχαγγέλους παρῆλθες· τῶν σεραφὶμ ἐξισώθης· τῷ τοῦ δεσπότου χερουβικῷ θρόνῳ παρέστης. ἐπτεροποιήθης τῇ πίστει· ἀπερινόητον ἐβρόντησας γέννησιν· ἀκατάληπτον ἐκήρυξας ὕπαρξιν· ἄναρχον ἐθεολόγησας τὸν Λόγον· εἶπας γάρ· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεόν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος.

B III. Ecquifnam, o beate Joannes, hæc edicere docuit? Stagnum ne Genefaret? At illud dogmata non tradit. Num pifcatio? At illa non tractat divina. Zebedæus? At vir eft idiota. Patria? Sed vilis erat. [1] Vicus? At ibi rufticani, non cives aderant. Judæi? At erant [h] legis prævaricatores. Lex? Sed [i] umbram habebat. Moyfes? Verum [k] *impeditioris ac tardioris linguæ* erat. David ne? At [l] *vermis eft, & non homo*. Quomodo igitur dixifti: *In principio erat Verbum?* Quis ad tantam te provexit celfitatem? Quis tuæ menti tales præbuit alas? Fide enim relinquens terram, fupra aerem conftitifti; fupergreffus es æthera; fupermundana cæli tranfvolafti culC mina; tranffiliuifti fupera; Archangelorum præterifti choros; Seraphinis par effectus es; Cherubico Domini adftitifti throno. Fide volucris ac fublimis ales factus es: generationem cogitatu majorem tuæ vocis tonitruo explicafti: incomprehenfam prædicafti fubftantiam: Verbum Dei principii expers æternumque docuifti: nam dixifti: [m] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum*.

Μεγάλη ἡ χάρις, ἀγαπητοί. ἄνθρωπος τριπήχυς ὤν, εἰς τὸν οὐρανὸν τῷ νῷ καὶ τοῖς λογισμοῖς, ἅμα καὶ τῷ Λόγῳ μετῆλθεν. ἐθεάσατο τῇ πίστει ἐκ πατρικῶν κόλπων ἀπαθῶς ἐξελθόντα, καὶ Θεὸν ἐκ Θεοῦ γεννηθέντα. ἴδε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον σὺν πατρὶ καὶ υἱῷ προσκυνούμενον· τὴν τριάδα ἐν μονάδι δοξαζομένην, καὶ ἐν τρισὶν ὑποστάσεσι διαιρουμένην, καὶ φύσει ἑνουμένην. καὶ τῶν σεραφὶμ ὁ Εὐαγγελιστὴς εὑρέθη ἀνώτερος· ὅτι ἐκεῖνα διὰ τὴν ἀστραπὴν καλύπτει τὰ πρόσωπα· οὗτος δὲ διὰ τὴν χάριν, καὶ τὴν γέννησιν καὶ τὴν ὕπαρξιν ἐθεολόγησε.

IV. Ingens gratia, dilectiffimi. Tricubitalis homo, mente ac cogitatibus, una in cælum Verbum confectatus afcendit. Fide contuitus eft e paterno nulla paffione egredientem finu; Deumque ex Deo genitum. Vidit Spiritum fanctum cum Patre & FiD lio adoratum: Trinitatem in unitate laudibus celebratam, eamdemque in tribus difcretam perfonis, atque natura unitam. Atque adeo Evangelifta, ipfis Seraphim inventus eft fublimior: quippe cum illi corufco fulgore concuffi [n] facies velent fuas; hic autem præfidiis fretus gratiæ, divinam cum generationem, tum fubftantiam enarraverit.

Πάλιν δὲ τοῖς ἔργοις ἐξ οὐρανῶν ἐπὶ τὴν γῆν καταβὰς, εἶπεν· ὁ Λόγος σὰρξ ἐγένετο. ἴδε μυστήριον Θεοῦ, τροπῆς καὶ ἀλλοιώσεως χωρίς. ἴδε τὸν Λόγον ἐπὶ γῆς σαρκωθέντα, καὶ τῶν οὐρανῶν μὴ ἀποστάντα. ἴδε τὴν παρθένον τεκοῦσαν, καὶ τὴν παρθενίαν μὴ φθαρεῖσαν. ἴδε γαστέρα, οὐρανοῦ πλατυτέραν. ἴδε μητέρα ἀλόχευτον, καὶ τόκον ἀνώδυνον. ἴδε ..... τικτόμενον ὡς ἄνθρωπον. ἴδε βρέφος, τὸν πρὸ αἰώνων τέλειον. ἴδε σπαργανωθέντα, τὸν προστάγματι λύσαντα Λαζάρου τὰ σπάργανα. ἴδε κτίσιν [3] γνωρίσασαν τὸν κτίσαντα. ἴδε σπήλαιον, τὸ τοῦ κόσμου ἱλαστήριον. ἴδε τὸ κτίσμα βαστάζον τὸν κτίστην. ἴδε τρεφόμενον, τὸν τρέφοντα τὴν τρέφουσαν. ἴδε μητρικῷ κόλπῳ, τὸν μὴ χω-

V. Tum inde rurfum, operum confecutione e cælis in terram defcendens, ait: [o] *Verbum caro factum eft*. Vidit Dei myfterium converfionis immune ac mutationis. Vidit Verbum in terris incarnatum, & a cælis minime divulfum. Vidit puerperam Virginem, nihilque corruptam virginitatem. Vidit uteE rum cælo latiorem. Vidit matrem fine viri commixtione, partumque dolorum expertum. Vidit..... natum ut hominem. Vidit infantem, eum qui ante fæcula perfectus erat. Vidit fafciis involutum, eum qui [p] fuo imperio folvit Lazari fafcias. Creaturam vidit, indicantem creatorem. Vidit fpeluncam, mundi factam propitiatorium. Vidit creaturam, portantem creatorem. Vidit nutrimento utentem, ipfum

a Matth. xi. 27. b Hebr. I. 2. c Pfalm. ciii. 4. Heb. I. 7. d Pfalm. xxxii. 6. e Gen. I. 16. f Pfalm. viii. 4. g Gen. I. 9. h Rom. II. 27. i Heb. X. 1. k Exod. iv. 10. l Pfalm. xxi. 7. m Joan. I. 2. n Ifa. vi. 6. o Joan. I. 14. p Joan. xi. 44.

1. *Vicus*. ἡ κώμη·] Bethfaidam intelligit, qua natum Joannem habet Chryfoftomus hom I. in Joannem. Facta eft ex vico poftea civitas ac πόλις, quod eam Joannes vocat cap. 1. verf. 44. Sic Jofephus narrat lib. xviii. Antiquit. cap. III. quamquam etiam majores vici, urbes etiam appellarentur. Plura notat Riccardus.

2. Vatic. ὑπερυψηπέτησας.

3. Ισ. γνωρίσασαν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ωισθέντα τοῦ πατρῴου κόλπου. ἴδε προσκυνούμενον ὑπὸ μάγων, τὸν αἰνούμενον ὑπὸ ἀγγέλων, ἴδεν εἰς Αἴγυπτον φυγόντα σαρκὶ, τὸν κατέχοντα τὴν γῆν δρακί. ἴδεν ὕδατι βαπτιζόμενον, τὸν τὰ ὕδατα ἀπὸ γῆς πηγάσαντα. ἴδε προδοθέντα ὑπὸ μαθητοῦ διδάσκαλον. ἴδε δεθέντα, τὸν τὴν παρθενίαν τῆς μητρὸς μὴ λύσαντα. ἴδεν παρεστῶτα Πιλάτῳ, τὸν ἐκ πηλοῦ Πιλάτον πλαστουργήσαντα. ἴδεν ἐξ ἀκανθῶν στεφανωθέντα, τὸν τὴν γῆν τοῖς ἄνθεσι στέψαντα. ἴδε σταυρωθέντα ἐπὶ γῆς, τὸν ὑψωθέντα ἐν οὐρανοῖς. ἴδε ἐν τάφῳ νεκρὸν, τὸν ἐκ τάφου τοὺς νεκροὺς ἐγείραντα. ἴδεν ἀναστάντα, τὸν τὴν ἀνάστασιν προμηνύσαντα. ἴδεν εἰς ᾅδην κατελθόντα, τὸν εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα. ᾅδης γὰρ ἐξέμεσεν, ὃν ἀγνοῶν κατέπιεν.

Καὶ τίς ἐστιν ἄρα ὃν ἴδεν; τίς; ὁ κλίνας τοὺς οὐρανοὺς, καὶ κατελθὼν ἀψόφητι· ὁ λαθὼν τὰς ἄνω δυνάμεις· ὁ μὴ γυμνώσας τὸν πατρικὸν θρόνον, σαρκωθεὶς ἐκ παρθένου· ἐν οὐρανοῖς ἀμήτωρ, ἐκ Θεοῦ Θεὸς, καὶ ἐπὶ γῆς ἐκ μητρὸς, παρθένου υἱὸς, ὁ φιλάνθρωπος δι᾽ ἀνθρώπους ἐνανθρωπήσας· ὁ τὴν ἀμόλυντον γαστέρα τῇ οἰκήσει ἁγιάσας· ὁ τὰς λαγόνας ἐλευθερώσας· ὁ τὰς τῆς φύσεως γονὰς εὐλογήσας· ὁ τὰς παρθενικὰς ὠδῖνας σφραγίσας· ὁ τόποις οὐρανῶν μὴ χωρήσας, καὶ μήτραν οὐ στενοχωρήσας· ὁ πρὸ αἰώνων τοὺς αἰῶνας δημιουργήσας· ὁ λόγῳ τὸν κόσμον μετ᾽ ἐξουσίας ἐκτελέσας· ὁ τοῦ πατρὸς ἄῤῥητος Λόγος· ὁ τοῦ γεννήσαντος ὁμοούσιος υἱός· ὁ ἄναρχος, καὶ ἀρχὴν μὴ δεχόμενος, καὶ ἀρχὴν τοῦ εἶναι λαβών. παράδοξα τὰ θαύματα, ἀγαπητοί· ὅτι ὁ ἐν οὐρανῷ θρόνος οὐκ ἐκενώθη, καὶ ὁ ἐπὶ γῆς κόσμος ἐσώθη. ταῦτα πάντα περιέχουσιν οἱ πέντε λόγοι τοῦ μεγάλου βροντολόγου εὐαγγελιστοῦ Ἰωάννου. διὰ τοῦτο θανατωθήτωσαν Ἕλληνες· καταργηθήτωσαν Ἰουδαῖοι· αἰσχυνέσθωσαν Σαμαρεῖται· διασκορπισθήτωσαν Μανιχαῖοι· ἀπολέσθωσαν αἱρετικοὶ, καὶ πάντες οἱ ἐχθροὶ τῆς ἀμωμήτου καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας· ὅτι πάντων ἐκείνων ἡ ἐλπὶς εἰς πτῶσιν καὶ ἀπώλειαν· ἡ δὲ ἡμετέρα ἐλπὶς εἰς ἀνάστασιν, καὶ εἰς ζωὴν αἰώνιον· διὰ τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, μεθ᾽ οὗ τῷ πατρὶ καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι ἡ δόξα, καὶ τιμὴ, καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

nutricantem nutricem. Vidit materno in sinu eum, qui a paterno numquam sejunctus est sinu. Vidit [a] a Magis adorari eum, qui laudatur ab Angelis. Vidit carne fugientem in Ægyptum, ipsum [b] terram pugillo comprehendentem. Vidit eum aqua baptizari, qui aquarum fontes e terra emittit. Vidit Magistrum a discipulo proditum. Eum vidit ligatum, qui non solvit matris virginitatem. Vidit sisti Pilato eum, qui e limo Pilatum finxisset. Vidit spinis coronatum eum, qui floribus redimisset terram. Vidit in terra crucifixum eum, qui sublimis erat in cælis. Vidit in sepulcro mortuum eum, qui mortuos excitasset e sepulcro. Vidit resurgentem eum, qui resurrectionem prænuntiasset. Vidit eum descendentem ad inferos, qui ascendit in cælos. Infernus namque evomuit, quem ignorans deglutierat.

VI. At quisnam tandem est, quem vidit? Quis, inquam? Is utique, qui [c] *inclinavit cælos*, nulloque strepitu *descendit*: qui superas ipsas latet Virtutes: qui incarnatione ex Virgine, non nudavit paternum sinum: qui in cælis sine matre, Deus ex Deo; in terris ex matre Virginis filius, amans hominum, hominum caussa factus est homo: qui impollutum hospitio suo uterum sanctificavit: ejusque sinus puros integrosque reliquit: naturæ sacravit partes: virgineos obsignavit partus. Is, quem cælorum non capiunt spatia, quemque non arcte complexus est uterus. Qui ante sæcula, sæculorum exsistit conditor: qui verbo mundum cum potestate perfecit: Patris ineffabile Verbum: Filius Genitori consubstantialis: æternus ille, nec principium admittens; quique tamen principium acceperit essendi. Mira sane, & admirabilia dilectissimi sunt ista: ut in cælo minime vacuata sit sedes, mundusque hic terrenus salutem consecutus sit. Cuncta hæc complectuntur tonitrui voce loquentis magni Evangelistæ, quinque illa verba. Quocirca pereant tandem gentiles; tollantur Judæi; pudore suffundantur Samaritani; dispergantur Manichæi; dispereant hæretici, sanctæque catholicæ ac apostolicæ ecclesiæ hostes universi. Eorum namque omnium spes, in ruinam ac interitum cedit; nostra autem, in resurrectionem & vitam æternam. Per Dominum nostrum Jesum Christum, cum quo Patri & Spiritui sancto, gloria, honor atque potestas, in sæcula sæculorum, Amen.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιϛ´.

Εἰς τὴν ἁγίαν Πεντηκοστήν.

Σήμερον ἀγαπητοὶ ἐπεφοίτησε τοῦ ἁγίου πνεύματος ἡ χάρις, ἀρξαμένη μὲν ἀπὸ τῆς σήμερον ἡμέρας· αὐξανομένη δὲ, μέχρι τῆς σήμερον ἡμέρας μεγαλύνεται. ἔλαμψεν ἡ τοῦ ἁγίου πνεύματος χάρις, καὶ ἐξαίφνης εὔλαλα τῶν ἀλάλων τὰ στόματα· καὶ τῶν ἀπαιδεύτων αἱ γλῶτται ἐστομώθησαν· καὶ τῶν ἁλιέων αἱ καρδίαι πρὸς θάρσος μετεβλήθησαν. διὸ καὶ τὴν πτωχεύσασάν μου διάνοιαν ἐξαρπάζει δειλίας ἡ σήμερον ἐπιφοιτήσασα ἐξ οὐρανοῦ χάρις. οὕτως γὰρ πρὸ τῆς παρουσίας τοῦ πνεύματος δειλιῶν ὁ Πέτρος, ἐπὶ παιδίσκης ἠρνήσατο τὸν δεσπότην· μετὰ δὲ τὴν κάθοδον τοῦ πνεύματος, ἐπὶ δήμων καὶ βασιλέων μετὰ τοῦ θάρσους ὡμολόγει κράζων· οὐ δυνάμεθα ἡμεῖς ἃ ἠκούσα-

EJUSDEM

* ORATIO XVI.


In sanctam Pentecostem.

I. Hodie, dilectissimi, advenit Spiritus sancti gratia: quæ quidem, cum ab ipsa hac die cœperit, ad usque eamdem hanc ipsam diem adulta auctaque, magnifice colitur ac celebratur. Affulsit Spiritus sancti gratia, illicoque facunda evaserunt mutorum ora: ineruditorum linguæ disertæ eruditæque redditæ sunt: piscatorum corda in erectos audentesque animos commutata. Proinde a mea etiam animi imbecillitate mentisque inopia, timiditatem ignaviamque discutiet illa ipsa, quæ cælitus hodie advenit gratia. Sic quippe ante Spiritus sancti adventum, [d] Petrus pavore confectus coram ancillula negavit Dominum: post vero ejusdem descensum, coram populis & regibus magna animi securitate eum

a Matth. II. 12. b Isa. XL. 12. c Psalm. CXVII. 10. d Matth. XXVI. 69.

* Exscripta est ex vetusto codice Cryptæ ferratæ. Tota adversus Macedonianos ac Eunomianos decurrit, variis scripturæ locis Spiritus sancti divinitatem probans. Id enim illi contendebant, non haberi ex scriptura, cum Deum esse.

SÆCUL. V. CIRCA ANN CHR. 438.



μεν καὶ εἴδομεν μὴ λαλεῖν. ὅθεν καὶ μέθην τὴν A τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐγλωττίαν Ἰουδαῖοι ἐνόμισαν, λέγοντες· ὅτι γλεύκους μεμεστωμένοι εἰσίν· ἀντηρητόρευσε δὲ πρὸς αὐτοὺς ὁ Πέτρος [1], ὅ, καὶ τῆς ὥρας τῶν δοκίμων διὰ τριάδος βεβαιουμένων. ἐπειδὴ γὰρ τῇ τρίτῃ ὥρᾳ ὁ σταυρὸς ἐῤῥιζώθη, καὶ τρίτῃ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει πυρὸς ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους ἐκάθησε, μηνύον ὅτι Θεὸς τὸ πνεῦμα. ὁ γὰρ Θεὸς ἡμῶν, πῦρ καταναλίσκων ἐστί. καὶ ἡ μὲν παρουσία τοῦ [3] πνεύματος, ὡς ὑετὸς ἐπὶ πόκον ἐγένετο, ἐπειδὴ οἰκονομίας ἦν σύμβολον. ἐπὶ δὲ τοῦ πνεύματος, ἵνα δειχθῇ ὅτι Θεὸς τὸ πνεῦμα ὑπάρχει, ἦχος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἐγένετο ὥσπερ φερομένης πνοῆς βιαίας. καὶ ὅτι Θεὸς τὸ πνεῦμα, διδάχθητι. Ἡσαΐας γάρ φησιν· εἶδον τὸν κύριον καθήμενον ἐπὶ B θρόνου ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου· καὶ τὰ σεραφὶμ εἱστήκεισαν κύκλῳ αὐτοῦ. καὶ εἶπε πρός με· τίς πορεύσεται πρὸς τὸν λαὸν τοῦτον, καὶ τίνα ἀποστελῶ πρὸς αὐτόν; ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. θέλεις οὖν γνῶναι πνευματομάχε, ὅτι πνεῦμα ἔδρασεν ἐπὶ τοῦ θρόνου τοῦ ὑψηλοῦ καὶ ἐπηρμένου; ἄκουσον Παύλου τοῦ ἀποστόλου, καὶ πείσθητι. παρεπέμφθη τῷ Νέρωνι ἐπὶ τὴν Ῥώμην· κατέλαβε τὰ ἐκεῖ πλήθη τῶν Ἰουδαίων· ἐδίδασκεν αὐτοὺς τὸν λόγον τῆς σωτηρίας. οἱ μὲν ἐπείθοντο· οἱ δὲ ἠπίστουν. ἀσύμ- C φωνοι δὲ ὄντες πρὸς ἀλλήλους, ἀπελύοντο· εἰπόντος τοῦ Παύλου ῥῆμα ἕν· καλῶς εἶπε τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον περὶ ὑμῶν διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου· ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε. ὁρᾷς ὅτι κύριος καὶ Θεὸς τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον; ποῦ γὰρ οὐχ εὑρήσεις τὸ πνεῦμα ἐν τῇ τριάδι πανταχοῦ δοξαζόμενον ἐν τῷ νόμῳ; ἄκουσον τοῦ προφήτου λέγοντος· τῷ λόγῳ κυρίου οἱ οὐρανοὶ ἐστερεώθησαν, καὶ τῷ πνεύματι τοῦ στόματος αὐτοῦ πᾶσα ἡ δύναμις αὐτῶν.

A confessus, exserta extulit voce: [a] *Non possumus quæ audivimus & vidimus, non loqui vobis*. Quocirca Judæi quoque Spiritus sancti eloquentiam illam, [b] temulentiam rati, musto eos plenos dixerunt. Scite autem eos refellit Petrus, [2] a quo etiam probatum tempus, aptumque mysterio a ternario confirmatum fuit. Quia enim hora tertia crux fixa fuerat, hora quoque tertia Spiritus sanctus in Apostolos ignis specie descendit, indicans Deum esse Spiritum. [c] *Deus enim noster ignis consumens est*. Ac quidem [4] Salvatoris adventus, [d] *sicut pluvia in vellus* fuit; eo quod dispensationis symbolum esset. In Spiritus autem adventu, quo significaretur Deum esse Spiritum, [e] *Factus est repente de cælo sonus tamquam ruentis impe-* B *tu flatus vehementis*. Spiritum porro Deum esse accipe. Isaias namque ait: [f] *Vidi Dominum sedentem super thronum excelsum & elevatum. Et Seraphim stabant in circuitu ejus. Et dixit ad me: Quis ibit ad populum istum, & quem mittam ad eum?* [g] *Incrassatum enim est cor populi hujus, & auribus suis graviter audierunt, & oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis, & auribus suis audiant, & corde intelligant, & convertantur, & sanem eos*. Vis ergo tu qui Spiritum sanctum oppugnas, nosse fuisse Spiritum sanctum, qui supra thronum excelsum ac elevatum sedit? Paullum Apostolum audi, & crede. Adductus ille Romam ad Neronem, Judæorum illic multitudinem invenit, eisque verbum C salutis exposuit. [h] *Quidam autem credebant; quidam vero non credebant. Cumque invicem non essent consentientes, discedebant, dicente Paullo unum verbum: Quia bene Spiritus sanctus locutus est de vobis per Isaiam prophetam: Aure audietis, & non intelligetis*. Vides Spiritum sanctum, Dominum ac Deum esse? Usquam ne enim in lege non glorificatum in Trinitate Spiritum sanctum inveneris? Audi prophetam dicentem: [i] *Verbo Domini cæli firmati sunt, & spiritu oris ejus omnis virtus eorum*.

Ἀλλ᾽ ἐν τῇ χάριτι, ἡνίκα ἐπὶ τὸ σωτήριον βάπτισμα ὁ σωτὴρ παρεγένετο· ὁ πατὴρ ἄνωθεν τῷ υἱῷ ἐμαρτύρει, καὶ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐν εἴδει περιστερᾶς παρεγένετο. τοῦτο τὸ πνεῦμα σήμε- D ρον ἐν εἴδει πυρὸς ἐκάθησεν ἐφ᾽ ἕκαστον τῶν ἀποστόλων. ὁρᾷς ὅτι καὶ θρόνοι οἱ ἀπόστολοι; ὁ Θεὸς γάρ, φησι, κάθηται ἐπὶ θρόνου ἁγίου αὐτοῦ. τοῦτο τὸ πνεῦμα Ἀνανίαν ψευσάμενον ἐθανάτωσε. τοῦτο τὸ πνεῦμα διανέμει τῶν ἀγαθῶν τὰ χαρίσματα, διαιροῦν ἰδίᾳ καθὼς βούλεται. τούτου τοῦ πνεύματος πλησθεὶς Παῦλος ὁ ἀπόστολος, Ἐλύμαν τὸν μάγον ἐσκότισε. τοῦτο τὸ πνεῦμα Γαβριὴλ τῇ Μαρίᾳ εὐηγγελίσατο, λέγων· πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ, καὶ δύναμις ὑψίστου ἐπισκιά-

II. Sed & gratiæ tempore, cum Salvator ad salutare baptisma accessit, [k] Patre e cælis testimonium perhibente Filio, Spiritus sanctus in colum- D bæ specie advenit. Hic hodierna die Spiritus, [l] in ignis specie supra singulos Apostolos sedit. Vides, Apostolos quoque sedes esse? [m] *Deus* enim, inquit, *sedet super sedem sanctam suam*. Hic Spiritus [n] mentitum Ananiam morte mulctavit. Hic Spiritus charismatum distribuit dona, [o] *dividens singulis privatim prout vult*. Hoc Spiritu plenus Apostolus Paullus, [p] Elymæ mago tenebras ac caliginem effudit. Hunc Gabriel Spiritum fausto nuntio Mariæ promisit, dicens: [q] *Spiritus sanctus superveniet in te, & virtus Altissimi obumbrabit tibi*. Qui idem nunc

a Act. IV. 20. *b* Act. II. 13. *c* Heb. XII. 29. *d* Psalm. LXXI. 6. *e* Act. II. 2. *f* Isa. VI. 1. 2. 8-10. *g* Matth. XIII. 15. Act. XXVIII. 27. *h* Act. XXVIII. 24-26 *i* Psalm. XXXII. 6. *k* Luc. III. 22. *l* Act. II. 3. *m* Psalm. XLVI. 9. *n* Act. V. 4. *o* I. Cor. XII. 11. *p* Act. XIII. 11. *q* Luc. I. 35.

1. Leg. ὡς τὸ δόκιμον βεβαιουμένον.

2. *A quo etiam probatum tempus* cet.] Mera barbaries est, quod habet textus: levi quam feci, mutatione sanandus. Ex hora itaque tertia, quæ hora fuit crucis juxta Marcum XV. 25. congruum ostendit tempus adventus Spiritus sancti: excluditque ab eo Judæorum calumniam de ebrietate, cum Judæis, non nisi hora sexta, sabbatis ac festis diebus prandere moris esset, uti Josephus in vita sua.


3. Leg. σωτῆρος.

4. *Salvatoris adventus*.] Cogor aliquid præsumere, ac mutare nomen Spiritus, πνεύματος· in quo palam videatur erraſſe antiquarius. Sequentia enim ἐπὶ δὲ τοῦ πνεύματος aperte indicant comparare auctorem adventum Spiritus, alterius adventui; nempe Filii ac Verbi, qui ita quietus fuerit, eo quod ad œconomiam veniret: id est, ad sumendam carnem, inque ea suaviter ac mirabili inclinatione operandam nostram salutem: cum adventus Spiritus E fuerit in ostensione deitatis; eoque in ignis specie, qui ejus symbolum est. Præterea verba Psalmi, *Descendet sicut pluvia in vellus*: non de Spiritu sancto, sed de Verbo, qua carnem in Maria sumsit, ecclesiæ usus exponit in officio diei sacræ Circumcisionis. Miserum est ut singularis unius depravati codicis fidei adstringaris; nec æquæ conjecturæ dare aliquid possis. Non potest dici, quod auctor acceperit nomen illud πνεύματος, quo sensu Auctor imperfecti, pro ipso Filio; tum quia valde obscure locutus esset; tum quia ipse brevi post exponit de Spiritu sancto in persona propria. Citatus ille, clare distinguit Spiritum sanctum apud Lucam, ac in negotio dominicæ incarnationis, a Paracleto: ut valde frigidi sint, qui ex illa ejus expositione, Sabellianismi notam aspersam volunt. Utinam æque facile contraria Arianismi depelli posset. Equidem haud video ut omnino possit, vel in aliquo differat auctor ille ab Eusebianis.

σει σοι. αὐτὸ καὶ νῦν ἐπέλθῃ ἐφ᾽ ἡμᾶς καὶ εὐλογήσῃ. τοῦτο γὰρ συναναμίγνυται τῷ ὕδατι, καὶ χωνεύει τὰς ἁμαρτίας ὡς πῦρ, καὶ τοὺς νεωφωτίστους λαμπρύνει ὡς φῶς· καὶ ἡμᾶς ἐλεεῖ ὡς Θεός· ὅτι αὐτῷ πρέπει δόξα καὶ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A quoque super nos adveniat, ac nos benedicat. Ipse enim se aquæ commiscet; atque in modum ignis peccata conflat absumitque: ac nuper illuminatos, lucis instar fulgoribus illustrat; nostrique miseretur ut Deus. Quoniam eum decet gloria ac potestas, in sæcula sæculorum: Amen.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
438.



ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιζ´

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον πρωτομάρτυρα Στέφανον.

Ὁ Μὲν αἰσθητὸς ἥλιος ὑπὲρ γῆν ἀνατέλλων, ἀρκτοῦρον, καὶ ὠρίωνα, καὶ πλειάδα, ἢ καὶ αὐτὸν τὸν B ἑωσφόρον [1] παρανατέλλοντα ἔχει· ὁ δὲ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος ἐκ κόλπων παρθενικῶν ἀναλάμψας, τὰς μὲν ἀστρῴας χορείας εἰς συνδρομὴν φωτὸς οὐκ ἐπιδέχεται· Στέφανον δὲ τὸν πρωτομάρτυρα συνανατολέα τῶν ἀθανάτων ἀκτίνων πεποίηται. ἐκεῖνος μὲν τὴν ἀρκτῴαν εἰς τὴν νοταίαν τρίβον ἐλαύνων, ποτὲ μὲν συστέλλει, ποτὲ δὲ πλατύνει τῆς ἡμέρας τὰ μέτρα· οὗτος δὲ, τῇ πρὸς ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν ἐπιδημίᾳ τὴν δικαιοσύνην αὐξήσας, ἀμίαντον καὶ ἀμείωτον τὸ ταύτης ἐτήρησε φέγγος. ἐκεῖνος νυκτὸς διάδοχος· οὗτος θανάτου ἀντίπαλος. ἐκεῖνος σκότους φυγαδευτής· οὗτος ἁμαρτίας ἀνατροπεύς. ἐκεῖνος δωδεκάωρον φέγγει· οὗτος δι᾽ αἰῶνος ἀστράπτει. ἐκεῖνος δι᾽ ἀστέρων ὁδεύει· οὗτος δι᾽ ἀποστόλων ἐκλάμπει. ἐκεῖνος διὰ καιρῶν καὶ χρόνων περιέρχεται· C οὗτος διὰ προφητῶν καὶ εὐαγγελιστῶν κηρύττεται. ἐκεῖνος τὰς ὥρας τῷ δρόμῳ ὑφαίνει· οὗτος τῷ λόγῳ τὰς ἐκκλησίας μεγαλύνει. ἐκεῖνον ἐπὶ ἅρματος οἱ ζωγράφοι ἐπιβεβηκότα γράφουσι· τοῦτον οἱ θεολόγοι ἐπὶ φάτνης ἀναπαυόμενον διαγγέλλουσι· φάτνης, τὸν οὐρανὸν μιμουμένης· φάτνης, τοῖς Χερουβὶμ παρισουμένης· φάτνης, τῷ ἀρρήτῳ θρόνῳ συγκρινομένης· φάτνης, τὴν λογικὴν τροφὴν περιεχούσης· φάτνης, τὴν τοῦ παντὸς ζωὴν ὑποδεξαμένης· φάτνης, τὸν τὰ πάντα βαστάζοντα βασταζούσης· φάτνης, πάσης ὁμοῦ τῆς κτίσεως πλατυτέρας. ὃν γὰρ ἡ κτίσις οὐ χωρεῖ, τοῦτον ἡ φάτνη διὰ τὴν χάριν ἐχώρησε· φάτνης, ὑπὸ ἀστέρος ἡμεροδρόμου μηνυομένης· φάτνης, ἐν ἑαυτῇ τὸ θυσιαστήριον προδιαγραφούσης· φάτνης, ἐκκλησίαν τὸ σπήλαιον ἀποτελεσάσης. D

Δεῦτε τοίνυν καὶ ἡμεῖς τοὺς εὐσεβεῖς μάγους ζηλώσωμεν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν ἀντὶ τῆς Βηθλεὲμ καταπνοήσωμεν· ἀντὶ τοῦ σπηλαίου, τὸ ἱερατικὸν ἀσπασώμεθα βῆμα· ἀντὶ τῆς φάτνης, τὸ θυσιαστήριον προσκυνήσωμεν· ἀντὶ τοῦ βρέφους, περιπτυξώμεθα τὸν διὰ τοῦ βρέφους εὐλογούμενον ἄρτον· ἐφ᾽ ἅπασι δὲ τούτοις, τὸν ὑπὸ τοῦ Στεφάνου σήμερον καταγγελλόμενον βασιλέα δοξάσωμεν. ὢ ξένου βασιλέως παράδοξα πράγματα. χθὲς ἐτέχθη, καὶ σήμερον αὐτῷ Στέφανος προσηνέχθη. Στέφανος, ὁ φερώνυμος μάρτυς· Στέφανος, ὁ ἔμψυχος στέφανος· Στέφανος, τὸ αὐτόπλεκτον διάδημα· Στέφανος, τὸ αὐτοχάλκευτον περίθεμα· E Στέφανος, τὸ αὐτοφυὲς τῆς ἰδίας κορυφῆς στεφάνωμα· Στέφανος, τὸ πολυανθὲς τῆς πίστεως βλάστημα· Στέφανος, τὸ τῆς ἀγάπης εὐωδέστατον ῥόδον· Στέφανος, τὸ τῆς ἐλπίδος ἀμάραντον ἄνθος· Στέφα-

E J U S D E M

*ORATIO XVII.

Laudatio sancti protomartyris Stephani.

I. Sensilis quidem sol supra terram exoriens, Arcturum & Orionem & Plejades, aut ipsum etiam luciferum pariter coorientem habet: Sol autem justitiæ e virginali affulgens sinu, etsi astrorum choros quo acervata luce coruscet, non recipiat; ut tamen immortalibus radiis protomartyr Stephanus cooriretur, effecit. Ille a septemtrionali plaga ad australem excurrens, nunc quidem diei contrahit spatia, nunc protrahit: at hic suo ad nos e cælis adventu justitiam augens, purum integrumque ejus servavit lumen. Ille nocti succedit: hic mortis adversarius est. Ille tenebras fugat: hic peccatum eliminat. Ille per horas duodecim lucet: hic per sæcula splendet. Ille per astra incedit: hic per Apostolos effulget. Ille per tempora & annos oberrat: hic prophetarum & evangelistarum præconio celebratur. Suo ille cursu anni tempestates conficit: hic ecclesias claras magnificasque sermone reddit. Illum pictores currui insidentem depingunt: hunc theologi in præsepio recumbentem adstruunt: præsepio, inquam, cælorum æmulo: præsepio, Cherubinis coæquato: præsepio, ineffabili illi throno comparato: præsepio, rationalem cibum complectente: præsepio, quod universi suscepit vitam: præsepio, eum portante [a] *qui portat omnia*: præsepio, omni simul creatura latiori; quem enim creatura non capit, eum præsepe per gratiam capere potuit: præsepio, cujus [b] stella interdiu lucens index est: præsepio, quod in se sacri altaris formam designaret: præsepio, quod speluncam in ecclesiam vertit.

II. Agite ergo, nos quoque pios ac religiosos magos æmulemur, ac ecclesiam loco Bethleem spiritaliter accipiamus: pro spelunca, sacrarium passis avidisque ulnis teneamus: præsepis vice, altare veneremur; pro infante, panem per infantem benedictum complectamur: atque ad hæc omnia, Regem hodie a Stephano annuntiatum, gloria ac laude prosequamur. O novi Regis res admirandas! Heri natus est, eique hodie Stephanus oblatus est. Stephanus, inquam, pro nominis ratione martyrii corona laureatus: Stephanus, animata corona. Stephanus, a se contextum diadema: Stephanus suæ coronationis artifex: Stephanus, genuinum proprij verticis coronamentum: Stephanus, floriferum fidei germen: Stephanus, fragrantissima caritatis rosa: Ste-

a Heb. I. 3. *b* Matth. II. 9.

* Præter alios codices quos citat Riccardus, etiam Seguierianus Procli hanc Orationem habet. Stilus universus ac compositio Proclum loquitur; cujus nihil præferebat, quam ei in Stephanum alteram abrogavi, ac legitimo auctori restitui. — Malui scilicet eam ASTERII Orationem seorsim edere, ac reliquis ejusdem sancti Patris jam editis adjicere, quam confundere cum PROCLI Orationibus, quibuscum nihil commune habet. Adverterat ipse Riccardus (pag. 496.) nullos habere Procli characteres; *nullas antitheses, Proclo satis familiares, nullam paronomasiam, non pressas sententias, nec sacræ scripturæ flosculos inspersos*: ut sola codicum antiquitate persuasus ei adscripserit . . . Photius ergo in sua Bibliotheca (cod. CCLXXI.) Sermonem hunc ut Asterii desloravit; totusque Asterii reliquis stilo ac omnibus consentit. — Hæc COMBEFISIUS in *Auctar. nov.* tom. I. pag. 299. ubi exstat laudata Oratio *in Sanctum Stephanum* Asterio asserta, quæ in editione Riccardi sub nomine sancti Procli habetur pagg. 485.-495. estque num. XVII.

1. Vat. cod. προφανεῖ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



νος, ὁ τῆς χάριτος εὐθαλέστατος στάχυς· Στέφανος ὁ τῆς ἀειζώου ἀμπέλου τὸ πολύφορον κλῆμα· Στέφανος, τῆς ἀθανασίας ὁ μελίστακτος βότρυς· Στέφανος, ἡ τοῦ σταυρωθέντος οὐρανομήκης παραφυάς· Στέφανος, παντὸς ἀγαθοῦ ἔργου καὶ λόγου τὸ πλήρωμα· Στέφανος, ὁ τῆς ὁμολογίας ἀκαθαίρετος πύργος· Στέφανος, ὁ τῆς ὑπομονῆς ἀσάλευτος πρόβολος. Στέφανος, ὁ τῆς ἐγκρατείας σταυροφόρος ὁπλίτης· Στέφανος, ὁ τῆς εὐσεβείας ἀήττητος στρατιώτης· Στέφανος, ὁ ἔμψυχος στρατηλάτης· Στέφανος, ὁ κατὰ τῶν χριστοκτόνων θαρσαλαῖος ῥήτωρ. ἔκαμον, ἔκαμον πλέκων τῷ Στεφάνῳ τὸν στέφανον, καὶ οὐδέ πω τῆς πλοκῆς ἐφηψάμην. τῇ θείᾳ τοίνυν γραφῇ τὸν Στέφανον στεφανῶσαι παραχωρήσωμεν.

A phanus, spei immarcescibilis flos: Stephanus, uberrima gratiæ spica: Stephanus, feracissimus illius vitis sempiternæ vitæ palmes: Stephanus, mellifluus æternitatis botrus: Stephanus, in cælum usque sublimis Crucifixi propago: Stephanus, totius boni operis ac sermonis plenitudo: Stephanus, inexpugnabilis confessionis turris: Stephanus, inconcussus tolerantiæ scopulus: Stephanus, continentiæ cruciarius armiger: Stephanus, invictus religionis miles: Stephanus animosus bellici agminis ductor: Stephanus, adversus interfectores Christi orator intrepidus & acer. Defeci, defeci Stephano coronam nectens, etsi necdum nectere cœperim. Sinamus itaque divinam ipsam scripturam Stephano coronam intexere.

B

Στέφανος γάρ, φησι, πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως ἐποίει σημεῖα, καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. πῶς ἐπαινέσω τὸν Στέφανον, ὃν ἡ χάρις τοῖς οἰκείοις δακτύλοις ἐπλέξατο; τί χαρίσωμαι τῷ Στεφάνῳ, πᾶσαν κεφαλὴν μαρτύρων στεφανοῦντι; τί δύναμαι προσθεῖναι τῷ τῇ χάριτι πεπλεγμένῳ Στεφάνῳ; ποίῳ λόγῳ κοσμήσω, τὸν παντὸς φαιδρότερον κόσμου; ποίοις ῥήμασι θαυμάσω, τὸν μυρίοις κομῶντα τοῖς θαύμασι; Στέφανος γάρ, φησι, πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως, ἐποίει σημεῖα καὶ τέρατα μεγάλα ἐν τῷ λαῷ. χάρις καὶ δύναμις τῷ Στεφάνῳ τὸν στέφανον ἔπλεκον· ἐξ ἑκατέρας χειρὸς πρὸς τὸν ἀγῶνα τὸν καλὸν συνετίθετο. ἡ μὲν πρὸς τὴν πίστιν αὐτόν· ἡ δὲ πρὸς τὸ μαρτύριον ἥρμοζεν. ἡ μὲν πρὸς τὴν διακονίαν· ἡ δὲ πρὸς τὸν λόγον ὡδήγησεν. ἡ μὲν πρὸς παῤῥησίαν· ἡ δὲ πρὸς ὑπομονὴν διεῤῥύθμιζεν. ἡ μὲν πρὸς θαύματα· ἡ δὲ πρὸς κατορθώματα παρεσκεύαζεν. χάρις καὶ δύναμις, ὁμότιμον φύτευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόχρονον βλάστημα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόῤῥιζον κλάδευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμοδίαιτος συζυγία· χάρις καὶ δύναμις, τὸ διττὸν τῆς πίστεως μόσχευμα· χάρις καὶ δύναμις, ὁμόηχος συμφωνία· χάρις καὶ δύναμις, οἱ καλλιβλέφαροι τῆς ὀρθοδοξίας ὀφθαλμοί· χάρις καὶ δύναμις, οἱ δίδυμοι τῆς ἐκκλησίας μαστοί· χάρις καὶ δύναμις, αἱ ὁμόσκηνοι τοῦ Χριστοῦ στρατιώτιδες· χάρις καὶ δύναμις, οἱ τοῦ Στεφάνου ἄγρυπνοι φύλακες. Στέφανος γάρ, φησι, πλήρης χάριτος καὶ δυνάμεως.

III. [a] *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia & fortitudine, faciebat prodigia & signa magna in populo.* Quanam laudem ratione, quam suis gratia digitis coronam intexuit? Quid Stephano tribuam, cum omne martyrum caput ipse coronet? Quid plexæ gratia coronæ possim adjungere? Quanam sermonis vi eum exornem, qui mundo omni splendidior est? Quibus verbis mirabilem eum prædicem, qui innumerabilibus cumulatus est comtusque miraculis? *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia & fortitudine, faciebat signa & prodigia magna in populo.* Gratia & fortitudo coronam Stephano intexebant: utriusque manu ad bonum illud certamen componebatur. C Illa quidem ad fidem; hæc ad martyrium eum aptabat. Illa ad ministerium; hæc ad sermonem dux erat. Altera ad securitatem dicendique libertatem; altera ad tolerantiam componebat. Altera ad miracula; altera ad præclara facinora informabat. Gratia & fortitudo, ejusdem dignitatis planta: Gratia & fortitudo, coævum germen: Gratia & fortitudo, ejusdem radicis caudex: Gratia & fortitudo, contubernalis conjugatio: Gratia & fortitudo, congeminatus fidei stolo: Gratia & fortitudo, consonus concentus: Gratia & fortitudo, pulcra palpebrarum venustate honestata rectæ fidei lumina: Gratia & fortitudo, gemina ecclesiæ ubera: Gratia & fortitudo, contubernales Christi milites: Gratia & fortitudo, vigi- D les Stephani custodes. *Stephanus* enim, inquit, *plenus gratia & fortitudine.*

Θυμιατήριον τῆς χάριτος ἦν ὁ Στέφανος, τὸ τῆς ἁγιωσύνης περιπνέον θυμίαμα. πηγὴ ἦν τῆς χάριτος, ἀεννάοις ἀρετῆς πλημμυρῶν τοῖς νάμασι. Νεῖλος ἦν τῆς χάριτος, τῷ τῆς εὐσεβείας περιβλύζων ῥεύματι. ἀθλητὴς ἦν τῆς χάριτος, πρὸς πᾶσαν ἀνταγωνιστῶν ἀντιφερόμενος δύναμιν. στρατιώτης ἦν τῆς χάριτος, πρὸς πᾶσαν τῶν ἐναντίων μηχανήν, τῶν τε θορύβων τὰ παντοῖα, καὶ τὴν ἐπανάστασιν ἐπιφερόμενος· ἀπαντῶν τοῖς τοξεύμασι· τοῖς διωγμοῖς ἐγκαρτερῶν· τοῖς θαύμασιν ἐγχορεύων· τὰ πάθη διώκων· τὰς νόσους φυγαδεύων· τοὺς δαίμονας ἀπελαύνων· τοῖς πτωχοῖς ὑπηρετῶν· τοὺς ἀῤῥώστους παραμυθούμενος· ταῖς χήραις ἐπαμύνων· ὀρφανῶν προϊστάμενος· ἀδικουμένων προασπίζων· τὸ κήρυγμα πλατύνων· τὴν πίστιν διαγγέλλων· τὸν σταυρὸν θεολογῶν· τοῖς ἥλοις ἐγκαυχούμενος· τὸν κάλαμον ἐκθειάζων· τὰ δεσμὰ μεγαλύνων· τὴν λόγχην διακηρύττων· τὴν ὑπὲρ τοῦ κόσμου πληγεῖσαν πλευρὰν εὐφημῶν· τὸ θανατοκτόνον πάθος προσκυνῶν· τὴν φάτνην προβαλλόμενος· τοῖς σπαργάνοις ἐγγαυρούμενος· τῷ ῥαπίσματι σεμνυνόμενος· τὸ Πιλάτου δικαστήριον οὐκ ἐπαισχυνόμενος· τὸν τάφον οὐκ ἐπικρυ-

IV. Erat Stephanus gratiæ turibulum, sanctitatis suffimen spirans. Erat fons gratiæ, perennibus virtutum laticibus redundanter exundans. Erat gratiæ Nilus erat erumpente pietatis fluxu omnia undique irrigans. Erat pugil gratiæ, qui se adversariorum potentiæ omni opponeret. Miles erat gratiæ, qui in omnem hostium machinam, universaque turbarum ac incursionum genera irrueret: telis occursans; persecutiones forti animo tolerans; miraculis triumphans; [1] ægritudines depellens; morbos fugans; dæmones abigens; pauperibus inserviens; ægris solatia E præbens; viduas ab injuria defendens; orphanos tutans; eos qui injuria afficerentur, propugnans; prædicationem dilatans; fidem divulgans; divina crucis mysteria enarrans; clavis glorians; arundinem divine extollens; vincula commendans; lanceam celebri præconio prosequens; latus mundi caussa vulnere confossum summis laudibus evehens; [2] passionem mortis enectricem veneratione colens; præsepe prætendens: fascias ostentans; alapam honestamento de-

a Act. vi. 8.

1. *Ægritudines depellens.* τὰ πάθη διώκων ἐγχορεύειν] quo & sequentibus miracula declarat, quibus dixerat Stephanum ἐγχορεύειν· *eis velut tripudiare*: quocirca non probo quod Riccardus reddit: *perturbatos animi motus sedans*.

2. *Passionem mortis enectricem.* τὸ θανατοκτόνον πάθος·] Quippe mortem nostram Dominus moriendo destruxit. Male Riccardus *passionem mortem inferentem*: nisi omissum est aliquid, aut male typis expressum;

πτόμενος· τὴν ἀνάστασιν μεγαλαυχούμενος· Ἰουδαίους ἐλέγχων· Φαρισαίους ἐντρέπων· Σαδδουκαίους ὀνειδίζων· γραμματεῖς ἐπιστομίζων· τὸν νόμον ἑρμηνεύων· τοὺς προφήτας διερευνώμενος· τὰς γραφὰς διανοίγων· λάμποντα τὸν Χριστὸν ἐν αὐταῖς ἐκκαλύπτων· τοῖς σταυρώσασιν ἐπεμβαίνων· τοῖς παρανόμοις ἐπιτιμῶν. τοῖς ἀσεβέσιν ἐναλλόμενος· τοὺς ἀπίστους τῇ πίστει καταγωνιζόμενος· τοῖς πανταχόθεν ἐπιδημοῦσιν Ἰουδαίοις περὶ τοῦ κηρύγματος συμπλεκόμενος. ἀνέστησαν γάρ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτινῶν, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας καὶ Ἀσίας, συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ, καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. πολλὰ τὰ κύματα· ἀλλ' ἐπουράνιος ὁ κυβερνήτης. πυκναὶ αἱ θύελλαι· ἀλλὰ σταυροφόρον τὸ πλοῖον. ἐπάλληλαι αἱ καταιγίδες· ἀλλ' ἡ τρόπις ἄνωθεν ἐσφιγμένη. οὐ δύναται τὰ κύματα πρὸς οὐρανὸν ἀντεγείρεσθαι. οὐ δύναται πνεῦμα πονηρὸν, τῷ ἄνωθεν πνεύματι μάχεσθαι. οὐ δύναται λυθῆναι σκάφος τῇ ζωῇ κυβερνώμενον,

Ἀνέστησαν δέ τινες τῶν ἐκ τῆς συναγωγῆς τῆς λεγομένης Λιβερτινῶν, καὶ Κυρηναίων, καὶ Ἀλεξανδρέων, καὶ τῶν ἀπὸ Κιλικίας, καὶ Ἀσίας συζητοῦντες τῷ Στεφάνῳ· καὶ οὐκ ἴσχυον ἀντιστῆναι τῇ σοφίᾳ καὶ τῷ πνεύματι ᾧ ἐλάλει. καὶ περὶ τίνος ἡ ζήτησις; περὶ τοῦ ἀῤῥήτως κυοφορηθέντος· περὶ τοῦ παρὰ φύσιν τεχθέντος· περὶ τοῦ ὑπὲρ λόγον θηλάσαντος. πῶς δίχα μίξεως ἡ παρθένος μήτηρ ἐγένετο. πῶς μετὰ ὠδῖνας πάλιν παρθένος ηὑρίσκετο· πῶς ἡ φύσις τῷ θαύματι παρεχώρησε· πῶς ἐπὶ τῆς Μαρίας τοὺς ἰδίους οὐκ ἐξεζήτησεν ὅρους· πῶς ὁ ἀχώρητος εἰς βρέφος συνεστέλλετο· πῶς ἔμβρυον ἦν, καὶ τὰ πανταχοῦ διέπλαττεν ἔμβρυα· πῶς ἐτίκτετο, καὶ πᾶσι παρεῖχε τὸ τίκτεσθαι· πῶς ἐθήλαζε, καὶ πᾶσι τοῖς θηλάζουσι τὰς πηγὰς ἐχορήγει τοῦ γάλακτος. πόση τοῦ νόμου καὶ τῆς χάριτος ἡ διαφορά· πῶς ὁ μὲν κατακρίνει, ἡ δὲ συγχωρεῖ· ὁ μὲν κολάζει, ἡ δὲ διασώζει· ὁ μὲν ὑπηρετεῖ, ἡ δὲ αὐθεντεῖ· ὁ μὲν τὴν ἁμαρτίαν ἐπιτρίβει, ἡ δὲ τὴν ἁμαρτίαν ἐξαφανίζει· ὁ μὲν τὸ ξίφος ἐπιτείνεται, ἡ δὲ τὸ ἔλεον μεταχειρίζεται· ὁ μὲν δημίου τάξιν ἐπέχει, ἡ δὲ βασιλικῶς ἐξουσιάζει· ὁ μὲν τῷ καταδίκῳ τὸ σπαρτίον περιτίθησιν, ἡ δὲ φιλανθρώπῳ δεξιᾷ τὸ τοῦ θανάτου σύμβολον ἀφαιρεῖται.

Τοσαῦτα [1] τὰ τοῦ Στεφάνου περὶ τῆς χάριτος θεολογοῦντος πρὸς τοὺς Ἰουδαίους· ἐπιστάντες, φησὶν, οἱ θεομάχοι, καὶ συναρπάσαντες αὐτὸν, ἤγαγον εἰς τὸ συνέδριον. ὅπου ἁρπαγὴ, ἐκεῖ Ἰουδαϊκὴ συνδρομή· ὅπου ταραχὴ, ἐκεῖ ὁ μισόχριστος δῆμος· ὅπου φόνος ἄδικος μελετᾶται, ἐκεῖ γραμματέων συνέδριον. τί μιαίνεις τὴν καθέδραν Μωϋσέως, παράνομε; τί μολύνεις θρόνον, ὃν ὁ νόμος ἐκόσμησεν; ὁ νόμος Μωϋσέως εἶπεν· οὐ φονεύσεις· οὐ ψευδομαρτυρήσεις. ἢ τοίνυν τήρησον τὸν νόμον, ἢ τοῦ τόπου ἀπόστηθι. ἔστησαν δὲ μάρτυρας ψευδεῖς λέγοντας· ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα βλάσφημα κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος· ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον, καὶ ἀλλάξει τὰ ἔθη ἃ παρέδωκεν ἡμῖν Μωϋσῆς. πάλιν οὖν ὑπέβαλον ἄνδρας ψευδεῖς λέγοντας· ὅτι ἀκηκόαμεν αὐτοῦ λαλοῦντος ῥήματα βλάσφημα εἰς Μωϋσῆν καὶ τὸν Θεόν. νῦν Μωϋσέα θαυμάζεις, ὦ συκοφάντα; νῦν ὡς νομοθέτην τιμᾷς, ὃν ζῶντα διέπτυες; νῦν ὡς ζηλωτὴς τοῦ νόμου διαθερμαίνεις; νῦν ὑπὲρ Θεοῦ ἀγανακτεῖς; νῦν ὡς βλα-

A putans; non erubeſcens tribunal Pilati; ſepulcrum non occulens; reſurrectione magnifice glorians; Judæos arguens; Phariſæos pudore confundens; Sadducæis exprobrans; ſcribarum ora obſtruens; legem interpretans; ſcrutans prophetas; ſcripturas aperiens; Chriſtum in illis lucentem detegens; crucifixoribus inſultans; iniquos incuſans; contra impios inſurgens; fide infideles expugnans; cum Judæis ubique gentium degentibus, de prædicatione ac evangelio congrediens atque diſputans. [a] *Surrexerunt enim quidam de ſynagoga quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenenſium & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano: & non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur* Multi
B ſunt fluctus; at cæleſtis eſt gubernator. Crebræ ſunt procellæ; at crucem defert navigium. Turbines ſe ſe mutuo excipiunt; ſed adſtricta eſt deſuper carina. Non valent fluctus contra cælum inſurgere. Nequit ſpiritus nequam cum cæleſti Spiritu bellare. Interire ſcapha non poteſt, quæ ab ipſa vita gubernatur.

V. [b] *Surrexerunt autem quidam de ſynagoga quæ appellabatur Libertinorum & Cyrenenſium & Alexandrinorum, & eorum qui erant a Cilicia & Aſia, diſputantes cum Stephano; & non poterant reſiſtere ſapientiæ & Spiritui qui loquebatur.* De quonam vero movebatur quæſtio? De eo qui ineffabili ratione conceptus fuiſſet; præter naturæ natus ordinem; ſupra rationem lactatus. Quomodo nimirum
C Virgo ſine concubitu mater effecta ſit: quomodo rurſum a partu Virgo ſit inventa: quomodo natura miraculo ceſſerit: quomodo in Maria ſuas ipſa leges non exquiſierit: quomodo qui capi nequit, ſe ſe in infantem contraxerit: quomodo geſtatus utero fetus eſſet, qui cunctos in utero efformabat fetus: quomodo gigneretur, omnibuſque gignendi vim præberet: quomodo lac ſugeret, ac lactis fontes lactantibus omnibus ſuggereret. Quæ quantave foret legis & gratiæ differentia: quemadmodum illa quidem damnet; hæc vero indulgeat: mulctet illa; hæc ſalvet: illa ancilletur; hæc dominetur: illa peccatum inferat; hæc peccatum auferat: illa gladium intentet; hæc miſericordiam agitet: illa lictoris ob-
D tineat locum; hæc regia auctoritate decernat: illa reo reſtim innectat; hæc autem benigna ac clementi dextera mortis ſymbolum tollat.

VI. Porro Stephano talia tantaque adverſum Judæos divinæ gratiæ nomina ediſſerente: [c] *invadentes*, inquit, *Dei hoſtes, ac corripientes eum, adduxerunt in concilium.* Ubi raptus, illic Judæorum concurſus: ubi tumultus, illic Chriſti oſor populus: ubi iniqua ſtruitur cædes, illic adeſt ſcribarum concilium. Quid Moyſis cathedram ſceleſte fœdas? Quid ſedem deturpas quam lux decoravit? Moyſis lex ait: [d] *Non occides; non falſum teſtimonium dices.* Vel ergo legem ſervato, vel locum deſerito. [e] *Sta-*
E *tuerunt autem falſos teſtes, qui dicerent: Homo iſte non ceſſat loqui verba blaſphema adverſus locum ſanctum iſtum & legem. Audivimus enim eum dicentem: Quoniam Jeſus Nazarenus hic deſtruet locum iſtum, & mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyſes.* Rurſum itaque: [f] *Summiſerunt falſos viros qui dicerent, ſe audiviſſe eum dicentem verba blaſphemiæ in Moyſen & in Deum.* Nunc, o ſycophanta, Moyſen admiraris? Nunc tamquam legiſlatorem honoras, quem viventem execrabaris? Nunc uti legis æmulator incaleſcis? Nunc pro Deo indignaris? Nunc tamquam blaſphemia appetatur, ulciſceris? Nonne

a Act. vi. 9. 10. b Ibid. c Ibid. ℣. 12. d Exod. xx. 13. e Act. vi. 13. 14. f Ibid. ℣. 11.

1. Ἴσ. δὶ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

σφημούμενον ἐκδικεῖς ; οὐ πρὸ πάντων κατὰ Μωϋσέως λίθους ἔβαλες ; οὐ τοῦ Θεοῦ λίθους, καὶ ξύλα, καὶ ξόανα προετίμησας πάντοτε ; καὶ νῦν ἵνα ποιήσῃς φόνον, εὐλάβειαν ἐπαγγέλλῃς ; ἵνα ἐκχύσῃς αἷμα ἀθῷον, θεοσέβειαν σχηματίζῃς ; ὁ καὶ τότε, καὶ νῦν τὴν ἀλήθειαν συνταράσσων· ὁ καὶ τότε τολμηρῶς ἐνυβρίζων, καὶ νῦν ἀνοσίως τιμῶν· ὁ κακῶς ἀγοράζειν αἵματα μελετήσας· ὁ πάντοτε ψευδομαρτύρων ἐργαστήριον συγκροτῶν. ἔστησαν γάρ, φησι, μάρτυρας ψευδεῖς λαλοῦντας· ὁ ἄνθρωπος οὗτος οὐ παύεται λαλῶν ῥήματα εἰς Μωϋσῆν καὶ εἰς τὸν Θεόν, καὶ κατὰ τοῦ τόπου τοῦ ἁγίου τούτου καὶ τοῦ νόμου. ποῖα ῥήματα ; ἀκηκόαμεν γὰρ αὐτοῦ λέγοντος, ὅτι Ἰησοῦς ὁ Ναζωραῖος οὗτος καταλύσει τὸν τόπον τοῦτον. τί οὖν ; ἐὰν φονεύσῃς τὸν Στέφανον, ὁ τόπος οὐ καταλυθήσεται ; μᾶλλον οὖν καταλυθήσεται, ὅτι καὶ δεσπότην καὶ δοῦλον ἐφόνευσας· ὅτι τῷ ποιμένι τὸ πρόβατον συγκατέθυσας· ὅτι τῷ βασιλεῖ τὸν στρατιώτην συγκατέσφαξας. οὐ δύναται πόλις ἑστάναι, ἔνθα ὁ βασιλεὺς κατεσφάγη. οὐκέτι τιμᾶται ναός, ἔνθα δεσποτικὸς φόνος ἐτελέσθη. μὴ γὰρ Στέφανος ἀπεφήνατο· ἰδοὺ ἀφίεται ὁ οἶκος ἡμῶν ἔρημος ; μὴ γὰρ Στέφανος εἶπεν· οὐ μὴ μείνῃ ἐν τῷ ναῷ λίθος ἐπὶ λίθον ; ὢ τοῦ παραδόξου θαύματος. ὢ τοῦ παραλόγου πράγματος. Θεὸς ἀπεφήνατο, καὶ ἄνθρωπος κρίνεται. Χριστὸς κατεψηφίσατο, καὶ Στέφανος δίδωσι δίκας. ὁ βασιλεὺς ἠλήθευσε, καὶ ὁ στρατιώτης εὐθύνεται. σὺ τῆς τοιαύτης ἀποφάσεως αἴτιος εἶ, ὦ Ἰουδαῖε. ἔπηξας σταυρόν, καὶ τὴν Ἱερουσαλὴμ ἀνεμόχλευσας. εἶπας, τὸ αἷμα αὐτοῦ ἐφ' ἡμᾶς καὶ ἐπὶ τὰ τέκνα ἡμῶν. δέχου τοίνυν τὴν καταδίκην, ἣν αὐτὸς διώρισας.

in primis lapides in Moysen jactasti? Nonne lapides lignaque ac simulacra Deo semper præposuisti? Nunc vero ut cædem perpetres, religionis cultum prætexis? Ut insontem effundas sanguinem, Dei pietatem assimulas? tu, inquam, tunc pariter, nuncque veritatis perturbator: tunc perinde audacter injurius, nuncque nefastus ac impius cultor; studiosus improbusque sanguinum quos fundas, negotiator, qui falsorum semper testium cogas officinam. [a] *Statuerunt* enim, inquit, *falsos testes, qui dicerent: Homo iste non cessat loqui verba blasphemiæ in Moysen & in Deum, & adversum locum sanctum istum & legem*. Quænam verba? *Audivimus enim eum dicentem, Quoniam Jesus Nazarenus hic destruet locum istum*. Quid ergo? Num si Stephanum occides, locus forsan non destruetur? Immo multo magis destruetur, eo maxime quod & Dominum & servum occideris: quod & pastorem & ovem mactaveris: quod Regem simul & militem trucidaveris. Non potest civitas, jugulato in eâ rege, stare. Nullus amplius honor templo habetur, ubi Domini cædes fuerit perpetrata. Num enim Stephanus pronuntiavit: [b] *Ecce relinquetur domus vestra deserta*? Numquid Stephanus dixit: [c] *Non relinquetur in templo lapis super lapidem?* O nova miracula! Proh perversum turbatumque judicium! Deus sententiam tulit, homoque judicio sistitur. Christus damnavit, pœnasque Stephanus luit. Rex verum edixit, & miles mulctatur. Tu ejusmodi sententiæ auctor es, o Judæe. Fixisti crucem, ac Hierusalem subruisti. Dixisti: [d] *Sanguis ejus super nos, & super filios nostros*. Pendito nunc, quod tu tibi supplicium indixisti.

Ὑπάρχων δέ, φησι, Στέφανος πλήρης πνεύματος ἁγίου, ἀτενίσας εἰς τὸν οὐρανόν, εἶδε δόξαν Θεοῦ, καὶ Ἰησοῦν ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τοῦ Θεοῦ. καὶ μὲν πῶς ὁ Παῦλος καθεζόμενον αὐτὸν λέγει ; ἐκάθισε γάρ, φησιν, ἐν δεξιᾷ τοῦ θρόνου τῆς μεγαλοσύνης τοῦ Θεοῦ ἐν ὑψηλοῖς. τί οὖν τὸ αἴτιον τοῦ νῦν αὐτὸν ἑστάναι ; ποία σπουδὴ ἐκ τῶν πατρικῶν αὐτὸν ἐγείρεσθαι θρόνων ; εἶδε τὸν ἀθλητὴν ἀγωνιζόμενον, καὶ βραβεῦσαι αὐτῷ τὴν νίκην, ἀνέστη. εἶδε τὸν ἀεροπόρον ναύτην ἐπειγόμενον ἄνω, καὶ τοὺς οὐρανοὺς αὐτῷ ἀντὶ λιμένος ἠνέῳξε. μὴ φοβηθῇς, φησίν, ὦ Στέφανε. οὐδείς σου τὴν πάλην παραβραβεύσει. δεξιάν σοι βουλόμενος δοῦναι, ἐκ τῶν θρόνων ἀνέστην. εἰς ἐμὲ τὸν σταυρωθέντα βλέπων, τῆς συμπλοκῆς κατατόλμησον. ἐκεῖνός εἰμι ὃν εἶδες ἐν τῷ ξύλῳ κρεμάμενον σαρκί· τῇ προσηλώσει ἐν αὐτῇ σὲ βραβεύσω. ἀγωνοθέτης εἰμί· ἀλλὰ γὰρ καὶ ἀθλητὴς μαρτυρίου γεγένημαι. ἐπὶ τοῦ σταυροῦ, ὡς ἐπὶ παλαίστρας ἐπάλαισα. ἐν τῷ με συλλαβεῖσθαι, τὸν ἀντίπαλον διάβολον ἔρρηξα. μὴ φοβηθῇς τοὺς λιθάζοντας· ἄκοντές σοι κλίμακα πρὸς οὐρανὸν προστιθέασι. μὴ φοβηθῇς τοὺς λιθάζοντας, βαθμοί σοι πρὸς οὐρανὸν οἱ λίθοι γενήσονται. μὴ φοβηθῇς τοὺς λίθους, τὸν ἀκρογωνιαῖον λίθον ἔνδοθεν περιφέρων Ἰησοῦν Χριστὸν Θεόν· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

VII. [e] *Cum esset autem*, inquit, *Stephanus plenus Spiritu sancto, intendens in cælum vidit gloriam Dei, & Jesum stantem a dextris Dei*. At quomodo Paullus eum sedere dixit? *Sedet* enim, inquit, *ad dexteram throni majestatis Dei in excelsis*. Quæ ergo ratio ut stet modo? Quænam solicitudo tam sedula, eum e paterno solio surgere fecit? Vidit pugilem in stadio certantem, & ut victori bravium daret, assurrexit. Vidit alta petentem nautam in sublime actum, eique portus loco aperuit cælos. Ne, inquit, Stephane timeas: nullus te tuo luctaminis bravio fraudabit. Ut tibi dexteram porrigerem e throno surrexi. In me cruci affixum oculos conjiciens, audacter congredere. Ille ipse sum, quem in ligno vidisti carne suspensum: ea clavorum in carne fixione, certaminis tibi præmium tradam. Præses sum certaminis; qui tamen ipse martyrii athleta exstiterim. In cruce namque velut palæstra, lucta defunctus sum. Dum interim comprehensus essem, obluctatorem diabolum magno impetu illisum profligavi. Ne timeas eos qui lapidibus impetunt: inscii nolentesque scalas tibi in cælum applicant. Ne timeas lapidantes: lapides, gradus tibi erunt in cælum. Ne lapides timeas, qui Jesum Christum Deum summangularem lapidem intus ac repositum animo circumferas: cui gloria ac potestas in sæcula sæculorum: Amen.

a Act. VI. 10. 13. b Matth. XXIII. 38. c Matth. XXIV. 2. d Matth. XXVII. 25. e Act. VII. 55.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιη'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Παῦλον τὸν ἀπόστολον.

ΟΥδεὶς ἀσθενεῖ Παύλου ἀθλοῦντος. μετὰ γὰρ τῶν σουδαρίων αὐτοῦ, καὶ αἱ μνῆμαι τὰς νόσους θερίζουσι. οὐδεὶς οὖν ἀσθενεῖ Παύλου ἀθλοῦντος. ἰσχυρὸν ἀῤῥωστημάτων φάρμακον, ὁ ἆθλος τοῦ σκηνοῤῥάφου. διὰ τοῦτο λαμπρὰ τοῦ Παύλου ἡ πανήγυρις· θαυμαστὰ τὰ τοῦ Ταρσέως θέατρα. πάντα σκιρτᾷ ἀγωνιζομένου τοῦ Παύλου, τοῦ τῆς εὐσεβείας πύκτου· παράδεισος ὃν ᾤκησεν· οὐρανὸς ὃν ἥρπασεν· κόσμος ὃν ἐσόφισεν· ἄβυσσος ἣν ἡγίασεν· ἥλιος ᾧ συνέδραμεν· ἡ σπυρὶς ἣν ἐλάμπρυνεν· κτίσις ἣν ἐνίκησεν· ἡ ἐκκλησία ἣν ἐπελάγισε· τὸ δεσμωτήριον ὃ ἐφώτισεν· ὁ τάφος ὃν ἐκόσμησεν. πάντα βλέπει τοῦ Παύλου τοὺς ἄθλους· τοῦ σκηνοῤῥάφου τοὺς δρόμους· τοῦ ἀθλητοῦ τὰς πάλας· τοῦ πύκτου τὰ στίγματα· τοῦ στρατιώτου τὰ τρόπαια· τοῦ κυβερνήτου τὸν φόρτον· τοῦ γεωργοῦ τὸν ἀμπελῶνα· τοῦ ἰατροῦ τὴν φαρμακοθήκην· τοῦ ἀετοῦ τὴν πτῆσιν· τῶν δαιμόνων τὴν πτῶσιν· τοῦ διαβόλου τὴν αἰσχύνην· τῶν συναγωγῶν τὴν ἐρημίαν· τῶν εἰδώλων τὴν καθαίρεσιν· τοῦ σταυροῦ τὸ κράτος· τῆς φωνῆς τὸν χαλινόν· τῆς ἀστραπῆς τὸ θήραμα· τῆς μανίας τὴν τόλμαν· τῆς κλήσεως τὸ φιλάνθρωπον· τῆς ἀποκρίσεως τὸ ὀρθόδοξον· τῆς τυφλότητος τὴν χειρουργίαν· τῆς κολυμβήθρας τὴν ὠδῖνα· τοῦ κηρύγματος τὴν παῤῥησίαν· τοῦ νόμου τὴν λήθην· τοῦ λόγου τὴν μελέτην. ἐνίκησεν γὰρ πολεμῶν, καὶ ἐβρόντησεν κυριολογῶν. πανταχοῦ ὁ Παῦλος ἀήττητος στρατιώτης. ἡ κτίσις ἐτόξευεν, καὶ ἡ πίστις ἐθωράκισεν. Ταρσὸς ἤνεγκεν· ἀλλὰ παράδεισος ἥρπασεν. Δαμασκὸς ἀνεγέννησεν· ἀλλ' ὁ κόσμος ἐμακάρισεν. Ῥώμη ἔθαψεν· ἀλλ' οὐρανὸς ἐστεφάνωσεν. τὰ στίγματα τῷ σώματι ἐνύγησαν· ἀλλὰ πᾶσα γλῶσσα τὸν ἀγῶνα εὐφήμησεν. εὐθὺς ἑορτῶν ἀνατέλλουσιν ἀκτῖνες, καὶ πάντα θαύματος γέμει τοῦ Παύλου. αἱ ἐπιστολαὶ, σωτηρίας δίκτυα· τὰ σουδάρια, παθῶν δρέπανα· ἡ γλῶσσα, αὐλὸς τοῦ σταυρωθέντος· τὸ πτῶμα, οἰκουμένης ἔγερμα· ἡ τυφλότης, πίστεως ὀξυδορκία· ἡ σαργάνη, εὐαγγελίου σαγήνη· αἱ πληγαὶ, οἰκουμένης ἰάματα· οἱ δρόμοι, βραβείων πρόξενοι· τὸ ναυάγιον, ἐκκλησίας πηδάλιον· αἱ ἁλύσεις, ἀγάπης σύνδεσμος· τὸ αἷμα, σπονδὴ φιλανθρωπίας· ὁ τάφος, Ῥωμαίων εὐγένεια· ἡ μνήμη, ὀρθοδόξων καύχημα.

Ὄντως οὐδὲν τοιοῦτον ἐν βίῳ, οἷον ἀποστολικὴ χάρις. πολλὰ μὲν γὰρ εἶχε καὶ ὁ νόμος θαύματα· ἀλλὰ ἀνατείλαντος τοῦ ἡλίου, ἐκοιμήθη ὁ λύχνος. οὐδὲν δὲ τοιοῦτον ἐν βίῳ, οἷον ἀπόστολοι. ὑπηρέτησαν τῷ λόγῳ· ἐψηλάφησαν σαρκωθέντα τὸν ἀσχημάτιστον· ἠκολούθησαν βαδίζοντι, τῷ πανταχοῦ παρόντι· ἤκουσαν φωνῆς καλοῦντος τὰ μὴ ὄντα, ὡς ὄντα· ἐσαγήνευσαν διὰ γλώττης τὸν κόσμον· περιῆλθον ὡς ἀετοὶ τὰ πέρατα· ἐξεῤῥίζωσαν τὴν πλάνην, ὡς ζιζάνια· ἐνέπρησαν τοὺς βωμοὺς, ὡς ἀκάνθας· ἐνέκρωσαν τὰ εἴδωλα, ὡς θηρία· ἐφυγάδευσαν τοὺς δαίμονας, ὡς λύκους· συνήγαγον τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ποιμένες· ἐσώρευσαν τοὺς ὀρθοδόξους, ὡς στάχυας· ἀπεσκυβάλη-

EJUSDEM

* ORATIO XVIII.

Laudatio sancti Paulli Apostoli.

A I. NUllus Paullo certante languet. Una enim cum ejus sudariis, etiam memoriæ languores amputant. Nullus ergo Paullo certante languet. Forte languorum medicamen, Pellionis exsistit certamen. Quocirca præclara est solemnis Paulli celebritas: admiranda Tarsensis illius spectacula. Gestiunt cuncta decertante Paullo pietatis pugili: paradisus, quem B ipse incoluit: cælum, quod rapuit: mundus, quem sapientia imbuit: maris profunda, quæ sanctificavit: sol, cum quo æmulo contendebat cursu: sporta, quam illustrem fecit: creatura, quam vicit: ecclesia, quam uberioribus fluentis inundavit: carcer, quem illuminavit: sepulcrum, quod exornavit. Spectant universa Paulli certamina: Pellionis nimirum cursus: athletæ luctam: pugilis stigmata: militis tropæa: gubernatoris onus ac merces: agricolæ vineam: medici medicamentorum narthecium: aquilæ volatum: dæmonum casum: diaboli confusionem: synagogarum desolationem: idolorum demolitionem: crucis potestatem ac victoriam: vocis frenum: fulguris prædam: furoris audaciam: vocationis beni- C gnitatem: rectam respondentis sententiam: cæcitatis medelam: piscinæ partum: prædicationis libertatem: legis obliterationem: verbi declamationem. Vicit namque bellans; & simplici veracique oratione velut tonitruo perculit. Ubique gentium Paullus invictus miles. Mundus intorquebat tela, & fides lorica eum armabat. Tarsus protulit; sed paradisus rapuit. Damascus regeneravit; sed mundus beatum prædicavit. Roma tumulavit; sed cælum coronavit. Stigmatis corpus compunctum est; omnisque lingua præclaris certamen laudibus celebravit. Ut mox solemnitatum radii erumpunt, Paulli res omnes maximam quamdam habent admirationem. Epistolæ, salutis sunt retia: sudaria, morborum falces: lingua, Crucifixi tuba: ca- D sus, orbis terrarum resurrectio: cæcitas, dilucida fidei perspicacitas: sporta, evangelii sagena: plagæ, orbis medelæ: cursus, braviorum comparatio: naufragium, ecclesiæ clavus: catenæ, vinculum dilectionis: sanguis, libamen clementiæ: sepulcrum, ingenuitas Romanorum: memoria, orthodoxorum gloriatio.


II. Nihil re vera ejusmodi in mundo est, ac apostolica gratia. Nam lex quoque ipsa plurima admiranda habuit: verum oriente sole, lucerna exstincta est. Nihil sane Apostolis æquale reperire est in mundo. [a] Ministrarunt Verbo: eum incarnatum [b] contrectaverunt, qui figuræ omnis expers est: secuti sunt ambulantem eum, qui ubique præsens est. Vo- E cem audierunt [c] *vocantis ea quæ non sunt, tamquam ea quæ sunt*: linguæ verriculo, universum traxerunt mundum: circuierunt velut aquilæ, terræ fines: eradicarunt errorem velut zizania: aras, ut spinas [1] combusserunt: idola, ut bestias perdiderunt: dæmones fugarunt, ut lupos: collegerunt ut pastores ecclesiam: orthodoxos coacervarunt, ut spicas: hære-

a Luc. I. 2. *b* I. Joan. I. 1. *c* Rom. IV. 17.

* Hæc Procli Oratio, sequenti in Andream Apostolum valde affinis est: ut etiam eadem verba ex altera in alteram ab auctore derivata sint. Adeo autem effuse in Paulli rapitur laudes, ut pæne mirifica amoris vi velut se excessisse significet. Exscripta est e codice antiquo Vatic.

1. *Combusserunt.* ἐνέπρησαν·] Prima est hæc significatio ejus vocis: eoque sensu quadrat optime in spinas: non item in altaria, quæ solent alterius esse materiæ, quam ut comburi possint. Apud Paullum *Rom.* XI. 3. de altaribus dicitur, κατέσκαψαν, *suffoderunt*. Sequenti Orat. qua hæc omnia repetuntur, loco ἐνέπρησαν est ἐθέρισαν, velut *messuerunt & amputarunt*: quæ dictio propinquius videatur notare metaphoram.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



σαν τὰς αἱρέσεις, ὡς ἄχυρα· ἐξήραναν τὸν Ἰουδαϊσμὸν, ὡς χόρτον· [1] κατέπρησαν τὸν ἑλληνισμὸν, ὡς ὕλην. ἠροτρίασαν τῷ σταυρῷ τὸν κόσμον· κατέσπειραν τὸν λόγον ὡς σῖτον· κατήστραψαν τὰ πάντα ὡς ἑωσφόροι. διὰ τοῦτο κύριος βοᾷ ἀρτίως πρὸς τὸν Παῦλον· [a] ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ὦ Παῦλε, ὡς ἥλιος τῷ κηρύγματι τὰ πάντα κατέλαμψας· ὡς σελήνη τὸ σκότος τῆς ἀγνωσίας ἀπήλασας· ὡς ἀετὸς εἰς οὐρανοὺς ἀνέδραμες· ὡς μαργαρίτης ἐν βυθῷ ἤστραψας· ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. βλέπε σου τὰς νίκας, καὶ κήρυττέ μου τὸ κράτος. ἀρκεῖ σοι ἡ χάρις μου. ἐμαίνοντο οἱ ἄρχοντες· ἐφίσταντο δῆμοι· βασιλεῖς κατεψηφίσαντο· ἐταράττοντο πόλεις· ἐφέδρευον Ἰουδαῖοι· διεπρίοντο Ἕλληνες· ἠκονᾶτο ξίφη· δεσμὰ B ηὐτρεπίζετο, καὶ εἱστήκει Παῦλος ἡ τῶν θλίψεων πέτρα, βοῶν· [b] τίς ἡμᾶς χωρίσει ἀπὸ τῆς ἀγάπης τοῦ Χριστοῦ; ὦ κεφαλὴ οὐ θριξὶν, ἀλλὰ νίκαις κομῶσα.

Ἐννόησον γάρ μοι τοῦ Παύλου τοὺς ἄθλους, καὶ ναρκήσεις πρὸς τοὺς στεφάνους. Ῥωμαίους δι᾽ ἐπιστολῆς ὑπηγάγετο· [c] Κορινθίους διὰ σταυροῦ ἐσαγήνευσεν· Γαλάτας δι᾽ ἐπιτιμήσεως ἐπέστρεψεν· Ἐφεσίων τὴν Ἄρτεμιν ἐδάφισεν· [d] Ἀθηναίους διὰ βωμοῦ ἐσαγήνευσεν· [e] ἐν Φιλίπποις τὸν δεσμοφύλακα ἐκέρδησεν· [f] ἐν Ἀντιοχείᾳ, σφοδρῶς ἐδημηγόρησεν· [g] ἐν Ἰκονίῳ ταῖς νιφάσι τῶν λίθων συνεχώσθη· [h] ἐν Λύστροις, τῷ χωλῷ ἠρμόξατο πόδας· C [i] ἐν Τρωάδι, τὸν Εὔτυχον ἐζωοποίησεν· [k] ἐν τῇ νήσῳ, τὴν ἔχιδναν ἐθριάμβευσεν· [l] ἐν Κύπρῳ, τὸν μάγον ἐτύφλωσεν· ἐν Ἱεροσολύμοις, [m] τῷ σταυρῷ συνηγόρησεν. ἐπέλιπε τόπος, καὶ οὐκ ἐνάρκησε ὁ δρόμος. πανταχόθεν αὐτῷ ὡς ἐκ πηγῶν ἐπέρρεον κίνδυνοι. [n] κίνδυνοι ποταμῶν, καὶ τὴν θημωνίαν τῶν ἀρετῶν οὐ παρέσυραν. κίνδυνοι λῃστῶν, καὶ τὸν θησαυρὸν τῆς πίστεως οὐκ ἐσύλησαν. κίνδυνοι ἐκ γένους· ἀλλ᾽ ὁ ἐπίγειος ὡς οὐράνιος θαρρεῖ. κίνδυνοι ἐξ ἐθνῶν· ἀλλὰ τὸ εὐαγγελικὸν οὐκ ἐπόρθησαν τεῖχος. κίνδυνοι ἐν πόλει· ἀλλὰ τὸν τῆς οἰκουμένης οὐκ ἐσκέλισαν στεφανίτην. κίνδυνοι ἐν ἐρημίαις· ἀλλὰ τὸ τῶν εὐαγγελίων θέατρον ἐθεώρει τὴν νίκην. κίνδυνοι ἐν θαλάσσῃ· ἀλλὰ τὸ σκάφος τῆς ὑπομονῆς οὐκ ἐβύθισαν. κίνδυνοι ἐν ψευδαδέλφοις· D ἀλλ᾽ ἀγγέλους ἐκ τῶν Ἰουδαίων ἀνελάβετο. ὄντως ἔλειψε τῷ διαβόλῳ πειρασμὸς, καὶ οὐκ ἔλειψεν τῷ Παύλῳ στέφανος.

Πάντα τοίνυν τὰ μέλη Παύλου θαυμάσωμεν. ὦ κεφαλὴ ἀρετῶν ἀκρόπολις. ὦ ὀφθαλμοὶ ἐσοπτρισάμενοι τὴν ἁγίαν τριάδα. ὦ γλῶσσα θεολογίας βροντή. ὦ στίγματα ἀστέρων λαμπρότερα. ὦ χεῖρες μελῶν πλαστουργοί. ὦ πόδες εὐαγγελικοῦ δρόμου πέρας. ὦ λόγοι ψυχῶν ἰατροί. ὦ ἐπιστολαὶ, σωτηρίας σαγήνη. ὦ στήθη μεριμνῶν πελάγη. ὦ ἱδρῶτες ἐκκλησίαν ἀρδεύοντες. ὦ ἄνθρωπος πίστεως στύλος. ὦ θησαυρὸς τὸν κόσμον πλουτήσας. ὦ ἰατρὸς τὴν πλάνην χειρουρ- E γήσας. ὦ νεκρὸς μηδέποτε ἀποθνήσκων. ὦ ἀπόστολος ἐν τάφῳ σιωπῶν, καὶ ἐξ οὐρανοῦ βοῶν· [o] ἐμοὶ τὸ ζῆν Χριστὸς, καὶ τὸ ἀποθανεῖν κέρδος· αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος, σὺν τῷ πατρὶ, καὶ τῷ ἁγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Ἀμήν.

A ses rejecerunt, ut paleas: Judaiſmum, ut fœnum areſcere fecerunt: gentilium ſectam, [2] ut ſilvam concremarunt: crucis aratro mundum excoluerunt: verbum, ut frumentum diſſeminarunt: ut aſtra matutina, ſuo cuncta fulgore illuſtrarunt. Idcirco Dominus modo clamabat ad Paullum: [a] *Sufficit tibi gratia mea.* O Paulle, ſolis inſtar omnia prædicatione illuſtraſti: tamquam luna ignorantiæ tenebras fugaſti: in cælum ut aquila evolaſti: tamquam margarita, in profundo refulſiſti. *Sufficit tibi gratia mea.* Reſpice victorias tuas, meamque prædica potentiam. *Sufficit tibi gratia mea.* Furore acti principes ſævierunt: invaſerunt populi: condemnarunt reges: concitatæ ſunt urbes: Judæi inſidias ſtruxerunt: gentiles diſſecabantur: acuebantur gladii: vincula apparabantur; ſtabatque nihilominus Paullus, afflictionum illa petra, clamans: [b] *Quis nos ſeparabit a caritate Chriſti?* O caput non capillis, ſed victoriis glorioſum!

III. Recole namque mihi Paulli certamina, & de coronis obſtupeſces. Romanos per Epiſtolam pellexit: Corinthios per crucem attraxit: Galatas increpando convertit: [c] Epheſiorum Dianam proſtravit: [d] Athenienſes, per aram in retia velut conjecit cepitque: [e] Philippis, carceris cuſtodem lucrifecit: [f] Antiochiæ, acrem concionem habuit: [g] Iconii lapidibus inſtar nivis acervatim decidentibus obrutus eſt: [h] Lyſtris claudo pedes eructavit ac verbo dedit: [i] Troade, Eutychum ad vitam revocavit: [k] in Inſula, de vipera triumphavit: [l] Magum in Cypro excæcavit: Hieroſolymis, [m] crucis cauſſam egit. Stadium nactus, non defuit ei curſus. Effuſe ei undique fontis inſtar pericula erumpebant. [n] *Pericula fluminum*, nec congeſtum virtutum cumulum diſtraxerunt. *Pericula latronum*, nec fidei theſaurum diripuerunt. *Pericula ex genere*; terreſtris tamen ipſe, ac ſi cæleſtis foret, obfirmato perſtat animo. *Pericula ex gentibus*; ſed nihil evangelicum murum diſſiparunt. *Pericula in civitate*; ſed orbis victorem non ſupplantarunt. *Pericula in ſolitudine*; at theatrum evangelicum, victoriæ triumphum ſpectavit. *Pericula in mari*; haud tamen patientiæ ſcapham in profundum merſeruut. *Pericula in falſis fratribus*; verum e Judeis Angelos recepit. Defuit re vera diabolo tentandi ars: ſed Paullum corona non defecit.

IV. Admiremur itaque omnia Paulli membra, ac dicamus: O caput virtutum arcem! O oculos ſanctiſſimæ Trinitatis ſpeculatores! O linguam theologiæ tonitruum! O ſtigmata lucidiora aſtris! O manus membrorum compoſitrices! O pedes, evangelici curſus metas! O verba, animis medentia! O epiſtolas, ſalutis ſagenas! O pectus, ſolicitudinum pelagus! O ſudores, eccleſiam irrigantes! O hominem, fidei columnam! O theſaurum, mundum locupletantem! O medicum, errorem manu ipſum ſua reſecantem! O mortuum, numquam morientem! O Apoſtolum in ſepulcro conticeſcentem, ac e cælo clamantem: [o] *Mihi vivere Chriſtus eſt, & mori lucrum.* Ipſi gloria, & imperium cum Patre & Spiritu ſancto, nunc & ſemper, & in ſæcula ſæculorum: Amen.

a II. Cor. XII. 5. *b* Rom. VIII. 35. *c* Act. IX. 28. *d* Act. XVII. 22. *e* Act. XVIII. 8. *f* Act. XIII. 16. *g* Act. XIV. 18. *h* Ibid. ℣. 9. *i* Act. XX. 10. *k* Act. XXVIII. 5. *l* Act. XIII. 11. *m* Act. XXII. 1. ſeqq. *n* II. Cor. XI. 26. *o* Philipp. I. 21.

1. Leg. κατέπρησαν.

2. *Ut ſilvam concremarunt.*] Lectionem quam ſequor modo adſcriptam, ut ſit κατέπρησαν a verbo καταπρήθω· confirmat quod in ſequenti verbum repetitur, κατέφλεξαν ὡς ὕλην· ubi etiam bene Riccardus, *tamquam ſilvam combuſſerunt*. Heic autem legendo κατέπρισαν velut a πρίω, nihil aptum reddit. *Diſſecuerunt gentilium ſectam, ut ſerra ſegetem.* Nimis certe durum hoc ad metaphoram.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



A

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΛΟΓΟΣ ιθ'.

Ἐγκώμιον εἰς τὸν ἅγιον Ἀνδρέαν τὸν ἀπόστολον.

Ἰσχυρὸν τῆς ἀποστολικῆς ἁλείας τὸ δίκτυον· θαυμαστὸν τῆς Ἀνδρέου μνήμης τὸ ἀμφίβληστρον· ἀδιάκοπος τῶν ἀθανάτων νεκρῶν ἡ σαγήνη. οὐ γὰρ παλαιοῦται τῷ χρόνῳ τὰ θήρατρα, ἅπερ ἐνέπλεξεν οὐ τέχνη, ἀλλὰ χάρις. οἱ μὲν γὰρ ἁλιεῖς εἰ καὶ ἀπῆλθον· ἀλλ' οὐ παλαιοῦται τῷ χρόνῳ τὰ τῶν λογικῶν ἁλιέων ἐργαλεῖα, καὶ ἡ σαγήνη ἐν ᾗ τὸν κόσμον θηρεύουσιν. οἱ ἕλκοντες οὐχ ὁρῶνται, καὶ τὰ δίκτυα πεπλήρωται· οὐκ ἐκτήσαντο κάλαμον, ὃν διαφθείρει χρόνος· οὐκ ἐχάλασαν λίνον, ὃ διακόπτει παλαιότης· οὐκ ἐχάλκευσαν ἄγκιστρον, ὅπερ ἰὸς ἀναλίσκει· οὐ περιέθηκαν δέλεαρ τὴν τῶν ἰχθύων παγίδα· οὐκ ἐκάθησαν ἐπὶ πέτραν, ἥνπερ τινάσσει τὰ κύματα· οὐκ ἀνέβησαν εἰς σκάφος, ὅπερ διαλύει ζάλη· οὐκ ἐθήρευσαν ἰχθύας, τὴν ἀλογίαν τῆς φύσεως. ἀλλ' ὥσπερ ἡ τέχνη παράδοξος, οὕτως καὶ τὰ ἐργαλεῖα παράδοξα καὶ καινότερα. ἀντὶ μὲν γὰρ καλάμου, τείνουσι τὸ κήρυγμα· ἀντὶ δὲ σπαρτίου, χαλῶσι τὴν μνήμην· ἀντὶ ἀγκίστρου, καθιᾶσι τὴν δύναμιν· ἀντὶ δελέατος, περιτιθέασι τὰ θαύματα· ἀντὶ πέτρας, ἐξ οὐρανῶν ἁλιεύουσιν· ἀντὶ σκάφους, τὸ θυσιαστήριον κατέλαβον· ἀντὶ ἰχθύων, βασιλέας θηρεύουσιν· ἀντὶ σαγήνης, τὸ εὐαγγέλιον ἐξέτειναν· ἀντὶ τέχνης, κέχρηνται τῇ χάριτι· ἀντὶ θαλάσσης, τὸν βίον πλοῦσιν· ἀντὶ δὲ δικτύων, τῷ σταυρῷ σαγηνεύουσι. τίς ἴδε ποτὲ νεκροὺς ἁλιεύοντας, καὶ ζῶντας ἁλιευομένους; ὢ τῆς τοῦ σταυρωθέντος δυνάμεως. ὢ τῆς θεϊκῆς ἀξίας. ὢ τῆς ἀποστολικῆς εὐεργεσίας. οὐδὲν γὰρ ἐν βίῳ τοιοῦτον, οἷον ἡ ἀποστολικὴ χάρις.

Πολλὰ μὲν γὰρ ἴδεν ὁ βίος θαυμαστὰ, καὶ παράδοξα. ἴδε γὰρ αἷμα μετὰ ἔκχυσιν κράζον, καὶ φόνον ἄνευ γλώττης βοῶν· καὶ φύσιν διὰ φθόνον σχισθεῖσαν· καὶ γῆν διὰ τόλμαν μιανθεῖσαν· καὶ ἀδελφοκτόνον προσπέμποντα τῷ θανάτῳ τὸν ὁμομήτριον, καὶ τὴν θύραν τοῦ θανάτου ἀπὸ βασκανίας ἀνεῳχθεῖσαν. ἴδε κιβωτὸν ἐν ναυαγίῳ φύσεως μήτραν. ἴδε γέροντα διὰ πίστιν ὁπλιζόμενον κατὰ σπλάγχνων. ἴδε θυσιάζοντα τὸν μὴ σφαγέντα, καὶ προσφερόμενον τὸν μὴ νεκρούμενον. ἴδε καλύβην οὐρανοῦ πλατυτέραν, καὶ Θεὸν ὑπὸ σκηνὴν χωρούμενον. ἴδε κλοπὴν εὐλογιῶν μητέρα, καὶ πάλην πλάστου καὶ δούλου. ἴδε φθόνον ἐν ἀδελφοῖς χωρήσαντα, καὶ δουλείαν βασιλείας πρόξενον. ἴδεν ὀνείρατα θρόνον εὐτρεπίσαντα, καὶ λιμὸν τοῖς ὑποβούλοις ἑλκύσαντα. ἴδε πῦρ δροσίζον βάτον, καὶ ῥάβδον θαυμάτων μητέρα. ἴδε κύματα στερούμενα, καὶ βυθὸν φωτιζόμενον. ἴδεν ὁδοὺς σχεδιαζομένας, καὶ στύλον νεφέλης . . . . ὁδηγοῦντα τὸ ἀοίδιμον τῶν δήμων πλῆθος. ἴδεν ἄνευ γῆς βλαστήσασαν ῥάβδον, καὶ οὐρανὸν ἄρτον ποιήσαντα μάννα. ἴδε νομοθέτην στοιχείοις ἐπιτάξαντα,

EJUSDEM

* ORATIO XIX.

Laudatio S. Andreæ Apostoli.

I. Vigens eſt ac validum apoſtolicæ prædicationis rete: admirabile memoriæ Andreæ verriculum: nihil immortalium mortuorum diſrupta eſt ſagena, atque diffiſſa. Nullo enim temporis tractu vetuſtate conficiuntur retia, a gratia, non ab arte intexta. Licet enim piſcatores ipſi e vita exceſſerint, numquam tamen rationalium piſcatorum an-
B tiquantur inſtrumenta; nec ſagena illa qua venantur orbem. Nuſquam trahentes videntur, nihiloque minus implentur retia: non habuerunt arundinem, quam corrumpit tempus: non ſubmiſere linum, quod vetuſtate diffinditur: non ære fabricarunt hamum, qui rubigine conſumitur: non eſcam appoſuerunt, qua piſces caperent: non conſederunt in petra, quæ undarum jactatur æſtu: non conſcenderunt ſcapham, quam tempeſtas diſſolvit: non piſces, hoc eſt naturam rationis expertem, expiſcati ſunt. Sed quemadmodum ars illa qua uſi ſunt, admirabilis; ita & illorum inſtrumenta nova atque inuſitata exſtiterunt. Nam arundinis loco, prædicationem tendunt: pro funiculo, memoriam laxant: pro hamo, demit-
C tunt virtutem: eſcæ loco, adhibent miracula: e cælo piſcantur, non e terra: pro ſcapha, altare acceperunt: piſcium loco, reges capiunt: pro ſagena, evangelium expandunt: vice artis, utuntur gratia: pro mari, mundum perambulant: retium loco, crucem adhibent tamquam ſagenam. Quis umquam vidit, a demortuis piſcatoribus viventes homines inſtar piſcium capi? O ingentem Crucifixi potentiam! O divinæ dignitatis præſtantiam! O ſummam Apoſtolorum beneficentiam! Nihil plane in mundo cum apoſtolica gratia comparandum.

II. Multa ſane vidit mundus valde mira novaque. Vidit namque [a] clamantem ab effuſione ſanguinem,
D ac ſine voce cædem vociferantem; naturam invidiæ ſtimulis contra ſe diviſam; terram impio facinore fœdatam; fratricidam, germano fratri mortem inferentem, ac invidiæ livore mortis patefactam portam. Vidit [b] in naufragio arcam naturæ matricem. Vidit [c] ſenem contra ſuamet viſcera fide armatum. Vidit ſacrificantem, & non mactantem; victimam offerentem, & minime interimentem. Vidit [d] cælo ipſo latius tugurium; ipſumque Deum capiens tabernaculum. Vidit [e] furtum benedictionum parentem; [f] creatoriſque cum ſervo luctam. Vidit [g] invidiam inter fratres graſſantem; ac ſervitutem, regni factam conciliatricem. Vidit [h] ſomniis apparatum ſolium, famemque inſidiatoribus invectam.
E Vidit [i] ignem rubum irrorantem, ac [k] virgam miraculorum effectricem. Vidit [l] ſolidatas firmataſque undas, mariſque profunda nudata. Vidit ſtratas repente vias; [m] columnamque nubis in die, ac ignis per noctem, inclytam populi multitudinem ducentem. Vidit [n] virgam ſine humo germinantem, [o] cælumque panis inſtar manna formantem atque pluentem. Vidit legislatorem elementis imperantem,

a Gen. IV. 10. b Gen. VII. 11. c Gen. XXII. 2. d Gen. XVIII. 5. e Gen. XXVII. 28. f Gen. XXXII. 24. g Gen. XXXVII. 19. h Gen. XLI. 15. i Exod. III. 4. k Exod. IV. 2. l Exod. XIV. 21. m Exod. XIII. 21. n Num. XVII. 8. o Exod. XVI. 13.

* Extat apud Lipomanum ac deinde Surium, interprete cardinali Sirleto, inſcripta Chryſoſtomo. Verum codices alii melius vindicant Proclo: e quibus edidit Riccardus. Erat Andreas ſummæ venerationi Conſtantinopoli, quod ab eo fundatam Byzantinam eccleſiam, Thraciæ ac Græciæ populi traditio eſſet.

καὶ γράμμα βρύον κατάρων. ἴδεν ἄνθρωπον λόγῳ χαλινώσαντα ἥλιον, καὶ στεῖραν δι' εὐχῆς κυοφορήσασαν προφήτην. ἴδεν ἀλεύρου δράκα, βαθυληΐων πλουσιωτέραν, καὶ καμψάκην ἐλαίου, πηγῶν ἀφθονώτερον. ἴδεν ἐν αὔλῳ ἅρματι ἀναλαμβανόμενον προφήτην, καὶ ὀστέα νεκρῶν ζωῆς φάρμακα. ταῦτα καὶ ἄλλα πολλὰ καὶ θαυμαστὰ ἴδεν ὁ βίος· ἀλλ' ἐκεῖνα ὥσπερ σκιὰ καὶ χλόη παρῆλθεν, καὶ ὡς λύχνος ἐκοιμήθη. ἀνατείλαντος γὰρ τοῦ ἡλίου, ἡ σκιὰ παρέδραμεν· ὅτι οὐδὲν τοιοῦτον, οἷοι ἀπόστολοι.

A litteramque maledictionibus scatentem. Vidit [a] hominem verbi freno sistentem solem; [b] sterilemque, precum merito propheta fetam effectam esse. Vidit [c] farinæ pugillum, feraci quovis segetum agro opulentiorem, ac lecythum olei ipsis fontibus uberiorem. Vidit [1] immateriali curru assumtum [d] prophetam; [e] ossaque demortui, vitæ remedium effecta. Hæc innumeraque alia, eaque admiranda vidit mundus: verum illa tamquam umbra ac fœnum præterierunt, ac non secus ac lampas exstincta sunt. Sole namque exoriente, omnis illico umbra fugit. Nihil enim ejusmodi exsistat, atque Apostoli,

Ὑπηρέτησαν τῷ Θεῷ λόγῳ· ἐψηλάφησαν σαρκωθέντα τὸν ἀσχημάτιστον· ἠκολούθησαν βαδίζοντι τῷ πανταχοῦ ὄντι· συνανέκειντο τῷ ἀπεριγράπτῳ· ἤκουσαν φωνῆς τοῦ ποιήσαντος λόγῳ τὰ πάντα· ἐσαγήνευσαν διὰ γλώττης τὸν κόσμον· περιῆλθον τῷ [2] λόγῳ πάντα τὰ πέρατα· ἐξερρίζωσαν τὴν πλάνην ὡς ζιζάνια· ἐθέρισαν τοὺς βωμοὺς ὡς ἀκάνθας· ἐνέκρωσαν τὰ εἴδωλα ὡς θηρία· ἐφυγάδευσαν τοὺς δαίμονας ὡς λύκους· συνήγαγον τὴν ἐκκλησίαν ὡς ποίμνιον· ἐσώρευσαν τοὺς ὀρθοδόξους ὡς σῖτον· ἀπεσκυβάλισαν τὰς αἱρέσεις ὡς ἄχυρα· ἐξήραναν τὸν Ἰουδαϊσμὸν ὡς χόρτον· κατέφλεξαν τὸν ἑλληνισμὸν ὡς ὕλην· ἠροτρίασαν τῷ σταυρῷ τὴν φύσιν· κατέσπειραν τὸν λόγον ὡς σῖτον· κατήστραψαν τὰ πάντα ὡς ἑωσφόροι. διὰ τοῦτο πρὸς αὐτοὺς ἐβόα ὁ δεσπότης· ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. ἀνατολὴν ἔχετε τὴν παρθενικὴν ὠδῖνα· ὄρθρον, τὴν τοῦ βαπτίσματος μήτραν· λαμπρότητα, τὴν τοῦ σταυρωθέντος χάριν· ἀκτῖνας, τὰς παραδόξους γλώττας· ἡμέραν, τὸν μέλλοντα αἰῶνα· μεσημβρίαν, τὴν τοῦ σταυροῦ ὥραν· δύσιν, τὴν τοῦ τάφου οἴκησιν· ἑσπέραν, τὸν πρόσκαιρον θάνατον· ἔλλαμψιν, τὴν τῶν νεκρῶν ἀνάστασιν. ὑμεῖς ἐστὲ τὸ φῶς τοῦ κόσμου. βλέπετε τὰ ἄστρα, καὶ ἐκπλάγητε τὴν φαιδρότητα.

III. Dei Verbi [f] ministri fuerunt: [g] Contrectarunt B eum carne indutum, qui formæ omnis expers est: eum qui ubique præsens adest, ambulantem secuti sunt. Discubuerunt cum illo, qui nullo loco circumscribitur: ejus vocem audierunt, qui omnia verbo fecit: mundum ipsum lingua, velut sagena quadam concluserunt: omnes fines terræ cursu circuierunt: errorem tamquam zizania eradicarunt: aras, ut spinas quasdam amputarunt: idola perinde ac bestias peremerunt: dæmones fugarunt ut lupos: ecclesiam in unum quasi gregem compulerunt: acervatim orthodoxos, quasi frumentum collegerunt: hæreses quasi paleas dispulerunt: Judaismum, tamquam fœnum aresecerunt: gentilium sectam, tamquam silvam combusserunt: crucis aratro naturam excoluerunt: Dei C verbum tamquam frumentum disseminarunt: quasi matutina sidera, suo fulgore illustrarunt universa. Idcirco Dominus ad eos clamabat: [h] *Vos estis lux mundi*: orientem habetis, virginalem partum: diluculum, baptismatis uterum: splendorem, Crucifixi gratiam: radios, novas ac insolitas linguas: diem, futurum sæculum: meridiem, crucis horam: occasum, sepulcri habitationem: vesperam, temporaneam mortem: fulgorem ac micatum, resurrectionem a mortuis. *Vos estis lux mundi*. Videte sidera, eorumque illustri splendore obstupescite,

Διὰ τοῦτο σήμερον ὁ Ἀνδρέας καθάπερ θησαυρὸν φωτὸς εὑρηκὼς τὸν κοινὸν δεσπότην, ἐβόα πρὸς τὸν Πέτρον τὸν ἑαυτοῦ ἀδελφόν· εὑρήκαμεν, φησὶ, τὸν Μεσσίαν. ὢ φιλαδελφίας ὑπερβολή. ὢ τάξεως ἀντιστροφή. δεύτερον τοῦ Πέτρου εἰς τὸν βίον ἐξεπήδησεν ὁ Ἀνδρέας, καὶ πρῶτος [3] τοῦ Πέτρου εἰς τὸ εὐαγγέλιον ἐθηράσατο. εὑρήκαμεν, φησὶ, τὸν Μεσσίαν. ἐκ περιχαρείας ὁ λόγος· φαιδρὰ τῆς εὑρέσεως τὰ εὐαγγέλια. εὑρήκαμεν, φησὶ, τὸν θησαυρόν· φεῦγε Πέτρε τὴν τῆς περιτομῆς πενίαν· ἀπόδυσαι τὰ τοῦ νόμου ῥάκια· ἀπόρριψον τὸν τοῦ γράμματος ζυγόν. ὡς μικρὰ ἄρνησαι ταῦτα πάντα, καὶ ὡς ἐνύπνια τὰ παρόντα· τὴν Βηθσαϊδὰν ὡς εὐτελὲς χωρίον· τὸ ἀμφίβληστρον, ὡς πενίας ἐργαλεῖον· τὸ σκάφος, ὡς ναυαγίου θάλαμον· τὴν τέχνην ὡς [5] βωμοῦ μητέρα· τοὺς ἰχθύας, ὡς γαστριμαργίας ἐμπορίαν· τὴν γῆν, ὡς θορύβου πέλαγος· τὸ γένος, ὡς φθορᾶς κλήματα· τὸν κόσμον, ὡς γαστρὸς ἐμπόριον· τὸν ναὸν, ὡς λῃστῶν σπήλαιον· τὴν Ἱερουσαλὴμ, ὡς προφητῶν πολυάνδριον· τὸ ἔθνος, ὡς κατὰ

IV. Idcirco hodie Andreas, cum communem Dominum velut lucis thesaurum invenisset, Simoni fraD tri clamore ait; [i] *Invenimus Messiam*. O fraterni amoris exsuperantiam! O inversum ordinem! Posterior Petro in vitam ingressus est Andreas, priorque Petrum in evangelium allexit ac velut venatus est. *Invenimus*, inquit, *Messiam*. Exuberantis sane lætitiæ verbum: lætus faustusque inventionis nuntius. Invenimus, inquit thesaurum: fuge Petre circumcisionis inopiam: exue te laceris pannis legis: abijce jugum litteræ: universa hæc ut minutias respue: cuncta præsentia ut insomnia despice: Bethsaidam, ut vilem ac abjectum pagum: verriculum, ut paupertatis instrumentum: naviculam, ut naufragii thalamum: piscandi artem, [4] ut fluctuationi expositam: pisces, ut edacis gulæ mercaturam: terram, ut turE bationis pelagus: genus, ut corruptionis palmitem: mundum, ut emporium ventris: templum, ut [k] speluncam latronum: Hierusalem, ut [l] multorum prophetarum sepulcrum: gentem, ut contra Deum rabide insanientem: Caiphan, ut maligni conci-

[a] Jos. X. 13. [b] I. Reg. I. 20. [c] III. Reg. XVII. 16. [d] IV. Reg. II. 11. [e] IV. Reg. XIII. 21.
[f] Luc. I. 2. [g] I. Joan. I. 1. [h] Matth. V. 14. [i] Joan. I. 41. [k] Matth. XXI. 13. [l] Matth. XXIII. 37.

1. *Immateriali curru*. ἀΰλῳ ἅρματι.] Non male annotat Riccardus, intelligi posse Angelos, quos perinde πνεῦμα καὶ πῦρ appellari, auctor est Basilius in Catena Psal. CIII. apud Agellium. Haud sane alio, quam Angelorum ministerio propheta translatus sit, qui ita in specie ignis apparuerint. Vocant item ἄϋλον Græci ipsum corpus, quod hisce sublunaribus subtilius est, ut liquet ex Gregor. II. de Theologia.

2. Leg. δρόμῳ ex Vat.

3. Leg. τὸν Πέτρον, cum Sirl.

4. *Ut fluctuationi expositam*.] Non potui acquiescere Riccardo, ut legerem βωμοῦ: quid enim aris, & piscibus? maxime Christi & Apostolorum, seu etiam Judæorum, qui Christi Domini ætate erant alieno animo ab idolis? Aliud ergo melius legit Sirletus, quem sequor.

5. Leg. σάλου, vel quid simile, cum Sirl.


Θεὸν λυσσῶν· τὸν Καϊάφαν, ὡς πονηροῦ συνεδρίου πατέρα. εὑρήκαμεν τὸν Μεσίαν, ὃν προεκήρυξαν οἱ προφῆται· ὃν προεσάλπισεν ὁ νόμος. εὑρήκαμεν τὸν τοῦ νόμου θησαυρόν· φεῦγε Πέτρε τὸν τοῦ γράμματος λιμόν. εὑρήκαμεν τὸν Μεσίαν, ὃν προεσκιαγράφησε τὰ σημεῖα· ὃν ἴδεν Μηχαίας ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς δόξης· ὃν Ησαΐας ἐθεάσατο ἐπὶ τῶν Σεραφίμ· ὃν Εζεκιὴλ ἴδεν ἐπὶ τῶν Χερουβίμ· ὃν Δανιὴλ ἐθεάσατο ἐπὶ τῶν νεφελῶν· ὃν Ναβουχοδονόσωρ ἴδεν ἐν τῇ καμίνῳ· ὃν Αβραὰμ ἐδέξατο ἐν τῇ καλύβῃ· ὃν Ιακὼβ οὐκ ἀφῆκεν εἰ μὴ εὐλογήθη· οὗ Μωϋσῆς τὰ ὀπίσθια ἴδεν ἐπὶ τῆς πέτρας. τοῦτον εὑρήκαμεν, ἀνάρχως γεννηθέντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτων φανερωθέντα· τὸν θησαυρὸν, οὗ ἡ εὐπορία ἀκένωτος, καὶ ὁ πλοῦτος ἄσυλος, καὶ ἡ ὕπαρξις ἄναρχος, καὶ ἡ εὕρεσις πρόσφατος. εὑρήκαμεν τὸν Μεσίαν, ὅ ἐστι μεθερμηνευόμενον Χριστός. πολλοὶ χριστοὶ γεγόνασιν· ἀλλὰ θανάτῳ πάντες ἐδούλευσαν. Αβραὰμ χριστὸς, ἀλλ' ἐν τάφῳ διελύθη· Ισαὰκ χριστός· ἀλλ' ἐν ὀστέοις ἡ μνήμη αὐτοῦ· Ιακὼβ χριστός· ἀλλὰ θανάτου πάρεργον γέγονε· Μωϋσῆς χριστός· ἀλλ' οὐδὲ ὅπου ἐτάφη ἴσμεν· Δαβὶδ χριστός· ἀλλὰ πάντες λάφυρα. πάντες χριστοὶ, ἀλλὰ θανάτου αἰχμάλωτοι. εἷς δὲ ὁ Χριστὸς ὁ τῇ φύσει Θεὸς, καὶ δι' εὐσπλαγχνίαν ἄνθρωπος· ὁ παρθένου γαστέρα τῷ τόκῳ σφραγίσας, καὶ πηγὰς ἰαμάτων τοὺς ἁλιεῖς ἀναδείξας· αὐτῷ τὸ κράτος, καὶ ἡ βασιλεία καὶ ἡ δόξα, καὶ ἡ προσκύνησις, σὺν τῷ ἀχράντῳ καὶ ὁμοουσίῳ, καὶ ὁμοδυνάμῳ αὐτοῦ πατρὶ, καὶ τῷ παναγίῳ πνεύματι, νῦν καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων· Αμήν.

A lij patrem. *Invenimus Messiam*, quem prænuntiarunt prophetæ: quem lex olim alto præconio designavit. Invenimus legis thesaurum: devita Petre literæ penuriam. *Invenimus Messiam*, quem olim adumbrarunt signa: quem [a] Michæas super solium gloriæ vidit: quem [b] super Seraphim Isaias conspexit: quem [c] Ezechiel contuitus est super Cherubim: quem [d] super nubes spectavit Daniel: quem [e] Nabuchodonosor in fornace adspexit: quem [f] Abraham in tugurio excepit; quem [g] Jacob dimittere noluit nisi percepta benedictione; cujus [h] Moyses posteriora supra petram vidit. Hunc invenimus, ab æterno quidem genitum; novissimis vero temporibus declaratum: thesaurum, cujus copia exhauriri nequit; B cujus opes nullus prædo furetur; cujus exsistentia æterna, ac recens inventio. *Invenimus Messiam, quod est interpretatum Christus*. [1] Multi fuerunt Christi, sed omnes morti servierunt. Abraham christus utique fuit, sed in sepulcro resolutus est: Isaac christus; sed ejus in ossibus memoria jacet: Jacob christus; sed & ipse, mortuis auctarium, appositus est: Moyses christus; at ne locum quidem scimus [i] in quo sepultus est: David christus; verum omnes mortis fuerunt spolia; christi omnes, sed omnes fuerunt mortis captivi. Unus autem eximie ac articuli adjectione Christus ille est, Deus natura, ac misericordia homo, qui Virginis uterum suo partu obsignavit, & piscatores medelarum fontes C effecit. Ipsi potestas, regnumque, & gloria, & adoratio, cum immaculato & consubstantiali, ejusdemque potentiæ Patre ejus, & sanctissimo Spiritu, nunc & semper & in sæcula sæculorum: Amen.

a III. Reg. XXII. 19. *b* Isa. VI. 6. *c* Ezech. X. *d* Dan. VII. 13. *e* Dan. II. 92. *f* Gen. XVIII. 5. *g* Gen. XXXII. 29. *h* Exod. XXXIII. 22. *i* Deut. XXXIV. 6.

1. *Multi fuerunt Christi*.] Vim facit in articulo, τὸν Χριστόν· quo *Christus ille*, ac eximie denotetur, ac distinguatur ab iis qui dicuntur christi communiter; quo modo sanctus Joannes Chrysostomus philosophatur in voce Λόγος Joan. I. Nullus interpretum auctoris mentem satis expresserat. Eadem fere heic repetit, quæ Orat. XI. ubi Christum majorem omnibus veteribus sanctis ostendit.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
438.



EJUSDEM

* ORATIO XX.

Laudatio S. Joannis Chryſoſtomi.

INCERTO INTERPRETE.

I. CErte gratias Deo, fratres cariſſimi, quod modo inenarrabili in domo ejus in qua ſacra inſonuit tuba [1], pacifice agitur ſine prœliis: in qua ſuaviſſime modulante lyra audientium ſpirituale replebatur ſpectaculum; in qua evangelica cantavit [2] harundo, & floribus orthodoxiæ portum adimplevit. Eſt facta Joannis memoria [3] omni civitati rete, ſic ut rectos fidei trahat: non enim ſic piſces trahit piſcatorum rete, ſicut rectos fidei trahit Joannis ſolemnitas. O gratiam, finem & locum & tempus vincentem! Tempus enim ſuperavit amor: finem autem invitis invicta fecit memoria; locus quidem non clauſit ſacerdotis miracula: ſed in Ponto jacet, & in orbe terrarum laudatur; & longa manu [4] oſtentans vos, clamat: [a] *Opus meum vos eſtis in Domino.* Iterum Joannes in verbis pretioſæ prædicationis margarita; ſcripturæ a Deo inſpiratæ impolluta bibliotheca; divinus theſaurus intelligentiæ, [5] ſtudioſus manibus; [6] adverſus imperialem avaritiam acutiſſima falx; vehemens diluvium hæreticorum; qui non blandientem præ timore potentiam, vel odio ex aviditate debacchantem pertimuit (ſicut Joſeph] Ægyptiam.

II. Sed paveo [7] ne minorem laudibus navem magnas res geſtantem mergam attonitus. Nullus etenim digne laudabit Joannem, dum non ſit alius Joannes. Sicut enim in undarum frequentia innumerabilis eſt undantium multitudo: ſic & in hujus arduæ induſtriæ multitudine, ubi magiſteria pia inundant atque concurſant, inibi libertatis ſplendeſcunt radii. Ab altero radietas ſolis conclareſcit; ex altero emundatio fit erroris. Ab altero idolorum perditio innoteſcit; ex altero orthodoxorum fit emendatio. Ab altero ſynagogæ nuditas lingua deprehenditur; ab altero ædificia ſplendeſcunt; ex altero morum converſiones verborum vi fiunt. Ab altero tentatio invaleſcit in terra; ex altero e cælo corona fulgeſcit gratiæ. O ſacerdos cujus tantum induſtriæ lucrum, quantum veris ſuaviſſimi flores! O nomen non negans acta! O cognomen reddens ſpeciem anteactæ vitæ! O lingua cælis ipſis altior! O magiſteria evangelica tonitrua temperantia! Joannes ille, Joannes iſte: ille prædicator, iſte tuba: ille impercuſſus, iſte ſine ſervitute: ille ſine ſectis; iſte ſingularis: ille virgo; iſte caſtitatis defenſor: ille in eremo baptizans; iſte in civitate retia mittens: ille corripiebat adulterantem, iſte improperabat raptores: ille capite amputatus eſt; iſte eamdem conſtantiam præ ſe ferre non dubitavit: ille in carcere incluſus eſt; iſte in exſilio deportatus. Congeſta ſunt certamina, propter hoc & multæ coronæ.

III. Ob id Joannes cum beatiſſimo Paullo nunc clamat: [b] *Chriſti bonus odor ſumus.* Omnem enim locum ab errore liberavit. In Epheſo, artem Midæ nudavit: in Phrygia, Matrem quæ dicebatur deorum, ſine filiis fecit: in Cæſarea, publicana meretricia honoris vacua deſpoliavit: in Syria, Deum impugnantes ſynagogas evacuavit: in Perſide verbum pietatis ſeminavit: ubique orthodoxæ fidei radices poſuit: lingua mundum Dei notitia replevit: libros conſcripſit: retia ſalutis expandit: cum Joanne de paterno Verbo theologizavit: cum Petro piam confeſſionem fundavit: cum Paullo propter fidem ſudores effudit: cum Piſcatoribus, [8] propter orthodoxiam rete concuſſit. O Joannes, tua quidem vita anxia; mors autem glorioſa; ſepulcrum vero beatum; merces autem copioſa; [9] Gratia & miſericordia Domini noſtri Jeſu Chriſti: (cui) cum Deo Patre & Spiritu ſancto, gloria, & poteſtas, atque magnificentia, in ſæcula ſæculorum: Amen. *

a I. Cor. IX. 1. b II. Cor. II. 14.

* Vide notam Combefiſii huic Orationi ſubjectam. Eam primus edidit Baronius ad ann. 438. §. III.

1. Joannes.

2. Baron. *invaluit arundo, & floribus orthodoxiæ portus impletur.* At Combefiſius: „ *Hirundo*, inquit, heic ſane „ emendandum, ut alludat ad vernum tempus, quo hirun„ dines *prata*, non *portus*, floribus replent. „

3. Baron. *omnibus civibus.*

4. *Oſtentans vos, cl.*] Sic recte Baronius. Sed Combefiſius poſt Riccardum, *oſculans, vobis clamat.*

5. Baron. *ſtudioſis manibus adverſus imperialem avaritiam acutiſſima falx.*

6. *Adverſus imperial. avarit.* cet.] Hæc Procli dicta non minimum roboris addere iis videntur, quæ alibi ad confirmandam Joannis Chryſoſtomi epiſtolæ ad imperatricem Eudoxiam ſinceritatem, ex Marco Gazenſi protulimus. Vide ſis *Prolegom.* ad ſuperiorem tomum VIII. cap. X. §. III. pag. xx.

7. Baron. omiſſa negatione, *Sed paveo minorem laudibus navem —— mergendam attonitus.*

8. Baron. *orthodoxiæ rete deduxit.*

9. Baron. *merces autem copioſa.* Huc uſque Proclus perducere licuit orationem ſine carentem, acclamationum jugibus tonitruis interruptam populi adſtantis, & inſtantis ſibi Joannem reddi: quum Proclus ex more illa tantum apponens verba, *Gratia & miſericordia*, cet. finem impoſuit orationi clamoribus populis interceptæ. Hæc Baronius.

Baſnagio in ſuis *Annalibus politico — eccleſiaſticis* ad ann. 438. §. III. haud probatur Baronii ſententia, exiſtimantis hunc Procli ſermonem prius fuiſſe recitatum, quam ipſe de revocando Chryſoſtomi corpore Theodoſium adiret. Verum præter ea quæ infra refert Combefiſius ex Coſma Veſtitore, ipſemet Proclus Baronianam ſententiam confirmat, dum ait ſub initium Orationis: *In Ponto jacet* (Chryſoſtomus) .... *& longa manu oſtentans vos, clamat*: cet. Sic enim legendus hic locus, prout illum reſtituimus ex eodem Baronio, qui eum ex codice manu exarato deſcripſit.

* Orationem xx. primus edidit Baronius tom. V. Annalium ad ann. 438. §. III. & ſeqq. e Vallicellana bibliotheca; ac poſt eum Riccardus. Dicta videtur cum adhuc reliquiæ Joannis eſſent Comanæ in Ponto; ob illa verba: *In Ponto jacet, & in orbe, &c.* quas ejus reliquias liquet poſtmodum relatas Conſtantinopolim Procli opera: de qua tranſlatione, tum Georgius Alexandrinus, tum auctor anonymus vitæ ejuſdem; tum denique Coſmas Veſtitor (ſic enim inſcribitur) luculenta oratione in eam Joannis reliquiarum tranſlationem, in eminentiſſimi cardinalis Mazarini codice: ex quo fere animus erat ut ederem: verum abſterruit, quod præter verborum ornatum ac orationis compoſitionem: vix aliquid habeat, quam quæ a præfatis Georgio, ac præcipue anonymo, mutuatus ſit. Tantum heic aliqua deflorabo, quæ videantur magis ſpectare ad Proclum. Miſſo itaque longo exordio, in hæc

verba narrationem orditur. Πρόκλου τοῦ ἀοιδίμου τὸν πατριαρχικὸν διϊθύνοντος θρόνον, μετὰ τέσσαρας τοῦ διωγμοῦ τοῦ ἁγίου καταςαθέντας τῆς ἐκκλησίας προέδρους, τοῦ λαοῦ μηκέτι τὴν ὀδυρμὸν ὑποφέροντος ἀκούειν, διὰ τὸ μὴ τὸν Χρυσόστομον τῇ τῶν διπτύχων ἀναφέρεσθαι μνήμῃ, καὶ τὴν ἐκκλησίαν εἰς σχίσματα τεμελθοῦσαν ὁρᾷν ἀδολεσχοῦντος· εὐθέτου δραξάμενος καιροῦ, δῆλα ταῦτα πεποίηκε τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ τῷ νέῳ· ὃν δὲ λέγειν ἔπος· Εὐδοξίας μὲν σαρκικῶς, καὶ ἐκ θελήματος ἀνδρὸς τέκνον· πνευματικῶς δὲ, καὶ ἀπὸ κολυμβήθρας, τέκνον τοῦ Χρυσοςόμου πατρός. ἕνεκεν δὴ τούτου πρὸς τὴν παράκλησιν ὀχυρωθεὶς ὁ θεοφόρος Πρόκλος, παρρησίᾳ τὸ συμφέρον τῇ βασιλείᾳ, καὶ τὴν πόλιν συνιςᾶνον, καὶ τὸν κόσμον εὐεργετοῦν, προανατίθεται Θεοδοσίῳ, τοιαῦτα πρὸς αὐτὸν μεσιτεύσας. Ζήτησον βασιλεῦ, τὸν σὲ διὰ πυρὸς καὶ ὕδατος, ὅταν ἀνεκαινίζου διὰ τοῦ εὐαγγελίου, γεγεννηκότα· καὶ ταῖς ἱερατικαῖς ἀγκάλαις καθάπερ Συμεὼν ὁ πρεσβύτης ἐν νόμῳ κυρίου μετὰ τὸ βάπτισμα ἀναδεδεγμένον πατρικῶς. ἡ ἐκκλησία βοᾷ σοι· ἡ στολή μου διέσχισται· τὸ στόμα συγκέκλεισται· τὸ κάλλος ἠμαύρωται· ἐλυμήνατο μονιὸς ἄγριος τὸν ποιμένα τῶν προβάτων μου Χρυσόστομον, καὶ ὕες φθινοπόροι τοὺς καρποὺς τῶν χειλέων μου ἐβεβήλωσε φθόνος τὸ ἁγίασμα τοῦ λειτουργοῦ μου· ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις ἐξέκοψαν αὐτὸν ἀπ' ἐμοῦ. ἐπὶ τοαυτὸ ἐν μνήματι καὶ μετοικεσίᾳ ξένῃ κατέῤῥαξαν αὐτόν. εἶπον αἱ συγγένειαι τῶν αἱρετικῶν ἐπιτοαυτό· κατεπαύσαμεν ςόμα τὸ λαλῆσαν πολλὰ καθ' ἡμῶν· ἠτιμάσαμεν τὸν χρυσὸν αὐτοῦ· οὐκ ἔςιν ἔτι ὁ διδάσκων, καὶ ἡμᾶς οὐ συςομήσει λοιπόν. ἕως πότε, ὦ βασιλεῦ, διὰ τὸν Χρυσόςομον ὀνειδιεῖ ὁ ἐχθρός; ἀπόδος μοι τὸν ἀντιπρόσωπον τοῦ νυμφίου μου Χριςοῦ. ἀποκατάςησόν μοι τῇ μητρί σου τὸν πνευματικόν σου πατέρα. κἂν ἡ σαρκική σου μήτηρ Εὐδοξία τοῦτόν με ἐζημίωκεν ἀσπλάγχνως, σαρκὸς οὐ ζηλώσῃς προαίρεσιν· ἀλλ' ἁγιασμὸν πνεύματος, οὗ χωρὶς οὐδεὶς ὄψεται τὸν κύριον. παρῆλθεν Εὐδοξία· μένει διηνεκῶς ἡ ἐκκλησία. ἐγώ σου μήτηρ αἰωνίζουσα· χαροποίησόν μου τὰ πρὸς τὸν Χρυσόςομον σπλάγχνα, ὅπως κἀμὲ μεσιτεύουσάν σοι τὰ πρὸς τὸν Θεὸν σχῇς, καὶ τοῦ Χρυσοςόμου τὴν ψυχὴν πρεσβεύουσαν κτήσῃ περὶ σοῦ. ἀλλὰ γενοῦ δικαιοσύνης υἱὸς, καὶ πατρὸς εὐχῇ ςηριζόμενος.

Τοιαῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς Πρόκλου ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐκκλησίας τῷ βασιλεῖ Θεοδοσίῳ βεβοηκότος· καὶ εἰ πρὸς θρόνον φησὶ τὸν ἴδιον τὸ σῶμα τοῦ Χρυσοςόμου κελεύσῃς μετακομισθῆναι συντόμως, οὐ μόνον τὰς ἐκκλησίας ἑνώσεις, ἀλλὰ καὶ τὴν πίςιν κραταιώσεις· καὶ τὸν λαὸν ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ καταςήσεις. πείθεται ταῖς παρακλήσεσιν ὁ βασιλεὺς· καὶ παρευθὺ τινὰς τῶν ἐπ' εὐλαβείᾳ γνωρίμων καὶ συγκλήτου τάξεως, κελεύσεις τὰ τούτοις ἐγχειρίσας, ἀπολύει τοὺς ἄνδρας ἐν Κομάνῃ σὺν καὶ γλωσσοκόμῳ πάντοθεν περιηργυρωμένῳ· προστάξας διατάχους γενέσθαι κατὰ τὴν λεχθεῖσαν πόλιν, καὶ τιμῇ πολλῇ τὸ λείψανον ἄραντας τοῦ ἁγίου, τῇ ἐκ χώρας εἰς χώραν, καὶ ἐπαρχίας εἰς ἐπαρχίαν, ὑπαλλακτικῇ φωταγωγίᾳ, καὶ ψαλμῳδίας διαδοχῇ, καὶ τῇ λοιπῇ κατὰ τὴν ὁδὸν χρειώδει δορυφορίᾳ, ἀνακομίσαι τοῦτο πρὸς αὐτόν.

Cum inclytus ille ac celebris Proclus patriarchalem urbis regiæ sedem gubernaret, ubi jam quatuor a Sancti persecutione, antiſtites eccleſiæ præfuiſſent: populi gemitum, quod Chryſoſtomi memoria in ſacris diptychis non haberetur, ultra audire non ferens, moleſteque habens videre eccleſiam in ſchiſmata adactam: opportunum captans tempus, rem ejuſmodi imperatori Theodoſio juniori notam fecit: eratque ut dicerem, carne quidem ac ex voluntate viri, Eudoxiæ filium: ſpiritu autem ac a ſacro baptiſmi fonte, Chryſoſtomi patris natum. Ea ſane res firmis ad impetrandum præſidiis munitus, libere quod e re publica eſſet; urbemque eſſet conſtabiliturum, ac mundo profuturum, Theodoſio proponit, in hæc verba ad eum interceſſor orans: Quære imperator, eum qui te per ignem & aquam cum initiareris, per evangelium regeneravit; ac eum qui ſacerdotalibus te ulnis, inſtar ſenis Symeonis, in lege Domini poſt baptiſma paterne ſuſcepit. Clamat ad te eccleſia: Sciſſa eſt mea ſtola: os meum occluſum: decor meus exſtinctus eſt: (a) ſingularis ferus ovium mearum paſtorem Chryſoſtomum devaſtavit, ac apri depaſcentes ac abſumentes fructus labiorum meorum. Polluit invidiæ livor mei miniſtri ſanctificationem: (b) ſicut in ſilva lignorum A ſecuribus eum a me exciderunt. Dixerunt cognationes hæreticorum ſimul: Ceſſare fecimus os illud, quod multa in nos prolocutum erat: ejus aurum probro affecimus. Non eſt amplius qui doceat, nec noſtra deinceps obſtructurus ora. Uſquequo, imperator, Chryſoſtomi cauſſa improperabit inimicus? Redde mihi gerentem perſonam ſponſi mei Chriſti. Reſtitue mihi matri tuæ; ſpiritalem patrem tuum. Quamquam carnalis mater tua Eudoxia, ejus mihi jacturæ auſu crudeli auctrix fuit; tu ne carnis æmulator exſiſtas; ſed æmulare ſpiritus (c) *ſanctimoniam, ſine qua nemo videbit Deum.* Tranſiit Eudoxia: perpetuo manet eccleſia. Sum ego ſempiterna tua mater: reple gaudio mea ad Chryſoſtomum viſcera, ut me quoque tuam ad Deum mediatricem habeas, ac Chryſoſtomi animam tibi patrocinantem obtineas. Enimvero ſis juſtitiæ proles, quique patris fulciaris precibus.

Cum hæc Proclus patriarcha velut ex perſona eccleſiæ, exſerta apud imperatorem Theodoſium voce oraſſet; dixiſſetque; B Modo brevi Chryſoſtomi corpus ad ſedem ipſius transferri juſſeris, nedum eccleſias unies; verum etiam fidem roborabis; populumque in pace ac concordia conſtitues: *imperator admonitionibus animum adhibet; confeſtimque viros quoſdam pietate ſpectabiles ac ſenatorii ordinis ſtatuens, eiſque tradens mandata, Comanam miſit cum loculo omni parte circum argenti cruſtis obducto: jubens quam cito ad eam proficiſci urbem; atque honore multo tollentes Sancti reliquias, vicariaque e loco in locum, ac provincia in provinciam luminum alternatione ac pſalmodiæ ſucceſſione, nec non reliquo per viam neceſſario apparatu ac obſequio, ad ipſum deferre.*

Proſequitur multis, quæ alii; ut ſacrum corpus moveri nequiverit, donec ſupplex imperator velut ad viventem ſcripſit: ut navis ad viduæ vineam, quæ occaſio fuerat tragœdiæ illius in Chryſoſtomum, appulſa ſit: ut Theodoſii precibus matris Eudoxiæ corporis concuſſio, indulgente Chryſoſtomo, quieverit: tum iterum revertitur C ad Proclum; Τί δὲ καὶ ὁ πατριάρχης Πρόκλος; ἀσπασάμενος καὶ αὐτὸς ἐν φιλήματι ἁγίῳ τὸν δίκαιον· χαίροις ἐβόα Χριςοφιλὴ πάτερ· διδακτὰ γλυκύτατε· σὸς ἐγὼ, καὶ τοῦ γάλακτος τῶν σῶν εὐπότων ἀγγείων ἀνατροφὴ, καὶ νῦν ποιμήν. σὰ γὰρ τὰ ἐμὰ πρόβατα, ἐκ σοῦ γὰρ αἱ τούτων τὲ ἀγέλαι· καὶ οἱ μετὰ σὲ ποιμένες, τὴν σὴν ἐμπορεύονται τῶν προβάτων ἐνθήκην. διὸ καὶ σὲ ποθοῦντα, ἄλλῳ μετὰ σὲ κατακολουθῆσαι προθύμως οὐκ ἠνείχοντο· ἔνθεν κἀκεῖθεν τοῖς ἐξαγελισμοῖς ἀποκλίνοντα. δεῖξον αὐτοῖς τὴν ὄψιν σου. καὶ ἀκούτισον αὐτοῖς τὴν φωνήν σου· καὶ γενήσονται πάλιν μία ποίμνη τῆς σῆς ποιμνιαρχίας. *Quid vero etiam patriarcha Proclus? Oſculans & ipſe virum juſtum in oſculo ſancto, in hæc verba exclamare cœpit:* Ave ſis Dei amans pater, præceptor dulciſſime. Tuus ego ſum, ac lactis poculentorum vaſorum tuorum alumnus, nuncque etiam paſtor. Tuæ enim, meæ ſunt oves: ex te enim eorum primitiarum greges; quique te ſequuntur paſtores, tuam ovium vecturam mercaturæ habent expoſitam. Idcirco etiam tui D illæ deſiderio, alium poſt te ſequi, haud æquo animo ferentes, huc illucque a grege exerrabant ac declinabant. Oſtende eis faciem tuam: tuam eis fac auditam vocem: fientque rurſus tui gregis ovile unum,

Proſequitur auctor de populi in patrem ſtudio, aitque poſtridie induxiſſe in ſanctiſſimam eccleſiam: ipſam nimirum ſanctæ Sophiæ ac majorem eccleſiam, ac collocaſſe ἐπὶ τὸν ὑψηλὸν τοῦ κηρύγματος αὐτοῦ θρόνον· *in ſublimi ſuæ prædicationis ſede*: nempe patriarchali ſolio, a quo malis invidorum artibus deturbatus fuiſſet. Male Riccardus, Orationes Andriantas dictas, habitas ait in illo ſanctæ Sophiæ templo, ac contra imperatricem. Nuſquam certe alias Chryſoſtomi Andriantas dictas, vel legas vel audias, quam Antiochiæ habitas, dum ibi ille ſub Flaviano eccleſiaſtem ageret, occaſione male a civibus habitæ ſtatuæ Theodoſii ſenioris. Ait denique auctor fuiſſe Joannis corpus, poſt alterum integrum diem & vigilias in magna eccleſia, illatum in templum ſanctorum Apoſtolorum, ac ibi ſepultum.

a Pſalm. LXXIX. 14. b Pſalm. LXXIII. 5. c Heb. CXII. 14.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
438.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ

ΑΓΙΟΥ ΠΡΟΚΛΟΥ

ΠΕΡΙ ΠΑΡΑΔΟΣΕΩΣ ΤΗΣ ΘΕΙΑΣ ΛΕΙΤΟΥΡΓΙΑΣ

ΛΟΓΟΣ.

EJUSDEM

SANCTI PROCLI

DE TRADITIONE DIVINÆ MISSÆ

TRACTATUS.

Interprete VINCENTIO RICCARDO *Cler. Regul.*

A Πολλοὶ μὲν τινὲς καὶ ἄλλοι τῶν τοὺς ἱεροὺς ἀποστόλους διαδεξαμένων θεῖοι ποιμένες καὶ διδάσκαλοι τῆς ἐκκλησίας, τὴν τῆς μυστικῆς λειτουργίας ἔκθεσιν ἐγγράφως καταλιπόντες, τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδώκασιν. ἐξ ὧν δὲ πρῶτοι οὗτοι καὶ διαπρύβυοι τυγχάνουσιν· ὅ, τε μακάριος Κλήμης, ὁ τοῦ κορυφαίου τῶν ἀποστόλων μαθητὴς καὶ διάδοχος, αὐτῷ τῶν ἱερῶν ἀποςόλων ὑπαγορευσάντων: καὶ ὁ θεῖος Ἰάκωβος, ὁ τῆς Ἱεροσολυμιτῶν ἐκκλησίας τὸν κλῆρον λαχὼν, καὶ ταύτης πρῶτος ἐπίσκοπος ὑπὸ τοῦ πρώτου καὶ μεγάλου ἀρχιερέως Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν κατασταθείς. ὁ δὲ μέγας Βασίλειος μετὰ ταῦτα τὸ ῥᾴθυμον καὶ κατωφερὲς τῶν ἀνθρώπων θεωρῶν, καὶ διὰ τοῦτο τὸ τῆς λειτουργίας μῆκος B ὀκνούντων, ταύτην οὐ περιττὴν καὶ μακρὰν εἶναι νομίζων, ἀλλὰ τὸ τῶν συνευχομένων τε καὶ ἀκροωμένων ῥᾴθυμον διὰ τὸ πολὺ τοῦ χρόνου παραναλωμα ἐκκόπτων, ἐπιτομώτερον παρέδωκε λέγεσθαι· μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνάληψιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, οἱ ἀπόστολοι, πρὸ τοῦ εἰς τὴν οἰκουμένην πᾶσαν διασπαρῆναι, ὁμοθυμαδὸν συνερχόμενοι, εἰς προσευχὰς πανημερίους ἐτρέποντο, καὶ τὴν τοῦ δεσποτικοῦ σώματος μυστικὴν ἱερουργίαν παραμύθιον εὑρηκότες, διεξοδικώτατα αὐτὴν ᾖδον· τοῦτο γὰρ καὶ τὸ διδάσκειν, πάντων προυργιαίτερον ἡγοῦντο. πολλῷ δὲ μᾶλλον μετ' εὐφροσύνης καὶ πλείστης χαρᾶς ἦσαν προσκαρτεροῦντες τῇ τοιαύτῃ θείᾳ τελετῇ, ἀεὶ τοῦ C κυριακοῦ μεμνημένοι λόγου· τοῦτό ἐστι τὸ σῶμά μου, λέγοντος· καὶ, τοῦτο ποιεῖτε εἰς τὴν ἐμὴν ἀνάμνησιν· καὶ, ὁ τρώγων μου τὴν σάρκα, καὶ πίνων μου τὸ αἷμα ἐν ἐμοὶ μένει, κἀγὼ ἐν αὐτῷ. διὸ καὶ πνεύματι συντετριμμένῳ πολλὰς εὐχὰς ἔμελπον, τὸ θεῖον ἐκλιπαροῦντες· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τοὺς ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐθνῶν νεοφωτίστους τοῖς τῆς χάριτος ἐθίζοντες, καὶ τὰ πρὸ τῆς χάριτος παραλείπειν διδάσκοντες, σκιὰ τῆς χάριτος ὑπάρχοντες, εὐσεβῶς ἐπαιδαγώγουν. διὰ τοιούτων τοίνυν εὐχῶν τὴν ἐπιφοίτησιν τοῦ ἁγίου πνεύματος προσέδοκον, ὅπως τῇ αὐτοῦ θείᾳ παρουσίᾳ τὸν προκείμενον εἰς ἱερουργίαν ἄρτον, καὶ οἶνον ὕδατι μεμιγμένον, αὐτὸ ἐκεῖνο τὸ σῶμα, καὶ αἷμα τοῦ σωτῆρος ἡμῶν

Multi quidem & alii divinæ ecclesiæ pastores & doctores qui sacris successerunt Apostolis, sacrosanctæ Missæ editionem scriptis demandantes tradiderunt ecclesiæ. Quorum primi, iique præclarissimi censentur: beatus nimirum Clemens summi illius Apostolorum principis discipulus & successor, qui sacris Apostolis ei dictantibus, illam edidit: & divus Jacobus, qui Hierosolymitanam ecclesiam nactus est in sortem, ejusque primus a primo magnoque illo summo Pontifice Christo Deo nostro fuit constitutus episcopus. Tum inde magnus Basilius hominum socordiam & in deterius prolapsionem conspicatus, ac proinde longinquitate productæ Missæ pertæsos: non quod ipse supervacaneum quidquam vel nimis longius productum in ea fore arbitraretur; sed ut pariter tum simul orantium, tum audientium ignaviam ex longo illo temporis intervallo præcideret, breviorem recitandam tradidit. Salvatore nostro in cælos assumto, Apostoli ante quam per omnem terrarum orbem dispergerentur, conspirantibus animis convenientes ad integram orandum diem convertebantur: & cum multam consolationem in mystico illo dominici corporis sacrificio positam reperissent, fusissime longoque verborum ambitu Missam decantabant: id enim pariter ac docendi institutum, ceteris rebus omnibus tamquam præstantius anteponendum existimabant. Maxima sane cum alacritate, plurimoque gaudio huic divino sacrificio tempus insumentes instabant impense; jugiter memores illorum verborum Domini, dicentis: [a] *Hoc est corpus meum.* Et: [b] *Hoc facite in meam commemorationem.* Et: [c] *Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet & ego in eo.* Quocirca & contrito spiritu multas preces decantabant, impense divinum implorantes numen. Quin etiam eos qui ex Judæis ac gentibus recenter baptizati erant, his gratiæ mysteriis assuefaciebant: & ea quæ ante gratiæ tempus erant, utpote quæ gratiæ forent umbra, relinquere docentes, pie religioseque instituebant. Ejusmodi itaque precibus Spiritus sancti accessum præstolabantur, ut divina ejus præsentia propositum in sacrificium panem, & vinum permixtum aqua, ipsum illud cor-

a Luc. XXII. 19. b I. Cor. XI. 24. c Joan. VI. 57.

Ἰησοῦ Χριστοῦ ἀποφήνη τε καὶ ἀναδείξῃ· ὅπερ οὐκ ἔλαττον καὶ μέχρι τοῦ νῦν γίνεται, καὶ μέχρι συντελείας τοῦ αἰῶνος γενήσεται. ἀλλ' οἱ μετέπειτα τὸ στεῤῥὸν καὶ θερμὸν τῆς πίστεως ἀποβαλόντες, ἐν ταῖς τοῦ κόσμου πράξεσι καὶ φροντίσι καταγενόμενοι, τὸ μῆκος, ὡς ἔφην εἰπών, τῆς λειτουργίας ὀκνοῦντες, μόλις ἐφοίτων εἰς τὴν θείαν ἀκρόασιν τῶν δεσποτικῶν ῥημάτων. διὸ καὶ ὁ θεῖος Βασίλειος θεραπευτικῇ τινὶ μεθόδῳ χρώμενος, ἐπιτομώτερον ταύτην ἀπαγγέλλει. μετ' οὐ πολὺ δὲ πάλιν ὁ ἡμέτερος πατὴρ ὁ τὴν γλῶτταν χρυσοῦς Ἰωάννης τῆς τῶν προβάτων σωτηρίας οἷα ποιμὴν προθύμως κηδόμενος, εἴς τε τὴν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ῥαθυμίαν ἐφορῶν, πρόῤῥιζον πᾶσαν σατανικὴν πρόφασιν ἠβουλήθη ἀποσπάσασθαι, διὸ καὶ τὰ πολλὰ ἐπέτεμε, καὶ συντομώτερον τελεῖσθαι διετάξατο, ἵνα μὴ κατὰ μικρὸν οἱ ἄνθρωποι ἐλευθερίαν τινὰ καὶ σχολὴν τὰ μάλιστα φιλοῦντες, τοῖς τοῦ ἀντιπάλου διαλογισμοῖς ἐξαπατώμενοι, τῆς τοιαύτης ἀποστολικῆς καὶ θεϊκῆς παραδόσεως ἀφιστῶνται, ὡς πολλοὶ πολλάκις πολλαχόσε τοῦτο διαπραττόμενοι καὶ μέχρι τῆς σήμερον ἐφωράθησαν.

A pus, ipſumque ſanguinem Salvatoris noſtri Jeſu Chriſti palam faciat, conſecratumque demonſtret. Qui plane religioſus ritus huc uſque ſervatur, & ad finem uſque ſæculi ſervabitur. At poſteri fidei firmitatem fervoremque abjicientes, negotiis hujuſce ſæculi & mundi curis mancipati, longinquitate productæ Miſſæ, ut ſuperius dixeram, pertæſi, vix ad divinam audiendam recitationem dominicorum conveniebant verborum. Quamobrem & divus Baſilius medica quadam ratione uſus, breviorem eam conciſioremque reddidit. Haud vero multo poſt pater ille noſter, aurea præditus lingua Joannes, de ovium ſalute, ut paſtorem decet, ſtrenua cura ſolicitus, naturæ humanæ ſocordiam ignaviamque reſpiciens, B fibras omnes ac radices ſatanici prætextus hujus prorſus voluit evellere. Et idcirco multa præcidit, & conciſiori preſſiorique oratione ſacrum conficiendum ſtatuit, ne ſenſim homines qui libertatem quamdam & inertiam quam maxime complectuntur, fallacibus adverſarii rationibus decepti, ab ejuſmodi apoſtolica hac & divina abſterriti traditione, eam omitterent; quemadmodum hoc ipſum multis, variis ſæpe in locis accidiſſe, ad hunc uſque diem deprehendimus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.





EPISTOLÆ SANCTI PROCLI

ARCHIEPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI

ET

ALIORUM.

[1] EPISTOLA I.

Ex libellis porrectis a presbyteris & diaconis, qui transmissi sunt ab episcopis & clericis & monachis, & ceteris magnæ Armeniæ & Persidis & aliis gentibus.

PROCLO *sanctissimo episcopo Constantinopolitanæ civitatis.*

FUit aliquis [2] pestifer homo, magis autem fera, hominis habens formam diabolicam, mentito nomine Theodorus, qui schema & nomen episcopi habuit, in angulo & ignobili loco orbis terrarum latitans, in Mopsuesteno secundæ Ciliciæ vili oppido, vere quidem & principaliter a Paullo Samosateno descendens, licet Photino & ceteris hæresiarchis in libro de Incarnatione Domini nostri Jesu Christi, in toto suo proposito ipsis verbis inveniatur usus, & si quid pejus. Iste per machinationem & audaciam & errorem diaboli, volebat omnes homines acuta sua, sicut [3] colubri, lingua, & veneno quod sub lingua aspidis est, deperire. Et interim quidem retinebatur suo latibulo, timens potestatem eorum qui a magno Deo & Salvatore nostro Jesu Christo acceperant [a] calcare supra colubros & scorpios, & omnes vires inimici: dico autem sanctos apostolos, & qui consequenter ab his susceperunt, martyres & confessores & episcopos, & ceteros sanctos. Invento autem, nescio quomodo, tempore, cœpit repere & extra fines suos, fiduciam gerens, & in [4] parœcia ad eum non pertinente, tamquam eruditus sermocinator, & in Antiochia Syriæ in ecclesia alloquens, sic dixit: *Homo Jesus.* [b] Quid est *enim* homo, quod memor es ejus? *Apostolus [5] autem de Jesu dictum fuisse hoc dixit:* [c] eum enim qui paullo minus ab Angelis minoratus est, videmus, *inquit*, Jesum. *Quid ergo? [6] Homo Jesus similiter omnibus hominibus, nullam habens differentiam ad homines ejusdem generis præter ea quæ gratia ei dedit: gratia autem data naturam non immutat. Sed post mortis destructionem* [d] donavit ei Deus nomen super omne nomen. *Qui donavit, Deus est: cui donavit, homo Jesus Christus, primitiæ resurgentium;* [e] est *enim* primogenitus ex mortuis. *Ascendit ergo & ad dexteram* A *Patris sedet, & est supra omnia. O gratia quæ super omnia data est Jesu! O gratia quæ superavit omnium naturam! Qui est ejusdem mihi naturæ, super cælum demonstratus est, in dextera Patris sedet, & dico ad eum: Non una natura mea & tua? [7] & tu quidem in cælo, ego autem in passionibus: & tu quidem supra omnem principatum & potestatem, ego autem in cœno. Sed audiam ad ea, quod bene complacuit in me Patri.* [f] Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quare sic me fecisti? *Nihil habeo ad hoc quod dicam: Sed mei fratres, qui ejusdem mihi matris filii sunt, dicunt mihi: Ne disjungas hominem & Deum, sed unum eumdemque dic hominem. Dico connaturalem mihi, dico* B *Deum. Si dixero connaturalem Deo, dico: Quomodo homo & Deus unum? Numquid una natura hominis & Dei, Domini & servi, factoris & facturæ? Homo homini consubstantialis, Deus autem Deo consubstantialis. Quomodo ergo Deus & homo unum per unitatem esse possunt? Salvans, & qui salvatur? qui ante sæcula, & qui ex Maria apparuit? Sed vehementer doleo, quia mei fratres hæc mihi dicunt, ut loquar in ecclesia, quæ non est possibile dicere bene sapientes.* * Hæc ab impio Theodoro dicta posuerunt, & inferunt sic: Non qualemcumque autem tumultum ex impiissimis suis verbis ecclesiæ movens, cognitus est huc atque illuc a rectitudine dogmatum declinans. Nec enim recta via ejus, C qui perversus est. Unde multi clericorum [8] fiduciam habuerunt eum convincentes: & miserum autem Nestorium moveri, & tædiose quæ ab eo dicta sunt, suscepisse: & alia multa perturbatio a populo facta est ex dissonantibus Christianorum ecclesiæ verbis ejus, sicut continet epistola Joannis Antiochiæ ad Nestorium. Multo autem tempore scilicet perseverans Theodorus, persuasit multis &

a Luc. X. 19. *b* Psalm. VIII. 5. *c* Hebr. II. 9. *d* Philipp. II. 9. *e* Coloss. I. 18. Apoc. I. 5. *f* Isa. XLV. 9. Rom. IX. 20.

1. Exstat in collat. V. concilii Constantinopolitani II, œcumenici V. — Collect. Ven-Labb. tom. VI. pag. 76. cum subsequentibus notis Baluzii.

2. *Pestifer*] Veteres libri, *pestis*. Ita etiam in epistola tertia Pelagii II. ad episcopos Istriæ. Mox vero iidem libri, *fera hominis, habens*. Sic etiam in codice epistolarum ejusdem Pelagii II.

3. *Colubri*] Veteres libri, *colubræ*. Sic etiam in epistola Pelagii.

4. *Parœcia*] Paris. liber, *parochiam ad eum non pertinentem*. Epistola Pelagii, *parœchiam ad eum non pertinentem*.

5. *Autem*] Vox hæc deest in libro Parisiensi.

6. *Homo Jesus*] Paris. *Homo est Jesus Christus*.

7. *Et tu quidem — in passionibus*] Supplendus hic locus ex codice Parisiensi, in quo sic habetur: *Et tu quidem in cælo, ego autem in terra. Et tu quidem in dextera patris, ego autem in passionibus.*

* *Hæc — inferunt sic*] Ista omittit Riccardus.

8. *Fiduciam*] Veteres libri, *tunc fiduciam*.

Nestorio, quod Christus Filius Dei vivi qui de A sancta Virgine Maria natus est, non est qui ex Patre natus est Deus Verbum, consubstantialis genitori: sed homo pro quantitate suæ voluntatis ex Deo Verbo cooperationem suscipiens, & non prius meritus conjunctionem Dei Verbi, ante quam immaculatus fieret, ut particeps fiat immaculationis, solius nominis filiationis & dominationis. *Quomodo enim*, inquit, *homo & Deus* * *unum per unitatem esse potest? qui salvat & qui salvatur? qui ante sæcula, & qui ex Maria apparuit? Dominus & servus? factor & factura?* [1] Ita & talia ipse Christi impugnator Theodorus ausus est dicere, & in suis conscriptis inseri fecit, fingens quasi contradicere Ario & Eunomio & Apollinario, & non penitus Deo Verbo de substantia Dei Patris genito dans, aut secundum carnem de sancta Virgine Maria nativitatem, aut aliud aliquid de incarnatione & humanatione: Sed Jesu Christo, qui & unctus est, & participatur honorem, cujus particeps est propter ex Deo Verbo & vero consubstantiali Filio præparationem sibi factam, ut conversetur bene. [2] Persuaso autem impio Nestorio una cum aliis, gaudebat jam diabolus, quod per filium suum Theodorum persuasit multis & Nestorio, errori servire. Non est autem contentus quorumdam in locis Syriæ perditione, sed volebat multo amplius terram comprehendere. Contigit autem istam ecclesiam viduam fieri, & nescimus ex quibus peccatis, aut quomodo obtinuit episcopatum Nestorius quorumdam circumventione, non habentium nec ex Deo accipientium gratiam: [3] & potestate abutens, exsultabat sua impietate superare auctorem suum Theodorum. Miseratus autem Deus ecclesias, suscitavit [4] multa contra eum: in quibus & humiles constituti, nihil prætermisimus usque ad mortem pro veritate certantes, sicuti & in nostris contra Theodorum & scripta ejus, libellis ad Alexandrinum religiosissimum episcopum Cyrillum [5] diximus, & in his quæ ad vestram dicimus beatitudi- B nem. Et petimus postquam isti ** prælecti fuerint, & illos perlegere, quatenus fiat unitas vestra contra Theodorum, & sacrilega capitula, & dogmata ejus & eorum qui similia sapiunt vel docent. Et sicut Domino placuit condemnari manifeste & nominatim in Epheso ab universali synodo sacrilegum Nestorium, sic per vos etiam antea condemnatum sine nomine, sacrilegiorem in varia impietate Theodorum nominatim condemnari, & eos qui secundum impiissimam ejus expositionem hactenus in Syria & Cilicia sapiunt & docent.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

* *Unum*] Deest hæc vox apud Riccardem. Improvide: paullo enim ante repetitur.
1. *Ita & talia*] Paris. *Ista & alia*.
2. *Persuaso*] Idem codex, *persuasit*.
3. *Et pot. abut.*] Idem codex, *ut potestate abutentes*.
4. *Multa*] Melius in Paris. *multos*.
5. *Diximus*] Idem codex, *direximus*.
** *Prælecti*] Edit. conc. Labb. *perlecti*: quod minus placet.



Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
438.



ΠΡΟΚΛΟΥ

ΑΡΧΙΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥΠΟΛΕΩΣ,

ΠΡΟΣ ΑΡΜΕΝΙΟΥΣ,

Περὶ πίστεως.

ΕΠΙΣΤΟΛΗ Β.

Τοῖς θεοφιλεστάτοις καὶ θεοσεβεστάτοις ἐπισκόποις καὶ πρεσβυτέροις, καὶ ἀρχιμανδρίταις τοῖς οὖσι κατὰ πᾶσαν τὴν Ἀρμενίαν τῆς ὀρθοδόξου ἁγίας ἐκκλησίας,
Πρόκλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.



PROCLI

EPISCOPI CONSTANTINOPOLITANI.

AD ARMENIOS,

De Fide.

*EPISTOLA II.

Dei amantissimis ac religiosissimis episcopis & presbyteris & archimandritis, per universam Armeniam orthodoxæ sanctæ ecclesiæ,
Proclus *in Domino gaudere.*

Interprete Antonio Agellio *episcopo Acernensi.*

Οὐ μετρίως, ἀδελφοί, συνέχεεν ἡμῶν τὴν ψυχὴν καὶ τὸν λογισμὸν τῇ τυράννῳ λύπῃ, καὶ ἐτρωσεν ἡ φήμη τῶν νεαρῶν τῆς ἀπάτης ζιζανίων, ἅπερ ἔναγχος τῇ ὑμετέρᾳ πανούργως ἐπέσπειρε χώρᾳ ὁ κοινὸς τῆς φύσεως ἐχθρός. πλήττειν γὰρ ἀφορήτως ἡ τῶν ἀπευκτῶν εἴωθεν ἀκοὴ τὴν μήπω προγυμνασθεῖσαν ἐν τῇ τοιαύτῃ μελέτῃ ψυχήν· καὶ τοσούτῳ πλέον χαλεπώτερον τοξεύει, κατὰ βάθους εἰσωθοῦσα τὰ βέλη, ὅσῳ τὸν κίνδυνον οὐ περὶ τὴν τοῦ σώματος ἵστησι παχύτητα, ἀλλὰ τὸν ἄϋλον πολιορκεῖ ταῖς φήμαις, τὸ ἔντιμον τῆς πίστεως διαθρυλλοῦσα, ἢ ἐλεεινῶς διεῤῥῆχθαι, ἢ παντελῶς σεσυλῆσθαι ἱμάτιον. πᾶσα μὲν γὰρ ἀρετὴ περισπούδαστος ὑπάρχει, τοῖς τὸ λογικὸν μὴ ἀμαυρωθεῖσιν ὑπὸ τῆς ὕλης· πᾶσα δὲ κακία βδελυκτὴ οὐκ ἀπεικότως τοῖς εὖ φρονοῦσι κρίνεται, οἷα δὴ κατ' ἐναντιότητα πολεμοῦσα τῇ φύσει τῷ παρὰ φύσιν. ὥσπερ γὰρ τὸ συμφέρον τοῖς αἱρουμένοις, ἀναγκαίως περιμάχητον, οὕτω τὸ μὴ τοιοῦτον, ἀλλὰ ἀντικείμενον, ἢ παρὸν ἀποβολῆς ἄξιον, ἢ προσδοκώμενον τὸ μὴ συμβῆναι, φροντίδος οὐκ ἀλλότριον. ἀρετῆς μὲν οὖν εἴδη πολλά, διαφόρως δὲ ὡρίσαντο περὶ ταύτης, οἵτε ὑπὸ πλάνης [1] ἀγχόμενοι Ἕλληνες, καὶ τὸ ἀκριβὲς τῆς διακρίσεως ὑπὸ τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγνοίας ἐπισκοτούμενοι· καὶ οἱ διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς διανοίας πεφωτισμένοι χριστιανοί, καὶ πρὸς τὸν τῆς δικαιοσύνης ἥλιον τρανῶς διὰ τῆς ὁμολογίας ἀτενίζειν δυνάμενοι.

C

Οἱ μὲν γὰρ τοῖς οἰκείοις λογισμοῖς ὥσπερ ἐν σκότει προσπταίοντες, καὶ ἀνηγεμόνευτον ἔχοντες ὑπὸ προλήψεως τὸν νοῦν, ἐπισφαλῶς ὁδεύουσι τοῖς λογισμοῖς· μόνην ἐν οἷς δογματίζουσι ψηλαφῶντες τὴν ῥεῦσαν καὶ ἄστατον τῶν ὁρωμέ-

A I. Non mediocriter, fratres, animum rationemque nostram violento mærore confudit ac sauciavit rumor novellorum ac fallacium zizaniorum, quæ nuper in vestra regione communis ille nostræ naturæ inimicus callide superseminavit. Solet enim tristium rumor intolerabili vulnere animum percutere, nondum ejusmodi exercitationibus assuetum: tantoque acerbius ferit telaque altius infigit, quanto periculum non in concreta corporis natura sistit, sed gliscente fama subtiliorem animi statum obsidet, sermone dispergens pretiosam illam fidei vestem aut discissam esse, aut prorsus deprædatione sublatam. Omnem etenim virtutem ii expetendam putant, in quibus rationis vis non fuerit culpa naturæ materialis obscurata: omne quoque vitium a prudentibus viris jure fugiendum censetur; quippe cum ex adverso pugnet cum ipsa natura, eo ipso quod est contra naturam. Sicut enim id quod utile est eligentibus, necessario tuendum est; ita quod ejusmodi non est ac potius contrarium, aut præsens repellendum est, aut si metuitur, ne eveniat solicite præcavendum. Virtutis igitur multæ sunt species; hanc autem varie definierunt, sive gentiles qui errore ducuntur, & quorum discernendi subtilitatem ignoratio divinitatis obscurat; seu Christiani, qui fidei luce mentis oculos illuminatos habentes, solem justitiæ clarius per confessionem intuentur.

B

II. Illi namque in suis cogitationibus velut in tenebris offendentes, & propter anticipatam opinionem animum habentes duce ac rectore destitutum, ratiocinationum ductu periculosum iter ingrediuntur; nihil in iis quæ decernunt, præter flu-

* Extat in edit. conc. Ven-Labb. tom. III. pag. 1737. seqq.

1. Forte, ἀγόμενοι.

νων· τὸ δὲ τῆς ἀληθοῦς θεωρίας ὄμμα, ἢ ἀμβλυώττοντες ὑπὸ χρόνου, ἢ πηρωθέντες ὑπὸ πλάνης ἀπώλεσαν· καὶ φασὶν ἀρετῆς τέτταρα εἴδη εἶναι, δικαιοσύνην φημὶ, καὶ φρόνησιν, σωφροσύνην τε καὶ ἀνδρείαν· ἅπερ εἰ καὶ καλὰ δοκεῖ τυγχάνειν, χθαμαλά τε ἕρπει, καὶ περὶ γῆν νήχεται, καὶ κατώτερα τῆς τοῦ οὐρανοῦ τυγχάνει ἁψῖδος. ἀνδρείαν γὰρ φήσαντες τὴν πρὸς τὴν ὕλην πάλην· καὶ σωφροσύνην, τὸ κατὰ τῶν παθῶν κράτος· καὶ φρόνησιν, τὴν ἐν ταῖς πολιτείαις ἀριστοκράτειαν· καὶ δικαιοσύνην τὴν ἀρίστην τοῦ ἴσου μερίδα· τῷ βίῳ ὥς γε ἐνόμισαν τάξιν ἐνομοθέτησαν· χαλινώσαντες τῷ ὅρῳ τὴν ἐφ' ἑκάτερα τοῦ πλείονος ἀμετρίαν, ὑψηλὸν δὲ καὶ τῆς παρούσης [1] λέξεως κρεῖττον, οὐδὲ νοῆσαι οὐδὲ ἐκθέσθαι τι ἠδυνήθησαν· ἀλλὰ τῷ ἀσυνέτῳ τῆς πεπωρωμένης καρδίας βιασάμενοι, τό γε ἐπ' αὐτοῖς τὴν ἀρετὴν, τοῖς ὁρωμένοις αὐτὴν περιέκλεισαν μόνον, μηδὲν συγχωρήσαντες ἔχειν ὑψηλόν τε καὶ τῆς τῶν οὐρανῶν ἀκοσμίας ἐφάμιλλον.

Οἱ δέ γε πεφωτισμένοι διὰ πίστεως τοὺς ὀφθαλμοὺς τῆς καρδίας, ὧν καθηγητὴς καὶ διδάσκαλος ὁ μακάριος ὑπάρχει Παῦλος, ἀρετὴν ὡρίσαντο τὴν πρὸς τὸν Θεὸν ἀναπτεροῦσαν, καὶ τὰ περὶ γῆν ἐν τάξει πηδαλιουχοῦσαν. τοιγαροῦν αὐτὸς οὗτος ὁ ἐν πᾶσιν ἀοίδιμος πολλὰ μὲν ἀπηρίθμησεν ἀρετῆς εἴδη· τρία δὲ ταῦτα ἐξαίρετα ἀνεβόησε, πίστιν, ἐλπίδα καὶ ἀγάπην· ὧν ἡ μὲν πίστις, χαρίζεται τοῖς ἀνθρώποις τὰ ὑπὲρ φύσιν, τοῖς νοητοῖς ἤδη καταμιγνύσασα τὸν ἔτι φοροῦντα τὸ πολυπαθὲς τῆς ὕλης ἱμάτιον. ἃ γὰρ ἡ τῶν ἀγγέλων καὶ τῶν λοιπῶν ἀσάρκων δυνάμεων ἠγνόησε διὰ μέγεθος φύσις, τούτων τοῖς χαμαὶ βαδίζουσι, καὶ ἐπὶ γῆς κυλινδουμένοις ἀνθρώποις τὴν ἐπιστήμην χαρίζεται ἡ πίστις, προσάγουσά τε τῷ βασιλικῷ καὶ ἀσχηματίστῳ θρόνῳ, καὶ ἀκριβῆ τὴν ἔλλαμψιν ἐνιεῖσα τῆς ἀνάρχου καὶ ἀκτίστου φύσεως, τῇ τε οἰκείᾳ ἀστραπῇ, καὶ τὴν ἀχλὴν τῶν αἰσθήσεων ἀπελαύνουσα, καὶ εἴ τι παχὺ καὶ νεφῶδες τῶν τῇδε, τοῦ νοῦ ἀποστήσασα· ποιεῖ γὰρ τρανῶς ἐκεῖνα ὁρᾷν ἃ τῷ μὴ φθάνεσθαι ὁρᾶται, καὶ τῷ ἀπροσίτῳ καταλαμβάνεται. ἡ δὲ ἐλπὶς οὐκ ὀνειροπωλεῖν ἀξίως, ὡς ἄν τις εἴποι, ἀλλὰ γενναίως κρατεῖν ἐν τοῖς παροῦσι παρασκευάζει τὰ μέλλοντα· τῆς ἀναμφιβόλου πληροφορίας τὸ μήπω παρὸν τῷ χρόνῳ, ὡς ἐνεστὼς ἤδη τῷ λογισμῷ ἐγχειριζούσης, καὶ σχεδὸν τὰ προσδοκώμενα ὑπ' ὄψιν ἀγούσης· ὑπερβᾶσα γὰρ ἡ ἐλπὶς τὰ ἐμποδὼν κωλύματα, συνάπτει τὸ ποθοῦν πρὸς τὸ ἐρώμενον, τὸ παρατρέχον τοῦ χρόνου τῇ τοῦ μέλλοντος σχέσει νικῶσα· ἡ δὲ ἀγάπη τοῦ καθ' ἡμᾶς μυστηρίου ἐστὶ τὸ κεφάλαιον· αὐτὴ γὰρ τὸν Θεὸν λόγον ἐπὶ γῆς ἀεὶ παρόντα, ἐλθεῖν διὰ σαρκὸς ἐδυσώπησεν. ἑκάτερα τοίνυν ἀλλήλαις συμβαίνει· ἡ μὲν γὰρ πίστις ἔσοπτρόν ἐστιν ἀγάπης· ἡ δὲ ἀγάπη βεβαίωσις ὑπάρχει πίστεως. πιστεύομεν ὅτι ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθῶς ἐσαρκώθη, καὶ εὐσεβῶς πιστεύομεν· αὕτη γὰρ τῆς ἡμετέρας σωτηρίας ἡ κρηπίς· ἀλλὰ καὶ ἀγαπῶμεν τὸν δι' ἡμᾶς τὴν τοῦ δούλου μορφὴν λαβόντα, καὶ μήτε φύσεως τροπὴν ὑπομείναντα, μήτε προσθήκην τῇ τριάδι ἐργασάμενον. πᾶς τοίνυν χριστιανὸς ὁ μὴ πλουτῶν πίστει, καὶ ἐλπίδι, καὶ ἀγάπῃ, οὐκ ἔστιν ὃ λέγεται· ἀλλ' εἰ καὶ δοκεῖ πολλάκις δουλαγωγεῖν τὸ σῶμα, καὶ τῶν τῆς ψυχῆς παθῶν ἐλευθεριάζειν, τὴν ἠθικὴν μόνην ἀρετὴν κατορθώσας, τὸν τῆς νίκης

A vam & instabilem visibilium rerum naturam attrectantes; cum veræ contemplationis aciem aut vi temporis hebetem habeant, aut erroris vitio obcæcatam amiserint. Ajunt enim quatuor esse species virtutis, id est, justitiam, prudentiam, temperantiam ac fortitudinem: quæ licet bonæ atque honestæ esse videantur, humi tamen repunt & circa terram innatant, & longe inferiora sunt cælesti fastigio. Cum enim fortitudinem dixerint quæ adversus materiam luctatur, ac temperantiam quæ vitia passionesque superat, & prudentiam quæ in gubernatione rei publicæ plurimum pollet, justitiam præterea optimam illam æqualitatis distributionem: huic quidem vitæ, ut ipsi putabant, ordinem con-B stituerunt, cum hac definitione illam in utramque partem excessus immoderantiam repressissent; sed sublimius aliquid & præsenti vita præstantius neque cogitare, neque exprimere potuerunt; sed per obscurati cordis insipientiam, quantum in ipsis fuit, virtuti vim afferentes, eam in his tantum quæ videntur, incluserunt, nihilque illi sublime & cælesti conversationi persimile concesserunt.

III. Qui vero per fidem illuminatos habent oculos cordis, quorum instructor ac magister est beatus Paullus, virtutem definierunt esse quæ nos ad Deum evehit, & ea quæ in terris sunt, ordinate moderatur. Itaque hic ipse vir in omnibus cele-C brandus, multas enumeravit species virtutis; sed tria hæc præcipua prædicavit, fidem, spem, caritatem: ex quibus fides, quæ super naturam sunt largitur hominibus, rebus intelligibilibus admiscens eum qui adhuc materiale indumentum gestat multis passionibus obnoxium. Nam quæ angelorum reliquarumque incorporearum virtutum natura, propter excellentiam ignorat, eorum scientiam hominibus qui humi repunt & in terra volutantur, largitur fides; cum ad regalem thronum quem nullæ claudunt figuræ, perducat, & illius principio carentis & increatæ naturæ clarum splendorem immittat, suoque fulgore non modo sensuum caliginem expellat, verum etiam quidquid heic crassum D & nubilum est, a nostro intellectu discutiat: facit enim ut ea clare conspiciat, quæ eo ipso quod ad ea pertingi non potest, conspiciuntur, & eo ipso quod sunt inaccessa, comprehenduntur. Spes autem efficit non ut belle somniemus, ut ita dicam, sed ut strenue in præsentibus futura teneamus; cum firma illa certitudo id quod tempore nondum est præsens, cogitationi perinde ac si jam adesset, exhibeat, & quæ exspectantur, pæne sub aspectum perducat. Spes enim objecta impedimenta transgrediens, desiderantem cum desiderato connectit, fluxamque temporis naturam futurarum rerum comprehensione superat. Caritas vero sanctæ religionis nostræ caput est. Hæc namque Deum Verbum cum præsens jugiter esset in terris, ad nos per carnem E venire persuasit. Ambæ igitur inter se conveniunt: nam fides speculum est Caritatis, & Caritas confirmatio fidei. Credimus Deum Verbum citra passionem incarnatum, & pie credimus; hæc namque salutis nostræ fundamentum est: quin etiam diligimus eum qui propter nos formam servi suscepit, ita ut nec mutationem ullam suæ naturæ subiret, neque Trinitati accessionem faceret. Omnis itaque Christianus qui non est fide & spe & caritate dives, id non est quod dicitur: atque etiam si corpus suum in servitutem redigere videatur & ab animi passionibus esse liber, cum virtutem tantummodo moralem perfecerit, victoriæ coronam

1. Forte, λέξεων.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

στεφάνων οὐκ ἀξιοῦται, οἷα δὴ πρὸς ἐκεῖνον τῇ θεολογίᾳ μὴ φθάσας τὸν βραβευτὴν ὄντα τῶν στεφάνων.

A haud consequetur: quippe qui ad illum per agnitionem divinitatis minime pervenerit, qui coronarum est distributor.

Πίστις τοίνυν, καθὰ προέφην, πασῶν τῶν ἀρετῶν ὑπάρχουσα κεφάλαιον, φυλαττέσθω ἀνόθευτος, μηδὲν κίβδηλον ἐπαγομένη ἐκ λογισμῶν ἀνθρωπίνων· μήτε μὴν βεβήλοις [1] κενοφωνίαις ἐπιθολουμένη, ἀλλ᾽ εἴσω τῶν εὐαγγελικῶν τε καὶ ἀποστολικῶν μένουσα ὅρων· μηδενὸς τολμῶντος παρεγχειρεῖν τῇ δι᾽ ἧς ἐσώθημεν, καὶ ἣν ἐν τῷ βαπτίσματι τῇ γλώττῃ ἐχειρογραφήσαμεν· ἀποπέμπεται γὰρ τὸ ὕψος τῆς πίστεως πᾶσαν ἔφοδον θράσους καὶ τόλμαν, οὐ μόνον ἀνθρωπίνην, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ φύσεως ἀσάρκου κορυφουμένην, τοῦ μακαρίου Παύλου βοῶντος· ἐὰν ἡμεῖς ἢ ἄγγελος ἐξ οὐρανῶν εὐαγγελίσηται ὑμᾶς παρ᾽ ὃ παρελάβετε, ἀνάθεμα ἔστω. λειτουργεῖν γὰρ ἄγγελος ἐτάχθη, οὐ δογματίζειν· καὶ ἐπισφαλὲς τυγχάνει τὸ μὴ ἕκαστον ἐν οἷς ἐτάχθη, ἐμμένειν, ἀλλ᾽ ἐπιχειρεῖν τοῖς ὑπὲρ φύσιν· ὥστε εἰ καὶ τὸ τῆς φύσεως ὁ τολμῶν ἐπάγοιτο ἀξιόπιστον, ἀπαράδεκτος ἔστω ἡ καινοτομία τοῦ κηρύγματος.

IV. Fides igitur quæ omnium, sicut prædixi, virtutum est caput, sincera servetur, nihil ex humanis ratiocinationibus adulteratum admittens, neque profanis vocum novitatibus inquinata, sed intra evangelicos & apostolicos terminos consistens: ita ut nemo præter eam aliquid audiat, per quam salvati sumus, & quam in baptismate linguæ ministerio scripsimus. Nam sublimitas fidei omnem audaciæ impetum conatumque repellit, non modo humanum, verum etiam ab incorporea natura sublimi- B ter admotum, beato Paullo dicente: [a] *Si nos aut angelus de cælo evangelizaverit vobis præter id quod accepistis, anathema sit*. In ministrandi namque ordine locatus est angelus, non dogmata præscribendi: & periculosum sane est non in eo quemque ordine consistere in quo collocatus est, sed ea quæ supra naturam suam sunt aggredi. Itaque etiam si ausus naturæ suæ afferat auctoritatem, prædicationis novitas ne recipiatur.

Φυλάξωμεν τοίνυν ἀνυστάκτως ἃ παρελάβομεν, ἀμετακίνητον ἀεὶ ἐπὶ τῷ θησαυρῷ τῆς πίστεως, τὸ τῆς ψυχῆς διανοίγοντες ὄμμα. τί δὴ ἐκ τῶν γραφῶν παρελάβομεν, ἢ πάντως τοῦτο, ὅτι ὁ Θεὸς ἐδημιούργησε λόγῳ τὸν κόσμον, καὶ παρήγαγεν οὐ πρότερον οὖσαν τὴν κτίσιν· ὅτι νόμῳ φυσικῷ τὸ λογικὸν ἐτίμησε ζῶον· ὅτι δέδωκεν ἐντολὴν τῷ αὐτεξουσίῳ, ὑποδεικνὺς τὸ συμφέρον, ἵνα φύγῃ τῇ καλλίστῃ αἱρέσει τὸ βλάπτον· καὶ ὅτι ἡ ἐθελούσιος πρὸς τὸ χεῖρον τοῦ ἀνθρώπου ὁρμὴ, ἐξόριστον ἐποίησε τὸν ἀπειθῆ τοῦ παραδείσου· ὅτι διὰ πατέρων, καὶ πατριαρχῶν, καὶ νόμου, καὶ κριτῶν, καὶ προφητῶν ἐπαίδευσεν ὁ πλάστης τὴν φύσιν, καταφρονεῖν μὲν τοῦ ἁμαρτάνειν, φροντίζειν δὲ τοῦ δικαιοπραγεῖν· ὅτι τέλος ὡς ἐπεκράτει βουλομένων ἡμῶν ἡ ἁμαρτία, ὁ δὲ διάβολος δίκην τοῦ πλημμελεῖν ἀπῄτει τὴν τῆς φύσεως πανωλεθρίαν, οἷα δὴ καὶ τοῦ φυσικοῦ νόμου ἀμαυρωθέντος, καὶ τοῦ γραπτοῦ φαυλισθέντος, καὶ τῶν προφητῶν ὡς ἀνθρώπων ὑπομνησάντων τοῦ πρακτέου, ἀλλ᾽ οὐκ ἐξαρπασάντων τοῦ χείρονος· αὐτὸς ὁ Θεὸς ὁ ἀσχημάτιστος, καὶ ἄναρχος, καὶ ἀπερίγραπτος, καὶ παντοδύναμος λόγος ἐλθὼν ἐσαρκώθη· τὸ γὰρ δυνατὸν παρῆν αὐτῷ βουλομένῳ. καὶ λαβὼν τὴν τοῦ δούλου μορφὴν, ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἐτέχθη ἐκ παρθένου, πανταχοῦ βουλόμενος δεῖξαι, ὅτι κατ᾽ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· ἀναγκαίως γὰρ τῇ φύσει παρέπονται αἱ ἀρχαὶ καὶ τὰ σχήματα, καὶ τὰ πάθη. οὐδὲ γὰρ λέγει ὁ εὐαγγελιστὴς ὅτι εἰσῆλθεν εἰς τέλειον ἄνθρωπον, ἀλλ᾽ ἐγένετο σὰρξ, ἐπ᾽ αὐτὴν τὴν καταβολὴν τῆς φύσεως φθάσας, καὶ εἰς τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως ἀναδραμών. ὥσπερ γὰρ ὁ τικτόμενος κατὰ φύσιν ἄνθρωπος, οὐκ εὐθὺς τέλειος ταῖς ἐνεργείαις πρόεισιν· ἀλλ᾽ αὐτὴ ἡ καταβολὴ τῆς φύσεως, πρῶτον γίνεται σάρξ· εἶτα τῷ χρόνῳ καταμικρὸν προσλαμβάνει τὰς πρὸς ἀπαρτισμὸν τῶν αἰσθήσεών τε καὶ ἐνεργειῶν συντελούσας δυνάμεις· οὕτως ὁ Θεὸς λόγος ἐπ᾽ αὐτὴν τὴν ἀρχὴν καὶ ῥίζαν τῆς ἀνθρωπείας γενέσεως ἀναδραμὼν, πρῶτον γέγονε σὰρξ, οὐ τραπεὶς εἰς σάρκα, μὴ γένοιτο, μένει γὰρ ἡ θεότης ἀλλοιώσεως ἀνωτέρα· ἐπείπερ τὸ τρεπτὸν, παραῤῥεούσης φύσεως πάθος· τῆς δὲ ἀϊδίου καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἐχούσης τὸ ἄτρεπτον ἴδιον.

V. Igitur quæ accepimus, vigilantissime servemus, defixam semper in fidei thesauro animi aciem habentes. Quid autem a scripturis accepimus, nisi hoc prorsus, quod Deus verbo mundum condidit, & crea- C turam quæ prius non erat, produxit: quod lege naturali rationale animal honestavit: quod ejus libero arbitrio mandatum dedit, indicans quid expediret, ut optima electione quod erat noxium vitaret: quod ille etiam voluntarius hominis ad deteriora motus, contumacem expulit a paradiso: quod præterea per patres ac patriarchas, per legem & judices & prophetas ille formator naturam erudivit ut peccata respueret, justis actionibus studeret: quod postremo cum volentibus nobis peccatum dominaretur, diabolus vero in pœnam delinquendi commune naturæ totius exitium exigeret, quippe cum lex naturalis obscurata esset, & scripta contemnerentur, & quamvis prophetæ monerent utpote homines quæ facienda es- D sent, non tamen a vitio ac pernicie liberarent: tum denique Deus ipse figura carens, sine initio, incircumscriptus, & omnipotens Verbum adveniens incarnatum est: aderat enim illi posse cum vellet, & formam servi accipiens caro factum est, & natum ex Virgine: ubique volens ostendere vere se hominem factum: ipsam enim naturam necessario & initia & habitus & passiones consequuntur. Neque enim dicit evangelista in hominem jam perfectum introisse, sed carnem factum esse, ad ipsa nostræ naturæ primordia perveniens, & ad ipsa generationis initia recurrens. Sicut enim qui naturæ ordine gignitur homo, non statim perfectus ad operandum prodit, sed ipsa naturæ initia primum caro fiunt, deinde tem- E pore progrediente paullatim vires accipiunt quæ ad integritatem sensuum & operationum conferant: sic Deus Verbum ad ipsa initia radicemque generationis humanæ recurrens, primum caro factum est, non quod in carnem sit versum, absit; manet namque divinitas omni mutabilitate superior; mutatio enim, naturæ fluentis est passio: sed perennis illius ac semper eodem se habentis modo naturæ, incommutabilitas est propria.

Φαμὲν οὖν ἑκατέραις κεχρημένοι ταῖς γραφικαῖς φωναῖς, ὅτι καὶ ἐγένετο σὰρξ, καὶ ἔλαβε τὴν τοῦ

VI. Fatemur igitur utrisque scripturæ vocibus utentes, & [b] carnem factum esse, & [c] servi formam ac-

[a] Gal. I. 8. [b] Joan. I. 14. [c] Philipp. II. 7.

1. Κενοφ.] καινοφ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

δούλου μορφήν· καὶ ἑκάτερα εὐσεβῶς νοούμενα, σωτηρίας ἡμῖν τυγχάνει σπέρματα. διὰ μὲν γὰρ τοῦ, ἐγένετο, τὸ ἀδιαίρετον τῆς ἄκρας ἑνώσεως ὁ εὐαγγελιστὴς ὑπαινίττεται. ὥσπερ γὰρ ἡ μονὰς οὐκ ἂν τμηθείη εἰς μονάδας δύο· ἡ γὰρ εἰς ταῦτα διαιρουμένη, οὐκ ἂν εἴη μονὰς, ἀλλὰ δυάς· οὕτω τὸ ἓν κατὰ τὴν ἄκραν ἕνωσιν οὐκ ἂν διαιρεθείη εἰς δύο. τὸ δὲ, ἔλαβε, βοᾷ τὸ ἄτρεπτον τῆς φύσεως. ἐπειδὴ γὰρ πᾶν τὸ γινόμενον ἢ ἐξ οὐκ ὄντος γίνεται, ὡς ὁ οὐρανὸς μὴ πρότερον ὤν· ἢ ἐκ τοῦ ὑπάρχοντος ἀλλοιοῦται, ὡς τὸ Νειλῷον ῥεῖθρον ἐξ ὕδατος εἰς αἷμα μετεβλήθη· ἑκάτερα δὲ ἐπὶ τῆς θείας φύσεως ἀνάρμοστα. οὔτε γὰρ ἐξ οὐκ ὄντων παρήχθη ὁ ἀεὶ ἄναρχος, οὔτε ἐξ ὄντων ἐτράπη ὁ ἀναλλοίωτος λόγος. διὰ τοῦτο δι' ἑκατέρων καὶ τὸ B ἄτρεπτον τῆς θεότητος, καὶ τὸ ἀδιαίρετον τοῦ μυστηρίου, ἡ θεία ὑπεμφαίνουσα γραφὴ τὸ, ἐγένετο, εἶπε· καὶ τὸ, ἔλαβεν, ἐκήρυξεν, ἵνα διὰ μὲν τοῦ προτέρου τὸ ἑνικὸν τοῦ προσώπου παραστήσῃ, διὰ δὲ τοῦ ἑτέρου τὸ ἀναλλοίωτον τῆς φύσεως ἐκβοήσῃ.

Ἐγένετο τοίνυν ὁ Θεὸς λόγος, τέλειος ἄνθρωπος· οὐ κολοβώσαντος τὴν ἄτρεπτον φύσιν τοῦ ὑπὲρ ἔννοιαν θαύματος· ἀλλὰ πίστει τὸ τοιοῦτο μεμαθήκαμεν, οὐκ ἐρεύνῃ κατειλήφαμεν. καὶ γενόμενος ἄνθρωπος, σώζει τῷ ὁμοιοπαθεῖ τὸ κατὰ σάρκα ὁμόφυλον γένος· ἐκτίσας μὲν τῆς ἁμαρτίας τὸ χρέος τῷ ὑπὲρ ἁπάντων ἀποθανεῖν ὡς ἄνθρωπος· C καταργήσας δὲ τὸν τὸ κράτος ἔχοντα τοῦ θανάτου, τοῦτ' ἔστι, τὸν διάβολον, ὡς μισοπόνηρος Θεός· [1] τοῦτο νόμου τὸ δυνατὸν ὑπέδειξε διὰ τοῦ πληρῶσαι πᾶσαν δικαιοσύνην· καὶ τῇ φύσει τὴν προτέραν εὐγένειαν ἀπέδωκεν, διὰ τοῦ τιμῆσαι τῷ ἐνανθρωπῆσαι τὴν ἐκ γῆς παρ' αὐτοῦ διαπλασθεῖσαν φύσιν. εἷς τοίνυν ἐστὶν υἱός [2]. τριάδα γὰρ ὁμοούσιον προσκυνοῦντες, τέταρτον τῷ ἀριθμῷ οὐκ ἐπεισφέρομεν· ἀλλ' ἔστιν εἷς υἱὸς ὁ ἀνάρχως ἐκ πατρὸς γεννηθεὶς, δι' οὗ τοὺς αἰῶνας πιστεύομεν γεγενῆσθαι· ὁ συναΐδιος τῇ ῥίζῃ κλάδος, ὁ ἀρρεύστως ἐκ πατρὸς ἐκλάμψας· ὁ ἀχωρίστως τοῦ νοῦ προϊών τε καὶ μένων λόγος. εἰ γὰρ καὶ ἐπὶ γῆς ὤφθη, ἀλλὰ τοῦ γεννήσαντος οὐκ ἐχωρίσθη. οὗτος ἠθέλησε D σῶσαι ὃν ἔπλασε, καὶ ἔσωσέ γε, μήτραν οἰκήσας τὴν κοινὴν τῆς φύσεως πύλην· ἣν καὶ τῇ οἰκήσει εὐλογήσας, καὶ τῇ γεννήσει σφραγίσας, ἔδειξε τῷ ὑπὲρ φύσιν τόκῳ, ἑαυτὸν ὑπὲρ λόγον ἐνανθρωπήσαντα.

Οὐκ ἄλλος οὖν ὁ Χριστὸς, καὶ ἄλλος Θεὸς, ὁ Θεὸς λόγος. δύο γὰρ υἱοὺς ἡ θεία φύσις οὐκ οἶδεν. ὁ μόνος, μονογενῆ ἐγέννησεν. ἔνθα γὰρ οὐκ ἔστι συζυγία τῶν τικτόντων, ἐκεῖ οὐχ εὑρίσκεται δυὰς τῶν τικτομένων. ἐν τῷ ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ πᾶν γόνυ κάμπτει, ἐπουρανίων, καὶ ἐπιγείων, καὶ καταχθονίων. εἰ δὲ ἄλλος ἐστὶν ὁ Χριστὸς παρὰ τὸν Θεὸν λόγον, ἀναγκαίως ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, E κατὰ τὸν τῶν ἐμπλήκτων λόγον. εἰ δὲ ψιλὸς ἄνθρωπος ὁ Χριστὸς, πῶς τοῦ κατὰ φύσιν αὐτὸν προτιμᾷ τὰ οὐράνια, καὶ γονυπετεῖ τὴν ἐπωνυμίαν τοῦ ἥττονος; πῶς δὲ ἂν δεξώμεθα τὰς προφητικὰς φωνὰς βοώσας· ὁ Θεὸς ἡμῶν ἐπὶ γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη; ὀπτασίαν γάρ, φησι, τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν· καὶ συναναστροφὴν ὀνομάζει τὴν ἐπὶ καιροῦ μετὰ ἀνθρώπων πολιτείαν, ἐν ᾗ δημοσιεύων ὁ ἄφθονος τὸ παντοδύναμον ἔδειξεν, ὅτι ὡς παντοκράτωρ, καὶ ὁ

A cepisse: & utræque pie intellectæ salutis nobis sunt semina. Nam per id quod dixit, *Factum est*, individuam summæ unionis vim evangelista subindicat. Ut enim unitas dividi in duas unitates non potest; nam si dividatur, jam non erit unitas, sed dualitas: sic quod per summam unionem est unum, numquam in duo dividetur. Porro verbum, *Accepit*, naturæ immobilitatem declarat. Nam quia omne quod fit, aut ex non exsistente fit, ut cælum quod ante non erat; aut ex aliquo exstante in aliud convertitur, ut [a] Nili fluenta ex aquis in sanguinem sunt mutata: neutrum tamen divinæ naturæ congruit. Neque enim ex nullis exstantibus productus est, qui numquam initium habuit, neque ex aliquibus exstanti- B bus immutatum illud incommutabile Verbum. Ideo divina scriptura ut per utrumque verbum & immutabilitatem deitatis & mysterii individuam unitatem indicaret, *Factum est*, dixit; & verbum *Accepit* pronuntiavit, ut priore verbo unitatem personæ commendaret, altero autem immutabilitatem naturæ prædicaret.

VII. Deus igitur Verbum factus est homo perfectus; sed ita ut miraculum quod intelligentiam superat, immutabilem naturam non imminuerit: sed id fide didicimus, non inquisitione comprehendimus. Ac factus homo, cognato secundum carnem generi per id quod erat similiter passibile salutem tribuit: cum C peccati quidem debitum, tamquam homo pro omnibus mortuus, persolvisset: [b] *destruxisset* autem tamquam exsecrator mali Deus, *illum qui habebat mortis imperium, id est, diabolum*: & legem esse possibilem ostendit, omnem implendo justitiam; naturæque nostræ pristinam nobilitatem restituit, in eo quod homo factus, naturam a se de terra formatam honoravit. Unus igitur est filius: nam Trinitatem consubstantialiter cum adoremus, quarto numero non adjicimus; sed unus est filius sine initio de patre natus, [c] *per quem sæcula facta* esse credimus: ramus radici coæternus, ille ex patre citra fluxum exortus, Verbum ex illa mente [3] inseparabiliter & procedens & manens, nam etiam si [d] *in terris visus est*, D non tamen est a generante sejunctus. Hic voluit salvare quem formavit, & quidem salvavit; uterum inhabitans communem naturæ januam; quem cum sua inhabitatione benedixisset, & generatione obsignasset, partu qui supra naturam fuit, ostendit se supra rationem fuisse hominem factum.

VIII. Ergo Deus Verbum non alter est Christus, & alter Deus: duos namque filios natura divina non novit. Ille solus unigenitum genuit: ubi enim non est conjunctio generantium, ibi dualitas generatorum non invenitur. [e] *In nomine Jesu Christi omne genu flectitur, cælestium, terrestrium & infernorum.* Quod si alius est Christus præter Deum Verbum, neces- E se est purum hominem esse Christum, ut stupidi homines dicunt. Si autem purus homo est Christus, quomodo illum supra ejus naturæ conditionem cælestia venerantur, & ad inferioris nomen genu flectunt? quomodo etiam accepturi sumus prophetica oracula clamantia: [f] *Deus noster in terris visus est, & cum hominibus conversatus?* Nam visionem dicit hoc ipsum, quod est in carne manifestatus: & conversationem appellat illam ipsam ad tempus cum hominibus commorationem, in qua ille minime invidus, ut omnipotentiam suam declararet, ostendit

[a] Exod. VII. [b] Heb. II. 14. [c] Heb. I. 2. [d] Baruch. III. 38. [e] Philipp. II. 10. [f] Baruch. III. 38.

1. Τοῦτο νόμου τὸ δυνατὸν] Leg. cum Riccardo: τοῦ τε νόμου τὸ ἀδύνατον δυνατὸν ὑπέδ. & quod impossibile erat legi, (*Rom.* VIII. 3.) *possibile esse ostendit*.

2. Υἱός] Addit Riccardus, εἷς κύριος, *unus Dominus*: quod redundare videtur ex contextu.

3. Dionysius Exiguus *ineffabiliter*: legit ἀρρήτως.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

ἦν ἔμεινε δι' ἑαυτὸν, καὶ ὃ ἠθέλησε, γέγονεν δι' ἡμᾶς.

Εἰ δέ τισι σκανδάλου παραίτια γίνεται τὰ σπάργανα, καὶ ἡ ἐν φάτνῃ ἀνάκλισις, καὶ ἡ ἐν χρόνοις κατὰ σάρκα αὔξησις, καὶ τὸ καθεύδῆσαι ἐν πλοίῳ, καὶ τὸ κοπιάσαι ὁδοιπορήσαντα, καὶ τὸ πεινῆσαι ἐν καιρῷ, καὶ ὅσα τῷ κατὰ ἀλήθειαν γεγονότι συμβαίνει ἀνθρώπῳ· ἴστωσαν ὡς κωμῳδοῦντες τὰ πάθη, ἀρνοῦνται τὴν φύσιν· ἀρνούμενοι δὲ τὴν φύσιν, οὐ πιστεύουσι τῇ οἰκονομίᾳ· μὴ πιστεύοντες δὲ τῇ οἰκονομίᾳ, ζημιοῦνται τὴν σωτηρίαν. εἰ μὲν γὰρ ἐξωλίσθησεν ἀπὸ γενέσεως κόσμου εἰς τὸν βίον ἄνθρωπος, ἑτέραν παρὰ ταύτην φύσεως βαδίσας ὁδὸν, δεικνύτωσαν οἱ φιλόνεικοι, καὶ τότε τοὺς οἰκείους ὑφαινέτωσαν λήρους. εἰ δὲ αὕτη τῆς κοινῆς φύσεως ἡ ἀρχὴ, ὁ δὲ Θεὸς λόγος κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, τοῦ χάριν συνομολογοῦντες τὴν φύσιν, σκώπτουσι τὰ πάθη; θάτερον οὖν ἑκατέρων ἐπιλεξάσθωσαν, ἢ ἐπαισχυνόμενοι τὰ πάθη, ἀρνείσθωσαν τὴν φύσιν, καὶ τὰ Μανιχαίων φρονοῦντες τοῖς ἀσεβέσι συνταττέσθωσαν· ἢ εἰ προσίενται τὸ ἐκ τῆς ἐνανθρωπήσεως κέρδος, ὁμολογοῦντες τὴν φύσιν, μὴ αἰσχυνέσθωσαν τὰ τῇ φύσει συμβαίνοντα πάθη. θαυμάζω δὲ καὶ τὴν φρενοβλάβειαν τῶν [1] κενὰς ὁδοὺς ἀπάτης ἀνατεμνόντων. ἐγὼ γὰρ ἕνα εἰδώς τε καὶ διδαχθεὶς εὐσεβῶς υἱὸν, μίαν ὁμολογῶ τὴν τοῦ σαρκωθέντος Θεοῦ λόγου ὑπόστασιν. ἑνός τε ὄντος τοῦ τε τὰ πάθη ὑπομείναντος, καὶ τοῦ τὰ θαύματα πλεονεργήσαντος, τοῦ χάριν τὰ θειότερα σιωπῶντες, τὰ ἥττονα κωμῳδοῦσιν; ἵνα γὰρ πιστώσεται ὅτι Θεὸς ὢν, καὶ λόγος ὑπάρχων, καὶ μείνας ὃ ἦν γέγονε σὰρξ, καὶ βρέφος, καὶ ἄνθρωπος, μηδεμιᾶς τροπῆς τὸ μυστήριον ὑβριζούσης, ὁ αὐτὸς καὶ θαυματουργεῖ, καὶ πάσχει, διὰ μὲν τῶν σημείων τὸ εἶναι ὃ ἦν αἰνιττόμενος, διὰ δὲ τῶν παθῶν, τὸ γενέσθαι ὃ ἔπλασε πιστούμενος. ἕνα τοίνυν καὶ τὸν αὐτὸν αἰδίως τε καὶ ἐπ' ἐσχάτων σαρκωθέντα ὁμολογοῦμεν υἱὸν, μηδὲν ἐπεισάγοντες τῇ φύσει νόθον· οὐδὲν γὰρ περιττὸν ἐν τῷ θρόνῳ.

Ἀλλὰ πάντως ἐκεῖνο τὸ πολυθρύλλητόν μοι ἐροῦσι, πλέκοντες συλλογισμοὺς ἀράχνης ἀσθενεστέρους. εἰ ἡ τριὰς, φησιν, ὁμοούσιος, ἡ τριὰς ἀπαθής· ὁ δὲ Θεὸς λόγος ἐν τῇ τριάδι ὁρᾶται· καὶ ὁ λόγος ἄρα ἀπαθής. εἰ δὲ ὁ Θεὸς λόγος ἀπαθὴς, ἀριθμήσεται ὁ σταυρωθεὶς ἕτερος παρὰ τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἀπαθῆ. [3] οὕτως ἱστὸν ἀράχνης ὑφαίνουσιν οἱ ταῦτα λέγοντες, καὶ καθ' ὑδάτων γράφουσιν οἱ τὰ κενὰ ταῦτα μελετῶντες προβλήματα. φάσκοντες γὰρ εἶναι σοφοὶ, ἐμωράνθησαν, καὶ ἐσκοτίσθη ἡ ἀσύνετος αὐτῶν καρδία. λημῶν γὰρ ὀφθαλμὸς ἡλίου ἀκτῖνας καθαρῶς οὐ δέχεται, καὶ ἀσθενοῦσα διάνοια πίστεως οὐ προσίεται ὕψος. τί τοίνυν φαμὲν ἡμεῖς; ὅτι κατὰ τὸν λόγον τῆς θεότητος ἡ τριὰς ὁμοούσιός ἐστι καὶ ἀπαθής. οὐδὲ γὰρ φάσκοντες αὐτὸν πεπονθέναι, τῷ λόγῳ τῆς θεότητος φαμὲν αὐτὸν πεπονθέναι· ἀνεπίδεκτος γὰρ ἡ θεία φύσις παντὸς πάθους. ἀλλ' ὁμολογοῦντες τὸν Θεὸν λόγον τὸν ἕνα τῆς τριάδος σεσαρκῶσθαι, διδάσκομεν τὴν αἰτίαν τοῦ νοεῖν τοῖς μετὰ πίστεως ἐρωτῶσι δι' ὃ ἐσαρκώθη. ἐπειδὴ γὰρ ἠβούλετο Θεὸς λόγος καταργῆσαι τὰ πάθη, ὧν πέρας ἦν ὁ θάνατος· προσίεσθαι δὲ πάλιν τὰ πάθη ἡ ἀνόλεθρος φύσις, οὐχ οἷά τε ἦν· εἰ γὰρ πᾶν πάθος στάσις ἐστὶ, καὶ μάχη τῶν συνθέτων, περὶ δὲ τὸ ἄϋλον καὶ μόνον

A quod tamquam omnipotens, & id quod erat mansit propter se, & quod voluit, factus est propter nos.

IX. Quod si nonnullis occasionem scandali præbent fasciæ, & illa in præsepi reclinatio, & illud in tempore secundum carnem augmentum, & quod in navi dormierit, & ex itinere sit fatigatus, & esurierit in tempore, & quæcumque facto secundum veritatem homini conveniunt; noverint se dum passiones irrident, negare naturam: dumque naturam negant, non credere dispensationem: non credentes vero dispensationem, damnum facere salutis. Nam si ex quo conditus est mundus, quisquam in hanc vitam lapsus est, aliam præter hanc naturæ viam B ingressus, id ostendant qui contentiose adversantur, & tunc demum sua deliramenta contexant. Sed si hæc sunt naturæ communis initia, & Deus Verbum re vera factus est homo; cur qui naturam confitentur, passiones irrident? Alterum igitur ex duobus eligant: aut erubescentes de passionibus naturam negent, & cum Manichæis consentientes, inter impios censeantur; aut si lucrum ex incarnatione proveniens admittunt, de passionibus non erubescant quæ naturæ conveniunt. Miror autem hominum amentiam novum erroris iter ingredientium. Ego namque cum unum filium esse sciam ac pie didicerim, unam incarnati Dei confiteor [2] hypostasin. Itaque cum unus sit qui passiones pertulit & qui miracula perfecit; cur diviniora reticentes, humiliora per jocum irrident? Ut enim fidem faceret, se, cum Deus esset ac Verbum exsisteret, permanendo quod erat, fa- C ctum esse carnem, & infantem, & hominem, tanto sacramento nulla mutatione violato; idem ipse perficiebat miracula, & sustinebat passiones, per signa quidem se mansisse quod erat significans, per passiones autem id se factum esse quod formaverat, confirmans. Unum igitur & eumdem filium confitemur, & sempiternum, & in novissimis temporibus incarnatum, divinæ naturæ nihil adulterinum adjicientes: nihil enim supervacuum est in illo throno.

X. Sed illud prorsus multorum sermone vulgatum dicent, & syllogismos aranearum telis infirmiores texent: Si Trinitas est ejusdem essentiæ, profecto D Trinitas est impassibilis: sed Deus Verbum in Trinitate spectatur: Verbum igitur est impassibile. Quod si Deus Verbum est impassibile, colligitur ergo crucifixum alium esse præter Deum Verbum quod est impassibile. Vere [a] *telam araneæ texunt* qui hæc dicunt, & scribunt in aquis, qui has inanes propositiones meditantur. [b] *Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & obscuratum est insipiens cor eorum.* Nam lippus oculus solis radios non recipit, & mens infirma sublimitatem fidei non admittit. Quid igitur nos ad ista dicimus? Nimirum quod ad rationem attinet divinitatis, consubstantialem & impassibilem esse Trinitatem: neque enim cum Verbum dicimus passum fuisse, ratione divinitatis passum E dicimus: natura namque divina nullam recipit passionem. Sed confitentes Deum Verbum unam Trinitatis personam incarnatam, iis qui cum fide sciscitantur, caussam afferimus intelligendi quare sit incarnatus. Nam quia Deus Verbum passiones destruere volebat quarum finis mors erat, & immortalis illa natura passiones in se admittere non poterat: si enim omnis passio compositarum rerum pugna est atque seditio, in immateriali autem &

a Isa. LIX. 5. sec. LXX. *b* Rom. I. 21. 22.

1. Κενάς] Dionysius, καινάς.
2. Quod Cyrillus dicit. *Una natura Dei Verbi incarnata*, & item Athanasius, hoc iste dicit, *Una hypostasis*.
3. Οὕτως] ὄντως.

οὐδεμία σύνθεσις, οὐκ ἄρα ἐκεῖ ἔφθανε πάθος, ἔνθα οὐδὲ σύνθεσις τυγχάνει. βουληθεὶς τοιγαροῦν τὰ τυραννοῦντα τὴν λογικὴν σάρκα πάθη καταργῆσαι, καθὰ προέφημεν, ὧν ἀκρόπολις ὑπῆρχεν ὁ θάνατος, σαρκοῦται ἐκ παρθένου ὡς οἶδεν ὁ Θεὸς λόγος· καὶ σχηματίζεται ὡς ἄνθρωπος· τοῦτο γὰρ ηὐδόκησε· καὶ κενοῖ ἑαυτὸν ἐν δούλου μορφῇ, μηδεμίαν τῆς θεότητος περιγραφὴν ὑπομείνας· καὶ οὕτω σώζει πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος· ἐν τῇ σαρκὶ μὲν αὐτοῦ καταργήσας τὰ πάθη· φυλάξας δὲ αὐτοῦ ἀπαθῆ τὴν θεότητα.

A singulari substantia nulla est compositio: non igitur eo pertingit passio, ubi non est compositio. Volens igitur, ut prædiximus, destruere passiones quæ rationalem carnem opprimebant, quarum summa arx erat interitus, incarnatur ex virgine, ut novit ipse Deus Verbum; & [a] habitu formatur ut homo, id enim ipsi placuit; & exinanit semet ipsum in forma servi; nullam suæ deitatis circumscriptionem admittens: & hoc modo salutem universo hominum generi tribuit; in sua quidem carne passiones destruens, sed suam deitatem servans impassibilem.

Διὰ τοῦτο καὶ ὁ Γαβριὴλ εὐαγγελιζόμενος τὴν τοῦ τεχθέντος αὐθεντίαν καὶ δύναμιν, ἐβόα πρὸς τὴν Μαριάμ· αὐτὸς γάρ, φησι, σώσει τὸν λαὸν αὐτοῦ ἀπὸ τῶν ἀνομιῶν αὐτῶν. λαὸς δὲ οὐκ ἂν εἴη ἀνθρώπου, ἀλλὰ Θεοῦ. οὐδ᾽ ἂν ἀπαλλάξειε τὸν κόσμον ἁμαρτημάτων ὁ μετὰ φθορᾶς εἰσπηδήσας εἰς τὸν βίον, καὶ τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως οὐκ ἐσχηκὼς ἀκατηγόρητον. ἀλλὰ ἀναγκαίως ὁ αὐτὸς Θεός τε ὢν καὶ ἄνθρωπος, οὐ διαιρούμενος εἰς δύο, ἀλλὰ μένων εἷς, διὰ μὲν τοῦ ἐκ γυναικὸς γεννηθῆναι, δεικνὺς ὅτι ἄνθρωπος· διὰ δὲ τοῦ ἀσυνδυάστως, καὶ φυλάξει τὴν τεκοῦσαν παρθένον, μαρτυρούμενος ὅτι ἐστὶ Θεός. ἔσωσε τὸν [1] κόσμον Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, ἐλθὼν ἐπὶ γῆς καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς. εἰ δὲ ὁ Χριστὸς ψιλός ἐστιν ἄνθρωπος, καὶ οὐκ αὐτὸς ὁ Θεὸς λόγος, πῶς ἔκτισε τὰ πάντα ἐν ἀρχῇ τότε οὐκ ὤν; εἰ γὰρ μεταγενέστερος τῆς δημιουργίας ὁ ἄνθρωπος, εὔδηλον ὡς τοῖς πρὸ αὐτοῦ τὴν γένεσιν οὐκ ἐχαρίσατο ὁ Χριστὸς, οἷα δὴ μεταγενέστερος προαχθεὶς ὡς ψιλὸς ἄνθρωπος. πῶς οὖν Παῦλος ἐβόα· εἷς κύριος Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς, δι᾽ οὗ τὰ πάντα; εἰ γὰρ διὰ Χριστοῦ τὰ πάντα, εὔδηλον ὅτι Χριστὸς Θεός ἐστι λόγος· τοῦ εὐαγγελιστοῦ βοῶντος· ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος, καὶ ὁ λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ λόγος. οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. πάντα δι᾽ αὐτοῦ ἐγένετο. εἰ τοίνυν ὁ εὐαγγελιστὴς βοᾷ, ὅτι διὰ τοῦ λόγου τὰ πάντα ἐγένετο· καὶ ὁ Παῦλος τοῦτο ἑρμηνεύων λέγει, εἷς κύριος Ἰησοῦς Χριστὸς δι᾽ οὗ τὰ πάντα. εὔδηλον ὅτι Χριστὸς Θεός ἐστι λόγος.

XI. Hanc ob caussam cum Gabriel nascentis auctoritatem ac potentiam annuntiaret, dixit ad Ma-
B riam: [b] *Ipse enim salvum faciet populum suum a peccatis eorum.* Populus autem non hominis, sed Dei est: neque mundum a peccatis liberare potest quisquis in hanc vitam per corruptionem intraverit, & non habuerit expers culpæ nativitatis exordium. Sed necessario idem cum Deus & homo esset, non in duo divisus, sed unus permanens; per id quod ex muliere natus est, se hominem esse demonstravit; per id autem quod sine conjunctione natus & quod matrem virginem servavit, quod Deus esset, declaratus est. Salvavit mundum Jesus Christus, ubi [c] *venit in terras, & cum hominibus conversatus est.* Quod si Christus purus homo est, & non ipse Deus Verbum; quomodo in principio creavit omnia, qui tunc,
C ut ipsi dicunt, non erat? Nam si postremus in creaturis homo fuit, liquet, iis quæ ante illum fuerant, creationem largiri non potuisse Christum, quippe qui ut purus homo posterius productus fuit. Quomodo igitur Paullus ait: [d] *Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia?* Nam si per Christum omnia, liquet Christum Deum esse Verbum, evangelista testante: [e] *In principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum, & Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt.* Si igitur evangelista dicit, omnia esse per Verbum facta, & hoc ipsum beatus Paullus interpretans ait, *Unus Dominus Jesus Christus per quem omnia*; liquet Christum esse Deum Verbum.
D

Εἰ δὲ προφέροιεν τὰς ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς φωνὰς, ἐν αἷς κέκληται ἄνθρωπος, τοῦ Πέτρου λέγοντος· Ἰησοῦν τὸν ἀπὸ Ναζαρὲτ ἄνδρα [2]· καὶ τοῦ Παύλου λέγοντος, ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, πίστιν παρασχών· καὶ αὐτοῦ τοῦ δεσπότου περὶ ἑαυτοῦ λέγοντος· τί με ζητεῖτε ἀποκτεῖναι ἄνθρωπον; ἴστωσαν ὡς ἢ διὰ νωθείαν ἀπελείφθησαν τῆς γραφικῆς ἐννοίας, ἢ διὰ πονηρίαν πρὸς τὴν ἑαυτῶν μοχθηρίαν διαστρέφουσι τὰ καλῶς γραφέντα. καὶ ἄνθρωπος γάρ ἐστι κατὰ ἀλήθειαν ὁ Χριστός· ἀλλὰ τοῦτο γέγονεν, οὐ πρότερον ὢν εἰ μὴ μόνον Θεός. ὥσπερ γὰρ Θεὸς οὐ κτιστὸς, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ ἄνθρωπος οὐ φανταστός· καὶ ὥσπερ τῷ πατρὶ κατὰ τὴν θεότητα ὁμοούσιος, οὕτως ὁ αὐτὸς καὶ τῇ παρθένῳ κατὰ τὴν σάρκα ὁμόφυλος, πανταχοῦ τῆς ἀληθείας τοῦ μυστηρίου προλαμπούσης, καὶ πάσης ἀπάτης σχολαζούσης. εἰ δὲ μὴ ἔτεκε Θεὸν ἡ παρθένος, οὐδὲ πολλοῦ θαύματος ἀξία ἡ ἄφθορος. πολλαὶ γὰρ καὶ ἄλλαι γυναῖκες ἐκαρποφόρησαν τῷ βίῳ δικαίους. εἰ δὲ προφητῶν γλῶσσαι τὸ ἄρρητον προαυλίζουσαι μυστήριον, βοῶσιν· ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱὸν, καὶ καλέ-


XII. Quod si voces proferunt ex divinis litteris, in quibus homo est appellatus, cum dicat Petrus [f]: *Jesum a Nazareth, virum approbatum a Deo:* & Paullus adserat [g]: *In viro in quo statuit, fidem præbens omnibus:* & ipse Dominus de se fateatur [h]: *Quid me quæritis interficere hominem?* noverint se aut per segnitiem non assequi scripturæ intelligentiam, aut per malitiam quæ bene scripta sunt, ad suam improbitatem pervertere. Nam & homo est re vera Christus; sed hoc factus est, cum prius non esset nisi tantummodo Deus. Sicut enim Deus est non creatus, sic idem quoque homo est non imagi-
E natione fictus: & quemadmodum Patri secundum divinitatem consubstantialis, sic idem ipse matri secundum carnem cognatus; ita ut ubique veritas mysterij præfulgeat, omnique deceptionis fraus remota sit. Quod si Virgo non Deum genuit, nec magno digna erit illa inviolata miraculo: multæ siquidem & aliæ mulieres justos homines huic sæculo protulerunt. Si autem prophetarum voces mysterium adeo ineffabile præcinentes clamant [i]: *Ecce virgo in utero habebit, & pariet filium; & vocabunt nomen ejus*

a Philipp. II. 7. b Matth. I. 21. c Baruch. III. 38. d I. Cor. VIII. 6. e Joan. I. 1-3. f Act. II. 22. g Act. XVII. 31. h Joan. VIII. 40. i Isa. VII. 14.

1. Ἔσωσε κ. τ. λ.] Dionysius legit, ἔσωσε τὸν λαὸν αὐτοῦ· τίς; Ἰησοῦς. Vertit enim: *Salvum fecit populum suum: quis? Jesus Christus qui venit in terras.* Et sic edidit Riccardus.

2. Ἄνδρα] Addit Riccardus, ἀπὸ τοῦ Θεοῦ ἀποδεδειγμένον εἰς ὑμᾶς: quæ reliqui editi omittunt.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



σουσι τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἐμμανουήλ· ὃ ἑρμηνεύων ὁ Γαβριὴλ, φάσκει, μεθ' ἡμῶν ὁ Θεός· τοῦ χάριν διὰ τὴν τοῦ τεχθέντος συγκατάβασιν, τὴν δόξαν τῆς τεκούσης περικόπτουσι; ἀλλ' ἀντιτιθέασι πάντως τοῦτο· πᾶν τὸ τικτόμενον, φασιν, ὁμόφυλον ὑπάρχει τῇ τικτούσῃ. εἰ τοίνυν ἄνθρωπος ἡ τεκοῦσα, ἄνθρωπος ἀναγκαίως καὶ ὁ τεχθείς. εὐλόγως φατὲ ὦ οὗτοι· ἀλλὰ τὸ ὁμόφυλον τίκτει ἡ ὠδίνουσα, ὅταν κατὰ φύσιν προβαίη ὁ τόκος· φυσικοῦ δὲ τόκου τὸ προοίμιον φθορά· ἐπειδὴ καὶ μίξις προηγεῖται τῆς φθορᾶς· ἐνθάδε δὲ τῆς ὕβρεως ταύτης, οὐδὲ ἔννοια, ἀλλὰ ἐσχεδιάσθη ὑπὲρ λόγον τὸ θαῦμα· ὅπου ὑπὲρ φύσιν ὁ τόκος, ἐκεῖ ὁ τεχθεὶς, Θεός. ὁμολογοῦμεν τοίνυν τὸν αὐτὸν, καὶ τὸν κόσμον παραγαγόντα, καὶ τὸν νόμον δεδωκότα, καὶ ἐν προφήταις ἐμπνεύσαντα, καὶ ἐπ' ἐσχάτου σαρκωθέντα, καὶ τοὺς ἀποστόλους εἰς σωτηρίαν ἐθνῶν τε καὶ λαῶν ἁλιεύσαντα.

Φύγωμεν οὖν τοὺς θολεροὺς καὶ βορβορώδεις τῆς ἀπάτης ῥύακας, τὰς θεομάχους λέγω αἱρέσεις· τὴν Ἀρείου μανίαν διαιροῦσαν τὴν ἀμέριστον τριάδα· τὴν Εὐνομίου τόλμαν, περικλείουσαν τῇ γνώσει τὴν ἀκατάληπτον φύσιν· τὴν Μακεδονίου λύσσαν, χωρίζουσαν τῆς θεότητος τὸ ἀχωρίστως ἐκπορευόμενον πνεῦμα· καὶ τὴν νεότευκτον ταύτην καὶ καινὴν βλασφημίαν, τὴν τὸν Ἰουδαϊσμὸν κατὰ πολὺ εἰς βλασφημίαν νικῶσαν. οἱ μὲν γὰρ τὸν ὄντα υἱὸν ἀθετοῦσι, ζημιοῦντες τὴν ῥίζαν τοῦ κλάδου· οἱ δὲ, τῷ ὄντι καὶ ἕτερον ἐπεισάγουσι, στηλιτεύοντες ὡς πολύγονον τὴν ἀκήρατον φύσιν. εἴπωμεν οὖν μετὰ Παύλου· Χριστός ἐστιν ἡ εἰρήνη ἡμῶν, ὁ ποιήσας τὰ ἀμφότερα ἕν. Ἰουδαῖον γὰρ καὶ Ἕλληνα διὰ τοῦ βαπτίσματος εἰς ἕνα καινὸν ἔκτισεν ἄνθρωπον, ἑνώσας τῇ δυνάμει τὰ τῆς πολιτείας διεστῶτα. φριττέτωσαν τὴν κατάκρισιν οἱ νεωτεροποιοὶ εἰς ἀσέβειαν· εἴ γε τὰ μὲν διεστῶτα εἰς συμφωνίαν ἡνώθη· ὁ δὲ ἑνώσας εἰς δυάδα, τό γε ἐπ' αὐτοῖς, διῃρέθη.

Ἀλλὰ λοιπὸν τὸ μῆκος τῶν λόγων παρεὶς, ἐπὶ τὴν συντομίαν ἐλεύσομαι τοῦ ὀρθοῦ δόγματος. εἴ τις θέλει γνῶναι κατὰ ἀλήθειαν ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ εἷς καὶ μόνος υἱός· ὁ πρὶν τὸν Ἀβραὰμ γενέσθαι ὢν, καὶ ἐπ' ἐσχάτων προκόψας σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ κατὰ σάρκα· ἔχει γὰρ ἀεὶ ἡ θεότης αὐτοῦ τὸ τέλειον· ἐρωτάτω Παῦλον, καὶ αὐτὸς βροντήσει τὴν εὐσέβειαν, δεικνὺς ὅτι καὶ ἐξ Ἰουδαίων προελθὼν τὸ κατὰ σάρκα Θεὸς ὑπάρχει προαιώνιος. φάσκων γὰρ περὶ τῶν Ἰουδαίων, καὶ σεμνύνων τὸ ἀχάριστον καὶ θεομάχον ἔθνος διὰ τὴν ῥίζαν τὸν Ἀβραὰμ καὶ τὸ σπέρμα τὸν δεσπότην Χριστὸν, οὕτως λέγει· ὧν φησιν ἡ υἱοθεσία. ἐβόα γὰρ Θεὸς ἐν προφήταις· υἱὸς πρωτότοκός μου Ἰσραήλ. καὶ ἡ δόξα [μου·] ἄμετρον γὰρ προσῳδεῖε δόξαν τοῖς τροφαρουμένοις τὰ ἐπάλληλα θαύματα. καὶ αἱ διαθῆκαι, αἳ πρὸς τὸν Ἀβραὰμ τὸ πλῆθος καὶ τὴν εὐλογίαν παρεγγυῶσαι. καὶ ἡ νομοθεσία· ἡ ἐν ὄρει δακτύλῳ Θεοῦ γραφεῖσα. * καὶ αἱ ἐπαγγελίαι. ἥ τε γῆ τῆς Παλαιστίνης, καὶ τὸ διὰ σπέρματος τοῦ Ἀβραὰμ εὐλογηθῆναι πάντα τὰ ἔθνη. ὧν οἱ πατέρες, οἱ ἐν τῇ νυκτὶ τῆς πλάνης ἀνατείλαντες, ὡς πίστεως φωστῆρες. καὶ ἐξ ὧν ὁ Χριστός. καὶ οὐκ ἔστη μέχρι τούτων Παῦλος· οὐδὲ γὰρ ἀφ' οὗ ὁ ἐκ Μαρίας τόκος, ἔκτοτε τοῦ ἀνάρχου λόγου ἡ ὕπαρξις, ἀλλ' εὐθὺς ἐπήγαγε τὸ, κα-

Emmanuel: quod interpretatus est Gabriel, dicens, [a] *Nobiscum Deus*; cur propter nascentis inclinationem, gloriam parientis amputant? Sed prorsus illud opponent ac dicent: Omne quod nascitur, ejusdem generis est cum generante: si igitur homo est quæ genuit, necesse est hominem quoque esse qui ex ea natus est. Recte quidem dicitis: sed tunc pariens ejusdem generis partum edit, cum secundum naturam progreditur partus: naturalis autem partus exordium corruptio est, quia commixtio quoque corruptionem præcedit: heic vero cum hujus injuriæ ne cogitatio quidem fuerit, sed miraculum supra rationis captum effectum sit; ubi supra naturam est partus, ibi qui nascitur, Deus est. Confitemur igitur eumdem & mundum condidisse, & legem dedisse, prophetas quoque inspirasse, & in novissimis temporibus incarnatum, & Apostolos ad salutem gentium & populorum expiscatum fuisse.

XIII. [1] Fugiamus igitur turbidos & cœnosos deceptionum rivos, hæreses inquam cum Deo pugnantes: Arii insaniam dividentem indivisam Trinitatem: Eunomii audaciam, quæ intra cognitionis nostræ terminos naturam incomprehensibilem includit: Macedonii rabiem, quæ Spiritum inseparabiliter procedentem a deitate sejungit: hanc quoque nuper fabricatam novamque blasphemiam, quæ Judaismum, quod ad blasphemiæ magnitudinem, longe superat. Illi namque dum eum qui Filius est, reprobant, ramo radicem privant: hi vero ultra hunc qui est Filius, alium adjicientes, intemerabilem naturam tamquam multigenam denotant. Dicamus ergo cum Paullo: [b] *Christus est pax nostra, qui fecit utraque unum.* Nam Judæum & Græcum per baptismum in unum novum hominem condidit, uniens potentia quæ conversatione diffidebant. Horreant damnationem novæ impietatis auctores: siquidem cum diffidentia in unam concordiam unita sint, is qui univit, quantum in illis fuit, in duo est divisus.


XIV. Sed jam omissa sermonis longitudine, ad compendium veri dogmatis veniam. Si quis cupit vere cognoscere illum esse unum ac solum Filium, [c] qui est *ante quam Abraham fieret*, & in novissimis [d] *proficiebat ætate ac sapientia* secundum carnem; (nam ejus divinitas semper est perfecta) interroget Paullum qui pietatem personabit, ostendens [e] eum etiam postquam ex Judæis secundum carnem exstitit, Deum esse ante sæcula. Cum enim de Judæis loqueretur, & ingratam illam Deoque rebellem gentem, propter Abraham gentis radicem & ejus semen Christum Dominum, collaudaret, sic dixit: [f] *Quorum est adoptio filiorum:* (clamabat enim Deus per prophetas: [g] *Filius meus primogenitus Israel.*) *& gloria*: (nam iis quos Deus tamquam nutrix gestabat, immensam gloriam assidua miracula conferebant.) *& testamenta*, per quæ ipsi Abraham multiplicatio & benedictio est promissa: *& legislatio*, illa in monte digito Dei scripta: [2] *& obsequium*; quo divino cultui serviebant: *& promissa*, tum illa terra Palæstinæ, tum omnes gentes per semen Abrahæ benedicendæ: [h] *quorum patres*, qui in erroris nocte tamquam fidei luminaria sunt exorti: *& ex quibus Christus*. Neque vero huc usque stetit beatus Paullus: non enim ex quo fuit ille ex Maria partus, ex eo cœpit Verbi principio carentis initium; sed mox intulit, *se-*

a Matth. I. 23. b Ephes. II. 14. c Joan. VIII. 58. d Luc. II. 52. e Rom. IX. 5. f Ibid. ℣. 4. g Exod. IV. 22. h Rom. VIII. 5.

1. *Fugiamus* cet.] Hæc & sequentia recitantur in collatione V. concilii Constantinopolitani II. edit. Ven-Labb. tom. VI. pag. 78.

2. *Et obsequium quo — serviebant*] Hoc non est in Græco, sed in Dionysio: & certe requiritur. καὶ λατρεία, δι' ἧς Θεῷ ἐλάτρευον: quæ in textum intulit Riccardus.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438



τὰ σάρκα, ἵνα ὑποσημαίνηται τὴν κατὰ σάρκα φανέρωσιν. ἀλλ᾽ οὐ [1] κατὰ τὴν θεότητα γέννησιν. τίς μὲν οὖν ἐστιν οὗτος ὁ Χριστὸς ὁ ἐκ παρθένου γεννηθεὶς, ὁ ἐν σπηλαίῳ χωρηθεὶς, ὡς οἶδεν, ὁ ἐν φάτνῃ [2] ἀνακληθεὶς, ὁ τῷ χρόνῳ κατὰ σάρκα αὐξήσας, ὁ μέχρι τῶν κατωτάτω τῆς γῆς καταβὰς, ὁ πάντα τὰ τῆς σαρκὸς ὑπομείνας, ἵνα πιστώσηται, ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος, ὁ οὐκ ἄλλος ὢν παρὰ τὸν καταβάντα, ἀλλ᾽ αὐτὸς ὢν καὶ ὁ καταβὰς, καὶ ἀναβάς. οὐ γὰρ ἀνέβη πρότερον, ἀλλὰ κατέβη, οἷα δὴ οὐκ ἐκ προκοπῆς Θεὸς, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δι᾽ εὐσπλαγχνίαν ἄνθρωπος. τούτου γὰρ ἐδεόμεθα. μὴ παρ᾽ ἐμοῦ μάθῃς ἢ παρ᾽ ἄλλου τινὸς, ἀλλὰ παρὰ Παύλου τοῦ παρὰ πατρὸς ἐν ἀποκαλύψει μαθόντος τὸν υἱὸν, καὶ φάσκοντος, ὅτι δὲ εὐδόκησεν ὁ Θεὸς ὁ ἀφορίσας με ἐκ κοιλίας μητρός μου, καὶ καλέσας διὰ τῆς χάριτος αὐτοῦ ἀποκαλύψαι τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν ἐμοί. οὗτος γάρ σε διδάξει ἀληθῶς τίς ἐστιν ὁ Ἰησοῦς ὁ Χριστὸς βοῶν· ἐξ ὧν ὁ Χριστὸς τὸ κατὰ σάρκα, ὁ ὢν ἐπὶ πάντων Θεὸς εὐλογητὸς εἰς τοὺς αἰῶνας. ποίαν παρείσδυσιν συκοφαντίας οὐκ ἀποτειχίζει τὰ Παύλου ῥήματα τοῖς φιλολοιδόροις; εἶπεν αὐτὸν Χριστὸν, ἵνα δείξῃ ὅτι κατὰ ἀλήθειαν γέγονεν ἄνθρωπος· εἶπεν αὐτὸν ἐξ Ἰουδαίων τὸ κατὰ σάρκα, ἵνα δείξῃ ὅτι οὐκ ἀφ᾽ οὗ ἐσαρκώθη ἔκτοτε μόνον ὑπάρχει· εἶπεν αὐτὸν ὄντα, ἵνα ἄναρχον βροντήσῃ· εἶπεν αὐτὸν ἐπὶ πάντων, ἵνα τῆς κτίσεως δεσπότην κηρύξῃ· εἶπεν αὐτὸν Θεὸν, ἵνα μὴ πρὸς τὰ πάθη καὶ τὸ σχῆμα δελεασθέντες, τὴν ἀνώλεθρον αὐτοῦ ἀρνησώμεθα φύσιν· εἶπεν αὐτὸν εὐλογητὸν, ἵνα ὡς παντοκράτορα προσκυνήσωμεν, ἀλλ᾽ οὐχ ὡς σύνδουλον συκοφαντῶμεν· εἶπεν αὐτὸν εἰς τοὺς αἰῶνας, ἵνα δείξῃ ὅτιπερ ὁ λόγῳ τούτους δημιουργήσας, ἀϊδίως ἐν αὐτοῖς θεολογεῖται.

Ἔχοντες οὖν τὸν Χριστὸν καὶ ὄντα Θεὸν, καὶ εὐλογητὸν, αὐτῷ προσκυνήσωμεν λέγοντες πρὸς τοὺς ἑτεροδόξους· εἴ τις πνεῦμα Χριστοῦ οὐκ ἔχει, οὗτος οὐκ ἔστιν αὐτοῦ. ἡμεῖς δὲ νοῦν Χριστοῦ ἔχομεν· διὸ καὶ προσδεχόμεθα τὴν δόξαν τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ· ὃς ἀποδώσει τοῖς μὲν εὐσεβοῦσι, τὰ τῆς δόξης ἔπαθλα· τοῖς δὲ ἀθετοῦσι, τὰ τῆς τόλμης ἐπίχειρα. ταῦτα δὲ πρὸς τὴν ὑμετέραν ἐπεστείλαμεν ἀγάπην, ἐκ τῶν ὑμετέρων προτραπέντες λιβέλλων, ὧν πρὸς ἡμᾶς διεπέμψασθε, φήσαντες λυμεῶνάς τινας καὶ τερατολόγους ἀνθρώπους ἑαυτοὺς ἐπεισφρῆσαι τῇ ὑμετέρᾳ χώρᾳ βουλομένους διὰ πονηρῶν γραμμάτων καὶ τῶν ἀντιθέσεων τῆς ψευδωνύμου γνώσεως διαστρέφειν τὸ ἁπλοῦν καὶ ἀμαγγάνευτον τῆς ὀρθοδόξου πίστεως κάλλος· ἀλλὰ τὰ τοῦ μακαρίου Παύλου καὶ πάλιν φημὶ πρὸς ὑμᾶς· βλέπετε μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς φιλοσοφίας [3] καὶ κενῆς ἀπάτης, κατὰ τὴν παράδοσιν τῶν εἰκαιοβούλων ἀνθρώπων, καὶ οὐ κατὰ Χριστόν. θεμέλιον γὰρ ἄλλον οὐδεὶς δύναται θεῖναι εὐσεβοῦς πίστεως παρὰ τὸν κείμενον, ὅς ἐστιν Ἰησοῦς Χριστός. στήκετε τοίνυν ἐν ἑνὶ πνεύματι, μιᾷ ψυχῇ συναθλοῦντες τῇ πίστει τοῦ εὐαγγελίου· καὶ μὴ πτυρόμενοι ἐν μηδενὶ ὑπὸ τῶν ἀντικειμένων, ἀλλὰ φυλάττοντες τὰς παραδόσεις ἃς παρελάβετε τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων τῶν ἐν Νικαίᾳ τὴν ὀρθόδοξον πίστιν ἐκθεμένων, καὶ τῶν περὶ τὸν ἅγιον καὶ μακάριον Βασίλειον καὶ Γρηγόριον, καὶ τῶν λοιπῶν τῶν αὐτοῖς ὁμοφρόνων, ὧν τὰ ὀνόματα ἐν βίβλῳ ζωῆς. πᾶσαν τὴν σὺν ὑμῖν ἀδελφότητα, ἐγώ τε καὶ οἱ σὺν ἐμοὶ προσαγορεύομεν.

cundum carnem; ut manifestationem illam factam in carne, non generationem secundum divinitatem indicaret. Quisnam igitur Christus hic sit ex Virgine natus, hic in spelunca, ut ipse novit, collocatus, hic in præsepi reclinatus, hic tempore secundam carnem auctus, hic qui usque ad infimas partes terræ descendit, hic qui omnia quæ carnis sunt, subiit, ut fidem faceret vere se hominem factum fuisse; hic qui non alius est ab eo qui descendit, sed [a] *qui descendit, ipse est & qui ascendit*: non enim prius ascendit, sed descendit; utpote qui non secundum progressionem Deus est, absit, sed propter suam misericordiam homo: nam hac re indigebamus: hic inquam quinam sit, noli a me aut ab alio aliquo discere, sed a beato Paullo, qui Filium ab ipso Patre per revelationem didicit, ac dixit: [b] *Cum autem placuit Deo, qui segregavit me ex utero matris meæ, & vocavit per gratiam suam, ut revelaret Filium suum in me.* Is namque quinam sit Jesus Christus, vere te docebit, clamans: [c] *Ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in sæcula.* Quem aditum calumniæ hæc beati Paulli verba iis qui conviciari student, non obstruant? Dixit eum *Christum*, ut ostenderet, vere hominem factum: dixit eum *ex Judæis secundum carnem*, ut indicaret non ex quo incarnatus est, ex eo esse cœpisse: dixit, qui est, ut initium non habere declararet: dixit eum *super omnia*, ut creaturæ totius esse Dominum prædicaret: dixit ipsum *Deum*, ne illius passionibus & habitu decepti, immortalem ejus naturam negemus: dixit *benedictum*; ut eum tamquam omnipotentem adoremus, non tamquam conservum calumniemur: dixit eum *in sæcula*, ut ostendat, qui ea sæcula verbo condidit, perpetuo in ipsis ut Deum prædicari.

XV. Cum igitur habeamus Christum & Deum esse, & benedictum, ipsum adoremus; dicamusque adversus eos qui aliter sentiunt: [d] *Si quis Spiritum Christi non habet, hic non est ejus.* [e] *Nos autem sensum Christi habemus*: adeoque [f] *exspectamus gloriam magni Dei & Salvatoris nostri Jesu Christi*, [g] qui reddet his quidem qui pie sentiunt, suæ fidei præmia: iis autem qui eum reprobant, suæ audaciæ mercedem. Hæc vestræ caritati direximus, vestris permoti libellis quos ad nos misistis, significantes, pestiferos quosdam homines ac verborum portenta proferentes in vestram regionem irruisse, studentes perversis scriptis & [h] *oppositionibus falsi nominis scientiæ* simplicem ac puram rectæ fidei speciem pervertere. Sed ego vos iterum beati Paulli verbis admoneo. [i] *Videte ne quis vos decipiat per philosophiam & inanem fallaciam secundum traditionem* nugacium *hominum*, *& non secundum Christum.* [k] *Fundamentum enim aliud* piæ fidei *nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Jesus.* State igitur in uno spiritu, unanimes collaborantes fidei evangelii: & in nullo terreamini ab adversariis; sed custodite traditiones quas accepistis a sanctis ac beatis patribus qui apud Nicæam rectam fidem ediderunt, & a sanctis ac beatis viris Basilio & Gregorio, & reliquis qui cum illis eadem senserunt, [l] *quorum nomina sunt in libro vitæ.* Omnem vobiscum fraternitatem ego & qui mecum sunt, salutamus.

a Ephes. IV. 10. b Gal. I. 15. c Rom. IX. 5. d Rom. VIII. 9. e I. Cor. II. 16. f Tit. II. 13. g Rom. II. 6-8. h I. Tim. VI. 20. i Coloss. II. 8. k I. Cor. III. 11. l Philipp. IV. 3.

1. Κατὰ τὴν θεότ.] Forte, τὴν κατὰ θεότητα. Et sic Riccard.
2. Ανακληθεὶς] Forte, ἀνακλιθεὶς.
3. Καὶ κενῆς ἀπάτ.] Vide sis Cotelerium *Monum. eccl. Græc.* tom. III. pag. 635. & Millium in N. Test. Gr. ad *Coloss.* II. 8.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

* EPISTOLA III.

PROCLUS *episcopus Constantinopolitanus ad Joannem episcopum Antiochiæ*.

I. ARbitror te cognoscere, religiosissime, [1] magis vero certe scio, non quamlibet a Deo colligere mercedem eos, qui indormitabili mentis oculo ecclesiasticis invigilant necessitatibus, nocte dieque procurare & consulere, quatenus bene quidem regatur omne quantum populi familiariter conjunctum est, & a reprobis zizaniis pura sit orthodoxa fides: providentiam vero mereatur hoc, quod secundum præsumtionem interim adversariorum, habet morbum, [2] ut in eumdem sensum & obedientiam transferatur, maxime divina clamante scriptura: [a] *Qui eduxit dignum ab indigno, sicut os meum erit*. Si enim negligere proximos labentes ad deteriora, & socordia præpositi rapinam factos [3] faucibus lupi voracis hominum irrecusabilis damnationis experimentum minitatur dormitanti, mercenarium, non pastorem, desidiosum & dissolutum scriptura vocante: quomodo non per omnia justum est, studiosum quidem in talibus persequi, desidiosum vero in urgentibus effugitare? In eodem enim utraque similia ad vituperationem exsistunt, & irrecusabilia ad condemnationem, & hoc quod ex quibus aliquis ipse negligenter vivit, videntes adhortatur in æmulationem deteriorum: & quod peccantes in fidem & delinquentes in vitam, non statim corrigit, licet despiciens, extra tale supplicium non est constitutus. Ejusmodi vero exemplum non ex me refingo, sed ex divinis scripturis eruditus scribo. [4] Heli ille ætate fatigatus [b], & in Silo pertinentia ad legem sacrificans, ipse quidem non operabatur quæ pueri audebant; cooperabatur vero illis, postquam non prohibebat peccantes; quoniam secundum veram rationem, [c] non prohibere flagitia, agenti cognatum est. Et iterum pueri actionibus gradum injuriantes, indignos se, per quæ peccabant sacerdotio demonstrantes, non solum eis quibus operabantur, cadebant; sed enim & ad peccandum alios evocabant, imaginem peccati se se æmulantibus proponentes. Propter quod pariter illatum est supplicium [d] & eis qui impia fecerunt, & ei qui non prohibuit. Patri enim ad virtutem nocuit socordia: filiis autem perniciem intulit inemendatio: & senex in juvenum tempestate naufragium passus est, pro quibus affectum non gubernavit increpatione.

II. Ita oportet, religiosissime, eum qui sortitus est præesse populo & tenere habenas sacerdotii, non solum procurare quomodo ipse probus appareat; sed ut & hoc quod ab ipso dicitur, sit purum ab omni vituperatione. Hoc enim quod prius est etsi mirandum, sed non tale quale est hoc, quod post illud dictum: quanto illud quidem [5] in unum solum perficientem ea quæ ad virtutem pertinent, concludit: hoc vero multos providentia salvos faciens, per singulos pietatis induitur confidentiam. Ad quid vero dico? Quod [6] multi inclamant heic religiosissimum Edessenorum episcopum Ibam, non solum clerici quidam Edesseni & monachi, sed enim etiam primates & clari militia, quibus rectæ fidei calidus zelus accenditur, quod tantum diligit Nestorii insaniam, ut & quædam capitula quæ supposui scripto a nobis ad Armenios tomo, & direxi tuæ reverentiæ, quæ sunt stulta & profana & omni plena impietate, transferret voce Syrorum, & transmitteret ubique: ut multis simpliciorum inconsiderato auditu læsionem perniciosorum suscipientibus, persuaderet ita sapere sicut abdicatum est Dei ecclesiæ. Quæ quando per lectionem cognoveris, festinare digneris cum omni alacritate eum compellere tomo quidem scripto ad Armenios subscribere; vaniloquium vero, magis vere monstriloquium, vel quod est verius dicere, Judaicam impietatem capitulorum illorum condemnantem viva voce, & [7] salva manu anathematizare dementiam. Flagitium enim est, virum non manifeste ostendi, qualis est. Siquidem enim capitulorum illorum, quod non credo, morbum habeat, defendat: si adest instabilibus cogitationibus fidei [8] vel verborum tenor, quomodo duos dicit filios, unum quidem ante sæcula, alterum vero in ultimis? Vel quomodo Christus alter præter Deum Verbum? Vel quomodo [e] super terram visum, & hominibus conversatum calumniatur purum aliquem, sicut unum ex coitu natis, sed non ipsum qui est sine principio & increabilis, [f] *ad quem non æstimabitur alter*, secundum prophetam? Si enim & visus est carne; sed ille erat incarnatus, qui omni quidem principio superior, omni vero passione liber, omni vero translatione & immutatione alienus; qui ex Patre splenduit super sensum, & ex Virgine ortus est super rationem; qui hoc quod est creabile, in deitate non admittit; & hoc quod est phantasiæ, in carne rejicit: qui secundum veritatem & Deus est, & factus est homo: & illud quidem quod erat, permansit; hoc vero quod factum est, salvum fecit. [9] Hic igitur est unus Filius unigenitus.

III. Sed non ita quidam perversa mente & cogitationis dementia capitulornm istorum genitores facti, impiorum abortivorum & sibi perniciosorum patres apparuerunt. Deinde si memoratus comminister Ibas cognoscit ea quæ ad destructionem legentium & audientium evomita sunt capitula, sicut & arbitror eum prudentem constitutum, & a pueritia divinis scripturis nutritum; abominari ea & rejicere: confidenti voce & non erubescenti fronte, quod in anima sapit, ostendat, omnia subjecta ad Armenios epistolæ capitula abjiciens & calcans, utpote diabolicæ insaniæ inventiones & constituta, & omnia anathemate digna esse judicans; ut de viro hoc verum scientes qui heic sunt omnes, jam indiscretam confidenter cogitationem ad illum habeant. Nec enim oportet, religiosissime, sicut & ipse nobis consenties, eos despicere qui sine caussa læduntur, ad deteriora impetum habentes: sed plurimam facere rationem eorum qui scandalizantur, ut indiscretio

[a] Jer. xv. 9. [b] I. Reg. II. [c] Rom. I. 32. [d] I. Reg. IV. [e] Baruch. III. 38. [f] Ibid. ℣. 36.

* Exstat inter acta concilii Constantinopolitani II. collat. VI. pag. 133. seq. tom. VI. Concil. edit. Ven-Labb. cum notis Baluzii.

1. *Magis vero*] Veteres libri, *magis autem*.
2. *Ut & in eumd.*] Codex Paris. *ut & id in eumdem*.
3. *Faucibus*] Veteres libri, *faucis*.
4. *Heli ille* cet.] Hic locus usque ad ea verba, *Hoc enim quod prius est*, exstat Græce in bibliotheca regis Christianissimi cod. Jol. 39. HARDUIN.
5. *In unum solum*] Codex Paris. *in unum locum*.
6. *Multi inclam.*] Hæc recitantur in collat. V. ejusdem concilii CP. l. c. pag. 104.
7. *Salva manu*] Codex Paris. *sua manu*. Al. *sana m.*
8. *Vel verborum*] Idem codex non habet *vel*.
9. *Hic igitur* cet.] Hic item locus recitatur in modo laudata collat. V. l. c. HARDUIN.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

extendatur in omnes cum concordia horrescentes maxime terribilissimam illam in evangeliis condemnationem, [a] quæ pro uno humilium scandalizato infertur audentibus vel despicientibus. Si enim beatus Paullus [b] *exempla bonorum operum* sacerdotes esse legitime statuit; quomodo non magis fidei auctores & doctores, [c] *sine qua placere impossibile est?* Nam aliæ quædam virtutes, utpote ex moribus perfectionem accipientes, naturam habent ad emendationem doctricem: fides vero sola quæ est natura & ratione superior, utpote huic propinquans quod semper est natura intelligibile & inoccupabile, deprehensione & omni virtute melior est, per hoc solum cedens caritati, quod qui creditur Deus, propter solam caritatem homo factus est. Rogo igitur studium adsit effectum. Cognosce enim, religiosissime, quod non alii cuidam gratificabitur memoratus episcopus Ibas, obsecundans præsenti epistolæ, quantum sibi ipsi. Habebit enim non solum eos qui nunc de ipso dubitant, mirantes eum, sed enim etiam sanctissimum nostrum patrem presbyterum & archimandritam Dalmatium nimium honorantem & mirantem; si videat sapientem ea quæ piæ fidei sunt. Modo enim, utpote super aliis eo vulgato, memoratus sanctissimus propter caritatem non mediocriter laceratur, quod ii qui debent in divinioribus prædicare, in adversis accusantur, sive zelo dicentium, sive invidia criminantium. Propter quod & Theodotum reverendissimum nostræ ecclesiæ diaconum, ad tuam cum chartis reverentiam direxi, ut cognoscas, religiosissime, quod non contemtibilem, sed studiosam existimo caussæ perfectionem.

*EPISTOLA IV.

PROCLUS *episcopus Constantinopolitanus*, *Joanni Antiocheno*.

...... Dicentes autem iterum [1] passibilem Deum, id est, Christum, confitemur eum non esse passum [2] eo quod est, sed eo quod factum est, id est, propria carne. Et ita prædicantes nullo modo fallimur: quoniam quidem & unum ex Trinitate secundum carnem crucifixum fatemur, & [3] divinitatem passibilem minime blasphemamus.

*EPISTOLA V.

Joannes Antiochenus episcopus PROCLO.

TOmum qui ad Armenos factus est, a reverentissimo nostro filio diacono [4] Theodosio qui dignus est tuis dispositionibus ministrare, ob eam quæ inest ei super ætatem diligentiam, & [5] petivimus, & cum omni delectatione ejus fecimus mentionem. Faciebat autem nobis delectationem non pulcritudo compositionis sola, neque argumentorum multitudo contra utramque partem adversantium pertractata, quantum ipsa sacrorum dogmatum cautela simul & pietas. Pietas quidem, quia [6] regalem divinarum scripturarum viam in his quæ dicebantur, verbum veritatis recte confitens, pergebas, non sine testimoniis scripturæ præsumens aliquid ex potestate propria prædicare: cautela vero, quia cum divinis scripturis etiam patrum dicta, ad probandum quæ dicebantur, proponebas.

*EPISTOLA VI.

Joannes Antiochenus episcopus & orientis synodus, PROCLO *Constantinopolitano*.

NImis animæ nostræ vulneratæ sunt, quia non solum nos viventes tales calumnias ab his qui conturbare volunt ecclesias, continue sustinemus: sed & qui bene de vita profectus est B. Theodorus, & qui quinque & quadraginta annis clare in doctrina præfulsit, & omnem hæresim expugnavit, & nullam alicubi [7] detractionem ab orthodoxis in vita suscipiens, post longi temporis hinc discessum, & post multa certamina, & post decem millia libros adversus [8] errores scriptos, & postea quam in conspectu sacerdotum & imperatorum & populorum probatus est, periclitatur quæ [9] hæreticorum sunt sustinere, & illis proximus prædicari. Hæc nos confusione & turbis compleverunt: non autem nos solum, sed etiam Christianos populos, qui hæc cognoscentes nullatenus sine turba ecclesiasticas celebrationes impleri permittunt: sed adversum nos seditiones faciunt, nec usque ad auditum passi suscipere quod adversus dormientes patres meditantur anathema, & decem millia mala adversum nos minantur, si quid ab aliquo fuerit tale præsumtum. Sciat autem & hoc tua sanctitas, quia scripturas antiquorum doctorum ec-

a Matth. XVIII. 6. *b* Tit. II. 7. *c* Heb. XI. 7.

* Hujus epistolæ fragmentum exstat apud Facundum Hermianensem lib. I. cap. I. pag. 403. b. edit. Paris. & apud Liberatum diaconum in *Breviario* cap. X. p. 46. edit. Garner.

1. *Passibilem D.*] Ita Facundus & Liberatus. At Riccardus legit *impassibilem*.

2. *Eum non esse* cet.] Hunc locum ita effert Liberatus. Facundus vero, *eum non eo passum quod erat, sed quod factum est*. Quem in locum videas Garnerium pag. 56. Edidit Riccardus, *eum non esse passum quod est, sed quod factum est*. Mox Liberatus; *fallemur:* quod minus placet.

3. *Divinitatem*] Ita Liberatus. Sed Facundus *deitatem*.

* Hujus item epistolæ fragmentum servavit nobis Facundus lib. I. cap. I. pag. 403. c.

4. *Theodosio*] Riccardus ex cod. Vat. *Theodoto*. Et mox, *ejus dispos.* Sed Veneta Facundi editio ad vetustissimum codicem Veronensem exacta consona est Sirmondianæ.

5. *Et petivimus, & cum omni delectatione*] Ita Sirmondus, consentiente codice Veronensi. At Riccardus, *expetivimus & cum omni dilectione*: apud quem paullo post, *quanta ipsa*. Minus recte omnia, ut videtur.

6. *Regalem — viam*] Sic recte codex Veron. quam quidem lectionem confirmat sequens verbum *pergebas*. In editione Sirmond. deest *viam*: & Riccardus mendose, *regulam — pergebas*.

* Exstat apud Facundum lib. VIII. cap. I. pag. 639. c.

7. *Detractionem*] Ita Riccardus ex cod. Vat. At Sirmondus, *detrectationem*. Paullo ante Riccard. *sed etiam hac, qui — Theod.*

8. *Errores*] Riccardus, *hæreses*.

9. *Hæreticorum sunt — & illis proximus*] Riccardi lectionem retinemus. Vox item *proximus* legitur in cod. Veron. Sed Sirmondus omittit *sunt*, & habet *primus*. Non bene. Mox vero cum Riccardo legimus: *Hæc nos — compleverunt*. Neque aliter codex Veron. At Sirmondus, *Hæc*.

clesiæ requirentes, decem millia talia & his similia invenimus, qualia quidam malo more ex libris [1] Theodori colligentes, & corpus reliquum abscindentes, tuæ obtulere sanctitati. Etenim apud magnum martyrem Ignatium, qui secundus post Petrum Apostolorum primum, [2] Antiochenæ sedis ordinavit ecclesiam; & apud beatissimum Eustathium, qui sanctorum patrum qui apud Nicæam congregati sunt, primus exsistens fidem orthodoxam confirmavit; & apud sanctissimum & beatissimum Athanasium, qui millia millium certamina pro evangelicis dogmatibus passus est; ad hæc autem & apud Basilium & utrumque Gregorium qui ejusdem sententiæ fuerunt; & apud beatissimum Flavianum, Diodorum & Joannem, qui clara lumina orientis fuerunt totius: rursum autem & apud beatissimum Ambrosium qui omnes partes Hesperias illustravit; & apud beatissimum Amphilochium probatissimum [3] doctorem: nec non & apud beatum Atticum tuum patrem, & apud probatissimus alios decem millia, ne singulos percurramus, consona decerptis his capitulis invenimus: quibus anathematizatis, necesse est & ea quæ a prædictis patribus sunt dicta, complecti. Et quis de cetero [4] ejusmodi nominis adsit doctrinis, sic admirabilibus & famosissimis viris post mortem damnatis? Non nostrum ergo est, gloriosis eorum qui præcesserunt opinionibus insultare, neque judicare eos qui honorate defuncti sunt, sed solius judicis vivorum & mortuorum

* EPISTOLA VII.

Joannes Antiochenus & synodus Cyrillo Alexandrino.

Deo amabilissimo & sanctissimo episcopo Cyrillo Joannes Antiochiæ, & qui cum eo Deo amabiles episcopi convenientes ex unaquaque provincia quæ in oriente est Dei gratia, in civitatem amabilem Christo Antiochiam propter litteras sanctissimi Procli........ Nunc autem iidem ipsi velut ex somno exsurgentes perrexerunt ad regiam civitatem, & eam perturbantes, ecclesiasticam pacem, quantum in ipsis est, turbaverunt. Sanctissimo enim episcopo Proclo tomum recte re vera & pie habentem quem ad Armenios scripsit, nobis destinante & nostrum quærente consensum, omnia facta sunt a nobis, & in nullo minus fecimus. Erat autem & hoc in præsenti tempore supervacuum, propterea quod jam Dei gratia omnes ubique unum & eumdem custodiunt pium intellectum. Solent enim aliquoties res quæ quasi necessariæ videntur, nisi opportune fiant, augmentum perturbationis accipere. Aliud etiam malum in ista festinatione manibus extensis..... & alter tomus excerpta quædam habens B. Theodori qui fuit Mopsuestiæ episcopus, & ea quæ ille in diversis libris dixisse videtur, volentes ei anathema inferre. Propter hoc petimus, ut mentem tuam nobis applices studiosius quam in aliis rebus, & dignare considerare malum opus hoc esse, nisi ex communi sententia illud exstinguere labores. Dedit enim tibi Deus super velle etiam posse, [5] ut in commune omnes juves. Sunt in illo tomo quædam incerta, & aliter quam dicta sunt intelligi valentia: confitemur hoc etiam nos: plurima vero eorum aperta videmus, & sine aliqua ambiguitate recta. Sed illis quæ putantur obscura, similia multa, & a plurimis anterioribus ejus & gloriosis patribus dicta invenimus. Et periculum hinc pendet non leve, [6] ne in istis etiam illorum solvamus, ejus viri reprobantes dicta, qui in episcopatu quidem defunctus, agonibus autem adversus [7] Arianos & alios hæreticos decem millibus, per omnem suam vitam ubique decoratus est. Quod si fiat, multa etiam ab aliis sanctis patribus aperte dicta retractaturi sumus & reprobaturi. Excerptis enim istis similia quædam invenimus apud ter beatum & nobilem Athanasium: quædam etiam apud beatum Basilium: quædam apud Gregorium utrumque: multa vero & apud Amphilochium sæpius dicta: non parva vero & apud communem patrem beatum Theophilum. Sunt enim quæ etiam tua sanctitas ita confitetur, & eumdem de illis habet intellectum. Quædam etiam ab ipso amabili Deo Proclo in eodem ipso tomo quem ad Armenios misit, quo multis sensibus istis decerptis concurrit. Et dies nos deficiet, percurrentes beatum [8] Eustathium Antiochenæ civitatis episcopum, qui fuit pro recta fide in Nicæno concilio, & [9] magnæ famæ Alexandrum vestrum: sed etiam post illos sanctissimos episcopos, Meletium, Flavianum, a quibus plura istis concordantia dicta sunt. Quid jam dicam de his qui in occidente [10] secundum eamdem doctrinam & eamdem confessionem decorati sunt, quos etiam tua sanctitas melius novit? Intende itaque, rogo, ad quod præcipitium nos impellant, qui ad nullam utilitatem verbis contendunt. Quid non hinc læsionis vel corruptionis & confusionis plenum generetur, [11] si aperiatur janua his qui volunt dicta trans-

1. *Theodori*] Sirmondus, *B. Theodori*: qui mox habet *reliquum*, prout edidimus. Riccardus vero, *aliquod*.

2. *Antiochenæ*] Ita rescripsimus cum Sirmondo, pro *Antiochiæ* apud Riccardum.

3. *Probatissimum*] Hanc vocem præterit Riccardus, quam sumsimus ex Sirmondo.

4. *Ejusmodi nominis*] Ista omittit Sirmondus, a Riccardo ex cod. Vat. exhibita. Hæc vero & quæ sequuntur usque ad finem, refert denuo Facundus lib. VIII. cap. V. pag. 662. his verbis: *Et quid de cetero nominis adsit doctrinis, sic admirabilibus & famosissimis viris post mortem damnatis? Non meum ergo est* cet. Hinc reformandus prior locus apud Sirmondum, ubi habetur, IN *sic admirab.* quam præpositionem recte omittit Riccardus.

* Descripta est hæc epistola ex eodem Facundo lib. VIII. cap. IV. pag. 650. Quem in locum hæc adnotat Sirmondus. „ De hac Cyrillus ipse in eadem ad Proclum epistola, quæ Latine tantum exstat in Quinta synodo: *Nunc vero*, inquit, *sicut scripsit ad me dominus meus sanctissimus episcopus Antiochiæ Joannes, initium apud ipsos alterius tempestatis surrexit: & plurimus est timor, ne forsitan quidam instabiles ad priora revertantur*. Hæc vero tertia est earum quas propter capitula Procli tomo subdita, pro Theodoro scripsisse Joannem lib. II. adnotatum est ex Breviario Liberati. „ Quo tempore hæc scribebat Sirmondus, id est, anno 1629. quo edidit Facundum, Latine quidem tantum exstabat Cyrilli epistola ad Proclum: sed anno sequente 1630. eam Græce protulit Riccardus, unde postea inter opera Cyrilli reposita, atque Actis concilii CP. II. intexta: eamque habes infra num. IX. ut ad eum locum dicemus.

5. *Ut in commune omnes juves*] Ita Sirmondus. At Riccardus, *ut in communione omnium vivas*. Paullo post perperam idem Riccardus, *Sed* ILLA *quæ put.*

6. *Ne in istis etiam illorum*] Riccardus, *ne istis etiam illos*.

7. *Arianos & alios*] Codex Veron. *Arianos & Eunomianos & alios*.

8. *Eustathium Antiochenæ*] Sic Riccardus, ubi Sirmondus habet *Eustachium Antiochiæ*.

9. *Alexandrum vestrum*] Sirmondus cum Riccardo *Alexandriæ vestræ*. Codicis Veronensis lectionem prætulimus. Scribens enim Joannes Antiochenus ad Cyrillum Alexandrinum, heic loqui perhibetur de Alexandro magni Athanasii decessore in sede Alexandrina.

10. *Secundum eamdem doctrinam*] Heic quoque adhæremus codici Veron. Sirmondus & Riccardus omittunt *eamdem*.

11. *Si aperiatur janua his qui volunt*] Ita Riccardus. Sirmondus: *si aperiamus januam his qui dicta* cet. omisso *volunt*, quod habet codex Veron.

euntium patrum evertere? Quale damnum non apertum erit, dicta non solum refutare, sed etiam anathematizare? Ut enim aliud alicui placeat, aliud non, in aliquorum dictis sive antiquorum, sive posteriorum, sive [1] non nostrorum, alia ratio est. Ut autem anathema eis imponatur, arbitramur audax & asperum apparere, & si personæ cum dictis non anathematizarentur. Quis enim nostrum [2] speret non defungi, aut a quo non dictum est aliquid quod alium possit movere; aut quid horum non præbeat occasionem semper ut populi perturbentur? Et hoc quidem & viventibus & transeuntibus contingere solet: quod non scienti tantum hoc dicimus, sed etiam plus omnibus [3] nobis considerare valenti magnitudinem hujus absurditatis. Quid autem non B præbeamus ex hoc desiderabile Nestorii defensoribus? Quis enim eum non honorabit, si cum isto, & aliis qui in episcopatu vitam deposuerunt, simul [4] anathematizaretur? aut ubi ejus opinio per hoc non accipiat incrementum? Quis autem deceptorum A hominum, de istis occasionem assumens, non confessorem vocaverit, veluti propter illum passum [5] qui passus est ea, quæ etiam illi qui in ecclesia fulserunt passi sunt? Quis autem mentem habentium nescit, quia ea quæ dure [6] a Theodoro dicta sunt, necessitate compulsus dixit? Proponebat enim eum totus in communi oriens inter eos qui ante nos fuerunt, sicut virtutem multam doctrinæ habentem adversus hæreses, contra quas pugnans & dimicans multa quadam divisione usus est, non ex pravo intellectu veniens, [7] sed efficacius adversus hæreticos illo modo secum judicans: neque unitatem summam ignorans vel negans, absit; (pleni enim hujusmodi sunt omnes ejus libri) sed naturarum proprietates amplius dividens, sicut ei pugna quam adversus hæreticos habuit, faciendum dictabat. Hoc & tua religiositas dispensavit aperte in anterioribus litteris vestris ad satisfactionem quorumdam venerabilium coepiscoporum nostrorum: quod & ipsum tuæ virtutis tuæque sapientiæ proprium est.

* E P I S T O L A VIII.

S. Cyrilli epistola ad Acacium episcopum Melitinæ. Scripsit vero eamdem ad Theodotum Ancyræ, & ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ.

Ex Concilio V. Collatione V.

NON oportebat latere sanctitatem tuam, aut forsitan & cognovit, quod omnes orientales religiosissimi episcopi in Antiochia convenerunt, C cum transmisisset eis tomum dominus meus sanctissimus Proclus, bonorum plenum intellectuum & rectorum dogmatum. Erat enim ratio multa & longa de dispensatione Domini nostri Jesu Christi. Supposuit vero etiam capitula quædam collecta a Theodori codicibus, quæ consonantem Nestorii perfidiis intellectum habent, & adhortatus est etiam illa anathematizare. Illi vero non passi sunt, & scripserunt ad me, quod si contigerit anathematizari ea quæ sunt Theodori, perveniet omnimodo macula etiam ad sanctissimos nostros patres, Athanasium dico, & Basilium, & [8] Gregorios, & Theophilum, & ceteros: nam scripserunt & ipsi quædam consonantia eis quæ sunt Theodori. Et erat necessarium etiam me ad eos rescribere, quæ & nota faciet tuæ sanctitati religiosissimus episcopus Daniel qui Alexandriæ inventus est, & singula eorum quæ nota sunt, subtiliter cognoscit.

Τοῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλου ἐπισκόπου τῆς Ἀλεξανδρείας Πρόκλῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως· περὶ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας· αἰτοῦντος αὐτὸν ὥστε μὴ συγχωρῆσαι ἀναθεματισθῆναι αὐτὸν ὡς αἴτιον τοῦτο ταραχῆς γινόμενον.

S. Patris nostri Cyrilli episcopi Alexandrini epistola ad PROCLUM *episcopum Constantinopolitanum: de Theodoro Mopsuesteno, ubi petit ab eo ut non permittat anathematizari Theodorum, ne id tumultus caussa fiat.*

* E P I S T O L A IX.

ΜΟλις ποτὲ καὶ πολλοῖς ἱδρῶσι τῆς τε σῆς ὁσιότητος, καὶ τῆς ἁγίας συνόδου τῆς συναχθείσης κατὰ τὴν Ἐφεσίων, τὰς Νεστορίου κενοφωνίας ἀποβεβλήκασιν αἱ πανταχόσε τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι. δυσφοροῦσι δὲ λίαν ἐπὶ τούτῳ τινὲς τῶν κατὰ τὴν ἑώαν, οὐ λαϊκῶν μόνων, ἀλλὰ γὰρ καὶ τῶν τεταγμένων εἰς [9] ἱερουργίαν. ὥσπερ γὰρ D VIx aliquando multisque sudoribus sanctitatis tuæ sanctique concilii apud Ephesum congregati, Nestorii vaniloquia rejecerunt ubique Dei ecclesiæ; nimium vero contristantur propter hoc quidam ex orientalibus non solum laicis, sed etiam in sacris ordinibus constitutis. Sicut enim diuturnæ passiones difficillimæ ad medicandum exsistunt; vel

1. *Non nostrorum*] Codex Veron. *nunc nostrorum*. Optime.

2. *Speret — quod alium*] Codicis Veronensis lectionem expressimus. Sirmondus, *speret quod alium*, interjectis omissis. Riccardus, *sperat quod alius*.

3. *Nobis*] Ita codex Veron. & Riccardi editio. Sirmondus pronomen istud omittit.

4. *Anathematizaretur*] Ita cum codice Veron. Riccardus. Sirmondus, *anathematizetur*.

5. *Qui passus est ea*] Sic Riccardus & codex Veron. qui tamen *ea* præterit. Sirmondus, *quæ passus est*. Male.

6. *A Theodoro*] Sirmondus, *a B. Theodoro*. Consentit codex Veron.

7. *Sed effic.*] Sirmondum sequimur. Nam Riccardus, *si effic.* non bene: qui & mox post *negans*, perperam habet, *ab ipsis*, pro *absit*. Statimque: *Pleni enim hujusmodi omnes ejus libri. Sed* cet. omissa parenthesi, & falsa interpunctione.

* Desideratur hæc Cyrilli epistola in ejus opp. editione Parisiensi G. L. Exstat autem in collatione V. concilii CP. II. tom. VI. pag. 79. d. edit. Ven-Labb. ubi adnotatur E eamdem scripsisse Cyrillum ad Theodotum Ancyræ & ad Firmum Cæsareæ Cappadociæ. Exstat item ex alia interpretatione in Synodico adversus Tragœdiam Irenæi cap. CCXII. ibid. tom. IV. pag. 475. nec non in epistola III. Pelagii II. ad episcopos Istriæ.

8. *Gregorios*] Codex Paris. & Synodicon, *Gregorium*. BALUZ.

9. Ἱερουργίαν] Riccard. *ἱερουργούς*.

* Hanc epistolam Græce descripsit Riccardus ex codicibus Columnensi 229. & Vaticano 346. Exstat autem subjecta collationi VIII. concilii CP. II. tom. VI. pag. 237. edit. Ven-Labb. & inter opera Cyrilli tom. V. part. II. pag. 199.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

τὰ χρονιώτερα τῶν παθῶν δυσχερέστερά πως ἐστὶ πρὸς τὸ θεραπεῦσαι, ἢ τάχα που καὶ εἰς ἅπαν ἀρνεῖται τοῦτο· οὕτω καὶ ψυχὴ διεστραμμένων ἐννοιῶν καὶ [1] δογμάτων ἀῤῥωστήσασα, δυσαπόβλητον σκηπεδόνα ἔχει τὸ πάθος. πλὴν τοῦ Θεοῦ χάριτι, εἴτε προφάσει, εἴτε ἀληθείᾳ τὸν ἕνα Χριστὸν καὶ λαλοῦσι καὶ κηρύττουσι, καὶ τὰς Νεστορίου δυσσεβεῖς τερατολογίας ἀνεθεμάτισαν· καὶ τέως ἐν εἰρήνῃ πολλῇ τὰ αὐτόθι, καὶ τρέχουσιν εἰς τὸ ἀραρὸς ἐν πίστει καθημέραν καὶ οἱ σεσαλευμένοι ποτέ. νυνὶ δὲ, ὡς γέγραφε πρός με ὁ κύριός μου ὁ θειότατος ἐπίσκοπος τῆς Αντιοχέων Ἰωάννης, ἀρχὴ παρ' αὐτοῖς ἑτέρου κλύδωνος ἐγήγερται· καὶ τάχα που πολὺ τὸ δέος μὴ ἄρα πη τινες τῶν εὐπαραφόρων ὑπονοστήσειαν εἰς τὸ ἐν ἀρχαῖς· φασὶ γάρ τινας τὴν μεγάλην ἐκείνην πόλιν καταλαβεῖν· εἶτα προσελθεῖν τοῖς εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσιν, ἐξαιτῆσαι τε διὰ θεσπίσματος αὐτῶν ἱεροῦ τὰ Θεοδώρου τοῦ Μοψουεστίας ἀναθεματισθῆναι βιβλία, αὐτόν τε τὸν μνημονευθέντα ἄνδρα· πολὺ δὲ αὐτοῦ κατὰ τὴν ἑῴαν ὄνομα καὶ θαυμάζονται λίαν αἱ συντάξεις αὐτοῦ· καὶ ὥς γε φασὶ, δυσφοροῦσιν ἅπαντες, ὡς ἀνδρὸς ἐπισήμου καὶ τελευτήσαντος ἐν κοινωνίᾳ τῶν ἐκκλησιῶν, ἀναθεματιζομένου νυνί. ὅτι μὲν γὰρ ἐν τοῖς συντάγμασιν αὐτοῦ εὑρίσκομέν τινα ἐκτόπως εἰρημένα καὶ ἀκράτου γέμοντα δυσφημίας, οὐδενὶ τῶν ὀρθὰ φρονεῖν εἰωθότων ἀμφίβολον· ἴστω δὲ ἡ σὴ ὁσιότης ὅτι παρενεχθείσης τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ ἐκθέσεως παρ' αὐτοῦ συνταχθείσης, ὡς οἱ [2] προελόντες ἔφασκον, οὐδὲν ἐχούσης ὑγιές· κατεκιβδήλευσε μὲν αὐτὴν ἡ ἁγία σύνοδος ὡς διεστραμμένων γέμουσαν ἐννοιῶν, καὶ τὴν Νεστορίου δυσσέβειαν, οἱονεί πως ἀνατηγάζουσαν· κατακρίνασα δὲ τοὺς οὕτω φρονοῦντας, οἰκονομικῶς οὐκ ἐμνημόνευσε τοῦ ἀνδρός· οὐδὲ αὐτὸν ὑπέθηκεν ὀνομαστὶ τῷ ἀναθεματισμῷ δι' οἰκονομίαν· ἵνα μή τινες τῇ ὑπολήψει τοῦ ἀνδρὸς προσεσχηκότες, ἀποβάλλουσιν ἑαυτοὺς τῶν ἐκκλησιῶν· ἡ δὲ ἐν τούτοις οἰκονομία ἄριστόν τι χρῆμα καὶ σοφόν. εἰ μὲν γὰρ ἦν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔτι, καὶ συνόπλος ἦν ταῖς Νεστορίου δυσφημίαις, ἢ συναγορεύειν ἤθελεν οἷς ἔγραφεν αὐτὸς, πέπονθεν ἂν καὶ τὸν εἰς ἴδιον πρόσωπον ἀναθεματισμόν. ἐπειδὴ δὲ ἀπεδήμησε πρὸς Θεὸν, ἀρκεῖ καθάπερ ἐγ᾽ ᾦμαι, τὰ ἐκτόπως αὐτῷ γεγραμμένα ἐκβάλλεσθαι παρὰ τῶν ὀρθῶς ἐχόντων τὰς δόξας· ὅτε ταῖς αὐτοῦ περιτυγχάνουσι βίβλοις· καὶ τὸ περαιτέρω χωρεῖν, θορύβων ἔσθ' ὅτε τίκτει προφάσεις. καὶ καθ' ἕτερον δὲ τρόπον ἀναθεματισθεισῶν καὶ ἐκβεβλημένων τῶν Νεστορίου δυσφημιῶν συνεκβέβληνται καὶ τὰ ἐκείνου πλείστην ἔχοντα πρὸς ταῦτα τὴν συγγένειαν. εἰ μὲν οὖν ἔδρων τοῦτο ἀμελλητὶ τῶν κατὰ τὴν ἑῴαν τινὲς, καὶ οὐδένα θόρυβον ἦν ἐντεῦθεν προσδοκᾷν, ἔφην ἂν, ὅτι τὸ λυποῦν οὐδὲν ἀπαιτεῖσθαι νῦν τοῦτο καὶ ἐγγράφως αὐτούς. εἰ δὲ, ὡς γράφει ὁ κύριός μου ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος τῆς Αντιοχέων Ἰωάννης, ἕλοιντο ἂν μᾶλλον γενέσθαι πυρίκαυστοι ἢ πρᾶξαι τί τοιοῦτον· ἵνα τί φλόγα κατευνασθεῖσαν ἀναῤῥιπίζομεν καὶ παυσαμένους θορύβους ἀνασκαλεύομεν οὐκ εὐκαίρως· μή ποτέ πως τὰ ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων εὑρεθῇ; καὶ ταῦτα φημὶ σφόδρα μὲν ἐπιτιμῶν οἷς γέγραφεν ὁ μνημονευθεὶς Θεόδωρος, ὑφορώμενος δὲ τοὺς παρά τινων ἐσομένους ἐπὶ τῷ πράγματι θορύβους, μὴ ἄρα πως τὰ Νεστορίου θρηνεῖν ἄρξωνταί τινες κατεσκευασμένως κατ᾽ ἐκεῖνό που τὸ εἰρημένον [3] τῷ παρ᾽ Ἕλλησι ποιητῇ, Πάτροκλον πρόφασιν, σφῶν δ᾽ αὐτῶν κήδε᾽ ἑκάστη. ἂν τοίνυν συναρέσκῃ ταῦτα τῇ

A forsitan etiam hoc ipsum omnino abnegant: sic & anima ægrotans quæ perversis cogitationibus ac dogmatibus laborat, a passionis putredine quam difficillime curari poterit. Verumtamen Dei gratia, [a] *sive occasione*, *sive veritate* unum *Christum* & loquuntur & *prædicant*, impiasque Nestorii verbositates anathematizarunt: ac interim omnia illic in multa tranquillitate sunt, & quotidie ad sufficienter confirmandos in fide currunt, etiam illi qui aliquando dubitarunt. Nunc vero, sicut scripsit ad me dominus meus sanctissimus episcopus Antiochiæ Joannes, principium apud ipsos alterius tempestatis surrexit; & non parum timoris est, ne forte quidam qui facile mente dimoventur, ad priora revertantur. B Dicunt enim quosdam ad magnam illam civitatem pervenisse, deinde accessisse ad piissimos & christianissimos imperatores, & postulasse libros Theodori Mopsuesteni ipsumque memoratum virum per divinam eorum sanctionem anathematizari: magnum vero ejus nomen esse per orientem, nimiumque ejus conscripta celebrari: ac, ut etiam dicunt, contristantur omnes, quod vir insignis & in ecclesiarum communione defunctus, nunc anathemate percellitur. Quod vero in scriptis ejus invenimus quædam nefaria dicta & puræ blasphemiæ nimis referta, nulli recte sapientium dubium est. Sciat vero sanctitas tua, quod expositione quæ nihil sani habeat ab eo composita, uti dicebant ii qui eam C protulerant, apud sanctam synodum prolata; eam quidem reprobavit sancta synodus, utpote perversis conceptibus refertam, & Nestorianam impietatem quasi affluentem: eis autem qui ita sapiunt condemnatis, dispensative nullam viri mentionem fecit: nec ipsum nominatim anathemati subjecit propter dispensationem: ne scilicet aliqui magnam viri opinionem spectantes, se ipsos ab ecclesiis separarent. In his vero dispensatione uti, optimum ac prudens est consilium. Si enim viveret nunc, & defensor esset blasphemiarum Nestorii, seu tueri suo patrocinio vellet ea quæ ipse scripserat; utique etiam in propria persona anathemate feriretur. At cum ad Deum migraverit, sat est, prout ego censeo, D quæ absurda & inepta ab eo conscripta sunt expungi ab iis qui recte sentiunt, quando ejus libri occurrant: ulterius autem progredi, esset plane turbarum caussas excitare. Et per alium vero modum anathematizatis & ejectis Nestorii blasphemiis, una cum eis ejecta sunt etiam quæ illius sunt, quæque ad ista maximam affinitatem habent. Quod si hoc quidem ipsum exsequerentur absque cunctatione ulla aliqui ex orientalibus, nullumque inde tumultum futurum timeri posset; dicerem utique nihil amplius superesse impedimenti, quo minus etiam in scriptis hoc ab eis nunc fieri reposceretur. At si, prout scribit dominus meus sanctissimus episcopus Antiochiæ Joannes, eligant utique magis igne comburi, quam aliquid hujusmodi peragere: ut quid E sopitam flammam resuscitamus, sedatosque tumultus importune commovemus, ne forte novissima pejora prioribus inveniantur? Et hæc dico non quod summopere non damnem ea quæ memoratus Theodorus scripsit; sed quia reformido futuros a quibusdam propter eam rem tumultus, ne forsitan aliquo modo ea quæ Nestorii sunt, lugere quidam coloratim incipiant: secundum illud quod alicubi a Poeta dictum est apud Græcos, Quod occasione Patrocli unaquæque suas calamitates lugebat. Ceterum

[a] Philipp. I. 18.

1. Δογμάτων ἀῤῥ.] Sic Riccardus. At melior, ut videtur, lectio editt. Concil. & Cyrill. δογμάτων σηπεδόνι ἀῤῥωστήσασα, δυσαπόβλητον ἔχει τὸ πάθος.

2. Προελόντες] Al. προενεγκόντες.

3. Τῷ παρ᾽ Ἕλλησι ποιητῇ] Homer. Iliad. τ'. ℣. 302.

σῇ ὁσιότητι, μηνῦσαι καταξίωσον, ἵνα καὶ κοινῷ γράμματι καταστάλῃ· δυνατὸν γὰρ καὶ τοῖς ταῦτα αἰτήσασι τὴν οἰκονομίαν ἀφηγήσασθαι, τοῦ πράγματος πεῖσαι δὲ αὐτοὺς ἠρεμεῖν ἑλέσθαι μᾶλλον καὶ μὴ σκανδάλου πρόφασιν ταῖς ἐκκλησίαις γενέσθαι· πέπομφα δὲ καὶ τὸ ἴσον τῶν γραφέντων πρὸς ἐμὲ παρὰ τοῦ κυρίου μου τοῦ ὁσιωτάτου ἐπισκόπου Ἰωάννου· ᾧ καὶ ἐντυχοῦσα ἡ σὴ ὁσιότης δέξεται παντὸς [1] ὀφθαλμὸν εἰς τὴν ὑπόθεσιν.

A si hæc tuæ ſanctitati placebunt, quæſo ſignificare digneris, ut & communi ſcripto emittantur poterit enim iis qui de his contendunt ac rationem exigunt, hujus rei diſpenſatio exponi, & fieri ut eligant ipſi potius quieſcere, quam ſcandali cauſſam in eccleſiis excitare. Miſi autem & exemplar ad me ſcriptorum a domino meo ſanctiſſimo epiſcopo Joanne, quod ubi a tua ſanctitate nactum fuerit, oculum in rei argumentum omnino conijciet.

*EPISTOLA X.

PROCLUS *archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Joanni Antiocheno epiſcopo.*

.... Quando enim ego ſcripſi tuæ ſanctitati oportere aut Theodorum, aut alios quoſdam qui pridem defuncti ſunt, anathemati ſubdi, aut nominatim alicujus [2] feci mentionem? ſed puto, ſicut & ipſæ litteræ ad tuam ſanctitatem directæ clamant, nihil difficile vel pravum epiſtola continet. Sed quia oportet omni ſuſpicioni liberari & detrahentium ora conſuere; ex hoc quod B in tomo directo ſubſcripſi, & illa capitula quæ ſubjecta ſunt repuli, utpote ſubtilitatem non habentia pietatis. Neque autem de Theodoro, neque de alio quoquam qui jam defuncti ſunt, ſcripſi tibi amantiſſime, aut ut [3] anathematizetur, aut ut abdicetur. Sed neque cariſſimus Theodotus qui a nobis directus eſt, diaconus, talia mandata percepit.

*EPISTOLA XI.

PROCLUS *archiepiſcopus Conſtantinopolitanus, Maximo diacono.*

MEmor eſt tua reverentia, quando ad ſanctiſſimum Antiochenum [4] epiſcopum tibi litteras injungebam, quia omnia cum ejus admonui voluntate fieri oportere, & nihil ad confuſionem vel tumultum eccleſiarum pacem habentium agi: ſed tomum quidem ſubſcribi; capitula autem ſubdita ſine nomine, hæc tamquam non habentia ſubtilitatem pietatis averti & abdicari. Quomodo ergo per litteras didici nunc, quia Theodori Mopſueſteni & aliorum quorumdam nomina præpoſita ſunt capitulis ad anathematizandum, cum illi ad Deum jam migraverint: & eos qui jam vitam reliquerunt, ſupervacuum eſt injuriari poſt mortem, quos nec vivos aliquando culpavimus? Rogo ergo, C [5] feſtina ſicut filius patri obediens nihil amplius exquirere, ſed omnia permittere auctoritati eidem reverentiſſimi conſacerdotis Joannis. Poſt ſubſcriptionem autem tomi & poſt abjectionem capitulorum, quæ cujus ſint ignoramus, continuo præpara diaconum Theodotum venire ad regiam civitatem, quatenus tempeſtate & tumultu non impleantur eccleſiæ [6] ubique ſanctiſſimæ, & donetis aliquid deſiderio impii Neſtorii, qui ſe putat multos habere ſimilia ſapientes.

*EPISTOLA XII.

Theodoſius & Valentinianus imperatores, Joanni Antiocheno & ſynodo.

IMperatores *cæſares Theodoſius & Valentinianus victores, triumphatores, piiſſimi, ſemper augg., Deo amatori Joanni archiepiſcopo & ſynodo cum eo congregatæ.*

[7] Turbam atque tumultum qui evenit in oriente, noſtrum cognovit imperium per religioſiſſimum & ſanctiſſimum patrem noſtrum & epiſcopum Proclum. Quoniam ergo pro quiete & pace omnium providemus, præcipue autem pro fide catholica quæ noſtrum quoque cuſtodit imperium, veſtræ ſcribimus ſanctitati, quatenus pacem obtineatis, & nullum verbum D intendatis eorum, qui volunt contra ſalutem propriam religionem ſanctam conturbare. Intentio etenim noſtræ divinitatis illa eſt, ut omnes homines cum quiete degant, præcipue autem ſanctæ Dei eccleſiæ, per quas & nos ſalvamur, & noſtrum pollet imperium. [8] Hac itaque voce quieti eccleſiæ providentes, nos aliquid de vobis utilius [9] exſpectamus. Eſt autem hac utilius, niſi ut hoc quoque cum omni ſtatuatis eccleſia, ne quis adverſus eos qui in ejus pace defuncti ſunt, quidquam de cetero tale præſumat?

1. Ὀφθαλμόν] Forte ἀφορμὴν: proinde locus integer ita reddendus fuerit: *Quod ubi legerit ſanctitas tua*, OCCASIONEM *ad ipſum argumentum accipiet omnino.*

* Exſtat hujus epiſtolæ fragmentum apud Facundum lib. VIII. capp. II. & V. pagg. 643. a. 662. c.

2. *Feci ment.*] Ita recte Riccardus: cui lectioni ſuffragatur codex Veron. Sirmondus, *fieri ment.*

3. *Anathematizetur*] Sic Sirmondus, qui mox habet, *aut abdic.* omiſſo *ut*. Atque ita utrobique: nimirum pagg. 643. & 662. ut modo innuimus. Riccardus, *anathematizaretur*.

* Hanc recitat Facundus lib. VIII. cap. II. ejuſdemque fragmentum mox reſcribit cap. V. pagg. 644. a. 662. d. Hujus epiſtolæ meminit Liberatus cap. X.

4. *Epiſcopum*] Codex Veron. *archiepiſcopum*.

5. *Feſtina — exquirere*] Hunc locum antea mutilum ita reſtituimus ex codice Veron. Nam apud Riccardum & Sirmondum legitur: *Feſtina* (ſeu *feſtines*) *ſicut filius exquirere*. Mox Riccardus, *exquirere. Sed omnia permitte*.

6. *Ubique*] Ita Riccardus. At Sirmondus, *urbis*, haud repugnante codice Veron.


E * Hanc refert Facundus lib. VIII. cap. III. pag. 649. b. Sacræ hujus meminit Liberatus cap. X.

7. *Turbam atque tumultum*] Turbabat orientales, ut eſt in epiſtola Cyrilli ad Proclum, quod vir nobilis & defunctus in communione eccleſiarum anathematizaretur. Hoc itaque eſt quod reſcripto ſuo nunc vetat Theodoſius, ne quis eos laceſſat qui in eccleſiæ pace defuncti ſunt. Quo fit, ut ſuſpectum ſit Theodori nomen quod in Theodoſii edicto de damnatione Neſtorii adjectum legitur act. V. ſynodi V. quum in Epheſina & in codicibus non legatur. SIRMOND.

8. *Hac itaque — præſumat*] Hæc ad finem uſque deſiderantur apud Riccardum, quæ leguntur apud Sirmondum.

9. *Exſpectamus — utilius*] Hæc addidimus ex codice Veronenſi, quæ ob repetitam vocem *utilius* exciderunt e Sirmondiano exemplari.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.



Ἀντίγραφον συνοδικοῦ γράμματος.

Rescriptum synodicarum litterarum.

Πρόκλος Δόμνῳ ἐπισκόπῳ τῆς Ἀντιοχείας.

Proclus *Domno episcopo Antiocheno*.

* EPISTOLA XIII.

Interprete Vincentio Riccardo *clerico regulari*.

ΤΩ ὁσιωτάτῳ, καὶ θεοφιλεστάτῳ, καὶ συλλειτουργῷ Δόμνῳ, Πρόκλος ἐν κυρίῳ χαίρειν.

Τὸ φιλάλληλον, θεοφιλέστατε, μέγιστον ἐν τούτῳ τυγχάνειν δῶρον· συνδεσμῶν γὰρ εἰς ὁμογνωμοσύνην ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς, ἣν ἐδημιούργησε φύσιν, τῇ διαθέσει τοὺς λόγῳ διοικουμένους συνέσφιγξεν· ἵν' οἰκειούμενοι τὰ ἀλλήλων πάθη, καὶ ἕκαστος ἐφ' ἑαυτοῦ τὸ τοῦ ἑτέρου μετρῶν, εἰς ἄλυτον συμπαθείας ὁμοφροσύνην συμπλέκοιτο τὰ ὁμοφυῆ. τὰ μὲν γὰρ ἀφεστῶτα κατὰ σχέσιν, πρὸς τὴν ἀλλήλων ἀναγκαίως ἐπείγεται φθοράν· τὰ δὲ ἡνωμένα κατὰ γνώμην, οὐ ῥᾳδίως ἀπολισθαίνει τοῦ οἰκείου ἀσφαλοῦς. διὸ καὶ ὁ μακάριος Παῦλος τὸ πλῆθος τῶν πιστῶν, καὶ τὸ συγκρότημα τῆς ἐκκλησίας, σώματι ἀπείκασε, λέγων· ὑμεῖς ἐστε σῶμα Χριστοῦ, καὶ μέλη ἐκ μέλους, πάντως διαγορεύων τὴν τοῦ πλήθους σύμπνοιαν, καὶ ἀπαγορεύων νοσεῖν τὴν φιλοπόλεμον ἀντίστασιν, ἐκ τῆς τῶν μελῶν συμφωνίας. πρὸς τί δὲ ταῦτα γράφω, θεοφιλέστατε, μικρὸν ἀνάσχου μαθεῖν. ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς Περῤῥαίων ἐκκλησίας Ἀθανάσιος ἄπιστον ὁμοῦ, καὶ πλήττουσαν οὐ μετρίως τοὺς ἀκούοντας ἀπεθρήνησε τραγῳδίαν, φήσας· τοὺς αὐτοῦ κληρικοὺς, ὥσπερ ἀποδυσαμένους τὸν λογισμὸν τῆς ὑποχειριότητος, καὶ νομίσαντας ἀρκεῖν αὐτοῖς ἐκ τοῦ βούλεσθαι, καὶ εἶναι ἱεροτυράννοις, ἀπώσασθαι μὲν αὐτὸν τῆς ἐκκλησίας σὺν οὐδενὶ δικαίῳ λόγῳ, καὶ τό γε ἐπ' αὐτοῖς, καὶ ὅσον ἧκεν εἰς μανίας ὑπερβολὴν, καθελεῖν, καὶ τοῖς ἔργοις πεῖσαι, ὅτι ἐν τῇ γνώμῃ τῶν προπετευομένων, ἀλλὰ μὴ ἐν τῇ ψήφῳ τῶν κανόνων, ἡ τῶν ἱερῶν κρατύνεται τάξις· οἰκονόμους τε, καὶ φροντιστὰς κατ' οἰκείαν αὐθεντίαν ἐπιστῆσαι τῇ ἐκκλησίᾳ, καὶ τῶν ἱερῶν δέλτων περιελεῖν τὸ ὄνομα τοῦ ἐπισκοπεύοντος· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ἀναφανδὸν ἐξορχήσασθαι τὴν ἐκκλησιαστικὴν ἀταξίαν· προσθεὶς, ὡς ἔτρεψεν αὐτῶν τὴν περὶ τὰ τοιαῦτα τόλμαν ἡ τῶν πάλαι παρ' αὐτῶν ἀνοσιουργηθέντων οὐκ εὔλογος συγγνώμη· τοῖς γὰρ πρὸ αὐτοῦ τὰ ὅμοια πεποιηκότες, ὁδῷ τὴν ὁρμὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον ἐκορύφωσαν, ἐφ' οἷς μὴ πάλαι ἀξίαν δεδώκασι δίκην, τοῦ μὴ δὲ αὖθις σωφρονῆσαι ἐσχηκότες ἐφόδιον. ἀλλ' αὐτὸς, θεοφιλέστατε, καταξίωσον, παρ' ἡμῶν δυσωπούμενος· δύνασαι γάρ· οἰκειώσασθαι τοῦ συνιερέως τὰς ἀσθενείας, μάλιστα πειθόμενος τῷ μακαρίῳ Παύλῳ, βοῶντι· εἰ πάσχει ἓν μέλος, συμπάσχει πάντα τὰ μέλη. καὶ εἰ μακρὰν τῶν Ἀντιοχέων μεγαλοπόλεως ἡ πόλις, ἐν ᾗ ταῦτα ἐδραματουργήθη, ἀπῴκισται, τινὰς τῶν ἀστυγειτόνων καὶ ἀπροσωπολήπτων θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἀκοῦσαι

A *Sanctissimo & Dei amantissimo fratri & consacerdoti Domno, Proclus in Domino gaudere.*

Caritas mutua, Deo dilectissime, maximum ut invicem complectamur est donum. Vinciens enim ad concordiam præclarus artifex Deus naturam quam condidit, benevolentia eos qui ratione reguntur conjunxit, ut cum alii aliorum casus proprios ducerent, ac unusquisque ex se ipso res alterius metiretur inenodabili conjunctionis naturæ vinculo, una consentientique voluntate ea connecterentur quæ ejusdem naturæ sunt. Ea enim quæ affectu disjuncta sunt, necessario in mutuum exitium sunt; quæ vero ex animo unita sunt, non facile a firmitate sua dilabuntur. Quapropter & beatus Paullus mul-B titudinem fidelium & conjunctionem ecclesiæ corpori comparavit, dicens: [a] *Vos estis corpus Christi, & membra ex membro*; omnino prædicans multitudinis conspirationem, & ex concordia membrorum prohibens, ne contentionis morbo cui bella sunt amica, laboremus. Cur autem hæc ipsa scribam, Dei amantissime pater, parumper ne graveris agnoscere, Dei amantissimus ecclesiæ Perrhenorum episcopus Athanasius incredibilem simul & audientibus non mediocricer molestam tragœdiam deflevit, dicens: clericos suos velut abjecta cogitatione subjectionis, & putantes sibi sufficere voluntatem, ut essent sacrorum tyranni, expulisse eum ab ecclesia; cum justa ratio nulla subsisteret: & quantum ad eos atti-C net, in tam immanem væsaniam exsilisse, ut etiam damnarint eum, & operibus sibi persuaserint in effreni voluntate procacium, & non in decreto canonum, sacrorum ordinem consistere: œconomos autem & curatores propria auctoritate constituisse ecclesiæ Dei, & ipsius qui tunc ecclesiam regebat episcopi nomen e sacris diptychis abstulisse; & ut breviter dixerim, palam ecclesiasticum omnem expulisse ordinem: adjiciens, nutrivisse hanc ipsam istorum temerariam procaciam veteribus & impiis eorum sceleribus, veniam rationi minime congruentem datam. Nam cum præcessores ejus similia facerent, inde gradu facto, redintegrarunt impetum suum ad illis pejora, quorum promeritas olim pœ-D nas non sustinuere; auditum hinc aperientes ne in posterum etiam sibi temperarent. Sed tu, Dei amantissime, dignare a nobis rogatus (potes enim) consacerdotis infirmitates tuas proprias efficere, obsequens præcipue beato Paullo dicenti: [b] *Si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra*. Et si longe a magna urbe Antiochena est constituta civitas in qua acerba hæc perpetrata noscuntur, aliquos Dei amantissimos episcopos ipsi urbi vicinos & personas non accipientes, ad audiendum hanc caussam sanctitas tua decernat. Formidat

a I. Cor. xii. 27. Ephes. V. 30. b I. Cor. xii. 26.


* Exstat hæc epistola G. L. Act. xiv. concilii Chalcedonensis, tom. iv. concil. edit. Ven - Labb. pag. 1647. Recusa est a Baluzio ex Dionysii Exigui versione, ibidem pag. 2039. qui tamen interpretem ignorasse videtur. Eamdem quoque ante Riccardum ediderat Elmenhorstius pag. 117. Habetur item ex duplici versione in bibliotheca Patrum Parisiensi ann. 1644. tom. xv. pagg. 648. & 650.

τῆς ὑποθέσεως· ὑφορᾶται γὰρ τὸν θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον τῆς μητροπόλεως, ὡς τῇ τῆς μανίας τῶν ἀντιπάλων φλογὶ τὴν ἐκ δυσμενείας κατ' αὐτοῦ παρασχόντα δύναμίν τε, καὶ ὕλην. καὶ, εἰ ἐλεγχθεῖεν ἐφ' οἷς ᾐτιάθησαν οἱ παρ' αὐτοῦ καταβοώμενοι, καὶ εἰς ἀπόνοιαν τὸν Ἀβεσσαλὼμ ἐκεῖνον μιμησάμενοι, ἐπίσης ἐκείνῳ δέξασθαι καὶ τὴν ἐκ τοῦ παραδείγματος τιμωρίαν. οὕτω γὰρ μισεῖ ὁ Θεὸς τοὺς κατὰ πατέρων ὁπλιζομένους, ὡς ἐν πάσῃ τῇ κτίσει στηλιτεύειν τοὺς πατραλοίας. οἶδα δὲ θεοφιλέστατε, ὡς πάντας περιπτυσσόμενος ἐν σπλάγχνοις Χριστοῦ, καὶ γέμων συμπαθείας, οἰκειώσῃ τὸν πρεσβύτην, καὶ ἀπομάξεις αὐτοῦ τὸ τῆς θλίψεως δάκρυον, καὶ χαριῇ αὐτῷ τὸ μισοπόνηρον, καὶ τοὺς τῆς ἱερωσύνης ἐπιβούλους, καὶ μετὰ τοὺς ἐλέγχους ὀργῇ δικαίᾳ χρησάμενος, καὶ ἀμύνῃ τὸ πρέπον ἐχούσῃ, παρασκευάσεις ἐκ ποδῶν γενέσθαι, πονηρὰν νομὴν, τὸ κοινὸν τῆς ἱερωσύνης καταβλάπτουσαν, ἐπιστημόνως ἐκτέμνων. εἰ γὰρ δοίη τις, τοὺς τολμῶντας, ἃ μὴ δεῖ, καὶ εἰς τοσοῦτον φθάνοντας θράσους, ὡς καὶ τοιούτων κατατολμᾷν, δι' ὧν ἱερωσύνην καθυβρίζουσιν, οἰκτείρειν ἀκρίτως, ἀφ' ὧν τὸν ἔλεον περὶ ἀνομίας θηρῶνται, καὶ παρακαλεῖν· λείπεται οὐδὲν, ἢ πάντας τοὺς τῶν ἐκκλησιῶν προεστῶτας παίγνιον εἶναι καὶ τῶν διαβολικῶν ὀργάνων. ἀλλ' ὁ Θεὸς ἐπὶ τούτῳ καὶ τὴν σὴν θεοσέβειαν προεχειρίσατο, ἐπὶ τῷ καὶ παύειν ἀδικίας, καὶ τόλμας ἀναστέλλειν, καὶ ἱερωσύνῃ καμνούσῃ βοηθεῖν, καὶ ταῖς οἰκείαις λοιδορίαις χώραν μὴ παρέχειν· ἀλλὰ μετὰ διάγνωσιν, τῷ μὲν συκοφαντουμένῳ, εἴγε συκοφαντεῖται, βοηθεῖν· τὸν δὲ συκοφαντοῦντα, εἴ γε ἀληθῶς συκοφαντεῖ, ἐκτέμνειν. μὴ τοίνυν νομιζέτω σου ἡ θεοσέβεια, ὡς ἐφ' ὕβρει τοῦ θρόνου τῆς μεγίστης Ἀντιοχέων πόλεως κατέλαβε τὰ τῇδε ὁ μνημονευθεὶς θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος· ἀλλ' ὑφορώμενός τινας, ὥς φησι, τοὺς ταραχαῖς χαίροντας, καὶ οἰκείῳ πάθει στρατευομένους, δέδωκε πρὸς καιρὸν τόπον τῇ ὀργῇ· ἐπεὶ τό, τε ἀνεξίκακον καὶ ἥμερον, καὶ φιλοδίκαιον τῆς σῆς θεοσεβείας κηρύττων οὐ παύεται· καὶ ἄλλως οὐκ αἰτιώμενος, μὴ γένοιτο, ἀλλὰ δυσωπῶν αἰδεσιμωτέραν γενέσθαι τὴν ἐπ' αὐτῷ μεσιτείαν. διὰ καὶ τοῖς παροῦσιν αὐτὸν ἐφοδιάσαντες γράμμασι, θαρρεῖν εἴπομεν, ἐγώ τε, καὶ ὁ ὁσιώτατος ἐπίσκοπος καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Κύριλλος, ὡς διὰ τὴν κρατοῦσαν ἐν ἡμῖν ἀγάπην αἰδεσθεὶς τοὺς ἐπιστείλαντας, βοηθήσεις πάντως τῷ κομίσαντι. πᾶσαν τὴν σὺν σοὶ ἀδελφότητα πλεῖστα προσαγορεύω.

A enim religiosissimum illum metropolitanum episcopum, utpote ex odio adversus eum flammæ furoris adversariorum ipsius vim præbentem atque materiam. Et si quidem convicti fuerint in quibus accusantur; ii de quibus ipse conqueritur, & qui animi elationem illius Absalom imitati sunt, simili exemplo pariter ac ille plectantur. Adeo enim odit Deus eos qui adversus suos armantur patres, ut publicitus tamquam patrum invasores in omni mundo infamia notet. Novi autem, Dei amantissime, cum omnes complectaris in Christi visceribus & commiseratione sis plenus, te consolaturum senem & lacrymas ejus tribulationis absterfurum, & te ei actæ improbitatis ostensurum osorem; & sacer- B dotii adversarios postquam convicti fuerint, furori justo & competenti vindictæ subjiciens, expulsurum, malum quod serpendo pascitur & communitatem sacerdotii lædit, sapienter excidens. Nam si quis condonaverit iis qui ea quæ non decent præsumunt, & in tantam procacitatem exsiliunt, ut etiam illa perpetrare audeant quæ sacerdotium dedecore opprimant; immerito ac temere misericordiam illis impertiendo, ex eo quod misericordiam pro scelere deprecari conentur & extorqueant: vel illud unum supererit tantum ut omnes ecclesiarum præsules in lusum & opprobrium fiant ipsis etiam diabolicis instrumentis. Sed Deus ad hoc etiam tuam religiositatem ad sacerdotium promovit, ut C & injustitias removeas, & temerarias procacitates comprimas, & sacerdotio laboranti succurras, & propriis maledictis locum non præbeas; sed post cognitionem, ei quidem qui calumniam patitur, si modo patitur, opem feras; illum vero qui calumniam facit, si vere est calumniatus, abscindas. Non igitur tua religiositas arbitretur, huc venisse memoratum Dei amantissimum episcopum, ut injuriam sedi præclaræ civitatis Antiochenæ inferret: sed quo, metuens quosdam, sicut ait, seditionibus gaudentes & passioni propriæ militantes, [a] daret ad tempus locum iræ: quandoquidem clementiam & mansuetudinem & amorem justitiæ tuæ religiositatis prædicare non cessat. Nec minus ut quem- D quam accuset, (absit hoc) sed quia sibi persuadet hac intercessione dignius se exoraturum. Quocirca illi commeatu præsentibus litteris dato, erecto eum esse animo ac fidenti jussimus, ego atque sanctissimus Episcopus & consacerdos noster Cyrillus, propter caritatem quæ inter nos regnat; exorabilem te exhibendo scribentibus atque placatum, harum litterum gerulo modis omnibus te opem laturum. Omnem quæ tecum est in Christo fraternitatem, plurimum salvere jubeo.

a Rom. XII. 19.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.



Τῦ ἐν ἁγίοις πατρὸς ἡμῶν Κυρίλλυ ἐπισκόπυ τῆς Αλεξανδρείας Γενναδίῳ πρεσβυτέρῳ καὶ ἀρχιμανδρίτῃ περὶ τῦ δεῖ παρορᾷν τί τῆς ἀκριβείας μείζον☉ ἕνεκα κατορθώματ☉.

Sancti patris nostri Cyrilli episcopi Alexandriæ epistola ad Gennadium presbyterum & archimandritam. Quod connivendum sit in aliquo a juris rigore, majoris emolumenti caussa.

* EPISTOLA XIV.

Interprete ANASTASIO *bibliothecario.*

Interprete ANASTASIO *bibliothecario.*

INtentionem quidem reverentiæ tuæ quam circa divinum posſides cultum, non tantum nunc agnovi, sed ab olim ſciebam: & laudo vehementer eam, cum tanta volentem diſtrictionis diligentia vivere. Sed diſpenſationes rerum nonnumquam cogunt parum quid a debito quoſdam foras exire, ut majus aliquid lucri faciant. Sicut enim hi qui mare navigant, tempeſtate urgente, navique periclitante, anxiati quædam exonerant, ut cetera ſalva permaneant: ita & nos cum non habeamus ſalvandorum omnium [4] negotiorum penitus certitudinem, deſpicimus ex his quædam ne cunctorum patiamur diſpendia. Et hæc ſcribo cognoſcens quod pietas tua triſtetur in ſanctiſſimum & Dei cultorem fratrem & commiſtrum noſtrum Proclum epiſcopum, eo quod admiſerit in communionem Æli enſium epiſcopum; quem quidem eccleſiæ leges Palæſtinæ præpoſitum non noverunt. Suſcitat autem ad infrunitum negotii deſiderium amor gloriæ, amarum terminum inaniter habens. Igitur ne refugiat pietas tua ſanctiſſimi & Deo amantiſſimi Procli epiſcopi communionem: una enim fuit cura mihi & ſanctitati ejus; & diſpenſationis modus nulli ſapientium diſplicuit.

ΤΟ μὲν [1] εὔτονον εἰς ἀκρίβειαν τῆς σῆς θεοσεβείας, οὐ νῦν ἔγνων, ἀλλ' ᾔδειν ἐκπάλαι, καὶ ἐπαινῶ γε σφόδρα, μετὰ [2] τοιαύτης ἀκριβείας θέλουσαν ζῆν. ἀλλ' αἱ οἰκονομίαι τῶν πραγμάτων ἔσθ' ὅτε παραβιάζονται βραχὺ τοῦ δέοντ☉ ἔξω φέρεσθαί τινας, ἵνα τι μεῖζον κερδανῶσιν. ὥσπερ γὰρ οἱ τὴν θάλασσαν ναυτιλλόμενοι χειμῶν☉ ἐπικειμένου καὶ κινδυνευούσης τῆς νεὼς [3] ἀλύοντες ἀποφορτίζονταί τινα ὑπὲρ τοῦ σῶσαι τὰ λοιπά· οὕτως καὶ ἡμεῖς ἐν τοῖς πράγμασιν ὅταν μὴ ἐξῇ τὰ λίαν ἀκριβὲς ἀποσώζειν, παρορῶμέν τινα, ἵνα μὴ τοῦ παντὸς πάθωμεν ζημίαν. καὶ ταῦτα γράφω μαθὼν, ὅτι ἡ σὴ θεοσέβεια λελύπηται εἰς ὁσιώτατον καὶ θεοσεβέστατον ἀδελφὸν ἡμῶν καὶ συλλειτουργὸν ἐπίσκοπον Πρόκλον· ὡς λαβόντα πρὸς κοινωνίαν τὸν τῆς [5] Αἰλιέων ἐπίσκοπον· ὃν οἱ μὲν τῆς ἐκκλησίας θεσμοὶ τῆς Παλαιστίνης ἡγούμενον οὐκ ἴσασιν· ἐγείρει δὲ πρὸς ἀχάλινον τοῦ πράγματ☉ ἐπιθυμίαν φιλοδοξία [6] διάκενος πικρὸν ἔχουσα τὸ τέλος. μὴ ἀποφευγέτω τοίνυν ἡ σὴ θεοσέβεια τὴν πρὸς τὸν ὁσιώτατον καὶ θεοφιλέστατον ἐπίσκοπον Πρόκλον κοινωνίαν· μία γὰρ γέγονεν ἡ φροντὶς ἐμοί τε καὶ τῇ ὁσιότητι αὐτῦ· καὶ ὁ τῆς οἰκονομίας τρόπος οὐδενὶ τῶν συνετῶν ἀπήρεσεν.

Ex antiquo interprete VII. *synodi act.* I.

INtenſam tuam erga pietatem affectionem, non jam nunc, ſed multis ab hinc annis cognovi; plurimum autem ea de cauſſa ſtudia tuæ vitæ diligentiamque commendo. Eſt tamen, cum adminiſtrationem rerum aliqui tranſgrediantur, extraque limites paullo plus quam oporteat ferantur, quo majus lucrum conſequantur. Quemadmodum illi qui mare navigant, exoriente tempeſtate & fluctibus concitatis, ita ut navis periculum timeant, onera quædam in mare dejiciunt, ut reliqua conſervent: ſic & nos in noſtris rebus facere oportet; cum non liceat exacte omnes ad ſalutem perducere, ſubinde aliquem conniventer relinquimus, ne univerſorum jacturam & damnum patiamur. Hæc autem ſcribo, quod inaudierim te ægre affectum eſſe adverſus beatiſſimum & piiſſimum noſtrum comminiſtrum Proclum epiſcopum, quod in communionem Ælienſium epiſcopum receperit, quem Palæſtinæ eccleſiæ ſtatuta præſidem non agnoſcunt. Ad effrenem autem hujus negotii cupidinem, vana quædam ambitio excitat, quæ procul dubio finem amarum eſt adſequutura. Itaque nequaquam velim tuam pietatem fugere familiaritatem cum beatiſſimo & piiſſimo Proclo epiſcopo: ſiquidem eadem illius ſanctitatis mihique ſententia eſt, neque hujus diſpenſationis modus cuiquam prudentium diſplicuit.

* Habetur hæc epiſtola Act. I. concilii Nicæni II. œcumenici VII. tom. VIII. concil. edit. Ven-Labb. pag. 719. atque inter opera Cyrilli tom. V. part. II. pag. 191. Græcam epiſtolam ex vetuſto Sirleti cardinalis codice deſcripſit Riccardus, & cum Græcis conciliorum Vaticanis codicibus contulit. Latinam vero Anaſtaſii bibliothecarii verſionem deſumſit ex antiquiſſimo codice VII. ſynodi act. I. Columnenſis olim bibliothecæ.

1. Εὔτονον] Vatic. ἄτονον. — Sic & in edit. conciliorum.

2. Τοιαύτης] Vatic. πάσης. — Hanc item lectionem margini adlevit editor conciliorum.

3. Ἀλύοντες] Sirleti codex, κλαίοντες, *ejulantes*.

4. *Negotiorum*] Græca; *Sic & nos in negotiis ubi non licet exquiſitiſſimam illam rationem ſervare, deſpicimus conniventes quædam* cet

5. Αἰλιέων] Sirlet. Ελουσῶν.

6. Διάκεν☉] *Vana quædam ambitia*. Sirlet. διάκον☉, *miniſtra ambitio*. Priorem lectionem retinent editores tum conciliorum, tum operum Cyrilli.

Θεοδώρητος Πρόκλῳ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

Theodoretus PROCLO *episcopo Constantinopolitanæ urbis.*

*EPISTOLA XV.

Interprete VINCENTIO RICCARDO *clerico regulari.*

ΠΈρυσι μὲν ἡ ἁγιότης ὑμῶν τοῦ χαλεποῦ κλύδωνος ἐλευθέρωσε τὸν περίβλεπτον Φίλιππον τὸν τῆς ἡμετέρας πρωτεύοντα πόλεως· καὶ γαλήνης διὰ τὴν τῆς σῆς ὁσιότητος ἀπολαύσας κηδεμονίαν τῶν ὑμετέρων εὐφημιῶν τὰς ἡμετέρας ἐνέπλησεν ἀκοάς. ἀλλ' ἐκείνην ἅπασαν τὴν σπουδὴν ὁ εὐλαβέστατος ἐπίσκοπος ὁ δεῖνα, ἄχρηστον ἀποφῆναι πειρᾶται, τὴν πρὸ δέκα καὶ δύο ἐτῶν πολλάκις γεγενημένην ἐποψίαν τῆς χώρας συκοφαντῶν, καὶ κατηγορίαν ἀναδεξάμενος, οὐδὲ ἐπιεικὲς τῶν ἀνδραπόδων ἁρμόττουσαν. ἀλλὰ σοῦ δέομαι τῆς ἱερᾶς κεφαλῆς, παῦσαι μὲν τὴν ἐκείνου ψευδολογίαν· πεῖσαι δὲ τοὺς ὑπερλάμπρους ὑπάρχους κρατῆναι τὴν ψῆφον, ἣν ἐνδίκως καὶ φιλανθρώπως ἐξήνεγκαν. τῷ ὄντι βαρυτάτην μὲν ἀπογραφὴν ὑπὲρ πάσας τῆς ἐπαρχίας τὰς πόλεις ἡ ἡμετέρα πόλις ἐδέξατο· πάσης δὲ πόλεως κουφισθείσης, μεμένηκεν αὕτη μέχρι καὶ τήμερον ὑπὲρ ἓξ μυριάδων καὶ δισχιλίων εἰσφέρουσα ζυγῶν. ὀψὲ δέ ποτε μόλις πεισθέντες οἱ τὸν ὑψηλὸν ἐκεῖνον θρόνον λαχόντες, ἐπόπτας τῆς χώρας ἀπέστειλαν· καὶ τὴν παρ' ἐκείνων ἐκπεμφθεῖσαν γνῶσιν ἐδέξατο μὲν πρῶτος ὁ τῆς μεγαλοπρεποῦς μνήμης Ἰσίδωρος· ἐβεβαίωσε δὲ ὁ ἐνδοξότατος καὶ φιλόχριστος ὁ κύριος Φλωρέντιος· ἀκριβέστερον δὲ πᾶσαν τὴν ὑπόθεσιν ἐξετάσας ὁ νῦν ταῦτα κατέχων τὰς ἡνίας, καὶ δικαιοσύνῃ τὸν θρόνον κοσμῶν, βασιλικαῖς ταύτην ἐκύρωσε ψήφοις. ὁ δὲ φιλαλήθης ἀνὴρ διὰ τὴν πρὸς ἕνα δυσμένειαν, τὸν περίβλεπτον λέγω Φίλιππον, τὸν κατὰ τῶν πενήτων ἀνεδέξατο πόλεμον. οὗ δὴ χάριν τὴν σὴν ἁγιωσύνην ἀντιβολῶ, ἀντιτάξαι τῇ ἀδίκῳ γλώττῃ τὴν δικαίαν σου γλῶτταν· καὶ τῆς ἀληθείας πολεμουμένης ὑπερασπίσαι, καὶ ταύτης μὲν δεῖξαι τὸ ἄμαχον· τοῦ δὲ ψεύδους ἐλέγξαι τὸ μάταιον.

A SUperiore quidem anno sanctitas tua illustrem Philippum qui in nostra civitate principem locum obtinet, a gravi quodam & æstuoso infortunio liberavit: & tranquillitatem ob tuæ sanctitatis patrocinium ac erga eum studium adeptus, præclaris tuis laudibus nostras opplevit aures. Sed reverendissimus N. episcopus studium illud omne inutile ac vanum demonstrare nititur; visitationem provinciæ jam sæpenumero ante duodecim annos factam calumniando, & accusationem in caussæ recognitionem assumendo, quæ ne plagiariis quidem hominibus congruerent. Sed quæso oro te sacrum caput, ut quiescere facias illum a dicendi falsitate ac calumniis; præfectos vero illustres persuadeas in ea B esse ac permanere sententia, quam juste & benigne protulerunt. Nostra enim civitas gravissimam re vera supra omnes hujus provinciæ civitates descriptionem passa est; & cum omnes civitates essent gravaminibus exoneratæ, hæc una remansit, quæ huc usque supra sex myriadas & duo millia jugerum persolvit. Sero tamen qui excelsum illum thronum possident vix tandem sorte compotes effecti, visitatores provinciæ miserunt: & ab illis emissam cognitionem atque sententiam, suscepit quidem primo sanctissimæ memoriæ Isidorus; deinde vero eam confirmavit gloriosissimus & Christo dilectus dominus Florentius. Et cum diligentius caussam omnem exagitasset is qui nunc has tenet habenas justitiaque thronum illustrat, hanc ipsam regio firmavit C edicto. At homo ille veritatis amator ob eam quam cum uno solo, illustri scilicet Philippo, inimicitiam & simultatem habet, adversus pauperes bellum suscepit. Quapropter sanctitatem tuam obsecro, ut iniquæ & perversæ linguæ tuam justam opponas linguam, oppugnatamque virtutem protegas, & ipsam inexpugnabilem demonstres: mendacii vero vanitatem arguas.

Θεοδώρητος Φλαβιανῷ ἐπισκόπῳ Κωνσταντινουπόλεως.

Theodoretus Flaviano episcopo Constantinopolitanæ urbis.

*EPISTOLA XVI.

Interprete VINCENTIO RICCARDO *clerico regulari.*

ΠΟλλὰς μὲν ἐν τῷ παρόντι καιρῷ τὰ πάντα, θεοφιλέστατε, τρικυμιῶν ἐδεξάμεθα προσβολάς· καὶ τὸν τοῦ παντὸς ἐπικαλεσάμενοι κυβερνήτην, ἀντισχεῖν ἠδυνήθημεν πρὸς τὸν κλύδωνα. τὰ δὲ νῦν καθ' ἡμῶν ἐπιχειρηθέντα πᾶσαν τραγικὴν ὑπερβαίνει διήγησιν· νομίσαντες γὰρ σύμμαχον σχήσειν καὶ συνεργὸν εἰς τὰ κατὰ τῆς ἀποστολικῆς πίστεως τυρβόμενα τὸν θεοφιλέστατον τῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὸν κύριον Διόσκορον, ἀπεστείλαμεν ἕνα τῶν παρ' ἡμῖν εὐλαβεστάτων πρεσβυτέρων συνέσει κοσμούμενον, μετὰ συνοδικῶν γραμμάτων, διδάξαντες αὐτοῦ τὴν θεοσέβειαν ὡς ταῖς γεγενημέναις ἐπὶ τοῦ τῆς μα-

D MUltos quidem, Deo dilectissime, eosque immanes ex omni parte hoc tempore procellarum impetus sustinuimus, & rectorem universi implorantes, vires ad resistendum tempestati nacti sumus. At quæ modo adversum nos tentata sunt, tragicam omnem exsuperant narrationem: quandoquidem cum existimaremus dilectissimum in Deo Alexandriæ episcopum dominum Dioscorum auxiliatem opem operamque nobis laturum ad tumultus contra catholicam fidem excitatos sedandos; misimus ad eum cum synodicis litteris unum ex nostris piissimis presbyteris prudentia ornatum, mandantes pietati ipsius operam daret ut persistamus constitutionibus tem-

* Hanc & sequentem Theodoriti epistolam descripsit Riccardus ex Vaticano codice, quo usus est etiam Sirmondus in sua Theodoriti operum editione: exstatque tom. III. pag. 930. num. XLVII.

* Extat item hæc epistola in editione Theodoriti operum Sirmondiana tom. III. pag. 968. estque num. LXXXVI.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 438.

καρίας μνήμης Κυρίλλου συνθήκαις ἐμμένομεν, καὶ τήν τε παρ' αὐτοῦ γραφεῖσαν στέργομεν ἐπιστολὴν τήν τε τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἐν ἁγίοις Ἀθανασίου, ἣν πρὸς τὸν μακάριον Ἐπίκτητον ἔγραψεν, ἀσπασίως δεχόμεθα· καὶ πρό γε τούτων τὴν ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἐκτεθεῖσαν πίστιν ὑπὸ τῶν ἁγίων καὶ μακαρίων πατέρων· καὶ παρεκαλέσαμεν τοὺς τοιούτοις ἐμμένειν οὐ βουλομένους, ἐμμεῖναι παρασκευάσαι. ἀλλά τις ἐντεῦθεν δραμὼν τῶν τἀναντία φρονούντων, καὶ τοὺς θορύβους τούτους ἐργαζομένων, ἐξαπατήσας τῶν αὐτόθι τινὰς καὶ μυρίας καθ' ἡμῶν συκοφαντίας ὑφήνας, παρεσκεύασεν ἀθέσμους καθ' ἡμῶν ἐκβοήσεις γενέσθαι. ὁ δὲ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος Διόσκορος γέγραφεν ἡμῖν ἐπιστολὴν, ἣν οὐκ ἔδει γράψαι τὸν παρὰ τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ μεμαθηκότα ἀκοὴν ματαίαν οὐ παραδέχεσθαι. πιστεύσας γὰρ τοῖς καθ' ἡμῶν εἰρημένοις, ὡς ἀκριβῶς τούτων ἕκαστον ἐξετάσας, καὶ ἐκ τῆς βασάνου μεμαθηκὼς ἀληθὲς, οὕτως ἡμῶν κατεψηφίσατο. ἀλλ' ἡμεῖς γενναίως τὴν συκοφαντίαν ἠνέγκαμεν, καὶ χρηστοῖς γράμμασιν ἠμειψάμεθα, καὶ πεπείκαμεν αὐτοῦ τὴν θεοσέβειαν, ὡς πάντα ταῦτα ψευδῆ, καὶ ὡς οὐδεὶς τῶν τῆς ἀνατολῆς θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων ἐναντία τοῖς ἀποστολικοῖς φρονεῖ δόγμασι. ἐπείσθησαν δὲ καὶ δι' αὐτῆς τῶν πραγμάτων τῆς πείρας καὶ οἱ ἀποσταλέντες παρ' αὐτοῦ εὐλαβέστατοι κληρικοί. ὁ δὲ πᾶσιν ἐρρῶσθαι φράσας, καὶ τοῖς συκοφαντοῦσι τὰς ἀκοὰς ἐκδοὺς, πρᾶγμα πεποίηκεν οὐδαμῶς πιστευθῆναι δυνάμενον, εἰ μὴ πᾶσαν εἶχεν μαρτυροῦσαν τὴν ἐκκλησίαν. ἠνέσχετο μὲν γὰρ τῶν ἀναθεματιζόντων ἡμᾶς· ἀναστὰς δὲ καὶ προσφωνήσας τὰς ἐκείνων φωνὰς ἐπεβεβαίωσεν, πρὸς δὲ τούτοις τινὰς τῶν θεοφιλεστάτων ἐπισκόπων εἰς τὴν βασιλεύουσαν ἀπέστειλεν ὡς ἔγνωμεν πόλιν, αὐξῆσαι τοὺς καθ' ἡμῶν θορύβους ἐλπίζων. ἡμεῖς δὲ πρῶτον μὲν τὸν τῶν ὅλων ἐπόπτην πρόμαχον ἔχομεν· ὑπὲρ γὰρ τῶν θείων αὐτοῦ δογμάτων ἀγωνιζόμεθα· ἔπειτα δὲ καὶ τὴν σὴν ἁγιωσύνην παρακαλοῦμεν τῆς πολεμουμένης πίστεως ὑπερμαχῆσαι, καὶ τῶν πατηθέντων ὑπεραγωνίσασθαι κανόνων. ἐν ἐκείνῃ γὰρ τῇ βασιλευούσῃ πόλει συνελθόντες οἱ μακάριοι πατέρες συμφώνως τοῖς ἐν Νικαίᾳ συναθροισθεῖσι τὰς διοικήσεις διέκριναν, καὶ ἑκάστῃ διοικήσει τὰ ἑαυτῆς ἀπένειμαν· ἀντικρυς ἀπαγορεύσαντες, ἐξ ἑκατέρας τινὰς διοικήσεως ἑτέρᾳ μὴ ἐπιέναι· ἀλλὰ τὸν Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπον τὰ τῆς Αἰγύπτου μόνα διοικεῖν, καὶ ἑκάστην διοίκησιν τὰ οἰκεῖα. ὁ δὲ τούτοις ἐμμένειν τοῖς ὅροις οὐ βούλεται, ἀλλ' ἄνω καὶ κάτω τοῦ μακαρίου Μάρκου τὸν θρόνον προβάλλεται· καὶ ταῦτα σαφῶς εἰδὼς ὡς τοῦ μεγάλου Πέτρου τὸν θρόνον ἡ Ἀντιοχέων μεγαλόπολις ἔχει· ὃς καὶ τοῦ μακαρίου Μάρκου διδάσκαλος ἦν, καὶ τοῦ χοροῦ τῶν ἀποστόλων πρῶτος καὶ κορυφαῖος. ἀλλ' ἡμεῖς τοῦ μὲν θρόνου τὸ ὕψος ἐπιστάμεθα, ἑαυτοὺς δὲ καὶ γινώσκομεν καὶ μετροῦμεν· τὴν γὰρ ἀποστολικὴν ταπεινοφροσύνην ἄνωθεν μεμαθήκαμεν. τὴν δὲ σὴν ὁσιότητα παρακαλοῦμεν μή τι τοὺς ἁγίους κανόνας πατουμένους περιιδεῖν, καὶ τῆς θείας πίστεως ὑπερμαχῆσαι προθύμως· εἰς ταύτην γὰρ ἔχομεν τὴν ἐλπίδα τῆς σωτηρίας, καὶ διὰ ταύτης τυχεῖν προσδοκῶμεν φιλανθρωπίας· ἵνα δὲ μηδὲ τοῦτο ἀγνοήσῃ σου ἡ ὁσιότης, ἴσθι δέσποτα, ὡς τὴν πρὸς ἡμᾶς ἔσχεν μικροψυχίαν, ἐξ οὗ τοῖς παρ' ὑμῖν γεγενημένοις συνοδικοῖς ἐπὶ τοῦ τῆς μακαρίας μνήμης Πρόκλου συνεθέμεθα, τοῖς τῶν ἁγίων πατέρων κανόσιν ἀκολουθήσαντες· καὶ περὶ τούτου καὶ ἅπαξ ἡμῖν καὶ δὶς ἐνεκάλεσεν, ὡς προδεδωκόσι καὶ τῆς Ἀντιοχέων, ὡς λέγει, καὶ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐκκλησίας τὰ δίκαια. τούτων μεμνημένος, καὶ καιρὸν εὑρὼν, ὡς ὑπέλαβεν, τὴν δυσμένειαν ἔδειξεν· ἀλλὰ τῆς ἀληθείας οὐδὲν ἰσχυρότ-

A pore beatæ memoriæ Cyrilli factis, amplectamurque epiſtolam ab ipſo ſcriptam, ac illam pariter quam beatiſſimus ac ſanctiſſimus Athanaſius ad beatum Epictetum dedit, libenter ſuſcipiamus: ac etiam ante hæc omnia conſtitutam a ſanctis beatiſque patribus in Nicæa Bithyniæ fidem. Et obſecravimus eum efficere plane, ut eos qui noluerint in hiſce perſiſtere, ea obſervent. Verum quidam hinc occurrens ex iis qui contraria ſentiebant quique tumultus hoſce excitabant, ut ibidem aliquos ſuo averteret aſtu, & contra nos ſexcentas quaſdam calumnias texens, effecit ut iniqui adverſum nos exorirentur clamores. Porro Deo amabiliſſimus epiſcopus Dioſcorus epiſtolam nobis ſcripſit, minime B plane ſcribendam ab eo qui a Deo optime didicerat, ſtultam hiſce omnibus aurem non eſſe adhibendam. Dedit enim fidem iis quæ contra nos dictitabantur, non ſecus ac ſingula quæque diligenter ipſe examinaſſet, & vera eſſe ex ipſo comperiſſet examine, ita nos lata ſententia damnavit. Nos vero viriliter & ingenue hanc toleravimus calumniam, benignique litteris viciſſim reſpondimus, pietatique ejus perſuadere conati ſumus cuncta hæc falſa eſſe, nullumque orientis epiſcopum ab apoſtolicis nunc diſſentire dogmatibus: adeo ut ſuo probaverint aſſenſu ipſa rerum experientia compulſi, etiam ii qui ab ipſo miſſi fuerant religioſiſſimi clerici. At ipſe omnia prorſus contemnens, ipſiſque calumniatoribus C aures præbens, rem nullo utique pacto credendam, niſi teſtis foret univerſa eccleſia, perpetravit. Nec enim deſtitit quouſque nos anathemate feriremur; ac poſtea aſſurgens, & magno clamore elatus illorum voces confirmavit ac inſuper quoſdam Deo amabiliſſimos epiſcopos in regiam, ut comperimus, miſit civitatem, ſperans adverſum nos tumultus aucturos. At nos primum quidem illum omnium inſpectorem habemus propugnantem, cum pro ſuis divinis decertemus dogmatibus: tum vero tuam etiam deprecamur ſanctitatem pro oppugnata pugnare fide, & pro conculcatis canonibus certamen inire. Siquidem beati illi patres qui in regia civitate convenerunt, conjunctis ſententiis cum iis D qui in Nicæa congregati fuerant, diœceſes diſtribuere, & unicuique diœceſi quæ ad eam ſpectarent attribuere: omnino prohibentes, ne quiſpiam unius diœceſis alteram invaderet. Alexandriæ vero epiſcopum decreverunt ea dumtaxat quæ Ægypti ſunt ad miniſtrare; & unamquamque diœceſim ſua peculiaria. At iſte hiſce definitionibus ſtare renuit, & ſuſque deque beati Marci ſedem jactat: idque cum optime noſcat inſignem Antiochenſium civitatem ſedem magni Petri tenere, qui & beati Marci magiſter fuit, & in Apoſtolorum choro primus & coryphæus. Nos vero tum ſedis celſitudinem agnoſcimus, tum noſmet ipſos ſcimus noſtraſque metimur vires: apoſtolicam namque animi modeſtiam e cæ E lo didicimus. Tuam quidem ſanctitatem obſecramus, ne ſanctos ipſos conculcatos canones deſpiciat, ſed erecto animo pro divina fide pugnet, in qua certe ſpem ſalutis habemus, & per quam benignitatem conſequi ſperamus. Ne autem iſtud etiam te quovis pacto lateat ſanctitatem: ſcias domine acerbo in nos fuiſſe & eſſe animo, ex quo decretis apud vos in ſynodo factis tempore beatæ memoriæ Procli, ſequentes canones ſanctorum patrum adſtipulati ſumus. De qua re ſemel & iterum nos incuſavit, tamquam, ut dicebat ipſe, neglectores jurium tum Antiochenſis tum Alexandrinæ eccleſiæ. Quæ recolens, nacta occaſione ut opinabatur, odium ſimultatemque oſtendit. At nihil ſane veritate fortius:

ρον· οἶδε γὰρ αὕτη καὶ δι' ὀλίγων νικᾶν. παρακαλῶ δέ σου τὴν ἁγιότητα καὶ μνημονεύειν ἡμῶν ἐν ταῖς πρὸς τὸν κύριον προσευχαῖς, ἵνα ἀντισχεῖν δυνηθῶμεν πρὸς τὰ διάφορα κύματα.

novit enim ea ipsa brevi omnia superare. Precor tamen tuam sanctitatem, ut memoriam nostri teneat in orationibus ad Dominum, quo variis hisce fluctibus obsistere valeamus.

* EPISTOLA XVII.

Procli Synodica.

Inititium synodicæ ecclesiæ de Proclo factæ.

NOn minus, quam quandolibet, etiam nunc opportune ostendit gratia Dei suam manifestissime bonitatem, contra malitiæ magnitudinem ecclesiæque ægritudinem virtute clementi resistens; & dum grave profundum metueretur, veloci efficacique medicamine curans, & futurum periculum admirabili & insperato quodam salvationis modo præveniens. Quoniam quidem multa medio tempore tempestas tenuit seditiosorum, qui ex corruptificis seminibus doctrinæ Nestorii surrexerunt, & insistebant; dum pro sanctissima ecclesia in medium staret sanctæ memoriæ Maximianus, qui omni quidem diligentia usus est ad hujus mali permutationem; nec tamen suffecit hanc malam plantationem eradicare. Igitur dum subito idem beatissimus a præsenti vita migrasset: tamquam facultatem præsumtionis susciperent qui hanc parturiebant seditionem; neque in occulto habere, neque absconditam nequitiam suam continere dignati sunt, sed coacervatæ multitudines in multis partibus civitatis Nestorium publico clamore reposcebant, & urbi pericula ecclesiæque minabantur incendium. Et certe ista etiam sub illo beatæ memoriæ, huic repugnante languori.

* Hujusmodi Synodicæ Procli fragmentum Riccardo incompertum primus edidit Christianus Lupus inter *Epistolas Ephesinas* cap. CL. ejus opp. tom. VII. pag. 313. & post ipsum Joannes Garnerius in *Auctario Theodoriti* pag. 653.

FRAGMENTA OPERUM SANCTI PROCLI.

I.

Ἐν τῇ τεσσαρακοστῇ.

Homilia in quadragesima.

Ἡ θεία φύσις ἄκτιστος, ἡ ἐξ ἐμοῦ πρόσληψις ἀνόθευτος· καὶ ἔστιν εἷς υἱὸς, οὐ τῶν φύσεων εἰς δύο ὑποστάσεις διῃρημένων, ἀλλὰ τῆς φρικτῆς οἰκονομίας τὰς δύο φύσεις εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνωσάσης.

Divina natura increata, & nostræ carnis legitima assumtio: & unus est Filius, naturis in duas hypostases non divisis, sed mirabili quadam dispensatione duas naturas in unam hypostasim conjungente.

Hæc refert Ephræmius in Oratione III. ad Domnum apud Photium in Biblioth. cod. CCXXIX. & Anastasius Sinaita lib. ὁδηγοῦ cap. VII. fol. 110. & cap. X. fol. 166. Leont. Byzant. lib. I. contr. Nestor. & Eutych. in tom. IV. antiq. lect. Canis. Sed inscriptio est: *Proclus in illud*, Puer natus est nobis. *Ipse vere Deus & vere homo, Patri quatenus erat consubstantialis; & mihi quatenus factus est sine peccato, ejusdem naturæ. divina natura increata*, cet. Ex quibus constat superiorem Orationem unam eamdemque cum proxima sequenti esse.

II.

Ἐξ ὁμιλίας, τῆς εἰς τὸ, παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, υἱὸς καὶ ἐδόθη ἡμῖν.

Ex homilia in illud, Puer natus est nobis, & filius datus est nobis.

Καὶ τὰς φύσεις τῷ λόγῳ δίελε, καὶ τὴν ἕνωσιν τοῦ μυστηρίου θεολόγησον.

Et naturas ratione divide, & unionem mysterii divinis extolle præconiis.

Habentur hæc verba in concilio Chalcedon. in testimoniis sanctorum patrum, & apud Anastasium Sinaitam lib. ὁδηγοῦ cap. VII. & cap. X. & Leontium apud Canisium tom. IV. antiq. lect. fol. 33.

III.

Ἔστι γὰρ εἷς καὶ μόνος μονογενὴς, υἱὸς καὶ λόγος τοῦ Θεοῦ, οὐ τῶν φύσεων αὐτοῦ εἰς δυάδα ὑποστάσεων τεμνομένων, ἀλλὰ τοῦ ἀῤῥήτου λόγου εἰς μίαν ὑπόστασιν ἑνώσαντος· ἔνδοθεν κοσμουμένου τοῦ παναγίου σώματος, διὰ τοῦ θείου λόγου· ἔξωθεν δὲ τῷ πνεύματι φρουρουμένου· ἵνα ἐξ ἀμφοτέρων τὸ τηλαυγὲς τῶν φύσεων δειχθῇ. οὕτω γὰρ καὶ ἐσθίειν αὐτὸν φαμὲν, οὐ πρὸ τοῦ πάθους μόνον, ἀλλὰ καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν, τὴν φύσιν τοῦ σώματος αὐτοῦ πιστούμενος.

Est enim unus & unigenitus Filius & Verbum Dei; naturis ejus non in duplicem hypostasim divisis, sed ineffabili ratione in unam hypostasim conjunctis: intus sanctissimo ejus corpore per Verbum exornato; foris autem Spiritus sancti protectione custodito; ut ex utrisque claritas naturarum emineat ac elucescat. Sic enim ipsum etiam comedisse dicimus, non modo ante passionem, sed & post resurrectionem, ut naturam corporis sui comprobaret.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 438.



Teſtimonium hoc profert Flavianus epiſcopus Conſtantinopolitanus ſucceſſor ſancti Procli in ſuo tomo, quod etiam recenſet Anaſtaſius Sinaita in lib. ὁδηγῦ cap. x. fol. 196.

Egit etiam S. Proclus aliam Orationem poſt victoriam de barbaris a Theodoſio imperatore relatam, explicans verba illa *Ezech.* XXXVIII. 2. *Et tu fili hominis vaticinare contra Gog*, cet. De qua Socrates lib. VII. Hiſtor. cap. XLIII. Quæ non abſimilis eſt illi, quæ de eadem re eodem fere tempo- A re ſcribit S. Ambroſius lib. II. de fide cap. ult. in fine tom. IV. & videntur aſſuta ex alia quadam Oratione : nam inquit : *Neque vero te imperator pluribus tenere debeo bello intentum*, cet. Et tamen tres alios ſcribit deinde libros ad eumdem de eadem re, licet non eodem anno, ut apud Baronium tom. IV. Et ea fortaſſe ex Procli Oratione illa deſumta ſunt. Fragmenta hæc ſic tradidi, cum integras Orationes habere non licuit. Riggard.

F R A G M E N T A

Epistolæ sancti PROCLI ad Armenios.

Ex Joannis Maxentii de Chriſto profeſſione.

in tom. IV. *part.* I. *bibliothecæ Patrum Pariſ. ann.* 1644. *pag.* 437. c.

I.

Sed ſciſcitaris me fortaſſis illum novitium vanumque ſenſum ſeu vaniloquium, dicens : Quia qui confitetur eum qui crucifixus eſt, Chriſtum Deum, & Patrem & Spiritum ſanctum crucifixum confitetur, ſi una eſt Trinitatis natura. Ego autem e contrario objicio tibi, & quæro : Unus ex Trinitate eſt qui crucifixus eſt, an aliquis alius extra Trinitatem? Et ſi quidem Unus, ſolutum eſt jurgium ; ſi autem alius aliquis præter Trinitatem, Quartus eſt ſine dubio gloriæ Dominus, & ab illa glorificatione qua Seraphim glorificant [a], exſiſtit extraneus. Illa autem animalia Trinitatem laudant, & unitatem confitentur. Hoc autem ſi non mendaciter docet vox illa, quomodo Quartus quos non plaſmavit, ſalvavit? aut [b] chirographum peccatorum C deſtruxit in cruce, qui non habet poteſtatem peccata dimittere, ſi non eſt ſecundum te Deus?

Et iterum poſt pauca. Si autem proferas mihi, dicens : Quia qui confitetur crucifixum Deum Filium, & Patrem & Spiritum ſanctum confitetur ; ſuper aquam ſcribis, & ſuper arenam ædificas. Attende igitur catholicæ fidei nervos, & ablue imprudentiam tuam. Quid enim eſt quod nos ſapimus atque ſentimus? Quia in hac ipſa eſſentia & divina natura, qua conſtat & qua conjunctus & B unitus eſt Filius Patri ſanctoque Spiritui, non dicimus eum deitate paſſum fuiſſe, ſed carne quam pro nobis aſſumſit, & quæ ex nobis & pro nobis eſt factus. Non autem alius eſt factus, niſi unus de Trinitate, & crucifixus eſt carne qua factus eſt: & non eſt paſſus divinitate qua unitus eſt Patri & Spiritui ſancto, ne & ipſos crucifixos pariter dicamus. Si autem diceremus eum divinitate crucifixum, re vera in Trinitatem paſſionem induceremus. Si autem dicimus quod in carne ſua paſſiones Verbum ſuſcepit, confitemur, quia & unus eſt de Trinitate qui paſſus eſt, & Trinitatis natura impaſſibilis manſit.

Et iterum. Si autem incarnatus non eſſet paſſus, haberet fortaſſis rationem verſutiſſima objectio. Si autem incarnatus paſſus eſt ; evidenter, quoniam cauſſa incarnationis eſt crux, hoc crucifixum eſt quod incarnatum eſt. Si autem quod incarnatum eſt, crucifixum eſt: Pater autem & Spiritus non eſt crucifixus : unus ergo de Trinitate eſt crucifixus. Divinitatem vero qua communicat Patri & Spiritui ſervavit impaſſibilem. Carne autem, quia ipſe ſolus eſt factus; ipſa, & ſolus idem ipſe eſt paſſus.

I I.

Fragmentum ejuſdem epiſtolæ ex III. *Epiſtola B.* Joannis *papæ* II. *tom.* V. *epiſt. Decretalium*.

Ex epiſtola ad occidentales. Super hæc etiam D confitemur unum ex Trinitate increata atque ineffabili Deum Verbum factum hominem.

I I I.

Fragmentum ex S. Cyrillo *in Symbol. apud concil. Epheſinum part.* III. *cap.* XLIII.

Γέγραφε γὰρ καὶ αὐτὸς πρὸς τοὺς τῆς ἑώας θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους αὐταῖς λέξεσιν ὧδε. καὶ σαρκοῦται μὲν ἀτρέπτως ὁ ἀειδίος· τίκτεται δὲ καὶ κατὰ σάρκα ὁ ἄναρχος· προκόπτει δὲ τῇ κατὰ τὸ σῶμα ἡλικίᾳ ὁ φύσει παντέλιος· καὶ παθῶν ἀνέχεται ὁ παθῶν ἀνώτερος, οὐχ ᾧ ἦν ὑπομείνας τὰς ὕβρεις, ἀλλ᾽ ᾧ γέγονε καταδεξάμενος τὰ τοῦ σώματος πάθη.

Scripſit enim & ipſe Proclus ad orientales piiſſimos epiſcopos in hæc verba: *Et incarnatur quidem abſque converſione is qui ſpeciei eſt expers: naſcitur autem ſecundum carnem, qui principio caret: proficit vero per illam ſecundum corpus ætatem, qui natura perfectiſſimus eſt: & paſſiones ſuſtinet qui paſſionibus eſt ſuperior: non in eo quod erat ſuſtinens contumelias, ſed in eo quod factus eſt ſuſcipiens corporis paſſiones.*

a Iſa. VI. 3. Apoc. IV. 8. b Coloſſ. II. 14.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
440.

DRACONTII HEXAEMERON,

SEU

De opere sex dierum.

EX EDITIONE SIRMONDIANA.

DRACONTII

LIBELLI A BEATO EUGENIO JUSSU REGIS EMENDATI.

Eugenii Epistola ad Chindasvintum regem.

Inclyto, glorioso rerum domino Chindasvinto, principi summo & maximo regum, Eugenius vestrorum fidelium servulus.

CLementiæ vestræ jussis, serenissime princeps, A plus volvendo deserviens, quam valendo, Dracontii cujusdam libellos multis videns erroribus involutos, Christo Domino tribuente valorem, pro tenuitate mei sensuli subcorrexi. Hoc videlicet moderamine custodito, quo superflua demerem, semiplena supplerem, fracta constabilirem, & crebro repetita mutarem. Versiculi sane quos huic operi detrahendos esse putavi, & sensu tepidi, & verbis illepidi, & nulla probantur ratione subnixi: nec in eis aliquid reperitur, quo lectoris animus animetur, aut mulceatur doctus, aut doceatur indoctus. Et quoniam de die septimo præfatus auctor omnino reticuit, semum mihi opusculum videbatur, si non inde aliquid in hoc codiculo haberetur. Idcirco in fine libelli, quamvis pedestri sermone, sex dierum recapitulationem singulis versiculis quos olim condidi, denotavi: de die vero septimo quæ visa sunt dicenda subnexui: decretumque divale, ac si non ut volui, velut valui consummavi: implorans vestri solii prælargissimam pietatem, ut vile servuli fidelis oblatum vestra sibi gloria efficere dignetur acceptum: fiatque mihi misero repensio fructuosa laboris, placida respectus vestri contributa gratia vel favoris.

PRÆFATIO.

PRincipis insignem faciem visure libelle,
Cujus ad imperium meruisti sorde carere,
Et capere nitidam longo post tempore pallam:
Cœperis ut limen aulæ regalis adire,
Atque auro rutilo radiantem cernere sedem,
Incipe quam primum largas persolvere grates,
Errorum quod nube carens correctus haberis:
Dein prostratus humi veniam deposce precatu,
Latorisque tui sollers patronus adesto,
Ignoscat placidus, ignoscat mente benignus,
Quod te sordidulum dum conor rite lavare,
Asperius impressa manus tenuando polivit.
At si de plebe quisquam livore perustus
B Dixerit, Et quis est veterum qui carmina mutat?
Scribit qui levibus epigrammata vana libellis?
Noverit hoc ipse, quod nusquam culpa putatur,
Quam non velle videt, sed major jussio cogit.
Denique jussa bona, dum promulgantur agenda,
Qui complet, sapiens: qui vult contemnere, demens.
Quod si Virgilius, & vatum summus Homerus,
Censuram meruere novam post fata subire,
Quam dat Aristarchus, Tucca, Variusque, Probusque;
Cur dedignetur, quod jussus principe magno,
Parvula præparvi Draconti carmina libri,
Parvulus Eugenius nugarum mole piavi?

DRACONTII HEXAEMERON.

PRima die lux est terris, mors una tenebris,
Lux datur ante polum, lux clari caussa diei,
Lux jubar æthereum, lux noctis limes & umbræ,
Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,
Lux genitis factisque calor, lux gratia solis,
Lux decus astrorum, lux aurea cornua lunæ,
Lux fulgor cæli, lux & primordia mundi,
Lux splendor flammæ, lux magni temporis index,
C Lux opus auctoris primum, candorque pudoris,
Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris,
Lux ævi meta, lux quæ dat tempora metis,
Qua bene constructa mundi primordia lucent.
Clarus ubique Deus, numquam mutabilis auctor,
Quem non obscurant quacumque ex parte tenebræ,
Nec celantur ei quæcumque obscura geruntur.
Principium factis lucem dat lucis origo,
Qua mundo vita præmissa est principe luce,

Sæcul. V,
circa
Ann. Chr.
440.



Quæ totum præcessit opus quod continet orbis, A
Quæ solis prævenit iter, lumenque coruscum,
Cujus jussit ope clarescere cuncta creata.
Altera quippe dies cæli convexa meretur,
Et supra cælos ingentia flumina dantur,
Ac dominatur aqua glomeratis fontibus alma,
Ignibus æthereis cælesti sede locatis.
Unda beata nimis, meruit quæ tecta polorum
Celsa favore Dei, jussu suspensa Tonantis.
Limitibus contenta suis elementa morantur,
Nec flammas restinguit aqua, glaciemve teporat
Flammeus ignis aquæ: servant sub lege tenorem
Incorrupta suum, non impugnata vicissim;
Non discreta quidem, sed nec permixta morantur. B
Tertia cæruleum ponti lux edidit æquor,
Fluctibus immensis pelagi freta glauca liquescunt,
Et mare navigerum quatitur spumantibus undis.
Ipsa dies terram meruit de fluctibus auctam.
Eruitur terra vasto demersa profundo,
Et solidante globo gravior per inane pependit.
Sustentant solidam fluidis radicibus undæ,
Quam molles portant ceu fundamenta liquores.
Arida materies rapitur de corde fluenti.
Nondum mater humus: cujus par solvit arenam,
In glebas pars membra ligat, pars saxea turget,
Cautibus exstat montis apex, pars flumina mergit, C
Planitie pars tensa jacet, pars litora curvat,
Pars datur in tumulos: pars aspera rupibus horret,
Pars riget inculta, residet pars valle profunda,
Et colles tumidi cumulis juga celsa supinant,
Atque humiles campos spatiis æqualibus aptant,
Pars data dulcifluis undantis fontibus agri.
Promitur herba virens, it surculus omnis in auras,
Et semper vestita comis frondescit oliva.
Omnia poma virens profert, non parturit arbor:
Linguæ laurus honos solvit donanda poetis.
Torta per obliquos it vitis in orbe corymbos,
Verberat & palmæ calamos fluitante flagello: D
Vinea pampineos subarundinat ebria campos,
Munera lætitiæ spondens pendentibus uvis:
Fructibus & variis redolent florentia rura.
Una parens tellus non unum fundit odorem:
Sed quot sunt herbæ, tot permiscentur odores.
India tunc primum generans pigmenta per herbas
Eduxit sub sole novo, rudibusque racemis.
Est locus interea diffundens quatuor amnes,
Floribus ambrosiis gemmato cæspite pictus,
Plenus odoriferis numquam marcentibus herbis,
Hortus in orbe Dei cunctis felicior hortis.
Fructus inest anni, cum tempora nesciat anni.
Illic floret humus semper sub vere perenni,
Arboreis hinc inde comis vestitur amœnis.
Frondibus intextis ramorum murus opacus E
Stringitur, atque omni pendent ex arbore fructus,
Et passim per prata jacent: non solis anhelis
Flammatur radiis, quatitur nec flatibus ullis,
Nec conjuratis furit illic turbo procellis.
Non glacies districta domat, non grandinis ictus
Verberat, aut gelidis canescunt prata pruinis.
Sunt ibi sed placiti fructus, quos mollior aura
Edidit exsurgens nitidis de fontibus horti.
Arboribus movet illa comas de flamine molli:
Frondibus impulsis immobilis umbra vagatur.
Fluctuat omne nemus, & nutant pendula poma.
Ver ibi perpetuum communes temperat auras,
Ne lædat flores, & ut omnia poma coquantur.
Non apibus labor est ceris formare cicutas;
Nectaris ætherei sudant ex arbore mella,
Et pendent foliis jam pocula blanda futura,
Pendet & optatæ vivax medicina salutis,
Cetera dipingit variis natura figuris.
Auroram jam quarta dies præmiserat undis,
Et rutilante polo compresserat astra rubore:
Mox solis radiare globum jubet igne salutis.
Flamma salutaris perfundit lumine mundum,
Cuncta salutifero rident elementa vapore.
Cujus ab igne suo lunam jubet ire secundam,
Nigra tenebrarum corrumpere tempora noctis,
Et trepidam proferre diem comitante quiete.
Candida somnigeris perlustrat cornibus axem,
Quæ numero est majore brevis, & plena minore.
Flammeus ornatus cæli per sidera fulsit,
Officia stellis, numeros & nomina jussit:
Tempora distribuit, loca contulit, ignibus egit,
Limitibus fixit, jubar induit, axe rotavit,
Cursibus aptavit, cæli regionibus addit;
Agminis innumeri nec flammea sidera cælum
Destituunt quocumque die, sed luce premuntur
Luminis immensi radiato vertice Phœbi.
Nec mirum si clara latent sub sole corusco
Sidera, quo mundum monstrat mensura minorem.
Qui fovet igne pio cælum, mare, sidera, terras:
Conceptum virtute Dei quem sphæra polorum
Sustinet, & sentit Dominum per cuncta tonantem:
Cujus ab imperio veniunt quæcumque ministrat.
Omnia jussus agit, totum sub lege laborat,
Miles & ipse Dei, cum lunam & sidera cuncta
Ostentat, sub vere novo, sub tempore primo,
Sub tirone die veterana in sæcla paratus.
Addit quinta dies animalia cuncta profundi.
In corpus solidantur aquæ, nervique ligantur.
Musculus humor erat, fluctus durescit in ossa,
Atque oculi gemmantur aquis humore gelato,
Et quot sunt fluctus, tot forsan in æquore pisces.
Luserunt fluido per cærula vasta natatu,
Et crispante freto perflabant naribus undas:
Terrigenis factura cibos post cuncta creandis.
Exsilit inde volans gens plumea læta per auras,
Aera concutiens pennis crepitante volatu,
Et puto collaudant Dominum meruisse creari.
Hæ niveo candore nitent, has purpura vestit,
His croceus plumæ color est, has aureus ornat,
Albentes aliis pennæ solidantur ocellis,
Atque hyacinthus adest per colla & pectora fulgens;
Eminet his cristatus apex, has lingua decorat,
Has virides pennæ reddunt, has discolor ornat
Multa per innumeras currens pictura volucres.
Et levibus tenuem subtexunt aera plumis.
Ipsa dies folium ramis, & floribus herbas,
Evomit, & spicis acuit seges omnis aristas.
Silva comis vestita viret, nidosque loquaces
Exhibet, & varias decantat garrula voces.
Cum vagabunda volat commotis plausibus ales,
Frondibus insidens vento cum fronde movetur,
Unguibus ad ramos infixa tenacibus hærens.
Pennigerum vernare nemus vapor urget in usus
Pignoris, & molli durescunt ova tepore.
Pennantur tunc membra globis, animantur, anhelant,
Rumpuntur, confracta sonant, nutrita volatus
Tentant, & rudibus librantur in aera pennis.
Sed cum discordent inter se elementa coacta,
Fetibus eductis concordant unda vel ignis:
Unda creat volucres, producit flamma volucres.

Pabula montis erant, sed non qui pasceret herbas A
Affuit: intactæ senuissent floribus herbæ,
Ni pascenda daret tellus jumenta per agros.
Sexta dies Phœbi rutilo processerat ortu,
Cum natura parens gignit animantia terris.
Cornibus erumpunt armata fronte juvenci,
Et per prata vagos sequitur sua bucula tauros.
Cervus in arva fugax palmatis cornibus errat,
Et velox prorumpit equus, pecus utile bellis.
Impia terribiles producit terra leones.
Simplicitas ovium fraudes passura luporum,
Et raucos timuit discurrens dama molossos.
Spumat aper, mortes lunato dente minatur,
Et latus obliquans meditatur prœlia torvus,
Ac maxilla ferox duros desævit in armos, B
Audacter certans spumantia bella movere.
Gignitur omne genus pecudum, genus omne ferarum,
Inter prata vagum nullo custode per herbas,
Instar montis habens incedit bestia mole.
Promitur anguis hians, quatiens sub dente venenum.
Et maculosa repit squamis per viscera serpens,
Atra venena nocens missura e flatibus oris,
Et subito sparsura graves per sibila mortes,
Atque eadem membris impertitura medelas.
Sed ne cuncta simul passim permixta fuissent,
Distribuit loca certa Deus, & tempora fixit.
Tempore non uno veniunt quæ sæva vocantur, C
Non semper movet arma leo, nec scorpius ictum
Semper habet, nec semper agit fera vipera morsus,
Nec semper tollunt ad vulnera colla cerastæ.
Non semper furit unda maris, non semper adurit
Solis ubique calor: pro tempore temperat ignes,
Pro regione plagæ contemperat unda vaporem:
Et modo bellantes fluctus freta pigra jacebunt.
Ipse polus qui grande tonat, sine nube serenus
Jam tacet, & puro redeunt sua lumina cælo.
Multa locis data sunt variis dispersa per orbem.
Arida vipereos angues suscepit arena:
Tumida sortitur tellus fera colla leonum:
India cum gemmis & eburnea monstra minatur, D
Bellua divinos inter generatur odores,
Ambrosiasque sapit male frangens bestia messes,
Incertusque color tigris per mille colores
Montibus Hyrcanis venit, atque effeta marito
Mittitur, ut vincat currens orbata procellas.
Cornibus erectis sortita est Africa damas:
Concava suscipiunt per montes saxa dracones.
Cetera distribuit diversis semina terris:
Plurima conjunxit, sed cæspite multa diremit.
Munera præterea funduntur divitis auri:
Protulit eximias illustrior India gemmas:
Producunt niveos & litora rubra lapillos:
Flammantes viridesque tulit Babylonia crustas,
Persida nobilitat pretiosis litora gemmis, E
Frigidus & roseo carbunculus ardet honore.
Seres fila trahunt nullo sub pollice ducta:
Balsama Cæsareos plorant virgulta per agros,
Et nimis ambrosium lacrymæ dant munus odores.
Cinnamon interior profert Phœnicia tellus,
Solis amica nimis: nam non de sole perusta
Hæc nardi flores, hæc portio fundit amomum.
Omnibus his genitis, animal rationis amicum
Formatur virtute Dei, limatur in artus:
Ut dominator eat moderatior omnibus unus
Naturæ jussu quæ protulit omnia princeps.
Ast hominem non terra parit, non pontus ab undis,
Non cælum, non astra creant, non purior aer:
Sed dominatorum dominator summus, & auctor,
Limavit per membra virum de pulvere factum.
Limus adhuc deformis erat: membratur in artus
Corporea species hominis, cælestis imago:
Conspicitur nova forma viri, sine mente parumper:
Spiritus infusus subito per membra cucurrit,
Et calefacta rubens tenuit præcordia sanguis.
Mox rubuere genæ, totos rubor inficit artus:
Jam cutis est qui pulvis erat, jam terra medullas
Ossibus includit, surgunt in messe capilli,
Orbe micant gemino gemmantia lumina visu,
Et vocem compago dedit nova machina surgens,
Auctorem laudare suum gavisa quod esset.
Tunc oculos per cuncta jacit: miratur amœnum
Sic florere locum, sic puros fontibus amnes
Quattuor undifluo stringentes gurgite ripas,
Ire per arboreos saltus, camposque virentes.
Miratur se quid sit homo, quos factus ad usus.
Scire cupit, simplex & non habet unde requirat,
Quo merito sibimet data sit possessio mundi,
Atque æterna domus nemoris per florea rura.
Parva procul spectat virides jumenta per agros:
Hac de re tacitus volvitque & corde requirit,
Vel quare secum non sint hæc ipsa, volutat:
Nam consorte carens, cum quo conferret, egebat.
Viderat omnipotens hæc illum corde moventem,
Et miseratus ait: Demus solatia facto,
Participem generis. Tamquam si diceret auctor:
Non solum decet esse virum: consortia blanda
Noverit: uxor erit cujus tamen iste maritus
Conjugium se quisque vocet, dulcedo recurrat
Cordibus innocuis, & sint sibi pignus uterque,
Velle pares, & nolle pares, stans una voluntas,
Pars animi concors, paribus decurrere votis,
Ambo sibi requies cordis, sint ambo fideles;
Et quicumque datur casus, sit caussa duorum.
Nec mora: jam venit alta quies, oculosque supinat
Somnus, & in dulcem solvuntur membra soporem.
Sed cum jure Deus nullo prohibente valeret
Demere particulam, de quo prius ipse pararat:
Attamen ablata juveni ne costa doleret,
Redderet & tristem subito, quem lædere nollet:
Fur opifex vult esse suus: nam posset alumnam
Pulvere de simili princeps formare puellam.
Sed quo plenus amor toto de corde veniret,
Noscere in uxore voluit sua membra maritum.
Dividitur contexta cutis, subducitur una
Sensim costa viro, sed mox reditura marito.
Nam juvenis de parte brevi formatur adulta
Virgo, decora, rudis, matura tumentibus annis,
Conjugii sobolisque capax, quibus apta probatur,
Et sine lacte pio crescit infantia pubes.
Excutitur somno juvenis: videt ipse puellam
Ante oculos adstare suos, pater inde maritus,
Non tantum ex coitu genitor, sed conjugis auctor:
Somnus erat partus, conceptus semine nullo,
Materiem sopita quies produxit amoris,
Affectusque novo blandi genuere sopores.
Constitit ante oculos nullo velamine tecta,
Corpore nuda simul niveo, ceu Nympha profundi.
Cæsaries intonsa comis, gena pulcra rubore,
Omnia pulcra gerens, oculos, os, colla, manusque:

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 440.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 440.



Ut qualem possent digiti formare Tonantis, A
Nescia mens illis fieri quæ caussa fuisset.
Tunc Deus & princeps ambos conjunxit in unum,
Et remeat sua costa viro, sua membra recepit:
Accipit & fenus, cum non sit debitor ullus.
His datur omnis humus, & quidquid jussa creavit,
Aeris & pelagi fetus, elementa duorum
Arbitrio commissa manent: his Crescite dixit
Omnipotens, replete solum de semine vestro,
Sanguinis ingeniti natos nutrite nepotes,
Et de prole novos iterum reparate jugales.
Dumque fretum terra, dum cælum sublevat aer,
Dum solis micat axe jubar, dum luna tenebras B
Dissipat, & puro lucent mea sidera cælo,
Sumere quidquid habent pomaria nostra licebit,
Deliciæque fluent vobis, & honesta voluptas:
Arboris unius tantum nescite saporem.
Dixerat ista Deus: sanxit natura, quod inquit
Omnipotens, migrare diem, discedere solem,
Nec lucem remeare putat terrena propago,
Subductisque nigris collucet luna tenebris:
Sidera cuncta notant cælo radiare sereno.
Ast ubi purpureum surgentem ex æquore cernunt
Luciferum vibrare jubar, flammasque ciere,
Et reducem super astra diem de sole rubentem;
Mox revocata fovent hesterna in gaudia mentes:
Temporis & requiem noscentes, luce diurna C
Cœperunt sperare diem, ridere tenebras.
Tot bona facta Deus non obliviscitur umquam,
Quæ propter homines fecit, sanxitque manere.
His Dominus pietatis opem subducere non vult,
Projicere nec plasma suum vult conditor ævi,
Esse nihil prorsus, se præter ubique rogandum;
Et nisi subveniat, succurrens non erit ullus.
Inde malo bonus est homini Deus, omnibus auctor,
Ipse opifex, dominus, rector, dux, arbiter, index;
Continua bonitate pius, virtute modestus,
Simplicitate bonus, & culmine celsior omni. D
Ibant per flores, & tota rosaria læti
Inter odoratas messes, lucosque virentes,
Simpliciter pecudum ritu, vel more ferarum,
Corporibus nudis, & nescia corda pudoris.
Quæ pars membrorum secretior esset habenda,
Unde rudes scirent, quid moribus esset honestum?
Quod digitos oculosque putant, hoc membra pudenda.
Publica jungebant affectibus oscula passim,
Nec rubor ullus erat: cum staret origo pudoris,
Illicitumque sibi prorsus nihil esse putabant.
Et bene credebant, quibus omnia jussit ad usum,
Arboris unius fructu sub lege negato. E
Vomere non tellus, non rastris jussa domari,
Quærere nec sudor fructus quocumque labore
Cogitur, aut campos aliquo de fonte rigare.
Imbriferis semper pluviis absentibus uber
Cæspes, & arbitrio crescit fetura marito.
Præterea solis datus est locus ille duobus,
Deliciis hominum tantum constructus opacis.
Non placidas sustentat aves, non ore cruentas,
Unguibus armatas nescit perferre volucres:
Omne genus pecudum, nescit genus omne ferarum.
Solus ibi irrepsit squamoso corpore serpens,
Fraudibus imbutus mortis, caput omne malorum,
Pectore vipereo mellitum ex ore venenum
Funereo sub dente parans spumante palato.
Ergo ubi livor edax contusum dente venenum
Invidiæ mordacis habens sub fronte modesta,
Quærit opem sceleris, per quam fallatur honestas;
Simplicitasque cadat, vel credula corda reatus
Incurrant non fraude sua, sed clade perenni.
Fortia corda viri non expugnanda per anguem
Præsensit pietatis inops: sed conjugis aures
Aggreditur sub voce pia: sermone maligno
Insidiosus adit heu mollia corda puellæ,
Ingerit ore cibos crudeli funere plenos,
His simul assumtis reserantur lumina cordis,
Ac permixta bonis patuit doctrina malorum.
Pœnituit nescisse dapes, & damna putantur
Temporis exacta spatia: procedere pejus
Ausum quippe nefas. Tentat seducta maritum,
Et capit insontem jam noxia femina victum:
Circumventa perit, sed circumscripta fefellit.
Nec circumscripta serpens impune triumphat.
Nam postquam juvenis violata mente comedit
Funereos sine lege cibos in morte futurus,
Mox sapit infelix quid pravum, quid sit honestum:
Cognita simplicitas, & mox est corde fugata.
Membra pudenda putat partem, quæ est prolis origo,
Et qua ventris erat pridem digestio turpis.
Omnibus ex membris pars mundior ipsa putatur,
Noxia sola magis fuerat quæ in corpore toto.
Os aditum mortis tunc protulit, atque rejecit
Lingua malisuada, sed & aures limina mortis.
Viderat omnipotens omnem didicisse pudorem,
Perdiderant quem fraude truci, dapibusque comesis,
Errantes per prata reos, foliisque tegentes
Jam fœdos artus, dant agnita membra reatum,
Inlicitum licitum reputant, licitumque profecto
Creditur esse nefas. Hos increpat ore tonanti
Sacrilegos, qui jura Dei calcando profanant.
Dum quærunt ullas foliis vel rupe latebras:
Hinc magis obtunsi, quod credunt posse latere
Tunc quodcumque Deum, cui cuncta creata patescunt.
Et merito quia cuncta facit fecitque jubendo,
Non fugit artificem, calidos quæ massa caminos
Sustineat, rubigo latens quæ viscera ferri
Conrodat, quæ missa semel fornace liquescat.
Hic non defossa prodit tellure metalla,
Promittens saxis, & non de pulvere gemmas.
Scit quibus immittat mordaces fluctibus hamos,
Retibus aut pisces fallat scrutator aquarum,
Et male venturas spondet sibi nauta procellas.
Si pluvialis hiems, aut saxeus urgeat imber,
Non latet agricolam: sub terris providus undæ
Promittit fontes designans arte saporem.
Inspecta tellure semel sine flatibus ullis,
Sibila dum reticent, necdum serpente notato,
Prædicit Psyllus vim cujuscumque veneni.
Signa videt medicus mortis, reducisque salutis,
Et negat aut spondet victurum judice visu,
Tædia lætitiæ, vel gaudia luctibus indens.
Cur exempla damus populi præscire futura,
Cum testante Deo doceatur nosse quod instat?
Natio viperea clamat, mortalibus inquit:
Signa poli nostis; prædicitis, imminet imber,
Et veniet, nec fallit hiems, nec tardat adesse.
Ecce genus hominum ventura scire probatur.
Nec mirum, Christi si sentit imago futurum,
Cum nos venturum moneant animalia multa.


V. 334. *Arbitrio crescit fetura marito*] Hunc locum licet paullo aliter legat, egregie tamen illustrat Simon Tolmannus apud Heumannum *Pœcil.* tom. I. pag. 577.

Ardea, rana, sues, formicæ, corvus, hirundo A
Prædicunt pluvias, nec jam præsagia fallunt.
Quid, res exanimes testas ardente lucerna
Scintillare oleum fungis crescentibus ignem?
An Deus omnipotens posset nescire latebras
Rupis, & ex foliis vestis contexta caducis
Aspectus obstare Dei? tunc voce reatum,
Crimine femineo semet peccasse fatetur:
Infelix conjux in conjuge facta redundat,
Et reus excusat, sed non purgandus agebat,
Et sic participem propter solatia cladis
Conscius adscivit socius: ceu femina possit
Ad scelus horrendum vel sæva piacula mortis
Supplicio sociante duos relevare reatu.
Credidit infelix: sed par sententia damnat, B
Quos par culpa tenet. Gradus illic temporis inter
Est tantum: nam caussa ligat communis utrumque.
Exsurgit censura Dei pietate severa,
Et vitæ mortisque simul sententia fertur.
Supplicium infelix, quo mors datur atque negatur,
Ultio vitalis cohibetur limite mortis.
Pœna mori crudelis erat, sed vivere pejus.
Otia, delicias perdunt, discuntque labores,
Qui cultore Deo fructum telluris habebant,
Agricola dominus quam nondum verterat umquam:
Ipse rigator erat, sator, auctor, messor, arator. C
Offendunt nunc ambo pium: truduntur ab horto
Perpetui floris: non est sub jure reorum;
Et vitæ mors meta datur, cum fine malorum.
Magna Dei pietas, semper qui temperat iras.
Vita gravis hominum subducitur impete mortis,
Quæ recidiva magis vivaci corde resurgit.
Mors mundanorum requies est certa laborum,
Et male viventi præstatur fine salutis.
Continuans quodcumque nocet pravumque bonumque,
Solus in æternum Deus est regnator & auctor,
Virtus una Deus, trinus Deus omnis & unus:
De quo speratum conceditur omne benignum,
Et quæcumque jubet, præsumtio nulla refellit, D
Nec deest effectus faciendi tempore eodem.
Quem penes & sensus primordia multa loquuntur,
Et voce reticente sonat super æthera sermo,
Ac mens pura Deum potius quam lingua precatur.
Ergo operis memor ipse sui, tunc imperat ambos,
Sedibus egressos, placido dominentur ut orbi,
Ac totum quod mundus habet, sub jure tenerent:
Et quod floret humus, viridis quod germinat herba,
Quod spicat messis, quod ramis parturit arbor,
Quod gemmant vites, quod amœna comantia frondent, E
Flumina quod mittunt fontes, quod fluctuat amnis,
Quod pelagi trahit unda freti, quod litora tundunt,
Murmure quod venti flantes vaga marmora crispant,
Quod generant terræ, quod flumina, pontus & aer,
Usibus humanis data sunt hæc cuncta venire.
Ut similis qui factus erat de pulvere Christo,
His dominaretur cunctis sub carne creatis,
Corpora corporibus servirent cuncta subacta.

Spiritus interea servit sine corpore ventus,
Ventus agit nubes, in nubile crassior aer
Cogitur: hinc imbres veniunt, placidosque serenus
Ventus alit fructus, & ventus spicat aristas,
Ventilat æstivo quas flatu mollior aura.
Deflorat fructus, & decutit arbore flores.
Flatibus accendit flammas, & temperat æstus:
Flatibus alternis redeunt comitantia vitæ,
Itque reditque suos repetendo spiritus haustus,
Et duci vento fibræ pulmonis anhelant,
Faucibus excurrens in naribus aura vicissim
Vitales recreat per membra tepentia sensus:
Atque modo gelidis, calidis nunc flatibus ora
Illustrata vigent, & tangunt flabra palatum.
Non hæc humanis tantum spiramina membris
Sunt data, sed cunctis animantibus aura recurrit.
Spiritus ille Dei quo corpora cuncta moventur,
Omnia complectens agitat, fovet, inserit, urget:
Unde genus diversa trahunt & semina rerum,
Mobilis immenso veniens e fonte perenni.
Artificis formata manu digesta moventur
Ordine cuncta suo, manet irrevocabile munus,
Nec tamen intereunt pereuntia lege diurna.
Quis neget undifluos procedere fontibus amnes,
Quorum jam reditus numquam speravit origo?
Incessanter aquas licet evomat impete pleno,
Jacturam tamen unda negat sentire fluenti.
Omnibus hic mos est de flammis tollere flammas,
Nec minuit quidquam detractus ab ignibus ignis.
Damna aliena solent aliorum lucra parare,
Hic quæstus, non damna parant: in fomite flammis.
Detractis auferte jubar, succiditur ignis.
Nec carnale genus minuit fetura creando:
Ecce dedit homini plus quam sibi rex Deus auctor:
Formatur virtute Dei mas unus & una,
Et multos creat unus homo: mansura propago
Maxima fit generis, quam parvula fundit origo.
Parva Deo fuerat succedere cura peremtis,
Ni consumta daret post sæcla resurgere vitæ.
Sed ne sit fixum, reditus non esse sepultis
Cordibus, illorum qui legis sancta profanant,
Annua conspiciunt agris frumenta renasci
Mortua per sulcos terram findentis aratri:
Major & ex truncis surgit radicibus arbor,
Et foliis vestita viret redeuntibus annis.
Pampinus uvifera vitis sarmenta revestit,
Et geminata sui redeunt virgulta ruboris.
Ambrosio reduces rumpuntur cortice fructus,
Et cui vita fugax, & par cum flore senectus,
Fit rediviva virens & crinibus herba renatis.
Ligna renascuntur reduci sub germine cuncta:
Quæ nunc herba fuit, lignum jacet, herba futura.
Squameus exuitur stellato tegmine serpens
Pelle renascenti rursus redeunte juventa:
Reptat hians anguis, per sibila guttura pandens.
Frontibus arboreis amittunt cornua cervi,
Anguibus absumtis, sed mox palmata resurgunt.
Aeriæ nudantur aves, cum penna vetusta,
Et nova subvestit reparatas pluma volucres.
Mortua præterea cæcorum lumina dudum
Nube tenebrarum discussa, luce recepta,
Ad visus rediere suos, vultusque sepulti
Nocturnos perpessa dies oculatur imago.
Mortua pars hominis quoties pars una jacebat,
Funera viva gerens, vivax in morte cadaver:

V. 448. *Primordia multa*] Nihil clarius quam, *primordia muta* legendum. Muta elementa a Deo condita, Deum prædicant. Barth. *Advers.* p. 353.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
440.



Ac fine morte tamen vitali morte peremta, A
Et rediviva salus reduci per membra vapore
Nascitur, & calidus repetit vitalia sensus,
Ossa tenens, venasque ciens, sudansque medullas.
Phœnicis exhaustam renovat Deus igne juventam,
Combustusque senex tumulo procedit adultus:
Consumens dat membra rogus, fine sorte sepulcri.
Ignibus exstinctis, jam mortua flamma resurgit:
Redditur ignis edax redivivo lumine candens,
Et scintilla volans incendia vasta reducit,
Et quod fumus erat, stridet jubar ignis anheli,
Igne vago rutilatur apex, fax cetera lambit,
Et cælum repetens erecto crine vagatur. B
Mortua nox sub luce cadit, perit aurea luna,
Atque per ascensus & cornua colligit ignes,
Et dum cæca latet, reparato lumine fulget,
Mentiturque diem lux frigida solis imago.
Lucifero redeunte polo moriuntur & astra:
Nuncius auroræ subductus morte diurna
Lucifer, exstinctas reficit per sidera flammas,
Exhinc nocturnis jubar emicat igne corusco.
Roscida puniceum spargens aurora ruborem,
Ducit ubique diem periturum noctis ab umbris:
Et tamen hæc de sole perit, quo missa rubebat.
Sol oculus cæli, famulus super astra Tonantis,
Cujus ab immensis languescunt sidera flammis,
Ni gelidis animetur aquis per cærula ponti, C
Occidit ipse dies super æquora sole cadente:
Et quo demersus, novus æquore mane resurgit.
Vespere nocturno hunc radiata luce rubentem
Purpureis abscondit aquis, redditque diurne
Depositum natura suum sub nocte sepultum,
Mane resurgentem de fluctibus orbe recepto.
Tot simul exemplis moniti, defuncta renasci
Credamus virtute Dei, qua cuncta creavit.
Et generata vigent sub nutritore Tonante.
Qui cum regna poli teneat stellantis & alti,
Aera concludit, terram levat, æquora solvit,
Et totum capit una manus quod sermo creavit:
Unus ubique Deus, dum jussio rumperet una.
Qui tantum pius est, quantum decet omnipotentem, D
Et nulla virtute minor, nisi verberis ira,
Sed votis & sponte bonus, pietate & amore.
Quem mens pura juvat hominum, non victima supplex,
Ut se pœniteant sceleris mala vota reorum,
Et nova succedant animorum corda piorum.
Ille etenim Deus est, quem nulla retardat origo,
Cujus ab aspectu montes & saxa fluiscunt
In cineres, & pulvis erit, quem dura ligabant.
Qui visa tellure, simul mox pondera mundi
Concutit, & subito monstrat vaga terra tremorem,
Ac formidatos ostendit pendula motus. E
Alveus expavit violato vertice turgens,
Dum reduces sentiret aquas, & sisteret amnem
Visa Dei facies, & marmora glauca fugaret
Gurgitis æquorei, quo mundus cingitur omnis,
Et pelago spatiante fretis ac litoris æstu.
Qui de thesauris ventorum flumina mittit,
Et frenat rabidas in tempestate procellas.
Grandinis atque nivis qui novit quæ sit origo,
Qui dat fulmineos collisis nubibus ignes,
Qui laxas abscondit aquas, & continet imbres,
Qui scit quo nitidus crystallus ventre creatur:
Candida materies glacies imitatur aquarum.
Qui noctes hiemis producit sole minore,
Et solis protendit iter flammantibus horis:
Qui Phœbi saltus statuit, lunæque labores:
Qui rosulis stellare nemus, vel floribus agros
Imperat autumni: qui dulcia poma saporat,
Et fragiles gemmis variat in vitibus uvas,
Ut cibus & potus sint ubera dulcia musti.
Qui dat corvorum pullis alimenta, facitque
Noverit ut vultur qua sit regione cadaver,
Dux odor usque sagax quem mox invitat ad escam,
Præpetis aut aquila senio renovare juventam,
Quæ rostro crescente famem tolerabat obunco.
Qui pascit quæcumque creat, pietate parentis:
Vitæ certa salus per mille pericula mortis,
Debilibus virtus, opulentia major egenis,
Auxilium miseris, spes & defensio pressis,
Fessorum virtus, dans nutrimenta salutis.
Qui facit æternam ut mortalia lege latenti
Membra tegant animam, vento spirante loquaci:
Qui lunæ crescente globo, jubet æquora crescant
Fluctibus abjectis, crescant cum fontibus amnes,
Crescat & inclusum capite genus omne cerebri,
Et minuantur aquæ luna minuente liquores,
Ac decrescenti decrescant lege perenni.
Qui reges & regna domat, sternitque potentes,
Dejicit elatos, & mergit ab arce superbos,
Atque oppressores Deus opprimit, & pius ultor
Elevat elisos, & consolatur adactos
Luctibus & damnis, & vulnera sæva dolentes.
Tu nobis, invicte Deus, pietate medelam
Impendis, cui cuncta salus medicamine nullo est,
Quod species terrena parat languoris ad æstus.
Spes hominum cernens, & vota precantia complens,
Aspice despectum, dejectum tolle parumper,
Confessumque juva, quem pœnitet esse nocentem,
Ut valeam narrare tuas hoc carmine laudes,
Quas potero: nam nemo valet narrare creatus
Vel modicum facientis opus, quod mens rea clamat
Pectore contuso lacrymans & voce fideli.
Obses sermo tuus nostro nam corde tenetur,
Quo te promittis nimia pietate parentem.

DRACONTII

LIBER II.

AD THEODOSIUM JUNIOREM AUGUSTUM.

Hoc sequenti libello auctoris satisfactio continetur, qua ab omnipotente Deo veniam petit, ne præcedenti carmine aliquid incautus errasset. Dein Theodosio juniori augusto precem defert, cur de triumphis illius eodem opere tacuisset.


Rex æterne Deus, auctor rectorque serenus,
Quem tremit omne solum, qui regis igne polum.
Sidera, flamma, dies, quem sol, nox, luna fatentur
Auctorem, Dominum sæcula cuncta probant.

Omnia permutans, nullo mutabilis ævo: A
Poſthac ſemper eris, qui es modo, vel fueris.
Nil confert demitque tibi tam longa vetuſtas:
Omnia tempus habent; nam tibi tempus abeſt.
Tu mentes hominum quamvis per ſingula ducis,
Effingiſque bonis candida corda viris.
Qui facis iratus homini contraria bella,
Propitiuſque jubes ut bona cuncta gerat.
Quidquid agunt homines, bona, proſpera, ſancta, modeſta,
Te faciente fiunt, quo bona cuncta fiunt.
E contra adverſa, probroſa, maligna, inhoneſta
Tu fieri pateris, qui mala nulla facis.
Hæc tua lex docuit Moyſe præſcripta notante,
Cum perduratum cor Pharaonis ait. B
Sic me lingua, Deus, lingua patrante reatum,
Noxia culpa ligans traxit ad inlicita.
Ut qui facta ducum poſſem narrare tuorum,
Unde mihi poſſent dona venire ſimul:
Præmia deſpicerem tacitis tot regibus almis,
Et peterem ſubito certa pericla miſer.
Quo niſi cæleſtis Domini conſpectus ad æthram,
Aſpera cuncta premunt, proſpera nulla juvant,
Iraſcente Deo membra mutantur & artus,
Vertuntur ſenſus, vertitur & ſpecies.
Perſarum regem, Babylonica regna tenentem,
Poſt decus imperii novimus eſſe bovem.
Tum diademalem turparunt cornua frontem,
Mugitus pecudis verba fuere ducis. C
Erravit per prata vagus mala gramina paſtus,
Et qui bos fuerat, de bove factus homo eſt.
Liquit & antiſtes verus pater ille Joannis,
Elinguiſque fuit voce tacente ſilens.
Aſt ego peccando regi, Dominoque Deoque,
Pejor ſum factus deteriorque cane.
Vulnera vexati curat ſua lingua moloſſi:
Heu me! quippe mihi vulnera lingua dedit.
Sed qui reſtituit pecudis poſt membra tyrannum,
Ut fieret rediens in ſua regna bonus;
Quique reformavit taciti modulamina verbi,
Ut mutilata ſonos lingua ligata daret:
Ipſe meis parcet erratis, atque jubebit
Ut me reſpiciat reſtituatque pius. D
Culpa quidem gravis eſt, venia ſed digna, reatus:
Quod ſine peccati crimine nemo fuit.
Nam Deus omnipotens potuit, dum conderet orbem,
Triſtibus amotis optima ſola dare.
Sed diverſa creans & diſcordantia, juſſit
Et bona mixta malis, & mala mixta bonis.
Sic elementa potens contraria miſcuit auctor,
Humida cum ſiccis, ignea cum gelidis.
Litera doctiloquax apibus cognata probatur,
Queis datur ut habeant vulnera mella ſimul.
Cera dat ingenium pueris primordia ſenſus:
Inde fit ut præſtet litera, vel noceat.
Aſpis habet mortem, habet & medicamina ſerpens: E
Vipera ſæpe juvat, vipera ſæpe nocet.
Cerva ſalutaris paſto ſerpente medela eſt:
Conficiunt, pellunt ipſa venena neces.
Materia ferri ſimplex & noxia conſtat:
Impius inde nocet, ruſticus inde placet.
Ipſa parit gemmas pretioſos terra lapillos:
Ipſa dat & vepres, ſpinea ligna, roſas.
Delicias morteſque parat mare fluctibus altum,
Et generat pelagi conchula divitias.
Aera temperies auris vitalibus aptat,
Quæ corrupta dies corripit, atque animos.
Diras vel placidas retinet natura volucres:
Blanda columba avis eſt, aſpera vultur avis.
Nubibus aggeſtis pluviæ, nix, grando, pruina,
Gignuntur vicibus, ordine, lege poli.
Solis temperie ſpecies gratiſſima mundi;
Cuncta creanda parit, cuncta creata fovet.
Per quam ferat humus flores, & meſſis ariſtas,
Sole peruſtus ager putris arena jacet.
Corpora ſol reficit radiis, & corpora vexat.
Solibus alternis itque reditque ſalus.
Omnia nec mala ſunt, nec ſunt bona ſidera cæli:
Lucifer hoc docuit, ſidus & hoc docuit.
Temperies cæli medium nec poſſidet orbem;
Nam de quinque plagis vix habet ipſa duas.
Quod cælum, quod terra, fretum, quod purior aer
Non meruere ſimul, hoc modo quando habet.
Culpa mihi fuerat dominos reticere modeſtos,
Ignotumque mihi ſcribere nec dominum.
Qualis & ingratos ſequitur, qui mente profana
Cum Dominum norint, idola vana colunt.
Iſraelitarum populum ſic culpa tenebat,
Quando oblita Deum plebs vitulum coluit.
Et tamen indulgens veniam poſcentibus auctor
Contulit, & legem poſt mala facta dedit.
Te precor, omnipotens, quem ſat decet eſſe benignum,
Et quem nulla juvat ultio, ſed venia:
Cujus ſancta manus ſuſtentat corda regentum,
Et pius inclinas mox ubicumque jubes.
Coram te primum me, carminis illius orſa
Quod male diſpoſui, pœnitet: en fateor.
Poſt te, ſumme Deus, regi dominoque reus ſum,
Cujus ab imperio poſco gemens veniam.
Imperet armato pietas tua, proſpera mandet
Rex dominuſque meus ſemper ubique pius.
Nec mihi diſſimilis, quam quod ſolet omnibus eſſe,
Sit pietate ſua, ſit bonus & placidus.
Te nunc ſumme precor, magnorum maxime regum,
Pectore mente rogans, voce manuque petens.
Da dextram miſero, veniam concede fatenti:
Tempore tam longo non decet ira pium.
Nemo cadet de jure tuo ſub morte cruenta:
Scit ſe victurum qui volet eſſe tuus.
Sic leo terribilis fremit horridus ore cruento,
Unguibus excuſſis dente minante neces.
Acriter ardeſcit criſpato lumine ferri,
Et mora ſi fuerit, acrius inde furit.
At ſi venator trepidans venabula ponat,
Territus & jaceat, mox perit ira cadens.
Temnit prædo cibos, quos non facit ipſe cadaver:
Ac ferus ignoſcit, ceu atis accipiat.
Et dat proſtrato veniam ſine vulnere victor,
Ore verecundo deiciens oculos.
Sic, tua, regnator, non impia frangitur ira,
Cum confeſſus erit crimina geſta reus.
Ignoſcendo pius nobis imitare Tonantem,
Qui indulget culpis, & veniam tribuit.
Principis imperium ſimile eſt ad regna ſuperna,
Ut canit ad populos pagina ſancta Dei.
Sacrilegis referens cæleſtia jura catervis,
Victus apoſtolica diſcipulaque manu.
Nonne Dei præcepta jubent, ne ſol cadat intrans,
Iraſcente alio, ne malus exſtet homo?
Rex inimicorum populis mucrone pepercit
David, & ſceleris certus adulter erat.
Confeſſus facinus veniam pro clade meretur,
Noxius impune vel ſine morte reus.
Inſuper & Salomon eadem muliere creatus
Quæ ſcelus admiſit, munus honoris habet.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
440.



V. 110. Forte *ſatis*.



Sæcul. V.
circa
Ann. Chr.
440.

Non fuit hic Salomon casta de conjuge natus, A
Sed sceleris fructus sceptra paterna tenet.
Ecce quid impedit patris clementia parcens,
Ut sibi regna daret, ut daret & soboli.
Ipse inimicorum Salomon non colla poposcit,
Cum peteret Dominum, sed sapientis opem.
Exstitit hic prudens, quia noluit esse cruentus,
Pacificusque fuit, consiliique tenax.
Stephanus ante alios lapidum sub grandine martyr
Hostibus orabat sponte suis veniam.
Hæc bona simplicitas præstat jejuna cruoris,
Vir sine morte furens nil habet ipse necis.
Cæsar ubique potens hosti post bella pepercit;
Et quod erat pejus, civis & hostis erat.
Sponte facultatem retinens reparavit honores, B
Inde vocatus abit dignus honore pater.
Cujus ab imperio surgens & origine Cæsar
Augustus meruit tempus habere pium.
Tempore namque eodem natus de virgine Christus,
Cujus & emicuit stella per astra poli.
Dux princeps Romanus erat de principe Titus,
Si non præstaret, dicere sæpe solens:
Perdidimus hac luce diem, si nulla dedisset
Mox exoratus præstita supplicibus.
Alter item princeps modico sermone probatur
Commodus augustus vir pietate bonus.
Nobile præceptum rectores discite post me,
Sit bonus in vita qui volet esse Dei. C
Ecce quid impendit homini clementia simplex;
Ut præstet vitam, conferat atque animum.
Fama ducum mors est bellis collecta cruentis,
Ex quibus occurrit sæpe reatus atrox.
Gloria bellorum ducibus, populisque triumphus,
In commune datum dividit omnipotens.
Nam ducibus tantum præstat clementia laudem:
Non habet hæc comitem, participemque negat.
Dicit, in arma simul fuimus cum principe, miles,
Me pugnante comes victor ab hoste redit.
Numquid ut ignoscat rector, pars militis instat?
Soli qui ignoscit, gloria laudis erit.
Rex qui dat veniam subjecto, temperat iras,
Plus quam turba facit, qui sua corda domat.
Te Deus aspiciens effundere nolle cruorem,
Ut sine peccato, non sine laude daret:
Contulit absenti terræ pelagique triumphos:
Ansila testatur: Maurus ubique jacet.
Quod pereunt hostes, regis fortuna vocatur:
Quod pereunt populi, temporis ordo gerit.
* * * * * * *
Tempora sunt vitæ, tempora mortis erunt.
Sex sunt ætates hominum cujusque senectæ,
Et distincta tenent tempora quæque sua.
Numquid adulterii strepitus infantia simplex
Vindicat, aut fremitus pigra senecta gerit?
Non catulastra gerit puerilia: non puer audet
Adtrectare tener Martia tela manu.
Non furit in Venerem nondum pubentibus annis,
Nec fetum partus femina reddit anus.
Maturus tractat, gemit & tremebunda senectus,
Nescia fervoris vel levitatis inops.

V. 184. Vir doctus suspicatur legendum *Attila*, quem Thraciæ imminentem pecunia Theodosius avertit. *Theophanes in Chronographia ad an. Theodosii junioris postremum*. Baun.

V. 193. Vox insolens. Forte catuli sunt ex charta aut argilla, qualibus icunculis gaudent puerili. Sensus autem erit, *pigra senecta*, ex versu sup. *non gerit* cet. Id. — In Philoxeni aliorumque veterum glossariis Latino-Græcis a Carolo Labbæo collectis invenimus has voces: *catulaster*, *βῦπαις: catulester*, *πάλλαξ*; quæ num superiorem conjecturam nostram adjuvent, aut certe Dracontii loco lucem aliquam afferant, lectoris esto judicium. Id, in præfat. ad tom. II. Sirmond. §. V.

MONOSTICHA

RECAPITULATIONIS SEPTIMI DIEI,

a B. Eugenio, *in fine libri* Dracontii *adjicienda*.

Primus in orbe dies lucis primordia sumsit. D
Alter splendifluis cælum firmavit in oris.
Tertius undivagum mare dat, cum germine terræ.
Quartus habet Phœbum, lunamque & sidera cæli.
Quintus plumigeras volucres, piscesque natantes.
Sextus quadrupedes, reptans, hominesque fugaces.
Septimus est Domino requies, his rite peractis.
Non quia cunctipotens humano more laboret
Actibus, aut fessus quærat requiescere tandem,
Qui semper requietus agit, faciensque quiescit:
Sed quod sacra quies typicis adoperta figuris
Multa gerat signis, & pandat mystica nobis.
Dicta Dei requies, quod nostra redemtio Christus
In carne veniens, & carnis vincla resolvens,
Hoc redeunte die felici morte quievit.
Dicta Dei requies, quod nos post mille labores
Solus ubique fovens in se requiescere cogit:
Nec datur ulla quies miseris, nisi suscipit ipse.
Dicta quoque est requies, mundana quod actio præsens
Post sex ætates quas mundus in ordine currit,
Otia percipiens æterna pace quiescit.
Dicta quoque est requies, quæ nobis ultima sors est:
Nam vitæ cursus, mundanæ molis ad instar.
Sex sunt ætates hominis, sed septima mors est.
Prima tenet ortum generis infantia simplex,
Altera deinde pueritia mollis habetur,
Tertia quæ sequitur ipsa vocitatur adulta,
Quarta gerit virtutis opem speciosa juventa,
Quinta senecta gravis ad ultima tempora vergens,
Sexta venit senium, quod vitæ terminat ævum.

Hæc tibi, Rex summe, jussu compulsus herili
Servulus Eugenius devota mente dicavit.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
400.

APPENDIX,

QUA CONTINETUR

PHILONIS EPISCOPI CARPASII
ENARRATIO
IN CANTICUM CANTICORUM.

Græcum textum adhuc ineditum, quam plurimis in locis depravatum, emendavit & nova interpretatione adjecta primus in lucem protulit V. C. MICHAEL ANGELUS GIACOMELLUS *archiepiſcopus Chalcedonenſis, Romæ anno ſuperiore* CIↃ IↃCC LXXII.

PRÆFATIO.

DE PHILONE, ejuſque commentario in Canticum Canticorum, & de duabus ejuſdem commentarii latinis verſionibus, altera antiqua, recentiore Stephani Salutati altera; tum quid in ejus editione præſtiterim, quædam exiſtimo me præfari oportere, ne quid lectoribus hujus Philonis cognoſcendi cupidis ipſe videar defuiſſe.

I. Philo igitur, hujus in Canticum Canticorum quem modo in lucem profero, commentarii, ut in græcis perhibetur codicibus, auctor, eccleſiæ Carpaſii in Cypro fuit epiſcopus. Id tradit Polybius Rhinocurorum epiſcopus in ſecunda parte vitæ ſancti Epiphanii cap. XLIX. his verbis: *ἦν δέ τις κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων τοὔνομα Φίλων, ἀνὴρ ὅσιος. χρεία δὲ ἦν ἐπὶ τῆς πόλεως τοῦ Καρπασίου καθίσαι ἐπίσκοπον ἐπὶ τοῦ θρόνου, ἦν δὲ οὗτος διάκονος. τοῦτον οὖν ἀπὸ ἀποκαλύψεως Θεοῦ χειροτονεῖ ἐπίσκοπον ὁ Ἐπιφάνιος ἐπὶ τοῦ θρόνου τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐκκλησίας τοῦ Καρπασίου: Erat autem quidam ex oratoribus clericus, Philo nomine, vir ſanctus. Opus autem erat in civitate Carpaſii in ſede collocare epiſcopum; eratque is diaconus. Hunc autem ex Dei revelatione epiſcopum ordinat Epiphanius in ſede civitatis & eccleſiæ Carpaſii.*

Verba illa *κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων* ſic acceperunt Tillemontius [1] & Ceillerius [2], ut Philonem a foro ubi cauſſas oraverit, ad clerum ſe traduxiſſe exiſtimaverint: & præpoſitioni illi *ἀπὸ* eamdem ibi vim eſſe, quæ eſt in illis loquutionibus *ἀπὸ ὑπατείας, ἀπὸ ὕπνου, ἀπὸ σάλπιγγος*, in quibus eſt præpoſitio temporis, & recte per præpoſitionem *poſt* latine vertitur; aut ſignificare mutationem a priſtino ſtatu ſeu profeſſione: ad quam mutationem ſignificandam Latini præpoſitionem *ex* adhibent, ut in illo M. Tullii joco, *ex oratore arator*; adeoque illa verba vertenda fuiſſe *ex rhetore clericus*. Quod mihi non probatur. Si enim ejus vitæ auctor ſignificare voluiſſet Philonem de cauſſidico eſſe clericum factum, ſcripſiſſet *κληρικὸς ἀπὸ ῥήτορος*, aut *ἐκ ῥήτορος*. Ceterum præpoſitio *ἀπὸ* interdum partitioni ſervit, præſertim quando cum genitivo pluralis nu- A meri conjungitur. Thucydides habet [3]: *καὶ ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐπ' οἴκου ἀπενόστησαν*: & [4], *ὀλίγοι ἀπὸ πολλῶν ἐσώθησαν*: & Arrianus [5] *ἀπὸ ἑξακισχιλίων ἐς ὀγδοήκοντα ἀπέθανον*: ubi manifeſto apparet uſus ejus præpoſitionis in partitione. Sic apud Mattheum [6]: *τίνα θέλετε ἀπὸ τῶν δύο ἀπολύσω ὑμῖν; Quem vultis de duobus vobis dimittam?* Et apud Marcum [7]: *ἦραν κλασμάτων δώδεκα κοφίνους πλήρεις, καὶ ἀπὸ τῶν ἰχθύων: Et ſuſtulerunt fragmentorum duodecim cophinos, & de piſcibus*. Eadem præpoſitio *ἀπὸ* dicitur etiam de numero, & per præpoſitionem *ex* reddi ſolet; ut apud Lucam [8]: *καὶ ἐκλεξάμενος ἀπ' αὐτῶν δώδεκα: Et ex ipſis eligens duodecim*; & apud Joannem [9]: *ἐνέγκατε ἀπὸ τῶν* B *ὀψαρίων, ὧν ἐπιάσατε νῦν: Afferte de piſcibus quos prendidiſtis nunc*: & in Actis Apoſtolorum [10]: *ἐξανέστησαν δέ τινες τῶν ἀπὸ τῆς αἱρέσεως τῶν Φαρισαίων: Exſurrexerunt autem quidam de hæreſi Phariſæorum*; ubi obſervandum vocem *αἵρεσις* vim habere pluralis numeri. In his exemplis quæ attulimus, patet *ἀπὸ* ſtatus priſtini mutationem non denotare. Itaque ſenſum Polybii bene ſunt aſſequuti tum qui eam Epiphanii vitam Latine vertit, tum Meurſius [11], Ducangius [12], Caveus [13] & alii; qui illis verbis *κληρικὸς ἀπὸ ῥητόρων* ſignificari exiſtimant, Philonem clericum fuiſſe de numero rhetorum, eorum ſcilicet qui ex clero rhetores dicebantur.

C De his rhetoribus ex clero teſtis eſt Codinus Curopalata [14], apud quem poſt tres Evangelii, Apoſtoli & Pſalterii doctores, quorum primus quatuor Evangeliſtas, ſecundus Epiſtolas D. Paulli, tertius Pſalmos interpretabatur, ponitur n. XXII. *ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ἑρμηνεύειν τὰς γραφὰς, Rhetor ad ſcripturas interpretandas*. Goarius eadem officia ſubjicit ex regiis mſſ. [15] in quibus habetur, *ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν, Rhetor ad orandum*. Et ſplendidam eam fuiſſe dignitatem Matthæus Monachus indicat, cujus in opuſculo de officiis palatii & eccleſiæ Conſtantinopoleos legitur [16], *ὅρα τὸν λαμπρὸν ῥήτορα, Reſpice illuſtrem rhetorem*. Et apud Nicetam Choniatam [17] Michael D quidam vocatur *τὸν ῥητορικὸν θρόνον κοσμῶν*: quæ

1. *La vie de S. Epiphane le qualifie un homme ſaint, qui d'avocat ayant été fait diacre, fut depuis ordonné évêque &c.* tom. X. p. 520.
2. *Philon d'avocat fut fait diacre &c.* tom. VIII. p. 480.
3. Lib. VII. in fine.
4. Lib. III. cap. XII. in fine.
5. Exped. Alex. lib. V. cap. XVIII.
6. Matth. XXVII. 21.
7. Marc. VI. 43.
8. Luc. VI. 13.
9. Joan. XXI. 10.
10. Act. XV. 5.
11. In Gloſſar.
12. In Gloſſar.
13. De ſcriptor. eccleſiaſt. incertæ ætat. in nova Hiſtoriæ eccleſiaſt. ſcriptor. edit. Baſileen. pag. 16.
14. De officiis eccleſ. Conſtantinopolitanæ cap. I. quinario IV. pag. 3. edit. Pariſ.
15. Ibid. pag. 7. litt. d.
16. Ibid. pag. 8.
17. Lib. VII. pag. 137. regiæ edit. Pariſ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

vèrba cum jejune reddidiffet Hieronymus Wolfius per unicam vocem *concionator*, ab Allatio [1] reprehenfus eft. Quamobrem Anonymus a Goario editus [2] ait, φιλοσόφων ὕπατος, ῥητόρων πρῶτος: ad quæ verba Goarius [3] hæc adnotavit: *Summa imperatoris virtus eft, ut eruditionis copiam inter loquendum diferte poffit profundere: & jus unicuique debitum, ut facile agnofcere, ita conftanter reddere fit paratus. Si quid horum natura vel exercitium denegabat, ab aliis quorum eruditione, eloquentia, legum peritia ac juftitiæ amore duceretur & fublevaretur, opem mutuari non erubefcebat quondam in oriente imperator:* τῶν φιλοσόφων, *divinarum humanarumque rerum cognitione inftructus eruditionem;* ῥητόρων πρῶτος *dicendi facilitatem . . . . . fuggerebat*. Veniebat fcilicet rhetoris nomine palatina etiam dignitas: cui fimilis illa ecclefiaftica: quod indicant ea verba quæ, ut fupra dictum eft, attulit Goarius [4] e mff. regiis, ὁ ῥήτωρ εἰς τὸ ῥητορεύειν. Nam Evangelii, vel Apoftoli, (hoc eft epiftolarum D. Paulli) vel Pfalterii doctores facras fcripturas ftrictim exponebant: rhetor vero in iifdem uberius pertractandis, & ad populi captum explicandis dilatandifque verfabatur. Quamobrem Allatius l. cit. adnotavit *rhetorem* nonnullos interpretari *concionatorem*; quod verum eft: atque ita vocem illam latine reddit Fabrotus ad Nicetam [5]: ῥήτωρ, *qui fcripturas inftar oratoris ecclefiaftici interpretabatur*; quæ funt ipfa verba Meurfii in Gloffario. Gretferus [6] quoque ad Codinum: *Rhetoris officium eft generatim fcripturas facras interpretari; & videtur ille, quem nos* concionatorem *nominamus*. Sed Allatius [7] animadvertit *rhetorem* patuiffe latius quam doctorem Evangelii; & rhetores qui præcepta aliis traderent, tamquam eloquentiæ profeffores ad id ferme munus vocari confueviffe. Non unum, fed plures in ecclefia fuiffe rhetores vel illa verba indicant plurali numero concepta de Philone noftro in Epiphanii vita; & ex eo maxime conftat, quod unus ipforum primas teneret, atque μαΐστωρ τῶν ῥητόρων, μέγας ῥήτωρ nuncuparetur, de quo Meurfius [8], & Caveus [9] qui fufe de Philone noftro difputat; ac in quavis fere majori ecclefia fuiffe docet aliquem, qui rhetoris munere fungeretur, atque ex eius ecclefiæ reditibus aleretur; a quo etiam juniores clerici ad futuras facri Ordinis functiones promovendi, facris litteris & difciplinis ecclefiafticis erudirentur.


Sed ut ad Philonem redeamus, tanta de eo fuit S. Epiphanii opinio, ut Romam profecturus illi accerfito [10] poteftatem dederit adminiftrandæ ecclefiæ Conftantiæ; & fi opus fuiffet, ordinandi clericos facultatem, ut narrat idem quem fupra memoravimus, Rhinocurorum epifcopus Polybius.

Novimus quidem, vita illa S. Epiphanii multas contineri fabulas, quo nomine ea valde difplicuit Papebrochio [11] & Tillemontio [12], quem paffim alii fequuntur. Dupinius nihili eam æftimat; fed ejus rationibus quibus illam omnino rejiciendam in omnibus putat, fummorum virorum judicium opponimus. Nam primo non omnino eam afpernandam Petavius cenfuit [13], qui *Subjecta*, inquit, *a nobis eft Epiphanii vita, latine olim a Surio, græce autem nunc vulgata primum, ac multis in locis recognita. Quæ quamquam in plerifque fabulæ eft quam hiftoriæ propior, ut jam dudum in annalibus Baronius admonuit; erit tamen in lutulenta illa narratione fortaffe quod tollere poffis. Et alioqui multa continet, quæ cum vera receptaque ab omnibus hiftoria confentanea funt*. Deinde eam veluti idoneum teftem fibi advocare eorum quæ dicebant, non dubitarunt Poffevinus in Apparatu facro, Oudinus, Meurfius, Dufrefnius, Allatius, Lequien, Fabricius, Garetius. Quin etiam ipfe Tillemontius [14], ubi agit de hoc ipfo Philonis commentario, fidem ei vult adhiberi, cum Philonem dicit Carpafii epifcopum.

Quæ vero ipfum Tillemontium fugerant de Carpafiæ epifcopali fede monumenta, ea primus V. Cl. Petrus Francifcus Fogginius [15] indicavit adverfus Dupinium, qui Carpafiæ honorem illum ademerat. Ac de Philone epifcopo Carpafio non dubitavit Allatius [16], S. Epiphanium loqui in epiftola ad Joannem epifcopum Hierofolymitanum, quæ habetur inter Hieronymianas epiftolas ab ipfo Hieronymo in latinum converfa [17]: *Nam multi*, ait Epiphanius, *epifcopi communionis noftræ & presbyteros in noftra ordinaverunt provincia, quos nos comprehendere non poteramus; & miferunt ad nos diaconos & hypodiaconos, quos fufcepimus cum gratia: & ipfe cohortatus fum beatæ memoriæ Philonem epifcopum & fanctum Theoprepum, ut in ecclefiis Cypri quæ juxta fe erant, ad meæ autem parœciæ ecclefiam videbantur pertinere, eo quod grandis effet & late patens provincia, ordinarent presbyteros & Chrifti ecclefiæ providerent*. Quamobrem Caveus [18] fcribit de Philone: *Ad Cyprum delatus ab Epiphanio Carpathi, infulæ maris mediterranei ab Afiatico litore non longe diftantis, uti vulgo creditur, rectius vero mea quidem fententia, Carpafiæ urbis in Cypro non ignobilis, epifcopus ob infignem pietatis famam ordinatus eft anno 401. Quin etiam Epiphanius Romam difcedens, ecclefiæ fuæ Conftantienfis curam ei commifit &c.* Fabricius itidem [19], Lequien [20], Garetius [21] & Allatius differtatione quam fupra dixi, de Philonibus, cum de Philone eadem tradant quæ Polybius, fatis oftendunt, ea fe pro veris habuiffe, quæ de ipfo Philone ejufque epifcopatu in vita S. Epiphanii narrantur. Hunc Philonem de quo nobis eft fermo, fufpicari quis poffit eumdem effe cum eo quem memorant magna Menæa Græcorum ad diem 24. Januarii, ubi hæc habentur; τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ μνήμη τοῦ ἁγίου μάρτυρος Ἑρμογένους, καὶ Μηνᾶ, καὶ τοῦ ὁσίου πατρὸς ἡμῶν Φίλωνος ἐπισκόπου γενομένου τοῦ Καλπασίου: *Eadem die commemoratio fancti martyris Hermogenis & Menæ, & fancti patris noftri Philonis epifcopi Calpafii*. Quo loco Bollandus allato ad eumdem diem 24. Januarii fubdit [22]: *Certe illuftrem*

1. Præfat. ad Excerpta Varia Græcor. Sophift.
2. Apud Codinum pag. 42. litt. d.
3. Ibid pag. 44. num. 9.
4. Ibid. p. 7. litt. d.
5. In Gloffar. ad Nicetam præfixo.
6. Lib. I. cap. VIII. Obfervat. in Codin. in Codini edit. reg. Parif. pag. 168.
7. Præfat. ad Excerpta Græcor. Sophift.
8. In Gloffar.
9. Loco ubi fupra.
10. Μεταστέλλεται τὸν προειρημένον Φίλωνα τὸν ἐπίσκοπον, καὶ αὐτῷ ἀποδίδωσι τὴν αὐθεντίαν τῆς ἐκκλησίας τῆς Κωνσταντίας, quæ barbare incertus ejus vitæ interpres reddit: *datque ei auctoritatem ecclefiæ Conftantiæ*. Vita S. Epiph. cap. XLIX.
11. Act. SS. ad diem XII. Maji.
12. Tom. X. pag. 487. edit. Parif. de S. Epiphanio & not. I. pag. 803.
13. Tom. II. Oper. S. Epiphanii præfat. ad lectorem.
14. *Et quelque fauffe que foit cette vie, nous avons quelque fujet de croire qu'elle ne ment pas en ce point, non plus, que quand elle dit, que Sabin fucceda à S. Epiphane.* tom. X. not. 10. in S. Epiphan. pag. 809.
15. Comment. Epiphan. in Cantica Canticorum in præfat. pag. 30.
16. Diatriba de Philonibus adhuc inedita.
17. In edit. Oper. S. Hieron. noviffima Veronæ ann. 1734. curante Vallarfio tom. I. col. 242. epift. LI. n. 2.
18. Hiftor. litter. tom. I. pag. 375. edit. Bafileenf.
19. Tom. IX. biblioth. Gr. pag. 252.
20. Orient. Chrift. tom. II. pag. 1067.
21. Operum Caffiodori tom. II. pag. 542.
22. Acta Sanctorum Januarii tom. II. pag. 594.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



confessorem Philonem episcopum Ægyptium in exsilium ejectum esse a Georgio Cappadoce S. Athanasius scribit in Apologia de Fuga sua, & in epistola ad solitariam vitam agentes, ubi ait Philonem retrusum esse Babylonem, sive in propinquam Babyloni solitudinem, & ad obitum usque persecutionem passum; & paullo post: *Ast ubi Calpasius episcopatus?* Κάλπαι *urbs est, quæ &* Κάλπεια, Κάλπη, *portus in Bithynia apud Stephanum, qui inde* Καλπεὺς, Καλπῖνος, Καλπιτανὸς, *non* Καλπάσιος, *gentilitium aut possessivum deflectit.* Καρπάσια *urbs est Cypri Diodoro, Stephano, Ptolemæo memorata, Xenagoræ* Κάρπαθος *dicta, Demetrio Salaminio* Καρβάσια. *An in altera harum urbium, an alibi episcopatus fuerit non divinamus*. Satis verecunde. Ego vero legendum in Menæis suspicor, ἐπισκόπȣ γένομένȣ τοῦ Καρπασίȣ, & de Philone Carpasio episcopo illic mentionem fieri; ea ratione, quod ex nominibus Κάλπαι, Κάλπεια Κάλπη non bene derivetur Καλπάσιος.

II. Quod ad Philonis Carpasii attinet scripta, incertum, an ille sit cujus fragmenta quædam sub Philonis tantummodo, aut Philonis episcopi nomine in diversis Catenis Patrum Græcorum exhibentur [1]. Caveus loco quem supra attuli, auctorem suspicatur esse *historiæ Ecclesiasticæ*, quem laudat Anastasius Sinaita initio *Demonstrationis historicæ de magna & angelica summi sacerdotis dignitate*, his verbis: ἐν τῇ ἐκκλησιαστικῇ ἱστορίᾳ Φίλωνος τοῦ φιλοσόφȣ εὗρόν τι τοιȣ̃τον: *In ecclesiastica historia Philonis philosophi tale quid reperi.* Ac ne cui mirum videatur ibi Philonem appellari philosophum, subdit: *Vox ista non monachos modo & arctioris vitæ cultores denotare coepit, sed & omnes præsertim in clero constitutos, qui ad reconditiorum litterarum studium animum appulerunt*. Sed hæc mera est Cavei, non tamen improbabilis conjectura.


Quod autem nihil dubitationis videtur habere posse; scripsit Philo Carpasii episcopus hunc qui modo in publicum prodit, commentarium in Cantica Canticorum. Et Philonem illum cujus mentio est apud Polybium, commentarii hujus fuisse auctorem satis comprobare videntur, quotquot reperire licuit, mss. codices, Mutinensis in bibliotheca Serenissimi Ducis Mutinæ membranaceus, scriptus decimo sæculo; & alius itidem membranaceus apud PP. Theatinos Neapoli in Domo S. Paulli, cujus duæ tertiæ partes scriptæ videntur sæculo undecimo, reliqua tertia sæculo decimo tertio; & qui est in bibliotheca Barberina bombycinus XIII. sæculo exaratus; & duo recentes manuscripti, alter chartaceus apud illustrissimum Auximanum episcopum Pompejum Compagnonum, & meus alter itidem chartaceus; qui duo postremi etsi recentes, non tamen ex iis quos priore loco nominavi, descripti esse videntur; quod colligitur ex variantibus lectionibus, quæ multis in locis occurrunt. Non tamen dissimulabo, meum ex Barberino codice videri esse descriptum. Hi vero omnes clare hunc titulum præferunt: Φίλωνος ἐπισκόπȣ τοῦ Καρπασίȣ σὺν Θεῷ ἑρμηνεία εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων πρὸς Εὐστάθιον πρεσβύτερον καὶ Εὐσέβιον διάκονον: *Philonis episcopi Carpasii, Deo juvante, enarratio in Canticum Canticorum ad Eustathium presbyterum & Eusebium diaconum*. Eamdem fuisse epigraphem credi oportet in alio codice græco, quem certe vidisse arbitror Lucam Holstenium. Nam in notis ad Geographiam sacram Caroli a S. Paullo [2], *Hujus*, inquit, (Carpasiæ) *episcopus Philo* Καρπάσιος, *cujus exstat commentarius græcus ms. in Cantica Canticorum, quem vulgo male Carpathium, quasi a Carpatho insula appellant*. Cum Holstenio consentit Allatius, qui in Diatriba de Philonibus, Philoni Carpasio tribuit commentarium in Canticum Canticorum: *Succincta*, inquit, *sed acutissima laudatissimaque commentaria scripsit in Canticum Canticorum ad Eustathium presbyterum & Eusebium diaconum*. Nec aliam quam quæ in memoratis codicibus exhibetur, epigraphem habuisse videtur græcus codex Emerici Bigotii. Cum enim Cassiodorus scripserit [3], *S. Epiphanius antistes Cyprius totum librum græco sermone uno volumine complexus est. Hunc nos, ut alios, in latinam linguam per amicum nostrum, virum disertissimum Epiphanium fecimus, Deo juvante, transferri*; Garetius ad hunc locum hanc notam apposuit: *vel potius Philo ordinatus episcopus Carpasii in insula Cypro a S. Epiphanio Salaminiæ antistite, ut in ipsius Sancti vita legitur. Vidi hujusce commentarii textum græcum in manibus V. Cl. Emerici Bigotii cum translatione latina, cujus heic meminit Cassiodorus*. Cum Holstenio & Garetio concordant Fabricius & Lequien. Hic enim in oriente Christiano [4]: *Philonis*, inquit, *episcopi Carpasii exstat commentarius in Canticum Canticorum, cujus latina translatio circumfertur, a græco codice admodum discrepans. Genuinum ejus exemplar Cl. Bigotius in sua bibliotheca servabat, quod græce latineque a se propediem edendum Casimirus Oudin in suo ad Labbeanam Bibliothecam supplemento spem nobis fecerat*. Fabricius vero [5]: *Genuinum*, inquit, *Philonis commentarium græco e codice Bigotiano editurum pridem in se recepit vir doctissimus Anselmus Bandurius monachus benedictinus*.

Itaque cum præclara doctrina præstantes Garetius Lequien, Fabricius, Bandurius & duo viri magni Allatius & Holstenius in hoc consentiant, Philonem Carpasium auctorem fuisse græci commentarii in Canticum Canticorum, & græci codices quorum notitia ad nos pervenit, Philonis Carpasii præferant nomen; haud certe fecisse temere videatur, qui hunc quem publici juris facio, commentarium, cum iisdem græcis codicibus collatum, eidem Philoni Carpasii episcopo tribuerit.

Verumtamen gravissimam difficultatem offert antiqua græci hujus commentarii interpretatio. Illam V. Cl. Petrus Franciscus Fogginius anno 1750. in lucem extulit e membranaceo Vaticanæ bibliothecæ codice, cujus ætatem existimat millenariam. Codex ille interpretis quidem non exhibet nomen; sed auctorem præfert S. Epiphanium. Hanc enim habet inscriptionem: *Expositio S. Epiphanii episcopi Cypri in Cantica Canticorum*. Hanc versionem Fogginius putat ab Epiphanio Scholastico esse compositam, & eamdem illam esse censet interpretationem, quam Cassiodorus loco quem attulimus supra, commemorat. Illius tituli veritatem agnovit Hadrianus I. papa in Scripto de Imaginibus ad Carolum regem [6]: *In persona*, inquit, *Christi & ecclesiæ diversa sanctorum patrum opuscula in Cantica Canticorum explanata sunt; & si quando intelligendum est, scire velint, S. Epiphanii episcopi Cypri proferimus expositionem, in qua inter multa diversa inquit*: Ostende mihi faciem tuam, & auditam fac mihi vocem tuam; hoc est per legem & prophetas non mihi loqua-

1. Vide Fabric. biblioth. Gr. tom. IX. pag. 252.
2. Lib. II. pag. 297.
3. Lib. de Institut. litterar. cap. V.
4. Tom. II. pag. 1067.
5. Loco supra cit.
6. Tom. IV. Concil. Harduini col. 783.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ris, sed temet ipsum totum mihi ostende, *& cetera quæ sequuntur*. Hæc vero sunt ipsissima verba, quæ in editione Fogginiana leguntur pag. 39. iisque græca respondent in hac editione nostra num. LXXIV. Nec vero codex ille Vaticanus est unicus; sed exstat in bibliotheca regia Parisiensi inter miscellanea Bigotii idem latinus commentarius, quem ex Vaticano codice quidam suspicantur esse descriptum. Sed falso. Nam in Bigotiano codice deest præfatio, quam Vaticanus codex integram habet. Æquum igitur est existimare plures latinos fuisse olim similes codices, & fortasse adhuc alicubi delitescere; idque probe animadvertendum, ne quis ex eo quod unus tantummodo & singularis existimetur esse Vaticanus codex, illi parvam fidem habendam esse contendat. Cum igitur latinum commentarium constet esse græci Philoniani versionem; alterutrum pseudo-epigraphum esse oportet. Hanc difficultatem harum rerum intelligentibus expediendam relinquo. Certe Garetius qui apud Bigotium utrumque vidit, commentarium græcum & latinum, nodum audacter amputat & oblique Cassiodori testimonium videtur rejicere, lectoremque propemodum in eam adducere dubitationem, utrum Epiphanius antistes Cyprius commentarium conscripserit aliquem in Canticum Canticorum.

Quid si contendat aliquis memoria lapsum Cassiodorum, pro Philone Epiphanii æquali & amico, Epiphanium posuisse? Quid si codicem quem habuit Cassiodorus, ut majore pretio dignum faceret amanuensis, Epiphanii magnæ famæ nomen pro obscuriore Philonis nomine illi inscripsit? Et consuevisse quidem librarios, ut vel peritiam vel diligentiam commendarent suam, qui codices vel nullum vel ignotum obscurumve præferrent auctorem, iis insigne alicujus celebris scriptoris nomen præfigere, notissimum est omnibus qui vel leviter hoc studiorum genus attigerint. Lapsus vero memoriæ in auctoribus nominandis complura afferri possunt exempla. Melchiori [1] Cano, & Garnerio [2] suspicio fuit Gregorium magnum [3] pro Sozomeno Theodoretum posuisse; de quo memoriæ lapsu Fabricius [4], non suspicatur, *sed non dubium esse* affirmat, Gregorium voluisse Theodoretum pro Sozomeno dicere. Quo in loco Fabricii plura alia reperias ejusmodi lapsus exempla. Et certe tam sæpe id accidit, ut de hujusmodi exemplis Hieronymus Tartarottus [5] librum sive dissertationem conficere potuerit. Præterea & illud aliquis urgere possit; quod nos ad explicationem Philonianam num. CCXXII. adnotavimus quo in loco loquutio reperitur de Verbo, quam Epiphanius Hæresi LXXVII. num. 29. videtur improbasse. Nec aliquis fortasse defuerit, qui respiciens ad Cassiodori Chronicon & Tripartitam historiam, judicium ejus desideret; cui propterea in aliis quoque rebus in quibus critica est opus, non tutum esse arbitretur omnino fidere.


Sed Epiphaniani commentarii eruditissimus editor ad hanc removendam difficultatem aliam ingreditur viam. 1. Commentarium aliquem in Canticum Canticorum a Philone quopiam compositum facile concedit. Et sane Suidas in Lexico: Φίλων, ait, Καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ᾆσμα τῶν ᾀσμάτων: *Philo Carpathius scripsit commentarium in Canticum Canticorum*. Præterea Cosmas Ægyptius Topographiæ A Christianæ lib. x. [6] tria loca offert ex Philone Carpathio. Huc accedit, quod in Catena græca Meursii Græcorum PP. in Cantica Canticorum, & in Catena græca Vaticana Procopii Gazæi plura fragmenta ex Philone afferuntur; ut non satis mirari queam Jacobum le Long virum eruditione præstantem, ubi agit de commentario in Cantica Canticorum, scripsisse [7]: *Philo Carpathii episcopus in Cypro auctor suppositititus*. Nam Eliam Dupinium qui idem senserat, non modo castigaverat Oudinus [8] affirmans, *eum sibi videri absurde falli, cum hujus tum scriptoris tum commentarii meminerint & Cassiodorus & Suidas, quibus elevandis Elia idoneus* (verba sunt ipsius Oudini) *mihi esse non videtur*. Sed B etiam Dupinii ratiunculis abunde satis fecerat Tillemontius [9]; ejusque sententiam ipse Fogginius [10] omnium maxime confutavit. 2. Duos putat fuisse Philones, alterum Carpathium episcopum in Carpatho insula quæ est una ex Cycladibus; Carpasium alterum Carpasiæ in insula Cypri episcopum. Et Carpasium quidem cujus apud Polybium est mentio, auctorem esse commentarii in Canticum Canticorum, statuit vanum esse commentum. Carpathium vero & commentarium in eum librum scripsisse, & plura ex Epiphanii commentario excerpta in suum commentarium, in epitomen redacta, inseruisse. Verum probandum fuerat primo exstare aliquem aut exstitisse sub nomine Philonis in Cantica Canticorum C ejusmodi commentarium, qui pleraque ipsi Philoni propria & ab ejus ingenio profecta contineret, & ab iis diversa quæ in Epiphaniano commentario reperiuntur. Deinde ea afferre opus fuerat, quæ Philo ex Epiphanio excerpta in suum commentarium vel decurtata vel in compendium redacta transtulerit. Sed vir doctus neutrum præstare potuit.

Immo vero si græci commentarii copia illi fuisset, profecto Epiphanianum commentarium perspexisset latinam esse Philoniani græci versionem; & in græco eadem plane loca reperisset integra, quæ ille Catenæ Meursii & Vaticanæ nimis confisus, existimavit Philonem facta breviora in commentarium D suum compegisse.

Primus enim locus est [11] qui legitur in latino commentario p. 11. lin. 19. quem totidem verbis affert ex Philone Cosmas Ægyptius [12]. Sed non recte ea est argumentatio conclusa: in Epiphaniano commentario ea Philonis verba latine reddita reperiuntur; Philo igitur ea ex Epiphanio desumsit: sed solum inde conficitur, eadem verba unius & ejusdem esse auctoris seu Philonis, seu Epiphanii; & verius Philonis, cujus commentarium in ceteris partibus in Epiphaniano videmus latine repræsentatum. Sed ante quam ulterius progrediamur, admonendus est lector locum illum a Cosma Ægyptio allatum, aliaque multa eumdem locum præcedentia & subsequen- E tia quæ in Epiphaniano commentario leguntur pag. 7. 8. 9. 10. 11. & 12. a græco Philonis quem hac editione nostra modo producimus, abesse: ea vero in græcis quos habemus, exemplaribus ideo deesse existimaverim, quod duo fuerint Philoniani commentarii editiones antiquæ, quarum primam nostri codices græci repræsentent; non secundam, qua utebatur Cosmas Ægyptius, ubi Philo alia quædam addiderit. Exemplum simile habes, lector, in oratio-

1. De locis theolog. lib. XI. cap. VI.
2. Auctar. Theodoret. Differtat. II.
3. Lib. VI. epist. III.
3. Biblioth. Gr. tom. VI. pag. 122.
5. Exstat tom. XXV. collect. Calogerianæ.
6. In nova collect. PP. Græcor. Montfauconii tom. II. pag. 330.
7. Biblioth. sacr. tom. II.
8. Tom. I. de Scriptorib. ecclesiast. pag. 891.
9. Loc. cit. not. 10.
10. Præfat. ad Epiph. Commentar. pag. 25.
11. Vide has collationes in præfat. ad Epiphanianum commentar. pag. 17. & seqq.
12. Loco supra cit.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ne Demosthenis περὶ τοῦ στεφάνου, in qua quædam a diversis scriptoribus citata frustra quæsieris; quod Ulpianus inde factum monet, quod scriptores illi aliam ejus orationis editionem habuerint. Sed ad collationem locorum ex Epiphanio & Philone quam instituit vir eruditissimus, redeamus.

Secundus locus est qui in latino occurrit p. 25. lin. 12., cui ad latus apponit eumdem locum partim ex Catena Meursii [1], partim ex Catena Vaticana cod. 1441. pag. 210., in quo quædam sunt quæ non habet latinus commentarius Epiphanii: unde colligi posse videatur Philonem desumsisse sententiam ad Epiphanio, & nonnullis immutatis in suum scriptum transtulisse. Sed si collatio fiat cum græco commentario, nullam ibi deprehendas varietatem; & quæ verba afferuntur ex latino, eadem quæ sunt in græco, accurate rependunt. Quapropter comparatio non facienda fuerat cum Catena. Notum est enim Catenarum opifices auctorum verba non exscribere accurate, sed expositiones quasdam subinde aliis, quam quibus tribui debuerant, auctoribus vel interpolatas vel decurtatas adscribere; quod jam pridem monuit Fabricius [2]. Et Allatius Diatriba [3] de Nicetis Catenam commemorans cujus est epigraphe: Συναγωγὴ ἐξηγήσεων εἰς τὸ κατὰ Λουκᾶν ἅγιον εὐαγγέλιον ἐκ διαφόρων ἑρμηνευτῶν παρὰ Νικήτα διακόνου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας ἐν βιβλίοις δ'. Ρ. Ἐξ ἀρχῆς μὲν ὁ Θεὸς δι' ἑαυτοῦ τοῖς ἀνθρώποις διελέγετο, in ejus Catenæ laudem subdit: *In qua sylloge illud singulare cernitur, quod cum in aliis Catenis sententiæ Patrum verbis decurtatæ & compendio afferantur, heic ipsissimis verbis, uti jacent, textus, nullis suis partibus imminuti digeruntur; ut non frusta interpretationum, sed integræ ipsæ interpretationes, & tantum non orationes describantur.*

Tertius locus est in latino Epiphanii p. 32. in illud: *Introducite me in domum vineæ; hoc est ad corpus Domini; ac si diceret, coaptate me ei per lavacrum regenerationis.* His probe respondent græca apud Philonem num. XL. Εἰς τὸ τοῦ κυρίου σῶμα συγκεράσατέ με, φησὶ, αὐτῷ διὰ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. Hic locus cum loco Philoniano quem affert Cosmas Ægyptius, a Fogginio confertur. Locus Philonianus est in illud: *Introduxit me Rex in cubiculum suum;* ad quem sacri textus locum explicatio Epiphanii p. 18. sic habet: *Cubiculum Regis est ubi omnes sunt thesauri reconditi: cælestis enim Regis sine dubitatione cubiculum est; primum quidem corpus quod ædificavit sibi; deinde cælorum regnum, quando dicit Salvator: Beati qui persecutionem patiuntur &c.* Congruunt cum his græca apud Philonem num. VI. Ταμεῖον δὲ τοῦ βασιλέως ὅπου πάντα ἀπόκειται τὰ θησαυρίσματα· τοῦ δὲ ἐπουρανίου βασιλέως ταμεῖον δῆλον ὅτι πρῶτον μὲν τὸ σῶμα, ᾧ ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν οἶκον· ἔπειτα δὲ καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. ὅταν οὖν λέγει ὁ σωτήρ. μακάριοι δεδιωγμένοι, κ. τ. λ. Quod si contendas locum Epiphanii qui habetur p. 32. cum Philoniano num. VI. quem adducit Cosmas Ægyptius, ea loca inter se non cohærere, minime mirandum. Virum doctum decepit falsa Montfauconii citatio, qui tom. 2. Collect. novæ PP. Græcor. pag. 329. lin. 10. a fin. ad illa verba, εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ, quæ sunt in 4. versu capitis I. Canticorum, hanc apposuit in margine citationem, *Cant.* 2. 4.; quem citationis errorem cum non attendisset, putavit ea verba in Vulgata reddita esse: *Introduxit me in cellam*

A *vinariam*, quæ re vera sunt interpretatio versiculi 4. in Vulgata cap. II.

Quartus locus est in Epiphaniano commentario pag. 80. *Iste est itaque Rex, de quo & David dixit:* Dominus regnavit, decorem induit. *Vinctus est autem ipse non sponsæ suæ necessitate, sed voluntate clementiæ, sicut dicebat Apostolus:* Ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. *In transcursibus autem dictum est, quia de cælo transcurrens, & mortuos resuscitans, rursus transcurrens in cælos abiit & ascendit super Cherubim, & volavit.* Huic loco ad latus adjicit vir eruditissimus locum, quem laudat Cosmas Ægyptius ex Philone, παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς εἰς τὰ καθ' B ᾅδου, καὶ κατώτερον ᾅδου βυθὸν κατελθὼν ἐκεῖθεν ἀνασπάσει τὸν τεθνεῶτα. Certe græca non repræsentant omnia, quæ latine reperiuntur in commentario Epiphanii. Sed Cosmas Ægyptius decurtatum attulit locum ex Philone, quem ecce tibi integrum num. CCIII: οὗτος γὰρ ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς, περὶ οὗ καὶ Δαβὶδ λέγει· ὁ κύριος ἐβασίλευσεν· ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ· οὗτος δέδεται ἐν παραδρομαῖς. παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς, καὶ ἕως εἰς τοῦ ᾅδου κατελθὼν, ἵνα ἐκεῖθεν ἀνασπάσει τὸν τεθνεῶτα, αὐτὸς δέδεται ἐν παραδρομαῖς, οὐκ ἀνάγκης δεσμοῖς, ἀλλ' ἑκουσίου φιλανθρωπίας χρηστότητι, εἰπὼν τοῖς ἀποστόλοις, καὶ ἰδοὺ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος. Viden' ut græca latinis plene respondeant? & si quid C variant, culpa est interpretis, qui quædam de suo addidit quæ fœdum errorem continent, illa scilicet *non sponsæ suæ necessitate*: & pro loco Matthæi posuit locum ex Psalmo XVII. 11. Ea enim erat licentia complurium interpretum qui sæculo VI. græca vertebant, & nullo ad textum respectu habito, nihil sibi non licere arbitrabantur.

Quintus locus Epiphaniani commentarii est p. 81. *Vere speciosa facta est & vere suavis, non divina virtus; (neque enim augmentum recipit nec detrimentum divinitas) sed humilitas ejus vere speciosa facta est atque suavis pulcritudine divinitatis, cum sedisset in regno cælorum in dextera Patris.* Nihil horum desideres in græcis apud Philonem num. CCIV. ὡραιώθη D γὰρ ὄντως, καὶ ἡδύνθη (Cosmas Ægyptius legit ἱδρυώθη) οὐχ ἡ τῆς θεότητος δύναμις· οὔτε γὰρ προσθήκην οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται, ἀλλ' ἡ σὰρξ ἣν ἀνείληφε· καὶ ὁ τέλειος (τέλειος deest apud Cosmam Ægypt.) ἄνθρωπος ὃν ἐφόρεσεν, οὗτος ὡραιώθη τῇ τῆς θεότητος ὡραιότητι συμμορφωθεὶς, καὶ ἡδύνθη (Cosmas Ægyptius ἱδρυώθη) ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν καθεσθεὶς βασιλείᾳ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός (Cosm. Ægyptius τοῦ Θεοῦ). Iisdem verbis locum hunc Philonis refert Cosmas Ægyptius. In eo variat quod in sacro textu legit, τί ὡραιώθης, καὶ τί ἱδρυώθης; *cur speciosus factus es, & cur firmatus es?* quam lectionem non alibi reperias. Quamobrem nihil ex collatione horum locorum ex Epiphanio & Philone colligitur, quo possis statuere Phi- E lonem commentarium quidem composuisse ab Epiphaniano diversum; unde tamen multa decerpserit, & in epitomen redacta in suum inseruerit.

Sextus locus ex Epiphanio pag. 28. ejusque collatio cum Philone nihil tale itidem probat. Nam si ad ejus latus adscribas non verba desumta ex Catena Meursii, ut fecit vir eruditissimus, sed integrum Philonis locum quem habes num. XXVI. græca & latina in omnibus repereris consentire. Verba Philonis sunt: Εὐθὺς ὑπομιμνήσκει τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ τὸ στάξαν ἐν τῷ πάθει ἐκ πλευρᾶς τοῦ Ἰησοῦ· ἀ-

1. Pag. 18. edit. Batavæ in 8.
2. Biblioth. Gr. tom. VII. pag. 729.
3. Hanc Diatribam de Nicetis Fabricius Biblioth. Gr. tom. VI. pag. 419. falso queritur intercidisse. Eam cum Diatriba etiam de Philonibus & aliis Allatii scriptis ineditis in publicum prodituram speramus opera & studio docti Viri mihique amicissimi Raphaelis Vernazzæ, Græci in Vaticana bibliotheca Scholiastæ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

ποδεσμὸς τῆς ςάκτης ἀδελφιδός μȣ ἐμοί, ὅπερ ἐςὶν ἐκ τȣ̃ ςάξαντ☉ ὕδατος καὶ αἵματος, καὶ πνεύματ☉ τοῦ ἐκ πλευρᾶς αὐτȣ̃ αὐτὸς γέγονέ μοι νυμφίος, κἀγὼ αὐτȣ̃ νύμφη. αἵματι μὲν τῷ ἐκ πλευρᾶς αὐτȣ̃ ἀγοραζομένη αὐτῷ ϰ̀ σιναπτομένη· ὕδατι δὲ τῷ ἀπὸ σαρκῶν αὐτȣ̃ βαπτιζομένη αὐτῷ, πνεύματι δὲ τῷ ἀπὸ θεότητος αὐτȣ̃ συγκρινομένη αὐτῷ ϰ̀ τελειȣμένη. Quæ omnia latine reddita cognoſces in Epiphanio: *Per guttam itaque commemorat & ſanguinem & aquam, quæ fluxerunt de latere Jeſu*. Faſciculus, *inquit*, guttæ fratruelis meus mihi; *ac ſi diceret, ex aqua vel ſanguine quæ ſtillavit ex ejus latere, ipſe mihi factus ſponſus eſt, & ego ei ſponſa; ſanguine quidem ex ejus latere profluente, quo ei redemta & coæquata ſum; aqua vero carnis ejus, per quam ei* B *baptizata ſum atque clarificata; ſpiritu vero, quo divinitati ejus copulata ſum, & conſummata dinoſcor.*

Denique locum Epiphanii p. 23. ad ea ſacri textus verba: *Filii matris meæ pugnaverunt contra me &c.* & v. ſequen. *Poſuerunt me cuſtodem &c.* (quem locum huc, ut paullo longiorem piget transſcribere) collatum cum Catena Meurſii pag. 16. decurtatum quidem deprehendes, ſed apud Philonem num. XIII. græca omni ex parte latinis ſine ulla diminutione reſpondentia omnia reperies.

Ex allatis igitur locis commentarius qui Epiphanio tribuitur, unus idemque videtur eſſe cum commentario Philonis. Id autem eo videtur confirmari poſſe validius, quod ex ducentis undequin- C quaginta explanationibus in Epiphaniano commentario viginti quatuor tantummodo a Philonianis ſententia ipſa diſcrepant, quas in ſubjecta tabella exhibemus. In ea ſingulis numeris quibus illæ explicationes notantur in Epiphanii commentario, ſingulos numeros ſubjicimus adjectos explicationibus Philonianis in lectoris commodum, qui has cum illis conferre velit.

Epiph.	115.	138.	147.	148.	156.	157.	163.
Philo	118.	143.	151.	152.	160.	161.	170.
Epiph.	165.	166.	173.	179.	184.		
Philo	171.	172.	182.	188.			
Epiph.	188.	206.	214.	218.	223.	228.	229.
Philo	196.	216.	224.	228.	233.	237.	238.
Epiph.	230.	237.	238.	239.	240.		
Philo	239.	246.	247.	248.	249.		

Ceteræ omnes nihil inrer ſe diſcrepant ſententia & verbis, perpaucis exceptis: quarum quædam concordant non veibis, ſed ſententia; quædam partim ſententia, partim verbis; & in iis apud Epiphanium aliquid vel detractum, vel aliquid additum eſſe deprehenditur. Quamobrem Epiphanianus commentarius jure cenſeri poteſt Philoniani interpretatio, ac, ut ait Lequien, loco ſupr. citat. *Latina translatio a græco codice admodum diſcrepans*.

In ea autem quæſtione utrum Philo Carpaſius epiſcopus, an Philo Carpathius commentatium ſcripſerit in Canticum Canticorum, fidenter ſane doctus vir pronuntiat [1] (ut dixi ſupra) vanum omnino eſſe commentum, Philonem ſcilicet cujus mentio eſt apud Polybium, illius commentarii fuiſſe auctorem. Et profecto veterum auctoritate niti poſſe videtur; cum, qui Carpaſium doceat talem ſcripſiſſe commentarium, invenias ex veteribus neminem. Contra Coſmas Ægyptius illum clare Car- A pathium nominat; & Suidas, ut dictum eſt, diſerte inquit, Φίλων Καρπάθιος ἔγραψεν ὑπόμνημα εἰς τὸ ἆσμα τῶν ἀσμάτων. Et tamen nihil ea ratione commoti viri docti magna, quod græcos codices fortaſſe inſpexerint, fiducia Carpaſium ejus commentarii ſcriptorem fuiſſe pronuntiarunt, Garetius, Lequien, Holſtenius; ex quibus Holſtenius diſerte affirmat vulgo male appellari Carpathium. Allatius autem hanc videtur dirimere controverſiam. Ille enim in citata de Philonibus Diatriba, allato epiſtolæ Epiphanii ad Joannem Hieroſolymitanum loco quem ſuperius attulimus, ubi ſanctus ille Doctor mentionem facit Philonis epiſcopi, ſubdit: *Adverte lector, Philonem hunc fuiſſe epiſcopum regionis quæ proxima erat parochiæ Epiphanii, ſcilicet in eadem inſula Cypri in civitate Carpaſii: nec obſtat cognomen Carpathii. Licet enim Carpathius a Carpatho prope Chium inſulam a Cypro diſtante, ſi geographis credimus (a qua & natum adagium* ὁ Καρπάθιος τὸν λαγωόν, *& mare ipſum Carpathium cognominatum) videatur deductum; & a Carpaſio Cypri, vel* Καρπασίᾳ, *vel* Καρπασείᾳ, *vel* Καρβασίᾳ, Carpaſeotes, *ſive etiam cum Theopompo* Carpaſſeus *dicatur; tamen ſcias hoc Carpaſium a nonnullis & præcipue Xenagora Carpathum appellatum, a quo ſine dubio Carpathius fit. Stephanus*: Καρπάσια πόλις Κύπρȣ, ἣν Πυγμαλίων ἔκτισεν, ὡς Ελλανικὸς ἐν Κυπριακοῖς. Διονύσιος δὲ διὰ διφθόγγȣ Καρπάσειαν αὐτὴν φησιν ἐν τρίτῳ βασσαρικῶν,

Ηδ' ὁπόσοι Κινύρειον ἴδ' αἰπεινὴν κραπάσειαν.

Εςι ϰ̀ νῆσος Καρπασία κατὰ τὴν ἄκραν τὴν Σαρπηδονίαν. Ξεναγόρας δὲ Κάρπαθον αὐτὴν καλεῖ. Δημήτριος δὲ ὁ Σαλαμίνιος Καρβασίαν φησὶν, ὅτι πρὸς τὸν καλȣ́μενον ἄνεμον κεῖσθαι δοκεῖ. Hactenus Allatius, qui verſum ex Dionyſio allatum a Stephano ſanum exhibet, ut eſt in editionibus quæ Berkelianam præceſſerunt, in qua ipſe Berkelius in textum admiſit ſuam emendationem, qua verſum illum depravavit. Edidit enim ἠδ' ὁπόσοι Κινύρειον ἠδ' αἰπεινὴν Καρπάσειαν, & ſic tertium & quintum claudicare facit pedem. Illa autem litterarum meD tatheſis in voce Κραπάσειαν eadem eſt, quam Homerus adhibuit Iliad. B. v. 676. οἵδ' ἄρα νίσυρόν τ' εἶχον Κράπαθόν τε Κάσόν τε. Sed hoc ἐν παρόδῳ.

Ceterum in his duabus quæſtionibus 1. num commentarius latinus e Vaticana bibliotheca prolatus vere ſit Epiphanii: 2. Num Philo Carpathius quem Suidas tradit ſcripſiſſe in Cantica Canticorum, idem ſit qui Carpaſius cujus nomen præferunt codices græci; quæ ſunt a me hactenus diſputata, ſatis eſſe lectoribus arbitror, quo ſuam ferre ſententiam poſſint, vel adhuc non liquere pronuntient.

III. De Philone ejuſque commentario differui. Nunc, quod initio propoſui, de ejuſdem interpreta- E tionibus dicendum eſt. Epiphanii latinum commentarium in adnotationibus quas ad Philonis textum adjeci, *veterem interpretationem* voco, & qui eam compoſuit, brevitatis tantummodo gratia, *veterem interpretem* appello. De quo interprete, ſi quidem ſit Epiphanius Scholaſticus quem Caſſiodorus loco ſupra citato commemorat, illud mihi in mentem venit, quod de illo judicavit Huetius de Interpretatione libro ſecundo: *Epiphanius*, inquit, *Scholaſticus Socratem, Sozomenum & Theodoretum latine exponens, nomen ſuum inter doctos traduxit. Græca ſiquidem vix aſſequutus eſt; & ſi quæ forte intellexit, ea ne a poſteris intelligerentur, obſcura, barbara & diſſipata oratione perfecit. Quod ergo, dum in*

1. Præfat. ad comment. Epiphan. pag. 26.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

epitomen a Cassidoro contrahitur, damnum, ut fit, passus est; aliarumque ipsius interpretationum quas bene multas recenset Cassiodorus, jacturam sine stomacho feramus. Et certe Cassiodorus melius consuluisset scriptoribus græcis quos in latinum verti curavit, si semper Aniano usus esset interprete, cujus operam in vertendis quibusdam S. Chrysostomi Homiliis merito idem Huetius summopere laudat. Ceterum Epiphanius Scholasticus in hac sua Philoniani commentarii interpretatione, multis in locis contractiores exhibet explanationes, quam quæ sunt in græco Philonis commentario; sæpe addit quæ sententiam ipsam Philonis vel obtundunt, vel evertunt, vel errore aliquo inficiunt. Exemplo sint illa pag. 14. lin. 17. *Non enim solvit velut ebrietas, ut obscuratus quis corruat &c.* Locus est in græco Philonis commentario num. II. ἐ γὰρ λύει με ὥσπερ ἡ μέθη τῦτο πόμα, κ. τ. λ. quorum sententiam dolebis ab interprete enervatam Pag. 17. ad illa verba: *Ideo adolescentulæ dilexerunt te*, explanationis Philonianæ sensum num. IV. non est assequutus. Sic pag. 22. lin. 13. *Non enim erat sensibile quod dicebat, sed de isto erat sole &c.* quæ quidem inter se pugnant. Confer cum his græca Philonis num. XII. Et pag. 23. lin. 15. *Ubi enim puritas est, illic increpatio quoque subsequitur*; quo quid absurdius? puritas enim nulli increpationi potest esse obnoxia. Vide etiam hominis inscitiam, qui pag. 89. vertens Græca, quæ sunt apud Philonem num. CCIII. αὐτὸς δέδεται ἐν παραδρομαῖς ὐκ ἀνάγκης δεσμοῖς, ἀλλ' ἑκουσίῳ φιλανθρωπίας χρηςότητι, scribit: *Vinctus est autem ipse non sponsæ suæ necessitate, sed voluntate clementiæ.* Atqui ecclesiæ sponsæ id maxime opus fuit, ut Christus pateretur. Et pag. 49. itidem addit quæ absunt a græco textu, & apta sunt insinuando errori, ecclesiam scilicet constare solis electis. Græca enim sunt num. LXXXVIII.: Ἐπειδὴ γὰρ περὶ τῆς πλήθους εἴτε τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐντὸς ὄσης τῦ μονογενῦς φησὶ κ. τ. λ. quæ sic latine reddita sunt: *quia enim de multitudine dixit ecclesiæ quæ constat in suis electis, istos intra Unigenitum esse demonstrat dicens &c.* Eorum vero quæ apud Philonem leguntur num. XXXIV. ἐπειδὴ γὰρ αἱ δοκοὶ τῶν φατνωμάτων εἰσὶν ἐσώτεραι κ. τ. λ. versio plane insulsa, & omni sensu carens pag. 30. *Quoniam igitur tigna trabibus componuntur atque celantur, pulcritudo vero domus trabibus indicatur &c.* Nec sine stomacho legi potest locus ille pag. 36. in fin. de Christo: *Jam enim nec mortem pro nobis suscepit, cum semel passus sit, secundum quod sanctus dicit Apostolus: Mors ei ultra non dominabitur &c.* Sed hæc ex plurimis quæ tum a veritate tum a recta interpretandi ratione longissime aberrant, cum iis non multis conjuncta quæ in adnotationibus attulimus, satis esse possunt indicio, quam abnormis, quam infida, quam horrida denique & incomta sit latina illa Philoniani commentarii vetus interpretatio.

IV. Jam vero de Stephano Salutato ejusque versione, si ea tamen appellanda sit versio, loquamur [1]. Neque enim, ubi vult Philonem repræsentare, agit partes fidi interpretis, cujus est reddere verba ipsa, & eodem ordine, ubi id non impediat utriusque sermonis græci & latini diversa indoles & discrepantia, sed se ut oratorem gerit. Quin immo cum in collatione pergerem græci cum latino commentario, videbam Salutatum brevitatis Philonianæ fortasse pertæsum, lineas usque audacius transsilire; multa non de verbis solum, sed de sententiis demere; longe vero plurimas explanationes quas frustra in Philone quæras, inserere, quo pleniore cum commentario ipse prodiret in publicum; eoque in suis additionibus esse copiosiorem, quo ulterius in sua illa, si talem dicere fas est, interpretatione procederet. Illud tamen affirmare non dubitaverim, si non totum commentarium Philonis, maximam tamen ejus partem in suo illo commentario reperiri, sed tam multis quæ largissima adjecit manu oppressam, vix ut appareat. Possum Philonis, ut ita dicam, frusta, ubi ea Salutatus collocavit, indicare. Ceterum Salutatus lectores suos ludos facit, cum in sua epistola ad Nicolaum Bargilesium presbyterum Bononiensem scribit: *Non unus mihi Philo, sed plures mihi videntur, qui hosce commentarios in Canticum Canticorum confecerint. Nam quod Philonis nomine circumfertur, apud Græcos breve admodum est. Sed sunt qui velint ab Eustathio quoque & Eusebio, (quorum rogatu Philo ipse commentarium hunc confecerat) interpretatum esse, unumque de tribus esse conjunctum.* At quamnam illi fidem habebimus, qui de duobus illis commentariis testem proferat neminem? nullum nominet codicem, ubi commentarium illum ex tribus conflatum repererit? cumque miscellaneum illum ex pluribus compactum, græce scriptum esse existimari oporteat, quem Salutatus a se latine versum profert in lucem; cur tam multa in ea versione occurrunt quæ nihil oleant græcitatis, sed primitiva ex latino fonte deducta esse appareant? Præterea multa Philonis non exigua fragmenta male assuta suis additionibus exhibet Salutatus, multa ex D. Gregorio magno etiam desumta, quod jam dudum a pluribus est animadversum: ut ejus nequeam satis mirari rationem, qui Philonis genuina præfatione, eaque integra retenta, pluribusque itidem Philonianis explicationibus inter multo plura additamenta sua infertis, audacter ejusmodi κυκεῶνα Philonis nomine lectoribus suis propinare sit ausus. Illum suscepisse suspicor Philoniani commentarii versionem: cumque suæ intrepolandi libidini ubique nimium se animadverteret indulsisse, & commentarium qui propter ejus brevitatem a Suida nominatur ὑπόμνημα, in immanem magnitudinem excrevisse; ut aliquam scriptioni suæ conciliaret fidem, fabulam illam commentus est de duobus commentariis Eustathii & Eusebii cum Philoniano commixtis & in unum conflatis.

De græci commentarii ætate, sive illum Philo Carpasius, sive Carpathius conscripserit, dubitari non potest fuisse compositum ante Cosmam Ægyptium, qui, ut supra dictum est, ex Philone tria attulit loca in sua Topographia Christiana. Scripsisse autem Cosmam suum opus anno IↃXXXV. probat Montfauconius [2]. Qui Philoni Carpasio commentarium hunc tribuendum existimaverint, ii censeant oportet, scriptum esse vel desinente sæculo quarto, vel ineunte quinto. Et Oudinus idcirco de Philone Carpasio ejusque scripto in Canticum Canticorum mentionem facit ad annum Christi quadringentesimum. Ejusdem commentarii quis usus esse possit ad confirmanda quædam catholicæ fidei dogmata, docet Cl. Fogginius in præf. ad comment. Epiph. p. 40. & sequent. ubi multa docte & erudite disputat, quæ qui legerit, ea se legisse non pœnitebit.

V. Denique in hoc græco Philonis commentario

1. Prodiit Parisiis ex officina Wecheliana ann. 1537. Recusa deinde fuit in biblioth PP. curante de la Bigne edit. I. in Appendic. Et in edit. 2. & 3. tom. I. Et in biblioth. PP. Lugdunen. tom. V. pag. 661.

2. Præfat. ad Cosm. Ægypt. cap. I.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



evulgando quid operæ ipse impenderim, paucis expediam. Codices duos Barberinum & Vallicellanum, quorum ille in fine, hic in principio & fine mutilus est, inspexi, & cum iis meum codicem quam diligentissime contuli. Hos enim tractare meo mihi licuit arbitratu: ceteros non item, Mutinensem, Theatinum, Auximanum; sed quibusdam in locis in quibus hærebam, ab amicis græcarum litterarum peritis inspiciendos curavi. Hos autem omnes esse comperi nimis multis erroribus maculosos; quibus fortasse veterem ipsum interpretem, & Stephanum Salutatum suspicor non habuisse meliores. In adno- A tationibus, mei codicis qui plurimis in locis est depravatus, errores, adhibitis quos dixi codicibus, emendavi; & ubi locum aliquem in omnibus codicibus corruptum deprehendi, conjectura illum restituere studui. Philonianas sacri textus lectiones cum Vaticanæ editionis lectionibus, aliisque variantibus a Lamberto Bosio in sua editione Veteris Testamenti græci adductis, accurate contuli; & quid in quoque loco Philo a ceteris variet, in iisdem adnotationibus diligenter exposui. In latina denique versione quam e regione græci textus apposui, magis mihi fidelitas curæ fuit, quam elegantia.

OLYMPIODORUS in Job.

ΟΤΙ ΔΕ ΠΟΛΛΑΚΙΣ Η ΓΡΑΦΗ, ΩΣ ΠΕΡΙ ΣΩΜΑΤΙΚΩΝ ΔΙΑΛΕΓΟΜΕΝΗ, ΕΠΙ ΝΟΗΤΑ ΠΑΡΑΠΕΜΠΕΙ ΠΡΑΓΜΑΤΑ, ΔΙΑ ΤΟ ΜΗ ΠΡΟΔΗΛΩΣ, ΑΛΛΑ ΜΕΤ ΕΠΙΚΡΥΨΕΩΣ ΤΑ ΜΥΣΤΗΡΙΩΔΗ ΔΙΑΛΕΓΕΣΘΑΙ, ΠΑΝΤΙ ΠΟΥ ΔΗΛΟΝ ΤΩι ΚΑΙ ΚΑΤΑ ΒΡΑΧΥ ΤΗι ΔΙΑΝΟΙΑι ΤΗΣ ΘΕΟΠΝΕΥΣΤΟΥ ΓΡΑΦΗΣ ΕΠΙΣΤΗΣΑΝΤΙ· ΟΠΟΥ ΓΕ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ ΣΩΜΑΤΙΚΑ ΜΕΝ ΔΙΑΛΕΓΕΤΑΙ ΠΑΝΤΑ· ΜΥΣΤΙΚΗ ΔΕ ΕΣΤΙ ΒΙΒΛΟΣ, ΚΑΙ ΟΛΗ ΠΡΟΣ ΑΛΛΗΓΟΡΙΑΝ ΒΛΕΠΕΙ.

B SCRIPTURAM AUTEM, CUM DE REBUS CORPOREIS DISSERIT, SÆPE AD EA QUÆ INTELLIGENTIA COMPREHENDUNTUR, NOS AMANDARE, MANIFESTUM EST OMNIBUS, QUIBUS VEL EXIGUA SIT PERITIA SCRIPTURÆ DIVINITUS INSPIRATÆ: QUANDOQUIDEM CANTICUM CANTICORUM SEMPER DE REBUS CORPOREIS LOQUITUR: MYSTICUS VERO ILLE LIBER EST, ET TOTUS ALLEGORIAM RESPICIT.

ATHANASIUS in Synopsi S. Script.

ΤΟ ΔΕ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ, ΟΥΧ ΩΣ ΠΡΟΦΗΤΕΥΟΝ ΕΣΤΙΝ, ΟΥΔΕ ΩΣ ΠΡΟΣΗΜΑΙΝΟΝ, ΑΛΛΑ ΟΝ ΑΛΛΟΙ ΠΡΟΑΠΗΓΓΕΛΛΟΝ, ΤΟΥΤΟΝ ΩΣ ΗΔΗ ΕΛΘΟΝΤΑ ΔΕΙΚΝΥΣΙ, ΚΑΙ ΗΔΗ ΑΝΑΛΑΒΟΝΤΑ ΤΗΝ ΣΑΡΚΑ: ΔΙΟ ΚΑΙ ΩΣ ΕΠΙ ΣΥΖΥΓΙΑ ΤΟΥ ΛΟΓΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΣΑΡΚΟΣ ΕΠΙΘΑΛΑΜΙΟΝ ΑιΔΕΙ ΤΟ ΑΣΜΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ.

C CANTICUM VERO CANTICORUM NON EST LIBER PROPHETICUS, NEQUE PRÆSIGNIFICANS; SED QUEM ALII PRÆNUNTIARUNT, HUNC QUASI JAM VENERIT ET CARNEM JAM ASSUMSERIT, OSTENDIT: IDEO TAMQUAM IN CONJUGIO VERBI ET CARNIS EPITHALAMIUM CANIT CANTICUM CANTICORUM.

ΦΙΛΩΝΟΣ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΤΟΥ ΚΑΡΠΑΣΙΟΥ

ΣΥΝ ΘΕΩ ΕΡΜΗΝΕΙΑ ΕΙΣ ΤΑ ΑΣΜΑΤΑ ΤΩΝ ΑΣΜΑΤΩΝ

Πρὸς Εὐστάθιον πρεσβύτερον καὶ Εὐσέβιον διάκονον.

PHILONIS

EPISCOPI CARPASII

DEO JUVANTE ENARRATIO IN CANTICUM CANTICORUM

Ad EUSTATHIUM *presbyterum &* EUSEBIUM *diaconum.*

Ωσπερ ἵππον εἰς ἐλασίαν ἐπιβάτης ποσὶν ὑπονύττων, καὶ μὴ βουλόμενον ὠκύποδα καθιστᾷ τὴν ἀσταθῆ [1] ὁδὸν βαδίζειν· οὕτω καὶ τὸν ἡμέτερον πενιχρόφρονα νοῦν ὡραίοις [2] ποσὶν ἐλαύνεσθαι νυττόμενον ἑώρων δυοῖν ἀνδρῶν, πρεσβυτέρου [3] μὲν ἑνὸς, θατέρου δὲ διακόνου εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων τὴν πνευματικὴν τῆς ἑρμηνείας πορείαν, ἐλαυνόμενος ἀνεκβάτοις [4] ἵστασθαι τοῖς ὄκνοις ἀσέκτως [5], παρακαλῶ δὲ ἄμφω τοὺς αὐτοὺς μὴ μόνον ὑπονύττειν καὶ διαγείρειν ἐπὶ τὸν τῆς ἑρμηνείας δρόμον· ἀλλὰ [6] καὶ δι' εὐχῆς πρὸς τὰ εὐθῆ τὸν νοῦν χαλιναγωγῆσαι, ἵνα τὴν εὐθεῖαν [7] δραμόντες ἄμεμπτόν τε πορείαν βαδίσαντες, καὶ λόγον ὑγιῆ, καὶ ἀκατάγνωστον κατὰ τὸν ἀπόστολον θέμενοι, κύριον ἐπιβάτην ἔχοντες εἰς τὴν τῶν μακαρίων, καὶ [8] ἀθάνατον εἰσελευσόμεθα πόλιν. οὐ γὰρ ἐξ ἑαυτῶν ἔχοντές τι, ἀλλὰ τῷ διδόντι τὰς χάριτας ὁμολογοῦντες εἰς τὸ προκείμενον ἴωμεν· ἀφιερώσας [9] γάρ τις τῷ Θεῷ τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα, καὶ τὴν ἔννοιαν ἀπαλλάξας τῶν γηΐνων ἐνθυμημάτων, ὅλον [10] τὸν νοῦν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ, καὶ τῇ τῆς σωφροσύνης ἀρετῇ κεκοσμημένος τὴν ψυχήν· καὶ στέφανον οὐράνιον δεξάμενος χαρίτων τῇ ἑαυτοῦ κορυφῇ, οὕτως ἐφαπτέσθω [11] τῆς ἁγίας τῶν πνευματικῶν ᾀσμάτων γραφῆς. καὶ αὐτὴ γὰρ ἡ ἐπιγραφὴ [12] τοῖς τῶν λογισμῶν ἔχουσιν εὐθῆ [13] ἀπαλλάττει μὲν εὐθὺ σαρκικῶν ἐννοιῶν τοὺς ταύτην ἁγίαν μετιόντας γραφήν. οὐ γὰρ ἁπλῶς ᾄσματα προγέγραπται ἢ λέγεται [14] ἢ προσαγορεύεται, ἀλλὰ ᾄσματα ᾀσμάτων· ἵνα ἀκούσας ᾄσματα ᾀσμάτων

A Quemadmodum equum ſeſſor ad curſum pedibus fodiens, etiam detrectantem, celerem reddit, ut recta ingrediatur via; ſic exiguo ſenſu præditam mentem meam ſpecioſis duorum punctam ſanctorum virorum pedibus, quorum alter presbyter, diaconus alter, ad ſpiritualem viam enarrationis in CANTICA CANTICORUM ſtimulari videbam. Cum igitur intolerabiliter urgear, ut a ſegnitie unde vix eſt exitus, emergam; utrumque veſtrum oro, ut me ſubditis non modo ſtimulis ad hujus enarrationis curſum excitetis; ſed precibus etiam ad rectum iter quaſi freno mentem regatis meam, ut recta decurſa via & inculpabili itinere defuncti, [a] *verbum ſanum & irreprehenſibile* juxta Apoſtolum adhibentes, domi-
B no ſeſſore ac duce, in beatam immortalemque civitatem invehamur. Non enim ex nobiſmet ipſis quidquam habentes, ſed gratiam ei qui dat, referentes acceptam, ad propoſitum accedamus. Ut enim ſuum quiſque animum Deo conſecraverit, & mentem a terrenis cogitationibus liberavit, & temperantiæ virtute ornatum animum gerens cæleſtem ſuo capiti gratiarum coronam acceperit, ita ſanctam ſpiritualium Canticorum ſcripturam attingat. Quibus enim rectæ cogitationes ſunt, eos, cum ad ſanctam hanc ſcripturam acceſſerint, ipſa inſcriptio carnalibus ſtatim cogitationibus liberat. Non enim ſimpliciter inſcribitur, Cantica; ſed CANTICA CANTICORUM; ut cum audias Cantica Canticorum, ti-
C bi in memoriam veniant ſancta ſanctorum. Non

a Tit. II. 11.

1. Codex Barb. τὴν ἀσταθῆσι ὁδ. βαδ. ἐλαύνει. Sed vocis ἀσταθῆσι deleta eſt vetuſtate prior ſyllaba, atque error eſt in accentu. Codex Auxim. τὴν ἀσταθῆσι ὁδὸν, nec habet ἐλαύνει. Lectio quæ in textu, eadem eſt quæ in cod. Theat.

2. Ὡραίοις. Alludit ad illud D. Paulli *Rom.* X. 15. In veteri verſione quæ Romæ prodiit typis impreſſa anno MDCCL. ſive ſit error operarum, ſive ita habeat codex unde fuit exſcripta, legitur *ſpecioſius*. Legendum *ſpecioſis*.

3. Additum μὲν ex cod. Theat.

4. Ανεκβ. deleta erat in cod. Barb. Meus cod. habet ἀνεβάτοις. Itaque legendum cenſeo ἀνεκβάτοις.

5. Hanc vocem in cod. Barb. deletam, & in meo vix indicatam primis litteris ἀσέ . . ., reſtitui ex cod. Theati-
D no. Ceterum locus eſt, opinor, paullo implicatior & fortaſſe depravatus. Steph. Salutatus verba non perſequitur, ac propterea facile inde ſe extricat: vetus vero Interpres vult quidem perſequi verba, ſed ejus verſio ipſo græco textu eſt impeditior. Legere malim, & interpungere, πρὸς τὴν εἰς τὰ ᾄσματα τῶν ᾀσμάτων πνευματικὴν τῆς ἑρμηνείας πορείαν. ἐλαυνόμενος δὲ ἀνέκτως ἀνεκβάτοις ἵστασθαι ὄκνοις, παρακαλῶ ἄμφω κ. τ. λ.

6. Δι' εὐχῆς ex codd. Auxim. & Theat. Nam in Barb. litteræ omnes deletæ: meus cod. heic lacunam habet.

7. Codex Barb. & meus habet εὐθ. . . ., integram vocem reſtitui ex cod. Theat.

8. Lege ἀθανάτων. Theat. εἰς τὴν μακαρίαν καὶ ἀθάνατον εἰσελασομεν. Quam lectionem in verſione ſequutus ſum.

9. Locum hunc legere eſt in Expoſitionibus in Canticum Cant. græce editis a Meurſio Lugd. Bat. ann. 1617. pag. 9. lin. 13. a fine.

10. Ολον τὸν νοῦν ἀναθεὶς τῷ Θεῷ. Hæc abſunt ab Expoſitionibus Meurſianis, & delenda videntur, ut ſupervacaneum gloſſema.


11. Sic reſtitui ex cod. Theat. & ſic poſtea reperi in Expoſitionibus a Meurſio editis. Barb. habet ἐφαπτέσθαι: meus habet ἐφάπτεται.

12. Sic Theat. At Barb. & meus περιγραφή.

13. Lacunam mei cod. & Barb. ex Theat. implevi. Ceterum legendum videtur τοὺς τῶν λογισμῶν ἔχοντας τὰ εὐθῆ.

14. Η λέγεται, ἢ προσαγορεύεται. Hæc non agnoſcit vetus interpres, & delenda videntur ut gloſſemata.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ὑπομνησθῆς [1] τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· οὐ μόνον γὰρ ἄσματα ἀσμάτων ἔχομεν, ἀλλὰ καὶ ἅγια ἁγίων, καὶ σάββατα σαββάτων. ὥσπερ οὖν ἅγια τῶν ἁγίων μείζονά τινα μυστηριώδη καὶ ἀπόκρυφον ἔχει τὴν τιμὴν· ἅπαξ τοῦ ἐνιαυτοῦ εἰσιόντος τοῦ ἀρχιερέως εἰς τὰ ἅγια τῶν ἁγίων· οὕτω καὶ τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων πνευματικὴν καὶ βαθυτέραν τὴν τῶν τεθησαυρισμένων ἀγαθῶν νοημάτων εὕρεσιν ἔχει. καὶ ὥσπερ τὰ σάββατα τῶν σαββάτων μείζονα τῆς παρούσης ἀναπαύσεως ἔχει [2] τὴν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν ἀνάπαυσιν· σάββατα γὰρ σαββάτων τὰς μελλούσας ἐν τῷ ἐκεῖσε αἰῶνι ἀναπαύσεις, καὶ τὰς ἡτοιμασμένας τῆς ἀναπαύσεως ἐπαγγελίας τὴν ἁγίαν λέγειν πέπεισμαι γραφήν. ἐκεῖναι [3] γὰρ σάββατα σαββάτων, αἱ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος ἀναπαύσεις, καὶ εὐωχίαι τῶν ἐνταῦθα σαββάτων, τουτέστι τῶν ἁμαρτημάτων ἀργίας. οἱ γὰρ ἐνθάδε ἀπὸ ἁμαρτημάτων ἀργίσαντες [4] τὴν πλείαν ἀνάπαυσιν ἐν τῷ αἰῶνι εὐωχηθήσονται. ὥσπερ οὖν τὰ σάββατα ἐκεῖνα πολλῷ μείζονα τούτων τῶν σαββάτων· οὕτω καὶ τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων μείζονά τινα καὶ πνευματικὴν ἔχει τὴν ἀγωγὴν παρὰ τὰ ἐν ταῖς ἄλλαις γραφαῖς γεγραμμένα ἄσματα. πολλὰ γὰρ ἄσματα ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς γέγραπται. καὶ ἴδε τὴν Μωσέως ᾠδήν· ἄσωμεν τῷ κυρίῳ, λέγουσαν· ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, καὶ ἄλλα ὅσα [5] εὑρήσεις ἐν τῷ νόμῳ ἄσματα καὶ ᾠδάς. ἴδε καὶ τὸ Ἡσαΐου ἆσμα καὶ ᾠδήν· ἄσω δὴ τῷ ἠγαπημένῳ ἆσμα τοῦ ἀγαπητοῦ τῷ ἀμπελῶνί μου. ἴδε τὴν ᾠδὴν ἣν ᾖσεν [6] Ἄννα· ἐστερεώθη, λέγουσα, ἡ καρδία μου ἐν κυρίῳ. ἴδε τὰ ἐν ψαλμοῖς ἄσματα ὅσα ἐστίν· ᾄσατε τῷ κυρίῳ ἆσμα καινόν· καὶ ὅσα ἕτερα εὑρήσεις ἐν ταῖς γραφαῖς ἄσματα· ἀλλὰ μείζονι καὶ βαθυτέρᾳ τιμῇ, ὥσπερ τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, καὶ τὰ σάββατα τῶν σαββάτων, ἐτιμήθη καὶ τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων. ἀκρίβασαι [7] δή μοι τὸν νοῦν τῆς ἱερᾶς ταύτης βαθυτέρας τῶν ἀσμάτων ἐπιγραφῆς [8]. πῶς οὐκ εἶπεν ἄσματα ἀσμάτων, ἃ ἐποίησε Σαλομών, ἢ ἃ εἶπε Σαλομών· ἀλλὰ ἄσματα ἀσμάτων, ἅ ἐστι τοῦ Σαλομών; ἐπειδὴ γὰρ Σαλομὼν εἰρηνευόμενος ἑρμηνεύεται ἢ εἰρηνεύων, διὰ τοῦτο ταῦτα τὰ ἄσματα ἀσμάτων παντὶ τῷ εἰρηνευομένῳ, καὶ σκανδάλων πορνικῆς ἐννοίας ἀπηλλαγμένῳ ἡτοίμασται. ἐὰν γὰρ μή τις τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα τῶν σαρκικῶν ἀπαλλάξῃ παθῶν, οὐκ ἔστιν αὐτῷ τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, οὔτε τὰ ἅγια τῶν ἁγίων, οὔτε τὰ σάββατα τῶν σαββάτων. ἐὰν δέ τις παρωσάμενος πάντα τὰ σκάνδαλα καὶ τὴν ἔννομον ποθήσας [9] εἰρήνην, τὸ ἑαυτοῦ φρόνημα καὶ τὸ σῶμα τῇ τῆς [10] σωφροσύνης περιστρέψῃ ἀρετῇ, αὐτῷ ἐστι τὰ ἄσματα τῶν ἀσμάτων, οὐδὲν γήϊνον ἢ σαρκικὸν νοοῦντι, ἀλλὰ πάντα πνευματικῶς τὰ γεγραμμένα δεχομένῳ καὶ ὄντως εἰρηνευομένῳ· εἰρήνη γάρ, φησιν, τοῖς ἀγαπῶσι τὸν νόμον σου, καὶ οὐκ ἔστιν αὐτοῖς σκάνδαλον. ὥσπερ δὲ οἴκου εἰσὶ προπύλαια, καὶ πυλῶνες, στοαί τε καὶ τρίκλινοι καὶ οἶκοι περιφανεῖς· τούτων δὲ πάντων ἐσώτατόν ἐστι ταμεῖον [11] ὁ προσαγορευόμενος κοιτών, ἐν ᾧ ἡ νύμφη μετὰ τοῦ νυμφίου ἀναπαυομένη, καὶ τὰ ἀπόκρυφα τῆς σα-

A enim tantummodo Cantica Canticorum habemus, sed etiam ſancta ſanctorum, & ſabbata ſabbatorum. Quemadmodum igitur ſancta ſanctorum majorem quamdam & myſticam abſconditamque dignitatem habent; cum ſemel tantum in anno ingrederetur pontifex in ſancta ſanctorum: ita Cantica Canticorum ſpiritualem & profundiorem reconditæ intelligentiæ inveniendum habent theſaurum. Et quemadmodum ſabbata ſabbatorum majorem quam quæ nunc quies eſt, futurorum quietem bonorum habent; (futuram enim bonorum in illo ſæculo quietem, & præparatas quietis promiſſiones mihi perſuaſum eſt nominari a ſancta ſcriptura ſabbata ſabbatorum. Illic enim ſunt ſabbata ſabbatorum, nimirum futuri ſæ-
B culi requies cæleſteſque dapes, provenientes ex his ſabbatis quæ ſunt apud nos, id eſt ex ceſſatione a peccatis. Qui enim in præſens a peccatis ceſſaverint, perfecta quiete in futuro ſæculo perfruentur): quemadmodum igitur illa ſabbata multo ſunt his ſabbatis præſtantiora; ita Cantica Canticorum majorem quamdam & ſpiritualem habent jucunditatem præ canticis quæ in ceteris ſcripturis ſcripta reperiuntur. Plura enim in ſanctis ſcripturis cantica ſcripta ſunt. Vide canticum Moyſis: [a] *Cantemus Domino*, ait; *glorioſe enim glorificatus eſt*; & cetera quæ in lege reperies cantica & odas. Vide Iſaiæ canticum & odem: [b] *Cantabo dilecto canticum dilecti vineæ meæ*. Vide odem quam cecinit An-
C na: [c] *Confirmatum eſt*, ait, *cor meum in Domino*. Vide quæcumque ſunt in pſalmis cantica: [d] *Cantate Domino canticum novum*, & quæcumque alia in ſcripturis repereris cantica: ſed majore & excelſiore dignitate, quemadmodum ſancta ſanctorum & ſabbata ſabbatorum, prædita ſunt Cantica Canticorum. Jam vero mihi ſacræ hujus & profundæ inſcriptionis Canticorum intelligentiam diligenter perquire. Cur non dixit Cantica Canticorum quæ condidit vel cecinit Salomon, ſed Cantica Canticorum quæ ſunt Salomonis? Cum enim Salomon interpretetur pacificatus, vel pacificus, propterea hæc Cantica Canticorum omni pacificato & ab offendiculis fornicatricis cogitationis ſemoto parata ſunt. Qui enim ſuam mentem
D a carnalibus affectionibus non liberaverit, huic nulla ſunt Cantica Canticorum, neque ſancta ſanctorum, neque ſabbata ſabbatorum. Qui vero ſummotis offendiculis omnibus, legitimam exſpectans pacem, ſuam ipſius mentem & corpus ad temperantiæ virtutem converterit, illi ſunt Cantica Canticorum; qui nihil terreſtre vel carnale cogitet, ſed omnia quæ ſcripta ſunt ſpiritualiter accipiat, & vera pace fruatur. [e] *Pax enim* (inquit ſcriptura) *diligentibus legem tuam, & non eſt illis ſcandalum*. Quemadmodum vero domi ſunt veſtibula & atria & porticus & triclinia & conclavia illuſtria: eorum vero omnium intimum cubiculum quod thalamus appellatur, ubi

a Exod. XVI. 1. *b* Iſa. V. 1. *c* I. Reg. II. 1. *d* Pſalm. XCV. XCVIII. & CXLIX. 1. *e* Pſalm. CXVIII. 165.

1. Codd. Barb. & Auxim. habent *ὑπομνησθείς*. Theat. habet *ὑπομνηθσθῆς*. Itaque emendavi *ὑπομνησθῇς*.

2. Ἔχει, quæ vox deeſt in meo cod. & in Barber. ſupplevi ex Theat.

3. Legendum cenſeo ἐκεῖ. Vetus interpres legiſſe videtur ἐκεῖ: ait enim: *Illic enim ſabbata ſabbatorum futurique ſæculi requies, & præſentium cumulatio ſabbatorum horum, quæ heic aguntur peccatorum ſegnitie, reperitur; qui enim heic in peccata pigri ſunt, futuro ſæculo perfecta requie perfruentur*. Quæ referre huc voluimus; idque ſubinde, ut res tulerit, faciemus, ut habeat lector, quid de tali interprete exiſtimet.

4. Lege *ἀργήσαντες*.

E 5. Sic Theatinus. At meus, & Barber. habent *ἄλλας ὅσας*.

6. Sic ſcribendum, non ut habent codices *ᾖσεν*.

7. Barb. Auxim. & meus male *ἀκρίβασε*. Theat. *ἀκρίβασαι δέ μοι*. Mallem *ἀκρίβωσαι*.


8. Theat. *ὑπογραφῆς*. Meus & Barber. *ἀπογραφῆς*.

9. Sic emendavi. Meus, & Barber. *ποθήσας*.

10. Auxim. *καὶ τῆς σωφροσύνης περιστρέψαι ἀρετῇ*. Theat. habet *περιστρέψῃ*. Lego *περιστρέψῃ*, & ſic legiſſe videtur vetus interpres, qui vertit, *ſuam animam ſimul & corpus caſtitatis virtute coronet*. Sic etiam habuiſſe putaverim in ſuo codice Salutatum; vertit enim: *Corpore caſtus & anima temperantiaque viribus vallatus erit*.

11. Heſych. *ταμεῖον, θάλαμος*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



θείας αὐτῶν [1] γνώσεως προσλαλεῖ· οὕτω καὶ ἐν τοῖς A ᾄσμασι τῶν ᾀσμάτων ἡ ἁγία νύμφη ἐκκλησία τὰ βαθέα καὶ μυστηριώδη τῆς πίστεως ῥήματα, τῷ ἰδίῳ προσλαλεῖ νυμφίῳ, καὶ φησί.

Κ Ε Φ. Α'.

α΄. Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ.

Οἷα νυμφαγωγῶν, ὡς εἰπεῖν, παρὰ τοῦ ἐπουρανίου νυμφίου ἐπὶ τὴν τιμίαν νύμφην ἀπεσταλμένων, καὶ τοῦ νυμφίου τὸ κάλλος αὐτῇ διηγουμένων. οὕτως μὲν Ἡσαΐου βοῶντος αὐτῇ· οὗτος ὡραῖος ἐν στολῇ. καὶ πάλιν ἄλλου λέγοντος· ὡραῖος κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. καὶ πάλιν B ἑτέρου συμβουλεύοντος [2], καὶ λέγοντος· φίλος πιστὸς σκέπη κραταιά· φίλος πιστὸς φάρμακον ζωῆς· φίλου πιστοῦ οὐκ ἔστιν ἀντάλλαγμα. καὶ τοῦ Δαβὶδ συνομιλοῦντος αὐτῇ· ἄκουσον θύγατερ, καὶ ἴδε, καὶ κλῖνον τὸ οὖς σου· καὶ ἐπιλάθου τοῦ λαοῦ σου [3], καὶ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου· καὶ ἐπιθυμήσει ὁ βασιλεὺς τοῦ κάλλους σου, ὅτι αὐτός ἐστι κύριός σου. καὶ πάλιν Ἡσαΐου τὸν ἔννομον τιμῶντος γάμον, καὶ λέγοντος αὐτῇ· ὃν τρόπον εὐφρανθήσεται νυμφίος ἐπὶ τῇ νύμφῃ, οὕτως εὐφρανθήσεται κύριος ἐπὶ σοί. ὥσπερ οὖν τούτων ἐνωτισαμένη καὶ ἄλλων ὁμοίων ἡ καλουμένη [4] νύμφη. ἀναφωνεῖ καὶ λέγει· φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ. σὺ γοῦν πᾶς ὁ ἀκροώμενος τῶν πνευ- C ματικῶν ᾀσμάτων ὅτι φίλημα πνευματικὸν καὶ ἄχραντον τῆς σαρκὸς ἀκούεις φίλημα, μὴ τιτρώσκῃ τὴν διάνοιαν ταῖς τῆς σαρκὸς ἡδυπαθείαις. φίλημα γὰρ πνευματικὸν φιλήματος σαρκικοῦ πολὺ καὶ ἀσυγκρίτως διενήνοχε, καθάπερ ἡ ἡμέρα τῆς νυκτὸς φωτὶ ἐπερίσσευσεν. ὥσπερ γάρ ἐστι σῶμα ψυχικὸν, καὶ ἔστι σῶμα πνευματικόν· οὕτως ἐστὶ φίλημα σαρκικὸν καὶ φίλημα πνευματικόν. ἀλλὰ τὸ μὲν σαρκικὸν ἐπίγειον· τὸ δὲ πνευματικὸν ἐπουράνιον. ἡ τοίνυν ἐπὶ γῆς φιλία [5] ἐπιμιξ ἐστι καλοῦ τε καὶ κακοῦ. καλὴ γὰρ ἡ περὶ γάμον φιλία, κακὴ δὲ ἡ περὶ πορνείαν. οὐ γὰρ πρὸς μόνας τὰς ὑπὸ Θεοῦ συζευχθείσας αὐτοῖς νομίμως γαμετὰς ἕλκονται πάντες τῷ πόθῳ. τοῖς δ' ἀρκουμένοις [6] τού- D τῳ, ἀγαθόν· ἐξ ἀγαθοῦ γὰρ ὁ γάμος. ἀλλὰ πολλοὶ καὶ μετὰ ἀνομίας κλεψιγάμοις εὐναῖς συμπλέκονται δεινοτάτῃ φιλίᾳ οἰστρηλατούμενοι· ἥτις αὐτοῖς εἰς ἔχθραν μετατραπήσεται, ὅταν κατὰ πάντων τῶν κρυπτῶν ἐποπτικὴ τοῦ Θεοῦ κρίσις παραγίνεται ἑκάστῳ τὰ ἄξια ταμιεύσασθαι. ἡ δὲ ἄνωθεν καὶ περὶ τὰ ἄνω φιλία ἁγία ἐστὶν, αἰωνίους τὰς γλυκύτητας ἔχουσα· ἀκαταπαύστους τὰς εὐφροσύνας βρύουσα· ἀπεράντους τὰς εὐωδίας πνέουσα· ἀρρήτους τὰς δόξας ἔχουσα· ἰσαγγέλους τὰς τιμὰς φέρουσα· αὐτὸν τὸν ἀγαπήσαντα ἡμᾶς κύριον ἡμῖν ἐσοπτρίζουσα· τὴν πρὸς τὸν δεσπότην παῤῥησίαν προξενοῦσα· τὸ ἰσόῤῥοπον τῆς δικαιοσύνης ἐπάγουσα· καὶ ἐπὶ γῆς καὶ ἐν οὐρανοῖς τιμὴν καὶ δό- E ξαν φέρουσα. ἀκήκοας φιλήματος καὶ φιλήματος διαφορὰν καὶ διάκρισιν [7]; γνῶθι τὸ διάφορον· ἔκλεξαι τὸ κρεῖττον· φύγε τὸ βλάπτον· κράτει τὸ σῶζον [8].

A sponsa cum sponso requiescens secreta profundæ intelligentiæ cum eo confert; ita in Canticis Canticorum sancta sponsa ecclesia profundos & mysticos fidei sermones cum suo sponso confert, & ait:

CAP. I.

1. *Osculetur me ab osculis oris sui.* ℣. 1.

Tamquam paranymphis, ut ita dicam, a cælesti sponso missis ad carissimam sponsam, eique pulcritudinem sponsi narrantibus (sic enim ad eam inclamat Isaias: [a] *Iste speciosus in stola*: & rursus alius dicit: [b] *Speciosus forma præ filiis hominum*: atque iterum alter consilium dat, & dicit: [c] *Amicus fidelis protectio fortis: amicus fidelis pharmacum vitæ: fideli amico non est compensatio*: & David ita eam alloquitur: [d] *Audi filia: & vide, & inclina aurem tuam, & obliviscere populum tuum & domum patris tui: & concupiscet Rex pulcritudinem tuam, quia ipse est Dominus Deus tuus*: & rursus Isaias legitimas honorans nuptias, dicit ei: [e] *Quemadmodum lætabitur sponsus in sponsa, sic lætabitur Dominus in te*). Quasi igitur his aliisque ejusmodi sermonibus sponsa præbens aures clamat, & dicit: *Osculetur me ab osculis oris sui*. Tu igitur quisquis Cantica Canticorum audis, quando spirituale & ab omni carne purum osculum audis, noli mentem carnalibus lædere voluptatibus. Osculum enim spirituale carnali osculo multo est & sine comparatione præstantius, sicut dies noctem lumine superat. Quemadmodum enim [f] *corpus est animale, & corpus spirituale*; ita osculum est carnale & osculum spirituale. Verum carnale terrestre est: spirituale est cæleste. Amor igitur in hac terra promiscue est tum boni tum mali. Bonus enim est amor in nuptiis; improbus in fornicatione: non enim omnes desiderio ad solas trahuntur uxores, quæ illis a Deo legitime sunt conjunctæ: & iis quidem qui eo contenti sunt, id bonum est: ex bono enim nuptiæ. Verum multi furtivo concubitu cum alienis uxoribus commiscentur, nefario perciti amore; qui quidem in odium illis vertet, cum Dei judicium occulta quæque perspiciens advenerit, ut suum quo quisque dignus est, unicuique distribuat. Sanctus autem supernarumque rerum amor ille est, qui infinitas continet dulcedines; qui gaudiis numquam deficientibus scatet; interminabiles odorum spirat suavitates; ineffabilem habet gloriam; honores affert angelicis honoribus pares; ipsum Dominum qui nos dilexit, tamquam in speculo nobis aspiciendum exhibet; fiduciam ad Dominum præbet; æquitatem justitiæ affert; & in terra & in cælis honorem & gloriam parit. Audisti inter osculum & osculum differentiam & discrimen? Nosce quid inter utrumque intersit: seligito quod melius est: fuge quod lædit: tene quod salutem parit.

a Isa. LX. 1. b Psalm. XLIV. 3. c Eccli. VI. 15. Ibid. ℣. 16. Ibid. ℣. 14. d Psalm. XLIV. 10. e Isa. LXII. 5. f I. Cor. XV. 44.

1. Legendum puto αὐτῷ. Sic paullo post τῷ ἰδίῳ προσλαλεῖ νυμφίῳ.
2. Sic meus, & Barb. & Theat. In Vallicellan. συμβουλεύοντος.
3. Restitui σου, quæ vocula a meo cod. & Barb. abest.
4. Vet. interpr. *evocata sponsa*. Sed ἡ καλουμένη νύμφη idem est ac simpliciter νύμφη. Vid. Comment. meum ad *Electr. Sophocl.* ad versum 232.
5. Vallicell. φιλανθρωπία.
6. Τοῖς δ' ἀρκουμ. τ. ἀγαθόν. Sic interpungendum ex Vallic. & Theat. τούτῳ τῷ πόθῳ. Barberinus, & meus habent τοῦτο, & pravam interpunctionem habent hujus loci.
7. Vetus interpres vertit: *Audistis quidem osculi, & osculi differentiam atque judicium. Cognosce discretionem. Elige quod melius est* cet.
8. Vetus versio quædam heic habet, quæ absunt ab omnibus græcis codicibus.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

Φιλησάτω με ἀπὸ φιλημάτων στόματος αὐτοῦ · A τουτέστιν ὁ υἱός. ἄνω τῆς διανοίας τὸ ὄμμα · οὐ γὰρ σαρκικὸν τὸ λεγόμενον, ἀλλὰ πνευματικὸν τὸ προφητευόμενον. οὐ βούλεται γὰρ [1] διὰ μόνου στόματος προφητῶν διδαχθῆναι · ἀλλ' αὐτός, φησιν, ἐγγισάτω, καὶ διδαξάτω με υἱός. μεγάλη [2] γάρ μου, ποτὲ ἔλεγεν ἡ ἐκκλησία, γέγονεν ἡ νόσος · μικροῖς οὐκ ἰαθήσομαι · τὸν μέγαν ἰατρὸν καὶ τέλειον ἐπιζητῶ · ἄκρατόν μοι περικέχυται τὸ σκότος · λύχνος ὁ νόμος καὶ οἱ προφῆται · λύχνος γάρ, φησι, τοῖς ποσί μου ὁ νόμος σου, καὶ φῶς ταῖς τρίβοις μου. ἀλλ' οὐκ ἰσχύσουσι διαυγάσαι [3] με, ἐὰν μὴ τὸ τέλειον παραγένηταί μοι φῶς. ἐκεῖνο τῇ ὑπερβολῇ τῆς λαμπρότητος τὴν ὑπερβολὴν ἀφανιεῖ τοῦ σκότους [4] · καὶ ὁδὸν ὄψομαι τὴν εἰς παράδεισόν με πά- B λιν ὁδηγοῦσαν. ὑπερβαίνει νόμον · ὑπερβάλλει προφήτας, καὶ ἐν αὐτῷ [5] φιληθῆναι εὔχεται ἡ ἐκκλησία τῷ μονογενεῖ. στόμα γὰρ τοῦ [6] Θεοῦ ὁ υἱός. διὸ καὶ Θεὸς ὤν, λόγος προσαγορεύεται. ἐπειδὴ πάντα ὅσα βούλεται, διὰ τοῦ υἱοῦ λαλεῖ ὁ πατήρ [7].

β'. Ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον.

Δύο μαστοὺς τὰς δύο διαθήκας ῥητέον · ἀφ' ὧν καὶ θηλάζει τὰ τέκνα τῆς ἐκκλησίας, ὥσπερ γλώττῃ, διανοίᾳ τοὺς λόγους τῆς ἀληθείας, καὶ εἰς τελείαν αὔξεται ζωήν τε καὶ ἡλικίαν. τοῦτο [8] τὸ πόμα τυγχάνει ὑπὲρ οἶνον. οὐ γὰρ ἀπὸ γῆς πηγάζεται, ἀλλ' ἐξ οὐρανῶν κατέρχεται. προσδοκάσθω γάρ, φησιν, ὡς ὑετὸς τὸ ἀπόφθεγμά μου, καὶ καταβήτω ὡς δρόσος τὰ ῥήματά μου. τοῦτο τὸ πόμα οἱ ἄνω C τὸν σκοπὸν ἔχοντες ἐκ τῶν γραφῶν θηλάζουσιν ὥσπερ γλώττῃ τῇ διανοίᾳ, καὶ καταβάλλουσιν, ὥσπερ εἰς κοιλίαν, οὕτως εἰς καρδίαν τὰς παυσιλύπους [9] διὰ μετανοίας ἀφέσεις τῶν ἁμαρτημάτων. ὥσπερ γάρ, οἱ [10] δύο μαστοὶ ἄμφω τῇ καρδίᾳ κεκόλληνται · οὕτως καὶ αἱ δύο διαθῆκαι ἐκ τοῦ ἁγίου πνεύματος τὸ πνευματικὸν ἡμῖν πόμα βρύουσαι, εὐφραίνουσιν ὑπὲρ οἶνον. οὐ γὰρ [11] λύει με ὥσπερ ἡ μέθη τοῦτο τὸ πόμα, φησὶν ἡ ἐκκλησία, ἵνα σκοτωθεῖσα καταπέσω · ἀλλ' ἀγαλλιάματί με καταπιαίνει [12] καὶ στηρίζει τῇ πίστει πρὸς τὸ μὴ καταῤῥίπτεσθαι εἰς τὴν γῆν, ἀλλ' ἵστασθαι ἀκλινεῖ ὀρθότητι πρὸς Θεόν. καθὼς Ἱερεμίας λέγει · ἐγενήθην ὡσεὶ ἄνθρωπος συντετριμμένος, καὶ ὡσεὶ ἄνθρωπος συνεχόμενος ἀπὸ D οἴνου, ἀπὸ προσώπου κυρίου, καὶ ἀπὸ προσώπου εὐπρεπείας δόξης αὐτοῦ · τὴν ὑπερβολὴν τῆς εὐφρασίας τῶν τοῦ Θεοῦ λογίων ἐκπληττόμενος.

γ'. Καὶ ὀσμὴ μύρων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα.

Εἰς προτροπὴν οἶμαι τῆς ἐκκλησίας τὸ ἅγιον πνεῦμα τοιαῦτα μελῳδεῖ [13] τῷ κυρίῳ · ἵν' ἡμεῖς τοιαύτης εὐωδίας αἰσθόμενοι, τὴν δυσωδίαν τῶν μυ-

Osculetur me ab osculis oris sui: scilicet Filius. Sursum erige mentis oculum. Non enim carnale est id de quo est sermo; sed spirituale, quod prophetice dicitur. Non enim solummodo per os prophetarum doceri vult; sed ipse, inquit, accedat & me doceat Filius. Gravis enim, ajebat quondam ecclesia, meus fuit morbus; tenuibus pharmacis non convalescam: magnum perfectumque medicum quæro: meræ mihi circumfusæ sunt tenebræ; lucerna, lex & prophetæ: [a] *Lucerna* enim, ait scriptura, *pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis*: sed non poterunt me illuminare, nisi perfectum mihi supervenerit lumen. Illud, splendoris excessu, tenebrarum excessum dispellet, viamque videbo quæ me rursus in paradisum ducat. Transscendit legem, superat prophetas: & interea dum oscula excipit ecclesia, Unigenitum orat. Os enim Dei, est Filius. Quamobrem cum Deus sit, Verbum appellatur: quoniam omnia quæcumque vult Pater, per Filium loquitur.

II. *Quoniam bona ubera tua super vinum.* ℣. 2.

Duo ubera dicendum duo esse Testamenta, e quibus ecclesiæ filii exsugunt mente, veluti lingua, verba veritatis, & in perfectam adolescunt vitam atque ætatem. Hic potus vino præstantior est. Non enim e terra scatet, sed e cælis descendit. [b] *Exspectetur* enim, ait, *ut pluvia eloquium meum, & descendant ut ros verba mea.* Hunc potum qui in cælestibus scopum habent, mente veluti lingua ex scripturis sugunt, & tamquam in ventrem, ita in cor per pœnitentiam dolorum sedatricem demittunt peccatorum remissionem. Quemadmodum enim duo ubera cordi adhærescunt, ita etiam duo Testamenta ex sancto Spiritu spiritualem nobis potum profundendo lætitiam afferunt super vinum: non enim me dissolvit ut ebrietas, ait ecclesia, hujusmodi potus, ita ut obortis mihi tenebris concidam: immo gaudio quodam me impinguat & fide confirmat, ne ad terram dejiciar, sed in neutram partem inclinans recta erga Deum consistam. Quemadmodum Hieremias ait: [c] *Factus sum quasi vir contritus, & quasi homo captus a vino a facie Domini, & a facie decoris gloriæ ejus*, Dei eloquiorum gaudio supra modum perculsus.


III. *Et odor unguentorum tuorum super omnia aromata.* ℣. 3.

Ad cohortandam, ut opinor, ecclesiam Spiritus sanctus talia canit Domino; ut nos ejusmodi suavitatis odore tacti, impurorum fœtorem peccatorum

[a] Psalm. CXVIII. 105. [b] Deut. XXXII. 2. [c] Jer. XXIII. 9.

1. Restitui γάρ ex aliis codd. Abest enim a Barb. & meo.
2. Hæc in veteri versione reddita sunt perversissime: *Mater enim mea ecclesia aliquando dicebat: pusillis non salvabor: magnum & perfectum medicum requiram, mero perfusa sum, tenebræ sunt lucerna legis & prophetæ: ait enim:* Lucerna pedibus meis lex tua, & lumen semitis meis. Salutatus ἄκρατον σκότος vertit, *intolerabiles tenebræ*. Minus bene derivasse videtur vocem ἄκρατον a κράτος.
3. Vallicell. καταυγάσαι.
4. Sic emendandus error codicum, qui habent τὸ σκότος.
5. Male vet. interpres αὐτῷ jungit cum μονογενεῖ; cum vertit barbare & sine sensu: *& in ipso unigenito osculari.*
6. Τοῦ abest a codd. Barb. & meo. Reposui ex cod. Vallicell. Anastasius Antiochenus lib. I. qui est de rectis dogmatibus: *νοῦν δέ φαμεν τὸν πατέρα τοῦ λόγου, ἐν ᾧ λόγος, μεθ' οὗ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον πνεῦμα στόματος τοῦ Θεοῦ χρηματίζει. στόμα γὰρ πατρὸς ὁ υἱός: Mentem vero dicimus Patrem Verbi, in qua Verbum, cum quo Spiritus sanctus, Spiritus oris Dei appellatur. Os enim Patris est filius.* Ex eod. lib. *τοῦ δὲ στόματος τὸ ἰδίωμα λαβόντες ὡς παράδειγμα, τὴν ἀλληλουχίαν τῶν θείων παρεστήσαμεν προσώπων διὰ τῆς τῶν μελῶν ἀναλογίας τε καὶ εἰκασίας. ταύτῃ γὰρ καὶ πνεῦμα στόματος αὐτοῦ, δηλονότι τοῦ Θεοῦ τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον λέγεται, στόματος ὄντος τοῦ μονογενοῦς, καὶ πνεῦμα πάλιν ἐξ αὐτοῦ ἐκπορευόμενον, καὶ ἀποστελλόμενον οὐ μόνον παρὰ τοῦ πατρὸς, ἀλ- E λὰ καὶ παρὰ τοῦ υἱοῦ. Oris vero proprietate sumta in exemplum, mutuam divinarum personarum cohærentiam expressimus, proportione & similitudine membrorum. Sic enim & Spiritus sanctus dicitur Spiritus oris illius, scilicet Dei, cum sit os Unigenitus; & rursus Spiritus ex ipso procedens, & missus non solum a Patre, sed etiam a Filio.* Locum habes sane luculentum, quo docemur Spiritum sanctum a Patre & Filio procedere. Et paullo post, *διὰ τοῦ υἱοῦ λαλεῖ ὁ πατήρ.*
7. Post hæc in veteri versione typis impressa sequuntur multa quæ sex pag. complent in 4. Ea frustra quæras in græcis codd.
8. Vetus interp. τοῦτο τὸ πόμα male vertit: *hoc poculum.*
9. Salutatus, *dolorificas*: legisse videtur βαρυλύπους.
10. Artic. οἱ est ex Vallicell.
11. Vetus versio habet: *non enim solvit velut ebrietas, ut obscuratus quis corruat* cet.
12. Sic emendavi, cum codd. meus & Barberinus habeant καταπίενει.
13. Sic emendanda vox μελῳδεῖ, quam habent meus & Barb.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



A σαρῶν ἁμαρτημάτων ἀποπτύσωμεν· τὴν δὲ εὐωδίαν τῆς τοῦ Χριστοῦ δικαιοσύνης εἰς ἑαυτοὺς ἀντλήσωμεν. ὀσμὴ μύρων σου, φησὶν, ὑπὲρ πάντα ἀρώματα. τὸ μύρον ἀδελφοί [1] ἐπὶ βασιλικῆς τε καὶ ἱερατικῆς ἀξίας τετάχθαι ἀπὸ τῶν ἁγίων ᾐσθήμεθα γραφῶν· οὐκ ἄσημον γὰρ ὑμῖν δοκῶ τοῖς πολυμαθέσιν, ὅτι οἱ ἐν ταῖς γραφαῖς βασιλεῖς τῷ ἐλαίῳ τῆς χρίσεως βασιλεύειν καθίσταντο. κἀκεῖνο δὲ ὑμῖν φανερὸν εἶναι βούλομαι, ὅτι καὶ οἱ τότε ἱερεῖς μύρῳ χριόμενοι τὸ ἱερατεύειν ἐλάμβανον [2]. ἐπειδὴ τοίνυν κατὰ νόμον μύρῳ ἐχρίοντο βασιλεῖς τε [3] καὶ ἱερεῖς, λαμπρῶς ἤδη τὴν περιβολὴν τῆς βασιλείας [4] καὶ ἱερατείας τοῦ μονογενοῦς ἐκτίθεται ἡ θεία γραφή· ὀσμὴ μύρων σου, λέγουσα, ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. ὡς εἰπεῖν, ὀσμὴ τῆς σῆς βασιλείας καὶ ἀρχιερωσύ- B νης ὑπὲρ πάσας τὰς βασιλείας καὶ ἀρχιερατείας. καθὼς ὁ Δανιὴλ φησιν· ἀναστήσει ὁ Θεὸς τοῦ οὐρανοῦ βασιλείαν, ἥτις ὑπερέξει πάσας τὰς βασιλείας τῆς γῆς. καὶ, σὺ ἱερεὺς εἰς τὸν αἰῶνα κατὰ τὴν τάξιν Μελχισεδέκ φησιν. ὀσμὴ μύρων σου, φησὶν, ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα. τὸ μύρον ἀδελφὲ καθ' ὃν τόπον ὑπάρχει, ἐκεῖσε καὶ τὴν εὐωδίαν παρέχει. Χριστὸς δὲ τοίνυν ἐν οὐρανῷ καὶ γῇ καὶ θαλάττῃ πάντα περιέχων, τὴν δεσποτείαν [5] αὐτοῦ καὶ βασιλείαν πάντῃ [6] καὶ πανταχοῦ εὐωδιάζει· λαμπρῶς δὴ καὶ ἐνταῦθα, καὶ σφόδρα περιφανῶς ἡ τῶν θείων καὶ ἀποκρύφων μυστηρίων ἐμπεφορημένη γραφὴ, καὶ τὸ ὄνομα τοῦ μεγάλου βασιλέως ἀναδείκνυσι, λέγουσα·

δ'. Μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, διὰ τοῦτο νεάνιδες C ἠγάπησάν σε, εἵλκυσάν σε ὀπίσω σου.

Λέγουσα δὲ ἡ θεία γραφή· μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, Χριστὸν αὐτὸν ἐπονομάζει· τὸ γὰρ μύρον ἐκκενούμενον δηλαδὴ εἰς χρίσιν [7] προχωρεῖ. ὅθεν καὶ τὸ ἱερατικὸν μύρον λέγεται χρίσμα. καὶ οἱ πρότερον βασιλεῖς τῷ μύρῳ χριόμενοι βασιλεύειν καθίσταντο. ὅταν οὖν λέγει· μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου, δύο ὑποσημαίνει τρόπους [8]. καθάπερ γὰρ [9] μύρον ἐκκενωθὲν οἶκον εὐωδιάζει· οὕτω τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐπὶ γῆς κατελθόντος, καὶ τῆς οὐρανίου δυνάμεως ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους χυθείσης, ὅλος ὁ κόσμος τῇ εὐσεβείᾳ εὐωδιάσθη· ὡς καὶ εἷς ἐξ αὐτῶν Παῦλος· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμέ- D νοις· οἷς μὲν ὀσμὴ ἐκ [10] θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ἐκ ζωῆς εἰς ζωήν. ἡ αὐτὴ ὀσμὴ τῆς εὐωδίας, οἷς μὲν εἰς θάνατον, οἷς δὲ εἰς ζωὴν εὐωδιάζει. ὀσμὴ γὰρ θανάτου ἦσαν οἱ ἀπόστολοι τοῖς διώκουσι καὶ θλίβουσι καὶ δεσμεύουσι· ὀσμὴ δὲ ζωῆς πάλιν τοῖς πιστεύουσι, τοῖς τὸ κήρυγμα δέξασθαι καταξιουμένοις [11], τοῖς τὴν πίστιν ἐν ἔργοις δικαιοσύνης βεβαιοῦσιν. μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομά σου. ἐν ταυτῷ δὲ προφητικὸν σημαίνει [12] τρόπον καὶ τῆς μακαρίας Μαρίας, ἥτις συντρίψασα τὸ ἀλάβαστρον τοῦ μύρου ἤλειψε τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν· κἀκεῖνο τὸ μύρον ἐκκενωθὲν ὄνομα [13] ἔσχεν, ὡς ὁ κύριος ἔλεγεν· ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὅπου ἐὰν κηρυχθῇ τὸ εὐαγγέλιον τοῦτο ἐν ὅλῳ τῷ κόσμῳ, E λαληθήσεται καὶ ὃ ἐποίησεν αὕτη εἰς μνημόσυνον

A aversemur, & jucundum justitiæ Christi odorem in nos hauriamus. *Odor*, inquit, *unguentorum tuorum super omnia aromata*. Unguentum, dilecti fratres, ad regiam & sacerdotalem dignitatem institutum esse a sacris scripturis novimus; idque vobis doctissimis viris cognitum esse arbitror, quod in sacris scripturis reges per oleum unctionis ad regnandum constituebantur. Illud etiam vos nescios esse nolo, quod sacerdotes quoque tum temporis oleo peruncti sacerdotium suscipiebant. Cum igitur in lege tum reges, tum sacerdotes unguento ungebantur, perspicue jam sacra scriptura & regiam & sacerdotalem dignitatem in Unigenito exponit esse conjunctam. *Odor unguentorum tuorum*, inquit, *super omnia aromata*: quasi B dicat: odor regni & sacerdotii tui super omnia regna & sacerdotia; quemadmodum ait Daniel: [a] *Suscitabit Deus cæli regnum quod superabit omnia regna terræ*; &: [b] *Tu sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedec*. * *Odor unguentorum tuorum*, inquit, *super omnia aromata*. Unguentum, frater, quo loco est, ibi suavem præbet odorem. Christum igitur in cælo & in terra & in mari omnia complectens, dominationem suam & regnum quoquoversum & ubique suavitatis odore complet. Luculenter jam & ibi, & admodum clare scriptura divinorum & latentium plena mysteriorum, etiam magni Regis nomen indicat dicens:

C IV. *Unguentum effusum nomen tuum, ideo adolescentulæ dilexerunt te, & traxerunt te post te.*

Dum dicit scriptura divina, *unguentum effusum nomen tuum*, ipsum Christum nominat. Unguentum enim effusum ad unctionem scilicet proficit. Unde & sacerdotale unguentum dicitur chrisma. Et veteres reges unguento peruncti reges constituebantur. Cum igitur dicit: *Unguentum effusum nomen tuum*, duos tropos indicat. Ut enim unguentum effusum domum suavi complet odore; sic postquam Dominus noster Jesus Christus in terram descendit, & cælestis virtus super Apostolos effusa est, bono pietatis odore universus perfusus est mundus, quemadmodum unus ex iis Paullus: [c] *Christi*, inquit, *bonus odor sumus in his* D *qui salvi fiunt, & in iis qui pereunt: aliis quidem odor mortis in mortem, his autem odor vitæ in vitam.* Idem odor suavitatis aliis quidem in mortem, aliis in vitam suaviter olet. Odor enim mortis iis erant Apostoli, qui se persequebantur, affligebant, conjiciebant in vincula: rursus vitæ odor credentibus, qui digni habiti sunt prædicationem suscipere, quique fidem justitiæ operibus confirmabant. *Unguentum effusum nomen tuum*. Eodem hoc textu propheticum etiam tropum significat beatæ Mariæ, quæ unguenti alabastro confracto Dominum nostrum Jesum Christum perunxit; & illud unguentum effusum celebre fuit, ut dixit Christus: [d] *Amen dico vobis ubicumque prædicatum fuerit hoc evangelium in universo mundo,* E *dicetur & quod hæc fecit in ejus memoriam.* Hos duos

a Dan. II. 44. & VII. 23. *b* Psalm. CX. 4. *c* II. Cor. II. 15. 16. *d* Matth. XXVI. 13.

1. Ἀδελφοί. reposui ad implendam lacunam mei cod. & Barber. ex veteri interprete, qui habet *Fratres carissimi*.
2. Barb. ἐλλάμβανον, qui sæpe occurrit in eo cod. error duplicandi liquidas, ut in cod. Vat. edit. LXX. unde apparet quæ tum fuerit pronuntiatio.
3. Abest a Barber. vox, τε.
4. Quæ interjacent inter duas voces βασιλείας & ἀρχιερατείας desunt in Barb. & in meo cod. Ea ex Vallicellano desumsi.
5. Barber. δεσποτίαν.
6. Παντὶ, quod habent omnes codd. mutavi in πάντῃ.
7. Χρῆσιν in Barber. & meo, mutavi in χρίσιν. Male vetus interpres, *Christum eum id est unctum denominat, unguentum enim effusum significat ad unctionem proficere*.
8. *Duos tropos*: i. e. duos allegoricos sensus. Vetus interp. vertit *duos modos*.
9. Codd. habent καὶ θεν.
10. Præposit. ἐκ abest a N. T. typis impresso. Eam tamen agnoscit vetus interpres, qui vertit: *aliis quidem odor de morte ad mortem, aliis autem odor de vita ad vitam*.
11. Lego καταξιωμένοις.
12. Male Barberin. & meus σημαίνει.
13. Ὄνομα ἔσχεν loquutio probæ notæ. Plato in *Hippia Maj.* pag. 95. f. ἀφ' ὧν τὸ ὄνομα ἔσχε, *ex quibus gloriam adeptus est*. Hæc vero κἀκεῖνο τὸ μύρον ἐκκ. ὄνομα ἔσχεν, ὡς ὁ κύριος ἔλεγεν, absunt a veteri interpretatione, quæ tamen necessaria sunt. Si enim desint, quomodo cohæreant, quæ sequuntur? *Hos duos* [illegible] *sus* cet.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
400.



αὐτῆς. τούτους τοὺς δύο τρόπους οἶμαι ὑποσημαίνειν τὴν θείαν ταύτην γραφὴν φάσκουσαν· μύρον ἐκκενωθὲν τὸ ὄνομά σου· διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε. ἐπειδὴ γάρ, φησι, ἡ σὴ βασιλεία καὶ ἔνσαρκος παρουσία μύρου δίκην ἐκκενωθέντος ὅλον εὐωδίασεν τὸν κόσμον, διὰ τοῦτο νεάνιδες ἠγάπησάν σε· ὅπερ ἐστὶν αἱ ψυχαὶ τῶν δικαίων. μὴ γάρ μοι νόμιζε μόνον νεάνιδας τὰς γυναῖκας λέγειν τὴν ἁγίαν γραφήν· ἀλλὰ καὶ ἐν γυναιξὶ μὲν νεάνιδας εὑρίσκομεν οὐ τῷ σώματι· οὐ γὰρ τὰ τοῦ σώματος μόνον ζητεῖται· ἡ σὰρξ γὰρ οὐδὲν ὠφελεῖ· τὸ πνεῦμά ἐστι τὸ ζωοποιοῦν· ἀλλὰ πίστει νεάνιδας. βλέπε νεάνιδα ἐκείνην τὴν τῷ σώματι ἀσθενεστέραν, ψυχῆς δὲ πίστει [1] ἰσχυροτέραν τὴν αἱμοῤῥοοῦσαν, ἥτις ἁψαμένη τῶν ἱματίων ὄπισθεν τοῦ Ἰησοῦ, τὴν αἱμάτων ἔστησε [2] ῥύσιν οὐ σώματος ἰσχύϊ, ἀλλὰ πίστεως δυνάμει. οὐ γὰρ νεανιζομένη τῷ σώματι, νεανικῷ δὲ τῷ τῆς πίστεως φρονήματι πέρας ἐπέθηκε τῷ τῆς ἀσθενείας νοσήματι· αὕτη ἡ νεᾶνις εἵλκυσεν αὐτὸν ὄπισθεν ἁψαμένη, ὡς καὶ εἰς αὐτὴν πληροῦσθαι τὸ γεγραμμένον· διὰ τοῦτο αἱ νεάνιδες ἠγάπησάν σε· εἵλκυσάν σε ὀπίσω σου. καὶ ἑτέρα δὲ πάλιν νεᾶνις ὄπισθεν ἔκραζεν τοῦ Ἰησοῦ ἡ Χαναναία ἡ Συροφοινίσσα [3] τῷ γένει, νεᾶνις δὲ τῇ πίστει· καὶ οἱ μὲν μαθηταὶ ἔλεγον· ἀπόλυσον αὐτήν, ὅτι κράζει ὄπισθεν ἡμῶν. καὶ αὐτὴ οὖν ὄπισθεν εἵλκυσε τὸν Ἰησοῦν· πρὸς ἣν αὐτὸς ἔφη· οὐκ ἔστι καλὸν λαβεῖν τὸν ἄρτον τοῖς τέκνοις, καὶ βαλεῖν τοῖς κυναρίοις. ἡ δὲ νεᾶνις [4] τῷ πνεύματι, καὶ νεανιζομένη τῷ πνεύματι καὶ τῇ πίστει· ναί, φησι, κύριε· καὶ γὰρ τὰ κυνάρια ἐσθίει ἀπὸ τῶν ψιχίων τῶν πιπτόντων ἀπὸ τῆς τραπέζης τῶν κυρίων αὐτῶν. θεώρει μοι νεανιότητα πίστεως, καὶ ταπεινοφροσύνης δύναμιν, ἥτις εἵλκυσεν εἰς τοὐπίσω τὸν Ἰησοῦν. αὗται αἱ δύο νεάνιδες, ἡ αἱμοῤῥοοῦσα καὶ ἡ Συροφοινίσσα· ἡ μὲν ἀκάθαρτος κατὰ τὸν νόμον, ἵνα καθαρισθῇ· ἡ δὲ ἀλλόφυλος, ἵνα τῆς ἀσθενείας ἰαθῇ τὸ κάμνον [5]. εἵλκυσαν οὖν ἀμφότεραι [6] τὸν Ἰησοῦν ὀπίσω αὗται αἱ δύο [7] νεάνιδες τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἱκετίδες τυγχάνουσαι, καὶ ἐκ πίστεως ἰσχυρᾶς, αἱ ἀσθενοῦσαι τῷ σώματι, ἐπέτυχον παρὰ τῆς πηγῆς ἀντλῆσαι τὰ ἰάματα, ὡς καὶ διὰ τὴν ἰσχυρὰν αὐτῶν πίστιν κυρίως καὶ εἰς αὐτὰς λέγεσθαι τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο ῥητόν· ὅταν ἀσθενῶ, τότε δυνατός εἰμι· ἡ γὰρ τοῦ σώματος ἀσθένεια τὴν τῆς πίστεως δύναμιν ἔδειξεν. διὰ τοῦτο αἱ νεάνιδες ἠγάπησάν σε, οὐ μόνον αἱ θεραπευθεῖσαι γυναῖκες τῷ τῆς πίστεως φρονήματι· ἀλλὰ καὶ σαφεῖς νεάνιδες, καὶ μείζονες τῶν εἰρημένων, καὶ ἰσχυρότεραι τῶν θεραπευθεισῶν, αἱ ψυχαὶ τῶν ἁγίων μαρτύρων, αἵτινες νεανικώτατα [8] κατὰ τοῦ πονηροῦ ἐπαποδυόμεναι [9] τὰ ἑαυτῶν σώματα τοῖς καρτεροῖς τῆς ὑπομονῆς φρονήμασι δύναμιν ἀκαταμάχητον, καὶ ἰσχὺν ἀήττητον τὴν τῆς πίστεως θωρακισθεῖσαι, καὶ τῆς νίκης ἦραν βραβεῖα· νεανικώτατα τὴν πίστιν τηρήσασαι, καὶ τὸ τοῦ ἀγῶνος [10] στάδιον ὠκύτατα δραμοῦσαι, τὸ ἀποστολικὸν ἀναφωνοῦσιν ἐκεῖνο ῥητόν· τὸν

A allegoricos ſenſus exiſtimo ſacram hanc ſcripturam indicare cum dicit: *Unguentum effuſum nomen tuum; ideo adoleſcentulæ dilexerunt te*. Quoniam enim, inquit, regnum tuum & incarnata præſentia inſtar unguenti effuſi univerſum mundum bono odore perfudit, propterea adoleſcentulæ dilexerunt te; id eſt, animæ juſtorum. Neque vero putes ſacram ſcripturam de mulieribus tantum adoleſcentulis loqui; ſed etiam inter mulieres reperimus adoleſcentulas, non corpore (neque enim quæſtio eſt tantum de corpore: [a] *Caro enim non prodeſt quidquam; ſpiritus autem vivificat*) ſed fide adoleſcentulas. Vide [b] adoleſcentulam illam, corpore quidem ægram, animæ vero fide validam hæmorrhoiſſam, quæ cum retro tetigiſ-
B ſet veſtem Jeſu, ſanguinis fluxum inhibuit non corporis robore, ſed fidei virtute. Non enim robore corporis, ſed valido fidei ſpiritu infirmitatis morbo finem impoſuit. Hæc adoleſcentula traxit ipſum retro tangens, ut in ea impleretur quod ſcriptum eſt: *Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te, traxerunt te poſt te*. Et alia rurſus adoleſcentula retro poſt Jeſum clamabat Chananæa, Syrophœniſſa genere, adoleſcentula vero fide: & diſcipuli quidem dicebant: [c] *Dimitte illam, quia clamat poſt nos*. Ipſa igitur retro Jeſum traxit, cui ipſe dixit: [d] *Non decet tollere panem filiis, & projicere canibus*. Illa vero adoleſcentula adhuc fide, innovata tamen ſpiritu & fide, [e] *Utique*, inquit, *Domine: nam & catelli co-*
C *medunt de micis, quæ de menſa decidunt dominorum ſuorum*. Vide fidei adoleſcentiam, & humilitatis virtutem, quæ retro traxit Jeſum. Hæ duæ adoleſcentulæ, altera quæ fluxum ſanguinis patiebatur, altera Syrophœniſſa: illa quidem ſecundum legem immunda, ut mundaretur; hæc vero alienigena, ut ex infirmitate filia ſanaretur. Traxerunt igitur ambæ retro Jeſum hæ duæ adoleſcentulæ, ipſius poteſtatem ſupplices deprecando: & fidei virtute, quæ corpore infirmæ erant id conſequutæ ſunt, ut a fonte medicinam haurirent; ut propter firmam earum fidem proprie in eas illud apoſtolicum dici poſſit: [f] *Cum infirmor, tunc potens ſum*: corporis enim infirmitas virtutem fidei oſtendit. *Propterea adoleſcentulæ dilexerunt te*, non ſolum mulieres ſpiritu fidei
D ſanatæ, ſed etiam illuſtres adoleſcentulæ, quæque iis quas diximus, præſtantiores ſunt, & iis quæ ſanatæ ſunt, fortiores, ſanctorum ſcilicet martyrum animæ, quæ fortiſſime adverſus diabolum certamini ſe accingentes ſua corpora tradiderunt, validoque patientiæ ſpiritu inexpugnabilem virtutem invictumque robur fidei veluti thoracem indutæ, victoriæ præmium reportarunt, ſtrenue fidem ſervando, & certaminis ſtadio celerrime decurſo apoſtolicum illud clamant: [g] *Cur-*

a Joan. VI. 63. *b* Matth. IX. 20. *c* Matth. XV. 23. *d* Ibid. ℣. 26. *e* Ibid. ℣. 27. *f* II. Cor. XII. 10. *g* II. Tim. IV. 7. 8.

1. Barber. & meus vocem nihili habent πιστιοχρωτέραν, quam emendavi in textu. — Codd. lectionem retinuerim equidem, legendo πίστει ὀχυρωτέραν.
2. Vetus verſio habet, *ſanguinis fluxum repente damnavit*. Error manifeſtus. Legendum crediderim, *ſanavit*.
3. Barber. & meus συροφοινήκισσα.
4. Locus ut apparet corruptus. Ego in verſione ſcripſi ut Salutatus: *adoleſcentula adhuc fide, innovata tamen ſpiritu & fide*. Unde videtur habuiſſe in ſuo codice: πίστει μὲν ἔτι νεᾶνις, ἀνανεουμένη δὲ τῷ πνεύματι καὶ τῇ πίστει: eſt phraſis Paullina *Epheſ.* IV. 23.
5. *Ut ex infirmitatis ægritudine ſanaretur*: ſed non illa, ſed ejus filia morbo laborabat. Igitur pro τὸ κάμνον legendum τὸ τέκνον, quam lectionem in verſione ſequutus ſum. — Nihil equidem mutarim. ἰαθῇ τὸ κάμνον, *infirmitas curaretur*, id eſt, filiæ.
6. Barber. & meus ἀμφότεροι.

E 7. Abſurda in hoc loco & ſenſu carens interpretatio vetus: τῆς αὐτοῦ δυνάμεως ἱκετίδες τυγχάνουσαι, *virtutis ejus famulæ conſiſtentes*.
8. Sic emendavi. Codices habent νεανικότητα.
9. Vet. interp. *quæ exutæ diabolo*. Male. Metaphora ſumta a luctatoribus qui nudi certabant. Ælian. *V. H.* lib. XII. c. 1. πρὸς τὸν πότον ὡς πρὸς ἀντίπαλον ἀποδυόμενοι, *ad potandum ſe accingentes, tamquam contra antagoniſtam*. Ariſtoph. *Lyſiſtrat.* v. 616. ἀλλ' ἐπαποδυώμεθ' ἄνθρωποι τουτῳὶ τῷ πράγματι, *ſed accingamus noſmet ad hoc negotium*. Suſpicor autem deeſſe verbum, a quo regatur accuſat. τὰ σώματα: & legendum puto τὰ σώματα παρέδωκαν. Vetus interpres habet *tradiderunt*. Sic enim ait: *quæ nimis adulta prudentia, exutæ diabolo, ſua corpora durabili prudentia & ſuſtentationis virtute tradiderunt*. Ex hac incondita interpretatione nihil boni aſſumas, quam illud *tradiderunt*.
10. Vetus interpretatio, *certaminis ſtudium*. Legendum *ſtadium*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

δρόμον τετέλεκα · τὴν πίστιν τετήρηκα · λοιπὸν ἀπόκειταί μοι ὁ τῆς δικαιοσύνης στέφανος, καὶ τὰ ἑξῆς.

έ. Εἰς ὀσμὴν μύρων σου δραμοῦμεν.

Μία ἐστὶν ἡ ἐκκλησία καὶ πληθυντικῶς λέγει · δραμοῦμεν · οἱ γὰρ πολλοὶ ἕν ἐσμεν ἐν Χριστῷ. βλέπε τρέχοντας ἅπαντας εἰς τὴν ὀσμὴν τῶν τοῦ Χριστοῦ μυστηρίων. ὅπου γὰρ λείψανα κεῖνται μαρτύρων, τότε σπεύδομεν [1] ἐκεῖσε εἰς ὀσμὴν τοῦ Χριστοῦ τρέχομεν μύρων. εἶτα [2] λοιπὸν χαίρουσα ἡ τῶν πιστῶν πληθὺς, ἡ χριστοφόρος ἐκκλησία, καὶ περὶ τὸν ἑαυτῆς ἀγαλλομένη νυμφίον, ἐν αὐτῷ τε ἐγκαυχωμένη, καὶ εὐχαριστοῦσα λέγει ·

ς'. Εἰσήνεγκέ με ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ταμεῖον αὐτοῦ · ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί.

Ταμεῖον [3] δὲ βασιλέως, ὅπου πάντα ἀπόκειται τὰ θησαυρίσματα. τοῦ δὲ [4] ἐπουρανίου βασιλέως ταμεῖον δῆλον ὅτι πρῶτον μὲν τὸ σῶμα, ᾧ [5] ἑαυτῷ ᾠκοδόμησεν οἶκον · ἔπειτα δὲ καὶ ἡ τῶν οὐρανῶν βασιλεία. ὅταν οὖν λέγει ὁ σωτήρ · μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν, εἰκότως καὶ ἀκολούθως προείρηται καὶ αὐτὴ ἡ φωνή · οὗτοι γὰρ εἰσῆλθον εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν βασιλείαν. ἐπειδήπερ καὶ αὐτοὶ ἐδιώχθησαν ἕνεκεν δικαιοσύνης, διὸ καὶ ἀγαλλιῶνται ἐν αὐτῷ, καὶ εὐφραίνονται λέγοντες · ἀγαλλιασώμεθα καὶ εὐφρανθῶμεν ἐν σοί. βλέποντες τὴν τῶν αἰωνίων χαράν · βλέποντες τὰ ἡτοιμασμένα πρὸ καταβολῆς κόσμου, καὶ ἀπαγγέλλοντες τὰς ἐπαγγελίας φασίν ·

ζ'. Ἀγαπήσωμεν μαστοὺς σου ὑπὲρ οἶνον.

Ὅπερ ἐστίν · ἀγαπήσωμεν τὰς δύο διαθήκας, δι' ὧν ἡμᾶς ὁ βασιλεὺς παιδαγωγήσας, εἰς τὸ ταμεῖον εἰσήγαγε τὸ ἐπουράνιον · ὅτι γὰρ διὰ τῶν δύο διαθηκῶν ἐτύχομεν τῆς οὐρανίου βασιλείας, βλέπε καὶ τὴν παλαιὰν καὶ τὴν καινὴν διαθήκην παρορμῶσαν τοὺς βουλομένους ὑπὲρ τῆς δικαιοσύνης καὶ τοῦ ὀνόματος τοῦ Χριστοῦ πάσχειν, καὶ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην ὁδὸν τῆς ζωῆς ὁδεύειν. καὶ ἐκ μὲν τῆς παλαιᾶς τὴν Σοφίαν ἄκουε λέγουσαν · ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. τὸ ὅμοιον καὶ ἐν τῇ καινῇ, ἐν τοῖς εὐαγγελίοις αὐτὸν τὸν κύριον ἐνωτίζου λέγοντα · μὴ φοβηθῆτε ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα · τὴν δὲ ψυχὴν μὴ ἐχόντων τι ποιῆσαι. ἄκουε δὲ καὶ τῆς παλαιᾶς λεγούσης · ἀκούσατε τὸν λόγον κυρίου οἱ τρέμοντες τὸ ῥῆμα αὐτοῦ · εἴπατε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς · ἀδελφοὶ ἡμῶν. ἐν εὐαγγελίοις δὲ ἐκ τοῦ δεσποτικοῦ στόματος ἄκουε · ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν. καὶ πάλιν · καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν [6] ὑμᾶς. ἐν δὲ τῷ νόμῳ τὸ ὅμοιον · ἐὰν ἀπαντήσῃς τῷ ὑποζυγίῳ τοῦ ἐχθροῦ σου πεπτωκότι ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ · ἀλλὰ συνεγερεῖς [7] αὐτό. καλῶς [8] ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς · εἷς γὰρ καὶ αὐτὸς νομοθέτης ἑκατέραις διετάττετο διαθήκαις. δύο τοίνυν μαστοὶ αὐτοῦ αἱ δύο κέκληνται διαθῆκαι · καὶ ἐκ μιᾶς τῆς ἀθανάτου πηγῆς τὴν ἐπίρροιαν τοῦ πνευματικοῦ γάλακτος ἔχουσαι. διὸ λέγουσιν οἱ εἰς τὸ ταμεῖον τῶν οὐρανῶν εἰσεληλυθότες · ἀγαπήσωμεν μαστούς σου ὑπὲρ οἶνον. τί γὰρ ποιεῖ οἶνος; οἶνος ἀμέτρως ποθεὶς σκοτίζει · αἱ δὲ φωταγωγοὶ διαθῆκαι στηρίζουσι τὸ φρόνημα, στερεοῦσι [9] πίστιν, θεμελιοῦσιν εἰς τὴν οὐρανῶν βασιλείαν.

A *sum consummavi: fidem servavi: in reliquo reposita est mihi corona justitiæ*, & quæ deinceps.

v. *In odorem unguentorum tuorum curremus.*

v. 4.

Una est ecclesia, & pluraliter ait: *Curremus*. Plures enim [a] *unum sumus in Christo*. Vide omnes currentes in odorem mysteriorum Christi. Ubi enim reliquiæ jacent martyrum, tum festinantes illuc in odorem currimus unguentorum Christi. Deinde læta deinceps fidelium multitudo, ecclesia Christifera, & de suo sponso exsultans, deque eo gloriabunda, gratamque se præbens, ait:

vi. *Introduxit me rex in promtuarium suum. Exsultabimus, & lætabimur in te.*

B Regis promtuarium est, ubi omnes conditi sunt thesauri. Cælestis Regis promtuarium ostendit primo esse corpus, in quo ipse [b] *ædicafivit sibi domum*: deinde cælorum regnum. Quando igitur Salvator dicit: [c] *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum cælorum*; merito & consequenter prædicta est ea vox: hi enim intraverunt in regnum cælorum. Quoniam vero & ipsi persecutionem passi sunt propter justitiam; propterea & exsultant in illo, & lætantur dicentes: *Exsultabimus, & lætabimur in te.* Videntes æternarum nuptiarum lætitiam; videntes quæ præparata sunt ante mundi constitutionem, & narrantes promissiones dicunt:


C vii. *Diligemus ubera tua super vinum.*

Id est: diligemus duo Testamenta, per quæ nos docens Rex, in promtuarium introduxit cæleste. Nam quod per duo Testamenta cælorum regnum assequuti sumus, vide Vetus & Novum quemlibet adhortantia, ut pro justitia & nomine Christi patiamur, & [d] *per angustam & arctam* vitæ *viam* ambulemus. Et ex Veteri quidem Testamento audi Sapientiam, quæ dicit: [e] *Usque ad mortem certa pro veritate.* Simile quiddam in Novo, in evangeliis audi ipsum Dominum dicentem: [f] *Nolite timere eos qui occidunt corpus, animæ vero nihil possunt facere.* Audi autem & Vetus Testamentum dicens: [g] *Audite verbum Domini qui timetis verbum ejus: dicite, Fratres nostri,* D *odio vos habentibus & abominantibus.* Ex evangeliis vero ex ore ipsius Domini audi: [h] *Diligite inimicos vestros*: & rursus: *benefacite his qui oderunt vos.* In lege autem simile illud: [i] *Si obviaveris jumentum inimici tui quod corruit sub onus suum, non præteреas, sed alleva illud*: quod idem est ac illud: *Benefacite his qui oderunt vos.* Unus enim & idem est legislator, qui præcepta dat in utroque Testamento. Duo igitur ubera ipsius duo apellantur Testamenta, atque ex uno immortali fonte spiritualis lactis affluentiam habentia. Propterea qui in cælorum cubiculum ingressi sunt, dicunt: *Diligemus ubera tua super vinum.* Quid enim facit vinum? Vinum immodice haustum tenebras offundit: splendida vero Testamenta mentem E confirmant, fidem stabiliunt, fundant ad regna cælorum.

a Gal. III. 28. b Prov. IX. 1. c Matth. V. 10. d Matth. VII. 14. e Eccli. IV. 28. f Matth. X. 28. g Isa. LXVI. 5. h Matth. V. 44. i Exod. XXIII. 5.

1. Lego σπεύδοντες.
2. Hæc non satis fideliter reddunt vetus interpres, & Salutatus.
3. Legendum puto ταμεῖον μέν. Sic tamen habent, scilicet δέ, Barb. & Theat.
4. Locum hunc ex Philone affert Cosmas Indicopleustes lib. X. pag. 329. *Collect. novæ PP. Græcor.* tom. II.
5. Vet. interp. legit ὃ, nec agnoscit οἶκον.
6. Sacer textus Matthæi habet τοὺς μισοῦντας.
7. Sic emendavi. Codices corrupte exhibent συναγερεῖς. Locus autem hic in Bibliis impressis ita legitur: ἐὰν δὲ ἴδῃς τὸ ὑποζύγιον τοῦ ἐχθροῦ πεπτωκὸς ὑπὸ τὸν γόμον αὐτοῦ, οὐ παρελεύσῃ αὐτό, ἀλλὰ συναρεῖς αὐτὸ μετ' αὐτοῦ.
8. Ante καλῶς videtur aliquid deesse. Vetus interpres ait: *Quid est heic aliud nisi illud, Benefacite* cet. At a cod. Theat. absunt hæc, καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς. Sed post illa συνεγερεῖς αὐτὸ sequitur, εἰ καὶ γὰρ ὁ αὐτὸς νομοθέτης, quæ corrupta sunt pro εἷς γὰρ καὶ αὐτὸς νομοθέτης. Ceterum in versione ideo addidi: *quod idem est ac illud: Benefacite* cet. ut bene cohæreant ea quæ sequuntur: *unus enim & idem est legislator* cet.
9. Ex Vallic. reposui στερεοῦσι. Barb. & meus στηρίζουσι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ή. Εὐθύτης ἠγάπησέ σε.

A Πάντες μὲν οἱ τῶν θείων γραφῶν λόγοι, καὶ ταύτης τῆς ἁγίας καὶ μυστηριώδους γραφῆς εὐθῆ [1] τὰ ῥήματα· οὗτος δὲ ὁ περὶ τῆς εὐθύτητος καὶ μάλιστα, εὐθύτης γάρ, φησιν, ἠγάπησέ σε. ἐὰν μή τινι γὰρ εὐθύτης ὑπάρχει, τὸν μονογενῆ μὴ οὐκ ἀγαπήσῃ, βδέλυγμα γὰρ ἁμαρτωλῷ σοφία [2], εὐθὺς δὲ καρδία ἀγαπᾷ τὴν σοφίαν. εὐθύτης [3] δέ ἐστι τὸ ἀπαλλάττεσθαι μὲν παντοίων κακῶν, συνήδεσθαι δὲ τῷ νόμῳ τοῦ Θεοῦ, καὶ τὰς ἐντολὰς αὐτοῦ ἐν ἐκτενίᾳ [4] καρδίας ἐπιτελεῖν. ὥς φησιν ὁ Δαβίδ· ἐν βουλῇ εὐθέων καὶ συναγωγῇ, μεγάλα τὰ ἔργα κυρίου.

θ'. Μέλαινά εἰμι καὶ καλή.

Μέλαινα διὰ τὰς ἁμαρτίας· καλὴ διὰ τὴν μετάνοιαν. οὐ σώματος ἡ μελανία· οὐδὲ σαρκικὸν πάλιν B ταύτης τῆς νύμφης τὸ κάλλος. ἀλλὰ μέλαιναν ἑαυτὴν λέγει διὰ τὰς ἀνομίας. ἐπειδὴ ταύταις ἦν μεμελανωμένη, ἔν τε τῇ εἰδωλολατρείᾳ καὶ ταῖς λοιπαῖς τῆς ἀφροσύνης ἀπάταις.

ί. Μέλαινά εἰμι καὶ καλή, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.

Θυγατέρας Ἱερουσαλὴμ οἶμαι καλεῖν τὴν νύμφην τὰς προφητικὰς τῶν δικαίων ψυχάς. ἐξομολογουμένη μὲν τὰ ἁμαρτήματα, φαιδρυνομένη δὲ [5] ἐπὶ τῇ τοῦ νυμφίου φιλανθρωπίᾳ: ὅτι δίδωσιν [6] ἐπὶ ἁμαρτήμασι μετάνοιαν. ἴδε ταύτην μέλαιναν οὖσαν ὡς ἀληθῶς, καὶ καλήν, ἐναρχομένην [7] ἀπὸ τοῦ Αἰθίοπος τοῦ εὐνούχου τὸ κήρυγμα δέχεσθαι τοῦ μονογενοῦς διὰ Φιλίππου τοῦ ἀποστόλου [8]. ὅθεν καὶ Δαβίδ φησιν· Αἰθιώπια προφθάσει χεῖρα αὐτῆς τῷ Θεῷ.

ιά. Ὡς σκηνώματα Κηδάρ, ὡς δέῤῥις Σαλομών.

Κηδὰρ [9] ἑρμηνεύεται Ὀστρακίνη. ἐπειδὴ πανταχῆ C οἱ Κηδαρῖται διεβλήθησαν [10], ὥς φησιν Ἱερεμίας· διέλθετε εἰς νήσους Κεττιεὶμ, καὶ ἴδετε, καὶ εἰς Κηδὰρ ἀποστείλατε, καὶ νοήσατε σφόδρα, εἰ γέγονε τοιαῦτα· εἰ ἀλλάξωνται ἔθνη θεοὺς αὐτῶν. ἐπειδὴ γὰρ ἐξ ἐκείνων εἰδωλομανῶν ἦν ἡ ἐξομολογουμένη λέγει: ὡς σκηνώματα Κηδάρ, ὡς δέῤῥις Σαλομών. λέγει καὶ τὸ [11] ἐξ Ἰουδαίων καὶ ἐξ ἐθνῶν: σκηνώμασι μὲν Κηδὰρ τοὺς ἐξ ἐθνῶν αὐτῇ ἥκοντας ἀπεικάζουσα: τῇ δέῤῥι δὲ τοῦ Σαλομὼν ὁμοίως τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων πιστοὺς, καὶ πάντας τοὺς σάκκῳ ἐξιλεουμένους τὸ θεῖον.

ιβ'. Μὴ βλέψητέ με ὅτι ἐγώ εἰμι μεμελανωμένη, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος.

Μὴ ἀπελπίσητέ με, φησὶ, διὰ τὰς τῶν ἁμαρτιῶν μελανίας, ὅτι παρέβλεψέ με Χριστὸς, ὁ τῆς δι- D καιοσύνης ὁ ἥλιος. εἰ γὰρ [12] αἰσθητὸν ἦν τὸ λεγόμενον καὶ περὶ τούτου τοῦ ἡλίου ἦν τὸ λαλούμενον, οὐκ ἂν ἔλεγεν, ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος οὗτος· ἀλλὰ [13] μᾶλλον οἱ σκιᾷ τρεφόμενοι [14] λευκαίνονται. ἐκείνη δὲ ἐν ταῖς τῶν εἰδώλων ἐξεταζομένη μανίαις πρὸ τῆς πίστεως, καὶ ὑπὸ τοῦ τῆς δικαιοσύνης ἡλίου παρεωραμένη ὑπῆρχε μεμελανωμένη· ἕως οὗ ὁ ὡραῖος

VIII. *Rectitudo dilexit te.*

Omnia quidem divinarum ſcripturarum eloquia atque hujus ſanctæ & myſticæ ſcripturæ verba ſunt recta: hoc vero de æquitate rectiſſimum: *Rectitudo* enim, ait, *dilexit te*. Cui enim non eſt rectitudo, is Unigenitum non diliget: [a] *Abominatio enim peccatori ſapientia*. Cor autem rectum diligit ſapientiam. Rectitudo autem eſt ab omnigenis malis ſe ſejungere, delectari lege Dei & mandata ejus intento corde perficere. Ut ait David: [b] *In conſilio rectorum & congregatione, magna opera Domini.*

IX. *Nigra ſum & formoſa.* ℣. 5.

Nigra propter peccata: formoſa propter pœnitentiam. Non corporis nigror; neque rurſus carnalis hujus ſponſæ pulchritudo: ſed nigram ſe eſſe dicit propter iniquitates; quoniam ex ipſis nigrorem contraxerat in idolorum cultu ceteriſque dementiæ ſuæ erroribus.

X. *Nigra ſum & formoſa, filiæ Hieruſalem.*

Sponſam arbitror *filias Hieruſalem* appellare propheticas juſtorum animas. Et peccata quidem confitetur; ſponſi vero humanitate lætatur, quia concedit peccatorum pœnitentiam. Vide hanc fuſcam re vera & formoſam, quæ initio ducto [c] ab eunucho Æthiope prædicationem Unigeniti ſuſcepit per Philippum apoſtolum. Unde etiam David ait: [d] *Æthiopia præveniet manum ejus Deo.*

XI. *Ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis.*

Cedar interpretatur Oſtracine. Quoniam ubique Cedaritæ male audiebant, ut ait Hieremias: [e] *Tranſite ad inſulas Chettiim, & videte: & in Cedar mittite, & conſiderate vehementer, ſi facta ſunt talia; ſi mutaverint gentes deos ſuos.* Cum enim ea eſſet de inſanis illis idolorum cultoribus, confitetur & dicit: *Ut tabernacula Cedar, ut pelles Salomonis.* Dicit ſe ipſam eſſe, & ex Judæis, & ex gentibus: tabernaculis quidem Cedar aſſimilans eos qui ad eam venerunt ex gentibus; pelli autem Salomonis ſimiliter fideles, qui ab Judæis profecti ſunt; & omnes ſacco Deum placant.


XII. *Ne videatis quod ego fuſca ſim, quoniam* ℣. 6.
deſpexit me ſol.

Ne me, inquit, deſperare faciatis, propter peccatorum meorum nigrorem, quod oblique me aſpexerit Chriſtus juſtitiæ ſol. Si enim ſenſibile eſſet id de quo ſermo eſt, & de ſole aſpectabili loqueretur, non diceret, *oblique me hic ſol aſpexit*: nam, qui in umbra alti educatique ſunt, potius albeſcunt. Illa autem ante fidem in veſano idolorum cultu verſata, & ab juſtitiæ ſole tranſverſim aſpecta, fuſca facta eſt,

a Eccli. I. 32. *b* Pſalm. CX. 1. 2. *c* Act. VIII. *d* Pſalm. LXVIII. 31. *e* Jer. II. 10.

1. Sic legendum. Barb. habet εὐθύτητα. Vall. & Theat. εὐθὺ τά.
2. Sacer textus habet θεοσέβεια.
3. Peſſime vet. interpr. *æquus autem eſt, qui malis omnibus privatur, condelectatur vero* cet.
4. Lego ἐντονίᾳ.
5. Hæc vet. interpr. ſic vertit: *Non eſt autem corporis fuſcatio: neque carnalis hujus ſponſæ iterum putetur pulcritudo. Sed fuſcam eam dicit* cet. Nihil ejuſmodi interprete infelicius.
6. Δὲ ex Vallicell.
7. Salutatus: *quippe de peccatis acceperit pœnitentiam*. Vet. interpres: *quoniam ei datur pœnitentia peccatorum*. Eſt Paullina loquutio II. *Timoth.* II. 25. *μήποτε δῷ αὐτοῖς ὁ Θεὸς μετάνοιαν εἰς ἐπίγνωσιν ἀληθείας*.
8. Philippus ille erat unus e ſeptem diaconis quos *Act.* VI. 5. D. Lucas commemorat. Sed veteres ſolebant apoſtolicos viros appellare Apoſtolos. Vide quæ veteris verſionis editor erudite ad hunc locum.
9. De Cedar & Oſtracine multa differit ad hunc locum lectu plane digna idem vet. Verſionis editor.
10. Vetus interpres luculentius ſenſum auctoris exponit: *Ubique Cedarenſes in ſcriptura divina de idololatria culpantur, ſicut ait & Hieremias.*
11. Τὸ ἐξ Ἰουδαίων. Illud τὸ eſt a cod. Vallicelliano. Legerem lubens, τὸ μὲν ἐξ Ἰουδαίων, τὸ δὲ ἐξ ἐθνῶν, *partim ex Judæis, partim ex gentibus*.
E 12. Εἰ γὰρ αἰσθητόν. Hæc barbare ſic vertit vet. interpres, ut ea non facile intelligas: *non enim erat ſenſibile quod dicebat, ſed de iſto erat ſole, quod loquebatur. Nam non diceret*, quia deſpexit me ſol. *Non enim fuſcantur quos deſpicit ſol iſte; ſed magis, dum umbra paſcuntur, candidiores fiunt.*
13. Inde apparet Philonem illa ſacri textus: ὅτι παρέβλεψέ με ὁ ἥλιος ſic intellexiſſe, ut interpretatur D. Ambroſius *Homilia de Iſaac*, qui ut obſervavit Nobilius, vertit: *quoniam non intuitus eſt me ſol.*
14. Omnes quos vidi, manuſcripti habent σκιᾷ τρεφόμενοι. Legendum fortaſſe σκιατραφούμενοι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων παραγενόμενος A τὸ ἑαυτοῦ κάλλος διὰ τοῦ βαπτίσματος ἐναπετύπωσεν εἰς αὐτήν· καθὼς καὶ Δαβὶδ φάσκει· ἐσημειώθη ἐφ' ἡμᾶς τὸ φῶς τοῦ προσώπου σου κύριε· καὶ ἀλλαχοῦ πάλιν· καὶ ἔστω ἡ λαμπρότης κυρίου τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐφ' ἡμᾶς.

ιγ'. Υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

Υἱοὺς μητρὸς αὐτῆς, οἶμαι, τοὺς σοφοὺς τῆς ἐπουρανίου βασιλείας υἱοὺς, τοὺς ἀποστόλους λέγειν. ἵνα δὲ σαφέστατα δειχθῇ [1] ἀγαθήν τε καὶ καλὴν μάχην καὶ εἰρήνης παρεκτικὴν, καὶ ζήλου ἐμπνέουσαν ἐνθέου· βλέπε τί Παῦλος λέγει· ἔμπροσθεν πάντων εἶπον τῷ Κεφᾷ· εἰ σὺ Ἰουδαῖος ὑπάρχων ἐθνικῶς καὶ οὐκ ἰουδαϊκῶς ζῆν προῄρησαι [2] διὰ Χριστὸν καὶ τὴν οἰκοδομὴν τῶν πιστῶν, πῶς τὰ ἔθνη ἀναγκάζεις ἰουδαΐζειν; τοιαύτην εἰρηνικὴν ἐμαχέσαντο μάχην ἐν B αὐτῇ· διὸ λέγει· υἱοὶ μητρός μου ἐμαχέσαντο ἐν ἐμοί.

ιδ'. Ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶσι· τὸν ἀμπελῶνα [3] ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα.

Ἀμπελὼν ἀναγέγραπται πολλαχῇ μὲν ἐν ταῖς θείαις γραφαῖς. ἐν ἐπιτομῇ δὲ λεκτέον τὸ εὐαγγελικὸν ἐκεῖνο κυρίου [4] περὶ τῶν μὴ διδόντων τοὺς καρποὺς τοῖς ἀποσταλεῖσιν· ἐλεύσεται ὁ κύριος τοῦ ἀμπελῶνος, καὶ κακοὺς κακῶς ἀπολέσει αὐτούς· καὶ τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις γεωργοῖς, οἵτινες δώσουσι τοὺς καρποὺς ἐν τοῖς καιροῖς αὐτῶν. ὁ δὲ κύριος βεβαιοῖ τὸ ῥῆμα, καὶ ἐπάγει λέγων πρὸς ἐκείνους· ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ. καὶ λέγει περὶ ταύτης, ἧς οἶδε νύμφης τῆς ἐν ᾄσμασιν αὐτῷ προσομιλούσης· καὶ δοθήσεται ἔθνει τῷ ποιοῦντι τοὺς C καρποὺς αὐτοῦ. αὕτη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων τίθεται φυλάκισσα ἐν ἀμπελῶνι τούτῳ τῆς πίστεως πολυβότρυϊ καρπῷ. ἔθεντό με φυλάκισσαν ἐν ἀμπελῶνι. εἶτα ἐξομολογουμένη ἡ Ἰουδαίων συναγωγὴ, καὶ αὐτὴ ὁμολογεῖ ὡς ἐλθοῦσα ἀπὸ Ἰουδαίων εἰς τὴν ἁγίαν ἐκκλησίαν, καὶ φησί· τὸν ἀμπελῶνα ἐμὸν οὐκ ἐφύλαξα· ὅπερ ἐστί· τὰ ἐν νόμῳ προτεταγμένα [5] οὐκ ἐτήρησα· ἵνα διὰ τῆς ἐξομολογήσεως ἐπιτύχῃ [6] τῆς τῶν ἁμαρτημάτων ἀφέσεως.

ιε'. Ἀπάγγειλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ.

Ἐπειδὴ γὰρ προφητικῶς καὶ ἐν Δαβὶδ ἀποτυποῦται καὶ ἐν αὐτῇ τὸ ῥῆμα· ἀγαπήσω σε κύριε ἡ ἰσχύς μου. καὶ αὐτὴ δὲ κατηξιώθη προαγαπηθεῖ- D σα ὑπὸ τοῦ κυρίου ἀγαπῆσαι τὸν κύριον, ὥς φησι Παῦλος [7]· οὐχ ὅτι ἡμεῖς ἠγαπήσαμεν τὸν Θεόν· ἀλλ' ὅτι αὐτὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς, καὶ παρέδωκεν ἑαυτὸν ὑπὲρ ἡμῶν. διὰ τοῦτο ἀγαπηθεῖσα ἀνταγαπᾷ καὶ λέγει· ἀπάγγειλόν μοι ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ· τουτέστι· κατὰ τὴν τοῦ πάθους ὥραν· ὅτι ἀπὸ ὥρας ἕκτης ἕως ἐννάτης σκότος ἐγένετο· διὰ τοῦτο ποῦ ποιμαίνεις, ποῦ κοιτάζεις ἐν μεσημβρίᾳ, ἐν ᾗ καὶ [8] ἀκμὴ τοῦ καύσωνος τῶν πειρασμῶν. ποῦ κρυπτάζεις, τοὺς σοὺς ἐάσας πειράζεσθαι;

ιϛ'. Μήποτε γένωμαι ὡς περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου.

Ὅπερ ἐστὶ, μήποτε μετὰ τῶν αἱρέσεων γένωμαι περι- E βαλλομένη· διὰ τοῦτο ἀνταποκρίνεται αὐτῇ [9] καὶ λέγει·

ιζ'. Ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν.

Ὅπερ ἐστὶν, ἐὰν μὴ γνῷς σεαυτὴν οἵα ὑπῆρχες,

donec [a] *speciosus forma præ filiis hominum* veniens impressit in ea per baptismum pulcritudinem suam, quemadmodum ait David: [b] *Signatum est in nobis lumen vultus tui Domine*; & rursus alibi: [c] *Et erit splendor Domini Dei nostri super nos.*

XIII. *Filii matris meæ pugnaverunt in me.*

Filios matris suæ arbitror dicere sapientes cælestis regni filios, Apostolos. Ut autem luculenter demonstretur strenuam & pulcram pugnam parere pacem, zelumque adflare divinum, vide quid Paullus dicat: [d] *Dixi Cephæ*, inquit, *coram omnibus: Si tu cum Judæus sis, gentiliter & non Judaice vivere instituisti propter Christum & ædificationem fidelium, cur gentes cogis judaizare?* Hujusmodi pacificam pugnavere pugnam in ea; propterea dicit: *Filii matris meæ pugnaverunt in me.*

XIV. *Posuerunt me custodem in vineis. Vineam meam non custodivi.*

Vinea pluribus locis in sacris scripturis scripta reperitur. Breviter dicendum est evangelicum illud Domini de iis qui non dant fructus, iis qui (*a patre familias*) missi fuerunt: [e] *Veniet dominus vineæ, & malos male perdet ipsos, & vineam locabit aliis agricolis qui reddent fructus tempore suo.* Confirmat autem Dominus dictum, & subdit dicens ad eos: [f] *Auferetur a vobis regnum Dei.* Deinde loquitur de hac Sponsa, quam novit in Canticis Canticorum cum se ipso colloquium habere: *Et dabitur genti facienti fructus ejus.* Hæc ab Apostolis ponitur in hac fidei vinea custos fructus multos racemos habentis. *Posuerunt me custodem in vinea.* Deinde confessionem suam exponit Judæorum synagoga; ipsaque fatetur, se a Judæis ad sanctam venisse ecclesiam, & ait: *Vineam meam non custodivi:* id est, quæ in lege antea præcepta fuerant, non servavi: ut per confessionem peccatorum remissionem consequatur.

XV. *Annuntia mihi quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie.* ẏ. 7.

Quoniam enim prophetice exprimitur, & in David & in ipsa verbum illud: [g] *Diligam te Domine virtus mea:* ipsa vero prius dilecta, digna est habita a Domino quæ Dominum diligeret, ut ait Paullus: [h] *Non quod nos dilexerimus Deum*; [i] *sed quia ipse dilexit nos, & tradidit se ipsum pro nobis.* Propterea dilecta vicissim amat & dicit: *Nuntia mihi, quem dilexit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie*; hoc est, hora passionis, quando ab hora sexta usque ad nonam tenebræ factæ sunt: propterea *ubi pascis, ubi cubas in meridie*, in qua maxime fervet æstus tentationum. Ubi igitur delitescis, tentari sinens tuos?

XVI. *Ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum.*

Id est, ne forte cum hæresibus *efficiar adoperta*. Propterea vicissim ei (sponsæ) respondet & dicit:

XVII. *Nisi cognoveris te ipsam, pulcra inter mulieres.* ẏ. 8.

Id est, *nisi cognoveris te ipsam* cujusmodi eras,

a Psalm. XLIV. 2. b Psalm. IV. 6. c Psalm. XC. 17. d Gal. II. 14. e Matth. XXI. 41. f Ibid. ẏ. 43.
g Psalm. XVII. 1. h I. Joan. IV. 10. i Ephes. V. 2.

1. Sic emendavi, cum Barb. & Vallic. haberent λεχθῇ, & itidem Theat.
2. Sic legendum. Barb. προαιρεῖται. Vallicell. προαιρεῖς. Theat. προαιρεῖσαι.
3. Hæc verba addidi, quia ea explicata habes in fine hujus explanationis. Vetus interpr. ita ea separata ponit cum explanatione, ut versum seorsim ab aliis constituant.
4. Sic legendum. Male Barb. & Vallic. κυρίοις.
5. Mallem προστεταγμένα.
6. Ex Vallic. nam Barb. & meus habent ἐπιτοίχει.
7. Immo Joannes.
8. Sic Vallicell. sed Barber. habet ἀγμῇ: inde conjicio totum hunc locum sic legendum, ἐν ᾗ καὶ ἡ ἀκμὴ τοῦ καύσωνος τῶν πειρασμῶν. ποῦ ἂν κρυπτάζεις, τοὺς σοὺς ἐάσας πειράζεσθαι.
9. Αὐτῇ, quæ vox deest in meo & Barber. eam restitui ex Vallicell.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

καὶ οἷα γέγονας. καλὴν δὲ ἐν γυναιξὶ λέγει, ἐν A πάσαις γὰρ ταῖς αἱρέσεσι καὶ ταῖς συναγωγαῖς μόνη καλὴ, οὐκ ἐξ ἑαυτῆς ἔχουσα τὸ κάλλος, ἀλλ' ἐκ τοῦ ὡραίου κάλλει παρὰ τοὺς υἱοὺς τῶν ἀνθρώπων. ἐναποτυπώσας δὲ ἐν αὐτῇ τὸ ἴδιον κάλλος ὁ μονογενὴς διὰ τοῦ [1] λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας χρησίμως ἐγκαλεῖ αὐτῇ καὶ λέγει· ἐὰν μὴ [2] γνῷς σεαυτὴν, ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν,

ιή. Ἔξελθε [3] ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου.

Ἐὰν μὴ γνῷς φησὶ ποῦ ἦς, καὶ ποῦ εἶ· ἐὰν μὴ γνῷς τὸ κάλλος ὅπερ εἴληφας, ἔξελθε ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων. ἀπειλητικὸς ὁ λόγος· ἐπιτιμητικὸν τὸ ῥῆμα. ὅπου γὰρ ἀγνοία, [4] ἐκεῖ καὶ ἐπιτιμία. ἐπειδὴ γὰρ προεῖπε· μήποτε γένωμαι ὡς B περιβαλλομένη ἐπ' ἀγέλαις ἑταίρων σου· ὅπερ ἐστί· μή ποτε κατὰ τῶν αἱρέσεων ἀναμιγῶ· διὰ τοῦτο ὥσπερ ἀπειλητικῶς ἐπιτιμᾷ αὐτῇ, καὶ λέγει· ἐὰν μὴ γνῷς σου τὸ κάλλος, ὅτε παρ' ἐμοῦ αὐτὸ κέκτησαι, ἔξελθε ἐν πτέρναις τῶν ποιμνίων, καὶ ποίμαινε τὰς ἐρίφους σου· τουτέστιν· εἰ ἀναξίαν σεαυτὴν καθιστᾷς τῆς ἐμῆς δόξης, ποίμαινε τὰς ἐρίφους· τουτέστι, τὰς τῶν ἁμαρτωλῶν ψυχάς.

ιθ'. Ἐπὶ σκηνώμασι τῶν ποιμένων.

Ἐπὶ σκηνώμασι λέγει τῶν τοῦ Ἰσραὴλ βασιλέων· ἀντικρὺ τοῦ ἀποστολικοῦ ῥήματος βοῶντος· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἐξέφυγον ἐπὶ γῆς παραιτησάμενοι τὴν βασιλείαν τοῦ χρηματίζοντος [5] Χριστοῦ καὶ Θεοῦ.

κ'. Τῇ ἵππῳ μου ἐν ἅρμασι Φαραὼ ὡμοίωσά σε, C ἡ πλησίον μου.

Ἵππον [6], οἶμαι, ἑαυτοῦ τὴν τῶν δικαίων συναγωγὴν λέγει διὰ τὸν ὠκύποδα τῶν δικαίων ἐν σταδίῳ τῆς εὐσεβείας δρόμον. τὸ γὰρ ἐν ἅρμασι τοῦ Φαραὼ [7] λέγει· ὅτι ἐν ἅρμασι τοῦ νοητοῦ Φαραὼ [8] ἐζευγμένη [9] ἦν ποτὲ, τῇ τῆς εἰδωλολατρείας ἐλασίᾳ ὑπ' αὐτοῦ ἐλαυνομένη. τοιαύτην σε, φησὶν, οὖσαν τῇ ἵππῳ μου ὡμοίωσα [10]· μὴ λογισάμενός σου τὰ ἁμαρτήματα τὰ τῆς εἰδωλολατρείας, μὴ [11] τὰ τῆς ἀνοίας πάσης, συντόμῳ χάριτι διὰ λουτροῦ τῆς [12] παλιγγενεσίας τῇ ἡμετέρᾳ [13] ὡμοίωσά σε ἵππῳ, τῇ τῶν δικαίων συναγωγῇ τὸν δρόμον ὀξὺν κατὰ [14] τὸ τῆς εὐσεβείας ἐχούσῃ στάδιον [15]. ὥσπερ καὶ ἐν εὐαγγελίοις ὁ κύριος τοῖς τὴν μίαν ὥραν ἐργασαμένοις D μόνον τὸν ὅμοιον μισθὸν ἐχαρίσατο τοῖς ὅλον τὸ βάρος βαστάσασι τῆς ἡμέρας.

κά. Τί ὡραιώθησαν αἱ σιαγόνες σου ὡς τρυγόνος.

Σωφροσύνης ἔφορον τὸ [16] ζῶον, ἄγριον, μιμηλὸν [17], μόνανδρον· ὥσπερ καὶ αὐτὴ ἡ ἁγία ἐκκλησία, πάλαι μὲν ἦν ἀγρία, μόνον δὲ ἄνδρα ἔχουσα νυμφίον, ὃς καὶ ταῦτα αὐτῇ προσλαλεῖ, καθὼς καὶ ὁ ἀπόστολος λέγει· ἡρμοσάμην γὰρ ὑμᾶς ἑνὶ ἀνδρὶ παρθένον ἁγνὴν παραστῆσαι τῷ Χριστῷ.

A & cujusmodi facta sis. *Pulcram* vero *inter mulieres* dicit. In omnibus enim hæresibus & synagogis ipsa sola pulcra; non ex se ipsa quidem pulcritudinem habens, sed ex eo qui [a] *speciosus est forma inter filios hominum*. Cum vero impresserit in ipsa propriam Unigenitus pulcritudinem per lavacrum regenerationis, utiliter eam increpat & dicit: *Nisi cognoveris te ipsam, o pulcra inter mulieres*.

XVIII. *Egredere in vestigiis gregum, & pasce hœdos tuos*.

Nisi cognoveris, inquit, ubi eras, & ubi es: nisi cognoveris pulcritudinem quam accepisti, *egredere in vestigiis gregum*. Comminativus sermo: objurgativum verbum. Ubi enim inscitia, ibi & in- B crepatio. Cum enim antea dixerit: *Ne forte efficiar sicut adoperta super greges sodalium tuorum*: hoc est, ne forte cum hæresibus admiscear; propterea tamquam minaciter increpat eam, & dicit: nisi cognoveris ipsam pulcritudinem te a me habere, *egredere in vestigiis gregum & pasce hœdos tuos*; id est, si te ipsam indignam præstiteris mea gloria, pasce hœdos, hoc est, peccatorum animas.

XIX. *In tabernaculis pastorum*.

In tabernaculis dicit regum Israel; aperte apostolica voce clamante: [b] *Etenim illi non effugerunt super terram recusantes regnum Christi & Dei qui oracula edebat*.

C XX. *Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilavi te, proxima mea*. ℣. 9.

Equitatum, opinor, suum, justorum congregationem intelligit propter celerem justorum in pietatis stadio cursum. Ait enim *in curribus Pharaonis*; quia curribus intelligibilis Pharaonis olim juncta erat, ad cursum in equitatione idololatriæ ab ipso incitata. Talis, inquit, cum esses, *equitatui meo assimilavi te*: nulla ratione habita tuorum in idolorum cultu & in omni dementia peccatorum, compendiaria gratia per lavacrum regenerationis nostro *te equitatui assimilavi*; justorum scilicet congregationi, celerem habenti cursum in stadio pietatis: quemadmodum etiam in evangeliis Do- D minus iis qui unam tantummodo operati fuerant horam, eamdem mercedem dedit, quam iis [c] *qui pondus omne diei portaverant*.

XXI. *Quam speciosæ factæ sunt genæ tuæ ut turturis*. ℣. 10.


Castitatis servans est hæc volucris, agrestis, gemebunda, uno marito contenta: quemadmodum ipsa sancta ecclesia olim quidem agrestis erat, unum virum habens sponsum, qui eam his verbis alloquitur, quemadmodum etiam Apostolus ait: [d] *Despondi enim vos uni viro virginem castam exhibere Christo*.

a Psalm. XLIV. 3. *b* Hebr. XII. 25. *c* Matth. XX. 12. *d* II. Cor. XI. 2.

1. Τοῦ ex Vallic. 2. Barb. ἐπιγνῷς.
3. Vatic. ἔξελθε σύ: & hanc lectionem videtur habuisse vet. interpres, qui ait, *egredere tu*.
4. Vetus interp. legisse videtur ἁγνεία, *puritas*. Male,
5. Sacer textus D. Paulli sic est: εἰ γὰρ ἐκεῖνοι οὐκ ἔφυγον τὸν ἐπὶ τῆς γῆς παραιτησάμενοι χρηματίζοντα. Male vet. interpres ἐπὶ τῆς γῆς χρηματίζοντα, *qui in terra prædicatus est*. Vulgata, *qui super terram loquebatur*.
6. Mirum quantum monstrosa sit in hujus versiculi explicatione veteris interpretis versio.
7. Barb. & Vall. Φαραὼ λέγων.
8. Barb. & Vall Φαραώ. Theat. totum hunc locum sic habet, τὸ γὰρ ἐν ἅρμασιν τοῦ νοητοῦ φαραῷ ἐζευγμένην ποτέ.
9. Ita emendavi. Omnes codices habent ἐζευγμένην ποτέ.
10. Barb ὡμοίωσά σε, quæ postrema particula abest a Vallic. eamque expunctam oportuit. Theat. ὡμοίωσας.
11. Pro μὴ τὰ libenter legerem μήτε τά.
12. Vocem τῆς revocavi ex Theat.

E 13. Sic emendavimus. Barb. & Vallic. habent τῇ μητρί ὡμοίωσά σε εἰπὼν τῇ τῶν δικ. & sic etiam Theat.
14. Uterque codex B. & V. habent καὶ, quod in κατὰ mutavimus sic postulante sententia. Theat etiam habet καί. Lego κατὰ τῆς εὐσεβ. στάδιον. Vocem στάδιον non modo vet. interpres, sed etiam Salutatus in suo quisque codice habuerunt. Et sic paullo ante dixerat ἐν σταδίῳ τῆς εὐσεβείας.
15. Vet. interpres, seu potius vetus, ut puto, librarius iterum eumdem quem supra, errat errorem: *in studio pietatis*.
16. Forte τοῦτο τό.
17. Vet. interp. *Hoc animal castitati devotum est, quod licet ferum sit, tamen in una conjunctione perdurat* Salutatus qui locum hunc reddit, *castitatis animal, agreste, gemibile*, videtur pro μιμηλὸν legisse μινυρὸν, quæ lectio mihi probatur; neque enim μιμηλὸς, *imitandi sollertia præditus*, huic loco videtur convenire.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



κβ'. Τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκος [1].

A Εκπλήττει ἡ γνῶσις, πῶς ἡ ἀκολουθία τῶν λεγομένων πνευματικῶν νοημάτων ἑαυτὴν σώζει. ἀπεικάσας γὰρ διὰ τὴν ἀγριότητα τρυγόνι [2] τὰ ἔθνη, οὐ σιωπᾷ καὶ τοὺς ἀπὸ Ιουδαίων συναγομένους πιστούς. μετὰ γὰρ τὸ εἰπεῖν σιαγόνες σου, ἐπάγει· τράχηλός σου ὡς ὁρμίσκος· ἵνα δείξῃ καὶ τοὺς ἀπὸ Ιουδαίων πεπιστευκότας, τὸν ὁρμίσκον τοῦ Ιούδα τὸν δοθέντα τῇ Θάμαρ ὑπομνήσας. πρόδηλον γὰρ ὅτι ἐξ Ιούδα ἀνατέταλκεν ὁ κύριος ἡμῶν Ιησοῦς Χριστὸς κατὰ τὸν ἀπόστολον. εἶτα τὴν γενεὰν αὐτῆς διηγησάμενος [3] καὶ τὸν κόσμον ὄνπερ αὐτῇ χαρίζεται ὁ νυμφίος, ἐπάγουσι οἱ ἀπόστολοι·

B κγ'. Ομοιώματα χρυσίου ποιήσωμέν σοι μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου.

Ομοιώματα χρυσίου οὐχ ἕτερα οἶμαι εἶναι, ἀλλ' ἢ τοὺς ἁγίους μάρτυρας· ἐπειδήπερ διὰ πυρὸς δοκιμασθέντες λαμπροτέραν ἐπεδείξαντο τὴν πίστιν· ὡς χρυσίον γάρ, φησιν, ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτούς, καὶ ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτούς. ἵνα δὲ ἐκ τῆς ἀκολουθίας δειχθῇ ὅτι περὶ μαρτύρων λέγει, βλέπε τί ἐπάγει· μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου· στίγματα γὰρ σαφῶς αἱ μάστιγες καὶ αἱ βάσανοι τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ πασχόντων· καθώς μοι μαρτυρεῖ καὶ ὁ Παῦλος λέγων· ἐγὼ γὰρ τὰ στίγματα τοῦ κυρίου ἡμῶν Ιησοῦ Χριστοῦ ἐν τῷ σώματί μου βαστάζω. ἐπάγει δὲ ὁ λόγος·

C κδ'. Εως οὗ ὁ βασιλεὺς ἐν ἀνακλίσει αὐτοῦ.

Ινα εἴπῃ, ἕως τῆς παλιγγενεσίας διὰ τῆς τῶν γάμων εὐωχίας· ἕως τότε τὰ ὁμοιώματα ταῦτα τοῦ ἀργυρίου συνάγεται· τουτέστιν, οἱ ὑπὲρ τῆς πίστεως πάσχοντες οὐ μόνον ἐν καιρῷ διωγμῶν διὰ βασάνων, ἀλλὰ καὶ ἐν καιρῷ εἰρήνης διὰ τοῦ τὴν στενὴν καὶ τεθλιμμένην [4] ὁδὸν τρέχειν, καὶ ταῖς [5] πράξεσι τοὺς μάρτυρας μιμεῖσθαι. εἶτα ἀνταποκρίνεται ἡ νύμφη, καὶ λέγει πρὸς τὸν νυμφίον·

κε'. Νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ.

Εν τῷ γὰρ τὸν νυμφίον αὐτὸν εἰπεῖν περὶ τῶν μαρτύρων, ἀνταποκρίνεται εὐχαριστοῦσα αὐτῷ καὶ λέγει· νάρδος μου ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ· τουτέστι [6]· σὺ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἀπήρξω· διὰ γὰρ τῆς νάρδου, τοῦ [7] ἀλαβάστρου τοῦ μύρου, περὶ οὗ ὁ κύριος λέγει· ἄφετε καὶ μὴ κόπους παρέχετε τῇ γυναικί· καλὸν γὰρ ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ, καὶ τὰ ἑξῆς. ὥσπερ οὖν ἀντιφωνοῦσα τῇ εὐχαριστίᾳ λέγει ἡ νύμφη· αὐτός μοι τὴν εὐωδίαν ἔδωκας τῶν μαρτύρων. ἡ νάρδος γὰρ ἔδωκεν ὀσμὴν αὐτοῦ· ὅπερ ἐστὶ, τὸ σὸν μαρτύριον καὶ ἡ σὴ εὐωδία προετρέψατο τοὺς μάρτυρας ὑπὲρ τοῦ παθεῖν· ἐπειδήπερ καὶ σὺ ἔπαθες ὑπὲρ ἡμῶν. ἀπὸ δὲ τῆς ἀκολουθίας γινωσκέτω πᾶς τις τῶν λόγων τὴν ἁρμονίαν.

κς'. Απόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί.

Εὐθὺς ὑπομιμνήσκει τὸ αἷμα καὶ τὸ ὕδωρ τὸ στάξαν ἐν τῷ πάθει ἐκ πλευρᾶς τοῦ Ιησοῦ. ἀπόδεσμος τῆς στακτῆς ἀδελφιδός μου ἐμοί· ὅπερ ἐστὶν, ἐκ τοῦ στάξαντος ὕδατος [8] καὶ αἵματος καὶ πνεύματος [9] τοῦ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ αὐτὸς γέγονέ μοι νυμφίος, κἀγὼ αὐ-

A XXII. *Collum tuum sicut monile.*

Mirum est intelligere, quam bene ipsa se tueatur cohærentia sensuum spiritualium, qui heic exponuntur. Cum enim turturi propter feritatem gentiles assimilet, non tacitos prætermittit fideles ex Judæis collectos. Postquam enim dixisset, *Genæ tuæ*, subdit: *Collum tuum sicut monile*; ut indicet etiam eos qui ex Judæis crediderunt: in memoriam revocans [a] Judæ monile quod Thamar datum fuit. [b] *Manifestum enim est, quod ex Juda ortus est Dominus noster Jesus Christus* secundum Apostolum. Deinde generationem ejus (*sponsæ*) cum enarraverit, & ornatum quem illi donat sponsus, subdunt Apostoli:

B XXIII. *Similitudines auri faciemus tibi cum stigmatibus argenti.* ℣. 11.

Similitudines auri non alias esse arbitror quam sanctos martyres; quandoquidem igne probati splendidiorem exhibuerunt fidem; ait enim scriptura: [c] *Tamquam aurum in fornace conflatos probavit eos, & sicut holocaustum sacrificii suscepit eos.* Ut autem ex iis quæ sequuntur, demonstretur sermonem esse de martyribus, vide quod subdit: *cum stigmatibus argenti*. Stigmata enim manifesto sunt verbera & tormenta eorum qui pro Christo passi sunt: quemadmodum testatur Paullus dicens: [d] *Ego enim stigmata Domini nostri Jesu Christi in corpore meo porto.* Sequitur autem oratio dicens:

C XXIV. *Quoad usque rex in recubitu suo.* ℣. 12.

Ut dicat: usque ad regenerationem per convivium (*cælestium*) nuptiarum. Usque tunc hæ argenti similitudines congregantur: hoc est, qui pro fide patiuntur non solum persequutionum tempore per tormenta, sed etiam pacis tempore per angustam & arctam viam currendo, & actionibus suis martyres imitando. Deinde vicissim sponsa respondet, & dicit sponso:

XXV. *Nardus mea dedit odorem suum.*

Dum ipse sponsus loquitur de martyribus, gratias illi agens sponsa respondet, & ait: *Nardus mea dedit odorem suum*: hoc est, hæc bona tu delibasti; nam per nardum, alabastrum unD guenti commemorat, de quo Dominus dicit: [e] *Sinite, nec molesti sitis mulieri; bonum enim opus operata est in me*; & quæ deinceps. Sponsa igitur veluti cum gratiarum actione respondens ait: Ipse mihi dedisti odorem martyrum. *Nardus enim dedit odorem suum*; hoc est, tuum martyrium & odor tuus cohortatus est martyres, ut pro te paterentur, quandoquidem tu quoque pro nobis es passus. Ex iis vero quæ sequuntur, quisque intelligere poterit totius orationis connexionem.

XXVI. *Fasciculus guttæ fratruelis meus mibi.* ℣. 13.

Statim commemorat sanguinem & aquam, quæ in passione e latere Jesu manarunt. *Fasciculus guttæ fratruelis meus mibi*: hoc est, ex aqua & sangui-E ne & spiritu quæ ex ejus latere profluxerunt, ipse factus est meus sponsus, & ego ejus sponsa. Et

a Gen. XXXVIII. 18. *b* Hebr. VII. 14. *c* Sap. III. 6. *d* Gal. VI. 17. *e* Matth. XXVI. 10.

1. Ita codex Alexandr. quem plerumque videtur auctor sequi. Edit. Vat. ὁρμίσκοι.

2. Sic emendavi, ut habet codex Vallic. ceteri codd. τρυγόνος.

3. Nominativus absolutus; neque idcirco hic locus sollicitandus.

4. Τεθλιμμένην. Salutatus legisse videtur τετελειωμένην; vertit enim *perfectam viam*.

5. Ex Vallicell. restitui ταῖς. Barb. habet καὶ ταῦτα πράξεσι.

6. Τουτέστι Heic in meo, & Barb. incipit hujus versus explanatio, omissis superioribus quæ supplevi ex codice Vallicellano, eaque agnoscit vetus interpres.

7. Lego τὸν ἀλάβαστρον λέγει τοῦ μύρου· περὶ οὗ ὁ κύριος· ἄφετε κ. τ. λ.

8. Non *ex aqua vel sanguine*, ut vet. interpr. sed *ex aqua & sanguine*.

9. Addidi καὶ πνεύματος ex Cat. Meursii p. 20. Et sane paullo post sequitur πνεύματι δὲ. Cum autem verba καὶ πνεύματος desint etiam in vetere interprete, suspicari quis possit illius Catenæ auctorem codice quo usus est idem vetus interpres, codicibus etiam quos in emaculando meo codice adhibui, esse antiquiorem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

τοῦ νύμφη. αἵματι μὲν τῷ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ ἀγοραζομένη αὐτῷ καὶ συναπτομένη [1] · ὕδατι δὲ τῷ ἀπὸ σαρκῶν αὐτοῦ βαπτιζομένη αὐτῷ · πνεύματι [2] δὲ τῷ ἀπὸ Θεότητος αὐτοῦ συγκεκλινομένη αὐτῷ καὶ τελειουμένη.

κζ'. Ανὰ μέσον τῶν μαστῶν μου αὐλισθήσεται.

Οπερ [3] ἐστὶν, ἀνὰ μέσον τῶν δύο διαθηκῶν ἡ περὶ τῶν μυστηρίων τούτων μαρτυρία αὐλίζεται [4] · τῆς μὲν παλαιᾶς ἐν Ησαΐᾳ λεγούσης · ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη · τῆς δὲ καινῆς διὰ Φιλίππου τοῦτο εἰς Χριστὸν τῷ εὐνούχῳ ἑρμηνευούσης.

κη'. Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδός μου ἐμοί.

Βότρυν Κύπρου τὸν ἀνθρώπινον [5] οἶμαι χαρακτῆρα τοῦ μονογενοῦς υἱοῦ καὶ Θεοῦ ὀνομάζει.

κθ'. Εν ἀμπελῶσιν ἐνγαδδί.

Γαδδὶ ἑρμηνεύεται ἐπίτευγμα [6]. καθάπερ γὰρ ὁ βότρυς, ὅταν κυπρίζει, ἐπιτερπὴς γίνεται τοῖς ὁρῶσιν · οὕτω [7] καὶ οἱ εἰς τὸν Χριστὸν πιστεύοντες, ἀρχὴν τῆς πίστεως λαμβάνοντες, οὔπω δὲ πέπειρον τὸν καρπὸν ἔχοντες, τῷ κυπρίζοντι ἀπεικάζονται βότρυϊ. ὅτι δὲ ἐπιτυγχάνοντές εἰσιν οὗτοι οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύοντες εἰς Χριστὸν, μαρτυρήσει μοι Παῦλος ὁ ἀπόστολος λέγων · ἡ ἐκλογὴ ἐπέτυχεν · ὅπερ ἐστὶν, οἱ ἀπὸ τῶν ἐθνῶν καὶ ἐξ Ιουδαίων ἐκλελεγμένοι. ἐπειδὴ γὰρ ὁ νυμφίος ἐν αὐτοῖς τοῖς βαπτιζομένοις μορφοῦται [8], διὰ τοῦτο ἡ νύμφη αὐτὸν ἐπαινοῦσα λέγει · Βότρυς τῆς Κύπρου ἀδελφιδὸς ἐμοὶ ἐν ἀμπελῶσιν · ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἐνγαδδί · ἐν ταῖς ἐπιτυχούσαις τῆς μεγάλης ταύτης δωρεᾶς. εἶτα πάλιν ἀνταμειβόμενος αὐτῇ [9] τοὺς ἐπαίνους, καὶ ἐπιτερπόμενος τῷ πνευματικῷ αὐτῆς, ὃ αὐτῇ [10] αὐτὸς ἐχαρίσατο, κάλλει, ταῦτα αὐτῇ φάσκει [11].

λ'. Ιδοὺ ἡ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ ἡ [12] καλή.

Διπλοῖ αὐτῆς τῷ ἐπαίνῳ τὸ κάλλος, διὸ εἰπών [13] · ἰδοὺ ἡ καλὴ ἡ πλησίον μου, ἰδοὺ ἡ καλή · ἵνα εἴπῃ αὐτὴν οὐ μόνον ἔσωθεν καλὴν, ἀλλὰ καὶ ἔξωθεν. ἔσωθεν μὲν τοῖς νοήμασιν τῆς πίστεως τοῖς [14] ἀπὸ καρδίας, ἔξωθεν δὲ τῇ τῶν ὀφθαλμῶν δικαιοσύνῃ, καὶ τῇ τοῦ περιπάτου καταστάσει, καὶ πάσῃ τῇ εὐρύθμῳ τῶν τῆς σεμνότητος μελῶν πράξει. ὅτι δὲ ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ, βλέπε τὸ ἐπαγόμενον · τὴν γὰρ σεμνότητα τῶν ὀφθαλμῶν αὐτῆς ἐπαινῶν καὶ τὸ ἀκέραιον [15], ἐπιφέρει ·

λα'. Οφθαλμοί σου περιστερᾶς [16].

Περιστερᾶς · οὐχ ἁπλῶς ταύτης αἰσθητῆς [17], ἀλλ' ἐκείνου τοῦ ἁγίου πνεύματος, τοῦ κατεληλυθότος ἐν εἴδει περιστερᾶς ἐπ' αὐτόν. τὸ ὀξυδερκὲς γὰρ τῶν νοημάτων καὶ τῶν προφητικῶν φρονημάτων ἐκείνῃ τῇ πνευματικῇ ἀπεικάζει περιστερᾷ. εἶτα πάλιν ἡ νύμφη πρὸς τὸν νυμφίον ·

λβ'. Ιδοὺ ὁ [18] καλὸς ἀδελφιδός μου, καί γε ὡραῖος. προκλίνη [19] ἡμῶν σύσκιος.

A sanguine quidem, qui ex ejus latere manavit, redemta & ipsi copulata sum: aqua vero quæ ex ejus carnibus manavit, ipsi baptizata; spiritu vero qui ex ejus divinitate proficiscitur, cum ipso coagmentata & perfecta.

xxvii. *In medio uberum meorum commorabitur*.

Hoc est, in medio duorum testamentorum commorabitur testimonium horum sacramentorum; inter Vetus nimirum, quo dicitur in Isaia: [a] *Tamquam ovis ad occisionem ductus est*; & inter Novum, quod [b] Eunucho locum illum Isaiæ per Philippum interpretatur de Christo.

xxviii. *Botrus Cypri fratruelis meus mihi*. ỳ.14.

Botrum Cypri appellat, opinor, characterem humanum Unigeniti Filii & Dei.

B xxix. *In vineis Engaddi*.

Gaddi interpretatur adeptio. Sicut enim botrus quando germinat, jucundus est intuentibus; sic qui credunt in Christum, initio fidei accepto, cum nondum maturum habeant fructum, botro germinanti assimilantur. Quod autem assequuti sunt hi qui ex gentibus in Christum crediderunt, testatur mihi Paullus Apostolus dicens: [c] *Electio consequuta est*; id est, qui ex gentibus & Judæis electi sunt. Quia vero sponsus formatur in eis qui baptizantur; idcirco sponsa ipsum laudans dicit: *Botrus Cypri fratruelis meus in vineis*, id est, in ecclesiis, *Engaddi*; id est, in iis quæ consequutæ sunt magnum hoc donum. Deinde C rursus vicissim illi laudes tribuens, & delectatus spirituali illa quam ei ipse dedit, pulcritudine, illi hæc ait:

xxx. *Ecce pulcra proxima mea, ecce pulcra*. ỳ.15

Laudando duplicat ejus pulcritudinem; propterea dicit, *Ecce pulcra proxima mea, ecce pulcra*; ut significet, eam non solum intrinsecus esse pulcram, sed etiam extrinsecus: intrinsecus quidem fidei sensibus ex corde proficiscentibus: extrinsecus vero oculorum innocentia & composito incessu, omnique gravi concinnoque motu membrorum. Quod autem hæc ita se habere intelligenda videantur, vide quod sequitur: honestatem enim oculorum ejus laudans & D puritatem, subjungit:

xxxi. *Oculi tui columbæ*.

Columbæ, non simpliciter hujus sensibilis, sed illius Spiritus sancti, qui descendit in columbæ forma super ipsum. Acumen enim intelligentiæ & propheticorum censuum spirituali illi columbæ assimilat. Deinde rursus sponsa ad sponsum:

xxxii. *Ecce pulcher fratruelis meus, & speciosus*. ỳ.16.
Cubile nostrum umbrosum.

a Isa. LIII. 7. b Act. VIII. 32. c Rom. XI. 7.

1. Συναπτομένη. Vet. interpres *coæquata*, quod est mendum codicis: scribendum *coaptata*. Bene hæc omnia reddit Salutatus, sed vocem ἀγοραζομένη vertit *comparata*. Puto melius *coemta*.

2. Vet. interpr. *Spiritu vero, quod divinitati ejus copulata sum & consummata dinoscor*. Sane totam hanc explanationem in sua versione obscuravit. Bene hæc omnia vertit Salutatus.

3. Vetus explanationis hujus versio, non plane intelligas quid sibi velit.

4. Vetus interpres, vel librarius per indiligentiam scripsit *commemorabitur*.

5. Bene Salutatus ἀνθρώπινον χαρακτῆρα vertit, seu potius exponit *humanitatem assumtam*. Nam, ut ait Nyssenus, ὁ τοῦ ἀνθρώπου χαρακτὴρ τὴν ἀνθρωπίνην ὑπόστασιν δείκνυσι, *hominis figura humanam substantiam refert*. tom. II. pag. 47.

6. Vallic. & Barb. ἐπίταγμα, quam lectionem habuit vetus interpres, qui vertit *præceptum*. Sed ἐπίτευγμα legendum esse probant illa, quæ leguntur inferius, ὅτι δὲ ἐπιτυγχάνοντές εἰσιν, & ἐν ταῖς ἐπιτυχούσαις τῆς μεγάλης ταύτης δωρεᾶς.

7. Καὶ abest a Barber. τὸν abest a Vallic.

8. Utitur loquutione D. Paulli ad *Galat*. IV. 19. ἄχρις οὗ μορφωθῇ Χριστὸς ἐν ὑμῖν, *donec Christus formetur in vobis*.

9. Sic legendum. Barber. & meus habent αὐτῆς.

10. Ita Barb., Sed Vallic. habet ὃ αὐτὸς αὐτῇ ἐχαρίσατο κάλλος.

11. Αὐτῇ φ. Vallic. ἀντιφάσκει.

12. Hanc lect. habuit vet. interpres. Vaticana utrobi- E que habet ἡ.

13. Lego εἶπεν.

14. Τοῖς ex Vallic. Et reposui loco τῆς, ut habet meus & Barb.

15. Sic: non ut codd. ἀκαίρεον.


16. Iidem codd. περιστερᾶς. Vaticana, ceteræque editt. habent περιστεραί. Sed ex interpretatione quæ sequitur, apparet Philonem legisse περιστερᾶς: idcirco eam lectionem retinui.

17. Vet. interp. *Columbæ si quidem non simpliciter sensibiles oculos dicit, sed Spiritus sancti*. Legendum *sensibilis*.

18. Sic legisse videtur vet. interpr. Vaticana pro ὁ exhibet ἡ.

19. Vatican. edit. πρὸς κλίνῃ. Complut. πρὸς κλίνην. Notanda hæc Philonis lectio. Eam sequuti sunt Origenes & S. Ambrosius, ut ad h. l. Cantic. notat Nobilius.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



A Καὶ αὐτὴ πάλιν ἀντιποιεῖται τὸ πολυπλάσιον τοῦ νυμφίου κάλλος. οὐ γὰρ μόνον εἶπε καλός· ἀλλὰ καί γε ὡραῖος· ὡραῖος [1] ἐν εὐαγγελίῳ, καλὸς ἐν προφήταις· καί γε ὡραῖος ἐν ἀποστόλοις, καλὸς ἐν τῇ τῶν προσκαίρων ἀγαθῶν ἐπικουρίᾳ [2]· καί γε ὡραῖος ἐν τῇ τῶν αἰωνίων ἀγαθῶν ἐπαγγελίᾳ. πρὸς κλίνη ἡμῶν σύσκιος. ὅταν γὰρ πρὸς θάνατον κλίνωμεν, τὸ λοιπὸν ἀπαλλαττόμενοι τοῦ παρόντος αἰῶνος, λοιπὸν [3] σὺ ἡμῶν σκιὰ, κατὰ τὸν λέγοντα· ἐν τοῖς μεταφρένοις αὐτοῦ ἐπισκιάσει σοι· καὶ ὑπὸ τὰς πτέρυγας αὐτοῦ ἐλπιεῖς. πρὸς σὲ γὰρ ἔχομεν τὴν καταφυγήν· σὺ ἡμῶν σκιὰ καὶ σκέπη. σὲ γὰρ ἔχοντες καταφυγὴν, λέγομεν τὸ ἐν Δαβὶδ εἰρημένον· ἐὰν γὰρ καὶ πορευθῶ ἐν μέσῳ σκιᾶς θανάτου, οὐ φοβήσομαι [4] κακὰ, ὅτι σὺ μετ' ἐμοῦ εἶ κύριε.

B λγ'. Δοκοὶ οἴκου [5] ἡμῶν, κέδροι.

Βλέπε πρὸς τὴν εἰρημένων [6] ἀκολουθίαν· ἰδοὺ ὁ καλὸς ἐν προφήταις. καί γε ὡραῖος ἐν ἀποστόλοις. λέγει γὰρ, δοκοὶ οἴκου ἡμῶν, κέδροι· ὅπερ ἐστὶ, δοκοὶ τῶν ἐκκλησιῶν, οἱ προφῆται. δίκαιος γάρ, φησιν, ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει· ὡσεὶ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται.

λδ'. Φατνώματα [7] ἡμῶν, κυπάρισσοι.

Ὅπερ ἐστὶν, οἱ ἀπόστολοι κατὰ τὸν Ἠσαΐαν, ὅς φησι· καὶ ἀντὶ τῆς στοιβῆς [8] ἀναβήσεται κυπάρισσος. ἐπειδὴ γὰρ [9] αἱ δοκοὶ τῶν φατνωμάτων εἰσὶν ἐσώτεραι, καὶ ὑπὸ τῶν φατνωμάτων αἱ δοκοὶ καλύπτονται· τερπνότης δὲ τοῦ οἴκου τὰ φατνώματα· διὰ τοῦτο πρῶτον τοὺς προφήτας δοκοῖς ἀπεικάζει· ἔπειτα διὰ τὸν περιφανῆ κόσμον τῆς ἐκκλησίας ἐκ τῶν ἀποστόλων αὐ- C τῇ γεγενημένον λέγει· φατνώματα ἡμῶν, κυπάρισσοι· ἵνα τὸ ἀποστολικὸν ἐκεῖνο προμηνυθῇ [10] τὸ λεγόμενον· ἔθετο κύριος ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρῶτον ἀποστόλους, δεύτερον προφήτας. προλάμπουσι γὰρ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν προφητῶν οἱ ἀπόστολοι· ἐπειδήπερ δι' αὐτῶν ἐκλήθη ἡ καλὴ τοῦ Χριστοῦ νύμφη· ἥτις καὶ ἀκολουθοῦσα λέγει·

Et ipsa vicissim respondendo laudat multiplicem sponsi pulcritudinem. Non enim solum dixit *pulcher*, sed & *speciosus*. Speciosus in Evangelio, pulcher in Prophetis. Et speciosus quidem in Apostolis; pulcher temporalibus bonis adjuvando, & speciosus æterna bona promittendo. *Cubile nostrum umbrosum*: cum enim ad mortem inclinamus, liberati deinceps a præsenti sæculo, jam tu nostra umbra, secundum eum qui ait: [a] *Scapulis suis obumbrabit tibi, & sub pennis ejus sperabis*. Ad te enim perfugium habemus; tu nostra umbra & tegumen: te enim habentes refugium, dicimus illud David: [b] *Nam etsi ambulavero in medio umbræ mortis, non timebo mala, quoniam tu mecum es Domine*.

XXXIII. *Tigna nostra cedri*.

Vide connexionem cum iis quæ dicta sunt: ecce pulcher in Prophetis: sed & speciosus in Apostolis; ait enim: *Tigna domus nostræ, cedri*: hoc est, Tigna ecclesiarum, Prophetæ: [c] *Justus enim*, ait scriptura, *ut palma florebit; sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur*.

XXXIV. *Laquearia nostra, cupressi*. ỳ.17.

Id est, Apostoli juxta Isaiam qui dicit: [d] *Et pro flœba surget cupressus*. Quandoquidem enim tigna interius sunt, & laquearibus tigna occultantur; laquearia autem domum jucundam efficiunt; propterea primum Prophetas tignis assimilat, deinde propter illustre ornamentum ecclesiæ quod ab Apostolis proficiscitur, ait: *Laquearia nostra, cupressi*: ut apostolicum illud præmonstretur, dicens: [e] *Posuit Dominus in ecclesia primum Apostolos, secundo Prophetas*. Præfulgent enim Prophetis Apostoli; quandoquidem propter eos appellata est pulcra Christi sponsa, quæ & insequendo ait:

ΚΕΦ. β'.

λε'. Ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, καὶ [11] κρίνον τῶν κοιλάδων.

Ὥσπερ χαριεντιζομένη πρὸς τὸν ἑαυτῆς νυμφίον ἐν τοῖς αὐτοῖς [12] διατρίβουσα, ἀκολούθως ἑαυτὴν ἄν- D θος λέγει τοῦ πεδίου, ὅτι τὰ προφητικὰ μελετῶσα ἀκούει παρὰ Ἠσαΐου· εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα· ἀγαλλιάσθω ἡ ἔρημος, καὶ ἀνθείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει ἔρημος ἡ παλαιά. ἀλλὰ νῦν οὐ μόνον τοῖς ἄνθεσιν εὐωδιάζει, ἀλλὰ καὶ τοῖς [13] τῆς δικαιοσύνης καρποῖς τὴν γλυκύτητα πολυπλασιάζει. ὅτε οὖν λέγει· ἐγὼ ἄνθος τοῦ πεδίου, τὰ προφητικὰ διαλαμβάνει. ὅτε δὲ πάλιν, καὶ κρίνον τῶν κοιλάδων· τοῖς εὐαγγελικοῖς ἐπιτέρπεται σωτηριώδεσι, καὶ εὐόδμοις ῥήμασι τοῦ ἰδίου νυμφίου, ὅτι τὸ ἀμέριμνον τοῖς αὐτοῦ μαθηταῖς εὐτρεπίζει καὶ αὐτὸς λέγων· καταμάθετε τὰ κρίνα τοῦ ἀγροῦ πῶς αὐξάνει, ὅτι οὐ κοπιᾷ, οὔτε νήθει. ὅταν οὖν ἑαυτὴν κρίνον τῶν κοιλάδων λέγει, τῶν εὐαγγελικῶν δογμάτων

CAP. II.

XXXV. *Ego flos campi & lilium convallium*. ỳ. 1.

Tamquam blandiendo suo ipsius sponso in iisdem immoratur; convenienter ipsa se florem campi appellat, quia cum meditata sit prophetica vaticinia, audit ab Isaia: [f] *Lætare deserta sitiens: exsultet deserta: & floreat ut lilium: & efflorebit deserta antiqua*. Sed nunc non solum floribus suave olet, sed & justitiæ fructibus dulcedinem multiplicat. Cum igitur dicit: *Ego flos campi*, vaticinia edisserit; cum autem rursus dicit: *& lilium convallium*, evangelicis salutiferisque & suavibus dictis delectatur sui sponsi, quando discipulos suos hortatur, ut nihil soliciti sint, dicens: [g] *Considerate lilia agri, quomodo adolescunt, quod neque laborant neque nent*. Cum igitur se ipsam *lilium convallium* appellat, evangelica præcepta commemorat: cum

a Psalm. XC. 4. b Psalm. XXII. 4. c Psalm. XCI. 13. d Isa. LV. 13. e I. Cor. XII. 28. f Isa. XXXV. 1. g Matth. VI. 28.

1. Iterum, sic postulante sententia, ponenda vox ὡραῖος, quam librarius omisit propter antecedentem eamdem vocem.

2. Salutatus, qui vertit *in custodia*, legisse videtur ἐποικουρίᾳ.

3. *Tu deinceps nostra umbra* (verba sunt sponsæ ad sponsum) *secundum eum qui ait &c.* Non facile intelligas quid sibi voluerit vetus interpres, qui vertit: *jam tum nostra umbra magis enascitur ex intelligibili igne secundum Prophetam*: Scapulis suis obumbrabit, cet.

4. Vallic. φοβήσομαι. Meus & Barber. φοβηθήσομαι.

5. Vatic. δοκοὶ οἴκων ἡμῶν κέδροι: quam lect. habuit vet. interpr. *Tigna domuum nostrarum*.

6. Sic legendum. Male Barb. Vallic. & meus εἰρημένην.

7. Male interpres vertit: *Trabes*. Incondita autem & E absurda hujus loci tota ejus versio, ut ad eam intelligendam inanem operam sumas. Ait enim: *Quoniam igitur tigna a trabibus interius componuntur atque celantur, pulcritudo vero domus trabibus indicatur; propterea* cet.

8. Vetus interpres vertit: *pro constipatione orietur cyparissus*. Locus est *Isaiæ* LV. 13. ad quem locum adnotavit Nobilius. *Stœba, hoc est, vilissimo stipite juxta D. Hieronymum*. Ceterum στοιβὴ herbarum frondes sunt, quibus tori & culcitræ farciuntur & stipantur.

9. Γὰρ ex cod. Vallic.


10. Barb. & meus προμηνυθέν.

11. Vatic. non habet καὶ, neque est in variis lectionibus edit. Lamb. Bosii.

12. Vallic. ἐνδιατρίβουσα.

13. Sic legendum: male Barb. & meus τοὺς καρπούς.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.



μνημονεύει· ὅταν δὲ, ἄνθος τῆ πεδίε, τῶν προφητικῶν μηνυμάτων τὲς χαρακτῆρας ὑποσημαίνει, εἶτα ἀποκρίνεται πρὸς αὐτὴν ὁ νυμφίος λέγων πρὸς ἃ εἶπε·

λϛʹ. Ὡς κρίνον ἐν μέσῳ ἀκανθῶν, ὅτως ἡ πλησίον με ἀναμέσον τῶν θυγατέρων.

Ἵνα αὐτὴν εἴπῃ δικαίαν ἀναμέσον ἀδίκων, εὐσεβῆ ἐν μέσῳ ἀσεβῶν, ἐν τῷδε τῷ κόσμῳ ἀναστρεφομένην, πρὸς ἣν φησι καὶ ὁ ἀπόστολος· ἵνα γένησθε τέκνα Θεῦ ἀμώμητα ἐν μέσῳ γενεᾶς σκολιᾶς καὶ διεστραμμένης. εἶτα ἡ νύμφη πάλιν πρὸς τὸν αὐτῆς νυμφίον·

λζʹ. Ὡς μῆλον [1] ἐν τοῖς ξύλοις τῆ δρυμῆ, ὅτως ἀδελφιδός με ἀναμέσον τῶν υἱῶν.

Τὸ μῆλον ἐν τῷ αὐτῷ καὶ βρῶσιν ἔχει καὶ πόσιν. ἵνα γοῦν τὴν μυστικὴν εἴπῃ εὐφροσύνην, ἥνπερ αὐτῇ δέδωκεν ὁ νυμφίος λέγων· λάβετε, φάγετε· τῦτό μυ ἐστὶ τὸ σῶμα· καὶ λάβετε, πίετε· τῦτό ἐστι τὸ αἷμά μυ, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· διὰ τῦτο, οἶμαι, ὡς μῆλον λέγει. τρία γὰρ ἀγαθὰ τὸ μῆλον ἔχει· βρῶσιν, δι' ἧς ὑποσημαίνει τὸ Χριστοῦ σῶμα· καὶ πόσιν, δι' ἧς ὑποσημαίνει τὸ σωτήριον αἷμα· καὶ εὐωδίαν, ἥτις [2] χαρακτηρίζει τὴν πίστιν. καὶ πάλιν μήλῳ ἀπεικάζει τὸν ἀνθρώπινον τῦ λόγου χαρακτῆρα [3] ἐν ξύλοις ὄντα· προθεμένη αὐτὸν ἐπὶ τῦ ξύλυ τῦ σαυρῦ, οἷα μῆλον, εὐωδιάζοντα. καὶ φησὶν, ὡς μῆλον ἐν τοῖς ξύλοις τοῦ δρυμῦ, ὅτως ἀδελφιδός μου ἀναμέσον τῶν υἱῶν· ὅπερ ἐστὶν, ἀναμέσον τῶν Ιυδαίων. υἱὲς γὰρ αὐτοὺς ἐν Ησαΐᾳ καλεῖ λέγων· υἱὲς ἐγέννησα, καὶ ὕψωσα· αὐτοὶ δέ με ἠθέτησαν. εἶτα φησίν·

λη'. Ἐν τῇ σκιᾷ αὐτῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθησα.

Ἐπιθυμεῖ γὰρ καὶ τὸν νόμον τελεῖν ἡ ἐκκλησία. σκιὰ γὰρ τοῦ μονογενοῦς ὁ νόμος, καὶ τῦτον ἐπιθυμεῖ πᾶσα εὐσεβῶν ψυχὴ, ταῖς διαταγαῖς αὐτῦ ἐπιτερπομένη ταῖς κωλυτικαῖς τῶν ἁμαρτημάτων· τὸ, οὐ μοιχεύσεις, ὐ φονεύσεις, ὐ κλέψεις, ὐ ψευδομαρτυρήσεις, τίμα τὸν πατέρα συ καὶ τὴν μητέρα, καὶ τὰς ἄλλας λοιπὰς ἐντολάς. ἐν ταύταις ταῖς σκιαῖς ἐπιθυμῦσιν αἱ τῶν εὐσεβῶν ψυχαὶ ταῖς τῶν ἁμαρτημάτων κωλυτικαῖς. διὸ λέγει ἡ ἐκκλησία· ἐν τῇ σκιᾷ αὐτῦ ἐπεθύμησα, καὶ ἐκάθησα. σκιὰν γὰρ εἶχεν ὁ νόμος τῶν μελλόντων ἀγαθῶν κατὰ τὸν θειότατον ἀπόστολον. διὸ εὐθὺς λέγει·

λθʹ. Καὶ καρπὸς αὐτῦ γλυκὺς ἐν λάρυγγί μυ.

Οἱ γὰρ ὑπὸ τὴν σκιὰν τῦ νόμυ καθεζόμενοι, δῆλον ὡς καὶ τῦ εὐαγγελικῦ καρπῦ τὴν σωτηριώδη εὐωχίαν μεταλαμβάνυσι. εἶτα λοιπὸν περὶ τῦ νόμυ εἰπῦσα, εἴς τε τὴν τελείωσιν ἥνπερ ἔλαβεν ἐκ τῦ νόμυ, εἰσελθεῖν θέλυσα, λέγει τοῖς ἀποστόλοις·

μʹ. Εἰσάγετέ με εἰς οἶκον τοῦ οἴνου [4].

Εἰς τὸ τῦ κυρίυ σῶμα. συγκεράσατέ με [5], φησὶ, αὐτῷ διὰ τῦ λυτρῦ τῆς παλιγγενεσίας.

μαʹ. Τάξατε ἐπ' ἐμὲ ἀγάπην.

Δότε μοι τὴν ἀγάπην τὴν τῦ ἐπυρανίυ [6] πατρὸς, ἣν ὁ μονογενὴς λέγει· ὅτως ἠγάπησεν ὁ Θεὸς τὸν κόσμον, ὥστε τὸν υἱὸν αὐτῦ τὸν μονογενῆ ἔδωκεν, ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς αὐτὸν μὴ ἀπόληται, ἀλλ' ἔχῃ ζωὴν αἰώνιον.

μβʹ. Στηρίσατέ [7] με ἐν μύροις.

Ἐν πᾶσι τοῖς θείοις τοῦ Χριστοῦ λογίοις.

μγʹ. Στοιβάσατέ με ἐν μήλοις.

Θάψατέ με ἐν τῷ ἀριθμῷ τῶν δικαίων.

μδʹ. Ὅτι τετρωμένη ἀγάπης ἐγώ.

A vero dicit *flos campi*, propheticorum vaticiniorum characteres subindicat. Deinde ei respondet sponsus, dicens ad ea quæ loquuta est:

XXXVI. *Ut lilium in medio spinarum, ita proxima* ℣. 2.
mea in medio filiarum.

Id vult, illam justam esse in medio injustorum; piam in medio impiorum versari in hoc mundo: cui dicit Apostolus: [a] *Ut sitis filii Dei irreprehensibiles in medio generationis pravæ & perversæ*. Deinde viceissim sponsa ad suum sponsum:

XXXVII. *Ut malum in lignis silvæ, sic fratruelis* ℣. 3.
meus in medio filiorum.

Malum in se ipso cibum & potum continet. Ut igitur significet mysticam lætitiam quam illi peperit
B sponsus dicens: [b] *Accipite, manducate; hoc est corpus meum*: &, *Accipite, bibite; hic est sanguis meus qui pro vobis effudentur in remissionem peccatorum*: Idcirco dicit, *sicut malum*. Tria enim bona malum continet; cibum, quo significat corpus Christi; potum, quo significat salutarem sanguinem; & odoris suavitatem, per quam exprimit fidem. Et rursus malo comparat humanitatem Verbi assumtam, quæ est inter ligna, proponens ipsum in ligno crucis suaviter olentem, tamquam malum. Et ait: *Ut malum inter ligna silvæ, sic fratruelis meus in medio filiorum*; id est, in medio Judæorum. Ipsos enim filios appellat in Isaia dicens: [c] *Filios genui & exaltavi; ipsi vero spreverunt me*. Deinde dicit:

C

XXXVIII. *In umbra ipsius concupivi & consedi.*

Desiderat enim etiam legem perficere ecclesia. Umbra enim Unigeniti est lex; & hanc desiderat quævis piorum anima, ipsius delectata præceptis quæ peccata prohibent: [d] *Non mœchaberis, non occides, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum, & matrem*, & cetera mandata. In his umbris quæ peccata vetant, animæ justorum concupiscunt. Propterea dicit ecclesia: *In umbra ejus concupivi & consedi*. * [e] *Umbram enim habet lex futurorum bonorum*, juxta divinissimum Apostolum. Idcirco statim dicit:

D

XXXIX. *Et fructus ejus dulcis in faucibus meis.*

Qui enim sub legis umbra confident, manifestum est eos etiam salutaris convivii in quo evangelici fructus apponuntur, esse participes. Deinde de lege loquens, & ad eam perfectionem venire volens quam accepit a lege, dicit Apostolis:

XL. *Introducite me in domum vini.* ℣. 4.

In Domini *scilicet* corpus: commiscete me, inquit, cum ipso per lavacrum regenerationis.

XLI. *Ordinate in me caritatem.*

Date mihi dilectionem Patris cælestis, de qua Unigenitus loquitur: [f] *Sic Deus dilexit mundum, ut Filium suum Unigenitum daret; ut omnis qui credit in illum, non pereat, sed habeat vitam æternam.*

E

XLII. *Confirmate me in unguentis.* ℣. 5.

In omnibus Christi divinis eloquiis.

XLIII. *Stipate me in malis.*

Sepelite me in numero justorum.

XLIV. *Quia vulnerata sum caritate.*

a Philipp. II. 15. *b* Matth. XXVI. 26-28. *c* Isa. I. 2. *d* Exod. XX. 12-16. *e* Heb. X. 1. *f* Joan. III. 16.

1. Nescio cur vet. interpr. reddiderit: *Sicut arbor mali in medio silvæ*. Tota vero explicatio hæc in ea versione est implexa, & quædam etiam habet, quæ sensu carent, ut illa: *Arbor ergo mali est homo, Christi domus inter ligna silvæ, sic in medio Judæorum exsistens, sicut de ipsis dicit Isaias*, cet.
2. Emendandum δι' ἧς, ut habent codex meus & Barb.
3. Vide supra Notam ad vers. κη'. XXVIII.
4. Vet. interpr. *in domum vineæ*. Fortasse sequutus est lect. Symmachi εἰς τὸν οἰνῶνα, *in cellam vinariam*, eamque idem interpr. putavit appellari posse *domum vineæ*.
5. Vet. interpres quid intelligat nescio, qui vertit: *coaptate me ei per lavacrum cet.* Salutatus bene vertit, *commiscete me*.
6. Vet. interpr. *caritatem unigeniti Filii*: minus bene. Sane de Patris caritate in mundum loquitur Apostolus.
7. Salutatus vertit: *Servate me*: qui propterea legisse videtur τηρήσατε.

Διὰ τῶν ἁγίων μαρτύρων· δι᾽ ὧν, ἀγαπήσασα [1] αὐτὸν Χριστὸν ἐτρώθην [2], τὸν ὑπὲρ αὐτοῦ δεξαμένη θάνατον.

με΄. Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου· καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.

Εὐώνυμος μὲν παρόντα βίον ἀπεικάζει, ὡς οἶμαι· δεξιὰ δὲ τὸν μέλλοντα, τὸν ἀένναον βίον [3] τῶν εὐσεβῶν. μῆκος γὰρ βίου, φησὶ, καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα. ἐνθάδε γὰρ ἀνυστέρητα τὰ ἀγαθὰ ἡ ἐπουράνιος παρέχει σοφία τῇ ἐκκλησίᾳ, κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· κύριος οὐχ ὑστερήσει τὰ ἀγαθὰ τοὺς πορευομένους ἐν ἀκακίᾳ. καὶ ἐν τῷ [4] μέλλοντι αἰῶνι μῆκος βίου, τοὺς μακροὺς αἰῶνας· καὶ τὰ ἀφραστήρια τῶν ἁγίων ἐπαγγελμάτων ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς ἡ σοφία ἔχουσα, παρέχει, ἐν οἷς κατὰ τὸ εὐαγγέλιον τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ ἐκ δεξιῶν λέγει· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν πρὸ καταβολῆς κόσμου. οὕτως καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με· ὅταν με στήσῃ ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ προβάτων δίκην ὁ καλὸς ποιμὴν εἰς τὰς τοῦ παραδείσου νομὰς αὐλίζων.

μϛ΄. Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς [5] ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως οὗ θελήσῃ.

Θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων λέγει προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων, ἐκείνας ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ ὁρκίζει ἐν τοῖς θεοσημείοις, οἷς ἐποίησεν ἐν τῷ κόσμῳ ἡ τοῦ μονογενοῦς δύναμις. ἀγρὸς γὰρ ὁ κόσμος, ὥς φησιν ὁ κύριος· ἵνα ἐξεγείρωσι τὸν πόθον τοῦ νυμφίου πρὸς αὐτήν· ὅτε μὲν πρεσβείας εἰσφέροντες ὑπὲρ αὐτῆς· ὅτε δὲ καὶ τὰ ἀρεστὰ αὐτῷ πρὸς αὐτὴν διατιθέμενοι. διὸ σαφῶς ἐπιλέγει· ἕως οὗ θελήσῃ.

μζ΄. Φωνὴ τοῦ [6] ἀδελφιδοῦ μου.

Ἵνα, ἅπερ ἡ φωνὴ αὐτοῦ θέλει· τουτέστιν, ἅπερ προστάττει, ταῦτα μαθοῦσα, τῆς ἀγάπης αὐτοῦ ἐπιτύχῃ [7]· καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν εὐαγγελίοις λέγει· ὁ ἀγαπῶν με τὰς ἐντολάς μου φυλάξει.

μη΄. Ἰδοὺ οὗτος ἥκει πηδῶν ἐπὶ τὰ ὄρη, διαλλόμενος ἐπὶ τοὺς βουνούς.

Πηδᾷ γὰρ ἐπὶ τὰ ὄρη, τουτέστιν ἐπὶ τοὺς προφήτας· καὶ πάλιν ἐκεῖθεν ἅλλεται ἐπὶ τοὺς βουνοὺς, ὅπερ ἐστὶν ἐπὶ τοὺς ἀποστόλους· κατὰ γενεὰν γὰρ καὶ γενεὰν ἡ σοφία εἰς ψυχὰς ὁσίας ἀναβαίνουσα φίλους Θεοῦ καὶ προφήτας κατασκευάζει. ὅτι γὰρ ὄρεσιν ἀπεικάζονται οἱ προφῆται, καὶ βουνοῖς οἱ ἀπόστολοι, σαφῶς ἐν Ἡσαΐᾳ κεῖται ἡ προφητεία· ἔσται γάρ, φησιν, ἐν ταῖς ἐσχάταις ἡμέραις ἐμφανὲς τὸ ὄρος κυρίου, ἕτοιμον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων, ὅπερ ἐστὶν, ἐπὶ τὰ μέλη [8] τῶν προφητῶν, καὶ ὑψωθήσεται ὑπεράνω τῶν βουνῶν· ὅπερ ἐστὶν, ὑπεράνω τῶν ἀποστόλων. καὶ εἰκότως· καθάπερ γὰρ ἀνατέλλων ὁ ἥλιος πρῶτον ἐπὶ τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων καὶ βουνῶν τὰς φωτεινὰς ἐκτείνει στροφάλιγγας· οὕτω καὶ ὁ Χριστὸς, ὁ τῆς δικαιοσύνης ἥλιος, ἀστράψαι τὸ τῆς αὐτοῦ θεότητος φῶς ἠθέλησεν εἰς ὅλον τὸν κόσμον· πρῶτον καθάπερ ἐπὶ ὄρεσι καὶ βουνοῖς ἐν προφήταις καὶ ἀποστόλοις κατηύγασε τὸ φῶς, δι᾽ ὧν ἐκ τῆς οἰκουμένης τὸ σκότος ἀπήλασε τῆς ἀγνωσίας.

μθ΄. Ὁμοιός ἐστιν ὁ ἀδελφιδός μου τῇ δορκάδι, ἢ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ.

Δορκὰς ὀξυδερκές ἐστι ζῶον· διὸ καὶ φερωνύμως κέκληται δορκάς. καὶ νεβρὸς ἐλάφου. ἀναιρετικὸς γάρ ἐστι

Per sanctos *scilicet* martyres; per quos, cum Christum diligerem, vulnerata sum, morte pro eo suscepta.

XLV. *Læva ejus sub capite meo; & dextera illius amplexabitur me.*

Læva quidem præsentem vitam, ut arbitror, exprimit; *dextera* vero futuram & perpetuam sanctorum vitam. [a] *Longitudo enim dierum*, ait scriptura, *& anni vitæ in dextera ejus; in læva vero ejus divitiæ & gloria.* Ibi enim cælestis sapientia indeficientia bona tribuit ecclesiæ, juxta prophetam dicentem: [b] *Dominus non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia.* Et in futuro sæculo, sapientia longitudinem vitæ & longa sæcula dextera sua tenens, sanctarum promissionum gaudia præbet iis verbis, quæ juxta evangelium sponsæ suæ a dextris dicit: [c] *Venite benedicti Patris mei; percipite regnum quod paratum est vobis a constitutione mundi.* Ita *& dextra illius amplexabitur me*; cum a dextris suis quasi ovem me constituet bonus Pastor, qui in paradisi pascuis commoratur.

XLVI. *Adjuravi vos filiæ Hierusalem in virtutibus & viribus agri, si suscitetis & vigilare faciatis caritatem, donec velit.* v. 7.

Filias Hierusalem vocat animas sanctorum Prophetarum & Apostolorum. Illas adjurat *per virtutes & vires agri*; (nimirum per divina miracula, quæ in mundo Unigeniti virtus edidit: [d] *Ager enim est mundus*, ut ait Dominus;) ut excitent desiderium sponsi erga ipsam; modo pro ea preces adhibendo; modo, quæ ipsi placita sunt, in ea disponendo: propterea aperte subdit; *donec velit.*

XLVII. *Vox fratruelis mei.* v. 8.

Ut, quæ vox ejus voluerit, hoc est quæ jusserit, de iis certior facta, caritatem ejus consequatur: quemadmodum & ipse in evangeliis: [e] *Qui diligit me*, inquit, *mandata mea servabit.*

XLVIII. *Ecce ipse venit saliens super montes, transiliens colles.*

Salit enim *super montes*, hoc est super Prophetas: & rursus inde *transilit super colles*, id est Apostolos: per generationem & generationem sapientia super animas sanctas ascendens amicos Dei efficit & Prophetas. Quod vero montibus assimilentur Prophetæ, & Apostoli collibus, aperte habetur apud Isaiam prophetia: [f] *Erit enim*, inquit, *in ultimis diebus manifestus mons Domini paratus super vertices montium*, id est in canticis Prophetarum, *& exaltabitur supra colles*, hoc est super Apostolos. Et merito: quemadmodum enim sol oriens primum in montium & collium vertices lucidum extendit gyrum; ita Christus Sol justitiæ voluit, ut divinitatis suæ lumen toto coruscaret mundo. Primum veluti super montes & colles in Prophetis & Apostolis lumen illuxit, per quos ex omni terrarum orbe ignorantiæ dispulit tenebras.

XLIX. *Similis est fratruelis meus capreæ vel binnulo cervorum super montes Bætbel.* v. 9.

Caprea aucute cernens est animal: idcirco veritatem sui nominis ferens dorcas appellatur: & *bin-*

a Prov. III. 16. *b* Psalm. LXXXIII. 13. *c* Matth. XXV. 34. *d* Matth. XIII. 38. *e* Joan. XIV. 15. *f* Isa. II. 2.

1. Barbar. & meus ἠγάπησας male. Theat. ἠγάπησα. Scribendum ut edidi.
2. h. e. *per latus martyrum sauciata sum.*
3. Vallic. αἰῶνα.
4. Perturbatus videtur hic locus. Legendum putarem? καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι, μῆκος βίου, τοὺς μακροὺς αἰῶνας ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς ἡ σοφία ἔχουσα, καὶ ἀφραστήρια τῶν ἁγίων ἐπαγγελμάτων παρέχει, ἐν οἷς κ.τ.λ. Hanc lectionem in versione sequutus sum.
5. Ita cod. Alexandrinus habet hunc articulum ταῖς, qui abest a Vatic. edit.
6. Edit. Vat. non habet τοῦ.
7. Sic emendavi. Meus codex & Barb. & Vallic. habent ἐπιτύχοι.
8. Vallic. ἐπὶ τέλει, corrupte pro μέλη. Eam lectionem habuit vet. interpres, qui vertit *circa finem Prophetarum*. Barb. & meus μέλη, quam lectionem Salutatus agnoscit; ait enim *in canticis Prophetarum*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

τῶν ἰοβόλων θηρίων. ὄρη δὲ Βαιθὴλ τὰ ἐξοχώτατα τῶν δικαίων τάγματα ἐστίν· ἐπειδήπερ Βαιθὴλ οἶκος Θεοῦ ἑρμηνεύεται· οἶκοι δὲ Θεοῦ δῆλον ὅτι οἱ δίκαιοι διὰ τὸν εἰπόντα· ἐνοικήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἐμπεριπατήσω. καὶ πάλιν ὁ ἀπόστολος· Θεοῦ οἶκός ἐσμεν ἡμεῖς. ὁ οὖν ἀδελφιδὸς αὐτῆς, ὁ ταύτης νυμφίος Χριστὸς, ὁμοιοῦται μὲν δόρκωνι διὰ τὸ ὀξυδερκῶς κατοπτεύειν ἐπὶ τὰς τῶν ἀνθρώπων καρδίας, καθὼς λέγει· ἐγὼ κύριος ἐτάζων νεφροὺς καὶ δοκιμάζων καρδίας· εἴ τι [1] ποιήσει ἄνθρωπος ἐν κρυφαίοις, κἀγὼ οὐκ [2] ἐπόψομαι αὐτόν; διὸ ἀπεικάζει αὐτὸν ἡ νύμφη τῷ δόρκωνι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων. ἐπειδὴ τὰ εἰσπεμπόμενα τῆς κακίας ἐνθυμήματα ὑπὸ τοῦ πονηροῦ ταῖς τῶν δικαίων διανοίαις, ταῦτα ἐλάφου δίκην ἀνιμώμενος ὁ οὐράνιος λόγος, τέμνει διὰ τοῦ ὀξυτάτου ξίφους, ὅπερ ἔδωκεν αὐτοῖς, τοῦ τῆς εὐσεβείας λογισμοῦ. καλῶς οὖν ἀπεικάζεται νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη Βαιθήλ· τουτέστιν, ἐπὶ τὰ ἐξοχώτατα τῶν δικαίων τάγματα.

γ'. Ἰδοὺ αὐτὸς [3] ὀπίσω [4] τοῦ τοίχου ἡμῶν παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων.

Τοῖχον, ὃν τὴν [5] νύμφην λέγει· τὸν νόμον φησὶ, καθάπερ καὶ Παῦλος ὁ ἀπόστολος λέγει· καὶ τὸ μεσότοιχον τοῦ φραγμοῦ λύσας· τὴν ἔχθραν ἐν τῇ σαρκὶ αὐτοῦ, τὸν νόμον τῶν ἐντολῶν ἐν δόγμασι καταργήσας. παρακύπτων γὰρ ὀπίσω τοῦ νόμου ἦλθεν, καὶ διὰ τῶν θυρίδων, ὅπερ ἐστὶ, διὰ τῶν προφητῶν. πρῶτον γὰρ ἐν νόμῳ διὰ Μωϋσέως ἐκηρύχθη· ἔπειτα διὰ τῶν θυρίδων, ὡς εἰπεῖν, διὰ τῶν προφητῶν παρέκυψεν. ἀλλὰ καὶ ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

να'. Παρακύπτων διὰ τῶν θυρίδων, καὶ ἐκκύπτων διὰ τῶν δικτύων.

Θαυμάσιος ὁ [6] τῆς ἀκολουθίας, καὶ μάλιστα ταύτης, ῥυθμός. πρῶτον ὀπίσω τοῦ τοίχου· ἔπειτα ἀπὸ τοῦ τοίχου διὰ τῶν θυρίδων· εἶτα διὰ τῶν δικτύων. καὶ τὰ μὲν περὶ τοῦ τοίχου, ὅτι περὶ τοῦ νόμου λέγει, σαφῶς ἀποδέδεικται· ὅτι δὲ καὶ παρακύπτει διὰ τῶν θυρίδων, ὅπερ ἐστὶ, διὰ τῶν προφητῶν, λέλεκται. ὥσπερ γὰρ εἴ τις παρακύπτει καὶ πάλιν ἑαυτὸν ὑφέλκει· οὕτω διὰ τῶν προφητικῶν δογμάτων παρέκυπτε διὰ τοῦ Ἡσαΐου προφητευόμενος, διὰ τοῦ Ἱερεμίου κηρυττόμενος, διὰ τοῦ Δανιὴλ ἀποκαλυπτόμενος· ὥσπερ διὰ θυρίδων τῶν προφητῶν. ἐπὶ τῶν δικτύων δὲ, οὐκέτι λέγει παρακύπτων, ἀλλ' ἐκκύπτων. ὁ γὰρ παρακύπτων [7] ποτὲ μὲν ἑαυτὸν ἀποδεικνύει [8], ποτὲ δὲ ὑποχωρεῖ· ὁ δὲ ἐκκύπτων, ὅλον ἑαυτὸν ἐπιδίδωσι. ὥσπερ οὖν διὰ δικτύων, διὰ τῶν ἁγίων ἀποστόλων ὅλον ἑαυτὸν ἐνεφάνισε. καὶ γὰρ δι' αὐτῆς τῆς ὀνομασίας τῶν ἁλιευτικῶν ὀργάνων τὴν τῶν ἀποστόλων προφητεύει κλῆσιν, οἷς εἶπεν αὐτός· δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων· οἱ δὲ ἀφέντες τὰ δίκτυα ἠκολούθησαν αὐτῷ. ἡ τοίνυν ἀκολουθία τὸ λεχθὲν σαφὲς [9] ἀποδείξει· λέγει γάρ·

νβ'. Ἀποκρίνεται ἀδελφιδός μου, καὶ λέγει μοι· ἀνάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου, καλή μου, περιστερά μου.

Δι' αὐτῶν γὰρ τούτων τῶν ἁγίων ἀποστόλων καλέσας αὐτὴν, ἀνίστησιν ἀπὸ τοῦ πτώματος τῶν ἁμαρτημάτων, λέγων· ἀνάστα, ἐλθὲ καλή· ἅμα καὶ περιστερὰν καλῶν διά τε τὴν δωρεὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ δι' ἣν κελεύει ἔχειν αὐτὴν, ἀκεραιότητα.

nulus cervorum: veneficas enim bestias interficit. *Montes* autem *Bæthel* summos justorum significant ordines; quandoquidem *Bæthel* domus Dei interpretatur: domos enim Dei manifestum est esse justos: ait enim scriptura; [a] *Inhabitabo in vobis, & inambulabo*; et rursus Apostolus: [b] *Dei domus sumus nos*. Ejus igitur *fratruelis*, ejusdemque sponsus Christus assimilatur quidem capreæ, quod acutum in corda hominum cernat, quemadmodum ait: [c] *Ego Dominus scrutans renes, & probans corda.* [d] *Ecquid homo fecerit in occulto, & ego non videro?* Ipsum propterea sponsa capreæ assimilat vel hinnulo cervorum; immissas enim iniquas cogitationes in animos justorum a diabolo, instar cervi cæleste Verbum extractas acutissimo concidit gladio, quem illis tradidit; nimirum cogitatione pietatis. Concinne igitur assimilatur *hinnulo cervorum in montibus Bæthel*, hoc est super summos justorum ordines.

L. *Ecce ipse post parietem nostrum, prospiciens per fenestras.*

Parietem puto sponsam appellare legem, quemadmodum Paullus ait: [e] *Solvens medium maceriæ parietem: inimicitiam in carne sua, legem mandatorum decretis evacuans.* * *Prospiciens* enim venit post Legem, & per *fenestras*, id est, per Prophetas. Primum enim in lege per Moysem prædicatus est: deinde per *fenestras*, ut ita dicam, per Prophetas prospexit. Sed *& prominens prospicit per retia.*

LI. *Prospiciens per fenestras, & prominens prospicit per retia.*

Admirabilis est ordinis, hujus præsertim, concinnitas: primum *post parietem*: deinde de pariete *per fenestras*; postremo *per retia*. Et quoad *parietem* attinet, satis declaratum est, per illum intelligi legem. Quod autem prospicit *per fenestras*, dictum est id esse de Prophetis. Quemadmodum enim si quis prospiciat per fenestras se rursus subducit; sic per prophetica dogmata prospexit, cum per Isaiam prænuntiatus est, per Hieremiam prædicatus, revelatus per Danielem; tamquam per fenestras Prophetarum. Cum vero sermo est *de retibus*, non jam dicit *prospiciens*, sed *prominens inspicit*. Qui enim prospicit e fenestra modo se conspectum dat, modo se subducit: qui vero prominens prospicit, se ipsum totum ostendit. Tamquam igitur *per retia* se totum manifestavit per sanctos Apostolos. Etenim hoc ipso quod piscatoria nominat instrumenta, vocationem prædicit Apostolorum, quibus ipse dicit: [f] *Venite post me, faciam vos piscatores hominum: illi autem dimissis retibus sequuti sunt eum.* Quæ igitur sequuntur, manifeste quod diximus declarabunt; ait enim:

LII. *Respondet fratruelis meus, & dicit mihi: surge, veni proxima mea, pulcra mea, columba mea.* ✝.10.

Nam per hos ipsos sanctos Apostolos vocatam a peccatorum lapsu eam erigit dicens, *surge, veni pulcra*: & *columbam* simul eam vocat propter donum Spiritus sancti, & propter eam quam illi præcipit, simplicitatem.

a II. Cor. VI. 16. *b* Hebr. III. 6. *c* Jer. XVII. 10. *d* Jer. XXIII. 24. *e* Ephes. II. 14. *f* Marc. I. 17. 18.

1. Melius ἄν τις.
2. In Vallic. deest οὐκ & nota interrogationis. Memoriter, adeoque minus accurate citat locum Hieremiæ, cujus verba sunt, εἰ κρυβήσεταί τις ἐν κρυφαίοις, καὶ ἐγὼ οὐκ ὄψομαι αὐτόν;
3. Edit. Vat ἕστη.
4. Alex cod. & ed. Compl. ἕστηκεν ὀπίσω, quam lectionem habuisse videtur vet. interpr., qui vertit: *ecce hic stetit post parietem*
5. Locus corruptus Legendum τοῖχον οἶμαι τὴν νύμφην λέγειν τὸν νόμον· καθάπερ καὶ Παῦλος κ. τ. λ.
6. Barb. & meus διὰ τῆς.
7. Ὁ γὰρ παρακύπτων absunt a meo cod. & Vallic. quæ revocavi a cod. Barber. Ad hunc locum probe intelligendum constituenda est propria significatio verbi παρακύπτω. Aristoph. Εἰρήνη v. 981. Καὶ γὰρ ἐκεῖναι προκλίνασαι τῆς αὐλείας παρακύπτουσι, κἄν τις προσέχῃ τὸν νοῦν αὐταῖς, ἀναχωροῦσι. κᾆτ' ἢν ἀπίῃ, παρακύπτουσι. *Scholiast.* προκλίνασαι. παρανοίξασαι. *Nam illæ semiadapertis foribus prospectant, vel reclusis paullulum foribus vix prospectant.* Est enim παρακύπτειν, *e fenestra strictim adspicere*, quæ est Cicer. loquutio lib. I. de Orat. c. 35.
8. Vallic. ceteri codd. ἐπιδεικνύει.
9. Sic mss. omnes. Legendum tamen σαφῶς.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

νγʹ. Ὅτι ἰδοὺ ὁ χειμὼν παρῆλθεν.

Χειμῶνα οὖν τὸ σωτήριον πάθος καλεῖ, ἐν ᾧ χειμασθέντες οἱ Ἰουδαῖοι χαλεπὴν ὑπέστησαν ἀπώλειαν. ἤτοι, ἣν ἀπήλασεν ἀπ' αὐτῆς, εἰδωλολατρείαν. καθ' ἑκάτερα δὲ ὁ χειμὼν παρῆλθεν· οὔτε γὰρ ἔτι [1] θάνατον ἐκδέχεται [2], ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν παθὼν ὁ κύριος· ὡς καὶ ἅγιος ἀπόστολος εἶπε· [a] θάνατος αὐτοῦ οὐκ ἔτι κυριεύσει [3]· ὃ γὰρ ἀπέθανεν, ἀπέθανεν ἐφ' ἅπαξ τῇ ἁμαρτίᾳ· ὃ δὲ ζῇ, ζῇ τῷ Θεῷ. ὅτι δὲ [4] ὄντως χειμὼν τὸ πάθος; βλέπε χειμαζόμενον τὸν Πέτρον διὰ τὸν φόβον τῶν Ἰουδαίων· ἀλλὰ παρῆλθεν οὗτος. μετὰ γὰρ τὴν ἀνάστασιν εὐδία γέγονεν ἐν τῇ πληροφορίᾳ τῆς πίστεως τῆς τοῦ μονογενοῦς θεότητος· καὶ φησίν·

νδʹ. Ὁ ὑετὸς παρῆλθεν [5], ἐπορεύθη ἑαυτῷ.

Τοὺς πειρασμοὺς βροχαῖς παρεικάζει ὁ κύριος λέγων περὶ τῶν τεθεμελιωμένων ἐν τῇ πέτρᾳ δικαίων· [b] κατέβη ἡ βροχὴ, ἦλθον οἱ ποταμοὶ, ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, προσέκρουσαν τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, καὶ οὐκ ἔπεσεν· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν. ἵνα οὖν εἴπῃ· οἱ πειρασμοὶ [6] οἱ τοῦ πάθους παρῆλθον· ὁ χειμὼν, φησι, παρῆλθεν, ὁ ὑετὸς ἀπῆλθεν ἑαυτῷ.

νεʹ. Τὰ ἄνθη ὤφθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν [7].

Ὅπερ ἐστὶν, ἡ τῆς τῶν ἁγίων ἀποστόλων πίστεως εὐωδία.

νϛʹ. Καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακεν.

Τοῦ τέμνεσθαι [8] τὰ κλήματα καὶ καθαίρεσθαι ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων· ἅπερ ἐστὶ τέκνα τὰ εἰς ἐμὲ πιστεύοντα. ἀλλὰ καὶ καθ' ἕτερον τρόπον· καιρὸς τῆς τομῆς ἔφθακε, τοῦ νοητοῦ λέγω [9] θερισμοῦ, τοῦ [10] θερίζειν τὰ ἔθνη σίτου δίκην ἀπὸ τῶν γηΐνων ἐπιθυμημάτων, καὶ συγκομίζειν εἰς τὰς ἀποθήκας τῆς οὐρανίου βασιλείας.

νζʹ. Φωνὴ τρυγόνος [11] ἠκούσθη ἐν τῇ γῇ ἡμῶν.

Τὴν φωνὴν ταύτην οἶμαι τοῦ ἁγίου Παύλου· τρυγόνι γὰρ αὐτὸν παρεικάζει διὰ τὴν ἀγριότητα, ἣν πάλαι μὲν κατὰ τῶν ἐκκλησιῶν ἐποιεῖτο, διωγμοῖς καὶ φυλακαῖς τοὺς εἰς τὸν κύριον πιστεύοντας ἐλαύνων. ἀλλ' ἡ φωνὴ γέγονεν [12] ἐν τῇ γῇ ἡμῶν· ὅπερ ἐστὶν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. γέγραπται γὰρ, [c] γῆ θελητὴ [13] ὑμεῖς ἐστε· ἐπελάβετο γὰρ τοῦ κηρύγματος τῆς πίστεως, ἵνα τὸ γεγραμμένον εἰς αὐτὸν πληρωθῇ· [d] ὅτι στρουθίον εὗρεν ἑαυτῷ οἰκίαν, καὶ τρυγὼν νοσσιὰν ἑαυτῇ, οὗ θήσει τὰ νοσσία ἑαυτῆς, τουτέστι, τὰ δι' αὐτοῦ πιστεύοντα εἰς Χριστὸν ἔθνη.

νηʹ. Ἡ συκῆ ἐξήνεγκεν ὀλύνθους αὐτῆς.

Τὴν συναγωγὴν τῶν Ἰουδαίων [14] λέγει τοὺς ἁγίους ἐξενηνοχυῖαν ἀποστόλους, οἵτινες ὀλύνθων δίκην τοὺς τοῦ κυρίου γλυκεροὺς [15] προβάλλονται [16] λόγους· περὶ ὧν καὶ Ἱερεμίας ὁ θεσπέσιος προφήτης· [e] σῦκα φησὶ τὰ χρηστὰ, χρηστὰ λίαν. πρόδρομοι δὲ σύκων οἱ ὄλυνθοι, οὓς ἀποστόλους εἰρήκαμεν. ἔπειτα σῦκα, οἱ μετ' αὐτοὺς ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις διδάσκαλοι, τὴν ἡδυτάτην προβαλλόμενοι γλυκύτητα.

A LIII. *Quoniam ecce hiems transiit.*

Hiemem igitur vocat salutarem passionem, cum tempestatem passi Judæi in gravissimum inciderunt exitium: vel etiam hiemem vocat idolorum cultum, quem ab ea removit. In utroque sensu *hiems transiit*. Neque enim amplius mortem exspectat, qui semel pro nobis passus est Dominus: quemadmodum Apostolus ait. [a] *Mors illi non ultra dominabitur: quod enim mortuus est, mortuus est semel peccato; quod autem vivit, vivit Deo*. Quod autem hiems re vera intelligenda sit passio; vide Petrum tempestate jactatum propter metum Judæorum. Sed hiems præteriit: nam post resurrectionem facta est tranquillitas per plenam certamque fidem divinitatis Unige-
B niti: & ait: ℣. 11.

LIV. *Pluvia abiit, & recessit sibi.*

Tentationes pluviis assimilat Dominus, cum loquitur, de iis qui fundati sunt supra petram justorum: [b] *Descendit pluvia, venerunt flumina, flaverunt venti, & irruerunt in domum illam, & non corruit: fundata enim erat supra petram*, Ut ergo diceret: tentationes passionis præterierunt, ait: *hiems transiit, pluvia recessit sibi*.

LV. *Flores visi sunt in terra nostra.* ℣. 12.

Id est, bonus odor fidei sanctorum Apostolorum.

LVI. *Tempus sectionis advenit.*

Tempus scilicet putandi palmites, eosque a peccatis purgandi, scilicet filios qui credunt in me. Sed
C & alio modo: *Tempus sectionis advenit*, spiritualis scilicet messis: metendi nimirum instar frumenti gentes a terrenis cupiditatibus, easque condendi in horreis regni cælestis.

LVII. *Vox turturis audita est in terra nostra.*

Hanc vocem existimo esse D. Paulli. *Turturi* enim illum assimilat propter feritatem quam olim contra ecclesias exercebat, persequutionibus & carceribus Christi fideles exagitans. Verum *vox* ejus *clamavit in terra nostra*, hoc est in ecclesia: scriptum est enim: [c] *Terra accepta estis vos*: apprehendit enim prædicationem fidei, ut in eo illud impleatur: [d] *Passer invenit sibi domum, & turtur nidum sibi ubi ponat pullos suos*, hoc est, gentes quæ per hunc (*Paullum*) credunt in Christum.
D


LVIII. *Ficus produxit grossos suos.* ℣. 13.

Judæorum dicit synagogam, quæ sanctos Apostolos extulit, qui *grossorum* instar dulcia Domini eloquia proferunt. De quibus & divinus vates Hieremias: [e] *Ficus optimas, optimas nimis*. Ficorum enim præcursores sunt *grossi*, quos esse Apostolos diximus. Deinde *ficos*, qui post eos in sanctis ecclesiis doctores, suavissimam dulcedinem proferunt.

[a] Rom. VI. 9. 10. [b] Matth. VII. 25. [c] Malach. III. 12. [d] Psalm. LXXXIII. 4. [e] Jer. XXIV. 3.

1. Ita Vallic. Ceteri ἔτι οὐτ'.
2. Proprie θάνατον οὐκ ἐκδέχεται *mortem non exspectat*. Vetus Interpres habet, *nec mortem pro nobis suscepit*. Legendum *suscipit*, quod in impressa typis editione emendatum oportuit; & illa ἅπαξ ὑπὲρ ἡμῶν non conjungenda cum θάνατον ἐκδέχεται, sed cum παθών. Ea versio errorem continet absurdissimum, *Christum nimirum pro nobis mortem non suscepisse*.
3. Sacer textus habet κυριεύει. Sed vulgatus interpres legit κυριεύσει.
4. Δὲ est ex cod. Vallic. Abest a meo & Barb.
5. Sic Barb. & Vallic. Vaticana editio habet ἀπῆλθεν. Et ἀπῆλθεν mallem. Sic enim habet Philo in fine explanationis hujus versus.
6. Vetus interpres: *ut ergo diceret, transierunt passiones, tentationes ait*. Scribendum, *passionis tentationes*.
7. Vatic. ed. non habet ἡμῶν.
8. Vet. interpr. *Ut quasi palmites incidantur & mundentur* cet. Existimasse videtur subaudiendum esse ἕνεκα. Repetenda est ex textu vox καιρὸς, unde pendet τοῦ τέμνεσθαι.
9. Inserui λέγω, quod est ex Vallicell.
10. Barb. τό. Vallic. τῷ. Legendum τοῦ.
11. Vat. edit. τῆς τρυγόνος.
12. Legendum videtur γέγονεν.
13. Meus cod. & Vallic. & Barb. sic habent: ἡ θελητὴ ὑμεῖς ἐστί· ἐπελαύνετο γάρ. Mutinensis ἡ θελὴ ὑμεῖς ἐστί· ἐπελάβετο γὰρ τοῦ κηρύγματος τῆς πίστεως. Vox γέγραπται ostendit locum heic esse aliquem e sacra scriptura depromtum. Cum autem apud Malachiam legatur, III. 12. διότι ἔσεσθε ὑμεῖς γῆ θελητὴ, λέγει κύριος; propterea emendanda hæc, ut edidi.
14. Vet. interpres reddit tantum sententiam græci textus.
15. Γλυκεροὺς λόγους. Vet. interp. *diversa eloquia*. Videtur codicem habuisse corruptum.
16. Sic emendavi. Meus & Barb. προβάλλοντα.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.



νθ'. Αἱ ἄμπελοι ἡμῶν [1] κυπρίζουσιν [2], ἔδωκαν A ὀσμήν.

Ακολέθως ἐν λοιπὸν ἀμπέλοις τὰς ἐκκλησίας ἀπεικάζει, τὰς διὰ τῆς διδασκαλίας τὴν τῆς πίστεως προβαλλομένας εὐωδίαν. κυπρισμῷ δὲ τῆς πίστεως ὀσμήν [3].

ξ'. Ανάστα, ἐλθὲ ἡ πλησίον μου.

Πλησίον αὐτῷ [4] τὴν νύμφην καλεῖ, διὰ τὸ αὐτὸν κατεληλυθέναι ἐκ τῶν οὐρανῶν, καὶ πεπληρωκέναι αὐτὴν τῇ τῆς πίστεως συναφείᾳ.

ξα'. Καλή μου, περιστερά μου.

Καλὴ διὰ τὴν μετάνοιαν: περιστερὰ διὰ τὴν ἀκεραιότητα.

ξβ'. Καὶ ἐλθὲ σὺ περιστερά μου, δι' οὗ [5] ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας.

Σκέπη δὲ καὶ πέτρα οὗτος αὐτῆς ὁ νυμφίος. B πέτρα μὲν, ἐπειδὴ ἐπ' αὐτὸ ἤρεισε τῆς πίστεως τὸ θεμέλιον· σκέπη δὲ, ἐπειδὴ αὐτὴν ἀπὸ παντὸς ῥύεται πειρασμοῦ.

ξγ'. Εχόμενα τοῦ προτειχίσματος.

Προτείχισμα τὸν νόμον λέγει: τείχη γάρ ἐστι τὰ εὐαγγέλια κατὰ τὴν Ησαΐε φωνήν· θήσει τεῖχος καὶ περίτειχος. τεῖχος δὲ καὶ περίτειχος, [6] διττὴ δύναμις φυλάττεσα τὲς ὁσίες διὰ τῶν θείων λογίων· ἵνα μὴ ἐκ τε πονηρε θηρὸς ἐπιβελεύωνται. ἐχόμενα γεν καλεῖ αὐτὴν τε προτειχίσματος, τετέστι [7] τῆς τε νόμου κατηχήσεως λεγούσης· οὐ μοιχεύσεις, καὶ τὰ ἑξῆς: εἶτα ἀποκρίνεται αὐτὴ καὶ λέγει·

ξδ'. Δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σου, καὶ ἀκούπισόν μοι τὴν φωνήν σου. C

Οπερ ἐστὶ, μὴ μόνον [8] διὰ νόμε καὶ προφητῶν μοι λάλει, ἀλλ' ὅλον σαυτὸν ἐπίδειξόν μοι. ὡς καὶ Μωϋσῆς τοιέτῳ πόθῳ ληφθεὶς τῷ κυρίῳ παρρησιάζεται λέγων· δεῖξόν μοι [9] σαυτὸν ἐμφανῶς, ἵνα σε ἴδω· ἀλλὰ τότε λέγει τῷ Μωϋσεῖ· ἐδεὶς [10] ἰδὼν με τὸ πρόσωπον ζήσεται. ταύτῃ δὲ βελόμενος ἐπιδεῖξαι ἑαυτὸν, νεφέλης δίκην ἠμφιάσατο τὸ σῶμα, καὶ ἑαυτὸν ἔκρυψεν αὐτῷ, ἵνα τῇ ἰδίᾳ νύμφῃ δείξῃ ἑαυτὸν διὰ τὸν τρόπον τῆς ἀρετῆς, διὰ τῆς ὑπομονῆς καὶ τῆς ἀκακίας, τὸν τύπον αὐτῇ παραδιδὲς τε τῆς εὐσεβείας πολιτεύματος. διὸ ἐπακέει αὐτὴ [11] λέγεσα· δεῖξόν μοι τὴν ὄψιν σε, καὶ ἀκούπισόν μοι τὴν φωνήν σου. ἔδειξεν ἐν αὐτῇ τὴν ὄψιν αὐτοῦ, κυηθεὶς διὰ τῆς θεοτόκου [12] Μαρίας: καὶ τῆς φωνῆς αὐτοῦ ἠκούπισεν αὐτὴν, διδάσκων ἐν τῷ ὄρει τε ἐλαιῶνος, καὶ τὰ εὐαγγελικὰ διατάγματα [13] αὐτοῦ εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην διὰ τῶν ἀποστόλων αὐτῇ πέμψας. D

ξε'. Οτι ἡ φωνή σου ἡδεῖα, καὶ ἡ ὄψις σου ὡραία.

Οντως ἡ φωνὴ αὐτε ἡδεῖα· δεῦτε, λέγεσα, πρὸς μὲ πάντες οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι, κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. φωνή σε ἡδεῖα τοῖς τυφλοῖς λέγεσα· κατὰ τὴν πίστιν ὑμῶν, γενηθήτω ὑμῖν. φωνή σου ἡδεῖα λέγεσα πρὸς τὸν παραλυτικόν· ἔγειραι, ἆρον τὸν κράββατόν σου, καὶ ὕπαγε εἰς τὸν οἶκόν σου. ἡ φωνή σου ἡδεῖα· θάρσει, λέγεσα, τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. ἡ φωνή σε ἡδεῖα λέγεσα· θύγατερ, ἡ πίστις σε σέσωκέ σε· πορεύε [14] εἰς εἰρήνην· ἡ φωνὴ ἡδεῖα τῷ λεπρῷ λέγεσα· θέλω· καθα- E

a Isa. xxvi. 1. b Exod. xxxiii. 13. c Ibid. ℣. 20. g Matth. ix. 2. h Marc. V. 34. i Marc. 1. 41.

1. Vox ἡμῶν in nulla edit. apparet, nec eam agnoscit vetus interpres.
2. Vet. interpr. legisse videtur κυπρίζουσαι, quæ est lectio edit. Complut.
3. Vet. interpr. quædam addit, quæ non habent gr. codd.
4. Mutavi αὐτὴν in αὐτῷ.
5. Δι' ἐ ab impressis omnibus codicibus bene hæ duæ voculæ absunt. Eas non agnoscit vetus interpr. & delendas existimo.
6. Τεῖχος δὲ καὶ περίτειχος revocavi e codd. Barb. & Vallic.
7. Τετέστι restitui ex Barb. & Vallicell.
8. Vetus interpr. non habuit in suo cod. vocem μόνον.

LIX. *Vites nostræ florent, dederunt odorem.*

Consequenter itaque deinceps *vitibus* ecclesias, quæ per doctrinam bonum fidei proferunt odorem; ipsi vero germinationi odorem fidei assimilat.

LX. *Surge, veni proxima mea.*

Sibi *proximam* vocat sponsam, propterea quod ipse de cælis descendit, eamque per fidei conjunctionem implevit.

LXI. *Pulcra mea, columba mea.*

Pulcra propter pœnitentiam, *columba* propter simplicitatem.

LXII. *Et veni tu columba mea in velamento petræ.*

Ipse sponsus est ejus *velamen* & *petra*. Et petra quidem, quia super se ipsum statuit fidei fundamentum: velamen vero, propterea quod eam protegens ab omni liberat tentatione.

LXIII. *Juxta promurale.*

Promurale Legem vocat. Muri enim sunt Evangelia juxta Isaiæ dictum: [a] *Ponet murum & circummurale*. Murus vero & circummurale significat duplicem vim defendendi sanctos per divina eloquia, ne a mala bestia petantur insidiis. Ait igitur illam esse *juxta promurale*, scilicet disciplinæ Legis quæ jubet: *Non mœchaberis*, & cetera. Deinde ipsa respondet, & ait:

LXIV. *Ostende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac vocem tuam.*

Id est non solum per Legem & Prophetas loquere mihi, sed totum mihi te ostende; quemadmodum Moyses ejusmodi captus desiderio, libere cum Domino loquebatur dicens: [b] *Ostende mihi te ipsum, ut manifeste te videam*. Verum tunc dixit Moysi: [c] *Nullus qui faciem meam viderit, vivet*. Sed cum sponsæ suæ vellet se conspicuum dare, veluti nubem induit corpus, & sub eo se abscondit, ut se ipse suæ sponsæ demonstraret per actus virtutis, per patientiam & innocentiam, formam illi tradens pie vivendi. Propterea illa auscultat dicens: *ostende mihi faciem tuam, & auditam mihi fac vocem tuam*. *Ostendit* igitur *illi faciem suam*, cum in utero deiparæ Virginis gestatus est; & *auditam illi fecit vocem suam*, cum docebat in monte Oliveti, & evangelica præcepta sua in omnem terrarum orbem illi per Apostolos misit.

LXV. *Quoniam vox tua suavis, & facies tua speciosa.*

Suavis re vera *vox* ejus est, quæ dicit: [d] *Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos*. * *Vox tua suavis*, quæ cæcis dixit: [e] *Secundum fidem vestram fiat vobis*. * *Vox tua suavis*, quæ dixit paralytico: [f] *Surge, & tolle grabatum tuum, & vade in domum tuam*. * *Vox tua suavis* dicens: [g] *Confide fili; remittuntur tibi peccata tua*. * *Vox tua suavis*, quæ dicit: [h] *Filia, fides tua te salvam fecit: vade in pace*. * *Vox tua suavis* leproso dicens: [i] *Volo. Mundare*: & statim lepra mun-

d Matth. xi. 28. e Matth. ix. 29. f Marc. II. 11.

Vertit enim: *Hoc est, per legem & prophetas non mihi loquaris*. Atqui non repudiat sponsa, ut secum sponsus loquatur per ora prophetarum, sed ait: *Non solum per Legem, sed totum te mihi ostende*.
9. Edit. Vat. habet ἐμφάνισόν μοι σεαυτὸν γνωστῶς, ἵνα ἴδω σε.
10. Edit. Vat. ἐ γὰρ μὴ ἴδῃ ἄνθρωπος τὸ πρόσωπόν με, καὶ ζήσεται.
11. Sic emendandum: Meus & Barb. habent αὐτῇ.
12. De . Virgine notanda hæc vox: & digna quæ legantur ea quæ ad h. l. adnotavit doctus editor veteris interpretationis.
13. Vallic. διηγήματι.
14. Sacer codex habet ὕπαγε.

ρίσθητι, καὶ εὐθέως [1] ἐκαθαρίσθη ἡ λέπρα· ἡ φωνή σου ἡδεῖα, ἐπιτιμῶσα τῷ ἀνέμῳ καὶ τῇ θαλάσσῃ, καὶ ποιοῦσα γαλήνην. ἡ φωνή σου ἡδεῖα, τὸν Λάζαρον ἐκ νεκρῶν καλοῦσα· Λάζαρε δεῦρο ἔξω. ἡ φωνή σου ἡδεῖα· ὑπάγετε, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, διδάσκοντες αὐτοὺς τηρεῖν, καὶ τὰ ἑξῆς. ἡ φωνή σου ἡδεῖα, λέγουσα· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου. ἡ φωνή σου ἡδεῖα, πάντας ἐν πᾶσι σώζουσα. καὶ ἡ ὄψις σου [2] ὡραία, καὶ ὅτε μορφὴν δούλου ἔλαβες, ἵνα ἡμᾶς ἐλευθερώσῃς ἐκ τῆς δουλείας τῶν ἁμαρτιῶν· καὶ ὅτε μετεμορφώθης [3] ἐν τῷ ὄρει, ἵνα τῆς ἡδείας θεότητος τὴν δόξαν ἐπιλάμψῃς.

ξϛʹ. Πιάσατε ἡμῖν ἀλώπεκας μικροὺς ἀφανίζοντας ἀμπελῶνας.

B Πιάσατέ, φησι, τοὺς αἱρετικοὺς, οἵτινες ἀλωπέκων δίκην νυκτὸς ὑποδύοντες, τοὺς μικροὺς ἀφανίζουσιν ἀμπελῶνας· ὅπερ ἐστὶ, τοὺς ὑδαροπίστους [4], μήποτε μεγεθυνθέντες ἐν τῇ τελείᾳ ἀμπέλου τὰ κλήματα καταβλάψωσιν· ἀλλ᾽ ἔτι μικροὺς ὄντας κατὰ τὴν πίστιν καὶ ἀστηρίκτους. τούτους γὰρ ἀφανίζουσιν οἱ αἱρεσιῶται, παρακλίνειν αὐτοὺς ποιοῦντες ἀπὸ τοῦ θεμελίου τῆς πίστεως. διὰ τοῦτο πιάζεσθαι αὐτοὺς κελεύει, καὶ ἀπελαύνεσθαι ἔξω τῶν [5] ἀμπελώνων. διὰ ἐπιλέγει.

ξζʹ. Καὶ αἱ [6] ἄμπελοι ἡμῶν κυπρίσουσιν [7].

Ὅπερ ἐστὶν, οἱ λαοὶ τῇ ἡμῶν πίστει εὐωδιάζουσιν.

ξηʹ. Ἀδελφιδός μου ἐμοὶ, κἀγὼ αὐτῷ.

Αὐτὸς ἐμοὶ σοφίαν, κἀγὼ αὐτῷ καρδίαν. αὐτός μοι σοφίαν ἐξ οὐρανῶν, κἀγὼ αὐτῷ ἐξ ἐθνῶν.

C ξθʹ. Ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.

Ὅπερ ἐστὶν, τοῖς εὐσεβέσι τῆς δικαιοσύνης λόγοις.

οʹ. Ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.

Τουτέστιν ἡ τῆς κρίσεως, ἐν ᾗ ὁ καλὸς ποιμὴν λέγει· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου, κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ καταβολῆς κόσμου, καὶ τὰ ἑξῆς. ἕως οὗ ἡ ἡμέρα διαπνεύσῃ, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί. ὅταν γὰρ ἐκείνη ἡ ἡμέρα διαπνεύσει τῆς κρίσεως, τότε κινηθήσονται αἱ σκιαὶ, τουτέστιν, αἱ τοῦ αἰῶνος τούτου πραγματεῖαι καὶ φροντίδες, τὰς ἀδίκους ἀποβάλλουσι [8] πράξεις.

οαʹ. Ἀπόστρεψον [9], ὁμοιώθητι σὺ ἀδελφιδέ μου τῷ δόρκωνι ἢ νεβρῷ ἐλάφων ἐπὶ τὰ ὄρη κοιλωμάτων.

D Ἀπόστρεψον ἐμοὶ, λέγει, ἀπὸ τῆς Ἰουδαίων συναγωγῆς ἐπὶ τὰ ἔθνη· ἐπειδήπερ ἐκεῖνοι οὐ παραδέχονται τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίου διδασκαλίας. ἀπόστρεψον ἐπὶ τὰ ἔθνη, ὁμοιούμενος τῷ δόρκωνι ἢ νεβρῷ τῶν ἐλάφων τῇ ὀξύτητι καὶ τῷ τῆς πίστεως δρόμῳ, ἐπὶ πάντα τὰ πέρατα τῆς οἰκουμένης διατρέχων ἐν ὡραίοις ποσὶ τῶν ἀποστόλων, περὶ ὧν ὁ κύριος εἴρηκεν ἐν τῇ γραφῇ· ὡς ὡραῖοι οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά. ἐπὶ τὰ ὄρη κοιλωμάτων, αἳ τῶν δικαίων εἰσὶ ψυχαί· ὄρη μὲν διὰ τὸ ὑπερέχειν τῇ τῆς δικαιοσύνης ἀρετῇ· κοιλώματα δὲ διὰ τὸ κοιλωμάτων δίκην δέχεσθαι καὶ κατέχειν τὸ τῆς πίστεως κήρυγμα.

A data est. *Vox tua suavis*, quæ [a] increpavit ventum & mare, & fecit tranquillitatem. *Vox tua suavis* vocans a mortuis Lazarum: [b] *Lazare veni foras.* * *Vox tua suavis*: * *Ite* [c], *docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris & Filii & Spiritus sancti, docentes eos servare*, & cetera. *Vox tua suavis*, dicens: [d] *Venite benedicti Patris mei.* * *Vox tua suavis*, quæ omnes in omnibus salvat. *Et facies tua speciosa*, tum cum [e] *formam servi accepisti*, ut nos e peccatorum servitute liberares; [f] tum quando transfiguratus es in monte, ut jucundissimæ divinitatis resplendere faceres gloriam.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

LXVI. *Capite nobis vulpes pusillas exterminantes* ℣. 15.
B *vineas.*

Corripite, inquit, hæreticos, qui noctu *vulpium* modo subrepentes, *pusillas* exterminant *vineas*; id est, eos labefactant qui sunt fluxa fide, nec dum perfecte adoleverunt, nec vineæ facti sunt palmites, sed adhuc pusilli sunt in fide & infirmi. Hos enim exterminant hæretici, ac faciunt ut illi a fidei declinent fundamento. Idcirco hos comprehendi jubet, & vineis expelli. Propterea subdit:

LXVII. *Et vineæ nostræ florent.*

Id est, populi nostri bonum fidei spargunt odorem.

LXVIII. *Fratruelis meus mihi, & ego illi.* ℣. 16.

Ille mihi sapientiam, & ego illi cor. Ille mi-
C hi sapientiam de cælo, & ego illi ex gentibus.

LXIX. *Qui pascit inter lilia.*

Id est, in piis justitiæ sermonibus.

LXX. *Donec adspiret dies, & moveantur umbræ.* ℣. 17.

Hoc est, dies judicii, cum Pastor bonus dicet: [g] *Venite benedicti Patris mei; percipite paratum vobis regnum a constitutione mundi* cet. * *Donec adspiret dies, & moveantur umbræ.* Cum enim *adspiraverit* illa *dies* judicii, tum *movebuntur umbræ*, hoc est sæculi hujus occupationes & solicitudines, quæ injustas actiones ingerunt.

LXXI. *Revertere, similis esto tu, fratruelis meus, damulæ hinnuloque cervorum ad montes convallium.*

D *Revertere* mihi, ait, a Judæorum synagoga ad gentes: illi enim salutaris doctrinæ prædicationem non suscipiunt. *Revertere* ad gentes *similis* factus *capreæ vel hinnulo cervorum* celeri fidei cursu, ad omnes fines terræ currens speciosis pedibus Apostolorum, de quibus Dominus dixit in scriptura: [h] *Quam speciosi pedes evangelizantium bona!* * *Ad montes convallium*, quæ sunt justorum animæ: & montes quidem, propterea quod supereminent virtute justitiæ; *convalles* vero, quia instar convallium prædicationem fidei suscipiunt & retinent.

a Marc. IV. 39. b Joan. XI. 43. c Matth. XXVIII. 19. d Matth. XXV. 34. e Philipp. II. 7. f Matth. XVII. 2. g Matth. XXV. 34. h Rom. X. 15.

1. Sacer textus habet εὐθέως ἀπῆλθεν ἀπ᾽ αὐτοῦ ἡ λέπρα, καὶ ἐκαθαρίσθη.
2. Voculam σου revocavi e cod. Vallic.
3. Meus μετεμορφώθη. Male. Lege ex Barb. μετεμορφώθης.
4. Sic meus & Barber. Libentius legerem ὑδατοπίστους. Totum locum hunc ita interpungendum puto, & legendum: ὅπερ ἐστὶ, ὑδατοπίστους, μήπω μεγεθυνθέντας ἐν τῇ
E τελείᾳ, καὶ ἀμπέλου κλήματα καταβλάψωσιν· ἀλλ᾽ ἔτι μικροὺς ὄντας κ. τ. λ.
5. Sic Vallic. At Barb. & meus τοῦ ἀμπελῶνος.
6. Αἱ abest a Vallic. & Barb.
7. Sic Vallic. & Barb. & cod. Alexandrinus. Editio Vatic. κυπρίζουσαι.
8. Legendum puto ἐπιβάλλουσαι.
9. Hunc vers. in meo & Barb. corruptissimum restitui ex edit. Vat.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

A

ΚΕΦ. Γ.

οβʹ. Ἐπὶ κοίτην μου ἐν νυξὶν ἐζήτησα ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν· ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου.

Ὅταν γὰρ ταῖς ἁμαρτίαις βεβαρυμένοι καθεύδομεν ἐν νυξίν· ὅπερ ἐστὶν, ἐν τοῖς μιαροῖς τῶν σκοτεινῶν ἡδονῶν καὶ ἀθεμίτων ἁμαρτημάτων ἀναστρεφόμενοι, χριστιανίζειν δῆθεν [1] νομίζομεν· τὸ τηνικαῦτα ἐν νυξὶ ζητοῦμενοι δῆθεν ἀπάγωμεν [2]. αὐτὸς γὰρ εἴρηκε· ζητήσατε τὸν Θεὸν [3] καὶ ἐν τῷ εὑρίσκειν [4] ἐπικαλέσασθε. ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ἡμῖν, ἀπολειπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ, καὶ ἀνὴρ ἄνομος τὰς βουλὰς αὐτοῦ. καὶ ἐπιστραφήτω πρὸς κύριον, καὶ ἐλεηθήσεται. ἐὰν οὕτως ζητήσωμεν αὐτὸν, τότε ἡμῶν ἐπακούσει. ἐὰν δὲ ἐπὶ κοίτην τῶν ἁμαρτημάτων ὄντες, καὶ ἐν νυκτὶ σκοτιζόμενοι ἀπὸ τῶν ἁμαρτιῶν ζητοῦμεν αὐτὸν, οὐχ εὑρίσκομεν· οὐδ', ἂν οὕτως καλοῦμεν αὐτὸν, ἐπακούει. διὸ λέγει· μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χεὶρ κυρίου τοῦ σῶσαι; ἢ οὐκ ἰσχύει τοῦ ἐξελέσθαι; ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον [5] ὑμῶν καὶ αὐτοῦ. διὰ τοῦτο ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον.

B

ογʹ. Ἀναστήσομαι δὴ καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς καὶ ἐν ταῖς πλατείαις, καὶ ζητήσω ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου· ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν.

C

Οὐδὲ νῦν λέγει εὑρηκέναι αὐτόν· καὶ ἀναστησομένη [6], ὡς εἰπεῖν, καὶ δι' εὐχῆς πρὸς αὐτὸν πορευθεῖσα. καὶ διὰ τί πάλιν οὐχ εὗρεν αὐτὸν, τὴν αἰτίαν ἐν αὐτοῖς μηνύει τοῖς γράμμασιν. ἀναστήσομαι λέγουσα, καὶ κυκλώσω ἐν τῇ πόλει, ἐν ταῖς ἀγοραῖς καὶ ἐν ταῖς πλατείαις· ὅπερ ἐστὶν, ἐν ταῖς τοῦ βίου πραγματείαις, καὶ ἐν πλατείᾳ ἀπαγούσῃ εἰς τὴν ἀπώλειαν. διό φησι μὴ εὑρηκέναι αὐτόν. στενὴ γὰρ ἡ πύλη, καὶ τεθλιμμένη ἡ ὁδὸς, ἡ ἀπάγουσα εἰς τὴν ζωήν.

οδʹ. Εὕροσάν με οἱ τηροῦντες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει· μὴ ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου, ἴδετε;

Τηροῦντας καὶ κυκλοῦντας ἐν τῇ πόλει τοὺς δικαίους λέγει, τοὺς τηροῦντας τὴν ἐντολήν· τοὺς κυκλοῦντας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, τοὺς ἁγίους προφήτας καὶ ἀποστόλους. οἷον φέρε εἰπεῖν, ὁπόταν ἁμαρτωλὸς διαλέγοιτο πρὸς δίκαιον, καὶ λέγει αὐτῷ· διὰ τί οὐκ εἰσακούει μου ὁ δεσπότης, καὶ [7] ὀρθρίζω εἰς τὴν ἐκκλησίαν, καὶ πένητας ἐλεῶ [8]; κἄντε μικρὸν ἀγαθὸν ποιήσῃ, ἐκεῖνο βλέπει, καὶ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτημάτων οὐ προσποιεῖται βλέπειν; διό φησιν Ἡσαΐας· μὴ οὐκ ἰσχύει ἡ χεὶρ κυρίου τοῦ σῶσαι; ἢ οὐκ ἰσχύει τοῦ ἐξελέσθαι; ἀλλὰ τὰ ἁμαρτήματα ὑμῶν διϊστῶσιν ἀναμέσον ὑμῶν καὶ τοῦ κυρίου. εἶτα ἐπιφέρει ἡ νύμφη καὶ λέγει·

D

οεʹ. Ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως οὗ εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου.

Ὁπόταν γὰρ ἀπὸ τῶν ἁμαρτημάτων παρέλθωμεν, τότε εὑρίσκομεν ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, κατὰ τὸν λέγοντα· ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε πρὸς κύριον· ἀπόλειπε τὰς ἁμαρτίας, καὶ σφόδρα μίσησον βδέλυγμα. καὶ πάλιν· ἡνίκα δ' ἂν ἐγγίζῃ ὑμῖν, ἀπολειπέτω ὁ ἀσεβὴς τὰς ὁδοὺς αὐτοῦ. διὰ τοῦτο· ὡς μικρὸν ὅτε παρῆλθον ἀπ' αὐτῶν, ἕως [9] οὗ εὗρον ὃν ἠγάπησεν ἡ ψυχή μου.

E

CAP. III.

LXXII. *In cubili meo in noctibus quæsivi quem dilexit anima mea; quæsivi eum, & non inveni eum; vocavi eum, & non audivit me.* ℣. 1.

Cum enim peccatis prægravati dormimus *in noctibus*, id est, in sceleratis tenebrosisque voluptatibus nefariisque peccatis, Christianos scilicet nos esse existimamus; tunc *in noctibus* eum quærentes, diligimus scilicet. Ipse enim dicit: [a] *Quærite Deum, & in inveniendo eum invocate; & postquam vobis appropinquaverit, derelinquat impius vias suas, & vir iniquus cogitationes suas, & convertatur ad Dominum, & misericordiam consequetur.* Illum igitur si ad hunc modum quæsierimus, tunc nos exaudiet. Si vero, cum in peccatorum cubili sumus, & in noctibus a peccatis obscurati illum quærimus, non invenimus; neque, si sic eum invocemus, ille nos exaudit. Propterea: [b] *Numquid*, inquit, *non valet manus Domini salvos facere?* [c] *Numquid non potest eripere? sed peccata vestra separant inter vos & ipsum.* Propterea *quæsivi eum, & non inveni.*

LXXIII. *Surgam nunc, & circuibo in civitate, in foris & in plateis; & quæram quem dilexit anima mea: quæsivi eum, & non inveni eum.* ℣. 2

Ne nunc quidem ait se illum invenisse, etiamsi exsurrexerit, ut ita dicam, & per precationem ad ipsum profecta sit. Cur autem rursus eum non invenerit, caussam ostendit in iisdem verbis: *Surgam*, ait, *& circuibo in civitate, in foris & in plateis*; id est, inter mundi negotia, & in platea quæ ducit ad perditionem. Propterea dicit, se eum non invenisse: [d] *Angusta enim porta, & arcta via quæ ducit ad vitam.*

LXXIV. *Invenerunt me qui custodiunt, qui circumeunt in civitate: Numquid quem dilexit anima mea, vidistis?* ℣. 3.

Custodes & *circumeuntes in civitate* justos vocat, *qui* mandata *custodiunt*, sanctos Prophetas & Apostolos *in* ecclesia *circumeuntes*. Exempli gratia, cum peccator justum alloquitur, eique dicit: Quare non exaudit me Dominus, etsi summo mane ad ecclesiam me confero, & pauperibus misericordiam adhibeo? Ac si tantillum boni fecerit, ad illud respicit, & se peccatorum multitudinem non videre simulat. Propterea Isaias ait: [e] *Numquid non valet manus Domini salvare? Numquid non potest eripere? Sed peccata vestra separant inter vos & Dominum.* Deinde subdit sponsa dicens:

LXXV. *Quam modicum fuit cum transivi ab ipsis, quoad usque inveni quem dilexit anima mea.* ℣. 4.

Cum enim a peccatis nostris discesserimus, tunc *invenimus quem dilexit anima nostra*, juxta scripturam: [f] *Convertere, convertere ad Dominum, & relinque peccata, & valde odito exsecrationem.* Et rursus: [g] *Postquam vobis appropinquaverit, derelinquat impius vias suas.* Propterea inquit: *Quam modicum fuit cum transivi ab ipsis, quoad usque inveni quem dilexit anima mea.*

a Isa. LV. 6. 7. *b* Isa. L. 2. *c* Isa. LIX. 1. *d* Matth. VII. 14. *e* Isa. LII. 2. *f* Eccli. XVII. 25. 26. *g* Isa. LV. 6. 7.

1. Δῆθεν particula cujus usus in ironia, ut in hoc loco. In Catena Meursii pag. 32. lin. 4. οἱ γὰρ ἐν σκότῳ, φησὶ, καὶ κοίταις ἁμαρτωλῶν βιοτεύοντες, κἂν δοκῶσι ζητεῖν Θεὸν, οὐχ εὑρίσκουσιν αὐτόν.
2. Legendum omnino ζητοῦμενοι δῆθεν, ὃν ἀγαπῶμεν.
3. Sic etiam cod. Alex. Editio Vatic. τὸν κύριον.
4. Edit. Vat. ἐν τῷ εὑρίσκειν αὐτόν.
5. Vatic. edit. habet καὶ ἀναμέσον τοῦ Θεοῦ. Illa vero ἢ οὐκ ἰσχύει τοῦ ἐξελέσθαι, absunt ab omnibus Bibl. editionibus.
6. Legendum ἀναστησαμένη.
7. Lego εἰ καί.
8. Sic scribendum pro ἐλαιῶ, qui error est in codd.
9. Revocavi has duas voces, quæ absunt a codd.

οϛ'. Ἐκράτησα αὐτὸν, καὶ οὐκ ἀφήσω [1] αὐτόν. A

Πῶς κρατεῖ αὐτὸν ἡ τῶν πιστῶν ψυχή; ἐν τῷ τὰ [2] εὐάρεστα αὐτῷ ποιεῖν. ἀρεσκόμενος γὰρ ὁ νυμφίος καθάπερ νύμφῃ τῇ τῶν δικαίων ψυχῇ, ἀπὸ τῶν ἔργων τῆς ἀρετῆς οὐ χερσὶν, ἀλλὰ ἐλεημοσύνῃ καὶ σωφροσύνῃ, καὶ ψυχῇ κρατούμενος.

οζ'. Ἕως οὗ εἰσήγαγον αὐτὸν εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς τὸ ταμεῖον τῆς συλλαβούσης με.

Οἶκον, οἶμαι, καλεῖν μητρὸς αὐτῆς τὴν καρδίαν τῆς σοφίας αὐτοῦ τοῦ λόγου· καὶ ταμεῖον τῆς συλλαβούσης ταύτην, αὐτὴν τὴν καρδίαν εἴ τις ἀποφαίνοιτο, σαφέστατα λέγει· οἶκον μὲν αὐτῆς διὰ τὸ εἰρημένον· ἐνοικήσω ἐν ὑμῖν καὶ ἐμπεριπατήσω ἐν ὑμῖν· [3] καὶ ταμεῖον αὐτῆς διὰ τὸ ἐν αὐτῇ ἀποκεῖσθαι πάντα τὰ ἀγαθὰ, πίστιν, ἐλπίδα, ἀγάπην, λογισμὸν, σω- B φροσύνην, ἀρετὴν, ἐγκράτειαν, ὑπομονήν. ταῦτα δὲ οὐ σώματος, ἀλλὰ ψυχῆς ἐστι κόσμια.

οη'. Ὥρκισα ὑμᾶς, θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ, ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην, ἕως [4] οὗ θελήσῃ.

Ὑπομονῆς ἐνταῦθα ἀναγέγραπται [5] σημαντήρ· συνεργοὺς γὰρ εἰς εὐχὴν τὰς θυγατέρας τῆς οὐρανίου αἰτεῖται Ἱερουσαλὴμ, ὅπερ ἐστὶ, τὰς τῶν δικαίων ψυχὰς, ἵνα ἐγείρωσι καὶ ἐξεγείρωσι τὴν ἀγάπην τοῦ μονογενοῦς πρὸς αὐτὴν, ἕως οὗ θελήσῃ. ἐμοῦ [6] φησι τὸ ὑπομένειν, καὶ ἐκδέχεσθαι, καὶ μακροθυμεῖν τῇ ὑπομονῇ, ἕως οὗ θελήσῃ. εἶτά φησιν ὁ νυμφίος πρὸς αὐτήν·

οθ'. Τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα ἀπὸ τῆς ἐρήμου, ὡς C στελέχη καπνοῦ, τεθυμιαμένη σμύρναν καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ;


Ἀπὸ τῆς ἐρήμου γὰρ βλέπων [7] ἀναβαίνουσαν, τουτέστιν, ἀπὸ τῆς εἰδωλολατρείας τὴν ἐκκλησίαν ὡς στελέχην καπνοῦ τεθυμιαμένην, σμύρναν καὶ λίβανον τοῦ πάθους οἶμαι τὴν ἐυωδίαν ὑποσημαίνειν· σμύρναν μὲν διὰ τὴν ταφήν· λίβανον δὲ διὰ τὴν θεότητα. τεθυμιαμένην αὐτὴν βλέπει ἀπὸ [8] πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ. ἵνα εἴπῃ, ἀπὸ πάντων τῶν θείων λογίων τῶν ἁγίων προφητῶν. στελέχην δὲ αὐτὴν καλεῖ, καθότι καὶ Ἱερεμίας περὶ αὐτὴν προφητεύει· ἔσται, φησὶν, ἐν αὐτῇ [9] στελέχη ἀλσώδη.

π'. Ἰδοὺ ἡ κλίνη τοῦ Σαλομών.

Ἀπεικάζεται ἡ κλίνη τοῦ Σαλομὼν τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ D Θεοῦ. πρὶν γὰρ λάβῃ τὴν ἐκκλησίαν ἔλεγεν· ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου οὐκ ἔχει ποῦ τὴν κεφαλὴν κλίνῃ· ὅτε δὲ ταύτην ἔλαβεν, τὸ λοιπὸν κλίνη γίνεται τοῦ Σαλομὼν, τουτέστι τοῦ εἰρηνοποιοῦ, τοῦ εἰρηνεύσαντος τά τε ἐν οὐρανῷ, τά τε ἐπὶ τῆς γῆς.

πα'. Ἑξήκοντα [10] δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραήλ· πάντες κατέχοντες ῥομφαίαν, δεδιδαγμένοι [11] εἰς πόλεμον.

Ἑξήκοντα δυνατοὺς κύκλῳ αὐτῆς οἶμαι λέγειν ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ τοὺς ἀποστόλους, τοὺς ἀπὸ τῶν προφητῶν ὁρμωμένους, καὶ τὰς περὶ [12] Χριστοῦ μαρτυρίας ἐκ τῶν προφητῶν συνιστῶντας· τὸ δὲ ἑξήκοντα, μὴ τὸν ἀριθμὸν σκόπει, ἀλλὰ τὸ ἐξεληλυθέναι αὐτοὺς ἐκ τῆς περιτομῆς, καὶ τοῦ κατὰ γράμμα νόμου. πάντας E δὲ αὐτοὺς λέγει κατέχοντας ῥομφαίαν· ἐπειδὴ πάντες



LXXVI. *Tenui eum, nec dimittam eum.*

Quomodo eum tenet anima justorum? Faciendo nimirum quæ illi sunt placita. Delectatus enim sponsus justorum anima veluti sponsa, virtutis tenetur operibus, non manibus, sed eleemosyna, castitate & ratione.

LXXVII. *Donec introduxi eum in domum matris meæ, & in cubiculum ejus quæ concepit me.*

Domum matris suæ, opinor, vocat cor, *domum* scilicet sapientiæ ipsius Verbi: & *cubiculum* ejus quæ eam concepit, si quis esse hoc ipsum cor pronuntiaverit, optime dixerit. Et *domum* quidem ejus vocat, quia dictum est: [a] *Inhabitabo in vobis, & inambulabo in vobis:* [a] *cubiculum* vero, propterea B quod in eo (*corde*) reposita sunt omnia bona, fides, spes, dilectio, pia cogitatio, castitas, fortitudo, continentia, patientia. Hæc vero non corporis, sed animæ sunt ornamenta.

LXXVIII. *Adjuravi vos, filiæ Hierusalem, in virtutibus & in viribus agri; si suscitaveritis, & exsuscitaveritis caritatem, quoad usque velit.* ℣. 5.

Patientiæ præco heic exclamat. Adjutrices enim ad orationem *filias* postulat cælestis *Hierusalem*; id est, justorum animas, ut suscitent & exsuscitent in se caritatem Unigeniti, donec velit. Meum, inquit, est sustinere & exspectare, & æquo animo ferre cum patientia, donec velit. Deinde ait sponsus ad eam:

C LXXIX. *Quæ est ista quæ ascendit ex eremo, tamquam truncus fumi, incensus myrrham & tus ex omnibus pulveribus unguentarii?* ℣. 6.

A deserto enim, hoc est, ab idololatria, ecclesiam videt ascendere, tamquam *virgulam fumi incensam*. *Myrrbam & tus* passionis odorem arbitror significare: *myrrbam* quidem propter sepulturam; *tus* vero propter divinitatem. *Incensam* ipsam videt *ab omnibus pulveribus unguentarii*; quasi dicat, ab omnibus divinis eloquiis sanctorum Prophetarum. Ipsam autem vocat *virgulam*, quemadmodum etiam Hieremias de ipsa prophetat: [b] *Et erunt*, inquit, *in eo propagines nemorosæ*.

LXXX. *Ecce lectus Salomonis.* ℣. 7.

D Assimilatur *Salomonis lectus* ecclesiæ Filii Dei. Nam prius quam ecclesiam acciperet, dicebat: [c] *Filius hominis non habet ubi reclinet caput suum*. Postquam vero eam accepisset, facta est jam *lectus Salomonis*; pacifici nimirum qui omnia in cælo & in terra pacavit.

LXXXI. *Sexaginta potentes in circuitu ejus ex potentibus Israel; omnes tenentes gladium, docti bellum.* ℣. 8.

Sexaginta potentes in circuitu ejus arbitror dicere, *ex potentibus Israel* Apostolos; qui ex Prophetis prodierunt, & Christi testimonia ex Prophetis collegerunt. Quod vero pertinet ad illud *sexaginta*, ne respicias ad numerum; sed intellige eos prodiisse E se ex circumcisione & ex lege secundum litteram. *Omnes*, ait, *tenentes gladium*: omnes enim Dei

a II. Cor. VI. 16. b Jer. XVII. 8. c Matth. VIII. 20.

1. Vatic. edit. ἀφῆκα. Lectio Philonis in nullis apparet editt. apud Bos. proxime vero accedit ad lect. Schol. quam Nobilius affert ἀνήσω.

2. Lectionem hanc desumsi ex Vallic. Cod. Barb. & meus ἀρεστὰ αὐτῷ.

3. Ἐν ὑμῖν abest a Vallic. & Barb. Eam vocem agnovit vetus interpres.

4. Vat. ἕως ἄν.

5. Legendum puto ἀνακέκραγεν.

6. Ἐμοῦ φησι usque ad ἕως οὗ θελήσῃ non habet meus cod. neque Barb. Ea ex Vallic. huc revocanda duxi.

7. Lego βλέπει.

8. A Barb. absunt ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψοῦ. ἵνα εἴπῃ, quæ huc revocavi e cod. Vallic.

9. Edit. Vat. ἐπ' αὐτῷ. Alexandr. ἐν αὐτῷ. In versione posui interpretationem Vatic. editionis.

10. Apud vet. interpr. hic versus cum duobus sequentibus unum versum conficiunt: ad cujus versus explananda priora verba, multa sunt quæ frustra quæras in græcis codicibus. Duæ fortasse fuerunt hujus commentarii editiones, quarum in secunda quædam Philo addiderit.

11. Illa præpos. εἰς non reperitur neque in edit. Vat., neque in variantibus apud L. Bosium.

12. Ex Mutin. & Vallic. veram lect. elicui. Prave meus & Barb. ὡς περὶ Χριστοῦ μάρτυρας ἐκ τῶν προφητῶν συνιστάντας.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

τὸν τȣ̃ Θεȣ̃ κατέχȣσι νόμον καὶ λόγον. ζῶν γὰρ ὁ λόγος τȣ̃ Θεȣ̃, καὶ ἐνεργὴς, καὶ τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον. δεδιδαγμένοι εἰς πόλεμον, οὐ τὸν πρὸς ἀνθρώπους, ἀλλὰ πρὸς τὰ πνεύματα [1] τῆς πονηρίας, κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· ὁ πραῢς ἔστω μαχητής.

πβ'. Ἀνὴρ ῥομφαία αὐτȣ̃ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτȣ̃.

Ῥομφαίαν ἐπὶ τὸν μηρὸν τὸν νόμον λέγει, τὸν τῆς σωφροσύνης λογισμὸν, τὸν τέμνοντα τὰ τῆς σαρκὸς πάθη, καὶ τὰς γηΐνας ἐπιθυμίας.

πγ'. Ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.

Ἐκθαμβȣμένη γὰρ ἡ τῶν εὐσεβῶν διάνοια πῶς [2] οἷς μὴ βȣ́λεται, παραπίπτει κατὰ τὸν λέγοντα· ὃ ȣ̓ θέλω, τȣ̃το ποιῶ. ἐν νυξὶ τέμνει [3] τὰ θελήματα τῆς σαρκὸς, ἵνα σωφροσύνην θωρακισθεῖσα [4] τὴν ἀκαταίσχυντον [5] πρὸς Θεὸν εὕρῃ παῤῥησίαν· ἐν ταυτῷ [6] δὲ καὶ ἑτέραν ὁ λόγος αἰνίττεται πραγματείαν. λέγȣσα γὰρ αὕτη ἡ θεία γραφή· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνȣσα ἀπὸ τῆς ἐρήμȣ ὡς στελέχη καπνȣ̃ τεθυμιαμένη, τὴν ἐκκλησίαν αἰνίττεται ἀναβαίνȣσαν ἀπὸ τῆς ἐρημωθείσης Ἱερȣσαλήμ. εἰ γὰρ μὴ ἐκείνη τὰς χεῖρας ἐπέβαλεν ἐπὶ τὸν σωτῆρα, ȣ̓κ ἂν αὐτὴ ἐπλȣ́τει τὴν εἰς αὐτὸν πίστιν, ὥς φησιν ἀπόστολος· εἰ ἡ ἁμαρτία [7] αὐτῶν πλȣ̃τος τȣ̃ νόμȣ, καὶ ἡ ἀποβολὴ αὐτῶν πλȣ̃τος ἐθνῶν, τίς ἡ πρόσληψις, εἰ μὴ ζωὴ ἐκ νεκρῶν; ὅτι δὲ ἔρημος ἔμεινεν ἐκείνη, μαρτυρεῖ μοι ὁ εὔσπλαγχνος Χριστὸς λέγων πρὸς αὐτȣ́ς· ἰδȣ̀ ἀφίεται ὁ οἶκος ὑμῶν ἔρημος. ἐκ ταύτης ȣ̃ν τῆς ἐρήμȣ [8] ἀναδείκνυται ἡ ἐκκλησία διὰ τοῦ σταυρȣ̃. διὸ λέγει πρὸς αὐτήν· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνȣσα ἀπὸ τῆς ἐρήμȣ ὡς στελέχη καπνȣ̃ τεθυμιαμένη; ἐπειδὴ διὰ τȣ̃ πάθȣς τὴν εὐωδίαν ἔπνευσεν, τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν δηλαδή. καί τοι [9] τὸ θυμίαμα ȣ̓ σιωπᾷ. σμύρναν φησὶ καὶ λίβανον ἀπὸ πάντων κονιορτῶν μυρεψȣ̃· σμύρναν διὰ τὸ πάθος, καὶ λίβανον διὰ τὴν θεότητα. ἰδȣ̀ ἡ κλίνη Σαλωμών. κλίνην μοι νόει τὸ μνῆμα τȣ̃ Ἰησȣ̃, τȣ̃ εἰρηνεύσαντος τὰ πάντα διὰ τȣ̃ ἰδίȣ πάθȣς καὶ τῆς ἀναστάσεως· περὶ ἧς κλίνης οἱ ἄγγελοι λέγȣσιν· ἰδȣ̀ ὁ τόπος, ὅπȣ ἔκειτο ὁ κύριος. ἑξήκοντα δυνατοὶ κύκλῳ αὐτῆς ἀπὸ δυνατῶν Ἰσραὴλ, ἐκείνȣς τȣ̀ς ἀπὸ Ἰȣδαίων βληθέντας φυλάττειν τὸν τάφον. πάντες κατέχοντες ῥομφαίαν, δεδιδαγμένοι πόλεμον. ἀνὴρ ῥομφαία αὐτȣ̃ ἐπὶ τὸν μηρὸν αὐτȣ̃ ἀπὸ θάμβȣς ἐν νυξί. ταῦτα γὰρ συμβέβηκεν ἐκείνοις τοῖς τηρȣ̃σιν, ὁπηνίκα τηρȣ́ντων αὐτῶν σεισμὸς ἐγένετο μέγας. ἄγγελος γὰρ κυρίου ἀπεκύλισε τὴν λίθον. καὶ ἐν τῇ νυκτὶ ταύτῃ οἱ τηροῦντες ἐκθαμβηθέντες ἐγένοντο ὡσεὶ νεκροί. διό φησιν· ἀπὸ θάμβους ἐν νυξίν.

πδ'. Φορεῖον ἑαυτῷ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Σαλωμὼν ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου.

Φορεῖον νόει μοι καὶ αὐτὴν τὴν σάρκα τȣ̃ μονογενȣ̃ς, ἐν ᾗ κατακρύψας τὸν Θεὸν, ὡς ἄνθρωπος ἀνθρώποις ὡμίλει. ἀλλὰ καὶ καθάπερ οἱ προερχόμενοι ὕπατοι φορείῳ προέρχονται, καὶ δι' αὐτῶν τὰ κόσμȣ βεβαιȣ̃νται πράγματα τῆς συγκλήτȣ τὸ ἀξίωμα φερόντων [10]· ȣ̃τως ὁμοίως ἐν τῇ σαρκὶ τȣ̃ μονογενȣ̃ς ἡ συγκαλȣμένη αὐτὴ ἁγία ἐκκλησία, καὶ αὐτὴ αὐτȣ̃ γίνεται φορεῖον· ȣ̓ τὰ τȣ̃ κόσμȣ βεβαιȣμένη πράγματα, ἀλλὰ τῆς οὐρανίου βασιλείας ἐφ' ἑαυτῆς φέρȣσα δόγματα. φορεῖον ȣ̃ν [11] ȣ̓ μόνον ἡ σὰρξ Ἰησȣ̃, ἀλλὰ

A legem tenent & sermonem. [a] *Vivus enim est sermo Dei & efficax & penetrabilior omni gladio ancipiti.* *Docti bellum*, non adversus homines, sed [b] *adversus spiritus nequitiæ*, juxta Prophetam dicentem: [c] *Mansuetus sit pugnator.*

LXXXII. *Vir gladius ejus super femur ejus.*

Gladium supra femur legem intelligit, & pudicas cogitationes quæ carnales affectus terrenasque cupiditates abscindunt.

LXXXIII. *A pavore in noctibus.*

Mens enim piorum pavida est, ne in ea quæ non vult, incidat, juxta Apostolum, qui ait: [d] *Quod nolo, illud facio.* *In noctibus* abscindit B voluntates carnis, ut pudicitia tamquam thorace munita fiduciam ruboris expertem apud Deum consequatur. Hoc ipso etiam aliud quidpiam significat. Cum enim hæc divina scriptura dicit: *Quæ est ista, quæ ascendit e deserto tamquam truncus fumi incensus*, ecclesiam significat ascendentem e deserto Hierusalem. Si enim hæc non injecisset manus in Salvatorem, illa in ejus fide dives non fuisset, ut ait Apostolus: [e] *Si autem peccatum eorum divitiæ mundi, & abjectio eorum divitiæ gentium; quæ assumtio, nisi vita ex mortuis?* Quod autem illa deserta remanserit, testis est mihi misericors Christus dicens illis: [f] *Ecce relinquetur domus vestra deserta.* Ex hoc igitur deserto edita est ecclesia per crucem. Propterea dicit ad C ipsam: *Quæ est ista, quæ ascendit e deserto sicut truncus fumi incensus?* quia per passionem spiravit odorem, fidem scilicet in Christum. Neque incensum tacitum relinquit. *Myrrham*, ait, *& tus ex omnibus pulveribus unguentarii:* Myrrham propter passionem, tus propter divinitatem. *Ecce lectus Salomonis.* Lectum intellige sepulcrum Jesu, qui omnia pacavit per suam passionem & resurrectionem. De quo lecto Angeli dicunt: [g] *Ecce locus ubi jacebat Dominus.* *Sexaginta potentes in circuitu ejus ex potentibus Israel* illos intellige, qui missi fuerunt a Judæis, ut custodirent sepulcrum. *Omnes tenentes gladium, docti bellum. Vir gladius ejus super femur ejus a pavore in noctibus.* Hæc enim iis contigeD re qui servabant (*sepulcrum*); quando illis servantibus, [h] *terræ motus factus est magnus: Angelus enim Domini revolvit lapidem.* Et ea nocte perterriti qui servabant (*sepulcrum*), *facti sunt velut mortui.* Propterea dicit: *a pavore in noctibus.*

LXXXIV. *Gestatorium sibi fecit rex Salomon ex lignis Libani.* ℣. 9.

Gestatorium intellige ipsam carnem Unigeniti, in qua Deum abscondens, ut homo cum hominibus conversabatur. Sed quemadmodum consules prodeuntes in gestatoria sella procedunt, & per eos res mundi stabiliuntur qui senatus dignitatem præ se ferunt; sic eodem modo in carne Unigeniti ipsa sancta eccleE sia convocata ipsius fit *gestatorium*: nec vero res mundi stabiliens, sed ipsa in se ferens decreta regni cælestis. *Gestatorium* igitur non solum est caro Jesu,

a Heb. IV. 12. b Ephes. VI. 12. c Joel. III. 11. d Rom. VII. 17. e Rom. XI. 12. 15. f Matth. XXIII, 38. g Matth. XXVIII. 6. h Ibid. ℣℣. 2. 4.

1. D. Paullus habet πνȣματικά.
2. Lego μήπως.
3. Sic emendavi. Barb. & Vall. τέμνη.
4. Duplici errore. Barb. & Vallic. & meus θορακισθεῖς.
5. Vetus interpr. vertit, *inexpugnabilem*: legisse videtur ἀκαταμάχητον.
6. Vallic. ἐν ταυτό. Barb. ἐν τ' αὐτό. Uterque prave.
7. Paullinus locus est: εἰ δὲ τὸ παράπτωμα αὐτῶν. Et paullo post: εἰ γὰρ ἀποβολὴ αὐτῶν καταλλαγὴ κόσμȣ, κ. τ. λ.
8. Absurdissime vet. interpr. *Ex hoc igitur deserta esse declaratur ecclesia.* Sed ecclesia numquam deserta est, fuit eritve. Sic Interpres malus male vertendo, sententiam sæpe depravat; interdum etiam lectoribus exhibet immanes errores: quod illi accidit inscitia præsertim latini sermonis. Etiam in hujus versus explanatione quædam habet ea versio, quæ absunt a græcis codicibus.
9. Sic emendavi. Barber. & Vallic. καί τι.
10. Sic fortasse legendum. Omnes codd. habent φερȣ́σης.
11. Οὐ̃ ex Vallic.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

ϗ αὐτὴ ἡ ἐκκλησία, ἥτις ἐστὶ τὸ σῶμα αὐτȣ͂, διὰ τὸ καταξιȣ͂σθαι αὐτὸν φορεῖν τὸν υἱὸν τȣ͂ Θεȣ͂, κατὰ τὸν λέγοντα· δοξάσατε ἄρα [1] τὸν Θεὸν ἐν τοῖς μέλεσιν ὑμῶν. τοῦτο ȣ͂ν τὸ φορεῖον, τὴν σάρκα λέγω [2] τοῦ Ἰησȣ͂, ὁ πνευματικὸς Σαλωμὼν ἐποίησεν ἑαυτῷ. ἡ σοφία γὰρ ᾠκοδόμησεν ἑαυτῇ οἶκον. ϗ πόθεν τὸ φορεῖον; ἀπὸ ξύλων τοῦ Λιβάνου· ἵνα εἴπῃ, ἀπὸ τῶν γενεαλογȣμένων ἁγίων ἀνδρῶν, Ἀβραάμ, Ἰσαάκ, Ἰακὼβ καὶ τῶν καθεξῆς.

πέ. Στύλȣς αὐτȣ͂ ἐποίησεν ἀργύρεον [3].

Στύλȣς μὴ ἄλλȣς νοήσῃς ἀλλ' ἢ τȣ̀ς ἁγίȣς ἀποστόλȣς, οἵτινες στύλων δίκην τὸ φορεῖον βαστάζȣσι τȣ͂το. ὅτι δὲ στύλοι οἱ ἀπόστολοι, πάρεστι Παῦλος λέγων· Ἰάκωβος καὶ [4] Ἰωάννης οἱ δοκȣ͂ντες στύλοι εἶναι. ἀργύρεον δὲ αὐτȣ̀ς λέγει, ἐπειδήπερ ἀργυρείου δίκην λαμπροὶ μὲν ἦσαν τῇ πίστει· ὑπηρέται δὲ εἰς τὴν ἐκκλησίαν τῇ πνευματικῇ ἑστιάσει.

πς'. Καὶ [5] ἀνάκλιτον αὐτοῦ χρύσεον.

Χρυσῷ οἶμαι ἀνακλίτῳ τοὺς μάρτυρας ἀπεικάζει, ϗ μὴ νομίσῃς ἐλάττονα τὸν τῶν ἀποστόλων εἶναι χορὸν τȣ͂ τῶν μαρτύρων. καὶ γὰρ ϗ αὐτοὶ ἐμαρτύρησαν οἱ ἀπόστολοι, ϗ γεγόνασιν ἀνάκλιτον τῷ Χριστῷ. πρὸ γὰρ τῆς αὐτῶν μαρτυρίας ὁ μονογενὴς ἔλεγεν· ὁ υἱὸς τοῦ ἀνθρώπȣ ȣ̓κ ἔχει πȣ͂ τὴν κεφαλὴν κλῖναι [6]. πάλιν δὲ χρυσίῳ [7] ἀπεικάζονται διὰ τὸ τῆς πίστεως δόκιμον [8], ϗ διὰ τὸ διάπυρον τῶν πειρασμῶν. ὡς χρυσίον γάρ, φησιν, [9] ἐν χωνευτηρίῳ ἐδοκίμασεν αὐτȣ̀ς, ϗ ὡς ὁλοκάρπωμα θυσίας προσεδέξατο αὐτȣ́ς.

πζ'. Ἐπίβασις αὐτοῦ πορφύρα [10].

Ἐπίβασιν [11] τȣ͂ φορείȣ τὴν πολυάνθρωπον λέγει πληθὺν τῆς ἁγίας ἐκκλησίας. πορφύρᾳ γὰρ [12] αὐτὴν ἀπεικάζει εἰκότως, διὰ τὴν τȣ͂ ἁγίȣ λȣτρȣ͂ βαφήν. ὥσπερ γὰρ ἡ πορφύρα ἔνδυμά ἐστι βασιλικόν· ȣ̔́τω ϗ τὸ λȣτρὸν τȣ͂ ἐπȣρανίȣ βασιλέως ἐπενδύει ἡμᾶς τὴν βασιλικὴν ἐσθῆτα. εἰ δὲ πορφύρα βασιλέως τοσαύτην ἐν τοῖς βασιλείοις περιέχει σπȣδήν, ἵνα μὴ σπιλωθῇ, καίπερ οὖσα φθαρτή, καὶ ἐκ θαλαττίων κνωδάλων ἔχουσα τὴν βαφήν· πόσῳ μᾶλλον αὐτὴ [13] ὀφείλει παρὰ τοῖς λαμβάνουσι φυλάττεσθαι τιμῇ, ἥτις ἐστὶ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας, ἡ ȣ̓κ ἐκ κνωδάλων θαλαττίων, ἀλλ' ἐκ θαλάμων οὐρανίων, ἐκ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ ἔχουσα τὴν βαφήν;

πή. Ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον ἀγάπη [14].

Θαυμάσιόν μοι δοκεῖ καὶ ἐνταῦθα χαρακτῆρα φέρειν τοῦ χοροῦ [15] τῶν δικαίων ἡ γραφή, τὸ κάλλος ἀναγορεύουσα. ἐπειδὴ [16] γὰρ περὶ τῆς πλήθους εἶπε τῆς ἐκκλησίας, τῆς ἐντὸς οὔσης τȣ͂ μονογενοῦς, φησί· ἐντὸς αὐτοῦ λιθόστρωτον ἀγάπη. λίθοις γὰρ ἁγίοις τοὺς δικαίους ἀπεικάζει κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ τῆς γῆς ἡμῶν [17], διὰ τὸ χαμευνεῖν ϗ γονυκλιτεῖν [18]· οἵτι-

A sed & ipsa ecclesia, [a] *quæ est corpus ipsius*, propterea quod digna facta est quæ ipsum gestaret filium Dei, juxta Apostolum dicentem: [b] *Glorificate, & portate Deum in membris vestris*. Hoc igitur gestatorium, carnem scilicet Jesu, spiritualis Salomon sibi fecit: [c] *Sapientia enim ædificavit sibi domum*. Et unde hoc *gestatorium*? *Ex lignis Libani*: intelligens ex sanctis hominibus qui in ejus generatione enarrantur, Abraam, Isaac, Jacob & qui deinceps.

LXXXV. *Columnas ejus fecit argentum*. ℣.10.

Columnas non alios intellexeris, quam sanctos Apostolos; qui columnarum instar gestatorium hoc portant. Quod autem *columnæ* sint Apostoli, præsto est Paullus dicens: [d] *Jacob & Joannes, qui videntur esse*
B *columnæ*. * *Argentum* vero ipsos appellat, quoniam velut argentum splendebant ob fidem, ministrabant vero ecclesiæ in spirituali convivio.

LXXXVI. *Et acclinatorium ejus aureum*.

Aureo acclinatorio martyres, opinor, assimilat. Neque enim putes minoris esse Apostolorum chorum quam martyrum. Etenim ipsi quoque Apostoli martyrium passi sunt, fueruntque Christo *acclinatorium*; nam ante ipsorum martyria Unigenitus dixerat: [e] *Filius hominis non habet ubi reclinet caput*. Rursus vero auro assimilantur per fidei probationem & tentationum ignem; ait enim scriptura: [f] *Tamquam aurum in fornace probavit illos, & veluti holocaustum hostiæ accepit illos*.

C LXXXVII. *Ascensus ejus purpura*.

Ascensum gestatorii innumerabilem intelligit sanctæ ecclesiæ multitudinem. *Purpuræ* vero ipsam merito assimilat propter sancti lavacri tincturam. Quemadmodum enim purpura vestis est regia; sic lavacrum cælestis Regis nos regia induit veste. Si vero purpuræ regis tanta in regiis ædibus adhibetur diligentia, ne maculam contrahat, quamvis sit corruptibilis, & ex marinis animalibus trahat colorem; quanto magis hæc custodienda cum honore iis est qui illam acceperint, cum sit purpura lavacri regenerationis, non ex marinis animalibus, sed ex cælestibus thalamis & ex Christi sanguine habens tincturam?

D LXXXVIII. *Intra ipsum lapidibus constrata caritas*.

Admirabilem etiam in hoc loco scriptura mihi videtur exponere characterem chori justorum, ejus pulcritudinem declarans. Quandoquidem enim loquuta est de multitudine ecclesiæ quæ est intra Unigenitum, ait: *intra ipsum lapidibus constrata caritas*. Lapidibus enim sanctis justos assimilat juxta Prophetam dicentem: [g] *Lapides sancti volvuntur super terram ejus*: propterea quod ipsi humi cubant & ge-

a Coloss. I. 24. *b* I. Cor. VI. 20. *c* Prov. IX. 1. *d* Gal. II. 9. *e* Luc. IX. 58 *f* Sap. III. 6. *g* Zach. IX. 16.

1. Verba Apostoli sunt δοξάσατε δὴ τὸν Θεὸν ἐν τῷ σώματι ὑμῶν. Ceterum in illa voce ἄρα fortasse delitescit ἄρατε *portate*, quam vocem habet solus T. N. Vulgatus interpres.

2. Ex λέγων feci λέγω.

3. Vallic. ἀργυρεȣ͂ς, quæ lectio proxime accedit ad Complut. ἀργυρεȣ͂.

4. Adnotavit veter. Versionis editor, descriptoris incuria deesse heic nomen Cephas. Sed ab omnibus etiam quos quidem noverim, græcis codicibus illud nomen abesse comperi.

5 Abest καὶ a Vallic. & Barb. quam vocem reposui ex sacris Bibliis, cum præterea eam habeat etiam vet. interpres.

6. Sacer textus habet κλίνῃ.

7. Barb. & Vall. χρυσίον. Male.

8. Vet. interpres, *propter fidei probitatem*: scribere debuerat *probationem*.

9. Philo igitur habuit pro libro canonico *Sapientiam Salomonis*, qui liber in Vulgata latina appellatur *Sapientia*. Sic supra ad vers. XXIII. eumdem locum ex *Sapientia* citavit adhibito verbo φησί. Cum verbo autem φησὶ notum est subintelligendam vocem γραφή. Vide notam ad vers. CXCIX.

E 10. In sacris Bibl. gr. πορφυρᾶ. Lectio Philonis πορφύρα accedit ad Complut. πορφύραν.

11. Ἐπίβασις Barb. & meus.

12. Lego πορφύρᾳ δέ.

13. Melius αὕτη.

14. Vat. edit. & ceteræ omnes habent ἀγάπην.

15. Cod. Mutin. χώρα τῶν δικαίων ἡ γραφή: in meo, & Barb. legitur χρισȣ͂. Emendandum omnino censui χορȣ͂.

16. Vet. interp. hæc ita vertit: *Quia enim de multitudine dixit ecclesiæ qua constat in suis electis, istos intra unigenitum esse demonstrat, dicens: Intra ipsum lapidibus strata caritas*. Sed ea caute legenda. Non enim ex solis electis constat ecclesia, sed etiam admixtos habet peccatores; qui sunt in ea ut paleæ in frumentis. Græca non habent: *quæ constat in suis electis*.

17. Græca Biblia habent αὐτȣ͂.

18. Vallic. γονοκλιτεῖν. Barb. & meus γονυκλιτεῖν. Scribendum γονυκλινεῖν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

νες τῇ ἀγάπῃ τὸν ἅπαντα πληροῦσι νόμον, ἐντὸς A αὐτοῦ, καὶ ἀχώριστοι τῆς * αὐτῶν ἐντολῆς καὶ ἀγάπης γεγενημένοι.

πθ'. Ἀπὸ θυγατέρων Ἱερουσαλήμ.

Τουτέστιν ἀπὸ τῶν ἁγίων ἀποστόλων· ** αἵτινες θυγατέρες οὐ τῆς ἐπιγείου, ἀλλὰ τῆς ἐπουρανίου τυγχάνουσιν Ἱερουσαλήμ.

ϟ'. Ἐξέλθατε καὶ ἴδετε θυγατέρες [1] Σιὼν ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομὼν, ἐν τῷ στεφάνῳ, ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτῆ, ἐν ἡμέρᾳ [2] νυμφεύσεως αὐτῦ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφρασίας [3] καρδίας αὐτοῦ.

Ἐξέλθατε λέγει ἀπὸ τῆς τῦ νόμυ κατάρας, ἀπὸ τῆς Ἰυδαίων ἀπειθείας, καὶ ἴδετε ἐν τῷ βασιλεῖ Σαλομὼν, ὅπερ ἐστὶν, ἐν τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ἰησῦ Χριστῷ· ἐν τῷ στεφάνῳ ᾧ ἐστεφάνωσεν αὐτὸν ἡ μήτηρ αὐτοῦ, B ὅτε τὸν ἀκάνθινον στέφανον ἐπέθηκεν αὐτῦ τῇ κεφαλῇ ἡ τῶν Ἰυδαίων συναγωγή. μητέρα δὲ τῆς σαρκὸς αὐτῦ ταύτην καλεῖ, ἐπειδὴ τὸ κατὰ σάρκα ἐξ Ἰουδαίων ἀνέτειλεν. ἡμέραι δὲ νυμφεύσεως αὐτῦ, αἱ τρεῖς εἰσι τῦ πάθυς· τότε γὰρ τὴν ἁγίαν ταύτην ἐκκλησίαν ἐνυμφεύσατο [4], τότε καὶ τὸ ἐν Ὠσηὲ τῷ προφήτῃ ἐτελεῖτο ῥῆμα· καὶ μνηστεύσομαί σε ἐμαυτῷ ἐν πίστει, καὶ ἐπιγνώσῃ τὸν κύριον. τὸ δὲ, καὶ ἐν ἡμέρᾳ εὐφρασίας καρδίας αὐτῦ· ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ τῦ πάσχα, ἐν ᾗ ὁ Ἰησῦς εὐφραινόμενος φησὶ τοῖς ἑαυτῦ μαθηταῖς· ἐπιθυμίᾳ ἐπεθύμησα τῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν.

ΚΕΦ. Δ'.

C

ϟα'. Ἰδὲ ἡ [5] καλὴ ἡ πλησίον μυ· ἰδὲ ἡ καλή· ὀφθαλμοί συ περιστεραὶ, ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

Ἐπαινεῖ ταύτης τὸ κάλλος ὁ ταύτης νυμφίος οὐχ ἅπαξ εἰπών· ἰδὲ ἡ καλή· ἀλλὰ καὶ δεύτερον. καλὴ γὰρ οὐ μόνον τῇ πίστει [6], ἀλλὰ καὶ αὐταῖς ταῖς πράξεσι τῆς δικαιοσύνης. τὸ δὲ, ὀφθαλμοί συ περιστεραὶ, τὸ ἀκέραιον [7] καὶ τὸ ἄκακον τῶν νοερῶν τῆς ψυχῆς ὀμμάτων ἐπαινεῖ. ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς συ, ἑτέραν, τὴν σιωπὴν, ὁρίζεται καλλονήν. πολλάκις [8] γὰρ πολλοὶ τῶν εὐσεβῶν στόματι σιωπῶντες, βοῶντες δὲ τῇ καρδίᾳ, ὑπήκοον τῷ Θεῷ ποιῦντες [9] τὴν εὐχὴν, ὡς τῷ μακαρίῳ Μωϋσῇ σιωπῶντι ἐρρήθη· τί D βοᾷς πρὸς μέ; καὶ ὡς ἡ μακαρία ἐν γυναιξὶν Ἄννα [10] σιωπῇ εὐχομένη καρπὸν εὐχῆς λαβοῦσα τὸν μέγαν Σαμουήλ.

ϟβ'. Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν [11], αἳ ἀπεκαλύφθησαν [12] ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ.

Τριχώματι τὸ πλῆθος τοῦ λαῦ ἀπεικάζειν οἶμαι τὴν μυστικὴν ταύτην γραφὴν κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· γυνὴ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ [13] ἐστι· κόμη δὲ τῇ ἐκκλησίᾳ τὸ πλῆθος τῦ λαῦ, ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίυ δέδοται. καὶ κόμη τοίνυν καὶ περιβόλαιον τῆς τῦ Χριστῦ νύμφης τὰ πλήθη τῶν λαῶν, κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· πάντας αὐτὺς ἐνδύσει [14], καὶ πε-

A nua flectunt, qui caritate omnem adimplent legem, & intra ipsum sunt, & ab ejus præceptis & caritate inseparabiles.

LXXXIX. *A filiabus Hierusalem.*

Hoc est a sanctis Apostolis: quorum animæ filiæ sunt non terrestris, sed cælestis Hierusalem.

XC. *Egredimini & videte, filiæ Sion, in rege Salomone, in corona qua coronavit eum mater ejus in die desponsationis ejus, & in die lætitiæ cordis sui.* ℣. 11.

Egredimini, inquit, [a] *ex maledicto legis*, ab Judæorum infidelitate: & *intuemini in regem Salomon*, id est, in Dominum nostrum Jesum Christum: *in corona B na qua coronavit eum mater ejus*, quando spineam coronam Judæorum synagoga super caput ejus imposuit. Eam autem matrem appellat carnis ejus, propterea quod ex Judæis ortus est secundum carnem. *Dies* vero *desponsationis ejus*, sunt tres dies passionis: tunc enim sanctam hanc desponsavit ecclesiam. Tunc & quod est apud Oseam oraculum impletum est: [b] *Et desponsabo te mihi in fide, & cognosces Dominum.* Illud verbo, *& in die lætitiæ cordis sui*, implebatur in illa die paschæ in qua Jesus gaudens dixit discipulis suis: [c] *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.*

CAP. IV.

XCI. *Ecce pulcra es, proxima mea: ecce pulcra es: oculi tui columbæ, extra taciturnitatem tuam.* ℣. 1.

Laudat hujus pulcritudinem Sponsus ejus dicens: *Ecce pulcra es*, non semel, sed etiam iterum: *pulcra* enim non solum fide, sed etiam ipsis justitiæ actionibus. Illud autem, *Oculi tui columbæ*, laudant simplicitatem & innocentiam intellectualium animæ oculorum. Illud vero, *Præter taciturnitatem tuam*, aliam pulcritudinem definit, id est, taciturnitatem. Sæpe enim multi pii homines ore quidem taciti, sed corde vociferantes orationi suæ Deum obaudientem faciunt, D quemadmodum tacenti beato Moysi dictum fuit: [d] *Quid clamas ad me?* & sicut beata inter mulieres Anna tacite orans [e] magnum Samuelem orationis suæ fructum cepit.

XCII. *Capillamentum tuum ut greges caprarum, quæ ascenderunt ex Galaad.*

Capillamento mystica hæc scriptura, ut opinor, assimilat populi multitudinem juxta Apostolum dicentem: [f] *Mulier si comam nutriat, gloria est illi.* Coma vero ecclesiæ est multitudo populi: coma enim pro velamine ei data est. Coma igitur & velamen sponsæ Christi, est multitudo populorum juxta Prophetam dicentem: [g] *Omnibus his quasi*

a Galat. III. 13. *b* Osee II. 20. *c* Luc. XXII. 15. *d* Exod. XIV. 15. *e* I. Reg. I. 13. *f* I. Cor. XI. 15. *g* Isa. XLIX. 18.

1. Sic Alex. cod. & Compl. Lectio Vatic. est θυγατέρες E Σιὼν ἐξέλθατε καὶ εἴδετε.
2. Vallic. ἡμέραις.
3. Gr. Bibl. habent εὐφροσύνης.
4. Ἐνυμφεύσατο revocavi ex Vall. & Barb., expulso ἐνυμφεύετο, ut habet meus.
5. Utrobique in sacris Bibliis gr. habetur εἶ, & sic legit vetus interpres.
6. Forte vet. interpr. habuit in suo cod. πιότητι, qui vertit *pinguedine*.
7. Ita Vallic. Mendose meus & Barb. ἀκαίρεον.
8. Pessime vet. interpres *Frequenter enim multi piorum ore tacentes, corde obediente orationem apud Deum probantur affundere*. Non reddit vocem βοῶντες, qua emissa, non potest reddi vera Philonis sententia.
9. Vallic. ποιῦνται, & sic videtur legendum.

* Αὐτῶν] Contextus legendum postulat αὐτῦ: & sic reddit interpres.

10. Vallic. non habet Ἄννα.
11. Reposui ex sacris libris αἰγῶν, ubi meus & Barb. ἁγίων.
12. Vetus interpres videtur legisse ἀπέβησαν, quæ lectio in nullis impressis Bibliis apparet. Vulgata latina tamen habet, *ascenderunt*, quod est ἀπέβησαν. Cum vero iterum referat paullo inferius eadem verba, non tamen cum verbo ἀπεκαλύφθησαν, sed cum verbo ἀπέβησαν; idcirco ἀπέβησαν reponendum heic puto, unde librarius eam vocem ejecit, sequutus vulgatam lectionem ἀπεκαλύφθησαν. Eoque magis reponendum ἀπέβησαν, quod tota explanatio nitatur ea voce ἀπέβησαν.
13. Mendose meus & Barber. αὐτῶ.
14. Legend. ἐνδύσῃ, καὶ περιθήσεις. Locum autem hunc sic habes in Bibl. gr. πάντας αὐτὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ. Sed vet. interp. non videtur habuisse in suo cod. verba illa ὡς κόσμον.

** Αἵτινες] Malim equidem οἵτινες, *qui* (scilicet Apostoli) *sunt* cet.

ενθήσει αὐτὰς ὡς κόσμον νύμφης [1]. τὸ δὲ, ἀπέβησαν [2] ἀπὸ τῦ Γαλαάδ, Γαλαάδ ἑρμίωδύεται κατοικία μαρτυρίας· αὗται δὲ ὄντως ἀπεκαλύφθησαν [3] ἀπὸ κατοικίας μαρτυρίας τῶν τε προφητῶν καὶ ἀποςόλων, μαρτυρούντων περὶ τοῦ μονογενοῦς, καὶ ἔργῳ τὰς πράξεις τῆς μαρτυρίας ἐνδεικνυμένων. διὸ ἐν αὐτῇ οἶδεν διὰ τῦ Δαβὶδ ψάλλειν· καὶ γὰρ τὰ μαρτύριά σου μελέτη μου ἐστὶ, καὶ αἱ συμβουλεῖαί μου τὰ δικαιώματά σου. καὶ ἐλάλουν ἐν τοῖς μαρτυρίοις σου ἐναντίον βασιλέων, καὶ οὐκ ᾐσχυνόμην.

A

ϟγ'. Οδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τῦ λυτρῦ, αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.

B

Οὗτος ὁ ςοῖχος συνέστησε τὰ προειρημένα, ὀδόντες συ λέγων ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων, τυτέςι, τῶν ἀπεκδυσαμένων τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσι [4], καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις. εἰπὼν δὲ, αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τῦ λουτρῦ, δῆλον ὡς τὰς βεβαπτισμένας λέγει ψυχάς· τὰς ἀποκεκαρμένας μὲν γηΐνας πράξεις, λελαμπρυσμένας δὲ τῇ πίςει. αἳ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστι ἐν αὐταῖς. κατέβησαν γὰρ μόναι εἰς τὸ ὕδωρ, καὶ ἀνέβησαν σὺν τῷ ἁγίῳ πνεύματι. ἀτεκνοῦσα δὲ ὐκ ἔςιν ἐν αὐταῖς· τούτων γὰρ τὰ τέκνα οἱ δι' αὐτῶν πάλιν εἰς πίςιν σωτηρίας [5] ἐρχόμενοι. διὸ λέγει·

ϟδ'. Ως [6] σπαρτίον κόκκινον χείλη σου.

C

Σπαρτίῳ κοκκίνῳ ἀπεικάζει τὰ χείλη τῶν ὁμολογύντων τὸ αἷμα τῦ Χριςῦ· καὶ τύτων [7] βαπτιζομένων, δι' οὗ καὶ ἡ σωτηρία τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐδόθη. ἐπειδὴ Ῥαὰβ ἡ πόρνη σημεῖον εἰς τὴν θυρίδα τὸ κόκκινον ἀπέδησε [8] σπαρτίον, δι' ὃ τῷ οἴκῳ αὐτῆς σωτηρία γεγένηται. οὕτως καὶ ἐκκλησία διὰ τῶν ἰδίων τέκνων καθάπερ ἐπὶ θυρίδος τοῦ στόματος [9] τὸ κόκκινον ἔχει τοῦτο σπαρτίον· δι' ὃ τὴν περὶ τῆς τριάδος ὁμολογίαν πεποίηται. ἵνα δὲ τὴν ὁμολογίαν σαφῶς συστήσῃ [10], ἡ ἀκολουθία μηνύει τὸ προλεχθέν. φησὶ γάρ·

ϟε'. Καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία· ὡς λέπυρον ῥοᾶς μῆλόν σου.

Διὰ τὸ ὁμόχροον τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι.

ϟϛ'. Ελτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

D

Οὐ σιωπᾶσθαι δεῖ, ἀλλ' ὁμολογεῖσθαι τὴν σωτήριον ἐλπίδα.

ϟζ'. Ως πύργος Δαβὶδ τράχηλός σου, ὁ ᾠκοδομημένος ἐν [11] Θαλπιώθ.

Τράχηλον αὐτῆς ὁρίζεται τὸν ἀνθρώπειον τῦ λόγυ χαρακτῆρα. ἐκ Δαβὶδ γὰρ ὁ κύριος τὸ κατὰ σάρκα. ἀπεικάζεται δὲ πύργῳ· ἐπειδὴ πύργυ δίκην τοὺς ὑπ' αὐτὸν καταφεύγοντας σκέπει ἀπὸ τῶν τῦ διαβόλυ πολέμων. καὶ κατὰ τὸν Δαβὶδ· πύργος ἰσχύος ἀπὸ προσώπυ ἐχθρῦ. τὸ δὲ ᾠκοδομημένος ἐν Θαλπιώθ. Θαλπιὼθ [12] ἑρμηνεύεται ὑψηλόν. ἐν ὑψηλῷ γὰρ ὄντως ᾠκοδόμηται αὐτός· ὅπερ ἐςὶν, ἐν τῷ τῦ Θεῦ λόγῳ τῷ πρὸ αἰώνων. ὁ λόγος γάρ, φησι, σὰρξ ἐγένετο,

A *ornamento vestieris, & circumdabis tibi eos sicut ornamentum sponsæ*. Quod autem attinet ad illa verba, *ascenderunt de Galaad*; Galaad interpretatur Habitatio testimonii: ipsæ autem re vera *ascenderunt* de habitatione testimonii, scilicet Prophetarum & Apostolorum, qui de Unigenito testimonium perhibuerunt, & re ipsa præstiterunt actiones testimonio suo consentaneas. Propterea de ipso (*testimonio*) cum David novit psallere: [a] *Testimonia tua meditatio mea est, & consilia mea justificationes tuæ*: [b] *Et loquebar in testimoniis tuis in conspectu regum, & non confundebar*.

XCIII. *Dentes tui ut greges detonsarum quæ ascenderunt de lavacro; quæ omnes geminantes, & sterilis non est in eis*. ℣. 2.

B

Versus hic confirmat ea quæ dicta sunt. *Dentes tui*, ait, *ut greges detonsarum*; hoc est, quæ [c] *exuerunt veterem hominem cum actibus suis & concupiscentiis*. Cum autem dicit: *quæ ascenderunt de lavacro*, manifestum est intelligere animas baptizatas; quæ detonsæ quidem sunt terrenis actibus, illustratæ vero per fidem. *Omnes geminantes, & infecunda non est in eis*. Solæ enim descenderunt in aquam, & ascenderunt cum Spiritu sancto. *Infecunda vero non est in eis*: harum enim filii sunt, qui per ipsas rursus ad fidem salutarem venerunt. Propterea dicit:

XCIV. *Ut restis coccinea labia tua*. ℣. 3.

C

Resti coccineæ assimilat labia eorum qui sanguinem Christi confitentur, & eorum qui baptizantur in eo per quem salus generi humano est data. [d] Etenim Rahab meretrix signum ad fenestram alligavit, coccineam restim; per quam ipsius [e] domui salus facta est. Ita ecclesia per suos filios, velut in fenestra oris, coccineam hanc habet restim per quam Trinitatis confessionem fecit. Atque ut confessionem manifeste confirmet, quæ sequuntur declarant id quod supra dictum est. Ait enim:

XCV. *Et loquela tua speciosa: ut cortex mali punici, gena tua*.

Propter similem colorem cum Christi sanguine.

XCVI. *Præter taciturnitatem tuam*.

D

Non tacere, sed confiteri oportet spem salutarem.

XCVII. *Sicut turris David collum tuum, quæ ædificata est in Thalpioth*. ℣. 4.

Collum ejus definit humanum Verbi characterem. Ex David enim ortus est Dominus secundum carnem. Assimilatur vero *turri*. Turris enim instar, qui ad eam confugiunt protegit a bellis diaboli. Et juxta David: [f] *Turris fortitudinis a facie inimici*. * *Quæ ædificata est in Thalpioth*. Thalpioth interpretatur Excelsum. Re vera enim in excelso ipsum (*collum*) ædificatum est, hoc est, in Verbo Dei, quod ante sæcula. [g] *Verbum* enim, ait scriptura,

a Psalm. CXVIII. 24. b Ibid. ℣. 46. c Coloss. III. 9. d Jos. II. 18. e Luc. XIX. 9. f Psalm. LX. 4. g Joan. I. 14.

1. Sic legit vet. interpres. Sed gr. Bibl. habet νύμφη.
2. Hinc etiam constat vet. interpr. legisse in sacro textu non ἀπεκαλύφθησαν, sed ἀπέβησαν.
3. Vet. interpr. legit ἀπέβησαν, quem sequor in versione.
4. Gr. textus Paulli habet σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτῦ.
5. Ex duobus substantivis nominibus, quorum unum regit alterum in patrio casu, interdum modo prius, modo posterius positum est adjectivi loco. De priori casu Euripid. *Hecuba* v. 216. Καὶ μὴν ὀδυσσεὺς ἔρχεται σπουδῇ ποδός, *celeritate pedis*, i. e. *celeri pede*. De posteriori sunt illa in N. T. exempla, *Ephes*. II. 2. υἱοὶ ἀπειθείας, *filii increduli* I. Petr. I. 14. τέκνα ὑπακοῆς, *filii obedientes*. Et ex T. Vet. *Sap*. *Sap*. XVII. 2. ἡμέρας ἀριθμῦ, *dies numeratos*: & v. 10.

E ὄνομα ἁγιασμῦ, *nomen sacrosanctum*. Et XXXVI. 12. πόλιν ἁγιάσματος, *civitatem sanctam*. Itaque hoc loco εἰς πίςιν σωτηρίας vertendum, *ad fidem salutarem*.
6. Hæc est lectio cod. Alex. Vaticana editio habet τὸ σπαρτίον τὸ κόκκινον.
7. Sic Vallic. At Barb. σῶν. Legendum τύτῳ, ut habet cod. Mutinen.
8. Sic legendum. Barber. & Vallicell. & meus male ἀπέδυσε.
9. Τῦ ςόματος restitui ex cod. Vallicell.
10. Vallic. ἐπιςήσῃ.
11. Sic Complut. Editio Vatic. habet εἰς.
12. Ita cod. Mutin. Ceteri τὸ δὲ ᾠκοδομημένος ἐν Θαλπιὼθ ἑρμηνεύεται.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



καὶ ἐσκήνωσεν ἐν ἡμῖν. καὶ, ἡ σοφία ᾠκοδόμησεν ἑαυ- A τῇ οἶκον. οὗτος ὁ οἶκος ἐν ὑψηλῷ ᾠκοδομήθη ἐν τῷ υἱῷ κατὰ τὸν λέγοντα· ὁ ἐν ὑψηλοῖς κατοικῶν, καὶ ταπεινὰ ἐφορῶν. θέλεις δὲ γνῶναι τὸ ὕψος ὅλον; ἴδε οὐ μόνην ἐν τῇ θεοτόκῳ Μαρίᾳ οἰκοδομὴν τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου, ἀλλὰ καὶ τὴν ἐπέκεινα τῶν οὐρανῶν, καὶ [1] τὸν ἐν δεξιᾷ θρόνον καταπλάγηθι τὸ ὕψος, ὅπερ λέγεται Θαλπιώθ.

ςη'. Χίλιοι θυρεοὶ κρέμανται ἐπ' αὐτόν.

Πάντες οἱ ἐξ αὐτοῦ γενεαλογούμενοι ἅγιοι, καὶ ἐξ ὧν αὐτὸς γενεαλογεῖται. χιλίους δὲ ὅταν ἀκούσῃς, μὴ τὸν ἀριθμὸν νόει μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν τοῦ ἀριθμοῦ τελειότητα.

ςθ'. Πᾶσαι βολίδες τῶν δυνατῶν. B

Βολίδας, οἶμαι, τὰς πράξεις τῶν δικαιωμάτων ὀνομάζεται, δι' ὧν κατατοξευόμενος ὁ ἐχθρὸς βολίζεται.

ρ'. Δύο μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος.

Ως προείρηται μαστοὶ δύο, αἱ δύο διαθῆκαι. ὡς δύο νεβροὺς διδύμους δορκάδος λέγει· τὸ ζῶον ὀξυδερκές· οὕτω καὶ οἱ τὴν πνευματικὴν τῶν δύο διαθηκῶν μελέτην ἐξασκήσαντες, ὀξυδερκεῖς εἰς τὰ νοήματα τυγχάνουσι. δίδυμοι δὲ νεβροὶ λέγονται δορκάδος, καθότι διδύμως κατορθοῦνται τῶν νοημάτων αἱ μυστικαὶ διηγήσεις, καὶ κατὰ γράμμα ἔχουσαι τὴν ὠφέλειαν, καὶ πνευματικῶς εὐφραίνουσαι [2] τοὺς μύστας.

ρα'. Οἱ νεμόμενοι ἐν κρίνοις, ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ C ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαί.

Νέμονται γὰρ οἱ τοιοῦτοι καθάπερ ἐν κρίνοις τοῖς τοῦ Θεοῦ ἀνθρώποις [3], ἕως οὗ διαπνεύσῃ ἡ τῆς ἀναστάσεως ἡμέρα, καὶ κινηθῶσιν αἱ σκιαὶ τοῦ βίου τούτου.

ρβ'. Πορεύσομαι ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης, καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ Λιβάνου [4].

Ορος τῆς σμύρνης καλῶς λέγεται τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ. ὄρος μὲν κατὰ τὸν λέγοντα· ἐτμήθη λίθος ἄνευ χειρῶν, καὶ ἐπάταξε τὴν εἰκόνα, καὶ ἐγενήθη εἰς ὄρος μέγα· σμύρνης δέ· καθότι τὴν σμύρναν ἐνέγκας Ἰωσὴφ, τοῦτο τὸ ὄρος ἐν αὐτῇ ἔθαψεν. τὸ οὖν λεγόμενον· πορεύσομαι ἐπ' αὐτῷ [5] πρὸς τὸ ὄρος τῆς σμύρνης καὶ πρὸς τὸν βουνὸν τοῦ Λιβάνου ἑκουσιότητα ὑποφαίνει· ὅπερ ἐστὶν, ἑκουσίως πρὸς τοῦτο τῆς D σμύρνης τὸ ὄρος πορεύσομαι, οὐ μόνον συνταφῆναι αὐτῷ, ἀλλὰ καὶ συναναστῆναι. Λιβάνου δὲ βουνῷ σαφῶς ἡ αὐτὴ Χριστοῦ σὰρξ ἀπεικάζεται, ἐπειδὴ μετὰ τὸ ἀναστῆναι Λιβάνου δίκην ἐξεβλάστησαν [6] τὰ ζῶντα ξύλα, τοὺς δικαίους· οἷς καὶ ἀτενίζουσα ἡ ἀκολουθία τοῦ λόγου ἐπαινεῖ θαυμαστῶς νύμφην.

ργ'. Ολη καλὴ ἡ [7] πλησίον μου, καὶ οὐκ ἔστιν [8] ἐν σοὶ μῶμος.

Καλὴ γὰρ τῷ λουτρῷ τῆς παλιγγενεσίας, οὐκ ἔχουσα μῶμον τὸν ἐξ ἁμαρτίας.

ρδ'. Δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου νύμφη, δεῦρο ἀπὸ Λιβάνου καλή [9].

Ινα δείξῃ καὶ τοὺς ἀπὸ Ἰουδαίων ἐρχομένους, καὶ τοὺς ἀπὸ ἐθνῶν. ἀπὸ Λιβάνου δὲ λέγει, διὰ τὸ Λιβάνου E δίκην ἀπὸ τοῦ λουτροῦ λευκοὺς ἀποτελεῖσθαι αὐτούς. Λίβανος δὲ [10] λευκασμὸς ἑρμηνεύεται.

ρε'. Ελεύσῃ καὶ διελεύσῃ ἀπ' ἀρχῆς [11] πίστεως.

Τὴν παρουσίαν αὐτῆς προφητεύων λέγει· ἐλεύσῃ καὶ

A *caro factum est, & habitavit in nobis*. Et, [a] *Sapientia ædificavit sibi domum*. Hæc domus in excelso ædificata est in Filio, secundum eum qui dicit: [b] *Qui in altis habitat, & humilia respicit*. Vin' tu omnem cognoscere altitudinem? aspice non solum in Dei genitrice Maria ædificium filii hominis, sed illud etiam quod ultra cælos est; & throni in dextera positi cum stupore demirare altitudinem, quæ dicitur Thalpioth.

XCVIII. *Mille clypei pendent super eam.*

Omnes *nimirum* qui e Christo originem suam trahunt, & ex quibus ipse ducit originem. Cum vero audias *mille*, ne numerum tantum cogites, sed & numeri perfectionem.

B XCIX. *Omnia jacula potentium.*

Jacula, ut arbitror, definit esse opera justificationum, quibus confossus inimicus prosternitur.

C. *Duo ubera tua super vinum, ut duo hinnuli gemelli capreæ.* ỳ. 5.

Duo ubera, ut supra dictum est, sunt duo Testamenta. Ut *duos hinnulos capreæ* dicit, (quod animal acutissimum cernit); sic qui se in spirituali duorum Testamentorum meditatione exercent, acuti sunt ad intelligentiam. *Gemelli* vero *hinnuli capreæ* dicuntur, propterea quod dupliciter adspiciuntur sententiarum mysticæ enarrationes; quæ & secundum litteram, suam habent utilitatem, & spiritualiter sacris initiatos lætificant.

C CI. *Qui pascunt inter lilia, donec adspiret dies & moveantur umbræ.*

Tales enim (*initiati*) pascuntur velut *inter lilia*, in divinis eloquiis, *donec adspiret* resurrectionis dies, *& moveantur umbræ* hujus vitæ.

CII. *Ibo mihi ad montem myrrhæ & ad collem Libani.* ỳ. 6.

Montem myrrhæ recte appellatur corpus Christi. Mons quidem juxta illud: [c] *Abscissus est lapis sine manibus, & percussit imaginem, & evasit in montem magnum**. *Myrrham* vero dicit, quia [d] Joseph allata myrrha montem hunc in ipsa sepelivit. Quod igitur dicit, *Ibo mihi ad montem myrrhæ & ad collem turis*, spontaneitatem subindicat, id est, D sponte ad hunc myrrhæ montem vadam, non solum ut cum ipso sepeliar, sed etiam cum eodem resurgam. *Colli* vero *turis* aperte caro Christi assimilatur, quoniam post resurrectionem instar *Libani* produxit ligna viva, *scilicet* justos; ad quos respiciens sermo qui sequitur, sponsam mirifice laudat.

CIII. *Tota pulcra proxima mea, & non est in te macula.* ỳ. 7.

Pulcra enim lavacro regenerationis, nullam habens ex peccatis maculam.

CIV. *Veni de Libano sponsa, veni de Libano.* ỳ. 8.

Ut ostendat, & qui a Judæis profecti sunt, & E qui ex gentibus. *De Libano* vero dicit, propterea quod ipsis instar Libani candidi fiunt per lavacrum. *Libanus* vero candor interpretatur.

CV. *Venies & transibis ab initio fidei.*

Adventum ejus prædicit dicens: *venies & trans-*

a Prov. IX. 1. b Psalm. CXII. 5. 6. c Dan. II. 34. 35. d Joan. XXIX.

1. Lego καὶ τοῦ ἐν δεξιᾷ θρόνου καταπλάγηθι τὸ ὕψος.
2. Barb. εὐφραίνονται. Vallic. εὐφραίνουσα. Emendavi εὐφραίνουσαι.
3. Non potest ferri hæc lectio. Lego λογίοις: & tale quiddam habuisse videtur in græco suo codice vetus interpres; qui tamen in hoc loco sequitur (ut sæpe deinceps facit) sententiam, non verba.
4. Verti ut vet. interpres, *ad collem Libani*, ad ipsius Philonis mentem; qui in explicatione hujus versus, non accipit Λιβάνου pro *ture*, sed pro *Libano*.
5. Lege ἐμαυτῷ.
6. Lego ἐξεβλάστησε.
7. Ei habent libri impressi. Aldina habet ἡ.
8. Vallic. καὶ μῶμος οὐκ ἔστιν ἐν σοί. Et sic in impressis Bibliis.
9. Nulla edit. habet καλή, atque eam ne vetus quidem agnoscit interpres.
10. Vallic. γάρ, & sic videtur legendum.
11. Vat. ἀπὸ ἀρχῆς. Alexandr. ἀπαρχῆς, quæ lectio est fere eadem, quam habent codd. Barb. & Vallic.

διελθούση. ἐλθούση μὲν ἀπὸ ἐθνῶν· διελθούση δὲ ἀπὸ [1] τοῦ νόμου. πάντες γάρ, φησιν, εἰδήσουσί με ἀπὸ μικροῦ [2] ἕως μεγάλου αὐτῶν.

ρς΄. Απ' ἀρχῆς πίστεως. ἀπὸ κεφαλῆς Σανιεὶρ [3] καὶ Αερμών [4].

Σανιεὶρ [5] ἑρμηνεύεται βάτος· Αερμὼν πνεῦμα, ἢ φωνὴ μετέωρος. λέγων οὖν ἀπὸ κεφαλῆς Σανιεὶρ, τοῦτον δεικνύει τὸν τρόπον, ὅτι ἀρχὴ τῆς πίστεως ἀπὸ τοῦ λαλήσαντος τῷ Μωϋσῇ ἐν τῇ βάτῳ, καὶ ποιήσαντος φωνὴν [6] μετέωρον τοῖς υἱοῖς Ισραὴλ, ἡνίκα [7] ἐξίεσαν ἐξ Αἰγύπτου· συνάγει δὲ ταύτης τὴν γενεὰν, οὐκ ἀπὸ ἑνὸς λαοῦ, οὔτε ἀπὸ ἑνὸς τόπου, ἀλλὰ ὁμαδὴν [8] εἰπὼν, τοὺς ἐκ διαφόρων ἥκοντας πρὸς αὐτὴν ἐθνῶν, λέγει·

ρζ΄. Από μανδρῶν λεόντων, ἀπὸ ὀρέων παρδάλεων.

Ινα εἴπῃ, ἀπὸ πλατειῶν [9] βασιλέων, καὶ ἀπὸ τῆς τῶν ἁμαρτωλῶν ποικιλίας ἐξελθόντας. εἶτα ὅταν [10] τὴν γενεὰν αὐτῆς διηγεῖται [11], τοιάδε αὐτῇ προσεπιλέγει.

ρή. Εκαρδίωσας ἡμᾶς ἀδελφή μου νύμφη· ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἑνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου [12] σου.

Ελήλυθεν αὐτῆς ὁ νυμφίος ἑνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν αὐτῆς προσέχων. εἰ μὲν σαρκικὸν ἦν τὸ λεγόμενον, οὐκ ἂν ἑνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν ἔλεγεν· ἀλλὰ ἐπειδήπερ δύο ὄψεις ἔχομεν ἐπὶ σαρκός· ἐπὶ δὲ καρδίας ἕνα ὀφθαλμοῦ δίκην τὸν νοῦν· εἰς τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἀποβλεπόντων [13] πιστῶν, καὶ τὸν εὐσεβῆ θεώμενον λογισμὸν, ὅνπερ ὀφθαλμὸν οἶδε καλεῖν, λέγων· ἐκαρδίωσας ἡμᾶς ἑνὶ ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου, ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου, τῇ ἐντεθειμένῃ [14] αὐτῇ περιτραχήλος σωφροσύνῃ.

ρθ΄. Τί ἐκαλλιώθησαν [15] μαστοί σου ἀπὸ οἴνου, καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα;

Εκαλλιώθησαν γὰρ αἱ δύο διαθῆκαι, καὶ ἀπὸ τοῦ πνευματικοῦ οἴνου· ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὑπὲρ πάντα τὰ ἀρώματα· ἵνα εἴπῃ τὴν εὐωδίαν τῶν εὐαγγελικῶν ἐντολῶν ὑπὲρ πάντα τὰ τοῦ νόμου προστάγματα.

ρί. Κηρίον ἀποστάζουσι χείλη σου νύμφη.

Χείλη αὐτῆς οἱ διδάσκαλοι τυγχάνουσιν ἄνδρες, οἵτινες κηρίων δίκην τοὺς γλυκεῖς τῆς διδασκαλίας αὐτῇ προχέουσι λόγους. κηρία γὰρ μέλιτος λόγοι καλοί.

ριά. Μέλι καὶ γάλα ὑπὸ τὴν γλῶσσάν σου.

Μέλι τὸ κήρυγμα τῆς μετανοίας· γάλα ἡ κατήχησις τοῦ νόμου.

ριβ΄. Καὶ ὀσμὴ ἱματίων σου ὀσμὴ Λιβάνου.

Η ποίησις [16] τῶν ἐντολῶν ὀσμὴ εὐωδίας τῷ Χριστῷ.

ριγ΄. Κῆπος κεκλεισμένος ἀδελφή μου νύμφη.

Κεκλεισμένος τῷ διαβόλῳ· ἠνεῳγμένος δὲ τῷ πνευματικῷ νυμφίῳ, τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ τῷ κυρίῳ ἡμῶν Ιησοῦ Χριστῷ.

A ibis. Veniens quidem a gentilitate, transibis per Legem. [a] *Omnes enim*, inquit, *intelligent me a parvo usque ad magnum eorum*.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

CVI. *Ab initio fidei: a capite Sanir & Aermon.*

Sanir interpretatur rubus: *Aermon* spiritus, vel vox sublimis. Cum igitur dicat, *a capite Sanir*, hoc modo ostendit principium fidei esse ab eo qui loquutus est ad Moysen in rubo, ediditque sublimem vocem filiis Israel, quando exierunt ex Ægypto. Genus autem ejus non ex uno colligit populo, neque ex uno loco; sed cum summatim dixerit, ex diversis gentibus esse qui ad eam veniant, ait:

B CVII. *A cubilibus leonum, a montibus pardorum.*

Ut id significet: a palatiis regum, & a varietate peccatorum egressos. Deinde ubi ejus generationem narravit, sic eam affatur:

CVIII. *Cor abstulisti nobis soror mea sponsa: cor abstulisti nobis in uno oculorum tuorum, in uno ornamento colli tui.* ℣. 9.

Venit ejus sponsus, in unum ex oculis ejus intentus. Si quidem carnale esset quod dicitur, non dixisset *in uno oculorum tuorum*: sed quoniam duos oculos habemus in carne; in corde vero unam, instar oculi, mentem: respiciens ad fidem quæ animæ præsidet, piamque intuens mentem quam oculum appellat, propterea dicit: *Cor abstulisti nobis in uno oculorum, in uno ornamento colli tui*, quod (*sc. ornamentum*) est, tamquam collum cingens, imposita illi castitas. C

CIX. *Quam speciosa facta sunt ubera tua a vino, & odor vestimentorum tuorum super omnia aromata!* ℣.10.

Speciosa enim facta sunt duo Testamenta a spirituali *vino*, hoc est sanguine Christi. *Et odor vestimentorum tuorum super omnia aromata*; ut significet bonum odorem evangelicorum præceptorum super omnia legis mandata.

CX. *Favum distillant labia tua sponsa.* ℣.11.

Labia ejus sunt doctores, qui *favorum* instar, dulcia illi effundunt eloquia doctrinæ. [b] *Favi enim* D *mellis sermones boni*.

CXI. *Mel & lac sub lingua tua.*

Mel prædicatio pœnitentiæ: *lac* catechesis legis.

CXII. *Et odor vestimentorum tuorum ut odor Libani.*

Exsequutio mandatorum odor suavitatis est Christo.


CXIII. *Hortus conclusus, soror mea sponsa.* ℣.12.

Conclusus diabolo: apertus spirituali sponso, filio Dei Domino nostro Jesu Christo.

a Jer. XXXI. 34. *b* Prov. XVI. 24.

1. Lego *διὰ τοῦ νόμου*.
2. Vatic. *ἀπὸ μικροῦ αὐτῶν*. Sed Philo frequenter utitur, ut etiam in hoc loco, lectione cod. Alexandr. Caput illud Hieremiæ in Vulgata latina est caput XXXI.
3. Omnes libri habent *Σανίρ*.
4. Hæc est lectio Alex. Aldina & Complut. Lectio Vat. edit. est *Ερμών*.
5. Explanatio hujus versus sic legitur in cod. Vallic. *Τὴν ἀπαρχὴν τῆς πίστεως αὐτῆς λέγει. ἀπὸ κεφαλῆς πίστεως Σανιεὶρ καὶ Αερμών. Αερμὼν πνεῦμα, ἢ φῶς μετέωρον. λέγων οὖν ἀπὸ φωνῆς Σανιεὶρ, τοῦτον δεικνύει τὸν τρόπον ὅτι κ. τ. λ.*
6. *Φῶς μετέωρον* habet Vallic. & sic videtur legisse vetus interpres.
7. *Ηνίκα ἐξίεσαν ἐξ Αἰγύπτου*, hæc restitui ex cod. Vallic. quæ absunt a Barb. & meo. 8. Lege *ὁμαδόν*.
9. Barb. cod. *πλατειῶν*. Male. Vallic. *πλατειῶν*. Sequor versionem vet. int. qui legit *παλατίων*.
10. Vix intelligas vet. interpretem, qui vertit: *D. inceps post generationis ejus collectionem hæc dicit*.
11. Lego *διηγεῖται*.
12. E Sic habet Compl. & Alex. codex. At edit. Vatic. *τραχήλων*. Ald. *τραχήλῳ*.
13. Locus corruptus. Barb. *ἀποβλέπων τῶν πιστῶν*. Vallic. *ἀποβλέπων τῆς πίστεως*. Mutinen. *ἀποβλέπων τῆς πίστεως*, quibus duabus vocibus superducta est linea, & in margine adscriptum est *τῶν πιστῶν*. Vet. interpr. videtur habuisse codicem, a quo abesset & *τῆς πίστεως*, & *τῶν πιστῶν*. Legendum fortasse *εἰς τὸ ἡγεμονικὸν τῆς ψυχῆς ἀποβλέπων τὴν πίστιν, καὶ τὸν εὐσεβῆ θεώμενος λογισμὸν, ὅνπερ ὀφθαλμὸν οἶδε καλεῖν, λέγει*, ut sit *τὴν πίστιν* appositum: quam lectionem in versione sequutus sum.
14. Sic habet Vallicell. Ceteri codd *ἐντεθειμένῃ*. Sed locum depravatum ita restituo *ἐν μιᾷ ἐνθέματι τραχήλου σου· ὅ ἐστιν, ἐντεθειμένη αὐτῇ περιτραχήλιος* [illegible]
15. Sacer textus integer est: *τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου ἀδελφή μου νύμφη; τί ἐκαλλιώθησαν μαστοί σου ἀπὸ οἴνου*; Ea prima verba omisit per indiligentiam librarius. Veterem interpretem in suo codice apparet ea habuisse.
16. Vet. interp. vertit: *Hæc est* [illegible] *odor suavitatis est Christus*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ριδ'. Κῆπος κεκλεισμένος, πηγὴ ἐσφραγισμένη.

Τῇ τοῦ Χριστοῦ σφραγίδι, τῇ ὑπὸ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας.

ριε'. Αποστολαί σου παράδεισος [1] ῥοῶν.

Οἱ ἀπόστολοι ὡς ὁ παράδεισος [2] τῆς τρυφῆς τὴν τοῦ λουτροῦ πηγὴν ἔχοντες.

ρις'. Μετὰ καρποῦ ἀκροδρύων· κύπροι μετὰ νάρδων· νάρδος καὶ κρόκος, κάλαμος καὶ κινάμωμος [3] μετὰ πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου.

Ινα διὰ τῶν αἰσθητῶν τὴν νοητὴν τῶν ἁγίων προσαγμάτων καὶ διάφορον νοήσωμεν εὐωδίαν. καρποὺς γὰρ ἀκροδρύων, τὰ γεννήματα τῆς δικαιοσύνης τῶν ἁγίων νοητέον εἶναι. κύπροι μετὰ νάρδων, οἱ εὐωδιάζοντες τῆς εὐσεβείας λόγοι μετὰ νάρδου τῆς πίστεως. νάρδος καὶ κρόκος, πίστις μετὰ [4] πιστέως καὶ ἀσκήσεως. κρόκῳ γὰρ ἀπεικάζει τοὺς ἀσκητὰς τοὺς τῇ πολιτείᾳ νεκροῦντας τὸ σῶμα [5] καὶ κροκοειδεῖς ποιοῦντας· καλάμῳ δὲ καὶ κινναμώμῳ μετὰ πάντων ξύλων τοῦ Λιβάνου, τοῖς ἀκροτάτοις τῶν ἀρωμάτων, Παῦλον καὶ Πέτρον μετὰ πάντων τῶν πιστῶν ἁρμόζεται· ἵνα πάντας τοὺς συνταφέντας Χριστῷ ἐν τῷ βαπτίσματι μίαν [6] εὐωδίαν εἴπῃ· ὅθεν καὶ ἐν ἀκολουθίᾳ τὸν ἐνταφιασμὸν ὑποσημαίνει τοῦ Χριστοῦ.

ριζ'. Σμύρναν καὶ ἀλωὴν [7] μετὰ πάντων πρώτων μύρων.

Ινα εἴπῃ τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ τὸ ταφέν. Σμύρνη καὶ ἀλωὴ ἀπὸ Ιωσὴφ εὐσχήμονος βουλευτοῦ μετὰ πάντων πρώτων ἀρωμάτων, τουτέστι, μετὰ πάντων τῶν προταφέντων [8] δικαίων.

ριη'. Πηγὴ [9] κήπων [10], φρέαρ ὕδατος ζῶντος καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου.

Αὐτὸς γὰρ πηγὴ κήπων· καθότι καὶ ἐν Ιερεμίᾳ ἐγκαλῶν Ιουδαίοις λέγει· ἐμὲ ἐγκατέλιπον πηγὴν ὕδατος ζῶντος. καὶ ῥοιζοῦντος ἀπὸ τοῦ Λιβάνου· ἀπὸ γενεαλογιῶν πάντων τῶν δικαίων οἷά τις ἐροίζης [11] ἐν πηγῇ.

ριθ'. Εξεγέρθητι βοῤῥᾶ, καὶ ἔρχου νότε, καὶ διάπνευσον κῆπόν μου, καὶ ῥευσάτωσαν ἀρώματά μου [12].

Εκδιώκει τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ, καθὼς εἶπεν ἐν τῷ προφήτῃ· καὶ τὸν ἀπὸ βοῤῥᾶ, ἐκδιώξω ἀφ' ὑμῶν. καὶ προσκαλεῖται τὸν νότον, ὅπερ ἐστὶ τὴν τρυφερὰν τοῦ ἁγίου πνεύματος αὔραν, ἵνα τὸν κῆπον διαπνεύσῃ, τουτέστι τὴν ἐκκλησίαν, καὶ ῥεύσῃ τὰ τῆς δικαιοσύνης ἀρώματα. εἶτα ἡ ἐκκλησία προκαλεῖται τὴν κατάβασιν τοῦ λόγου, καὶ λέγει·

ρκ'. Καταβήτω ὁ [13] ἀδελφιδός μου εἰς κῆπον αὐτοῦ [14], καὶ φαγέτω καρπὸν ἀκροδρύων αὐτοῦ.

Ποῖον [15] καρπὸν αὐτὸς ἑρμηνεύει ὁ νυμφίος, ἐμὸν βρῶμα λέγων [16], ἵνα ποιῶ τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντός με. ὅτε [17] οὖν τὸ θέλημα τοῦ πέμψαντος αὐτὸν εἰς τοὺς ἑαυτοῦ ποιεῖ δούλους, αὐτὸς εὐφραίνεται, τὰ ἀκρόδρυα τῆς τῶν δικαίων καρπολογούμενος ἀρετῆς.

A CXIV. *Hortus conclusus, fons signatus.*

Christi signo, quod in lavacro regenerationis (*imprimitur.*)

CXV. *Emissiones tuæ, paradisus malorum punicorum.* ℣.13.

Apostoli, qui veluti deliciarum horti habent lavacri fontem.

CXVI. *Cum fructu nucum. Cypri cum nardis. Nardus & crocus, calamus & cinnamomum cum omnibus lignis Libani.*

Ut per sensibilia intelligibilem & variam sanctorum mandatorum intelligamus odoris suavitatem. Fructus enim pomorum germina intelligenda sunt justitiæ sanctorum. *Cypri cum nardis*, sermones qui suavem pietatis odorem spirant cum nardo fidei. B *Nardus & crocus*, fides cum asperitate vitæ. Croco enim assimilat ascetas, qui mortui sunt mundo, & corpus croco simile reddunt. *Calamo* vero & *cinnamomo cum omnibus lignis Libani*, quæ quidem sunt præcipua aromata, Paullum & Petrum cum omnibus fidelibus assimilat; ut omnes qui [a] *Christo sunt consepulti in baptismo* unum dicat odorem habere: unde & in sequentibus Christi sepulturam subindicat.

CXVII. *Myrrha & aloe cum omnibus primis unguentis.* ℣.14.

Ut significet corpus Christi sepultum. *Myrrha & aloe* a Josepho spectabili senatore cum omnibus primis aromatibus; hoc est, cum omnibus justis qui C antea sepulti fuerant.

CXVIII. *Fons hortorum, puteus aquæ vivæ, & cum strepitu fluentis e Libano.* ℣.15.

Ipse enim *fons hortorum*; quatenus in Hieremia increpans Judæos dicit: [b] *Me dereliquerunt fontem aquæ vivæ.* * *Et cum strepitu fluentis e Libano*; id est, a generationibus justorum veluti quidam. * * *

CXIX. *Exsurge aquilo, & veni auster, & aspira hortum meum, & fluant aromata mea.*

Expellit eum qui est ab Aquilone, quemadmodum dicit apud Prophetam: [c] *Qui est ab Aquilone, expellam a vobis.* Et advocat *austrum*, id est, suavem sancti Spiritus auram, ut hortum perflet, D hoc est, ecclesiam, & fluant justitiæ aromata. Deinde ecclesia provocat descensum Verbi, & dicit:

CXX. *Descendat fraternus meus in hortum suum, & comedat fructum pomorum suorum.*

Cujusmodi sit ille *fructus*, ipse sponsus interpretatur dicens: [d] *Meus cibus est, ut faciam voluntatem ejus qui misit me.* Quando igitur ejus voluntatem qui misit se, facit erga servos suos; tunc lætatur & poma carpit ex virtute justorum.

a Coloss. II. 12. *b* Jer. II. 13. *c* Joel. II. 20. *d* Joan. IV. 34.

1. Aldina habet παράδεισοι, & eam lectionem habuisse videtur in suo codice Salutatus.
2. Lego ut Salutatus οἱ ὡς παράδεισοι τῆς τρυφῆς.
3. Edit. Vat. κιννάμωμον.
4. Duas voces, πίστεως καὶ, delendas censeo, & legendum πίστις κατὰ ἀσκήσεως·
5. Lego καὶ τὸ σῶμα κροκοειδές.
6. Videtur deesse ἔχειν. Lego μίαν ἔχειν εὐωδίαν.
7. Vat. σμύρνα, ἀλώθ. Aqu. σμύρνα καὶ ἀλωή.
8. Male vet. interpr. *qui primo sepulti sunt.*
9. Hic versus ejusque explanatio, absunt a meo & Barb. Ea igitur huc revocavi ex Vallic.
10. Alex. & Compl. πηγὴ κήπων, φρέαρ. Vatic. πηγὴ κήπου καὶ φρέαρ.
11. Εροίζης ἐν πηγῇ. Ita codd. Vallic. Mutin. Theat. E Auxim. Barb. & meus; qui omnes habent ἐροιζης sine ullo accentu. Locus corruptus. Vet. interp., in hoc tamen loco, ut & deinceps, paraphrastes magis quam interpres, ait: *Instar impetus aquæ descendit a generatione Judæorum.* Legit igitur οἷά τις ῥοῖζος ὕδατος ἐκ γενεαλογιῶν τῶν Ιουδαίων.
12. Adjeci μου, tum quod ita habet edit. Vat. tum quia eam vocem agnoscit cod. Vallic.
13. In Vallic. deest articulus ὁ, ut itidem deest in Vatic.
14. Cod. Alex. εἰς κῆπόν μου, & sic legit in suo cod. vet. interpr. *in hortum meum*.
15. Mutinen. ποίων καρπῶν.
16. Λέγων ἐστὶν cod. Vallic. & sic est integer textus S. Joannis.
17. Vallic. ὅταν.

A

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

ΚΕΦ. Ε.

ρκα΄. Εἰσῆλθον εἰς κῆπόν μου ἀδελφή μου νύμφη. ἐτρύγησα σμύρναν μου μετὰ ἀρωμάτων μου.

ΤΗΝ ταφὴν μετὰ τῶν προφητειῶν τῶν προφητευουσῶν εἰς αὐτόν.

ρκβ΄. Ἔφαγον ἄρτον μου μετὰ μέλιτός μου.

Ἔφαγον τὸ πάσχα μετὰ φιλανθρωπίας.

ρκγ΄. Ἔπιον οἶνόν μου μετὰ γάλακτός μου.

Τὸ ποτήριον μετὰ ἀκακίας.

ρκδ΄. Φάγετε [1], καὶ πίετε, καὶ μεθύσθητε ἀδελφοί.

Τὴν μυστικὴν τὴν ἐπὶ τοῦ πάσχα ἑστίασιν, περὶ B ἧς λέγει· λάβετε, φάγετε· καὶ, λάβετε, πίετε. σαφῶς δὲ καὶ ἡ ἀκολουθία συνίστησι τὰ προειρημένα· φησὶ γάρ.

ρκε΄. Ἐγὼ καθεύδω.

Ἐν τῷ σταυρῷ.

ρκϛ΄. Καὶ ἡ καρδία μου ἀγρυπνεῖ.

Ἡ θεότης σκυλεύσασα τὸν ᾅδην.

ρκζ΄. Φωνὴ ἀδελφιδοῦ μου κρούει ἐπὶ τὴν θύραν.

Σαφῶς ἡ ἀκολουθία συνίστησι τὰ προειρημένα. φησὶ γὰρ μετὰ τὴν ἀνάστασιν· ἦλθε τῶν θυρῶν κεκλεισμένων.

ρκη΄. Ἄνοιξόν μοι ἀδελφή [2] μου, ἡ πλησίον μου.

Καλεῖ τὸν Θωμᾶν καὶ τὴν δύσπιστον αὐτοῦ ψυχήν· καὶ λέγει αὐτῇ· ἄνοιξόν μοι ἡ πλησίον μου· ἵνα ἀνοίξῃ ἡ ψυχὴ αὐτοῦ τὴν ἰδίαν καρδίαν, καὶ χωρήσῃ τῆς C ἀναστάσεως τὴν πληροφορίαν.

ρκθ΄. Περιστερά μου, τελεία μου.

Περιστερὰ διὰ τὴν ἀκακίαν· τελεία διὰ τὴν τῆς πίστεως ὁμολογίαν· ὁπηνίκα λέγει, ὁ κύριός μου, καὶ ὁ Θεός μου.

ρλ΄. Ὅτι ἡ κεφαλή μου ἐπλήσθη δρόσου, καὶ οἱ βόστρυχοί μου ψεκάδων νυκτός.

Ὑποσημαίνει ἐν τούτῳ τὴν περὶ τὸν ὄρθρον ἀνάστασιν, ἐν ᾧ καὶ δρόσος καταπέμπεται.

ρλα΄. Ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου· πῶς ἐνδύσομαι αὐτόν;

Ὅπερ ἐστὶν, ἐξεδύσατο Ἀδὰμ τὴν ἐντολὴν παραπεισθεὶς ὑπὸ τοῦ ὄφεως. διεξομολογουμένη ἡ νύμφη λέγει· νυκτὸς ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνα μου· πῶς ἐν- D δύσομαι αὐτόν; ὅπερ ἐστὶ, τῷ σκότει τῆς παρακοῆς ἐξεδυσάμην τὴν ἐντολὴν, καὶ αὐτὸ ἐξεδυσάμην καὶ τὸ σῶμα. περὶ γὰρ τῆς ἀναστάσεως ὑπάρχων ὁ λόγος διεγείρει καὶ ἀνακινεῖ καὶ τὴν παρὰ τοῦ θανάτου αἰτίαν. ἀναστὰς γὰρ ἐκ νεκρῶν ὁ μονογενὴς, καὶ τὴν ἀνάστασιν πάντων προφητικῶς ἐν τῷ ἰδίῳ ἐνδεικνύμενος σώματι· καὶ αὐτὴν τὴν ἐκκλησίαν ὥσπερ ἐκ νεκρῶν ἀνιστῶν καλεῖ καὶ λέγει· ἄνοιξόν μοι ἀδελφή μου, ἡ πλησίον μου. εἶτα ἀποδυρομένη ἀποκρίνεται καὶ λέγει· νυκτὸς ἐξεδυσάμην τὸν χιτῶνά μου, ὅπερ ἐστὶ, τὸ σῶμα.

ρλβ΄. Ἐνιψάμην τοὺς πόδας μου, πῶς μολυνῶ αὐτούς;

Ὁ ἀποθανὼν, δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας. εὐλαβῶς φοβοῦμαι πάλιν ἀναστῆναι καὶ ζῆν, μήπως πά- E λιν ταῖς αὐταῖς περιπέσω ἁμαρτίαις, καὶ τοὺς πόδας μολυνῶ. ἐνταῦθα δὲ ἔτι καὶ πρὸς τὸν Θωμᾶν ὁ λόγος· εἰ γὰρ πολυπλασιάζεται ἡ διήγησις διὰ τὴν ἀκουόντων ὠφέλειαν· ὅμως ὁ εἱρμὸς τῆς ἀκολουθίας εἰς τὸν Θωμᾶν τὰ λείψανα μηνύει.

ρλγ΄. Ἀδελφιδός μου ἀπέστειλε τὴν χεῖρα αὐτοῦ ἀπὸ τῆς ὀπῆς, καὶ κοιλία μου [3] ἐταράχθη ἐπ' αὐτόν.

Ὁπηνίκα ἔλεγεν ὁ Ἰησοῦς τῷ Θωμᾷ· δεῦρο [4] βά-

CAP. V.

CXXI. *Introivi in hortum meum, soror mea sponsa. Vindemiavi myrrham meam cum aromatibus meis.*

Sepulturam cum prophetiis, quæ de ipso prophetaverunt. ℣. 1.

CXXII. *Manducavi panem meum cum melle meo.*

Comedi pascha cum humanitate.

CXXIII. *Bibi vinum meum cum lacte meo.*

Calicem cum innocentia.

CXXIV. *Comedite & bibite & inebriamini fratres.*

Mysticum paschæ convivium indicat, de quo dicit: [a] *Accipite, comedite*: & *Accipite, bibite*. Luculenter autem ea quæ sequuntur, id quod dictum est confirmant. Ait enim:

CXXV. *Ego dormio.* ℣. 2.

In cruce.

CXXVI. *Et cor meum vigilat.*

Divinitas quæ exspoliavit infernum.

CXXVII. *Vox fraterni mei pulsat ad ostium.*

Luculenter quæ sequuntur, comprobant quæ dicta sunt. Ait enim post resurrectionem: [b] *Venit januis clausis.*

CXXVIII. *Aperi mihi, soror mea, proxima mea.*

Vocat Thomam & ejus incredulam animam, eique dicit: *Aperi mihi proxima mea*; ut aperiat anima ipsius proprium cor, & excipiat plenam fidem resurrectionis.

CXXIX. *Columba mea, perfecta mea.*

Columba, propter innocentiam: *perfecta*, propter fidei confessionem, quando dicit: [c] *Dominus meus & Deus meus.*

CXXX. *Quia caput meum impletum est rore, & cincinni mei guttis noctis.*

Subindicat in hoc resurrectionem circa diluculum, cum & ros delabitur.

CXXXI. *Exui tunicam meam: quomodo induam illam?* ℣. 3.

Hoc est, exuit se Adam præcepto, a serpentis suasione deceptus. Confitetur sponsa & ait: *noctu exui tunicam meam: quomodo eam induam?* Hoc est; in tenebris inobedientiæ exui præceptum, & ipsum exui corpus. Quæ enim versatur oratio circa resurrectionem, excitat & movet caussam mortis. Exsurgens enim a mortuis Unigenitus, & resurrectionem omnium prophetice in proprio corpore ostendens, ipsam ecclesiam velut a mortuis resurgens vocat, & dicit: *Aperi mihi soror mea, proxima mea.* Deinde ea lamentabunda respondet, & dicit: *Noctu exui tunicam meam*, hoc est, corpus.

CXXXII. *Lavi pedes meos: quomodo inquinabo illos?*

[d] *Qui mortuus est, justificatus est a peccato.* Timide metuo, ne rursus resurgam & vivam; ne rursus in eadem peccata recidam, & *pedes inquinem.* Heic autem sermo est etiam ad Thomam. Etsi enim multiplicatur expositio (*sc. sæpius iteratur*) ad utilitatem audientium, tamen nexus & cohærentia ostendit, quæ restant etiam in Thomam convenire.

CXXXIII. *Fraternus meus emisit manum suam* * *de prospectu, & venter meus conturbatus est super ipsum.* ℣. 4.

Quando dixit Jesus Thomæ: [e] *Mitte huc manum*

[a] I. Cor. XI. 24. [b] Joan. XX. 26. [c] Ibid. ℣. 28. [d] Rom. VI. 7. [e] Joan. XX. 27.

1. Cod. Vatic. φάγετε πλησίοι, καὶ πίετε, quam lectionem agnoscit vetus interpres, *manducate proximi mei*.

2. Sic cod. Alex. Editio Vatic. habet ἡ πλησίον μου, ἀδελφή μου.

3. Vatic. cod. καὶ κοιλία μου ἐθροήθη ἐπ' αὐτόν.

4. Sacer textus habet, φέρε τὸν δάκτυλόν σου ὧδε, καὶ ἴδε τὰς χεῖράς μου· καὶ φέρε τὴν χεῖρά σου, καὶ βάλε εἰς τὴν πλευράν μου.

* *De prospectu*] Mallem equidem, *de foramine*.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



λε τὴν χεῖρά σου εἰς τὴν πλευράν μου, καὶ τοὺς δακτύλους σου εἰς τοὺς τύπους τῶν ἥλων. ὅτε δὲ ταῦτα γέγονε, καὶ περὶ τῆς ἀναστάσεως ἐπληροφορήθη ὁ Θωμᾶς, τότε λέγει, τὴν κοιλίαν τεθροεῖσθαι [1] διὰ τὴν παράδοξον ἀνάστασιν.

ρλδ΄. Ἀνέστην ἐγὼ τοῦ ἀνοῖξαι τῷ ἀδελφιδῷ μου, χεῖρέ [2] μου ἔσταξαν σμύρναν· δάκτυλοί μου σμύρνας [3] πλήρεις.

Σαφῶς καὶ οὗτος τῷ Θωμᾷ δύναται εἶναι ὁ λόγος, χερσὶ γὰρ ἀρξάμενος [4] τῆς πλευρᾶς τοῦ Ἰησοῦ, αἱ αὐταὶ χεῖρες αὐτοῦ ἔσταξαν σμύρναν, καὶ οἱ δάκτυλοι αὐτοῦ σμύρνης πλήρεις, διὰ τὸ τὴν σμύρναν τὴν συνταφεῖσαν τῷ Ἰησοῦ πνεῖν τὼ χεῖρε τοῦ Θωμᾶ· ἵνα καὶ ἐν τούτῳ μαρτυρηθῇ, ὅτι ὄντως τὸ παθητικὸν σῶμα, τοῦτο καὶ ἀνέστη· διὸ λέγει.

ρλε΄. Ἐπὶ θύρᾳ [5] τοῦ κλείθρου· ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου.

Ἡ γὰρ νύμφη διὰ τῆς τοῦ Θωμᾶ ἀπιστείας πεπληροφορημένη τὴν τῆς ἀναστάσεως πίστιν, ἐπὶ θύραις [6] ποιεῖ τοῦ κλείθρου· τουτέστιν τοῦ Θωμᾶ, τοῦ κεκλεισμένου πρότερον εἰς ἀπιστείαν, ἔπειτα δὲ πεπληροφορημένου τῇ πίστει· ἤνοιξα ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου· ἡ γὰρ τοῦ Θωμᾶ ἀπιστεία πᾶσι τὴν τῆς ἀναστάσεως ἔδειξεν πληροφορίαν, ὅτι οὐ φαντασία ἡ ἀνάστασις, ἀλλ' ὄντως τὸ σταυρωθὲν σῶμα, τοῦτο ἀναστὰν τὴν πάσης σαρκὸς σαφῆ παρέστησεν ἀνάστασιν.

ρλϛ΄. Ἀδελφιδὸς [7] παρῆλθεν ἐκ [8] τοῦ ᾅδου.

Διὰ τοῦ κόσμου εἰς οὐρανούς.

ρλζ΄. Ἡ [9] ψυχή μου ἐξῆλθεν ἐν λόγῳ αὐτοῦ.

Ποίῳ λόγῳ; εἰρηκότι· μὴ φοβεῖσθαι [10] ἀπὸ τῶν ἀποκτεινόντων τὸ σῶμα, τῇ δὲ ψυχῇ μὴ ἐχόντων τι ποιῆσαι. καί· ὃς ἂν ἀπολέσῃ τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἕνεκα ἐμοῦ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν.

ρλη΄. Ἐζήτησα αὐτὸν, καὶ οὐχ εὗρον αὐτόν.

Ἐζήτει γὰρ ἡ ἐκκλησία εἰρήνην ἐν καιρῷ πειρασμοῦ· ἀλλ' οὐκ ἦν καιρός· ἔδει γὰρ τοὺς ὄντας [11] πιστοὺς ἐν πειρασμοῖς ὑπομεῖναι, καὶ νικῆσαι. διὸ λέγει·

ρλθ΄. Ἐκάλεσα αὐτὸν, καὶ οὐχ ὑπήκουσέ μου. εὕροσάν με οἱ φύλακες, οἱ κυκλοῦντες ἐν τῇ πόλει. ἐπάταξάν με, ἐτραυμάτισάν με.

Φύλακας νοητοὺς καὶ πνευματικοὺς τοὺς προφήτας νοεῖ σαφῶς, καὶ τοὺς ἀποστόλους, οἵτινες εὑρόντες τὴν ἁγίαν νύμφην τῷ καλῷ αὐτὴν νυμφίῳ προσάπτουσιν. ἐπάταξε δὲ καὶ αὐτὴν, καὶ ἐτραυμάτισεν αὐτὴν Παῦλος λέγων· νεκρώσατε τὰ μέλη ὑμῶν τὰ ἐπὶ τῆς γῆς. ἐτραυμάτισεν αὐτὴν Ἰωάννης λέγων· εἰ αὐτὸς τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἔθηκεν ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ ἡμεῖς ὀφείλομεν τὰς ψυχὰς ὑπὲρ τῶν ἀδελφῶν θεῖναι. καί τις προφήτης ἐν ταῖς Βασιλείαις τῷ παρεστηκότι λέγει· ἐν λόγῳ κυρίου πάταξόν με. ὁ δὲ οὐκ ἠθέλησε, καὶ εἶπεν αὐτῷ· ἀνθ' ὧν οὐκ [12] ἤκουσας, ἐξελεύσεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ, καὶ καταφάγεταί σε. ἐπειδὴ γὰρ πνευματικὸν ἦν τὸ προτυπούμενον πάταγμα οὐ πρὸς ἀναίρεσιν ψυχῆς, ἀλλὰ πρὸς τὰ ὑπὲρ Θεοῦ παθεῖν, τοῦτο οὕτως γεγένηται. ἐὰν οὖν προσέλθῃ σοί τις λέγων· νουθέτησόν με· λέγει σοι, πάταξόν με, ἵνα αὐτοῦ τὴν σάρκα διὰ τῆς νουθεσίας νεκρώσῃς τοῦ ἀπέχεσθαι αὐτὸν ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας. καὶ

A *tuam in latus meum, & digitos tuos in vestigium clavorum.* Quando vero hæc contigerunt, & Thomas de resurrectione fidem plenam concepit; tunc dixit, ventrem sibi conturbatum esse propter resurrectionis miraculum.

CXXXIV. *Exsurrexi ego aperire fraterno meo. Manus meæ stillaverunt myrrham: digiti mei myrrha pleni.* ℣. 5.

Luculenter & hic sermo potest esse de Thoma. Manibus enim tangens latus Jesu, ipsæ *manus* ejus *stillaverunt myrrham, & digiti ejus myrrha pleni*; propterea quod manus Thomæ redolebant myrrham cum Jesu consepultam; ut etiam in hoc testificatum sit re vera passibile corpus, idem surrexisse:
B ideo dicit:

CXXXV. *In manibus clausuræ: aperui ego fraterno meo.*

Sponsa enim per incredulitatem Thomæ, cum plenissimam hausisset fidem resurrectionis, *in manibus*, inquit, *clausuræ* (hoc est, Thomæ, qui clausus fuerat antea in infidelitate, deinde plenam conceperat fidem) *aperui ego fratrueli meo*. Infidelitas enim Thomæ omnibus resurrectionis fidem firmissimam demonstravit; non enim resurrectio fuit phantastica, sed corpus re vera cruci affixum: idem revivifcens omnis carnis claram fecit resurrectionem.

CXXXVI. *Fraternus meus transivit.* ℣. 6.

Ex inferno per mundum ad cælos.

C CXXXVII. *Anima mea egressa est in sermone ejus.*

Quonam sermone? eo qui dixit: [a] *Ne timeatis ab iis qui occidunt corpus, animæ vero non possunt quidquam facere.* Et: [b] *Qui perdiderit animam suam propter me, in vitam æternam custodiet eam.*

CXXXVIII. *Quæsivi eum, & non inveni eum.*

Quærebat enim ecclesia pacem tempore tentationis: sed non erat opportunum: oportebat enim, qui re vera fideles essent, in tentationibus sustinere & vincere. Propterea dicit:


CXXXIX. *Vocavi eum, & non obaudivit me. Invenerunt me custodes, qui circumeunt in civitate: percusserunt me, vulneraverunt me.* ℣℣. 6. 7.

Custodes intelligibiles & spirituales Prophetas aperte
D te intelligito, & Apostolos qui invenerunt sanctam sponsam, eamque cum pulcro sponso junxerunt. Percussit vero ipsam, & vulneravit Paullus dicens: [c] *Mortificate membra vestra, quæ super terram.* Vulneravit eam Joannes dicens: [d] *Si ipse animam suam posuit pro nobis, & nos debemus animas pro fratribus ponere.* Et alicubi quidam Propheta in libris Regum adstanti dicit: [e] *In verbo Domini percute me.* Cumque ille noluisset, dixit ei: *Quia non audisti, exibit leo de silva, & devorabit te.* Cum igitur spiritualis esset præfigurata percussio non ad vitam adimendam, sed ad mala pro Deo perpetienda, ita illud contigit. Si quis igitur ad te accedat dicens: Mone me: is dicit tibi, Percute
E me, ut ipsius carnem per monitionem mortifices, & ille abstineat ab omni peccato. Et rursus alibi dicit Propheta: [f] *Vulnera me, & vulneravit eum.*

a Luc. XII. 4. *b* Luc. IX. 24. *c* Coloss. III. 5. *d* Joan. III. 16. *e* III. Reg. XXI. 35. *f* III. Reg. XXI. 37.

1. Scribe τεθροῆσθαι. 2. Impressi libri χεῖρές μου.
3. Legendum vel σμύρναν πλήρη, ut Vatic. & reliqui codd. aut σμύρνης πλήρεις, ut habet edit. Complut. & legisse videtur vetus interpres.
4. Legendum ἀψάμενος.
5. Scribe χεῖρας, ut habet Vatic. & alii libri, & ut legit vetus interpres; notandum tamen Schol. habere ἐπὶ θύρας.
6. Lego πεπληροφορημένη τῇ τῆς ἀναστάσεως πίστει, ἐπὶ χεῖρας, φησὶ, τοῦ κλείθρου· τουτέστιν κ. τ. λ.
7. Libri omnes impressi ἀδελφός μου.
8. Ἐκ τοῦ ᾅδου. Hæc non sunt in sacro textu, sed sunt initium explanationis, scil. ἐκ τοῦ ᾅδου διὰ τοῦ κόσμου εἰς οὐρανούς.
9. Sic Alex. cum articulo, qui abest ab edit. Vatic.
10. Lege φοβεῖσθε. Sacer textus habet φοβηθῆτε.
11. Lego ὄντως. Et sic habuisse videtur in suo cod. vet. interpr.
12. In sacris Bibliis legitur: ἀνθ' ὧν οὐκ ἤκουσας τῆς φωνῆς κυρίου, καὶ ἰδοὺ σὺ ἀποτρέχεις ἀπ' ἐμοῦ. καὶ πατάξει σε λέων. Illud ἐλεύσεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ dictum est memoriter a Philone, neque enim est in sacris Bibliis; sed hærebat illi in memoria illud *Amos III.* 4. ἐρεύξεται λέων ἐκ τοῦ δρυμοῦ.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
400.



πάλιν ἀλλαχοῦ λέγει ὁ προφήτης· [a] τραυμάτισόν με, A καὶ ἐτραυμάτισεν αὐτόν. ἀξιοπιστότερα γὰρ τραύματα φίλου, ἢ ἑκούσια φιλήματα ἐχθροῦ. τραυματοῦσι γὰρ καλὰ τραύματα οἱ ἅγιοι προφῆται τὴν νύμφην καὶ οἱ ἀπόστολοι. ὅταν γὰρ ἴδῃς ἄνθρωπον σήμερον μὲν ἐν παλατίοις ἐξεταζόμενον τρυφερὸν, καὶ ἐν μαλακοῖς ἱματίοις ἠμφιεσμένον, εἰς ὕστερον δὲ διὰ τῆς τῶν προφητῶν καὶ ἀποστόλων διδασκαλίας διαπωλήσαντα τὰ πάντα, καὶ πτωχεύοντα, καὶ τὸν ἔξω ἄνθρωπον διαφθειρόμενον διὰ νηστείας καὶ χαμευνίας, δῆλον ὅτι οὗτος ἐτραυματίσθη, ὡς οἱ ἅγιοι μάρτυρες καὶ οἱ ἀπόστολοι, τὰ στίγματα βαστάζοντες τοῦ Ἰησοῦ διὰ τὰς εἰς αὐτὸν ὁμολογίας, τὸν μακάριον τοῦτον ἐτραυματίσθησαν τραυματισμόν.

ρμ'. Τὸ [2] δὲ ἦραν τὸ θέριστρόν μου ἀπ' ἐμοῦ B φύλακες τῶν τειχέων.

Θέριστρον λέγει τὸ λεγόμενον μαφόριον [3]. ὅταν γὰρ ἡ ἐκκλησία ὑπὲρ τοῦ σωτηρίου κηρύγματος τὰ αὐτῆς τραυματωθῇ [4] τέκνα, παῤῥησιάζεται πρὸς τὸν ἑαυτῆς νυμφίον τὸ κάλυμμα αἴρουσα, καὶ κατὰ τὸν ἀπόστολον λέγουσα· ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ τὴν δόξαν κυρίου κατοπτριζόμεθα· οὗτοι οὖν οἱ φύλακες τὸ κάλυμμα τῆς ἀγνωσίας αὐτῆς ἀπεκάλυψαν, περὶ ὧν φυλάκων Ἡσαΐας λέγει· καὶ ἐπὶ τῶν τειχέων σου, Ἱερουσαλὴμ, κατέστακα φύλακας, ὅλην τὴν ἡμέραν καὶ ὅλην τὴν νύκτα, οἳ διὰ τέλους οὐ σιωπήσονται μιμνησκόμενοι κυρίου.

ρμα'. Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι τοῦ ἀγροῦ· ἐὰν εὕρητε τὸν ἀδελφιδόν μου, τί ἀπαγγείλητε αὐτῷ; ὅτι C τετρωμένη ἀγάπης εἰμὶ [5] ἐγώ.

Παῤῥησιάζεται ἐν τοῖς τέκνοις ἡ καλὴ μήτηρ ἡ ἁγία αὐτὴ ἐκκλησία, ἐν τοῖς ἁγίοις μάρτυσιν, δι' ὧν ἐσταυρώθη [6], καί φησι τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς προφήταις, ἀπαγγείλητε ὅτι τετρωμένη ἀγάπης εἰμὶ ἐγώ. εἶτα ἀνταποκρίνονται αὐτῇ ἐκεῖνοι, καὶ λέγουσι·

ρμβ'. Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί;

Καλὴν αὐτὴν ἐν γυναιξὶ καλοῦσιν. καὶ γὰρ καλὴ αὐτὴ ἐν ταῖς φυλαῖς τοῦ Ἰσραὴλ, ὅτι ἐκεῖναι μὲν ἐπόρνευσαν καταλιποῦσαι τὸν ἐπουράνιον ἄνδρα. αὕτη δὲ συζευχθεῖσα αὐτῷ ἀδιάλυτον τὴν πρὸς αὐτὸν ἔσχεν εἰς αἰῶνας συνάφειαν. τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ; ἵνα εἴπῃ· τί ὁ νυμφίος ὁ προϊὼν ἐν σαρκὶ ἀπὸ D τῆς γενεαλογίας τοῦ Ἰσραελιτικοῦ λαοῦ;

ρμγ'. Τί ἀδελφιδός σου ἀπὸ ἀδελφιδοῦ, ὅτι οὕτως ὥρκισας ἡμᾶς;

Ὁ δὲ ὅρκος [7] τῆς ἁγίας ἐκκλησίας ὁ πρὸς τοὺς ἁγίους προφήτας, ἡ ἐκτενὴς ἐπιπόθησις, ἡ πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἡ διάπυρος καὶ πνευματικὴ πρὸς αὐτὸν ἀγάπη. εἶτα ἀποκρίνεται αὐτοῖς, καὶ λέγει·

ρμδ'. Ἀδελφιδός μου λευκὸς καὶ πυῤῥός.

Λευκὸς διὰ τὸ ἀναμάρτητον· ἁμαρτίαν γὰρ οὐκ ἐποίησε· πυῤῥὸς δὲ διὰ τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ διὰ τὸ αἷμα τὸ ὑπὲρ αὐτῆς ἐκχυθὲν εἰς σωτηρίαν καὶ ἀνάστασιν ἡμῶν.

ρμε'. Ἐκλελοχισμένος [8] ἀπὸ μυριάδων.

Τὸ λέγειν, ἐκλελοχισμένος ἀπὸ μυριάδων, δείκνυσι E τὸν διὰ τῆς θεοτόκου τοκετὸν ἀπὸ μυριάδων οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ ἀγγέλων καὶ ἀρχαγγέλων.

ρμϛ'. Ἡ κεφαλὴ αὐτοῦ χρυσίον Καιφάς [9].

Κεφαλὴν τοῦ ἀνθρώπου χαρακτῆρα λέγει, τοὺς πατριάρχας καὶ τοὺς δικαίους, οἵτινες χρυσοῦ δίκην δοκιμασθέντες λαμπροὶ ἀνεδείχθησαν τῇ πίστει. χρυ-

[a] *Fide enim digniora sunt vulnera amici, quam spontanea oscula inimici.* Infligunt enim sponsæ salutaria vulnera Prophetæ & Apostoli. Cum enim videris hominem hodie quidem in palatiis degentem, diffluentem deliciis, mollibus vestibus indutum; postridie vero per Prophetarum Apostolorumque doctrinam, venditis omnibus, stipem quærere, & exteriorem hominem per jejunia & humi cubationes enervare in dies; manifestum est hunc vulneratum esse: ut sancti Martyres & Apostoli; qui vulnera portantes Jesu per confessionem in ipsum, beata hac vulneratione vulnerati sunt.

CXL. *Tulerunt theristrum meum a me custodes murorum.*

Theristrum dicit, quod appellatur maphorium. Cum enim ecclesia propter salutarem prædicationem in suis filiis vulnerata sit, libere loquitur ad suum sponsum sublato velo dicens juxta Apostolum: [b] *Revelata facie gloriam Domini speculamur.* Hi igitur *custodes* velum ignorantiæ illius revelarunt, de quibus custodibus ait Isaias: [c] *Et super muros tuos, Hierusalem, constitui custodes tota die & tota nocte, qui numquam tacebunt recordantes Domini.*

CXLI. *Adjuravi vos filiæ Hierusalem in virtuti- ℣.8.
bus & viribus agri: Si inveneritis fraternum meum quid annuntiabitis ei? Quoniam vulnerata caritatis ego sum.*

Fiduciam habet in filiis suis egregia eademque sancta mater ecclesia, videlicet in martyribus in quibus crucifixa est; & ait Apostolis & Prophetis: annuntiate *ei, quod ego amore transfixa sum.* Deinde illi respondent eidem, & dicunt:

CXLII. *Quid fraternus tuus a fraterno, pulcra in ℣.9.
mulieribus?*

Pulcram ipsam *inter mulieres* vocant. Etenim pulcra ipsa inter tribus Israel: quoniam illæ quidem fornicatæ sunt, relicto cælesti viro. Ipsa vero cum ipso conjuncta indissolubilem cum illo in omne ævum retinuit conjunctionem. *Quid fraternus tuus a fraterno?* Quasi dicat: quid sponsus, qui processit in carne a generatione Israelitici populi?

CXLIII. *Quid fraternus tuus a fraterno, quia sic adjurasti nos?*

Jusjurandum sanctæ ecclesiæ ad sanctos Prophetas, (*est*) desiderium in Deum intentus, & ignitus spiritualisque in eum amor. Deinde ipsis respondet, & ait:

CXLIV. *Dilectus meus candidus & rubicundus.* ℣.10.

Candidus, quia peccati expers: [d] *Peccatum enim non fecit.* * *Rubicundus* autem propter Spiritum sanctum, & propter sanguinem pro ea effusum in salutem & resurrectionem nostram.

CXLV. *Electus ex decem millibus.*

Quod ait, *electus ex decem millibus*, innuit partum Deiparæ non solum ex decem millibus hominum, sed etiam Angelorum & Archangelorum.

CXLVI. *Caput ejus aurum Cæphaz.* ℣.11.

Caput humanæ figuræ intelligit; sanctos scilicet patriarchas & justos, qui probati instar auri per fidem splendidi facti sunt. *Aurum* vero *Cæphaz* no-

a Prov. XXII. 6. b II. Cor. III. 18. c Isa. LXII. 6. d I. Pet. II. 22.

1. Sacer textus habet πάταξόν με δή, καὶ ἐπάταξεν αὐτὸν ὁ ἄνθρωπος.
2. Deest τὸ δὲ Vat. ed. nec in ulla alia edit. reperitur.
3. De maphorio vide Cl. Gorium Thes. Vett. Diptych. tom. I. cap. III. pag. 13.
4. Meus cod. τραυματίσῃ. Male. Emendavi juxta Auximan. & Theat. τραυματωθῇ. Barb. itidem male τραυματωθεῖσα.
5. Sic cod. Alexandr. Vaticana edit. habet ἐγώ εἰμι.
6. Melius ἐτρώθη, ut habet Catena Vaticana, & ut habuit in suo cod. vet. interpres. qui vertit, *percussa est*.
7. Vetus interpres, longe aliam exhibet & diversam explanationem.
8. In hunc versum desinit cod. Vallicellanus; cetera desiderantur.
9. Sic cod. Alex. Ceteri κεφάζ.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

σίον δὲ Καιφᾶς ὀνομάζει, ὅπερ ἑρμηνεύεται πέτρα, διὰ τὸ στερέμνιον αὐτῶν τῆς πίστεως.

ρμζ΄. Βόστρυχοι αὐτοῦ ἐλάται [1], μέλανες ὡς κόραξ·

Βοστρύχους αὐτοῦ, οἶμαι, τοὺς ἁγίους πολιτευτὰς λέγει, τούς τε ἀποστόλους καὶ πάντας τοὺς δικαίους. ἐπειδήπερ κεφαλῇ ἀπεικάζονται πατριάρχαι διὰ τὸ ἐξ ἐκείνων κατὰ σάρκα τὸν Χριστὸν προεληλυθέναι. εἰκότως οὖν βοστρύχοις τοὺς μετ' ἐκείνους ἀπεικάζει ἀποστόλους. ἐλάτας δὲ λέγει τοὺς βοστρύχους διὰ τὸ ἐν διωγμοῖς ἐλαύνεσθαι αὐτούς. τὸ δὲ, μέλανες ὡς κόραξ, ὑπομιμνήσκει τὴν τῆς κακοπαθείας αὐτῶν πολιτείαν, καὶ τὸν κόρακα ὀνομάζων τὴν ἀμέριμνον αὐτῶν τῆς τροφῆς ἀναγορεύει διαγωγὴν, ὥσπερ ἐπὶ τοῦ μακαρίου προφήτου Ηλία.

ρμη΄. Οφθαλμοὶ αὐτοῦ ὡς περιστεραί.

Οφθαλμοὶ τοῦ μονογενοῦς οἱ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τεταγμένοι ἱερατικοὶ ἄνδρες, οἱ τὴν δωρεὰν τοῦ λουτροῦ ἐγκεχειρισμένοι. ἡ γὰρ δύναμις τοῦ ἁγίου πνεύματος περιστερᾷ ἀπεικάζεται, καθὼς ἔχομεν ἐν εὐαγγελίοις. ἢ ἑπτὰ ὀφθαλμοὶ, περὶ ὧν καὶ Ζαχαρίας λέγειν μοι δοκεῖ· ἑπτὰ οὗτοι ὀφθαλμοὶ κυρίου εἰσὶν, οἱ ἐπιβλέποντες ἐπὶ πᾶσαν τὴν γῆν.

ρμθ΄. Επὶ πληρώματα ὑδάτων.

Ακολούθως τούτους λέγει εἶναι [2], ἵνα τὸ πλήρωμα τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας τῶν ὑδάτων ἁγιάσῃ. εἶτα ἐπιλέγει·

ρν΄. Λελουμέναι ἐν γάλακτι, καθήμεναι ἐπὶ πληρώματα.

Εν τῇ τῆς ἀκακίας λευκότητι· ἐπὶ πληρώματι τῶν ἐκκλησιῶν, καθεζόμεναι ἐπὶ τὸ πλήρωμα τοῦ νόμου, τὴν ἀγάπην· πλήρωμα γὰρ νόμου ἡ ἀγάπη. ἐπὶ ταύτην καθέζεται τὸ ἅγιον πνεῦμα, καὶ ἐπὶ τὰ τῶν ἐκκλησιῶν πληρώματα.

ρνα΄. Σιαγόνες αὐτοῦ ὡς φιάλαι τοῦ ἀρώματος, φύουσαι μυρεψικά.

Τούτου γὰρ τὰς σιαγόνας φιάλαις ἀρωμάτων εἰκότως ἀπεικάζει ἡ θεία γραφὴ, τὴν εὐωδίαν πνευσάσαις [3] τοῦ τῆς πίστεως ἀρώματος. φύουσαι μυρεψικὰ, τὰ ἅγια εὐαγγέλια ἀπὸ τῆς τῶν προφητῶν σκευασίας, ἅπερ οἱ χρειόμενοι [4] τὰς τῆς ψυχῆς μυρίζονται ῥίνας, ἵνα τὴν δυσωδίαν ἀποβάλωσιν τῶν σαρκικῶν ὀρέξεων καὶ μυαρῶν ἐπιθυμιῶν.

ρνβ΄. Χείλη αὐτοῦ κρίνα στάζοντα σμύρναν πλήρη.

Κρίνοις γὰρ τῶν λόγων λευκότητα ἀπεικαστέον. οὗτοι γὰρ στάζουσι σμύρναν πλήρη τὴν τῶν ἁγίων μαρτύρων ταφὴν, λέγοντες· μακάριοι οἱ δεδιωγμένοι ἕνεκεν δικαιοσύνης, ὅτι αὐτῶν ἐστιν ἡ βασιλεία.

ρνγ΄. Χεῖρες αὐτοῦ τορευταὶ, χρυσαῖ, πεπληρωμέναι Θαρσίς.

Σαφῶς ἤδη καὶ φανερῶς ἡ θεία καὶ πνευματικὴ γραφὴ καὶ τῶν κατὰ τὸν σταυρὸν ἥλων τοῦ κυρίου ἀναγορεύει τὴν θέσιν. ὁπηνίκα ἐτάνυσε τὰς χεῖρας ὁ δεσπότης ἡμῶν Χριστὸς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ· τότε γεγόνασι τορευταὶ, τοῖς τύποις τῶν ἥλων τορευθεῖσαι. χρυσαῖ δὲ διὰ τὴν καθαρότητα, καὶ διὰ τὸ ἀναμάρτητον. τὸ δὲ, πεπληρωμέναι Θαρσὶς, περιφανῶς ἤδη τὸ πλήρωμα τῆς τῶν ἐθνῶν ἐπιστροφῆς προμηνύει. Θαρσὶς γὰρ ἑρμηνεύεται ἐπιστροφὴ χαρᾶς. Χριστοῦ γὰρ τανύσαντος ἐπὶ σταυροῦ τὰς χεῖρας, ἐπέστρεψε πρὸς αὐτὸν ἡ ἐκκλησία μετὰ χαρᾶς λέγουσα· ἐν τῇ σκέπῃ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ. καὶ πάλιν· ἐν σκέπῃ τῶν πτερύγων σου σκεπάσεις με. καί· δεῦτε, ἀγαλλιασώμεθα τῷ κυρίῳ.

A nominat, quod interpretatur Petra propter soliditatem fidei ipsorum.

CXLVII. *Cincinni ejus elatæ, nigri tamquam corvus.*

Cincinnos ejus, opinor, sanctos cives intelligit, & Apostolos & omnes justos. Quoniam capiti assimilantur patriarchæ, propterea quod ab eis secundum carnem Christus processit. Bene itaque cincinnis assimilat Apostolos, qui post eos venerunt. *Elatas* vero vocat *cincinnos*, propterea quod ipsi persequutionibus sunt exagitati. Illud vero, *nigri tamquam corvus*, in memoriam revocat eorum vitam in passionibus versatam. Et *corvum* nominans, vitam prædicat omnis solicitudinis de victu expertem, quemadmodum in beato propheta Elia.

B CXLVIII. *Oculi ejus ut columbæ.* v. 12

Oculi Unigeniti, sacerdotales homines constituti in ecclesiis, quibus commissum est donum lavacri. Virtus enim sancti Spiritus *columbæ* assimilatur, ut habemus in evangeliis. Vel (*significantur*) septem oculi, de quibus Zacharias loqui mihi videtur: [a] *Septem isti sunt oculi Domini, qui respiciunt super omnem terram.*

CXLIX. *Super plenitudines aquarum.*

Consequenter hos dicit esse (*super plenitudines aquarum*,) ut sanctificet plenitudinem aquarum lavacri regenerationis. Deinde subdit:

CL. *Lotæ in lacte, sedentes super plenitudines.*

C Innocentiæ candore. In plenitudine ecclesiarum, sedentes in plenitudine legis, scilicet in dilectione: [b] *Dilectio enim plenitudo legis.* Super hanc sedet Spiritus sanctus, & super ecclesiarum plenitudines.

CLI. *Genæ ipsius ut phialæ aromatis, germinantes unguenta.* v. 13.

Ejus *genas phialis aromatum* apte assimilat sancta scriptura, quæ suavem olent odorem aromatis fidei. *Germinantes unguenta*, sacra evangelia ex prophetarum apparatu; quibus qui inunguntur, nares animæ unguento oblinunt, ut carnalium cupiditatum & nefariæ concupiscentiæ fœtorem arceant.

D CLII. *Labia ejus lilia stillantia myrrham plenam.*

Liliis enim assimilandus sermonum candor. Hi enim *stillant myrrham plenam*, sanctorum martyrum sepulturam, dicentes: [c] *Beati qui persecutionem patiuntur propter justitiam, quoniam ipsorum est regnum.*

CLIII. *Manus ejus tornatiles, aureæ, plenæ Tharsis.* v. 14.

Luculenter jam & aperte sacra & spiritualis scriptura clavorum in cruce Domini positionem enuntiat. Quando expandit manus Dominus noster Jesus Christus in cruce, tunc factæ sunt *tornatiles*, impressionibus clavorum tornatæ. *Aureæ* vero propter nitorem & innocentiam omnis peccati expertem.

E *Plenæ Tharsis.* Manifeste jam complementum conversionis gentium prophetice indicat. *Tharsis* enim interpretatur conversio gaudii. Christo enim extendente manus in cruce, ecclesia se convertit ad ipsum cum gaudio dicens: [d] *In umbra alarum tuarum sperabo.* Et rursus: [e] *In umbra alarum tuarum proteges me.* Et: [f] *Venite, exsultemus Domino.*

a Zach. IV. 10. *b* Rom. XIII. 16. *c* Matth. V. 10. *d* Psalm. LVI. 2. *e* Psalm. XVI. 10. *f* Psalm. XCIV. 1.


1. Vet. interpr. *abjecti*; & infra in explanatione, *abjectos autem dicit*. Absurde utrobique. Legendum *abietes*. Sed melius retinuisset græcam vocem ἐλάται, propter verbum ἐλαύνεσθαι. *Est autem* ἐλάτη *germen novellum palmæ, seu involucrum instar calicis, seu vaginulæ fructuum palmæ florentium. Porro vagina hac se pandente, protumpunt flosculi numerosi, medice densis & longis villis appensi, botri magni instar coacervati. Huic ergo elatæ, sic sua filamenta diffundenti & flosculos ostentanti, capillos comparas sponsi.* Menochius ad h. l.

2. Suspicor heic deesse ἐπὶ πληρώματα ὑδάτων.

3. Sic emendavi. Barb. & meus πνεῦσαι.

4. Legendum χριόμενοι.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.



ρνδ'. Κοιλία αὐτοῦ πύξιον ἐλεφάντινον ἐπὶ λίθου A σαπφείρου.

Κοιλίαν, οἶμαι, τοῦ λόγου τὸν τῶν ἁγίων λέγει χορὸν, καθαρὸν καθάπερ πυξίον ἐλεφάντινον, ῥύπον μὴ δεχόμενον, ἐφ' οὗ πυξίου πνευματικοῦ [1] κωδίκελλοι γράφονται οὐκ ἐπιγείας ἀρχῆς, ἀλλ' ἐπουρανίου βασιλείας. τὸ δὲ, ἐπὶ λίθου σαπφείρου, οἶμαι, ἐπειδήπερ ὁ σάπφειρος, ᾧ πλησιάζει, τοῦτο πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπᾷ· οὕτως καὶ τῶν ἁγίων οἱ χοροὶ μεθ' ἑαυτῶν τοὺς πλησιάζοντας αὐτῶν τῇ διδασκαλίᾳ εἰς τὴν τῶν οὐρανῶν ἀνάγουσι [2] βασιλείαν.

ρνε'. Κνῆμαι αὐτοῦ στύλοι μαρμάρινοι.

Αἱ κνῆμαι τὸ πᾶν βαστάζουσι τοῦ σώματος, καθάπερ καὶ οἱ ἀπόστολοι στύλων δίκην τὴν πᾶσαν βαστάζουσιν ἐκκλησίαν. μαρμάρινοι δὲ κέκληνται διὰ B τὴν στερρότητα, διὰ τὴν ἑδραιότητα, διὰ τὴν καθαρότητα. ταῦτα γὰρ πάντα τοῖς ἁγίοις πρόσεστιν ἀποστόλοις διὰ τὸ στερέμνιον τῆς πίστεως.

ρνς'. Τεθεμελιωμένοι ἐπὶ βάσεις χρυσᾶς.

Ὅπερ ἐστὶν, ἐπὶ τὰς τοῦ Θεοῦ ἐντολάς.

ρνζ'. Εἶδος αὐτοῦ ὡς Λίβανος, ἐκλεκτὸς ὡς κέδροι.

Τοῦ ἀνθρώπινον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ τοῖς πάλαι δικαίοις ὁμοιοῖ.

ρνη'. Φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς [3], καὶ ὅλος ἐπιθυμία.

Ἀναλογίζου δὲ τῆς γλυκύτητος τοῦ φάρυγγος αὐτοῦ τὰ μελισταγῆ ῥήματα ἐκ τῶν θείων γραφῶν, κἂν ἐκ μέρους· οὐ γὰρ ὅλα δυνήσει. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμὸς, καὶ ὅλος ἐπιθυμία· δεῦτε, λέγων, οἱ κοπιῶντες καὶ πεφορτισμένοι· κἀγὼ ἀναπαύσω ὑμᾶς. φάρυγξ C αὐτοῦ γλυκασμός· θάρσει τέκνον, ἀφέωνταί σοι αἱ ἁμαρτίαι σου. φάρυγξ αὐτοῦ γλυκασμός· ἔγειρε οὖν, καὶ ἆρον τὸν κράββατον· καὶ ὅσα τούτοις ὅμοια. καὶ ὅλος, φησὶν, ἐπιθυμία. ἐπιθυμίᾳ ἐπιθύμησα τοῦτο τὸ πάσχα φαγεῖν μεθ' ὑμῶν.

ρνθ'. Οὗτος ὁ ἀδελφιδός μου, καὶ οὗτος πλησίον μου, θυγατέρες Ἱερουσαλήμ.

Ἀδελφιδὸς διὰ τὴν τῶν πατέρων γενεαλογίαν· πλησίον δὲ, διότι ἐξ οὐρανοῦ καταβὰς ἐπλησίασεν τῇ ἐκκλησίᾳ διὰ φιλανθρωπίαν.

ρξ'. Ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξίν;

Ἐπερωτῶσιν αἱ θυγατέρες Ἱερουσαλήμ· ποῦ ἀπῆλθεν ὁ ἀδελφιδός σου, ἡ καλὴ ἐν γυναιξί; τουτέστι, τὴν D ἐκκλησίαν ἐν ταῖς δώδεκα φυλαῖς.

ρξα'. Ποῦ ἀπέβλεψεν [4] ὁ ἀδελφιδός σου; καὶ ζητήσομεν αὐτὸν μετὰ σοῦ.

Ζητήσατε, φησὶ, τὸν κύριον πάντες οἱ ταπεινοὶ τῆς γῆς. πῶς δὲ ζητήσατε [5]; ἐργάζεσθε κρίμα καὶ δικαιοσύνην ποιήσατε. οὕτως ἀπὸ τῆς νύμφης ὁ νυμφίος ζητεῖται. ὅμως ἐπερωτωμένη, λέγει.

ΚΕΦ. ς'.

ρξβ'. Καταβήτω ἀδελφιδός μου [6] εἰς κῆπον αὐτοῦ.

Τὴν τοῦ κυρίου εἰς τὸν ᾅδην κάθοδον οἶμαι λέγει· E ἡ γὰρ ἀκολουθία τοῦτο σημαίνει. λέγει γάρ.

ρξγ'. Εἰς φιάλας τοῦ ἀρώματος.

Οἱ πάλαι δίκαιοι, οἱ πρὸ τῆς παρουσίας πατριάρχαι, Ἀβραὰμ, Ἰσαὰκ καὶ Ἰακὼβ, Νῶε καὶ Ἰὼβ, καὶ Δανιὴλ, Δαβὶδ καὶ Σαμουὴλ, Ἐλισσαῖος καὶ πάντες οἱ καθ' ἑξῆς. οὗτοι πάντες φιάλαι τοῦ ἀρώμα-

CLIV. *Venter ejus pyxis eburnea super lapidem sapphirum.*

Ventrem, opinor, Verbi appellat chorum sanctorum, purum velut pyxidem eburneam quæ sordes non contrahit, super qua spirituales codicilli scribuntur, non terreni principatus, sed regni cælestis. Illa verba, *super lapidem sapphirum*, id puto significare, quod quemadmodum sapphirus, quidquid prope sibi est, ad se trahit; ita sanctorum chori eos deducunt secum ad regnum cælorum, qui accedunt ad eorum doctrinam.

CLV. *Crura ejus columnæ marmoreæ.* ✝.15.

Crura totum corpus portant, quemadmodum Apostoli veluti columnæ universam portant ecclesiam. *Marmoreæ* vero appellantur propter firmitudinem, propter stabilitatem, propter puritatem. Hæc enim omnia sunt in Apostolis propter fidei soliditatem.

CLVI. *Fundatæ super bases aureas.*

Id est, super Dei mandata.

CLVII. *Species ejus ut Libanus, electus ut cedri.*

Ipsius Christi humanitatem adsimilat veteribus justis.

CLVIII. *Guttur ejus dulcedo, & totus desiderium.* ✝.16.

Æstimato melliflua verba dulcedinis *gutturis* ejus ex sacris scripturis, saltem aliqua ex parte: neque enim omnia poteris. *Guttur ejus dulcedo, & totus desiderium.* * *Venite* [a], inquit, *qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam vos.* * *Guttur ejus dulcedo.* * *Confide* [b] *fili: dimittuntur tibi peccata tua.* * *Guttur ejus dulcedo.* * *Surge* [c] igitur, *& tolle grabatum tuum*, & quæcumque his similia. *Et totus*, inquit, *desiderium.* * [d] *Desiderio desideravi hoc pascha manducare vobiscum.*

CLIX. *Hic fraternus meus, & hic proximus meus, filiæ Hierusalem.*

Fraternus propter parentum genealogiam: *Proximus*, quia e cælo delapsus accessit ad ecclesiam amore impulsus erga homines.

CLX. *Quo abiit fraternus tuus, pulcra in mulieribus?*

Interrogant filiæ Hierusalem, *Quo abiit fraternus tuus, pulcra in mulieribus?* hoc est, ecclesiam (*interrogant*) pulcra inter duodecim tribus.

CLXI. *Quo respexit fraternus tuus? & quæremus eum tecum.* ✝.17.

* [e] *Quærite*, inquit scriptura, *Dominum omnes humiles terræ.* Quomodo quærite? [f] *Operamini judicium, facite justitiam.* Sic a sponsa quæritur sponsus. Tamen interrogata respondet:

CAP. VI.

CLXII. *Descendit in hortum suum fraternus meus.* ✝.1.

Domini descensum ad inferos puto significare: id enim ostenditur ex sequentibus. Ait enim:

CLXIII. *Ad phialas aromatis.*

Veteres justi; patriarchæ qui præcesserunt Domini adventum, Abraham, Isaac & Jacob; Noe, & Job, & Daniel; David & Samuel; Elisæus & omnes qui deinceps fuerunt. Hi omnes sunt *phialæ*

a Matth. XI. 28. b Matth. IX. 2. c Joan. V. 8. d Luc. XXI. 15. e Soph. II. 3. f Ezech. XLV. 9.

1. Lege πνευματικοί.
2. Vet. interp. *Sic ergo & sanctorum chorus appropinquantes sibi per fidem & justitiam haurit ad cælos.* Parum feliciter.
3. Aldina sic, & ita legit vet. interpres. Ceteri impressi habent γλυκασμοί.
4. Barber. & meus ἀπῆλθεν. Restitui ἀπέβλεψεν, ut est in cod. Vallic. & in sacr. Bibliis impressis omnibus: & sic legit etiam vetus interpres.
5. Male omnes codd. ζητήσεται.
6. Vat. edit. habet ἀδελφιδός μου κατέβη εἰς κῆπον: & hanc lectionem agnoscit vet. interpres. Nec alia lectio reperitur in ceteris editionibus & mss.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

τος· οἵτινες ἀρωμάτων δίκην πνέουσι τὰ δικαιώματα. A ὅτι γὰρ εἰς ᾅδην κατελθὼν εἰς τὸν παράδεισον εἰσῆλθε, μαρτυρεῖ μοι αὐτὸς κύριος, λέγων τῷ λῃστῇ· σήμερον μετ' ἐμοῦ ἔσῃ ἐν τῷ παραδείσῳ. κῆπος [1] δηλονότι ὁ τοῦ Θεοῦ παράδεισος.

ρξδ'. Ποιμαίνειν ἐν κήποις, καὶ συλλέγειν κρίνα.

Τὰς κατὰ τόπον ἐκκλησίας. εἰ μὴ γὰρ πρῶτον εἰς τὸν ἕνα κῆπον κατέβη, καὶ τὰ τοῦ θανάτου συνέκλασε κέντρα, οὐκ ἐποίμανεν ἐν κήποις, τουτέστιν, ἐν ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις. πρόσεχε δὲ τῇ ἀκριβείᾳ τῶν λεγομένων. εἰς μὲν τὸν ἕνα κῆπον καταβαίνειν λέγεται. μετέπειτα δὲ οὐκέτι ποιμαίνειν ἐν κήπῳ φησίν· ἀλλὰ ποιμαίνειν ἐν κήποις, ὅπερ ἐστὶν, ἐν ταῖς κατὰ τόπον ἐκκλησίαις. συλλέγειν κρίνα, τουτέστι τὰς τῶν ἁγίων [2] γραφὰς διὰ τῶν ἀνθρωπίνων πράξεων. B εἶτα ἡ ἀκολουθία τόδε τὸ λόγιον συνίστησι.

ρξε'. Ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ὁ [3] ἀδελφιδός μου ἐμοί.

Ἐγὼ αὐτῷ τοὺς ὕμνους, αὐτὸς ἐμοὶ τοὺς ἐπαίνους. ὑμνεῖ γὰρ ἡ νύμφη· καὶ πάλιν ἐπαινεῖται. ἐγὼ αὐτῷ τὰς πράξεις τῆς δικαιοσύνης, καὶ αὐτὸς ἐμοὶ τοὺς μισθοὺς τῶν κατορθωμάτων. ἰδοὺ γὰρ [4] ὁ μισθὸς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ· ὡς ποιμὴν ποιμανεῖ τὸ ποίμνιον αὐτοῦ, καὶ τῷ βραχίονι αὐτοῦ συνάξει ἄρνας.

ρξς'. Ὁ ποιμαίνων ἐν τοῖς κρίνοις.

Ὅπερ ἐστὶν, ἐν τῇ λευκότητι τῶν ἁγίων προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων.

ρξζ'. Καλὴ ἡ [5] πλησίον μου ὡς εὐδοκία [6], ἐκλεκτὴ [7] ὡς Ἱερουσαλήμ. C

Ηὐδόκησας κύριε τὴν γῆν σου. δόξα ἐν ὑψίστοις Θεῷ, καὶ ἐπὶ γῆς εἰρήνη, ἐν ἀνθρώποις εὐδοκία. εὐδοκία δέ ἐστιν ἑκουσιότης, καθὼς καὶ ἑτέρα λέγει γραφή· ἐν ἑκουσιασμοῖς [8] εὐλογεῖτε τὸν Θεόν. λέγων οὖν εὐδοκία, τὸ ἑκούσιον αὐτῆς ἔδειξε, καὶ τὴν πρὸς αὐτὸν τὸν νυμφίον εὐδοκίαν. ὡραία ὡς Ἱερουσαλὴμ, ὡς ἡ ἐπουράνιος πόλις. προσεληλύθατε γάρ, φησι, Σιὼν ὄρει, καὶ Ἱερουσαλὴμ ἐπουρανίῳ. ὅταν γὰρ αὐτὴν ὡραίαν εἴπῃ ὡς Ἱερουσαλὴμ, τὰ τέκνα αὐτῆς ἀφομοιοῖ τοῖς ἐν οὐρανοῖς ἀγγέλοις, διά τε τὴν τῆς παρθενίας ὡραιότητα, καὶ διὰ τὴν τῆς ὑπακοῆς εὐπείθειαν.

ρξη'. Θάμβος ὡς τεταγμέναι. D

Θάμβος γάρ ἐστι τὰς εὐτακτούσας θεάσασθαι ψυχὰς τῶν πιστῶν. ἐπίστευσαν γάρ, φησιν, ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

ρξθ'. Ἀπόστρεψον ὀφθαλμούς σου ἀπεναντίον μου, ὅτι αὐτοὶ ἐνεπτέρωσάν με.

Οἱ ὀφθαλμοί σου, φησὶν, ἐμὰς ὁδοὺς τηρείτωσαν· ἐμοὶ προσεχέτωσαν οἱ ἔνδον ὀφθαλμοὶ οἱ τῆς καρδίας· ὅτι αὐτοὶ ἐνεπτέρωσάν με. ἡ τῶν ἔξω ὀφθαλμῶν σεμνότης, καὶ ὁ τῶν ἔνδον πρὸς ἐμὲ σκοπός σου, αὐτὸς εἰς [9] μέσον τὸν πόθον ἤγαγεν.

ρό. Τρίχωμά σου ὡς ἀγέλαι τῶν αἰγῶν, αἳ ἀνεκαλύφθησαν [10] ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ.

Τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ πρὸ μὲν τῆς πίστεως ἀπεικάζετο [11] τῇ ἀγέλῃ τῶν αἰγῶν. ἀλλὰ φησίν· αἳ ἀνέβη- E

A *aromatis*; qui aromatum instar spirant justificationes. Quod autem ad inferos cum descendisset, in paradisum sit ingressus, id mihi testatur ipse Dominus qui latroni, [a] *Hodie*, inquit, *mecum eris in paradiso*. Hortus nimirum Dei paradisum significat.

CLXIV. *Pascere in hortis, & colligere lilia.*

Hoc est, ecclesias diversis in locis fundatas. Nisi enim primum in unum hortum descendisset & mortis aculeos contrivisset, non pasceret in hortis, id est, in ecclesiis per diversa loca dispersis. Adjicito etiam animum ad ea quæ accurate heic dicuntur. Dicitur enim in unum hortum descendisse. Deinde non amplius dicit *pascere in horto*: sed *pascere in hortis*, id est, in diversis ecclesiis. *Colligere lilia*, B hoc est sanctorum scripturas per humanas actiones. Deinde quæ sequuntur hoc eloquium confirmant.

CLXV. *Ego fraterno meo, & fraternus meus mihi*. ℣. 2.

Ego illi hymnos, ille mihi laudes. Laudat enim sponsa, & vicissim laudatur. Ego illi actiones justitiæ, & ille mihi mercedem bonorum operum. [b] *Ecce enim merces in faciem suam; & opus coram eo. Quemadmodum pastor pascet gregem suum, & brachio suo congregabit agnos.*

CLXVI. *Qui pascit in liliis.*

Id est, in albedine sanctorum Prophetarum & Apostolorum.

C CLXVII. *Pulcra es proxima mea sicut beneplacitum, speciosa ut Hierusalem.* ℣. 3.

[c] *Benedixisti Domine terram tuam*. [d] *Gloria in altissimis Deo, & in terra pax, in hominibus beneplacitum*. Beneplacitum autem est, cum quis voluntarie quidpiam facit, quemadmodum & alia dicit scriptura: [e] *In voluntariis benedicite Deum*. Dicens igitur *beneplacitum*, voluntarium ipsius ostendit, & beneplacitum erga sponsum. *Speciosa ut Hierusalem*, ut cælestis civitas. [f] *Accessistis enim ad montem Sion, & cælestem Hierusalem*. Cum enim dicit *speciosam ut Hierusalem*, filios suos assimilat Angelis qui in cælis sunt, propter virginitatis pulcritudinem & obedientiæ obsequium.

D CLXVIII. *Pavor ut ordinatæ.*

Pavor enim (*sc. stupor*) est fidelium animas videre ordinem servantes: ait enim scriptura: [g] *Crediderunt quicumque ordinati erant ad vitam æternam.*

CLXIX. *Averte oculos tuos e regione mei, quoniam ipsi excitaverunt me.* ℣. 4.

Oculi tui, inquit, vias meas observent. In me intendant oculi interni cordis tui. *Quoniam ipsi excitaverunt me*. Exteriorum oculorum honestas, & interiorum (*oculorum*) intentio in me tua, desiderium tui injecit in me.

CLXX. *Capillamentum tuum sicut greges caprarum, quæ revelatæ sunt e Galaad.*

Multitudo populi ante fidem assimilabatur gre- E gi caprarum. Sed ait: *quæ ascenderunt de Ga-*

a Luc. XXIII. 43. *b* Isa. XL. 10. 11. *c* Psalm. LXXXIV. 1. *d* Luc. II. 14. *e* I. Esdr. III. 5. *f* Hebr. XII. 22. *g* Act. XIII. 48.

1. Vet. interpr. male hæc reddit; ait enim: *Græce enim hortus* paradisus *appellatur*. Non illud dicit Philo, nec ad rem facit, quod hortus græce παράδεισος appelletur; quamquam hæc vox Persica est, ut constat ex Xenoph. OEcon. cap. IV. n. 13. & pluribus aliis ll. in K. Π. & περὶ Αναβ. Id autem vult Philo, horti nomine hoc in loco intelligi Dei paradisum.

2. Locus manifeste depravatus: forte legendum, τὰς τῶν ἁγίων πράξεις.

3. Lectio cod. Alex. cum articulo ὁ.

4. Locus Isaiæ sic se habet in sacris Bibliis: ἰδοὺ ὁ μισθὸς αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ, καὶ τὸ ἔργον ἐναντίον αὐτοῦ, *Ecce merces ejus cum eo, & opus in conspectu illius*. Vet. interpres habuisse videtur in suo cod. εἰς πρόσωπον: vertit enim, *ante faciem ejus*.

5. Vat. edit. καλὴ εἶ ἡ πλ. & hanc lect. sequitur vet. interpres.

6. Vetus interpres vertit *tamquam complacens*. Videtur habuisse lectionem Symmachi, quæ est εὐδοκητή.

7. Εκλεκτή. Nulli libri habent hanc lectionem. Vatic. edit. exhibet ὡραία, quam lectionem agnoscit vet. interpr. & ipse Philo in explanatione hujus versus.

8. Locum hunc in sacris Bibliis reperire mihi non licuit. — Respicit forte Philo ad I. *Esdræ* III. 5.

9. Legendum puto εἰς μὲ σὸν τὸν πόθον, vel potius εἰς μέ σου τὸν πόθ.

10. Sic videtur legisse vet. interp. Vatic. habet ἀνεφάνησαν. & Compl. ἀνέβησαν.

11. Lege ἀπεικάζεται.

σαν ἀπὸ τοῦ Γαλαάδ, ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ τῆς κατοικίας A τῆς μαρτυρίας. διὸ καὶ τοὺς ὀδόντας εὐθὺς λέγει· ἵνα τὴν ὁμολογίαν σημαίνει τὴν ἐπὶ σταυροῦ.

ροα. Ὀδόντες σου ὡς ἀγέλαι τῶν κεκαρμένων.

Κεκαρμένους δὲ αὐτοὺς λέγει διὰ τὸ ἀπεκδύσασθαι τὸν παλαιὸν ἄνθρωπον σὺν ταῖς πράξεσιν αὐτοῦ, καὶ ταῖς ἐπιθυμίαις ἐπὶ τοῦ λουτροῦ τῆς παλιγγενεσίας. τοῦτο σαφῶς ἡ ἀκολουθία δείκνυσιν· λέγει γάρ.

ροβ'. Αἳ ἀνέβησαν ἀπὸ τοῦ λουτροῦ, αἱ πᾶσαι διδυμεύουσαι, καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς.

Διδυμεύουσι γὰρ αἱ τὸ ἅγιον πνεῦμα εἰληφυῖαι διὰ τοῦ βαπτίσματος ψυχαί. καὶ ἀτεκνοῦσα οὐκ ἔστιν ἐν αὐταῖς. γεννήματα γὰρ καλὰ τοὺς τῶν δικαιωμάτων ἔχουσι καρπούς.

ρογ'. Ὡς σπαρτίον κόκκινον [1] χείλη σου. B

Τὴν μετάνοιαν τὴν ἐπὶ τῆς Ῥαὰβ διὰ τοῦ σπαρτίου τοῦ κοκκίνου, οὗ ἐκρέμασε σημεῖον ἀπὸ τῆς θυρίδος ἀπὸ σημείου [2] ἔοικεν ὁ λόγος, ὡς καὶ ἀνωτέρω εἴπομεν. καὶ τὴν ὁμολογίαν τὴν ἐπὶ τῆς τριάδος πίστεως. ἐπάγει δέ·

ροδ'. Καὶ ἡ λαλιά σου ὡραία.

Ὅπερ ἐστὶν, ἡ ὁμολογία τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ὡραιότητα [3] βοῶσα.

ροε. Ὡς λέπυρον τῆς ῥοᾶς, μῆλόν σου.

Διὰ τὸ ὁμοιόχρουν τῷ τοῦ Χριστοῦ αἵματι.

ροϛ'. Ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου.

Τὴν γὰρ σιωπὴν αὐτῆς ἔργων [4] ὁρίζεται κάλλος, σιωπώσης γὰρ αὐτῆς ἀπὸ τῶν ἀπρεπῶν ῥημάτων, βοώσης δὲ αὐτῆς τὴν τοῦ Χριστοῦ ὁμολογίαν, καὶ τὰ αὐ- C τῆς σύμβουλα ῥήματα τῶν τοῦ κυρίου προσταγμάτων.

ροζ'. Ἑξήκοντά εἰσι βασίλισσαι καὶ ὀγδοήκοντα παλλακαί.

Ἑξήκοντα, οἶμαι, λέγει τὰς πρὸ τῆς περιτομῆς δικαίας ψυχὰς τῶν τε πατριαρχῶν, καὶ τῶν ἐξαρχῆθεν. διὸ καὶ βασιλίσσας αὐτὰς ὀνομάζει· ὀγδοήκοντα δὲ παλλακὰς τὰς μετὰ τὴν περιτομὴν τῶν ἐπικεκρυμμένων [5] προφητῶν ψυχάς.

ροη. Ἀλλὰ [6] καὶ νεάνιδες, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός.

Πᾶσαι μὲν τῶν ἀπ' αἰῶνος δικαίων ψυχαί.

ροθ'. Μία ἐστὶ περιστερά μου, τελεία μου.

Μία ἐστὶν αὕτη ἡ ἁγία ἐκκλησία, ἡ τὸ μὲν ἀκέραιον τῆς περιστερᾶς ἔχουσα· τὴν δὲ τελείαν φρόνησιν τῆς οὐρανίου σοφίας λαχοῦσα. D

ρπ'. Μία ἐστὶ τῇ μητρὶ αὐτῆς.

Τουτέστι, τῇ ἐπουρανίῳ σοφίᾳ, τῇ ἀμέμπτῳ σαρκὶ τοῦ Χριστοῦ.

ρπα. Ἐκλεκτή ἐστι τῇ τεκούσῃ αὐτήν.

Ἐν τῷ ἀναγεννᾶσθαι αὐτὴν διὰ τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας.

ρπβ'. Εἴδοσαν αὐτὴν θυγατέρες, καὶ μακαριοῦσιν αὐτὴν, βασίλισσαι καὶ [7] παλλακαὶ αἰνέσουσιν [8] αὐτήν.

Πολλοὶ γὰρ προφῆται καὶ δίκαιοι ἐπεθύμησαν ἰδεῖν ἃ βλέπετε, καὶ οὐκ εἶδον· καὶ ἀκοῦσαι ἃ ἀκούετε· καὶ οὐκ ἤκουσαν.

ρπγ'. Τίς αὕτη ἀναβαίνουσα [9] ὡσεὶ ὄρθρος;

Ὅπερ ἐστὶν, ἀπὸ σκότους εἰς φῶς. ὡς καὶ * Ἠσαΐα οἶδεν αὐτὴ λέγειν· ἐκ νυκτὸς ὀρθρίζει τὸ πνεῦμά μου E πρὸς σὲ ὁ Θεὸς, διότι φῶς τὰ προστάγματά σου ἐπὶ τῆς γῆς.

ρπδ'. Καλὴ ὡς σελήνη, ἐκλεκτὴ ὡς ὁ ἥλιος.

Σελήνῃ αὐτὴν ἀπεικάζει διὰ τὸ φθίνειν ἐν πειρασ-

A *laad*, hoc est de habitatione testimonii; propterea *dentes* statim nominat, ut crucis confessionem ostendat.

CLXXI. *Dentes tui sicut greges detonsarum.*

Detonsos ipsos dicit, propterea quod [a] *exuerunt veterem hominem cum actibus suis & concupiscentiis* in lavacro regenerationis. Id luculenter ostendunt quæ sequuntur; ait enim: ℣. 5.

CLXXII. *Quæ ascenderunt de lavacro, omnes gemellos habentes; & infecunda non est in eis.*

Gemellos enim habent animæ, quæ per baptismum Spiritum sanctum acceperunt. *Et infecunda non est in eis.* Prolem enim habent bonam, nimirum justificationum fructus.

B CLXXIII. *Sicut funiculus coccineus labia tua.*

Verba hæc significare videntur pœnitentiam, quam [b] Rahab ostendit per *coccineum funiculum*, quem in signum a fenestra suspendit, ut & superius diximus. Confessionem etiam (*significare videntur*) fidei de sancta Trinitate; subdit enim:

CLXXIV. *Et loquela tua speciosa.*

Id est, confessio quæ orthodoxæ fidei rectitudinem prædicat.

CLXXV. *Sicut cortex mali punici, gena tua.* ℣. 6.

Propter similitudinem coloris cum sanguine Christi.

CLXXVI. *Extra taciturnitatem tuam.*

Silentium enim illius alia definitur esse pulcritudo. Tacet enim ab indecoris verbis, alta voce Chri- C sti confessionem profitetur, &, quæ cum illa consentiunt, verba præceptorum Domini.

CLXXVII. *Sexaginta sunt reginæ, & octoginta concubinæ,* ℣. 7.

Sexaginta, opinor, vocat animas ante circumcisionem justas patriarcharum, & eorum qui fuerunt ab initio. Propterea eas vocat *reginas*. *Octoginta* vero *concubinas* vocat animas prophetarum obscuri nominis, qui fuerunt post circumcisionem.

CLXXVIII. *Et adolescentulæ, quarum non est numerus.*

Omnes quidem a sæculo animæ justorum.

CLXXIX. *Una est columba mea, perfecta mea.* ℣. 8.

Una est ipsa sancta ecclesia, quæ simplicitatem quidem habet *columbæ*; perfectam vero prudentiam D sortita est cælestis sapientiæ.

CLXXX. *Una est matri suæ.*

Hoc est, cælesti Sapientiæ, inculpatæ carni Christi.

CLXXXI. *Electa est ei quæ peperit ipsam.*

Tum cum per lavacrum regenerationis renata est.

CLXXXII. *Viderunt eam filiæ, & beatam prædicabunt eam reginæ & concubinæ laudabunt eam.*

[c] *Multi* enim *prophetæ*, & justi *desiderarunt videre quæ vos videtis, & non viderunt; & audire quæ auditis, & non audierunt.*

CLXXXIII. *Quæ est ista, quæ procedit sicut aurora?* ℣. 9.

Id est, e tenebris ad lucem, quemadmodum in E Isaia ipsa dicit: [d] *Ex nocte surgit diluculo spiritus meus ad te Deus, quoniam lumen præcepta tua super terram.*

CLXXXIV. *Pulcra ut luna, electa ut sol.*

Lunæ eam assimilat, propterea quod deficit in ten-

a Coloss. III. 9. *b* Jos. II. 18. *c* Matth. XIII. 17. *d* Isa. XXVI. 9.

1. Vatic. edit. τὸ κόκκινον.
2. Lego ἀποσημαίνει ὡς ἔοικεν.
3. Legendum puto ὀρθότητα.
4. Legendum ἕτερον, ut habet cod. Auximanus.
5. Prophetas intelligit obscurioris nominis, quos Videntes appellat scriptura. Eorum passim mentio fit in libris Regum. Hi non ita clari, ut IV. majores Prophetæ, & XII. minores, qui celebres prophetias ediderunt. Vet. int. vertit, *qui non aperte prophetaverunt*, quasi legerit ἐπικεκρυμμένως προφητευσάντων.
6. Ἀλλὰ non est in sacro textu, neque eam agnoscit vetus interpres. Hæc vox derivavit ex voce παλλακαί, in quam desinit proxime superior versiculus. Legendum καὶ νεάνιδες sine ἀλλά.
7. Sic Alex. cod. Vaticana editio habet καί γε.
8. Vatic. edit. καὶ αἰνέσουσιν, quam voculam καὶ agnoscit vetus interpres.
9. Ed. Vat. ἐκκύπτουσα. Schol. habent ἀναβαίνουσα.

* Leg. vel Ἠσαΐας — αὐτὴν, *quemadmodum & Isaias vidit eam dicere:* vel καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ, *ut etiam in Isaia novit ipsa dicere.*

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

μοῖς· ἀνανεοῦσθαι δὲ τῇ νίκῃ. σελήνῃ αὐτὴν ἀπεικάζει διὰ τὸ ἐκλείπειν ἐν θανάτῳ· ἀνανεοῦσθαι δὲ ἐν τῇ ἀναστάσει τῶν δικαίων. ἐκλεκτὴ δὲ πάλιν ὡς ὁ ἥλιος, διὰ τὴν τῆς πίστεως λαμπρότητα, καὶ διὰ τὸ κάλλος τοῦ ἡλίου τῆς δικαιοσύνης, ὅπερ ἔχει παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα. A

ρπέ. Θάμβος ὡς τεταγμέναι.

Τὸ μὲν θάμβος, οἶμαι, διὰ τὰς θεοσημείας τῶν ἀποστόλων, καὶ ἐκ τοῦ ἐκθαμβεῖσθαι τοὺς δήμους, ὁρῶντας τὸν ἐν γενετῇ [1] χωλὸν ἁλλόμενον, καὶ περιπατοῦντα· τὴν δὲ Δορκάδα ἐκ νεκρῶν ἐγειρομένην· καὶ τὴν σκιὰν Πέτρου τοὺς ἀσθενοῦντας ἰωμένην. ταῦτα βλέποντες ἐθαμβοῦντο, καὶ ἐπίστευον ὅσοι ἦσαν τεταγμένοι εἰς ζωὴν αἰώνιον.

ρπϛ' Εἰς κῆπον καρύας κατέβην ἰδεῖν ἐν γεννήματι [2] τοῦ χειμάῤῥου. B

Κῆπον καρύας τοὺς ἱερεῖς οἶμαι λέγειν καὶ γραμματεῖς τοῦ λαοῦ, τὴν ἐξ οὐρανῶν κάθοδον τοῦ μονογενοῦς προφητεύων. κῆπον γὰρ καρύας καλῶς εἶπε τὴν Ἱερουσαλὴμ, καὶ τὸ ἱερόν· ἐπειδήπερ ἡ ἀρωνίτης ῥάβδος τὴν σημασίαν ἔχουσα τῆς ἱερωσύνης ἐξήνθησε. καρύα ἐν γεννήματι τοῦ χειμάῤῥου ἐν τῷ καιρῷ τοῦ πάθους· περὶ οὗ οἶμαι καὶ τὸν Δαβὶδ λέγειν· χείμαῤῥον διῆλθεν ἡ ψυχὴ ἡμῶν, τοὺς πειρασμοὺς αἰνιττόμενος.

ρπζ'. Ἰδεῖν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος.

Ἄμπελος γάρ, φησιν, εὐκληματοῦσα Ἰσραήλ. καὶ ἀπέστειλε τὸν υἱὸν αὐτοῦ ὁ οἰκοδεσπότης λαβεῖν τὸν καρπὸν αὐτοῦ τῆς ἀμπέλου. οἱ δὲ ἐκβαλόντες ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ τὸν κύριον ἐσταύρωσαν. C

ρπή. Εἰ ἤνθησαν [3] αἱ ῥοαί.

Ἀλλ' ἐκεῖ μὲν οὐκ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος, ἀλλὰ ἀκάνθας ἐκαρποφόρησεν. στέφανον γὰρ ἐξ ἀκανθῶν τῷ μονογενεῖ ἔπλεξαν. διὸ καὶ ἐν Ἠσαΐᾳ μέμφεται τῷ ἀμπελῶνι τοῦτο λέγων· ἔμεινα τοῦ ποιῆσαι σταφυλὴν, ἐποίησε δὲ ἀκάνθας. αἱ δὲ ῥοαὶ ἐξήνθησαν· τουτέστιν, αἱ κατὰ τόπον ἐκκλησίαι. καὶ καθάπερ αἱ ῥοαὶ αἱμοειδῆ καὶ οἰνωπὸν [4] ἔχουσι τὴν ἰδέαν πολυκόκκινόν τε τὸν ἐντὸς ἔχουσι καρπόν· οὕτως καὶ αἱ ἅγιαι τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαι τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ ἐπικεχρισμέναι [5] εὐλόγως ῥοαῖς ἀπεικάζονται. τὸ δὲ πολυάνθρωπον [6] ἁγιασμοῦ τοῦ λαοῦ ἔνδον ἔχουσαι οἰνωπὸν [7], τὴν χρηστότητα κέκτηνται τῆς οὐρανίου δωρεᾶς. D

ρπθ'. Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί [8].

Παλαιὰν οἶμαι ταύτην λέγειν καὶ καινὴν διαθήκην ἐν ταῖς ἐκκλησίαις δοῦναι τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ. ὅτε μὲν γὰρ μαστοὺς τοῦ ἰδίου νυμφίου λέγει τὰς δύο διαθήκας, ὅτε δὲ μαστοὺς ἑαυτῆς λέγει ταύτας ἡ νύμφη. ἐπειδὰν γὰρ ἐπαινεῖ τὸν ἑαυτῆς νυμφίον λέγει· ὅτι ἀγαθοὶ μαστοί σου ὑπὲρ οἶνον. νῦν δὲ ταύτας τὰς δύο διαθήκας ἰδίους φάσκουσα μαστοὺς λέγει. ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί· ὅπερ ἐστὶν, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τὰς δύο διαθήκας τετελεσμένας καὶ πεπληρωμένας ἐν ἔργοις δικαιοσύνης τῶν ἰδίων τέκνων. λαμβάνει γὰρ αὐτοὺς ἐν ταῖς ἐντολαῖς τοῦ ποιῆσαι τὸν νόμον, καὶ τὰ ἐν τοῖς εὐαγγελίοις διατεταγμένα· δίδωσιν δὲ πάλιν, πληρώσασα τὰ ἐν αὐτοῖς προτεταγμένα. E

ρϟ'. Ἔθετό με ἅρματα Ἀμιναδάβ.

Ἀμιναδὰβ ἑρμηνεύεται πατρὸς εὐδοκία. ἔθετο τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸ τετράϊππον τῶν εὐαγγελικῶν ἁρμάτων· ἵνα ἐν αὐτῷ ἐπιβᾶσα τὴν εἰς οὐρανοὺς ἀνά-

tationibus, renovatur autem in victoria. *Lunæ* eam assimilat, propterea quod deficit in morte, renovatur vero in resurrectione justorum. *Electa* vero rursus *ut sol* propter fidei splendorem, & propter pulcritudinem Solis justitiæ quam ab eo acceptam habet.

CLXXXV. *Pavor ut ordinatæ.*

Pavor, opinor, propter signa divina Apostolorum, & eo quod populi stupore perculsi sunt [a] videntes claudum a nativitate exsilientem & ambulantem, & [b] Dorcadem a mortuis excitatam, [c] & umbram Petri infirmos sanantem. Hæc videntes stupebant, & [d] *credebant quotquot ordinati erant ad vitam æternam.*

CLXXXVI. *In hortum nucis descendi videre in genimine torrentis.* ψ.10.

Hortum nucis, ut arbitror, dicit sacerdotes & scribas populi, descensum de cælis Unigeniti prophetans. Hortus enim nucis bene appellavit Hierusalem & templum; quandoquidem virga Aaronis sacerdotii significationem habens floruit. *Nux in genimine torrentis* in tempore passionis; de quo, ut existimo, David dicit: [e] *Torrentem pertransivit anima nostra*, innuens tentationes.

CLXXXVII. *Videre an floruit vinea.*

[f] *Vinea* enim, ait scriptura, *boni palmitis Israel.* [g] *Et misit filium suum pater familias, ut caperet fructum suum vineæ.* Illi vero ejecerunt Dominum extra Hierusalem, & sustulerunt in crucem.

CLXXXVIII. *Si floruerunt mala granata.*

At ibi quidem non floruit vinea, sed tulit spinas. Coronam enim de spinis Unigenito plexuerunt. Propterea in Isaia id Vineæ exprobrat dicens: [h] *Exspectavi dum faceret uvam, & fecit spinas.* * *Mala granata* vero *floruerunt*, id est, ecclesiæ per diversa loca diffitæ: & ut mala granata sanguineum & vineum colorem habent aspectu, & intus fructum multis granis compositum; ita sanctæ Dei ecclesiæ sanguine Christi perunctæ, merito malis granatis assimilantur: multitudinem enim sanctificati populi rubro colore tinctam in se continentes, cælestis doni habent bonitatem.

CLXXXIX. *Ibi dabo ubera mea tibi.*

Vetus Testamentum, opinor, & Novum dicit se dare in ecclesiis proprio sponso. Sponsa enim aliquando sponsi ubera, aliquando sua ipsius ubera vocat duo Testamenta. Cum enim laudat suum sponsum ait: *Bona ubera tua super vinum.* Nunc vero duo hæc Testamenta sua vocat ubera: *Ibi dabo ubera mea tibi.* Id est, in ecclesia duo Testamenta perfecta & completa in operibus justitiæ meorum filiorum. Accipit enim ea (*ubera*) in mandatis, ut adimpleat legem & quæ in evangeliis præcipiuntur. Ea vero præbet rursus, cum implet quæ in iis statuuntur.

CXC. *Posuit me currus Aminadab.* ψ.11.

Aminadab interpretatur patris beneplacitum. Posuit ecclesiam in quadrijugi curru evangeliorum, ut cum ipsum conscenderit, ipsam quoque iter ad cæ-

a Act. III. 8. b Act. IX. 40. c Act. V. 15. d Act. XIII. 48. e Psalm. CXXIII. 5. f Osee X. 2. g Matth. XXI. 37. h Isa. V. 2.

1. Melius ἐκ γενετῆς.
2. Sic cod. Alex. Editio Vatic. habet γεννήμασι.
3. Hæc est lectio cod. Alex. & edit. Complutens. Editio Vat. habet ἐξήνθησαν sine εἰ.
4. Sic emendandum, cum omnes codd. habeant οἰνοπόν.
5. Salutatus & vet. interpres videntur legisse ἐπικεχρωσμέναι.
6. Τὸ δὲ πολυάνθρωπον ἁγιασμοῦ, hoc est τοῦ ἁγιασμένου λαοῦ. Modus loquendi est, de quo dixi supra ad cap. IV. 2.
7. Error idem qui supra, in omnibus codd. οἰνοπόν.
8. Hactenus Philo sacrum textum integrum exhibuit. Sed in hoc loco illa omisit οὐκ ἔγνω ἡ ψυχή μου, quæ inter hunc & sequentem versum interjecta sunt. Vetus itidem interpres eadem præteriit.

σηται πορείαν πυρίνῳ ἅρματι καὶ αὐτή· ὅπερ ἐστὶ, A τῷ ἁγίῳ πνεύματι εἰς οὐρανοὺς ἀναλαμβανομένη.

ρϙα. Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε Ὀδολλαμῖτις [1].

Ἀδολλαμὴς ἑρμηνεύεται μαρτυροῦσα εἰς ὕδωρ. βλέπε τὴν θαυμάσιον ἀκολουθίαν ταύτης τῆς ἁγίας νύμφης Χριστοῦ. τίς γὰρ εἰς ὕδωρ μαρτυρεῖ, ἀλλ' ἢ αὐτὴ, ὅτι διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας τὴν τῆς τριάδος μίαν ὁμολογεῖ θεότητα, καὶ ταύτην τὴν πίστιν εἰς ὕδωρ μαρτυροῦσα; διπλῆν δὲ κελεύει τὴν ἐπιστροφὴν ποιήσασθαι, ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε λέγων, ἵνα μὴ μόνον τῷ στόματι μαρτυρήσῃ, ἀλλὰ καὶ τὰς πράξεις ἐναρέτους καὶ πρεπούσας τῇ ἐπιστροφῇ παράσχοι.

ρϙβ' Ἐπίστρεφε, ἐπίστρεφε, καὶ ὀψόμεθα ἐν σοί.

Ἐπίστρεφε ἀπὸ κακίας εἰς ἀκακίαν, ἀπὸ πορνείας B εἰς ἁγνείαν, ἀπὸ ὀργῆς εἰς πραότητα, ἀπὸ θυμοῦ εἰς ἐπιείκειαν, ἀπὸ ὑπερηφανείας εἰς ταπεινοφροσύνην, ἀπὸ μίσους εἰς ἐντελῆ [2] ἀγάπην. καὶ ὀψόμεθα ἐν σοὶ Χριστὸν τὸν λέγοντα· ἐνοικήσω ἐν ὑμῖν, καὶ ἐμπεριπατήσω.

ρϙγ'. Τί ὄψεσθε ἐν τῇ Ὀδολλαμίτιδι, ἡ ἐρχομένη ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν;

Μετὰ γὰρ τὸ βάπτισμα ὡς χοροὶ τῶν παρεμβολῶν, ὅπερ ἐστὶν, ὡς ἄγγελοι Θεοῦ, οἱ νεοφώτιστοι ἔρχονται. ἀγγέλοις γὰρ ἀπαντήσας Ἰακὼβ λέγει· παρεμβολὴ Θεοῦ αὕτη.

lum amplectatur in *curru* igneo, id est, Spiritu sancto in cælos assumta.

CXCI. *Convertere, convertere Odollamitis.*

Odollames interpretatur testificans in aqua. Vide sanctæ hujus sponsæ Christi miram in suis verbis cohærentiam. Quis enim testificatur in aqua, nisi illa, cum per lavacrum regenerationis unam Trinitatis confitetur divinitatem, & hanc ipsam fidem in aqua confitendo? Duplicem vero jubet conversionem dicens: *Convertere, convertere*; ne ore tantum confiteatur, sed actiones propter virtutem laudabiles & conversione dignas exhibeat. ℣.12.

CXCII. *Convertere, convertere, & videbimus in te.*

Convertere a malignitate ad innocentiam, a fornicatione ad castitatem, ab iracundia ad mansuetudinem, a furore ad æquitatem, a superbia ad humilitatem, ab odio ad perfectam dilectionem. *Et videbimus in te* Christum, qui ait: [a] *Inhabitabo in vobis, & inambulabo.*

CXCIII. *Quid videbitis in Odollamitide, quæ venit ut chori castrorum?*

Nam post baptismum *ut chori castrorum*, id est, ut Angeli Dei veniunt nuper baptizati. Angelis enim occurrens Jacob dicit: [b] *Castra Dei hæc.*

ΚΕΦ. Ζ'.

C

ρϙδ'. Τί [3] ὡραιώθησαν διαβήματά σου ἐν ὑποδήμασι, θύγατερ Ἀμιναδάβ;

ΘΑυμάζει τὰ ὑποδήματα τῆς θυγατρὸς τῆς [4] τοῦ πατρὸς εὐδοκίας. περὶ ὧν ὑποδημάτων καὶ Παῦλός μοι δοκεῖ ὁ θειότατος ἀπόστολος λέγων· ὑποδησάμενοι τοὺς πόδας ἐν ἑτοιμασίᾳ τοῦ εὐαγγελίου τῆς εἰρήνης. θαυμάζει δὲ καὶ τῶν ἀποστόλων διαβήματα. ὡς ὡραῖοι γάρ, φησι, οἱ πόδες τῶν εὐαγγελιζομένων εἰρήνην, τῶν εὐαγγελιζομένων τὰ ἀγαθά.

ρϙε. Ῥυθμοὶ μηρῶν [5] σου ὅμοιοι ὁρμίσκοις, ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου.

Τὸ συνεσφιγμένον τῶν μηρῶν σου ἐπὶ τῇ τῆς σωφροσύνης ζωῇ [6] ὑποτίθεσθαί μοι δοκεῖ ἐνταῦθα ἡ D ἁγία [7] γραφή. ῥυθμοὶ μηρῶν σου λέγουσα ὅμοιοι ὁρμίσκοις, ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου. τῇ γὰρ ἁρμονίᾳ τῆς σωφροσύνης συνεσφιγμένη ἡ τῶν ἁγίων ἐκκλησία [8] τῷ ἔργῳ τοῦ τεχνίτου ἀφομοιοῦται ἀρχιτεκτονήσαντος οὐρανόν τε καὶ γῆν, καὶ ἐν κοιλίᾳ [9] μητρὸς ἀνθρώπου μορφήν· τῷ αὐτοῦ ἔργῳ ἀπεικάζει τὴν πάνσεμνον τῆς σωφροσύνης ἀρετήν.

ρϙϛ'. Ὀμφαλός σου κρατὴρ τορευτὸς, μὴ ὑστερούμενος κράματος [10].

Ὀμφαλῷ, οἶμαι, τὸ ἱερατεῖον αὐτῆς τὸ καθαρώτατον, καὶ ἐκτὸς πάσης ἁμαρτίας ἀπεικάζει. τὸ γὰρ εἰπεῖν· μὴ ὑστερούμενος κράματος, δῆλον ὅτι μὴ ὑστερῶν τοῦ Χριστοῦ αἵματος. τορευτὸν δὲ αὐτὸν εἶπε καλῶς, διὰ τὸ ἐξεσμένους καὶ ἀπὸ πάσης ἁμαρτίας E κεκαθαρμένους τοὺς ἱερεῖς εἶναι πρέπειν [11].

CAP. VII.

CXCIV. *Quid speciosi facti sunt gressus tui in calceamentis filia Aminadab?* ℣. 1.

DEmiratur calceamenta filiæ, quæ patri complacuit. De quibus calceamentis Paullus mihi videtur divinissimus Apostolus loqui: [c] *Calceati pedes in præparatione evangelii pacis*. Demiratur vero etiam gressus Apostolorum; ait enim: [d] *Quam speciosi pedes evangelizantium pacem, evangelizantium bona!*

CXCV. *Moduli femorum tuorum similes torquibus, operi manuum artificis.*

Ut femora cingantur castitatis zona, videtur mihi hoc loco sacra scriptura præcipere, dicens: *Moduli femorum tuorum similes torquibus, operi manuum artificis*. Cincta enim ecclesia sanctorum harmonia, (*seu modulo*) castitatis assimilatur operi artificis, qui fabricatus est cælum & terram, & in utero matris formam hominis. Huic operi ipsius assimilat venerandam castitatis virtutem.

CXCVI. *Umbilicus tuus crater tornatilis, non deficiens mixto.* ℣. 2.

Umbilico, ut arbitror, sacrarium ipsius (*sponsæ*) purissimum & omnis peccati expers assimilat. Cum enim dicit, *non deficiens mixto*, intelligit non deficiens Christi sanguine. Bene autem illum (*umbilicum*) *tornatilem* vocat, quod erasos sacerdotes esse oportet & ab omni peccato purgatos.

a II. Cor. VI. 16. *b* Gen. XXXII. 2. *c* Ephes. VI. 15. *d* Rom. X. 15.

1. Vetus interpres habet *Salamitis*. Vatic. edit. Σουναμῖτις.
2. Mutin. cod. τελείαν.
3. Hujus lectio versus nihil differt a lectione quæ est cod. Alex. qui tamen post ὑποδήμασι non habet σου. Edit. Vaticana neque habet τί, & habet ὑποδήμασί σου, & exhibet ναδάβ, non ἀμιναδάβ.
4. Forte τῆς πατρὸς εὐδοκίας, *bene acceptæ*. Vide supra ad Cap. VI. ℣. 3. Hac voce usus est Symmachus ad illum versiculum.
5. Hujus versus lectio quam exhibet Philo, eadem plane est quam habet Alex. cod. Vaticana editio non habet σου, & pro ἔργῳ χειρῶν τεχνίτου exhibet ἔργον τεχνίτου sine χειρῶν.
6. Sic mss. omnes. Lege ζώνῃ.
7. Mutin. cod. θεία.
8. Meus & Barb. male ἐκκλησιῶν, restitui ex Mutin. ἐκκλησία.
9. Obscurum in hoc loco Philonis sensum sic suo more παραφράζων Saluratus illustrat: *Quique* (summus artifex) *vel in ventre matris formam veri hominis, quem semel assumsit & numquam est exuturus, sua ipsius bonitate sapientiaque formavit; ob idque ejus operi universam cælestis sapientiæ virtutem & castitatis integritatem comparat.*
10. Sic Alex. Vaticana ed. habet. χρῖμα.
11. Πρέπειν abest a Mutinen.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ρξζ'. Κοιλία σου θημωνία σίτου πεφραγμένη κρίνοις [1].

Κοιλίαν δὲ αὐτῆς τὸ πλῆθος τοῦ λαοῦ λέγει, καὶ γὰρ σίτῳ τοὺς πολλοὺς ἀπεικάζει πρεπόντως διὰ τὸ καὶ [2] τὸν κύριον εἰρηκέναι περὶ τοῦ ταύτης καρποῦ· ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει· ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πλείονα [3] καρπὸν φέρει. θημωνία σίτου τοίνυν λέγεται ἡ ἁγία [4] ἐκκλησία, ὁπόταν ὀχληδὸν [5] συναχθεὶς ὁ λαὸς, εἷς ἐφ' ἑνὶ ἀθροιζόμενος τῆς [6] καλῆς ὁμονοίας πυκνηδὸν [7] τὸν δῆμον ἐνδείκνυται· διά τινες μέλιτται [8] καλῶς συμπλεξάμεναι δι' ὁμονοίας βότρυας. καὶ αὐτὴ δὲ ἡ ἁγία ἐκκλησία καθάπερ δράματα [9] τοῦ λαοῦ ῥοίζουσα τὰ σώματα θημωνίᾳ σίτου ἀπεικάζεται. πεφραγμένη ἐν κρίνοις, ὅπερ ἐστὶ ἐν τοῖς εὐωδέσι τοῦ Θεοῦ λόγοις.

ρξη'. Τράχηλός [10] σου ὡς πύργος ἐλεφάντινος.

Τράχηλος αὐτῆς, οἶμαι, λέγει τὸ καθαρώτατον τῶν διακόνων τάγμα· ἐπειδήπερ κεφαλὴ τῆς ἐκκλησίας ὁ Χριστός. οὗτοι δὲ βαστάζουσι [11] τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ καὶ τὸ αἷμα, τὴν κεφαλὴν τῆς ἐκκλησίας. ὥσπερ οὖν ὁ τράχηλος αὐτῆς εἰσιν ἐλεφάντινος, μάλιστα ὁπότ' ἐν καθαρῷ τῷ συνειδότι ἀρύπως [12] τὸ μυστήριον ἔχουσιν, ὡς καὶ ἅγιος εἶπεν ἀπόστολος· διακόνους ὡσαύτως σεμνοὺς, μὴ διλόγους, μὴ οἴνῳ πολλῷ προσέχοντας, ἔχοντας τὸ μυστήριον πίστεως ἐν καθαρᾷ συνειδήσει. ἐλεφάντινος γὰρ οὗτοι τράχηλος λέγονται, καθάπερ τὸ πυξίον ἐλεφάντινον, ῥύπον μὴ παραδεχόμενον [13], ἀλλὰ καθαρότητι βίου καὶ τρόπου [14] τοῖς ἁγίοις διακονοῦντες μυστηρίοις.

ρξθ'. Ὀφθαλμοί [15] σου λίμναι ἐν Ἐσεβὼν, ἐν πύλαις θυγατρὸς πολλῶν.

Ὅπου γὰρ συνειδήσεως καθαρότης, ἐκεῖ καὶ λογισμῶν εὐθύτης. Ἐσεβὼν [16] ἑρμηνεύεται καθαρότης λογισμῶν. ἐπειδὴ γὰρ τῆς καρδίας τὸ ὁρατικὸν οἱ ἔνδον τῆς ψυχῆς εἰσιν ὀφθαλμοὶ, οἱ κατοπτεύοντες οὐ μόνον τὰ ὁρώμενα δι' ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ καὶ τὰ νοούμενα πόῤῥωθεν. οὗτοι λιμνιδὸν πληθύνονται οἱ λογισμοὶ, ἀναβρυόμενοι ἐκ τῆς τῶν ἁγίων γραφῶν ἐννοίας. ὡς λίμναι λελεγμέναι διὰ τὸ πληθύνεσθαι καὶ πλατύνεσθαι ἐν τοῖς τῶν ἁγίων γραφῶν νοήμασι. γνῶσις γὰρ σοφοῦ [17], φησιν, ὡς κατακλυσμὸς πληθυνθήσεται. ἐν πύλαις δὲ θυγατρὸς πολλῶν εἴρηται, ἐπειδήπερ θυγάτηρ πολλῶν ἡ ἐκκλησία ἐθνῶν, ἐκ πολλῶν συνηγμένη λαῶν, οὐ μόνον ἐκ τῶν τῆς περιτομῆς δώδεκα φυλῶν, ἀλλὰ καὶ ἐκ παντὸς ἔθνους συνηγμένη, ὡς καὶ Ἡσαΐας λέγει· ἥξουσιν ἀλλογενεῖς ποιμαίνοντες τὰ πρόβατά σου, καὶ ἀλλόφυλοι ἀροτῆρες καὶ ἀμπελουργοί.

σ'. Μυκτήρ σου ὡς πύργος Λιβάνου σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ.

Μυκτῆρα αὐτῆς [18] τροπικῶς, οἶμαι, λελέχθαι τὸν ἅγιον Παῦλον· ἐπειδήπερ τῶν δύο διαθηκῶν τὰς

CXCVII. *Venter tuus acervus frumenti septus liliis.* ℣. 3.

Ventrem ipsius intelligit populi multitudinem: apte enim multitudinem frumento assimilat; propterea quod etiam Dominus dixerit de ejus fructu: [a] *Nisi granum frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, majorem fructum affert.* * *Acervus* igitur *frumenti* dicitur sancta ecclesia, quando turba incondite coacta, singuli singulis coacervati per bonam concordiam, ordinatum & veluti turrim populum firmum exhibent, quemadmodum apes quæ bene se se invicem complexæ exhibent botros. At ipsa sancta ecclesia tamquam manipulis adunatis populi corporibus acervo tritici assimilatur. *Septus liliis*, hoc est, suaveolentibus Dei eloquiis.

CXCVIII. *Collum tuum ut turris eburnea.* ℣. 4.

Collum ejus arbitror dicere mundissimum diaconorum ordinem; quandoquidem [b] *ecclesiæ caput Christus*: hi vero gestant corpus Christi & sanguinem, id est, caput Ecclesiæ. Sunt igitur velut ejus collum elephantinum, præsertim quando in pura conscientia mysterium habent, ut ait sanctus Apostolus: [c] *Diaconos similiter pudicos, non bilingues, non multo vino servientes, habentes mysterium fidei in pura conscientia.* Hi enim elephantinum collum appellantur, veluti pyxis elephantina, sordes non recipiendo, sed vitæ morumque puritate sanctis mysteriis ministrando.

CXCIX. *Oculi tui ut stagna in Esebon, in portis filiæ multorum.*

Ubi enim conscientiæ puritas, ibi cogitationum rectitudo. *Esebon* interpretatur puritas cogitationum. Quod enim in corde videndi vim habet, id sunt interiores animæ oculi, qui non solum contemplantur quæ cernuntur oculis, sed quæ a longe intelliguntur. Hæ cogitationes in modum stagni implentur, scaturientes ex sanctarum scripturarum meditatione. *Tamquam stagna* electa, propterea quod implentur & dilatantur sacrarum scripturarum intelligentiis. [d] *Scientia enim*, ait scriptura, *tamquam inundatio abundabit.* * *In portis* dicit *filiæ multorum*; quoniam filia multarum nationum ecclesia ex multis gentibus collecta, non modo ex duodecim tribubus circumcisionis, sed ex omni gente coacta, ut ait Isaias: [e] *Venient alienigenæ pascentes oves tuas, & aliarum gentium aratores & vinitores.*

CC. *Nasus tuus sicut turris Libani, prospiciens faciem Damasci.*

Nasum ejus arbitror figurate appellare sanctum Paullum: ipse enim dedit ecclesiæ duorum Testa-

a Joan. XII. 24. *b* Ephes. V. 23. *c* I. Tim. III. 8. 9. *d* Eccli. XXI. 16. *e* Isa. LXI. 5.

1. Edit. Vat. ἐν κρίνοις. Heic quoque omittit illa sacri textus, δύο μαστοί σου, ὡς δύο νεβροὶ δίδυμοι δορκάδος, quæ ibidem omisit vetus interpres.
2. Mutavi κατὰ in καί.
3. Sacer textus habet πολύν.
4. Restitui ἁγία ex cod. Mutin.
5. Omnes codd. habent ὀχληδών.
6. Forte διὰ τῆς.
7. Lege πυργηδόν. Vox Homerica, quam Scholiastes ad Iliad. M. v. 43. exponit πύργου δίκην, ἐν τάξει. Et O. v. 618. πυργηδὸν, πυκνῶς, ἀσφαλῶς, ἐν τάξει, δίκην πύργου.
8. Sic emendandus codicum error μελίτητα καλόν.
9. Locus in omnibus codd. corruptus, qui habent δράματα τοῦ λαοῦ ῥοίζουσα τὰ σώματα θημ. Legendum καθάπερ δράγματα τοῦ λαοῦ ἀθροίζουσα τὰ σώματα θημωνίᾳ σίτου ἀπεικάζεται. Salutatus codicem & ipse habuit mendosum, qui legit δράματα: vertit enim, *ita unum drama populi, vel chorus ex multis variisque personis constituitur*: nec reddit illa, θημωνίᾳ σίτου ἀπεικάζεται, quæ cum ejus interpretatione cohærere non poterant.
10. Sic etiam cod. Alex. sine articulo. Vatic. edit. τράχηλος.
11. Absurde vetus interpr. vertit, *ipsi vero & corpus & sanguinem baptizant*, legit βαπτίζουσι. Proclive illi erat mendum e suo codice tollere, & ponere βαστάζουσι.
12. Lege ἀρύπως.
13. Lege παραδεχόμενοι.
14. Sic Mut. Alii codd. τρόπου.
15. Sic cod. Alex. sine articulo. Vatic. edit. οἱ ὀφθ. & ἐσεβών.
16. Mutinen. ἐσεβὼν γὰρ ἑρμηνεύεται λογισμοὶ οἱ κατοπτεύοντες οὐ μόνον τὰ ὁρώμενα δι' ὀφθαλμῶν, ἀλλὰ κ. τ. λ.
17. Manifestum ex verbo φησὶν Philonem ut librum canonicum habuisse Sapientiam Siracidis, sive Ecclesiasticum: eodemque modo eumdem librum citat per verbum φησὶ infra ad vers. CCXXXVI. Est autem subintelligenda vox γραφή. Eam vero habes diserte expressam infra ad vers. CCXXX. ubi afferens locum ex Siracide ait: ὡς ἡ γραφὴ λέγει. Et ad vers. CCXLIX. utitur eadem plane formula κατὰ τὸ γεγραμμένον, quam D. Paullus, citans locum ex Psalm. adhibet II. Cor. IV. 13. κατὰ τὸ γεγραμμένον· ἐπίστευσα κ. τ. λ.
18. Mutin. αὐτοῦ.

ἀναπνοὰς αὐτὸς παρέδωκε τῇ ἁγίᾳ ἐκκλησίᾳ. μυκτὴρ A δυσὶν ἀναπνοαῖς τῷ ἀνθρώπῳ τὴν ζωὴν ὀχετεύει· ὡς καὶ αἱ δύο διαθῆκαι ταύτῃ διὰ τοῦ ἑνὸς θείου πνεύματος τὴν αἰώνιον προεξένησαν ζωήν. σαφῶς δὲ εἶπεν ὅτι σκοπεύων πρόσωπον Δαμασκοῦ. καὶ γὰρ ἐν Δαμασκῷ κέκληται ὁ θειότατος ἀπόστολος, ὁπηνίκα ἐπορεύετο ἐπιστολὰς λαμβάνων τοῦ διώκειν τοὺς τοῦ Χριστοῦ μαθητάς, ὁπηνίκα ἡ οὐράνιος αὐτὸν κατὰ τὴν ὁδὸν ἐκάλει φωνὴ λέγουσα· Σαοὺλ, Σαοὺλ τί με διώκεις; εἰς Δαμασκὸν γὰρ εἰσελθὼν τὸ βέβαιον ἐκαρπώσατο τῆς πίστεως, ὅτε τῆς ὄψεως αὐτοῦ ἀπέπεσον ὡσεὶ λεπίδες· καὶ γὰρ τοῦ αἰωνίου φωτισμοῦ ἔτυχεν.

σα΄. Κεφαλή σου ἐπὶ σὲ ὡς Κάρμηλος.

Κάρμηλος ἑρμηνεύεται ἐπίγνωσις περιτομῆς. ἀπὸ γὰρ τῆς κεφαλῆς αὐτῆς, τουτέστιν, ἀπὸ Χριστοῦ· κεφαλὴ γὰρ τῆς ἐκκλησίας ὁ Χριστός· ἐκ τότε ἡ ἐπίγνωσις B γεγένηται τῆς πνευματικῆς περιτομῆς, περὶ ἧς ὁ ἅγιος ἀπόστολος εἴρηκε· καὶ περιτομὴ καρδίας ἐν πνεύματι, οὐ γράμμασιν, οὗ ἔπαινος οὐκ ἐξ ἀνθρώπων, ἀλλ' ἐκ τοῦ Θεοῦ.

σβ΄. Πλόκιον [1] κεφαλῆς σου ὡς πορφύρα.

Πλόκιον τῆς κεφαλῆς τὸν πολυάνθρωπον τοῦ λαοῦ λέγειν οἶμαι δῆμον. καθάπερ γὰρ αἱ τρίχες ἐν ἀναριθμήτῳ πλήθει τεταγμέναι τυγχάνουσιν, οὕτως καὶ τὰ τῶν λαῶν πλήθη τριχῶν δίκην ἀναρίθμητα τυγχάνει. πλέκεται δὲ ταῦτα εἰς κόσμον τῆς ἐκκλησίας, ὥς φησιν ὁ ἅγιος ἀπόστολος· γυνὴ ἐὰν κομᾷ, δόξα αὐτῇ ἐστιν· ὅτι ἡ κόμη ἀντὶ περιβολαίου δέδοται αὐτῇ. καὶ γὰρ κόμης δίκην τὰ πλήθη τῶν λαῶν περιβάλλεται, κατὰ τὸν λέγοντα· πάντας αὐτοὺς ἐνδύσει [2], C καὶ περιθήσει αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφης. τοῦτο δὲ τὸ, πλόκιον ὡς πορφύρα, θειωδῶς εἴρηται προφητικῶς τε καὶ προγνωστικῶς. καθάπερ γὰρ ἡ πορφύρα ἐν αἵματι βάπτεται, οὕτως καὶ τῶν πιστῶν ἡ πληθὺς, ἐν τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ βεβαμμένη, βασιλικὴ γέγονεν αὐτῷ ἐσθὴς, περὶ ἧς Ἰακὼβ τῷ Ἰούδᾳ ἐξ οὗ ἀνέτειλεν ὁ Χριστὸς, τοιάδε [3]· πλυνεῖ ἐν οἴνῳ τὴν στολὴν αὐτοῦ, καὶ ἐν αἵματι σταφυλῆς τὴν περιβολὴν αὐτοῦ. στολὴ γὰρ καὶ περιβολὴ τοῦ Χριστοῦ ἡ ἁγία σαφῶς ἐκκλησία δέδεικται.

σγ΄. Βασιλεὺς δεδεμένος [4] ἐν παραδρομαῖς.

Οὗτος γὰρ ὁ ἐπουράνιος βασιλεὺς, περὶ οὗ καὶ Δαβὶδ λέγει· ὁ Κύριος ἐβασίλευσεν· ἀγαλλιάσθω ἡ γῆ. ὄντως δέδεται ἐν παραδρομαῖς. παρατρέχων γὰρ ἐξ οὐρανοῦ ἐπὶ γῆς, καὶ ἕως εἰς τὰ τοῦ ᾅδου κατελ- D θὼν, ἵνα ἐκεῖθεν ἀναστήσῃ τὸν τεθνεῶτα, αὐτὸς δέδεται ἐν παραδρομαῖς, οὐκ ἀνάγκης δεσμοῖς, ἀλλ' ἑκουσίου φιλανθρωπίας χρηστότητι, εἰπὼν τοῖς ἀποστόλοις· καὶ ἰδοὺ μεθ' ὑμῶν εἰμι πάσας τὰς ἡμέρας, ἕως τῆς συντελείας τοῦ αἰῶνος.

σδ΄. Τί ὡραιώθης, καὶ τί ἡδύνθης [5].

Ὡραιώθη γὰρ ὄντως καὶ ἡδύνθη, οὐχὶ τῆς θεότητος δύναμις· οὔτε γὰρ προσθήκην, οὔτε μείωσιν ἐπιδέχεται· ἀλλ' ἡ σὰρξ, ἣν ἀνείληφε· καὶ ὁ τέλειος ἄνθρωπος, ὃν ἐφόρησεν, οὗτος ὡραιώθη τῇ τῆς θεότητος ὡραιότητι συμμορφωθεὶς, καὶ ἡδύνθη ἐν τῇ τῶν οὐρανῶν καθεσθεὶς βασιλείᾳ ἐν δεξιᾷ τοῦ πατρός.

σε΄. Ἡ ἀγάπη ἐν τρυφαῖς σου· τοῦτο μέγεθός [6] σου. E ὡμοιώθης τῷ φοίνικι, καὶ μαστοί [7] σου τοῖς βότρυσιν.

A mentorum spiramenta. Nasus binis spiramentis tamquam rivulis vitam hominis derivat; sic duo Testamenta per unum divinum Spiritum æternam illi vitam parant. Manifeste igitur dicit: *respiciens faciem Damasci*. Etenim Damascum vocatus est divinus Apostolus, quando [a] acceptis litteris ut persequeretur Christi discipulos, illuc proficiscebatur, cum cælestis in itinere vox illum vocavit dicens: [b] *Saule, Saule, quid me persequeris?* Cum enim Damascum esset ingressus, firmitatem fidei adeptus est, quando [c] *ab ejus oculis deciderunt tamquam squamæ*: etenim æternam lucem consequutus est.

CCI. *Caput tuum in te sicut Carmelus.* ℣. 5.

Carmelus interpretatur agnitio circumcisionis. Nam B ab ipso capite, id est, Christo, (*Caput* [d] *enim ecclesiæ est Christus*) ex tunc agnitio profecta est spiritualis circumcisionis, de quo S. Paullus dicit: [e] *Et circumcisio cordis in spiritu, non littera; cujus laus non ex hominibus, sed ex Deo.*

CCII. *Plexus capitis tui ut purpura.*

Plexum capitis tui arbitror dicere frequentissimam populi multitudinem. Quemadmodum enim capilli in multitudine innumera sunt ordinati, sic populorum est multitudo velut capilli sine numero. Plicantur vero illi ad ornatum ecclesiæ, ut ait D. Paullus: [f] *Mulier si comam nutriat, gloria est illi: quoniam coma pro velamine data est ei*. Etenim instar comæ, populorum multitudine ecclesia induitur C juxta eum qui dicit: [g] *Omnibus iis indueris, & circumdabis tibi eos ut ornatum sponsæ*. Illud vero, *plexus ut purpura*, prophetice & præsensione quadam divina dictum est. Quemadmodum enim purpura sanguine tingitur, sic etiam fidelium multitudo, sanguine Christi tincta, regia fuit illi vestis, de qua Jacob Judæ ex quo ortus est Christus, hæc dixit: [h] *Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ amictum suum*. Stolam enim & amictum Christi esse sanctam ecclesiam manifeste ostenditur.

CCIII. *Rex vinctus in transcursibus.*

Hic enim est cælestis Rex, de quo David dicit: [i] *Dominus regnavit; exsultet terra*. Re vera *vinctus* est *in transcursibus*. Currens enim de cælo in D terram, & descendens usque ad inferos ut inde extraheret mortuum; ipse vinctus est in transcursibus non necessitatis vinculis, sed voluntariæ clementiæ benignitate, dicens Apostolis: [k] *Et ecce vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi.*

CCIV. *Quam speciosa facta es, & suavis!* ℣. 6.

Speciosa enim re vera *facta est & suavis*, non divinitatis virtus; neque enim additionem neque diminutionem admittit; sed caro quam assumsit: & perfectus homo quem gestavit (*Verbum*,) ille speciosus factus est, divinitatis pulcritudine configuratus; & suavis factus est, sedens in regno cælorum ad dexteram Patris.

E CCV. *Caritas in deliciis tuis: hæc magnitudo tua similis facta est palmæ; & ubera tua botris.* ℣. 7.

a Act. IX. 2. 3. b Ibid. ℣. 4. c Ibid. ℣. 18. d Ephes. V. 23. e Rom. II. 29. f I. Cor. XI. 15. g Isa. XLIX. 18. h Gen. XLIX. 11. i Psalm. XCVI. 1. k Matth. XXVIII. 20.

1. Editio Vat. καὶ πλόκιον.
2. Vatic. editio habet πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ, καὶ περιθήσεις αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφη. At Alexandr. codex habet πάντας αὐτοὺς ἐνδύσῃ καὶ περιθήσῃ αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφης, quam lectionm sequitur vet. interpres.
3. Restituenda post τοιάδε vox λέγει ex cod. Auximano.
4. Salutatus vertit *tremendus*. Erat igitur in ejus cod. δειδόμενος. Totum hunc locum affert *Cosmas Indicopleustes* ex Philone lib. X. pag. 330. tom. II. novæ Collect. PP. Græcor. edita a Montfauconio.
5. Salutatus videtur legisse ἐδυνάσθης, qui vertit: *quam speciosus factus es & potens*. Ceterum in edit. Vaticana diversa est hujus loci interpunctio, nempe, τί ὡραιώθης, καὶ τί ἡδύνθης ἀγάπη.
6. Sic Vaticana editio. Sed Philonem puto scripsisse τοῦτο μέγεθός σου ὡμοιώθη τῷ φοίνικι, quæ est lectio cod. Alexandrini, & quam plerumque sequi auctorem nostrum sæpe notavimus. Certe sic legisse videtur vet. interpres, qui vertit: *magnitudo tua similis est palmæ*. Et ita legendum esse, suadet ipsa hujus versiculi explanatio.
7. Edit. Vat. οἱ μαστοί σου cum articulo.

Ἀγάπη γὰρ ὄντως ἐν τρυφαῖς αὐτοῦ· τρυφαὶ δὲ οὐ A ταύταις ταῖς τῆς σαρκὸς σπατάλαις [1], ἀλλ' ἢ [2] τῇ τῆς ἐλπίδος πεποιθήσει, ὥς φησιν καὶ Δαβίδ· κατατρύφησον τοῦ κυρίου, καὶ δώσει σοι τὰ αἰτήματα τῆς καρδίας σου. τοῦτο τὸ μέγεθος ὡμοιώθη τῷ φοίνικι κατὰ ποικίλον τρόπον. τὸ μέγεθος τῆς ἐκκλησίας, τουτέστιν, ἡ τῶν δικαίων ἄθροισις, ὡμοιώθη τῷ φοίνικι κατὰ τὸν λέγοντα προφήτην· δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει. φοῖνιξ δὲ λευκοτάτην κέκτηται τὴν καρδίαν, ὡς καὶ ἡ τῶν δικαίων γνώμη λευκάζει, οὐ περὶ τὰ γήϊνα βοσκομένη, ἀλλὰ ἄνω περὶ τὰ ἐπουράνια ὕψη τὴν καρδίαν ἀνατεινομένη. εἰ δὲ καὶ σκώλοπας ἔχει ὁ φοῖνιξ, καὶ τούτῳ ἀπεικάζεται δίκαιος. σκώλοπές εἰσι τῷ φοίνικι, ὡς καὶ τῷ δικαίῳ οἱ πρὸς τοὺς ἁμαρτωλοὺς ἔλεγχοι. λόγοι γὰρ σοφῶν ὡς τὰ βούκεντρα. B καὶ ὡς ἧλοι πεπυρωμένοι [3], οἳ παρὰ τῶν συνθεμάτων ἐδόθησαν ἐκ ποιμένος ἑνός [4]. ἀπὸ συνθεμάτων γὰρ τῶν δύο διαθηκῶν ἐκ ποιμένος ἑνὸς τοῦ Χριστοῦ, οὗτοι οἱ τῶν δικαίων ἔλεγχοι δίδονται, ἵνα πᾶς τις κεντούμενος κατανύττηται τὴν καρδίαν, καὶ ἀπέχοιτο πάσης ἁμαρτίας.

σϛ΄. Καὶ οἱ μαστοί σου τοῖς βότρυσιν.

Καθάπερ οἱ τῶν φοινίκων βότρυες πληθύνουσι τῷ καρπῷ καὶ τῇ γλυκύτητι, οὕτως ταύτης οἱ δύο μαστοὶ, τουτέστιν, αἱ δύο διαθῆκαι, τὰς γλυκείας κομῶσιν ἀρετὰς τοῖς ἐν αὐταῖς γλυκαίνεσθαι [5] βουλομένοις.

σζ΄. Εἶπα, ἀναβήσομαι ἐν [6] τῷ φοίνικι, κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ.

Τέρπεται ὁ ἐπουράνιος λόγος τῇ τοιαύτῃ τῶν δι- C καίων καθαρότητι τῆς ψυχῆς· καὶ ἀπεκδυσάμενος τὰς [7] ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μορφὴν δούλου λαβὼν, ἀναβήσομαι, λέγων, ἐν τῷ φοίνικι, καὶ κρατήσω τῶν ὑψέων αὐτοῦ. ἐὰν γὰρ κρατήσῃ τὰ τῶν δικαίων ὕψη, ἄπτωτοι μένουσιν, ἀνέμων ἔμβολοι [8] φέροντες, τουτέστι τοὺς πειρασμοὺς, καὶ ὑπὸ τοῦ κρατοῦντος ἄθραυστοι διαμένοντες. ὅθεν καὶ σαφῶς ἐπάγει·

ση΄. Καὶ ἔσονται [9] μαστοί σου ὡς βότρυες τῆς ἀμπέλου.

Καθάπερ γὰρ οἱ βότρυες τῶν ἀμπέλων ὑποπιεζόμενοι καὶ ἐκθλιβόμενοι τὸ εὐφραντήριον ἐκβλυστάνουσι τοῦ οἴνου νᾶμα· οὕτω καὶ οἱ δίκαιοι ἐν ταῖς τῶν πειρασμῶν συνοχαῖς τε καὶ θλιμμοῖς, βοτρύων δίκην ἐκπιεζόμενοι, δι' αὐτῆς αὐτῶν νίκης τὴν εὐφροσύνην τῇ ἐκκλησίᾳ ποιοῦντες εὐωχεῖ [10]. D

σθ΄. Ἀλλὰ [11] καὶ ὀσμὴ ῥινῶν σου ὡς μῆλα.

Ὀσμὴν τῆς πίστεως, οἶμαι, λέγειν κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· Χριστοῦ εὐωδία ἐσμὲν ἐν τοῖς σωζομένοις, καὶ ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις· οἷς μὲν ὀσμὴ ἐκ [12] θανάτου εἰς θάνατον· οἷς δὲ ὀσμὴ ἐκ [13] ζωῆς εἰς ζωήν. διὰ τοῦτο καὶ ὀσμὴ ῥινῶν σου ὡς μῆλα. ἐάν τε γὰρ μυκτῆρα τὸν ἀπόστολον λέγει, ἐάν τε ῥῖνα τῆς ἐκκλησίας· ὅμως ἑκάτερα ἐν δυσὶ προσηγορίαις, τὸ ἕν ἐστιν εἶδος διὰ τῶν δύο ὀπῶν τὴν ζωοδοτῆρα [14] τοῦ ἁγίου πνεύματος, καὶ εἰσπέμπων ζωήν. ὡς μῆλα δὲ αὐτὴ λέλεκται. τὰ γὰρ μῆλα ἐν ἑαυτοῖς δύο κέκτηνται, βρῶσιν καὶ πόσιν· ὡς καὶ ἡ τῆς πίστεως εὐωδία τὴν μυστικὴν βρῶσίν τε καὶ πόσιν κέκτηται τοῦ σώματος καὶ αἵματος τοῦ Χριστοῦ. E

σι΄. Καὶ ὁ λάρυγξ σου ὡς οἶνος ἀγαθὸς [15] πορευόμενος τῷ ἀδελφιδῷ μου εἰς εὐθύτητα, ἱκανούμενος χείλεσί μου καὶ ὀδοῦσιν.

A *Caritas* enim re vera *in deliciis ejus: deliciæ* vero non in hisce carnalibus lautitiis, sed in persuasione spei, ut ait David: [a] *Delectare in Domino, & dabit tibi petitiones cordis tui*. Hæc *magnitudo similis facta est palmæ* juxta varium modum. Magnitudo ecclesiæ, hoc est, justorum congregatio, similis facta est palmæ juxta Prophetam dicentem: [b] *Justus ut palma florebit*. Palma enim candidissimum cor habet, quemadmodum etiam justorum animus candidus est; qui non pascitur ex terrestribus, sed supra ad cælestes altitudines cor intendit. Si vero aculeos habet palma; etiam in hac re justus illi assimilatur. Sui sunt palmæ aculei, quemadmodum etiam justo suæ sunt increpationes in peccatores: [c] *Sermones enim* B *sapientum ut stimuli boum, & tamquam clavi igniti, qui per signa dati sunt ab uno pastore*. Per signa enim, nimirum per duo Testamenta, ab uno Pastore Christo dantur hæ increpationes; ut omnis qui ab iis stimulatur, corde compungatur & a peccatis abstineat.

CCVI. *Et ubera tua botris*.

Quemadmodum palmarum *botri* implentur fructu & dulcedine, sic duo hujus *ubera*, hoc est, duo Testamenta, dulces efferunt virtutes iis qui eorum dulcedine frui velint.

CCVII. *Dixi: ascendam in palmam, & tenebo al-* ℣. 8.
titudines ipsius.

C Delectatur cæleste Verbum tali justorum puritate animi. [d] *Et exspolians principatus & potestates, & formam servi accipiens*, * *Ascendam*, inquit, *in palmam, & tenebo altitudines ejus*. Nam cum tenuerit justorum altitudines, ab omni casu securi manent, sustinentes ventorum impetus, hoc est, tentationes, & ab illo qui eos tenet, invulnerati servantur. Unde clare subdit:

CCVIII. *Et erunt ubera tua ut botri vineæ*.

Quemadmodum enim *botri* vinearum pressi & calcati lætificantem vini laticem effundunt; sic justi in tentationum angustiis & afflictionibus instar botrorum pressi, per ipsam sui victoriam ecclesiæ spiritualem pariunt lætitiam.

D

CCIX. *Odor narium tuarum sicut mala*.

Odorem fidei puto dicere, juxta Apostolum qui dicit: [e] *Christi bonus odor sumus in iis qui salvi fiunt, & in iis qui pereunt; aliis quidem odor mortis in mortem, aliis autem odor vitæ in vitam*. Propterea *& odor narium tuarum sicut mala*: interdum enim Apostolum nasum appellat, aliquando narem ecclesiæ: tamen in duplici appellatione utrumque forma est una, per duo foramina vivificantem sancti Spiritus vitam immittens. Ait vero: *sicut mala*. Mala enim in se ipsis duo habent, cibum & potum; ita bonus fidei odor mysticum habet cibum & potum corporis & sanguinis Christi.

E

CCX. *Et fauces tuæ ut bonum vinum vadens fra-* ℣. 9.
trueli meo in directionem, sufficiens labiis meis & dentibus.

a Psalm. XXXVI. 4. *b* Psalm. XCI. 10. *c* Eccle. XII. 11. *d* Coloss. II. 15. *e* II. Cor. II. 16.

1. Male omnes codd. σπατάλαι.
2. Ἀλλ' ἢ, ita omnes codd. Lege ἀλλά.
3. Vat. πεφυσιωμένοι. Cod. Alex. πεπυρωμένοι παρὰ τῶν συνθεμάτων. Vet. interp. *de notis unius pastoris*.
4. Addidi ἑνός, quod habent sacrorum librorum exemplaria omnia mss. & impressa. Eam vocem legit etiam vet. interpr. & habet codex Mutinen.
5. Cod. Mutin. γλύκεσθαι. Legerem lubens γλυκαίνεσθαι.
6. Ἐν τῷ. Ita cod. Alex. At Vat. edit. ἐπὶ τῷ.
7. Pessime vetus interpres *& exuens se principiis & potestatibus*.
8. Emendandum ex Mutin. cod. ἐμβολήν.
9. Valic. edit. ἔσονται δὴ μαστοί σου.
10. Sic habet uterque codex, Barb. & Mutin. tum etiam meus. Locus est corruptus. Salutatus, & vet. interp. videntur legisse ποιοῦνται πνευματικήν: quos sequor.
11. Vat. edit. non habet ἀλλά, neque exhibent alii sive mss. sive impressi; nec eam vocem agnoscit vet. interpr.
12. Ex abest ab impressis.
13. Ex itidem non apparet in impressis.
14. Lego ζωοδότειραν τοῦ ἁγίου πνεύματος εἰσπέμπον ζωήν.
15. Οἶνος ἀγαθός, sic cod. Alex. Sed Vat. οἶνος ὁ ἀγαθός.

Ουτως ὁ λάρυγξ τοῦ κυρίου ὡς οἶνος ἀγαθός. ὁ A γὰρ τοῦ κυρίου λάρυγξ τῆς ἐκκλησίας ἐστίν. νοῦς [1] μὲν γὰρ, φησι, ῥήματα διακρίνει. λάρυγξ δὲ σῖτα γεύεται. τούτων οὖν τῶν πνευματικῶν σιτίων τοῦτε σώματος καὶ αἵματος Χριστοῦ γευσαμένη ἡ ἐκκλησία, τὸν λάρυγγα ἔχει ὡς οἶνον ἀγαθόν. οἶνος γὰρ πινόμενος παύει λύπας, καὶ μεταβάλλει τὴν καρδίαν εἰς χαράν, ὡς καὶ τὸ παυσίλυπον τοῦτο τῆς ζωῆς ὄνομα [2] εἰς ἄφεσιν διδόμενον ἁμαρτημάτων, παύει ἡμῶν τὴν περὶ τούτων ἀχθηδόνα, Χριστοῦ λέγοντος· λάβετε, πίετε· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον εἰς ἄφεσιν ἁμαρτιῶν. θαυμασίως δὲ λέγει, πορευόμενος ἐν εὐθύτητι τῷ ἀδελφιδῷ μου. εὐθέσι γὰρ τοῦτο δέδοται τὸ πόμα κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· δοκιμαζέτω δὲ αὐτὸν ἄνθρωπος, καὶ οὕτως ἐκ τοῦ ἄρτου ἐσθιέτω, καὶ B ἐκ τοῦ ποτηρίου πιέτω· δηλαδὴ συμφέρουσαν [3] τοῖς μυστηρίοις εὐθύτητα κεκτημένος. σαφὲς δὲ καὶ τὸ, ἱκανούμενον χείλεσι καὶ ὀδοῦσιν· ἵνα τὸ βραχὺ δείξῃ, καὶ τὸ μόνον τὰ χείλη βάψαι αὐτῷ καὶ τοὺς ὀδόντας, ὅτι ἐν βραχεῖ ἱκανὸν πρὸς τὴν ἐντελῆ σωτηρίαν τὸ διδόμενον.

σια. Εγὼ ἐν [4] τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ.

Εμοί, φησι, τὸ προσκολλᾶσθαι τῷ Θεῷ ἀγαθόν ἐστι· τίθεσθαι ἐν τῷ κυρίῳ τὴν ἐλπίδα μου. καὶ πάλιν· ἐκολλήθη [5] ἡ ψυχή μου ὀπίσω σου· ἐμοῦ δὲ ἀντελάβετο ἡ δεξιά σου. ἐγὼ τῷ ἀδελφιδῷ μου, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ [6] αὐτοῦ. ὅπερ ἐστίν· ἐγὼ λατρεύσω νῦν τῷ υἱῷ τοῦ Θεοῦ, καὶ ἐπ' ἐμὲ ἡ ἐπιστροφὴ αὐτοῦ· τουτέστιν, ἐν τῇ δευτέρᾳ πάλιν παρουσίᾳ, ὅταν ἐπιστρέφῃ C ἐπ' ἐμὲ, ἐλεύσεται συνάγων με ἐκ τῶν τεσσάρων γωνιῶν τῆς γῆς διὰ τῶν τοῦ φωτὸς ἀγγέλων.

σιβ'. Ελθε ἀδελφιδέ μου, ἐξέλθωμεν εἰς ἀγρὸν, αὐλισθῶμεν ἐν κώμαις, ὀρθρίσωμεν εἰς ἀμπελῶνας [7].

Συγκαλεῖται ἡ νύμφη τὸν νυμφίον ἀπ' ἐντεῦθεν ἤδη, ἵνα σὺν αὐτῷ ἐξέλθῃ εἰς ἀγρὸν, τουτέστιν, εἰς τὸν κόσμον, ὥς φησιν ὁ κύριος· ὁ ἀγρός ἐστιν ὁ κόσμος· καὶ αὐλισθῶμεν ἐν κώμαις· καὶ πανταχοῦ παροικίαι [8] γεγένηνται, τῆς ἁγίας ἐκκλησίας πλατυνομένης ἀεὶ κατὰ τὸν λέγοντα αὐτῇ προφήτην· πλάτυνον [9] τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου· πῆξον· μὴ φοβοῦ· καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· ἔτι εἰς τὰ ἀριστερὰ ἐκπέτασον. ὡς ταῦτα λέγεται τῇ ἐκκλησίᾳ δῆλον. διὸ λέγει· αὐλισθῶμεν ἐν κώμαις, ὀρθρίσω- D μεν εἰς ἀμπελῶνας· ὅπερ ἐστὶν, εἰς τὰς κατὰ τόπον ἐκκλησίας. τὸ, τε γὰρ ὀρθρίσωμεν, τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον· ἀπὸ τοῦ νυκτερινοῦ σκότους τῆς ἀγνωσίας εἰς τὸ φῶς τῆς πίστεώς με προάγαγε.

σιγ'. Ιδωμεν εἰ ἤνθησεν ἡ ἄμπελος.

Οπερ ἐστὶν, εἰ τὸ κήρυγμα τῆς πίστεως τὴν εὐωδίαν ἐκ τῶν πιστευσάντων διέδωκεν.

σιδ'. Ηνθησεν ὁ κυπρισμός.

Τοὺς νεοφωτίστους οἶμαι λέγειν, τοὺς διὰ λουτροῦ παλιγγενεσίας λελευκανθισμένους.

σιε. Ηνθησαν αἱ ῥοαί.

Αἱ τούτων ψυχαὶ, αἵτινες ῥοῶν δίκην τὸ ἐρυθρὸν αἷμα ἐχρίσθησαν τοῦ Χριστοῦ. καθάπερ γὰρ ἡ ῥοὰ πολύκοκκός ἐστι, καὶ πολυθάλαμος, ἔξωθεν δὲ τὸν E

Re vera fauces Domini sunt ut bonum vinum. Fauces enim Domini fauces sunt ecclesiæ: [a] *Mens enim*, ait scriptura, *verba discernit*; fauces autem cibos gustant. Hos igitur spirituales cibos corporis & sanguinis Christi degustans ecclesia, *fauces* habet. *Ut bonum vinum*. Nam vinum cum bibitur, dolores sedat, & cor in lætitiam vertit; ita hoc vitæ poculum, datum in remissionem peccatorum, nostrum ex iis dolorem sedat, dicente Christo: [b] *Accipite, bibite: hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur in remissionem peccatorum*. Mirabiliter vero dicit: *vadens in directione fratrueli meo*. Rectis enim potus hic datur juxta Apostolum, qui ait: [c] *Probet autem se ipsum homo; & sic de pane illo edat & de calice bibat*: is nimirum qui præditus est rectitudine, quæ in sacris mysteriis convenit. Manifestum est etiam quod ait: *sufficiens labiis & dentibus*; ut breviter ostendat, vel tantummodo ex eo labia tinxisse ac dentes, illico quod datur satis esse ad perfectam salutem.

CCXI. *Ego fratrueli meo, & in me conversio ejus*. ỽ.10.

[d] *Mibi*, ait scriptura, *adhærere Deo bonum est, ponere in Domino spem meam*. Et rursus: [e] *Adhæsit anima nostra post te; me suscepit dextera tua*. * *Ego fratrueli meo, & in me conversio ejus*. Id est, ego serviam nunc Filio Dei, & ad me conversio ejus; hoc est, in secundo iterum adventu, cum se se converterit ad me, veniet colligens me ex quatuor angulis terræ per Angelos lucis.

CCXII. *Veni fratruelis meus, egrediamur in agrum: maneamus in vicis, de luce vigilemus ad vineas*. ỽ.11.

Sponsa jam inde vocat Sponsum, ut cum ipso *egrediatur in agrum*, hoc est, in mundum, quemadmodum ait Dominus: [f] *Ager est mundus*. * *Et maneamus in vicis*. Etenim ubique factæ sunt habitationes sanctæ ecclesiæ, quæ semper dilatatur, juxta Prophetam qui illi ait: [g] *Dilata funiculos tuos, & mansionum tuarum: fige: noli timere: & palos tuos conforta: adhuc ad dexteram & ad sinistram extende*. Isthæc dici ecclesiæ manifestum est. Idcirco ait: *maneamus in vicis: vigilemus diluculo ad vineas*: id est, ad ecclesias quæ per loca sunt: illa enim vox *vigilemus*, hunc tropologicum sensum habet; nimirum, producito me a nocturnis ignorantiæ tenebris ad lucem fidei.

CCXIII. *Videamus, num floruit vinea*. ỽ.12.

Id est, num prædicatio fidei suavem ab iis qui crediderunt, emisit odorem.

CCXIV. *Floruit propago*.

Recens illustratos dicere arbitror, qui per lavacrum regenerationis facti sunt candidi.

CCXV. *Floruerunt mala punica*.

Eorum animæ, quæ malorum instar punicorum rubro Christi sanguine illitæ sunt. Ut enim malum punicum multis est præditum granis & loculamen-

a Job XII. 11. b Matth. XXVI. 26-28. c I. Cor. XI. 28. d Psalm. LXXII. 28. e Psalm. LXII. 9. f Matth. XIII. 38. g Isa. LIV. 2.

1. Sic cod. Alexandrinus, cujus lectionem sæpius sequitur Philo, ut alibi observavimus. Biblia typis edita habet ὡς. Et D. Chrysostomus, ut observat L. Bos in sua edit. τῶν ὁ., ait: τινὰ τῶν ἀντιγράφων εἶναι τοῦ ὡς, νοῦς ἔχειν. Locum D. Chrysostomi non indicat Bos. Invenias in Catena PP. Græcorum in Job edita a Patricio Junio Londini 1637. pag. 152.

2. Lege πῶμα.

3. Sic omnes codd. Lege συμπρέπουσαν.

4. Ἐν abest ab omnibus sacrorum Bibliorum editionibus & mss. Abest etiam a cod. Mutin.

5. Abest a meo cod. & Barb. hic e Psalmo locus, quem cum exhibeat & vetus interpres, & habeat codex Mutin. revocavi.


6. Restitui ex Mutinensi ἐπιστροφή. Meus & Barb. ἀποστροφή.

7. Restitui ἀμπελῶνας, ut Vatic. & libri omnes. Hanc lectionem agnoscit vetus interpres, & ipsa explanatio postulat, ubi dicit. ὅπερ ἐστὶν, εἰς τὰς κατὰ τόπον ἐκκλησίας.

8. Sic legendum. Omnes cod. habent παροίμιαι.

9. Locus Isaiæ in sacris Bibliis est: πλάτυνον τὸν τόπον τῆς σκηνῆς σου, καὶ τῶν αὐλαιῶν σου, πῆξον, μὴ φείσῃ. μάκρυνον τὰ σχοινίσματά σου, καὶ τοὺς πασσάλους σου κατίσχυσον· ἔτι κ. τ. λ. *Dilata locum tabernaculi tui, & aulæorum tuorum: fige: ne parcas: protende funiculos tuos, & palos tuos conforta*, cet.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.



φλοιὸν ἐρυθροειδῆ κέκτηται· οὕτως ἡ ἐκκλησία τὸν πολυάνθρωπον δῆμον ἔχουσα ἐντὸς, καὶ τοῖς ἱματίοις τῶν ἐντολῶν περιεστοιχισμένη, τῷ αἵματι τοῦ Χριστοῦ φυλάττεται. διὸ καὶ ἐπάγει·

σις'. Ἐκεῖ δώσω τοὺς μαστούς μου σοί.

Τοῖς γὰρ τοιούτοις καὶ τὰ βάθη τῶν μυστηρίων ἐκ τῶν πνευματικῶν μαστῶν, τουτέστιν, ἐκ τῶν δύο διαθηκῶν, ἀποκαλύπτεται.

σιζ'. Αἱ μανδραγόραι [1] ἔδωκαν ὀσμήν.

Μανδραγορῶν μισθὸς γεγένηται [2] ὁ Ισσάχαρ. Ισσάχαρ δέ, φησιν, τὸ καλὸν ἐπιθύμησεν ἐν [3] ταῖς εὐλογίαις Ιακὼβ γέγραπται. οἱ οὖν τὸ καλὸν ἐπιθυμήσαντες τῆς ἐκκλησίας υἱοὶ, οὗτοι ἐπέδωκαν ὀσμὴν, ὅπερ ἐστὶ, τὴν τῆς πίστεως εὐωδίαν. καὶ καθ' ἕτερον τρόπον· αἱ μανδραγόραι ἔδωκαν ὀσμήν. μανδραγορῶν γὰρ αἱ ῥίζαι ὑπὸ τὴν γῆν ἀνθρωπόμορφον ἔχουσι [4] χαρακτῆρα, τὴν τῶν νεκρῶν εἰκόνα ἐφ' ἑαυτῶν ἔχονται· οἱ γὰρ νεκροὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας εἰς τὸν ᾅδην αἰσθόμενοι, τὴν τῆς ἀναστάσεως δεδώκασιν [5] ὀσμήν.

σιη'. Καὶ [6] ἐπὶ θύραις ἡμῶν πάντα τὰ ἀκρόδρυα.

Θύραις [7] οἶμαι τῆς ψυχῆς καὶ τοῦ ἀνθρωπείου [8] σκήνους τὰ ὦτα καὶ τὰ στόματα καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς εἶναι· δι' ὧν θυρῶν τά τε τῆς ζωῆς εἰσίεσαν, καὶ τὰ τοῦ θανάτου, ἕκαστα κατὰ τὴν γνώμην τοῦ δεξαμένου [9]. ἐπὶ δὲ θύραις ἡμῶν πάντα ἀκρόδρυα· ἐπὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αἱ τῆς σεμνότητος ἐντολαί· ἐπὶ τὰ ὦτα αἱ τῶν θείκων προσταγμάτων διαταγαὶ [10]· ἐπὶ τὸ στόμα αἱ ὑμνῳδίαι καὶ αἱ ψαλμῳδίαι, καὶ τῆς καινῆς διαθήκης καὶ παλαιᾶς ἡ μελέτη. θύρας δὲ τὰ προειρημένα εὐλόγως ἡ ἁγία γραφὴ κέκληκε. τὰ δὲ ἕκαστα ἡμῶν, θυρῶν δίκην, τῇ ἁμαρτίᾳ ἀποκλείεσθαι ὀφείλειν [11] τὰ μέλη. ὀφθαλμὸς μὲν τοῖς βλεφάροις ἀποστρεφόμενος ἀπὸ ἐπιθυμίας· καὶ τὸ στόμα κατὰ τὸ μὴ φθέγγεσθαί τι ἄτοπον, κατὰ τὸν λέγοντα ἀπόστολον· πᾶς λόγος σαπρὸς μὴ ἐκπορευέσθω ἐκ τοῦ στόματος ὑμῶν. διὸ καὶ εὐτικῶς [12] φερόμενος ὁ μακάριος Δαβὶδ λέγει· θοῦ κύριε φυλακὴν τῷ στόματί μου, καὶ θύραν περιοχῆς περὶ τὰ χείλη μου.

σιθ'. Νέα πρὸς παλαιὰ ἀδελφιδέ μου ἐτήρησά σοι.

Τὴν νέαν οἶμαι λέγειν διαθήκην [13] καὶ τὴν παλαιὰν, ἐξ ἧς [14] τὰ δικαιώματα καὶ προστάγματα ἡ ἐκκλησία λαβοῦσα τῷ ἰδίῳ αὐτὰ τηρεῖν [15] νυμφίῳ. ἀπὸ μὲν τοῦ νόμου ἀκούσα τὸ, οὐ μοιχεύσεις· καὶ ἀπὸ τῆς νέας ἐκ τῆς τῶν εὐαγγελίων διαθήκης ἀκούσα, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἐκκόπτειν [16]· καὶ ταῦτα ποιουμένη ἀπὸ τοῦ νόμου ἀκούσα τὸ, οὐκ ἐπιορκήσεις· καὶ ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων ἀκούσα τὸ, μὴ ὀμόσαι ὅλως. καὶ ταῦτα πεφυλαγμένη τῷ ἀδελφιδῷ αὐτῆς, ταῦτα τηρεῖ, ὅπερ ἐστὶ, τῷ ἰδίῳ νυμφίῳ, ἵνα διὰ τῆς ποιήσεως τῶν ἐντολῶν [17] τὸ ἔλαιον ἐν τοῖς ἰδίοις ἀγγείοις ἐν τῷδε ἀγοράζουσα τῷ βίῳ, τὴν λαμπάδα ἁψαμένη τὴν τῆς πίστεως, τῷ νυμφίῳ παραφαίνει. διὰ τοῦτο καὶ ὁ κύριος περὶ τῶν τὰ νομικὰ καὶ εὐαγγελικὰ προστάγματα τοῦ κυρίου, τήν τε παλαιὰν καὶ τὴν νέαν διαθήκην μελετώντων καὶ διηγουμένων ἐν τοῖς εὐαγγελίοις τάδε λέγει· διὰ τοῦτο πᾶς γραμματεὺς μαθητευθεὶς εἰς τὴν βασιλείαν τῶν οὐρανῶν, ὅμοιός ἐστιν ἀνθρώπῳ προφέροντι ἐκ τοῦ θησαυροῦ αὐτοῦ καινὰ καὶ παλαιά· καινὰ μὲν τὰ ἐν εὐαγγελίῳ προστάγματα· παλαιὰ δὲ τὰ ἐν νόμῳ διατάγματα.

A tis; extrinsecus autem corticem rubrum habet: ita ecclesia quæ populosissimam hominum multitudinem intra se continet, & vestibus præceptorum circumtecta, se tuetur sanguine Christi. Propterea subdit:

CCXVI. *Ibi dabo ubera mea tibi.*

Talibus enim (*id est, nuper baptizatis*) mysteriorum profunditas ex spiritualibus uberibus, id est, ex duobus testamentis revelatur.

CCXVII. *Mandragoræ dederunt odorem.* v. 13.

[a] *Mandragorarum merces factus est Issachar.* [b] *Issachar* vero, ait scriptura, *bonum concupivit*, ut scriptum est in benedictionibus Jacob. Qui igitur bonum desiderant ecclesiæ filii, hi dederunt odorem, hoc est, suavem fidei odorem. Et alio modo: *Mandragoræ dederunt odorem.* B Mandragorarum enim radices sub terra humana forma præditæ, mortuorum figuram in se habent. Mortui enim sentientes Christi adventum ad inferos, resurrectionis odorem dederunt.

CCXVIII. *Et in ostiis nostris omnia poma.*

Ostia animæ & humani tabernaculi esse arbitror aures, & ora, & oculos; per quæ ostia & quæ sunt vitæ, & quæ mortis ingrediuntur, ut cujusque est animus qui ea excipit. *In ostiis nostris omnia poma*: in oculis nostris præcepta de pudore: in auribus divinorum mandatorum præceptiones: in ore hymnorum psalmorumque cantus, & novi veterisque Testamenti meditatio. Ea vero quæ diximus, jure C ostia sacra scriptura appellat. Omnia autem membra veluti ostia nostra claudi oportet peccato: oculus, qui palpebris a concupiscentia se avertat: os, ne quid loquatur absurdum, juxta Apostolum: [c] *Omnis sermo impurus ne procedat ex ore vestro.* Propterea precantis in modum beatus David se se gerens ait: [d] *Pone Domine custodiam ori meo, & ostium circumstantiæ circa labia mea.*

CCXIX. *Nova & vetera fratruelis meus servavi tibi.*

Novum puto dicere Testamentum & Vetus, ex quibus ecclesia accepit justificationes & præcepta, eaque Sponso suo servat. Et a lege quidem audit: D [e] *Non mœchaberis*; a novo evangeliorum Testamento audit rescindendam esse concupiscentiam: & hæc faciens audit a lege: [f] *Non pejerabis*; & ab evangeliis: [g] *Non jurare omnino.* Et hæc custodiens fratrueli suo eadem servat, id est, suo Sponso, ut per exsequutionem mandatorum oleum vasis suis emens in hac vita, [h] lampade fidei accensa Sponso in conspectum veniat. Propterea Dominus de iis qui legalia & evangelica præcepta Domini, & Vetus Novumque Testamentum meditantur & enarrant, dicit in Evangelio: [i] *Ideo omnis scriba doctus in regno cælorum similis est homini, qui profert de thesauro suo nova & vetera.* *Nova* quidem, quæ sunt præcepta in evangelio; *Vetera*, quæ sunt mandata in lege. E

a Gen. xxx. 18. *b* Gen. xlix. 14. *c* Ephes. iv. 29. *d* Psalm. cxl. 3. *e* Exod. xx. 13. *f* Lev. xix. 12. *g* Matth. V. 34. *h* Matth. xxv. *i* Matth. xiii. 52.

1. Edit. Vatic. οἱ μανδραγόραι.
2. Vetus interpres feminam facit Issachar, cum vertit, *facta est*.
3. Lego ὡς ἐν.
4. Lege ἔχουσαι.
5. Mutinen. ἔδωκαν.
6. Vet. interpr. vertit: *Januas nostras omnia poma*; cui versioni nullam quæ respondeat, invenio variantem lectionem.
7. Lege θύρας.
8. Mutin. ἀνθρωπίνου σκήνους καὶ τὰ ὦτα.
9. Mutin. δεχομένου.
10. Vetus interpr. vertit *divinorum præceptorum ordines*. θείκων προστ. διαταγαὶ reddi debuerat, *divinorum mandatorum præceptiones*.
11. Lege ὀφείλει.
12. Sic omnes codices. Lege εὐκτικῶς.
13. Διαθήκην restitui ex eod. Mutin.
14. Lego ἐξ ὧν.
15. Legendum τηρεῖ.
16. Alludit ad locum *Matth.* V. 30.
17. Sic Mutinensis: at meus & Barb. τῆς ἐντολῆς.

Sæcul. V. circa Ann. Chr. 400.

A

ΚΕΦ. Η'.

σκ'. Τίς δῴη σε ἀδελφιδέ μου θηλάζοντα μαστοὺς μητρός μου;

ΜΕγάλα καὶ θαυμαστὰ μυστήρια, τὰ ἐν τῇ ἁγίᾳ ταύτῃ ἀποκείμενα γραφῇ· οὐ γὰρ εἶπε θηλάζοντα [1] μαστούς μου, ἀλλὰ μητρός μου. πῶς γὰρ οἷόν τ' ἐστὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς ἀνδρυνθέντα [2] λοιπὸν καὶ τελειωθέντα θηλάζειν πάλιν μαστοὺς μητρός; τὸ γὰρ θηλάζειν [3] οὐ τῶν τελείων, ἀλλὰ τῶν βρεφῶν. λέγει οὖν ἡ νύμφη πρὸς τὸν νυμφίον· τίς δῴη σε ἀδελφιδέ μου θηλάζοντα μαστοὺς μητρός μου; μήτηρ τῆς νύμφης ἡ σοφία, ἀδελφιδὸς δὲ ταύτης ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, ἐν ᾧ ἐφόρεσεν ἀνθρώπῳ [4], ὃν καὶ παροῦσα ἡ σοφία, τουτέστιν, ὁ πρὸ αἰώνων λόγος, ἐν αὐτῷ συνεκεράσατο [5]; ὅταν οὖν εἰς τοὺς νεοφωτίστους μορφωθεὶς [6] ὁ Χριστὸς, καὶ εἰς τὰ ἀρτιγενῆ βρέφη τῆς ἐκκλησίας, δι' ἐκείνων αὐτὸς ὁ Χριστὸς θηλάζει τοὺς μαστοὺς, τουτέστι, τὰς δύο διαθήκας, ἀφ' ὧν τὸ μέλι καὶ τὸ γάλα ῥεῖ τοῖς ἀρτιγεννήτοις παιδίοις, τοῖς δι' ὕδατος καὶ πνεύματος ἀναγεννωμένοις, καὶ τὴν ἀκακίαν ἀπὸ τῆς παλαιᾶς καὶ ἀπὸ τῆς καινῆς θηλάζουσι· Ζαχαρίου μὲν λέγοντος· ἕκαστος τὴν κακίαν τοῦ πλησίον [7] μὴ λογιζέσθω [8] ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν. καὶ πάλιν Ἠσαΐου βοῶντος· εἴπατε [9] τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· ἀδελφοὶ ἡμῶν· καὶ τοῖς βδελυσσομένοις. καὶ πάλιν ἀπὸ τῶν εὐαγγελίων θηλάζουσιν ἀπὸ τοῦ μαστοῦ τῆς καινῆς διαθήκης ἐκεῖνο τὸ τῆς ἀκακίας ῥῆμα· ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν· καλῶς ποιεῖτε τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς· καὶ εὔχεσθε ὑπὲρ τῶν καταδιωκόντων ὑμᾶς. ἀπὸ δὲ Παύλου τοῦ ἀποστόλου τὸ λεγόμενον· μηδενὶ κακὸν ἀντὶ κακοῦ ἀποδιδόντες, ἀλλὰ πάντοτε τὸ ἀγαθόν.

σκά. Εὑροῦσά σε ἔξω φιλήσω σε, καίγε οὐκ ἐξουδενώσουσί με [10].

Ἔξω τῆς Ἱερουσαλὴμ ἐσταύρωσαν τὸν Χριστόν· διὰ τοῦ σταυροῦ ἐφίλησεν αὐτὸν ἡ ἐκκλησία, ὑπὲρ αὐτῆς βλέπουσα αὐτὸν τῷ σταυρῷ ἀνελωμένον [11], ἵνα ἐκείνη τῆς ἁμαρτίας ἀφηλωθῇ [12]. εὑροῦσά σε ἔξω φιλήσω σε, καίγε οὐκ ἐξουδενώσουσί με. εὑροῦσα γὰρ αὐτὸν ἔξω τῶν οὐρανῶν, ὡς εἶπεν ὁ ἀπόστολος· ἀπένδυσα [13] μὲν τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ μορφὴν δούλου λαβόντα διάρρητον [14] αὐτοῦ φίλημα ἐφίλησεν αὐτὸν ἡ ἐκκλησία, οὐ φιλήματι σαρκικῷ· ἄπαγε τὸ τοιοῦτο νοεῖν· ἀλλὰ φιλήματι πνευματικῷ, καταλείψασα τὰ γήϊνα φρονήματα, καὶ τῇ τοῦ πνεύματος φιλίᾳ αὐτῷ συγκρινομένη. τὸ δέ· καί γε οὐκ ἐξουδενώσουσί με, τῆς πνευματικῆς φιλίας τὸ ἀκατάγνωστον λέγει μυστήριον. οἱ γὰρ κατὰ ὄρεξιν σαρκικῆς ἐπιθυμίας κακοήθως [15] φιλοῦντος ὑπὸ ἁγίων ἐξουδενοῦνται. αὐτὴ δὲ τὸν ἑαυτῆς οὐ σαρκικῶς, ἀλλὰ πνευματικῶς φιλοῦσα νυμφίον, οὐ μόνον οὐκ ἐξουδενεῖται, ἀλλά γε καὶ εὖ μάλα ἐπαινεῖται. ἀκολούθως δὲ τῷ τοῦ σταυροῦ μυστηρίῳ τοιάδε λέγει.

σκβ'. Παραλήψομαί σε· καὶ [16] εἰσάξω σε εἰς οἶκον μητρός μου, καὶ εἰς τὸ ταμεῖον τῆς συλλαβούσης με διδάξεις [17].

CAP. VIII.

ccxx. *Quis dabit te fratruelis meus ſugentem ubera matris meæ?*

v. 1.

MAgna & mirabilia myſteria, quæ repoſita ſunt in hac ſancta ſcriptura: non enim dicit *ſugentem ubera* mea, ſed *matris meæ*. Quomodo vero fieri poteſt, ut fratruelis ejus qui jam in virum tandem adoleverit, & ad perfectam venerit ætatem, rurſus ſugat ubera matris? Sugere enim non eſt adultorum, ſed infantium. Ait igitur Sponſa ad Sponſum: *Quis det te fratruelis meus ſugentem ubera matris meæ?* B Mater Sponſæ eſt Sapientia, fratruelis vero ejus Dominus noſter Jeſus Chriſtus, in quo geſtavit hominem, quem Sapientia ad nos delapſa, hoc eſt Verbum quod eſt ante ſæcula, cum ſe ipſo commiſcuit. Cum igitur Chriſtus in recens illuminatis formatus ſit, & in nuper natis infantibus eccleſiæ; per illos ipſe Chriſtus ſugit ubera, hoc eſt duo Teſtamenta, ex quibus mel & lac fluunt ipſis nuper genitis filiis, qui per aquam & Spiritum regenerati ſunt, & innocentiam e veteri & novo Teſtamento ſugunt; Zacharia dicente: [a] *Unuſquiſque malitiam proximi non cogitet in cordibus veſtris*. Et rurſus clamante *Iſaia*: [b] *Dicite, Fratres noſtri, iis qui oderunt vos & abominantur*. Et rurſus ex evangelio ſugunt ab C ubere novi Teſtamenti illud innocentiæ verbum: [c] *Diligite inimicos veſtros, benefacite iis qui oderunt vos, & orate pro perſequentibus vos*. Ex divo autem Paullo dictum illud: [d] *Nulli malum pro malo reddentes, ſed ſemper bonum*.

ccxxi. *Inveniens te foris oſculabor te; & quidem non deſpicient me.*

Extra Hieruſalem crucifixerunt Chriſtum: per crucem oſculata eſt eum eccleſia, videns ipſum pro ſe clavis cruci affixum, ut illa a peccato refigeretur. *Inveniens te foris oſculabor te; & quidem non deſpicient me*. Inveniens enim illum extra cælos, ut dixit Apoſtolus, [e] *exſpoliantem principatus & D poteſtates*; quique [f] *formam ſervi accepit*, per inenarrabile ſuum oſculum oſculata eſt illum eccleſia, non carnali oſculo, (abſit ut id cogitemus) ſed oſculo ſpirituali, relictis terreſtribus cogitationibus, & per ſpiritualem amicitiam cum ipſo coagmentata. Illud vero, *non deſpicient me*, ſpiritualis amicitiæ irreprehenſibile dicit myſterium. Qui enim per carnalem cupiditatem malitioſe oſculantur, a ſanctis contemnuntur. Illa vero ſuum Sponſum non carnaliter, ſed ſpiritualiter oſculans, non modo non contemnitur, ſed maxime laudatur. Conſequenter vero huic crucis myſterio hæc dicit:

ccxxii. *Aſſumam te, & introducam te in domum matris meæ, & in ejus cubiculum quæ me con-* v. 2.
E *cepit*.

a Zach. VIII. 17. b Iſa. LXVI. 5. c Luc. VI. 27. d Rom. XII. 17. e Coloſſ. II. 15. f Philipp. II. 7.

1. Barber. θηλάζειν. Mutin. θηλάζοντα.
2. Ἀνδρωθέντα. Ita Mutin. ἀνδρυνθέντα Barb. & meus; male uterque. Recta lectio eſt ἀνδρυνθέντα, & melior fortaſſe ἀνδρωθέντα.
3. Mutin. θηλάζειν πάλιν οὐ τῶν τελ.
4. Lege ἄνθρωπον.
5. Ita Mutin. Meus & Barber. συνεκέρασε.
6. Lege μορφωθῇ. Paullina phraſis, ut alibi ſupra obſervavimus.
7. Vatic. πλησίον αὐτοῦ.
8. Vatic. λογιζέσθε: & ſic legendum. Vetus interpres legit λογιζέσθω, reputet; ſed vertit ἐν ταῖς καρδίαις ὑμῶν, in cordibus ſuis.
9. Perturbate affertur hic Iſaiæ locus, ſic legendus, εἴπατε, ἀδελφοὶ ἡμῶν, τοῖς μισοῦσιν ὑμᾶς καὶ βδελυσσομένοις.
10. Sic cod. etiam Alex. Editio Vat. habet μοι.
11. Ex cod. Mutin. προσηλολόμενος, eruitur vera lectio προσηλωμένον.
12. Sic emendavi. Codd. Barb. & Mutin. habent ἀφιλωθῇ.
13. Lege ἀπεκδυσάμενον. Uterque codex, Barb. & Mut. tum etiam meus habent ἀπεκδύσαμεν.
14. Barb. meus & Mutin. habent διάρρητον αὐτοῦ φιλανθρωπίαν. Scribe δι' ἄρρητον.
15. Scribe κακοήθως φιλοῦντες.
16. Καὶ nec in Vatic. edit. nec uſquam alibi occurrit: eam tamen agnoſcit vet. interpres.
17. Hanc vocem διδάξεις habet Barber. & meus, quam tamen nec agnoſcit Vat. edit. nec cod. Mutin. nec vet. interpres. Eſt autem initium verſus ſequentis juxta Aldinam editionem.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

A Μήτηρ τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ δῆλον ὡς ἡ γῆ. καὶ εἰς ταμεῖον τῆς συλλαβούσης ταύτης [1] αὐτὸν τὸν ἄνθρωπον, τουτέστι, τῆς γῆς διὰ τὸ εἰρημένον· γῆ εἶ καὶ εἰς γῆν ἀπελεύσῃ. ταύτης ταμεῖον ὁ θάνατος· ἐπειδὴ καθάπερ ἐν ταμείῳ θησαυροὶ, οὕτως ἐν τῷ θανάτῳ πάντων τῶν δικαίων κατείχοντο αἱ ψυχαί. ἐβασίλευσε γὰρ ὁ θάνατος ἀπὸ Ἀδὰμ μέχρι Μωϋσέως, καὶ ἐπὶ τοὺς μὴ ἁμαρτήσαντας. παραλαβοῦσα οὖν αὐτὸν [2] ἡ σὰρξ, ἣν ὑπὲρ τῆς ἐκκλησίας ἐφόρεσεν, εἰσήγαγεν αὐτὸν καθάπερ εἰς οἶκον, εἰς τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον, ἔνθα καὶ τὸ ταμεῖον ἦν τῆς συλλαβούσης ἡμᾶς γῆς, ἔνθα, καθὼς προείρηται, καθάπερ ἐν θησαυρῷ, πάντων τῶν ἁγίων συνεκλείοντο αἱ ψυχαί.

B σκγ΄. Ποτιῶ [3] σε ἀπὸ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ.

Δι᾽ αὐτὴν γὰρ καὶ ἀπὸ οἴνου ἔπιεν· καὶ ταῦτα διὰ τῶν ἀποστόλων προέπιεν τοῦ μυρεψικοῦ· ὅπερ ἐστὶ, τοῦ συγκεκραμένου τῷ ἁγίῳ πνεύματι, ὅνπερ καὶ προέπιεν ταῦτα λέγων· λάβετε, πίετε· τοῦτό ἐστι τὸ αἷμά μου, τὸ ὑπὲρ ὑμῶν ἐκχυνόμενον. πῶς οὖν αὐτὴ πιοῦσα διὰ τῶν ἀποστόλων, πάλιν αὐτὸν ἐπαγγέλλεται ποτίζειν; εἰ μὴ, καθὼς προείρηται, ὁπόταν μορφωθῇ εἰς τοὺς νεοφωτίστους ὁ Χριστὸς, δι᾽ αὐτῶν τῶν ἀναγεννωμένων ποτίζεται ἀπὸ τοῦ μυστηριώδους νάματος. ποτίζεται ἀπὸ τοῦ οἴνου τοῦ μυρεψικοῦ, τουτέστιν, ἀπὸ τοῦ μυστηριώδους, οὗ εἴληφεν παρ᾽ αὐτοῦ ἡ ἐκκλησία.

σκδ΄. Ἀπὸ νάματος ῥοῶν μου.

Ἵνα εἴπῃ ἀπὸ νάματος, τοῦ λαοῦ, ὅς λαὸς πολυάνθρωπός ἐστι, καθὼς καὶ πολύκοκκος ἡ ῥοά. C

σκέ. Εὐώνυμος αὐτοῦ ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με.

Εὐώνυμον τοῦ νυμφίου, οἶμαι, εἶναι τὸν παρόντα αἰῶνα, δεξιὰν δὲ αὐτοῦ τὸν μέλλοντα, κατὰ τὴν λέγουσαν γραφήν· μῆκος γὰρ βίου καὶ ἔτη ζωῆς ἐν τῇ δεξιᾷ αὐτῆς· ἐν δὲ τῇ ἀριστερᾷ αὐτῆς πλοῦτος καὶ δόξα· ἵνα οὖν εἴπῃ, ὅτι καὶ ἐνθάδε καὶ ἐν τῷ μέλλοντι αἰῶνι ἀνυστέρητα τὰ παρ᾽ αὐτοῦ. ὑπὸ τὴν κεφαλήν μου· ἐπειδὴ κεφαλὴ αὐτῆς ὁ Χριστός. πάντα δὲ ὅσα λαμβάνει παρὰ τοῦ Θεοῦ εἰς ἐλεημοσύνας κατακερματίζουσα, δῆλον ὅτι τῷ Χριστῷ προσφέρει· καὶ οὕτως εὐώνυμος αὐτοῦ γίνεται ὑπὸ τὴν αὐτῆς κεφαλήν· ὅπερ ἐστὶν, καὶ τὰ ἐνθάδε αὐτῆς χρήματα ὑπὸ τὴν Χριστοῦ ἐξουσίαν. D τὸ δὲ, καὶ ἡ δεξιὰ αὐτοῦ περιλήψεταί με, τὸν μέλλοντα λέγει αἰῶνα, ἐν ᾧ κεκλήσκει [4] ὁ καλὸς ποιμὴν, καθάπερ ἐπιλαμβανόμενος αὐτῶν λέγει· δεῦτε οἱ εὐλογημένοι τοῦ πατρός μου· κληρονομήσατε τὴν ἡτοιμασμένην βασιλείαν ἀπὸ κ. τ. λ.

σκς΄. Ὥρκισα ὑμᾶς θυγατέρες Ἱερουσαλὴμ ἐν ταῖς [5] δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἰσχύσεσι ἀγροῦ· * τί ἐγείρητε καὶ ἐξεγείρητε τὴν ἀγάπην ἕως οὗ θελήσῃ;

A Matrem hominis & carnis ipsius (*hominis*) manifestum est esse terram. *Et in ejus cubiculum quæ concepit* ipsum hominem, hoc est terræ, juxta illud quod dictum est: [a] *Terra es, & in terram redibis*. Hujus, inquam, cubiculum est mors. Quoniam veluti in cubiculo thesauri; ita in morte, omnium justorum animæ detinentur. [b] *Regnavit enim mors ab Adam usque ad Moysem, & in eos qui non peccaverunt*. Cum autem caro ipsum excepisset quam pro ecclesia gestavit, introduxit eum, velut in domum, in mortem pro nobis, ubi erat cubiculum terræ quæ nos concepit; ubi, ut supra dictum est, tamquam in thesauro omnium sanctorum animæ concludebantur.

B CCXXIII. *Potum dabo tibi e vino unguentario*.

Per ipsam enim bibit de vino; præsertim per Apostolos præbibit ex unguentario; id est, mixto cum sancto Spiritu, quod & præbibit, dicens: [c] *Accipite, bibite: hic est sanguis meus, qui pro vobis effundetur*. Quomodo igitur illa, cum per Apostolos biberit, rursus promittit illud dare in potum? nisi, ut dictum est, cum formatus sit in nuper illuminatis Christus, per ipsos regeneratos ex mystico latice potat. *E vino unguentario* potat, id est, e mystico latice quem ab ipso accepit ecclesia.

CCXXIV. *De latice punicorum malorum meorum*.

Quasi dicat *de latice*, id est, de populo; qui C populus e multis hominibus constat, ut e multis granis malum punicum.

CCXXV. *Læva ejus sub capite meo, & dextera illius amplexabitur me*. ℣. 3.

Lævam Sponsi puto esse præsens sæculum; dexteram vero ipsius, futurum; juxta scripturam, quæ dicit: [d] *Longitudo enim ætatis & anni vitæ in dextera ipsius; in sinistra vero ipsius divitiæ & gloria:* quasi dicat, & heic & in futuro sæculo inamissibilia quæ ab illo proficiscuntur. *Sub capite meo*; quandoquidem [e] *caput ipsius est Christus*. Omnia vero quæ a Deo accipit, in eleemosynas dispertiens, manifestum quod ea offert Christo; atque ita læva ejus est sub capite suo; id est, quas in hoc sæculo D divitias habet, sunt sub potestate Christi. Illud vero, *& dextera illius amplexabitur me*, intelligendum de futuro sæculo, in quo vocat justos bonus Pastor velut oves, & ad dexteram constituit; & veluti eos arripiens ait: [f] *Venite benedicti Patris mei, accipite regnum paratum, &c.*

CCXXVI. *Adjuravi vos filiæ Hierusalem in virtutibus & in viribus agri: ut quid suscitaveritis & exsuscitaveritis caritatem donec velit?* ℣. 4.

a Gen. III. 19. b Rom. V. 14. c Matth. XXVI. 26-28. d Prov. III. 16. e Ephes. V. 23. f Matth. XXV. 34.

1. Ταύτης habet & meus cod. & Barb. Eam non agnoscit cod. Mutinensis, & delendam censeo.

2. Αὐτόν. Hanc vocem quæ abest a meo codice & Barber. revocavi ex Mutinensi. Sed αὐτὸν quo referas? Facile tamen est intelligere, quo ea vox referenda sit, si Paullinum locum afferas integrum. Igitur post ἁμαρτήσαντας sequitur ἐπὶ τῷ ὁμοιώματι, τῆς παραβάσεως Ἀδὰμ, ὅς ἐστι τύπος τοῦ μέλλοντος, *qui est typus futuri*, scilicet Christi & rerum ab eo gerendarum. Igitur vox αὐτὸν ad Christum est referenda. Salutatus fortasse existimans minus proprie dictum, *Caro assumsit Verbum*; non quidem verba, sed sententiam reddens vertit: *Idem Jesus humana carne, eaque mortali vestitus .... quam semel assumsit* cet. Vetus interpres qui vertit: *Ergo facta caro Verbum*, habuit fortasse in suo cod. ἡ σὰρξ λόγος ἐγένετο. Sed sive eam lectionem habuerit, sive hanc quam exhibent græci codices quos vidi; certe oritur ex hoc loco haud contemnenda ratio existimandi, Commentarium hunc in Canticum Canticorum non esse S. Epiphanii, qui Hæresi LXXVII. num. XXIX. ejusmodi loquutiones diserte his verbis improbat: Τὸ δὲ λόγος σὰρξ ἐγένετο, ἵνα μή τινες νομίσωσιν, ὅτι πρῶτος ἄνθρωπος ἦν, καὶ ἦλθε Χριστὸς εἰς ἄνθρωπον, διὰ τοῦτο λόγον πρῶτον ἔταξε τὸ θεῖον εὐαγγέλιον. εἶτα τὴν σάρκα ὡμολόγησεν, ὅτι ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. οὐ γὰρ εἶπεν ἡ σὰρξ λόγος ἐγένετο, ἵνα δείξῃ πρῶτον λόγον ἀπ᾽ οὐρανῶν ἐλθόντα, εἰς E ἑαυτὸν ὑποστήσαντα τὴν σάρκα ἀπὸ τῆς μήτρας τῆς ἁγίας παρθένου. *Illa vero*, Verbum caro factum est, *ideo ita concepta sunt, ne quis existimaret primum exstitisse hominem, & Christum in hominem venisse. Propterea sanctum Evangelium primo loco posuit Verbum. Deinde de carne profitetur dicens:* Verbum caro factum est. *Non enim dixit:* Caro Verbum facta est, *ut ostenderet primum descendisse Verbum de cælis, & ipsum sibi carnem formasse e sanctæ Virginis utero*. Ceterum eam loquutionem, *Caro facta Verbum*, catholicæ fidei non repugnare, immo cum ipsa convenire, eamque Patres adhibuisse, docet Petavius de Incarnat. lib. IV. cap. IX. num. 4. & 5.

3. Aldina editio habet διδάξει με, ποτιῶ σε.

4. Sic omnes codd. Legendum puto κικλήσκει.

5. Ἐν ταῖς δυνάμεσι καί. Has voces habet cod. Alex. quas non reperias in Vatic. edit.

* Τί ἐγείρ.] Ita codex Alex. at Vatic. ἐὰν ἐγ. καὶ ἐὰν ἐξεγ. Et superius quidem cap. III. ℣. 5. præfert uterque codex ἐάν. Hæc omisit in sua versione cl. interpres; quæ ita reddit Salutatus: *ut exsuscitetis & evigilare faciatis caritatem, donec velit*.

Ενδελεχῶς ἔγκειται ἀξιοῦσα [1], καὶ μεθ' ὅρκου τὰς ψυχὰς τῶν ἁγίων πρεσβεῦσαι ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρτωλῶν· ἵνα τὴν ἀγάπην κυρώσῃ εἰς ἡμᾶς ὁ Χριστὸς, ἕως ἂν ἡμᾶς παραλάβῃ, ὡς Δαβὶδ λέγει· καὶ ἐν τῇ σκιᾷ τῶν πτερύγων σου ἐλπιῶ, ἕως οὗ παρέλθῃ ἡ ἀνομία. τότε γὰρ ἡμᾶς παρέρχεται ἡ ἀνομία, ὅταν κληθῆναι ὑπ' αὐτοῦ καταξιωθῶμεν, καθὼς καὶ ὁ μακάριος ἀπόστολος εἴρηκεν· ὁ γὰρ ἀποθανὼν δεδικαίωται ἀπὸ τῆς ἁμαρτίας.

σκζ'. Τίς αὕτη ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη, ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς;

Βλέπουσιν αὐτὴν οἱ ἅγιοι ἀπόστολοι, καὶ πάντες δίκαιοι ἀναβαίνουσαν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, λελευκανθισμένην τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐωδίᾳ· καὶ ἐκπληττόμενοι τὸ κάλλος αὐτῆς λέγουσι· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη [2], ἐπιστηριζομένη ἐπὶ τὸν ἀδελφιδὸν αὐτῆς; ὅπερ ἐστὶν, τὸ στήριγμα ἐπ' αὐτὸν ἔχουσα τὸν Χριστὸν τὸν νυμφίον· διὸ λέγει αὐτῇ ὁ νυμφίος.

σκη'. Ὑπὸ μῆλον ἐξήγειρά σε.

Τὸ μῆλον ἐν ἑαυτῷ τὰ δύο ὁμοῦ ἔχει, βρῶμα καὶ πόμα. ὑπὸ τὸν μυστικὸν ἄρτον καὶ πόμα ἐξηγέρθη αὐτῷ [3]. ἡρμοσμένος γὰρ αὐτὴν λελευκανθισμένην ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος, ἀκολούθως [4] ἔδει ὑποσημανθῆναι, καὶ τὴν μυστηριώδην [5] τροφήν τε καὶ πόσιν δι' ἑνὸς εἴδους τοῦ μήλου.

σκθ'. Ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ μήτηρ σου. ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε.

Περὶ τοῦ πάσχειν γὰρ τοῦ σταυροῦ λέγων, καὶ τὰς ὠδῖνας ὑπογράφει τοῦ σταυροῦ. ἐκεῖ ὠδίνησέ σε ἡ τεκοῦσά σε, ἡ γὰρ σὰρξ τοῦ Ἰησοῦ ὠδίνησεν ἐν ταῖς ὠδῖσι τοῦ σταυροῦ, καὶ ἐξεγέννησε τὴν ἐκκλησίαν· ὕδατι μὲν τῷ ἐκ πλευρᾶς αὐτοῦ ἀναγεννωμένην· πνεύματι δὲ τῷ ἀπὸ θεότητος αὐτοῦ συγκεκραμένην αὐτῷ καὶ τελειουμένην. διὸ σαφῶς ἐπιλέγει·

σλ'. Θές με ὡς σφραγίδα ἐπὶ τὴν καρδίαν σου, ὡς σφραγίδα ἐπὶ τὸν βραχίονά σου.

Τὴν σφραγίδα καὶ τὸ σημεῖον τοῦ σταυροῦ ἐπὶ τὴν καρδίαν αὐτῆς πρῶτον λέγει· ἔπειτα καὶ ἐπὶ τὸν βραχίονα· ἵνα οἱ φωτισθέντες ἐν Χριστῷ συνεσταυρωμένοι πάντα ὅσα διὰ βραχίονα ἐπιτελοῦσιν, ἀναμαρτήτοις πράξεσι ταῦτα τελῶσιν, ὡς ὑπὸ τοῦ εἴδους τοῦ σταυροῦ Χριστοῦ τοῦ βραχίονος αὐτῆς κρατουμένου.

σλα'. Ὅτι κραταιὰ ὡς θάνατος ἀγάπη.

Τοιαύτην γὰρ προτρέπει τὴν πρὸς τὸν Χριστὸν ἀγάπην, δι' ἧς θανοῦσα, ὡς ἡ γραφὴ λέγει· ἕως θανάτου ἀγώνισαι ὑπὲρ τῆς ἀληθείας. τοῦτο πεπεισμένοι οἱ μάρτυρες, θανάτου καὶ ἐκχύσεως αἵματος, τὸν ὑπὲρ ἡμῶν θάνατον καὶ τὸ αἷμα αὐτοῦ δόντα [6] ὑπὲρ ἡμῶν, ἐτίμησαν.

σλβ'. Σκληρὸς ὡς ᾅδης ζῆλος.

Τοσοῦτον γὰρ ἐσκληρύνθη [7] ἡ καρδία Ἰουδαίων, ἐν τῇ γῇ [8] ὄντος τοῦ κυρίου μετὰ τὸ ἀναστῆναι αὐτὸν, ἀπεσκληρημμένην [9] ἔχοντες τὴν καρδίαν τῇ ἀπιστείᾳ, ψεύσασθαι παραπείθουσι τοὺς στρατιώτας λέγοντες· εἴπατε, ἡμῶν κοιμωμένων, νυκτὸς ἦλθον [10] οἱ μαθηταὶ αὐτοῦ, καὶ ἔκλεψαν αὐτόν. ἐπειδὴ τοίνυν σκληρῷ ζήλῳ, ἕως τοσοῦτον ἐσκληρύνθησαν τῷ ψεύδει, ὥστε καὶ τὴν ἀνάστασιν Χριστοῦ πωλῆσαι, τῇ σηπεδόνι [11] τοῦ ζήλου κατατηκόμενοι· διὰ τοῦτο ταῦτα προεπιστάμενος

A Incessanter instat rogans, etiam cum adjuratione, animas sanctorum, ut pro nobis peccatoribus intercedant, ut dilectionem erga nos Christus confirmet, donec nos accipiat, ut ait David: [a] *Et in umbra alarum tuarum sperabo, donec transeat iniquitas.* Tunc enim nos pertransit iniquitas, cum digni fuerimus facti, qui ab eo vocemur; quemadmodum dixit beatus Apostolus: [b] *Qui mortuus est, justificatus est a peccato.*

CCXXVII. *Quæ est ista quæ ascendit dealbata, innixa super fratruelem suum?* ℽ. 5.

Vident eam sancti Apostoli, & omnes justi ascendentem e baptismate, sancti Spiritus odore dealbatam; & stupore perculsi ex ejus pulcritudine, dicunt: B *Quæ est ista, quæ ascendit dealbata, innixa super fratruelem suum?* id est, habens firmamentum super ipsum Christum sponsum. Propterea dicit ei Sponsus:

CCXXVIII. *Sub malo excitavi te.*

Pomum in se ipso duo simul habet, cibum & potum. Sub mystico pane & potu excitata ab eo est. Cum enim eam per baptismum dealbatam connubio sibi conjunxisset, consequenter oportebat etiam mysticum cibum & potum per unicam pomi speciem significari.

CCXXIX. *Ibi peperit te mater tua: ibi peperit te, quæ genuit te.*

Loquens enim de passione crucis, dolores crucis C describit. *Ibi peperit te quæ genuit te.* Caro enim Jesu parturiit in doloribus crucis & progenuit ecclesiam; aqua quidem quæ ejus latere manavit, regeneratam, & cum eo commistam & perfectam per Spiritum, qui est e divinitate. Ideo manifeste subdit:

CCXXX. *Pone me ut signaculum super cor tuum, ut signaculum super brachium tuum.* ℽ. 6.

Signaculum & signum crucis primum dicit *super cor* ipsius: deinde *super brachium*; ut illuminati a Christo, una cum eo crucifixi, quæ per brachium efficiunt, ea omnia innocentibus actionibus perficiant tamquam sub forma crucis, tenente ejus brachium Christo.

D CCXXXI. *Quia fortis ut mors dilectio.*

Talem enim suadet erga Christum dilectionem, propter quam moriens, ut ait scriptura: [c] *usque ad mortem decerta pro veritate.* Id sibi martyres cum persuasissent, illum qui pro nobis mortem suumque sanguinem dedit, morte & sanguinis effusione honorarunt.

CCXXXII. *Dura sicut infernus æmulatio.*

Ita enim induratum est cor Judæorum, dum Dominus esset in terra post resurrectionem suam, ut induratum infidelitate gerentes cor, suaderent militibus ut mentirentur dicentes: [d] *Dicite, nobis dormientibus, noctu venerunt discipuli ejus, & furati sunt eum.* Quoniam igitur dura æmulatione usque adeo indurati E sunt mendacio, ut etiam Christi resurrectionem vendere voluerint, æmulationis tabe labefacti, propterea hæc cum præscisset, dixit per Moysem: [e] *Pro*

a Psalm. LVI. 2. b Rom. VI. 7. c Eccli. IV. 33. d Matth. XXVIII. 13. e Deut. XXXII. 21.

1. Sic emendavi errorem codicum, qui habent ἐξιοῦσα.
2. In codicibus Barberino & Mutinensi post λελευκανθισμένη sequuntur hæc, τῇ τοῦ ἁγίου πνεύματος εὐωδίᾳ· καὶ ἐκπληττόμενοι τὸ κάλλος αὐτῆς λέγουσι· τίς αὕτη ἡ ἀναβαίνουσα λελευκανθισμένη ἐπιστηρ: quæ per librarii indiligentiam frustra iterata censui oportere induci. Hinc conjicere licet horum codicum alterutrum ex altero, aut utrumque ex uno eodemque codice fuisse exscriptos.
3. Sic meus codex, & Barb. sed Mutin. αὐτῇ.
4. Ἀκολούθως ἔδει ὑποσημανθῆναι, hæc verba non sunt in cod. Mutinensi.
5. Ita meus & Barber. & Mutinen. Lege tamen μυστηριώδη.
6. Sic emendavi ex Mutin. cod. cum meus & Barb. habeat δόντες.
7. Scribe ἐσκληρύνθη.
8. Γῇ necessariam vocem quæ abest a meo & Barb. revocavi ex Mutin.
9. Ita omnes codd. Scribe ἀπεσκληρυμμένην, & ante hanc vocem videtur deesse aliquid. Legendum arbitror ὥστε ἀπεσκληρυμμ. ἔχοντες τ. καρδ. τῇ ἀπισ. ἀναψεύσασθαι παραπείθειν.
10. Sic restitui hunc locum ex Mutin. Meus & Barber. non habent ἦλθον, nec καὶ ante ἔκλεψαν.
11. Mutinensis habet τῇ τηκεδόνῃ, ubi legendum τηκεδόνι.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ἔλεγεν διὰ Μωϋσέως· ἀνθ' ὧν κακῶς ἐζήλωσαν, κἀγὼ παραζηλώσω αὐτὺς ἐπ' ὀυκ ἔθνει, ἐπ' ἔθνει ἀσυνέτῳ παροργιῶ αὐτύς. ἤμεν δὲ ἀσύνετοι, ὡς καὶ ἀπόστολος εἴρηκε, δουλεύοντες ἡδοναῖς ποικίλαις. ἀλλὰ νῦν χάριτι Θεοῦ κληθέντων ἡμῶν εἰς ἁγιασμὸν, παραζηλῦσιν ἐκεῖνοι βλέποντες ἑαυτοὺς ἀπεῤῥιμένους, ἡμῶν δὲ ἐν Χριστῷ σωζομένων.

A eo quod male æmulaverunt; *& ego provocabo eos ad zelum in non gente; in gente stulta irritabo.* [a] *Eramus vero insipientes*, ut ait Apostolus, *servientes voluptatibus variis*. At nunc vocati cum simus gratia Dei in sanctificationem, illi æmulantur, se ipsos videntes abjectos, dum nos interea salvi sumus in Christo.

σλγ'. Περίπτερα αὐτῆς, περίπτερα πυρὸς, φλόγες [1] ἄνθρακες πυρὸς αὐτῆς.

Τὰ περίπτερα τῆς ἐκκλησίας, τὸ πλῆθος τῶν πιςῶν ἐκ πολλῶν παραγενόμενον φυλῶν τε καὶ ἐπαρχῶν [2] καθάπερ πτεροῖς ἱπτάμενον. ἱπτάμενα γὰρ τὰ πλήθη τότε ἦσαν ἐν Ἱερουσαλὴμ, ὅτε τὸ ἅγιον πνεῦμα ὤφθη αὐτοῖς διαμεριζόμενον καθάπερ γλῶσσαι ὡσεὶ πυρός. φλόγες ὖν κ' ἐν τῇ καινῇ διαθήκῃ τότε ὠφθὲν [3] τοῖς ἁγίοις πῦρ. κ' προεφήτευσαν, καὶ ἐλάλουν ἑτέραις γλώσσαις. καὶ πάλιν ἐν τῇ παλαιᾷ διαθήκῃ, ὁπηνίκα ἐν πυρὶ φλογὸς ὤφθη ὁ Θεὸς τῷ Μωϋσῇ. τὰ περίπτερα οὖν αὐτῆς ἡ νέα καὶ παλαιὰ διαθήκη. πυρὸς φλόγες ἐν αὐταῖς ταῖς τῆς πίστεως ἀρχαῖς ἡ τοῦ Μωϋσέως ὀπτασία ἐν πυρὶ τοῦ βάτυ, καὶ οἱ ἐπὶ τῶν ἀποστόλων τοῦ ἁγίου πνεύματος πυρὶ προεμφερεῖς λογισμοῖς [4].

CCXXXIII. *Alæ ejus alæ ignis, flammæ carbones ignis ejus.*

Alæ ecclesiæ sunt multitudo fidelium, qui venerunt ex multis tribubus & provinciis; quæ multitudo tamquam alis volat. Volabant enim turbæ tum temporis in Hierusalem, cum [b] Spiritus sanctus apparuit illis dispertitus veluti linguæ tamquam ignis. Flammæ igitur etiam in novo Testamento tum sanctis apparuerunt. Et prophetaverunt, & [c] loquebantur aliis linguis. Et rursus in veteri Testamento, cum [d] in igne flammæ apparuit Deus Moysi. *Alæ* igitur ipsius sunt novum & vetus Testamentum. *Flammæ ignis* in ipsius fidei primordiis, visio Moysis in igne rubi, & super Apostolos sancti Spiritus particulæ igni similes.

σλδ'. Ὕδωρ πολὺ ὐ δυνήσεται σβέσαι τὴν ἀγάπην, καὶ ποταμοὶ οὐ συγκλύσουσιν αὐτήν.

Οἱ τὴν κατὰ Θεὸν κεκτημένοι ἀγάπην, κἂν καταβιῶσιν [5] ἐπ' αὐτὺς οἱ πειρασμοὶ ὥσπερ βροχαὶ κ' ποταμοί· ἀλλ' ὐ σβέννυται αὐτῶν ἡ ἀγάπη. εἰπὼν γὰρ τὰ περίπτερα αὐτῆς πυρὸς φλόγες περὶ τῦ ἁγίυ πνεύματος, ἔδειξεν ὅτι τῦτο τὸ πῦρ ὕδατι ὐ σβέννυται· ὅπερ ἐςὶν, ἡ πρὸς τὸν Χριςὸν ἀγάπη πειρασμοῖς οὐ λύεται. πᾶς γὰρ ὁ ἀκύων μυ τὺς λόγυς τύτυς, φησὶ, κ' ποιῶν αὐτὺς, ὁμοιωθήσεται ἀνδρὶ φρονίμῳ, ὅςις ᾠκοδόμησε τὴν οἰκίαν αὐτῦ ἐπὶ τὴν πέτραν, κ' κατέβη ἡ βροχὴ, κ' ἦλθον οἱ ποταμοὶ, κ' ἔπνευσαν οἱ ἄνεμοι, κ' προσέκρυσαν [6] τῇ οἰκίᾳ ἐκείνῃ, κ' ὐκ ἔπεσε· τεθεμελίωτο γὰρ ἐπὶ τὴν πέτραν.

CCXXXIV. *Aqua multa non poterit exstinguere caritatem, nec flumina inundabunt eam.* ℣. 7.

Qui Dei dilectionem habent, etiamsi in eos violenter irruant tentationes tamquam imbres & flumina; tamen eorum caritas non exstinguitur. Cum enim dixerit, *alæ ejus flammæ ignis*, de sancto Spiritu; C ostendit hunc ignem aqua non exstingui: id est, dilectio erga Christum tentationibus non dissolvitur. [e] *Quicumque enim*, inquit, *audit verba mea hæc & ea facit, assimilabitur viro prudenti qui ædificavit domum suam super petram: & descendit pluvia, & venerunt flumina, & flaverunt venti, & excusserunt eam; & non cecidit: fundata enim erat super petram.*

σλε'. Ἐὰν δώσει [7] ἀνὴρ πάντα τὸν βίον αὐτοῦ ἐν τῇ ἀγάπῃ, ἐξυδενώσει ἐξυδενώσυσιν αὐτόν.

Αὕτη ἡ προφητεία περὶ τῶν ἀποτασσομένων τῷ κόσμῳ, κ' πάντα τὸν βίον αὐτῶν ἐν τῇ τῦ Χριστῦ ἀγάπῃ καταναλισκόντων [8], κ' ὑπὲρ τῦ ὀνόματος αὐτῦ ἐξυδενημένων, ὡς φησιν ὁ ἅγιος ἀπόςολος· ὥσπερ [9] εἰ καθάρματα τῦ κόσμυ ἐγενήθημεν· καὶ ὐ μόνον περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ κ' περὶ αὐτῦ τῦ κυρίυ ἡμῶν Ἰησῦ Χριςῦ εἴρηται, ὃς πάντα τὸν βίον αὐτῦ ἔδωκεν ὑπὲρ τῆς πρὸς ἡμᾶς ἀγάπης, ἀπεκδυσάμενος τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ἐξουσίας, καὶ δι' ἡμᾶς πτωχεύσας, κ' μορφὴν δούλου λαβὼν, καὶ ἐξουδενωμένος ἀπὸ ἀρχιερέων καὶ γραμματέων τοῦ λαοῦ, καὶ ὑπὸ Ἡρώδου ἐξουδενωμένος· ἐξουδενήσας γὰρ αὐτὸν ὁ Ἡρώδης ἀπέπεμψεν αὐτὸν πρὸς Πιλᾶτον.

CCXXXV. *Si dederit homo omnem victum suum in dilectione, contemtu contemnet eum.*

Hæc prophetia est de iis qui renuntiaverunt mundo, & omnem substantiam suam in Christi dilectionem insumserunt, & pro ejus nomine contemti sunt, ut ait D sanctus Apostolus: [f] *Tamquam purgamenta mundi facti sumus*; nec solum de ipsis, sed etiam de Domino nostro Jesu Christo, qui vitam suam omnem dedit pro caritate erga nos, [g] *exspolians principatus & potestates*, & [h] *propter nos egenus factus*, & [i] *formam servi accipiens*, & despectus a pontificibus & scribis populi, & ab Herode contemtus: [k] *Herodes enim illum contemsit, & ad Pilatum remisit.*

σλϛ'. Ἀδελφὴ ἡμῶν μικρὰ, καὶ μαςὺς ὐκ ἔχει.

Ὁπόταν ἡ ψυχὴ εἰς Χριστὸν πιστεύσει, τῶν δὲ θείων ἐντολῶν τὴν ἀκριβῆ σύνεσιν μὴ καταλαμβάνει, κ' τῶν δύο διαθηκῶν τὴν γνῶσιν μὴ ἔχει, περὶ ταύτης δύναται λέγεσθαι· ἀδελφὴ ἡμῶν μικρά· τυτέςι, μήπω αὐξηθεῖσα τῇ πίςει, ὅπερ ἐςὶ, τῶν δύο διαθηκῶν τὴν γνῶσιν οὐκ εἴληφεν· ὅμως [10] παρὰ τοῦτο

CCXXXVI. *Soror nostra parva, & ubera non habet.* ℣. 8.

Quando anima in Christum crediderit, & divinorum mandatorum accuratam non perceperit scientiam, & duorum Testamentorum cognitionem non E habeat, de hac dici potest *soror nostra parva*: hoc est, nondum crevit fide; id est duorum Testamentorum notitiam non accepit: tamen non propterea re-

a Tit. III. 3. b Act. II. 3. c Ibid. ℣. 4. d Exod. III. 2. e Matth. VII. 24. 25. f I. Cor. IV. 13. g Coloss. II. 15. h II. Cor. VIII. 9. i Philipp. II. 7. k Luc. XXIII. 11.

1. Absunt a cod. Mutin. ἄνθρακες πυρὸς αὐτῆς. Vatic. editio habet φλόγες αὐτῆς, sine ἄνθρακες πυρός. Quid habuerit in suo cod. vetus interpres, nescio, qui vertit: *circumspecta ejus, circumspecta ignis flammæ ejus*. Nullam inter variantes ejusmodi lectionem reperi.

2. Legendum ἐπαρχιῶν.

3. Sic omnes codd. Sed scribendum ὀφθέν.

4. Ita meus & Barber. At Mutinensis habet πρὸς ἐμφερῆς μερισμῦ: prava utraque lectio. Lege προσεμφερεῖς μερισμοί.

5. Ita mendose omnes codd. Scribe καταβιάσωσιν.

6. Barber. προσέκρυσε. Meus προέκρυσε. Emendaveram προσέκρυσαν. Mutin. habet προέκρυσαν. Sacer textus habet προσέπεσον.

7. Vatic. edit. ἐὰν δῷ.

8. Vocem hanc in Barber. deletam restitui ex Mutin. codice. In meo relictum est spatium, ea voce implendum.

9. In impressis N. T. legitur ὡς περικαθάρματα.

10. Ομως ὐ περὶ habet Mutin. Restituenda omnino est particula negativa οὐ, sic postulante sententia.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.

ἀποβάλλεται· ἀλλὰ καὶ αὐτὴ [1] ὁμοιωθῆναι εὔχεται· μόνον γὰρ φόβον Θεοῦ καὶ πίστιν ἐὰν ἔχῃ ψυχή· γνώσει δὲ ἐλαττοῦται, οὐ παρὰ τοῦτο ἀποδοκιμάζεται· κρείττων [2] δέ, φησιν, ἐλαττούμενος συνέσει ἔμφοβος, ἢ περισσεύων πανουργίᾳ καὶ παραβαίνων νόμιμον. οὐ γὰρ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δίκαιοι παρὰ τῷ Θεῷ, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ νόμου δικαιωθήσονται. ἀγάπην ἐχέτω ψυχή, καὶ ἀδελφὴ καλεῖται τοῦ μονογενοῦς, καὶ [3] μὴ γνῶσιν πολύπειρον ἔχει· ἡ γὰρ γνῶσις φυσιοῖ, ἡ δὲ ἀγάπη οἰκοδομεῖ.

σλζ΄. Τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ ἡμῶν, ἐν ἡμέρᾳ, ᾗ ἐὰν λαληθῇ ἐν αὐτῇ [4];

Αὗται οἶμαι ἁγίων διδασκάλων εἰσὶν αἱ [5] φωναὶ προφητῶν τε καὶ ἀποστόλων πρὸς τοὺς μὴ τὸ κήρυγμα δεχομένους, ὥς φησιν Ἡσαΐας· κύριε, τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν, καὶ ὁ βραχίων κυρίου τίνι ἀπεκαλύφθη; ὁμοίως καὶ Ἱερεμίας· πρὸς τίνα λαλήσω καὶ μαρτύρωμαι [6]; ἰδοὺ ἀπερίτμητα τὰ ὦτα αὐτῶν, καὶ οὐ δυνήσονται ἀκούειν. διὰ τοῦτο, τί ποιήσωμεν τῇ ἀδελφῇ; ἀδελφοὶ γὰρ οἱ ἄπιστοι κατὰ [7] τὴν τῆς σαρκὸς συγγένειαν εἰσίν.

σλη΄. Εἰ τεῖχός ἐστιν, οἰκοδομήσωμεν ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς.

Τοῦτον οἶμαι τὸν τρόπον λέγει· εἰ πιστή ἐστι, φησι, καὶ μὴ ἄπιστος· μὴ σκληρὰ εἰ τῷ τραχήλῳ, μὴ ἀνήκοος τῇ τῶν ἁγίων ἀγωγῇ· ἀλλ' ἡ πιστεύσασα ἡμῖν, καὶ σωθεῖσα [8]· καθάπερ εἰς τεῖχος ἐποικοδωμοῦμεν [9] ἐπ' αὐτὴν ἐπάλξεις ἀργυρᾶς· ὅπερ ἐστὶν, οἶμαι, τοὺς ἐλέγχους τοὺς διορθωτικοὺς, τοὺς χρυσοῦ δίκην πυρουμένους· τὰ λόγια γὰρ κυρίου, λόγια ἁγνά· ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον τῇ γῇ, καὶ καθαρισμένον ἑπταπλασίως.

σλθ΄. Εἰ [10] θύρα ἐστὶ, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν σανίδα κεδρίνην.

Ἐπειδὴ γὰρ ὥσπερ ἡ θύρα στρέφεται ἐπὶ τοῦ στρόφιγγος, οὕτως ὁ ὀκνηρὸς ἐπὶ τὴν κλίνην. διὰ τοῦτό, φησιν, οἶμαι, εἰ ὀκνηρίαν πρὸς τὴν πίστιν τὰ ταύτης κατορθώματα ἔχουσι, διαγράψωμεν ἐπ' αὐτὴν, ὅπερ ἐστὶν, ἐπὶ τὴν τοιαύτην τῶν βραδυπίστων σανίδια κέδρινα, ἵνα εἴπῃ, τὴν τῶν πάλαι δικαίων καὶ πατριαρχῶν ἄσηπτον καὶ ἡδραιωμένην γνῶσιν, καὶ τὴν ἐκείνων ἐπὶ ταύτην ἐπιβάλωμεν εὐχὴν, ἵνα τῇ ἐκείνων πρεσβείᾳ τὸ ἐλλεῖπον αὐτῇ [11] ὑστέρημα ἀναπληρωθείη τῆς πίστεως. ὅτι δὲ κέδρῳ οἱ δίκαιοι ἀπεικάζονται, φησί· δίκαιος ὡς φοῖνιξ ἀνθήσει, ὡς ἡ κέδρος ἡ ἐν τῷ Λιβάνῳ πληθυνθήσεται. σανὶς δὲ ἀπὸ κέδρου τοῦ παντός ἐστι μέρος, ὥσπερ καὶ ἡ τῶν δικαίων πρεσβεία μέρος ἐστὶ τῆς δικαιοσύνης. εἶτα ἀκούσασα ἡ καλὴ καὶ πιστὸς αὕτη νύμφη τὴν περὶ τούτων διαβολὴν ἀναφωνεῖ ἐγκαλουμένη τῷ ἑαυτῆς νυμφίῳ καὶ λέγει.

σμ΄. Ἐγὼ τεῖχος, καὶ οἱ μαστοί μου ὡς πύργοι.

Ἐγώ, φησιν, ἑδραίωμα τῆς πίστεως, καὶ οἱ μαστοὶ πύργοι. ὅπερ ἐστὶν, αἱ δύο διαθῆκαι ταῖς τῆς δικαιοσύνης πράξεσιν εἰς ὕψος πεπυργωμέναι.

σμα΄. Ἐγὼ ἤμην ἐν ὀφθαλμοῖς αὐτοῦ [12] ὡς εὑρίσκουσα εἰρήνην.

Καὶ γὰρ εὗρεν εἰρήνην, τὸ χάρισμα παρ' αὐτοῦ λαβοῦσα τοῦ εἰπόντος· εἰρήνην τὴν [13] ἐμὴν δίδωμι, εἰ-

pudiatur, sed se perfici obsecrat. Si enim solummodo timorem Dei & fidem habeat anima, cognitione tamen sit inferior, non propterea reprobatur. [a] *Melior enim est* (ait scriptura) *qui minuitur scientia cum timore, quam qui abundat astutia & legem transgreditur*: [b] *Non enim auditores legis justi apud Deum, sed factores legis justificabuntur*. Dilectionem habeat anima, & soror vocatur Unigeniti, licet scientiæ non admodum sit perita: [c] *Scientia enim inflat, caritas vero ædificat*.

CCXXXVII. *Quid faciemus sorori nostræ in die qua sermo fiet in ea?*

Hæ sunt, opinor, sanctorum magistrorum voces, & Prophetarum & Apostolorum ad eos qui prædicationem non acceperunt, ut ait Isaias: [d] *Domine, quis credidit auditui nostro, & brachium Domini cui revelatum est?* Similiter & Hieremias: [e] *Ad quem loquar, & contestabor, & exaudiet? Ecce incircumcisæ aures eorum, & non poterunt audire*. Propterea *Quid faciemus sorori?* Fratres enim sunt infideles secundum carnis cognationem.

CCXXXVIII. *Si murus est, ædificemus super eam laminas argenteas.* ℣. 9.

Ad hunc modum, ut arbitror: si credit, & non est infidelis, non dura collo, non contumax ad audiendam sanctorum disciplinam, sed credens nobis & illuminata sit; tamquam super murum ædificabimus super eam propugnacula argentea; id est, ut arbitror, reprehensiones quæ corrigendi vim habeant, & veluti aurum igne sint examinatæ: [f] *Eloquia enim Domini, eloquia casta: argentum igne examinatum probatum in terra, & purgatum septuplum.*

CCXXXIX. *Si janua est, sculpamus super eam tabulam cedrinam.*

Quoniam enim sicut porta super cardinem volvitur, sic piger super lectum. Propterea, opinor, dicit, si pigritiam ad fidem habeant ejus opera, sculpemus super eam, id est, super ejusmodi *pigritiam* eorum qui tardæ sunt fidei, tabellas cedrinas, hoc est, veterum justorum & patriarcharum incorruptam & stabilem scientiam, & eorum orationem super eam imponemus, ut illorum intercessione, quod ei deest & defectus fidei impleatur. Quod vero justi cedro assimilentur, ait scriptura: [g] *Justus ut palma florebit; sicut cedrus quæ in Libano est, multiplicabitur*. Tabula vero ex cedro est pars totius, quemadmodum justorum intercessio pars est justitiæ. Deinde ipsa Sponsa pulcra & fidelis hanc in his rebus calumniam audiens exclamat, cum tali apud suum Sponsum criminatione urgeatur, & ait:

CCXL. *Ego murus, & ubera mea ut turres.* ℣. 10.

Ego, inquit, stabilitas fidei: *& ubera, turres*: id est, duo Testamenta ad opera justitiæ in altitudinem ædificata quasi turres.

CCXLI. *Ego eram in oculis ejus, quasi inveniens pacem.*

Etenim invenit pacem, cum acceperit gratiam ab eo qui dixit: [h] *Pacem meam do vobis, pacem meam*

a Eccli. XIX. 21. b Rom. II. 13. c I. Cor. VIII. 1. d Isa. LIII. 1. e Jerem. VI. 10.
f Psalm. XI. 7. g Psalm. XCI. 13. h Joan. XIV. 27.

1. Mutin. habet ἀλλὰ καὶ αὐτὴν ὁμοιωθῆναι. τελειωθῆναι censeo legi oportere, si credendum veteri interpreti, qui vertit: *sed etiam ipsam proficere deprecatur, ut possit esse perfecta*. Salutatus etiam tale quiddam in suo codice videtur habuisse.

2. In edit. Vatic. hic locus sic legitur: κρείττων ἡττώμενος ἐν συνέσει ἔμφοβος, ἢ περισσεύων ἐν φρονήσει καὶ παραβαίνων νόμον. 3. Lego καὶ.

4. Barber. meus, & Mutin. ἐν αὐτῇ. Sed Vatic. & libri omnes habent ἐν αὐτῇ, quam lectionem agnoscit etiam vetus interpres.

5. Εἰσὶν αἱ. Duas voculas restitui ex Mutinen.

6. In Bibliis impressis sacer textus, καὶ διαμαρτύρωμαι καὶ εἰσακούσεται; ἰδοὺ ἀπερίτμ.

7. Κατὰ τὴν τῆς σαρκ. συγγεν. εἰσίν, hæc ex Mutinensi, quibus implevi lacunam mei codicis & Barber.

8. Lego φωτισθεῖσα.

9. Lego ἐποικοδομήσωμεν.


10. Vatic. edit. καὶ εἰ, quam lectionem habuit vetus interpres.

11. Lego καὶ ὑστέρημα.

12. Sic cod. Alex. Vaticana edit. αὐτῶν.

13. Sacer textus habet, εἰρήνην ἀφίημι ὑμῖν, εἰρήνην τὴν ἐμὴν δίδωμι ὑμῖν.

SÆCUL. V. CIRCA ANN. CHR. 400.



ρήνην τὴν ἐμὴν ἀφίημι ὑμῖν. ὡς ϗ σοφία λέγει περὶ τῦ πνεύματος· ἐγὼ γὰρ [1] ἤμην ᾗ προσέχαιρε· καθ' ἡμέραν εὐφραινόμην δὲ ἐν προσώπῳ αὐτῦ ἐν παντὶ καιρῷ. ὅτε ἐποίει τὸν κόσμον, ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζϐσα.

σμβ'. Αμπελὼν ἐγενήθη τῷ Σαλωμὼν ἐν Βεελλαμών [2].

Αμπελῶνα γεγενῆσθαι λέγει τὴν ἐκκλησίαν τῷ Χριστῷ τῷ πνεύματι [3] κυρίῳ Σαλωμῶν, τῷ εἰρηνεύσαντι τά τε ἐν οὐρανῷ καὶ τὰ ἐπὶ γῆς.

σμγ'. Εδωκε τὸν ἀμπελῶνα αὐτοῦ τοῖς τηρϐσιν.

Τοῖς τηρϐσι λέγει τὰς αὐτοῦ ἐντολὰς, ὡς καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ ἔλεγε πρὸς τοὺς Ιϐδαίϐς· ἀρθήσεται ἀφ' ὑμῶν ἡ βασιλεία, καὶ δοθήσεται ἔθνει ποιοῦντι τοὺς καρποὺς αὐτῆς· ὅπερ ἐστὶ, τὸν ἀμπελῶνα ἐκδώσεται ἄλλοις, δηλαδὴ τοῖς τηροῦσι καὶ φυλάττϐσι τὰ τῶν ἐντολῶν προστάγματα, περὶ ὧν εἴρηται· ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσιν.

σμδ'. Ανὴρ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτοῦ χιλίους ἀργυρίους [4].

Πᾶς γάρ τις σοφὸς διδάσκαλος, ϗ συνετὸς ἀκροατὴς ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οἴσει ἐν καρπῷ αὐτῦ χιλίϐς ἀργυρίϐς, ὅπερ ἐστὶν, ἡ διὰ τῆς χιλιάδος πλήρωσις πάντων τῶν ἐντολῶν κυρίϐ ϗ τῶν λογίων αὐτοῦ ποίησις. τὰ λόγια γὰρ κυρίου ἁγνὰ, ἀργύριον πεπυρωμένον, δοκίμιον ἐν τῇ γῇ, ὡς προείρηται.

σμέ. Αμπελὼν μϐ ἐμὸς ἐνώπιόν μϐ, οἱ χίλιοι Σαλωμὼν, ϗ οἱ διακόσιοι τοῖς τηρϐσι τὸν καρπὸν αὐτῦ.

Κυριακὴν οἶμαι τὴν φωνὴν εἶναι· ἀμπελὼν ἐμὸς ἐνώπιον ἐμοῦ τῇ ἀγάπῃ καὶ τῇ φιλανθρωπίᾳ [5]. ὀφθαλμοὶ γὰρ κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, καὶ ὦτα αὐτῦ εἰς δέησιν αὐτῶν. τὸ δὲ, οἱ χίλιοι τῦ Σαλωμὼν ϗ αἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι, οἶμαι τὴν κρίσιν πᾶσαν λέγειν, καὶ τὴν τῶν ποιημάτων τελείωσιν τῷ μονογενεῖ δεδόσθαι, κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὁ πατὴρ κρίνει οὐδένα, ἀλλὰ τὴν κρίσιν πᾶσαν δέδωκε τῷ υἱῷ [6]· καὶ οἱ διακόσιοι τοῖς τηροῦσι τὸν καρπὸν αὐτοῦ, τουτέστι, τῶν δύο διαθηκῶν. δύο γὰρ ἑκατοντάδες αἱ δύο διαθῆκαι· αἱ δὲ δύο ἑκατοντάδες εἰσὶ διακόσιοι, ἤγουν τῶν δύο διαθηκῶν τῶν ἑκατονταχοῦς [7] ἐκβλαστήσαντες καρπὸν, οὕτω καὶ ἄλλους κρίνουσι κατὰ τὸν ἀπόστολον· εἰ ἐν ὑμῖν κρίνεται ὁ κόσμος, οὐκ οἴδατε ὅτι καὶ ἀγγέλϐς κρινοῦμεν, μήτιγε βιωτικά;

σμς'. Ο καθήμενος ἐν κήποις.

Καθήμενον ἐν κήποις οἶμαι λέγειν τὴν ἐπισκόπϐ καθέδραν εἰληφότα· καὶ πολλοὺς κήπους, τουτέστι, τὰς ἐκκλησίας πεπιστευμένον.

σμζ'. Εταῖροι προσέχοντες.

Οἱ τούτου συνεργοὶ πρεσβύτεροι, καὶ οἱ τῆς λειτουργίας συναντιλαμβανόμενοι διάκονοι, ἐν καθαρᾷ συνειδήσει τὸ μυστήριον τοῦ Χριστοῦ φυλάττοντες. διὰ γὰρ πάντων ἡ διδασκαλία τῇ ἐκκλησίᾳ παραδεδομένη, καθάπερ κῆπος ἀρδεύεται σωτηρίοις διδάγμασι. διὸ καὶ λέγει·

σμή. Τὴν φωνήν [8] σου ἀκούτισόν μου.

Διὰ γὰρ τούτων ἀκουτίζει τὴν φωνὴν αὐτοῦ τῇ ἐκκλησίᾳ ὁ Χριστός.

σμθ'. Φύγε ἀδελφιδέ μϐ, ϗ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων [9].

A *relinquo vobis*: quemadmodum Sapientia dicit de Spiritu: [a] *Ego enim eram cui adgaudebat: quotidie autem jucundabar in facie ejus in omni tempore: quando faciebat mundum, eram apud eum disponens.*

CCXLII. *Vinea facta est Salomoni in Beellamon.* ℣.11.

Vineam factam esse ait ecclesiam Christo, spirituali Salomoni, [b] qui pacificavit quæ sunt in cælo & in terra.

CCXLIII. *Dedit vineam suam custodientibus.*

Custodientibus scilicet mandata ejus dicit, ut etiam in Evangelio dixit Judæis: [c] *Auferetur a vobis regnum, & dabitur genti facienti fructus ejus*: id est, vineam locabit aliis, iis videlicet qui servant & custodiunt

B mandatorum præcepta, de quibus dictum est: *dedit vineam custodientibus.*

CCXLIV. *Vir afferet in fructu ejus mille argenteos.*

Omnis enim magister sapiens & auditor intelligens in ecclesia *feret in fructu ejus mille argenteos*: id est, implementum per millenarium numerum est omnium mandatorum Domini, eloquiorum ejus effectio. [d] *Eloquia* enim *Domini casta, argentum igne examinatum, probatum in terra*; ut supra dictum est.

CCXLV. *Vinea mea mihi in conspectu meo. Mille Salomon & ducenti custodientibus fructum ejus.* ℣.12.

Dominicam arbitror vocem esse: *Vinea mea in*

C *conspectu meo*, propter ejus dilectionem & amorem erga homines: [e] *Oculi enim Domini super timentes eum, & aures ejus ad precem eorum.* Illud vero: *mille Salomonis & ducenti custodientibus*, arbitror dicere judicium omne & rerum omnium perficiendarum potestatem datam esse Unigenito, juxta id quod scriptum est: [f] *Pater neminem judicat, sed judicium omne dedit Filio.* *Et ducenti custodientibus fructum ejus*, hoc est, duorum Testamentorum: duo enim centenarii sunt duo Testamenta: duo autem centenarii sunt ducenti, qui scilicet ex duobus Testamentis centies auctum fructum progerminantes, ita demum alios judicant juxta Apostolum: [g] *Si in vobis judicabitur mundus, nescitis quod & Angelos ju-*

D *dicabimus, nedum sæcularia?*

CCXLVI. *Sedens in hortis.* ℣.13.

Sedentem in hortis puto dicere eum qui episcopalem cathedram obtinuit, & multos hortos, id est, ecclesias ei concreditas.

CCXLVII. *Sodales attendentes.*

Hujus cooperatores presbyteri, & qui simul ministerium acceperunt diaconi, [h] *in conscientia pura mysterium Christi custodientes.* Nam disciplina per hos omnes ecclesiæ tradita, quemadmodum hortus, irrigatur salutaribus præceptis. Propterea etiam dicit:

CCXLVIII. *Vocem tuam auditam fac mihi.*

Per hos enim Christus audire facit ecclesiæ vo-

E cem suam.

CCXLIX. *Fuge patruelis meus, & assimilare capreæ aut hinnulo cervorum ad montes vallium.*

a Prov. VIII. 30. *b* Coloss. I. 20. *c* Matth. XXI. 43. *d* Psalm. XI. 7. *e* Psalm. XXXII. 18. *f* Joan. V. 22. *g* I. Cor. VI. 2. 3. *h* I. Tim. III. 9.

1. Sacer textus habet καὶ ὡς ἰσχυρὰ ἐποίει, τὰ θεμέλια τῆς γῆς ἤμην παρ' αὐτῷ ἁρμόζουσα. ἐγὼ ἤμην, ᾗ προσέχαιρεν καὶ ἡμέραν δὲ εὐφραινόμην ἐν προσώπῳ αὐτῦ ἐν παντὶ καιρῷ. 2. Vatic. edit. βεελαμών.

3. Lego τῷ πνευματικῷ Σαλωμών.

4. Sic Compl. Editio Vaticana habet ἀργυρίϐ, quam lectionem habuit etiam vetus interpres.

5. Inter ἐμῦ & ὀφθαλμοὶ lacuna interjacet in meo cod. & Barb. Cod. Mutin. habet ἐνώπιον ἐμῦ τῇ ἀγάπῃ ϗ τῇ φιλμκία. Suspicor legendum φιλανθρωπίᾳ.

6. Τῷ υἱῷ. Sic emendavi ex cod. Mutin. Male meus & Barber. τῷ Σαλομῶν.

7. Ita Mutin. Lege τὸν ἑκατονταχῦν. In Barber. articulus vetustate deletus est: in meo qui videtur exscriptus ex Barber. librarius reliquit exiguum spatium. In utroque ἑκατονταχῦ.

8. Edit. Vatic. τῇ φωνῇ, in qua editione versus hic & superior sic interpungitur, ἑταῖροι προσέχοντες τῇ φωνῇ σϐ, ἀκούτισόν με.

9. Sic cod. Alexandr. Verum Philo in explanatione hujus versiculi recognoscit etiam lectionem ἀρωμάτων, quam habet Vaticana editio.

SÆCUL. V.
CIRCA
ANN. CHR.
400.



A Τοῦτον [1] τὸν τελευταῖον λόγον οἶμαι πρὸς πάντας πιστοὺς ὑπὸ τοῦ κυρίου λελέχθαι καὶ ὑπὸ ταύτης ἁγίας ἐκκλησίας. τὸ γοῦν, φύγε ἀδελφιδέ μου, καὶ ὁμοιώθητι τῇ δορκάδι, ἢ τῷ νεβρῷ τῶν ἐλάφων ἐπὶ ὄρη κοιλωμάτων· τοῦτο οἶμαι λέγειν, ἵνα πᾶς τις ἀκούων φεύγει μὲν τὴν ἁμαρτίαν κατὰ τὸ γεγραμμένον· ὡς ἀπὸ προσώπου ὄφεως φεῦγε ἁμαρτίαν. ὁμοιοῦσθαι δὲ κελεύει τῇ δορκάδι, ἵνα ὀξυδερκὲς τὸ τοῦ νοὸς ὄμμα κεκτημένος πρὸς τὸ μὴ ὑπὸ τῶν θηρευόντων παγιδευθῆναι δύνασθαι. δορκὰς γὰρ ὀξυδερκὲς καὶ ὀξεῖ τῷ δρόμῳ τὸ ζῶον ἐστίν. ἵνα οὖν τῷ ὀξυτάτῳ δρόμῳ τῆς ἁμαρτίας ἐκ φυγῆς [2], ὅταν σωτηρίων διδαγμάτων ἀκροατὴς, καὶ ὀξυδερκεῖ τῷ νῷ τὰς τοῦ θηρευτοῦ παγίδας βλέποι, καὶ ὑπερακοντίζοι τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἐπὶ τὰ ὄρη τῶν ἀρωμάτων, ἢ τῶν κοιλωμάτων· ὅπερ B ἐστὶν, ἐπὶ τὰ ὑψιπετῆ τῶν δικαίων μεγέθη· ἵνα εἰ μὲν παγίδα προτίθησιν διὰ γυναικὸς σαρκικῆς ἐπιθυμίας ὁ πονηρὸς [3], ἐπὶ τὰ ὕψη τις ἀνατείνῃ τὸν νοῦν τῆς σωφροσύνης τοῦ Ἰωσήφ· εἰ δὲ κακίας ἐπεγείρῃ θυμὸν, ἐπὶ τὸ ὑψιπετὲς τῆς ἀκακίας ἀποβλέψοι τῆς τοῦ Δαβὶδ, ὃς τὸν κτεῖναι θέλοντα οὐκ ἠμύνατο Σαοὺλ. ὄρη γὰρ κοιλωμάτων κέκληνται οἱ ἅγιοι, ἵνα καὶ τὸ ὕψος τῆς δικαιοσύνης αὐτῶν διὰ τῶν κοιλωμάτων κηρυχθῇ. τὸ γὰρ κοίλωμα ταπεινόν· τὸ δὲ ὄρος ὑψηλόν. τοῦτο γὰρ τοῖς δικαίοις πρόσεστιν· ἐν ὕψει δικαιοσύνης κεκτῆσθαι [4] καὶ τὸ κοίλωμα τῆς ταπεινοφροσύνης. τῷ δὲ Θεῷ ἡμῶν δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας C τῶν αἰώνων. ἀμήν.

Postremo hæc verba arbitror a Christo dicta esse ad omnes fideles, & ab hac sancta ecclesia. Illud igitur, *Fuge fratruelis meus, & assimilare capreæ aut hinnulo cervorum ad montes vallium*, ob eam rationem puto dicere, ut qui audit, fugiat peccatum juxta quod scriptum est: [a] *Tamquam a facie colubri fuge peccatum*. Assimilari autem jubet capreæ, ut acutum mentis oculum habeat, ne possit in plures casses venatorum incidere. Caprea enim acutum cernit, & celerrimum animal est. Ut igitur velocissimo cursu a peccato aufugiat, assimilari jubet capreæ; cum salutarium præceptorum auditor & acuto mentis visu venatoris cernit plagas, & velut jaculum sursum attollit animum ad montes aromatum vel vallium, id est, ad excelsas justorum altitudines: ita ut si diabolus per carnalem feminæ concupiscentiam laqueos illi proponat, ad altitudinem castitatis Josephi montem intendat: si vero ultionis iram excitet, ad celsitudinem innocentiæ Davidis respiciat, qui Saulem interficere eum cupientem non ultus est. *Montes* enim *vallium* vocantur sancti, ut altitudo justitiæ per montes non sileatur, & eorum humilitas per valles prædicetur. Id enim inest justis; in altitudine justitiæ vallem humilitatis habere. Deo autem nostro gloria in sæcula sæculorum. Amen.

[a] Eccli. xxi. 2.

1. Explanatio hujus postremi vers. desideratur in meo codice, & deest Barberino, cujus ultimum folium communi innumeris codicibus infortunio intercidit. Eam e ms. cod. Mutinensi exscribi curavit, & ad me misit pro sua humanitate vir egregie doctus Franciscus Antonius Zacharia.

2. Totum hunc locum ita legendum arbitror, ἵνα ἐν τῷ ὀξυτάτῳ δρόμῳ τῆς ἁμαρτίας ἐκφυγῇ, ὁμοιοῦσθαι κελεύει τῇ δορκάδι, ὅταν κ. τ. λ. quæ postrema verba, ex superioribus heic iteranda, librarius fortasse per oscitantiam omisit.

3. O πονηρὸς, *diabolus*. In hoc sensu adhibetur in N. Test. apud *Matth.* V. 37. XIII. 19. 38. *Ephes.* VI. 16. II. *Thess.* III. 3. I. *Joan.* II. 13. 14. III. 12. V. 18.

4. Male omnes codd. κέκτησθε.

Τ Ε Λ Ο Σ.

F I N I S.

INDEX LOCORUM
SACRÆ SCRIPTURÆ.

GENESIS.

EXODUS.

LEVITICUS.

NUMERI.

DEUTERONOMIUM.

JOSUE.

I. REGUM.

II. REGUM.

ECCLESIASTICUS.

ISAIAS.

THRENI.

BARUCH.

EZECHIEL.

DANIEL.

OSEE.

JOEL.

ACTUS.

AD ROMANOS.

I. AD CORINTHIOS.

II. AD CORINTHIOS.

AD GALATAS.

AD EPHESIOS.

AD PHILIPPENSES.

AD COLOSSENSES.

I. AD THESSALONICENSES.

II. AD THESSALONICENSES.

I. AD TIMOTHEUM.

II. AD TIMOTHEUM.

AD TITUM.

AD HEBRÆOS.

JACOBUS.

I. PETRI.

II. PETRI.

I. JOANNIS.

EXPLICIT.

INDEX

RERUM ET VERBORUM.

A

B

C

D

E

F

G

H

I

L

N

O

P

Q

R

S

T

U

E X P L I C I T.



E M E N D A N D A.

Pag. xxvii.	a.	lin. 13.	ineditum	*corrige*,	ineditam.
xxxviii.	d.	10.	*Paſchale*		*Paſchale*.
xli.	b.	8.	ipſnm		ipſum.

Pag. 42.		lin. 9.	Simon	*corrige*,	Simeon.
83.	c.	1.	*deque*		*deque*.
128.	e.	5.	Pompei		Pompeii.
		7.	Hiroſolymis		Hieroſolymis.
136.	b.	12.	cepit		cœpit.
	d.	9.	Cyto		Cyro.
153.	d.	9.	*Eucberii*		*Eucherii*.
157.	a.	14.	qui fecerunt		quid fecerunt. — *Append. ad tom. X. opp. S. Aug. pag.* 79. b. *edit. BB.*
	b.	7.	concordes *		* *forte* confeſſores. — *ibid. Nota BB.*
		11.	Aurelius Auguſt.		Aurelius, Auguſt.
	c.	13.	exterrent II. Contra *cet.*		exterrent. Fœtor ſiquidem oris eorum longe lateque diffuſum virus, omnium quibus odor vitæ in vitam erat, odorem vertit in mortem. Contra *cet.* — *ibid.* d. — *Hæc deſunt in edit. Schotti*.
	d.	7.	presbyteri		presbyterii. — *ibid. pag.* 80. b.
158.	a.	1.	diſcipulis ipſius Pelagii *		* Timaſio & Jacobo. — *ibid.* c. *Nota BB.*
		3.	epiſtolam ſupra memorati epiſcopi *		* Aug. epiſt. clvii. ad Hilarium Siracuſanum. — *ibid. Nota BB.*
	b.	10.	hæreſeos, manifeſte		hæreſeos manifeſtæ. — *ibid.* d.
	c.	4.	putas?		putatis? — *ibid.*
	d.	3.	exſpectat. Multi enim jam hæretici cum dogmatibus ſuis ipſo oppugnante ſupploſi ſunt, & in epiſtola ſua *cet.*		exſpectat, (multi enim jam hæretici cum dogmatibus ſuis ipſo oppugnante ſupploſi ſunt) in epiſt. ſua *cet.* — *ibid.* f.
158.	d.	10.	in antichriſto		in anciſtro. — *ibid.*
	a.	9.	nos adhærere gaudetis *		* *forte* vos : *vel*, adhærere gaudemus. — *ibid. Nota BB. pag.* 81. a.
	b.	13.	nunc nobis.		nunc vobis. *ibid.* b.
	c.	6.	differendam, a ſe pæne impudenter adjudicandum, cum quidem nos accuſatores non eſſemus, & unus & ſuſpectus, ingereret, dici a pluribus neceſſarium fuit. Nos *cet.*		differendam, (*forte* deferendam) ac ſe pæne impudenter ad judicandum, cum quidem nos accuſatores non eſſemus, & unus eſſet ſuſpectus, ingereret; dici a pluribus neceſſarium fuit: Nos *cet.* — *ibid.* c.
	d.	12.	pro gratia ſalutationis		*Germanenſis ms.* pro gratia Salvatoris. — *ibid.* d. *Nota BB.*
159.	b.	1.	in ſuæ perſonæ auctoritate		in ſuæ perſonæ auctoritatem. — *ibid.* g.
		2.	evangelica lectione inſtructus.		evangelica lectione diligenter inſtructus. *ibid.*
	c.	4.	calore veritatis.		* *Codex German. omittit*, veritatis. *Nota BB.*

Huc uſque excerptum BB.

163.	d.	4.	& per ſingula		& per ſingula & per ſingulos — *Ita Schottus. At priora deſunt apud Havercampum. Hinc appoſita Nota* 3. *l. c. ſubiecta*.
167.	b.	6.	facris		ſacris.
183.	b.	5.	provinciæ cognatione		de provinciæ cognatione.
185.	c.	4.	& hoc cognomen.		*Sic edit. Flor. At Murat.* & hoc agnomen. *Forte*, SED hoc agnom.
	d.	1.	H. Cor. V. 16.		II. Cor. V. 16.
200.	d.	8.	validiſſime		validiſſima.
267.	not. 2.	lin. 10.	*Mari-rina*		*Mari-na*.
276.	e.	12.	jungamns		jungamus.
280.	e.	1.	*eboros*		*choros*.
299.	b.	6.	λυπερόν		λυπηρόν.
314.	not. 6.	lin. 8.	promiſſonis		promiſſionis.
		15.	*de Conſtantinopoli urbe*		*de Conſtantinopol. urbe*.
324.	a.	15.	*exſequantue*		*exſequantur*.
325.	in inſcript.		Epiſt. viii.		Epiſt. xviii.
354.	a.	3.	que		quæ.
362.	b.	1.	*De Paſeba*		*De Paſcha*.
389.	not. 1.		*Excuſet* Forte		*Excuſet*] Forte.
401.	b.	14.	Μακαρεῖος		Μακάριος.
407.	c.	6.	δεδέμενοι		δεδεμένοι.
425.	a.	3.	πισπείρωσιν		ἐπισπείρωσιν.
		5.	διόρθωσε		διώρθωσε.
	c.	6.	ὡς ἔφ.		ὡς ἔφ.
427.	d.	6.	ἐπαισχυθήσεται σε		ἐπαισχυνθήσεταί σε.
430.	b.	9.	καθάπερ καὶ νῦν		καὶ πότε, καθάπερ καὶ νῦν.
440.	in inſcript.	lin. 8.	*in eadem ſynodo*		*in eadem ſynodo* (Epheſina.)
	c.	2.	οὐσιώδης		οὐσιώδη.
444.	b.	14.	*hereditaris*		*hereditatis*.
445.	lin. ult.		θεωρία		θεωρίᾳ.
446.	not. 1.		δύλων		δήλων.
449.	in inſcript.		*lecta in ſynodo*		*lecta in ſynodo* (Epheſina.)
	not. *a*		Joan. I. 11. 19.		Joan. I. 11. 10.
456.	b.	6.	κατέστησα σε		καθέστησά σε.

E M E N D A N D A.

Pag. 459.	e.	lin. 9.	ἀπευθήνιοι	*corrige* ,	ἀπευθύνιοι .
466.	b.	2.	lucæ		luce .
476.		not. *b*	Pſalm. L. 7. *c* Ibid.		*b* Ibid. ℣. 30. *c* Pſalm. L. 7.
481.	d.	1.	ilico		illico .
484.	d.	5.	Deus .		Deus ,
495.	in inſcript.		Vitali		Vitalem .
548.	a.	9.	. . . . decurreret ævum : Quatuor ingentes *cet.*		. . . . decurreret ævum , Qualiter ex uno paradiſi fonte leguntur Quattuor ingentes *cet.*
555.	e.	lin. ult.	habet *homo*		habet *humo* .
571.	a.	8.	cælnm		cælum .
603.	d.	8.	*ἡσύχαζεν*		*ἡσυχάζειν* .
604.	e.	1.	*ἐπάρχος*		*ἔπαρχος* .
607.	d.	2.	*orientalee*		*orientales* .
616.	e.	12.	נכך		אבר .
619.	d.	3.	*θῷ*		*θῶ* .
621.	b.	4.	*ὑψωθῷ*		*ὑψωθῶ* .
622.	d.	9.	*candelabrum*		*candelabrum* .
626.	not. *	lin. 3.	pag. 3.		part. 3.
631.	a.	4.	*ὅτι*		*ἔτι* .
	d.	3.	qua		qui .
636.	e.	lege	כקדה אש המסים מים .		
645.	a.	8.	economiorum		encomiorum .
670.	d.	6.	Nilus erat erumpente		Nilus , erumpente ,
673.	a.	4.	Pellionis		pellionis .
691.	b.	13.	qui eſt		*qui eſt* .
698.	a.	4.	*Antiocheno*		*Antiocheno* .
699.	b.	2.	expulſurum , malum		expulſurum malum ,
702.	c.	2.	quoufque		quouſque .
718.	b.	1.	*Epiphanii*		*Epiphanii* .
	d.	10.	inrer		inter .
	e.	5.	commentatium		commentarium .
744.	b.	9.	verbo		vero .
	c.	7.	laudant		laudat .
750.	d.	8.	*verbo*		*verbo* .
774.	CI.	10.	*Panem —— cum cinerem*		*Panem —— cum cinere* .

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

AVendo veduto per la Fede di Revisione, & Approvazione del P. F. *Filippo Rosa Lanzi Inquisitor General del Santo Offizio di Venezia*, nel Libro intitolato: *Bibliotheca Veterum Patrum, antiquorumque Scriptorum Ecclesiasticorum, cura & studio Andreæ Gallandii Presb. Congreg. Oratorii: Tomus nonus Ms. e Stamp. &c.* non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi e buoni costumi, concediamo licenza a *Gio: Battista Albrizzi* Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librarie di Venezia, e di Padova.

Dat. li 12. Gennajo 1773. M. V.

(Andrea Querini Rif.

(Girolamo Grimani Rif.

(Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte 145. al Num. 1184.

Davidde Marchesini Segr.

Adi 18. Gennajo 1773. M. V.

Registrato al Magistrato contro la Bestemmia in Libro a Carte 52.

Andrea Grattarol Segr.

NOI RIFORMATORI

Dello Studio di Padova.

Avendo veduto per la Fede di Revisione, ed Approvazione del [illegible] Inquisitor General del Santo Officio di Venezia, nel Libro intitolato: [illegible] non vi esser cosa alcuna contro la Santa Fede Cattolica, e parimente per Attestato del Segretario Nostro, niente contro Principi, e buoni costumi, concediamo Licenza a [illegible] Stampator di Venezia che possa essere stampato, osservando gli ordini in materia di Stampe, e presentando le solite Copie alle Pubbliche Librerie di Venezia, e di Padova.

Dat. li [illegible] Gennaro 177[illegible] M. V.

{ Andrea Querini Rif.

{ [illegible] Grimani Rif.

{ Sebastian Foscarini Kav. Rif.

Registrato in Libro a Carte [illegible] al Num. [illegible]

Davide Marchesini Segr.

Adì 18. Gennaro 177[illegible]. M. V.

Registrato nel Magistrato [illegible]

[illegible] Segr.